B

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
8 N
26

20 . 2

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. AVGVSTINI
BERNAL,
SOCIET. IESV,
DE
SACRAMENTIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. AVGVSTINI
BERNAL,
S. THEOL. DOCTORIS,
ET EIVSDEM PROFESSORIS
in Collegio Cæſarauguſtano, Societ. IESV.

DISPVTATIONES
DE SACRAMENTIS
IN GENERE,
ET DE EVCHARISTIA, ET ORDINE
IN PARTICVLARI.

Cum Summariis, & Indicibus quatuor.

Nunc primum in lucem prodit.



LVGDVNI,
Sumptib. PHILIPPI BORDE, LAVRENTII
ARNAVD, & CLAVDII RIGAVD.

M. DC. LI.

CVM PERMISSV SVPERIORVM.

Digitized by Google

PERILLVSTRI, ET REVEREND^MO DOMINO,

D. IACOBO

XIMENEZ

DE AYERBE,

EX-CANONICO ECCLESIÆ TOTO ORBE CLARISSIMÆ

S. Mariæ Maioris del Pilar Abbati Montis-Aragonum; Florentiſſimæ Vniuerſitatis Cæſarauguſtanæ Decano, &c.

Æ. F. P.

EN, bene fauente Deo, de Paterno gremio exſurgit ad lucem, quaſi fœtus permaturus, Volumen alterum Theologicum, quod prælo proximè deſtinarat R.P. Auguſtinus Bernal, S. Theologiæ Doctor, ac Profeſſor eximius; vir propter eruditionem tum Latinam, tum Græcam, tum Diuinam, tum Humanam de noſtro ſæculo bene promeritus, morum integritate, & modeſtia celebris, cœleſti clarus eloquio, probatus probis diſcipulis, ſtudiorúmque ſociis iure peramabilis, & nulli non oppido ſuauis. Et quamuis Aquilinus hîc Pullus nec nictat ad radios, nec flammantis ſplendore Solis perſtringitur, ſed magis illuſtratur, & proritatur magis ad lumen: Religio tamen ſociorum efflagitat, vt poſthumo fœtui tutor fidelis, & Orphano Pater benignus conquiratur, cuius ſinu receptus foueatur amanter, & quaſi poſterna vmbra ſecurus auſpicio fœliciori procedat in publicum, nulli non placidus, cunctis dilectus, & pluris æſtimatus: ſic.

Viuat, vt æternus, totóque legatur in Orbe. *Martial. Epigr. 64.*

Sanè mihi, Abbas Reuerendiſſime, & generis claritudine Perilluſtris, dum obuerſatur animo tanta nubes magnitudinum tuarum, modò ſpectem antiquitatem, ac nobilitatem Proſapiæ tuæ; modò dignitatem tuam, ſapientiamque contempler; modò tuum lemma. *Prodeſſe multis*, quo multos ſuperas, mente reuoluam; Quis potuit occurrere Patronus huic libro benignior, quam is, in quo præclara omnia ſumma ſunt, & nata Æternitati? Nam ſi oculos, mentemque conuerto ad Proſapiam tuam, video vel nictans ad ſplendorem, Maiores tuos in Aragonia noſtra, Procerum locum, à primo Regni naſcentis exordio tenuiſſe, & in corona illorum, quos *Ricos hombres* appellamus, decore geſtis ſuis debito ſemper adſplenduiſſe. Etenim, Antiſtes

meritò perilluſtris, genus Ducis à familia illa Ximeniorum de Ayerbe, clara rebus geſtis, honeſtata diuitiis hæreditariis cuius inuictam fortitudinem,& maturam prudentiam in bello Religionis,Patriæque Hoſtes extimeſcebant, & in Pace cuncti venerabundi proſpectabant,atque communis vtilitatis reipub. Propugnatricem,& Propagatricem nuncupabant. Plena ſunt Regum ſubſellia, plenæ noſtrorum hiſtoriæ, plena Aragonij Regni glorioſa, & plane mirabilia incunabula facinoribus inclytis Ximeniorum de Ayerbe,vbi bellica virtus,& ciuilis prudentia ſplendet ad inuidiam, & radiat ad Gentium vniuerſarum admirationem.Bene & verè Sidonium Apollinarem de noſtra potius Ximeniorum Familia, quam de Conſule Romano panxiſſe dicam.

Sidon. Apol. in Anthonij cõſulatum.

——— Tritus cui caſſide crinis
Ad diadema venit; rutilum cui Cæſaris oſtrum
Depoſito thorace datur; ſceptroque replenda
Mucrone eſt vacuata manus: Cunabula veſtra
Imperij fulſere notis; & præſcia Tellus,
Aurea conuerſo promiſit ſæcula fætu.

Præterea tacitus plures inſignes bellorum Duces, quos ampliſſima tua domus enumerat inter primos Regni Dynaſtas; quando in hac Proſphonetica Sparta non poſſunt omnes,nec pro dignitate,nec pro voto recenſeri. Sed vnum illum in lucem profero Bello,Paceque decantatum ob ſingularem fortitudinem,ob diuinam penè prudentiam, D.Blaſium Ximenez de Ayerbe,cuius audito nomine, ſpecies maximi cuiuſdam viri animis audientium oboritur,& Diuini cuiuſdam Conſilij,& Martiæ fortitudinis Imago repræſentatur.Qui,vt ſcribit Zurita,plurimum valens apud Regem Alphonſum III. Eumque in Baleriaca expeditione Comitatus ſingulare, & admirandum exemplum nobilitatis, & magnitudinis animi ſui dedit; cum in Minorica debellanda, Chriſtoque Regi ſubiicienda,ſine vulnere ſuorum, ſine ſanguine Mahometanum Regulum cum vxore,cum exigua ſupellectili,comitatúque Maurorum ferè nullo,in Africam abire coëgit: ſicque totam eam inſulam,cum caſtellis,Mahóque portu capaciſſimo in Alphonſi ſui Regis poteſtatem,ditionémque tranſegit. Ex hoc Heroë in Aragonia ſurrexere nobiles,ex nobili arbore Rami, non ſine pignore nobilitatis antiquæ,& dilatatæ etiam Propagines viguere. Enim verò ex *Tauſte* in vlteriori ripa Iberi fluminis,vbi Proſapies Ximeniorum de Ayerbe claruit,ex qua Progenies tam amplæ familiæ quaſi ab vno capite proceſſit,& claret etiam dum, Ximenius vnus,propter ciuiles diſcordias,dicitur,vertiſſe ſolum,& domicilium tranſuexiſſe ad *Fuentes de Xiloca*,cui plurimi,& ſuauiſſimi fontes nomen dederunt,cuius agrum longè latiſſimum abundè rigant ad fruges, & perenni irrigatione floribus amœnant ad voluptatẽ; vbi exurgit Arx prærupta loci natura munitiſſima,atque ſaxo ingenti, cui innititur ad Hoſtium præcipitium,vndequaque exciſſo,& exeſo, ſeptem diſtincta turribus iuxta numerum vicinorum Pagorum,quorum vti centrum, & Princeps Comarchiæ caput erigit,& exultat inuincibilis. Ideoque à Caſtellæ Regibus contra Aragonios Sereniſſimos Reges noſtros quondam belligerantibus vehementer appetita,& fruſtra frequentibus inſultibus, & largis pollicitationibus per palpum intruſis, ſæpè etiam malo,dolo,impetita:Fruſtrà,dico,& incaſſum,imò cum irrumpentium Hoſtium caſu;qui à noſtris maioribus præcipitati videntur in fruſta cadentes didicerunt malo ſuo,Aragonios animos nec donis,nec dolis intercipi; & munitiſſimum à natura,& arte Caſtellum, eoſque oppidi nobiliſſimi incolas pro innata erga ſuos Reges fidelitate non poſſe facile, & ſine multo ſanguine ſuperari. Abſit verbis iſtis iactantia, & inanis ambitio. Vos,vos appello, ô immortalis famæ Heroïnæ, & quæ Iaccetanis Maritis veſtris contra Mauros prælıantibus, non modo opem, ſed clariſſimam victoriam attuliſtis; & quæ Xilocenſibus veſtris abſentibus conſeruaſtis

Zurita lib. 7. cap. 41.

Vincent. Blaſc. Hiſt. Arag. li. 3. cap. 31.

veſtram

veſtram Arcem nobiliſſimam incolumem ab irruptu; Hoſtium, ne dicam, an latronum? Et hoſtium, & latronum manus erat illa cohors Almugabarum in illa bellorum tempeſtate; quæ (dolo ne, an virtute, quis in hoſte recenſeat) irrupit in munitiſſimam Arcem, cum oppidi incolæ viri, vel rura viſunt, vel negotia ſua abſentes ſolicitant, ac ſtatim adeuntes muros doloſiſſimi hoſtes iactabundi vexilla ſua pinnis infigunt, & ventis expandunt victoriam; victoriam exultabundi conclamantes, Arcis vencibiles nunquam portas multo Almugauare præmuniente. Heu, actum, dixiſſet, de noſtra Arce, de libertate incolarum, de adoleſcentularum pudore, de ſupellectili vniuerſa, déque Xilocenſium vita: At Heroïnæ tuæ, ô Abbas Reuerendiſſime, illæ, illæ quæ Te in lucem, Noſque tulerunt; facta manu nouæ Amazonides pro Fide, pro Patria, pro libertate, pro vita concurrunt iterum viris robuſtiſſimis Fœminæ armatæ magis animo, quam ferro; Hoſtéſque illos, & victoria exultantes, & Arce munitos, Arce tota pellunt, trucidant, vel præcipitant. O facinus repetitum Aragonidum egregium, & fama nullis intermoritura ſæculis digniſſimum! Græcorum certè, & Romanorum maximè conferendum; ſi Fama tubis perſonare noſtra; ſicut illorum arma voluiſſet; & meritò à D. Ioanne Aragonio infante nobiliſſimo donatum priuilegio anno Chriſti 1383. in quo duo viri ex familia Ximeniorum Tuorum laudatiſſimi recenſentur; vtpote qui cum reliquis Xilocenſibus citati rumore armorum in Fœminarum ſuarum auxilium procurrerunt, & glorioſum triumphum de Hoſtibus infenſiſſimis retulerunt. Hæc in ſuo Patronatu Michaël Martinez del Villar, vir perdoctus, atque diligentiſſimus ſcriptor enarrat. Sed propius accedamus ad laudes priuatas Tuas, eaſque reuerentius intueamur; quæ tibi proximè ſunt coniunctæ, *Martin. del Villar. in lib. Patron. Bilbilit.*

Nam Genus, & Proauos, & quæ non fecimus ipſi
Vix ea noſtra puto.

Et quamuis hæc non ſint à magnis viris aliena: Bene tamen noſti illud Satyrici: *Iuuenal. Satyr. 8.*

Tota licet veteres exornent vndique Ceræ
Atria: Nobilitas ſola eſt atque vnica virtus.

Virtutes nempe vera, & ſolida bona ſunt, & quamuis ſileantur, ceſſare nequeunt, magna geſtiunt, & præclara perficiunt. *Mala* (dicebat Philo) *quieſcere expedit; Bona vero moueri.* Hinc Tibi etiam vel nonagenario ſenſuum ad agenda Eccleſiæ negotia apta viuacitas, Iudicij probitas ad diſcernendum, & vigilantia, & commendata prudentia ad gubernandum; & in tam prouecta ætate nec mentis Tuæ acies eſt vnquam retuſa, nec virtutis antiquæ vigor eſt viſus antiquatus, aut inualidus. Quam verum in Te, Abbas Reuerendiſſime, diuinæ Sapientiæ oſtendis oraculum: *Infinitus Theſaurus eſt hominibus, quo qui vſi ſunt participes facti ſunt amicitiæ Dei, propter diſciplinæ dona commendati.* Quidni talis, & videaris, & prædiceris? Tu enim perpetuus Sapientiæ cultor, & fideliſſimus diuinæ amicitiæ cuſtos abiſti in tot tantaque opera Pietatis inſignia. Nam ſi ad patrium ſolum oculos, mentemque conuerto, aſpicio inprimis ſingularem munificentiam, cum ardentiſſimo animarum zelo coniunctam. Ibi pro alendo Ludi-Magiſtro ad pueros edocendos prima litterarum Rudimenta, & documenta Chriſtianæ Fidei, inſtituiſti cenſum centum aureorum ſingulis annis perpetuo perſoluendum. Quanta (ô Deus immortalis!) & qualia ex hoc vno fonte bona, Cœlis inferenda, Terris prædicanda, proficiſcuntur? Nec ſtetit hîc Tua præclariſſima virtus: B. Martini Turonenſis exemplo permotus, Pauperes oppidanos, qui aut puerilis ætatis teneritudine, aut ſenectutis grauitate, & morbo viribus deſtituuntur, honeſte veſtiri voluiſti; eo die, quo tam Beata Anima euolauit ad Cœlum, cenſu altero ſatis pingui conſtituto coëmendis pro veſtibus. Et creſcit liberalitas dando, ſicut Flumen creſcit eundo: ingentem enim copiam frumenti coaceruaſti, & pro pauperculis Agricolis ſuffragandis ad ſeminandum in horreum condidiſti, creaſtique *Pietatis-Montem* nullis temporibus pro Tua prouidentia minuendum. *Philo lib. de congreſſu.* *Sapient. 7.*

Prætereà Sacellum ſanè magnificum ædificaſti, & ornaſti Altari pulcherrimo, in quo *Mariæ Matris, & Virginis Columnatæ* imago gemmis, auróque ditata conſpicitur, & adoratur; & adorantes admirantur in ea, & in S. Iacobo Hiſpaniarum Apoſtolo Patrono Tuo, vel Phydiæ manum, vel Apellis ingenium; cui Sacello, & Aræ Capellanum inſtituiſti ducentorum aureorum cum perpetuo redditu: addidiſti etiam veſtes ſericas, & vaſa argentea pro Sacrificio celebrando. Et hæc quidem in loco Patrio, quæ cum nomine tuæ Beneficentiæ perennabunt.

Conſcendamus ad Montem illum Aragoniæ auſpicatiſſimum, vbi in Regio perantiquo Cœnobio, pro tuis meritis ampliſſimis, Ex-Canonicus Eccleſiæ S. Mariæ Virginis del Pilar, Abbas Reuerendiſſ. ſedes, Regularium Canonicorum Præſul, & poſtremos aliquos ætatis tuæ annos pacatiſſimè, ſanctiſſiméque traduxiſti. Quantam hic operam ad Animarum lucra tranſtuliſti? Iuuiſti exemplo Canonicos Tuos; Eleemoſynis ſubditos fouiſti; Diuinum cultum impenſis pecuniis promouiſti: Mille enim aureos nummos pro ſuffragandis Animabus Purgatorij in Cœnobij tui Templo maximo, cui nomen eſt *à Ieſu Nazareno*, liberaliter impendiſti. Eidem dono dediſti duos longos Cortinarum ſericarum ordines; adiecisti varia, & opere Phrygio variegata periſtromata: deinde ſacra omnia vtenſilia, quibus ſacrificans fueras vſus, eidem templo tribuiſti, & quaſi nihil præſtitiſſes hactenus, noua alia ornamenta ex aureis telis præparanda deſtinas. Nec tacendus alius *Mons-Pietatis*, quem verè Abbas, ac Pater pro ſubleuanda egenorum ſubditorum inopia, mille ex ſexcentis tritici, vt dicimus, Raſeriis conſtituendum curaſti. Nec intentus aliorum commodis Tui oblitus es vnquam; imò ſemper ſpiritualibus lucris attentiſſimus fuiſti; maximè quamdiu in Cœnobio tuo feliciſſimo à Turbis remotus vixiſti: vixiſti verò viginti ferè annos negotium animæ tuæ agens, continenti contemplatione Mortis in Regalibus Cœnotaphiis Animum ad ſalutaria; & ad æternitatem promerendam ſolicito ſtudio inuitantibus: illud S. Hieronymi apud Te ſæpè repetens, quod in Te alij cum admiratione conſpiciunt: *Senectus illorum qui ſuam adoleſcentiam honeſtis actibus inſtruxerunt, & in lege Domini meditati ſunt die, ac nocte, ætate fit doctior, vſu tritior, proceſſu temporis ſapientior; & veterum ſtudiorum dulciſſimos fructus demetit.* O! quàm ſuaues, iucundique tibi dies ibant in placidiſſimo illo Thuris colle? O! quot horas hilares, & gratas ducebas noctis in otio negotioſo? Dum Tu Moſis inſtar in Monte etiam Tuo manus eleuas, vincunt Tui, Tuaque Domus ſolicitudine Apoſtolica gubernata Animi hoſtes fortiſſimè detriumphant. Hinc dicebas, Magiſtro Deo, exercere iudicia ſine calliditate, quâ ſe mundanorum plurimi ſcire aliquid amplius putant, inſipienti quâdam aſtutiâ, ſupra alios exilientes: *Quorum ſcientia,* docente Tullio, *ſi remota eſt à iuſtitia, calliditas potius, quam ſapientia eſt appellanda.* At tua Sapientia, Abbas Reuerendiſſime, Dei timore comitata procedit, & nunquam non iuſtitiæ cœleſti ſociatur. Ex quo liquet, ac ſplendet Tua vera, ſolidaque Sapientia, Solis inſtar cunctis pro innata liberalitate benefica; cum prudentiſſime dicatur, *Sapientia Fons perennis Iuſtitiæ, & Parens bonorum operum.* Quod ſi offendi modeſtiam tuam, ſoliſque appellationem tergiuerſaris; da mihi hanc veniam, ſi propter largam, munificamque benignitatem tuam, ab ima Tellure vocato Iuſtitiæ veræ ſymbolo, *Te Heliotropium* vſquequaque compellem, Regius enim hic Flos, & herba ſolaris generoſiſſima, quæ aurati Pecoris Paſtorem Phœbum ſequitur, caput circum-rotans, & eum Orientem patulo flore circum-acto vſque dum tendat ad occaſum, oculo nuſquam conniuente, proſpectat. O præclarum, ac plenum Tuæ erga Deum pietatis ſimulachrum! Tua enim mentis intentio ad Dei nutus vniuerſos ita ſe librat, ita ſe ad diuinam voluntatem conſtanti Religione conuertit, vt per varios rerum, & negotiorum euentus, perque ambigua ſecli diſcrimina teneas impenetrabile, ac firmum ſcutum in omnia aduerſa, *Æquitatem, & velle quod vult Deus.* Hinc ſtat fidelis apud cor Tuum libra illa

Hieron. in Ep. ad Nepotian.

Lib. 1. Offic. 91.

Sap. 6.

illa ſapientis Critolai, in cuius alteram lancem animi bona, & in alteram corporis, & externa imponis: tantumque lanx illa bonorum internorum æternorumque propendet, vt orbis vniuerſi amplitudinem, quaſi rem leuiſſimam vincat, & eleuet: ideóque Arbiter æquiſſimus in rebus grauiſſimis diſceptandis ſæpiùs es adrogatus à Rege, rogatus à Regno. Et hæc quidem de morum tuorum integritate. Quid amplius addam (cum multa ſit, & admirabilis.) De pietate tua erga Deiparam Mariam, Tuam, Tuam? ergaque parentes eiuſdem ſanctiſſimos Ioachimum, & Annam, & cœleſtes vniuerſos. *Tull. lib. 5. Tuſc. 38.*

Ex hoc Monte perfectionis, & cœleſtis negotiationis Tuæ vocatus ad Regni negotia, ſortito quidem, ſed digito Dei cuncta pro bono noſtro gubernante, Aragonij Regni deputatus, & illi grauiſſimo Conſiſtorio Præſes renunciatus es: & cum aliàs ſæpè, Diuina, vt aiunt, virgula deputatus es hac tempeſtate: O! quâ tempeſtate? O! quo negotiorum, armorumque confinium Gotolaunicorum concurſu, ac ſtrepitu! Et quidem laudatiſſimo Tui conſilij euentu. iam VIII-viri munere, & honoribus ampliſſimis perfunctus, quietam ruſſus, & placatam viuendi rationem bene veterem ambiens, ad *Sanctiſſ. Virginis del Pilar*, vbi diu moratus fueras, redis, antiquum tuum nidulum eligens ſub vmbra amiciſſimæ Tuæ Platani expectans è cella transferri ad cælum; Deo, Deique Matri, ac Tuæ plus impensè intentus in Sanctuario antiquiſſimo, & in Orbe Chriſtiano toto longè celeberrimo; in quo multis ab hinc annis quanto virtutis exemplo, & Canonicus, & Prior Præſes vixeris, quanta erga ſanctiſſimam Deiparam Pietate, quanta erga ornatum huius Templi munificentia, longum eſſet percenſere. Solùm commemoro liberalitatem, & commendationem Tuam in ſurrectione argentei ſtaticuli, vel ſimulachri glyphicè elaborati ad ſpeciem virgunculæ ſemicinctæ, in cuius capite, Caput Beatiſſ. S. Dorotheæ Virginis, quaſi in theca honoratiſſima, aſſeruatur, & religiosè obſeruatur: Tum Trinam pretioſiſſimorum ornamentorum ſpectatiſſimam ſeriem pro Miſſæ Sacrificio ſolemniori ritu offerendo: deinde pro Tua in Columnatam Virginem obſeruantia, ne in Apoſtolico ſacello deſideretur is cultus, quo Sanctiſſimam Virginem coli ſemper adſtuduiſti, Portionarium huic cultui intentum conſtituiſti cum trecentorum ſcutorum perpetuo redditu: Denique cum eò proceſſiſſet Tua erga auguſtiſſimum B. Mariæ Maioris Templum liberalitas, pius tuus Animus cum conſiſtere non poſſet, nec dando tanta laſſari, Aulam Valerianam à Valerio antiquiſſimæ, & infulatæ familiæ viro nomen ſortitam, in quo tempore SS. Præſulum, Regumque Gothorum Concilia celebrata ſunt Cæſarauguſtana; cuius pauimentum ſuſtinuit tot ſanctiſſimorum Epiſcoporum, & Tui Turonenſis Martini beatos pedes; vetuſtate ſemidirutam, iamque in dies ruinam minitantem ad priſtinam firmitatem, & decorem refeciſti. *Flor. vel Dexter. Ann. 381.*

Nunc tandem vt feſtiuius celebretur S. Doctor Auguſtinus Tui Ordinis Nobiliſſimi clariſſimus Patronus Octauam ſolemnem inſtituiſti, & vt ſingulis diebus celebriori muſica diuina Officia perſoluantur redditibus annuis impenſis inuitaſti ſingulis præſentibus Clericis adaugens ſtipendia. Totidémque redditibus annuis conſtitutis æquali feſtiuitate voluiſti S. Dorotheæ Virginis diem celebrari; & memoriam diei obitus Tui feciſti eſſe perennem duplici Officio ſacro, eo die pro Te in auguſtiſſimo hoc Templo celebrando anniuerſaria ſolemnitate, tum etiam in Canonicorum triclinio habendo conuiuio.

Nec domi ſe continuit hæc numquam defeſſa liberalitas, foras etiam extra notas ripas progreſſa eſt; Carmelitanis Religioſis diſcalciatis largitus es duo millia aureorum pro Monaſterio conſtituendo in honorem B. Ioſephi: totidem ſcutorum millibus donati à Te ſunt Religioſi Cappucini, cum locupletiſſima Bibliotheca. Prætereo plurimas magis frequentes, & quotidianas tuas eleemoſynas, ne cui catalo-

gum

gum deſcripſiſſe videar. Illud nouum, & raro viſum, niſi inter probatiſsimæ vitæ viros, quod non viuens modo Eccleſiæ Tuæ conſuluiſti, ſed etiam poſt mortem proſpexiſti, Renunciationis Abbatiæ viam ingreſſus: Cum enim ſæpe prouido, & nobili pectore de ſucceſſore Tuo cogitaſſes; velleſque ſartum tectum Montis Aragonij Cœnobium, in id Concilij deduxit Te in ſenecto corpore vigens, & matura ſenectus, vt de ſucceſſore ſufficiendo tanto muneri aptiſſimo cogitationem, quam quidem eſſe laudatiſſimam, nemo inficiabitur, adeò maturaueris, & promoueris, vt iam Regio decreto deſignatus, & Pontificio diplomate electus ſit in futurum Abbatem vir omnium Bonorum iudicio optimus, & de regulari Canonicorum diſciplina, deque eodem Regio cœnobio ſelectus D. Dominus Franciſcus Rodrigo, ſacræ Theologiæ Doctor ſolicitudine Eccleſiaſtica Prælatorum Regularium nulli ſecundus, & Religionis almæ Societatis Ieſu ſtudioſiſſimus, qui Tuum in noſtra Cæſaraugustanum & Oſcenſe Collegia amorem, & benignitatem perpetuabit, in cuius Herculeos & Fidei, & Prudentiæ humeros tuto deriuaſti cœlum, & zelum muneris Paſtoralis; & ita ſubleuatus iam dudum toto prope onere adminiſtrationis rerum temporalium, in ſolio ſolum Tuæ dignitatis plene conquieſcis; ſuauiſſimos ſtudiorum, atque laborum Tuorum cum S. Hieronymo, atque etiam ſpei bonæ fructus percipiens, aliquot ante obitum Tuum annos: O! vtinam plurimos numeres; Et

De noſtris annis Tibi Chriſtus adaugeat annos.

Adhuc longius, Abbas perilluſtris, pro Bonorum voto protrahe annos; non vtique iam ego amplius protraham dedicatoriam hanc epiſtolam prælucentem, qua non modo legendum, ſed colligendum ſub Tutela tua præclarum noſtri Bernalij de Sacramentis volumen emitto, proculdubio Tutelari Virgini gratiſsimum. Ipſum accipe, Te Quæſo, eo animo, quo Orphanos ſoles amplecti, & eo habe loco, quo Authores quoſque bonos habere conſueuiſti; quo officio functus ſcholis dabis librum perutilem, & ad lucernam elaboratum, & ſæculis perennem de Euchariſtico perenni ſacrificio; quorum nomine meoque Tibi Ευχαριστῶ. Ex Collegio Cæſaraugustano Societatis Ieſu, *Die* 23. *Ianuarij* anno Domini. 1648.

Perilluſtris Dominationis Tuæ Humilis ſeruus in Chriſto,

IOAN. FRANCISC. MINGVIJON.

LECTO

LECTORI.

HOC volumine (Lector optime) tres tibi Theologicos tractatus *exhibemus meritiſſime aſſociatos, quos proprius Parens poſthumos reliquit. De cuius te conſilio paucis commonere voluimus. Fuit illi animus, vt Tomo de Diuini Verbi Incarnatione prius edito perquam magnis eruditorum virorum laudibus accepto, plures ingenij ſui nobiles fœtus adiungeret, quos maxima cum dignitate, æquali eruditione præſtandos in lucem præparabat; vtpote cui inerat præclara ingenij acies detegendo antiquas, vel aperiendo nouas, & in Philoſophia, & in Theologia vias, eaſque ſolitus firmiter munire, quaſi lapidibus ſtratas, & ſecuras reddere ſcholarum Curſoribus; quando videlicet facto opus eſſe pro veris Catholicæ doctrinæ tuendis, vel declarandis arbitrabatur. Neque illi deeſſe poterat eruditio ſacra his materiis perneceſſaria; neque profana pervtilis; Cum fuerit Doctor in vtriuſque libris peritiſſimus, & ſtylo elegantiſſimus; poſtquam vtriuſque idiomatis Latini pariter, & Græci conſummatus adeo Magiſter euaſit, qui ingentem laudem noſtris gymnaſiis vbique pepererit, ſiue ille Rhetoricam, Poëticam, Humaniores quaſcumque Muſas, & omnes honeſtas, elegantius coleret, cum iuuenili ætate floreſcebat: ſiue ille Philoſophiam, Theologiam, & ſacros libros ſeuerius explicaret, cum virili iam grauitate decoratus talium facultatum apicem obtinebat, & magiſterio fungebatur. At ſicut irriti ſunt conatus hominum ſæpiſſime, ita noſtro Auguſtino Bernalio contigit, qui morbis aſſiduis afflictatus, & docendi perpetuo munere occupatus, nec calamo pertingere ſcopum ſibi præfixum, nec manu comitari ſuam mentem potuit; verumtamen morti proximus, animo pacatiſſimo, & ſenſibus integris, veluti Parens optimus ſuis amicis ſolet chariſſimos liberos educandos committere, libros educendos ad maiorem Dei gloriam commendauit; diſpoſitas vero proxime ad prælum ab ipſo accepimus, inter alia, tum Latine, tum Græce elaborata,* Diſputationes de Sacramentis, *quas Doctiſſimorum virorum iudicio, & conſilio acquieſcentes, vno volumine congeſtas in publicam lucem proferre curauimus. Tibi quantum legendo reperieris vtilis, & boni dedicamus ex debito, Auctoris nomine, qui ſe iam diu, ſua ſtudia, & opera in illum finem deuouerat ad quem mediis vtilitatibus tuis tecum aduentare peroptamus. Vale, & vtere bonorum amicorum, atque librorum ſodalitio.*

APPROBATIO ILLVSTR. ET REVEREND. D.D. IOANNIS BRIZ in Vniuerſitate Complutenſi olim Rectoris, & nunc Prioris & Canonici in S. Mariæ Maioris del Pilar Eccleſia Angelica, & Apoſtolica, Prima totius orbis Parthenico Numini dicata, & electi Epiſcopi Iacenſis.

PErlegi hunc egregium librum R.P. Auguſtini Bernal ſacræ Theologiæ Doctoris, & Profeſſoris, olim in Collegio Valentino, poſtea in Cæſarauguſtano Societatis Ieſu Diſputationes de ſacramentis in Genere, de Sacrificio & Sacramento Euchariſtico, & Ordinibus Eccleſiaſticis præclare complectentem; in quo eminet ſtylus Latinus, conciſus ſine obſcuritate; plurimæ quæſtiones vtiles exagitantur de nouo, & antiquæ nouis argumentis illuſtrantur. Hic Author refutat acute, grauiter, & modeſte, profert eruditionem Conciliorum, & ſanctorũ Patrum, præſertim Græcorũ multiplicem, quippe fuit ipſe Græci ſermonis peritiſſimus, in Theologia ſapientiſsimus, virtute, & Religione notiſsimus. Quapropter cum in hoc opere nihil Chriſtianæ fidei, probiſque moribus diſſonum offenderim, quin potius ſperem vberrimum fructuum prouentum ex Doctrina adeo eleganter, & mirificè tradita, vt omnium Doctorum applauſu collaudari mereatur; poſtquam ipſum incredibili animi alacritate ſemel, atque iterum verſaui, iure optimo prælo mandandum, & hoc ipſum Chriſtianæ Reip. conducere duxi. In hac Ang. & Apoſtol. S. Mariæ Mar. del Pilar Cæſaraug. Vrbis Eccleſia Hiſpaniarum Primæua Cathedrali, &c. die 23. Octob. anni 1647.

D. IOAN. BRIZ, Prior & Canonicus ſanctæ Mariæ del-Pilar.

Digitized by Google

Cenſura admodum R. P. Hieronymi Pitarque Societatis Ieſu ſacræ Theologiæ Profeſſoris Primarij in Collegio Cæſarauguſtano.

INgenti animi voluptate percurri opus hoc de Sacramentis in genere, Euchariſtia & Ordine R. P. AVGVSTINI BERNAL S. Theologiæ Doctoris & Profeſſoris eximij, & in eo nihil aut fidei Catholicæ diſſonum, aut morum integritati alienum offendi. Quin potius Authoris ingenij ſuauitas, facilitas, fœcunditas, acumen, profunditas & perſpicacia omnium & admiratione & amorem in ſe conuertit. Mira ſiquidem perſpicuitate obſcuras quæſtiones illuſtrat; perſpicaci ſolertia difficultatum nodos reſcindit; maturâ ingenij grauitate rationum momenta librat & expendit; oppoſitas ſententias validiſſimis argumentis impugnat & expugnat; ſuas vero ea ingenij viuacitate, acumine, fælicitate propugnat; ea rationum ſubtilitate communit; eo ordine & ſermonis nitore diſponit; ea denique ſanctorum Patrum & Conciliorum eruditione locupletat. Quapropter iudicium hoc meum eſto: Hoc opus numeris omnibus abſolutum, ſuoque eſſe dignum Authore; & vberes vbique gentium ſcholis, ac literatis hominibus fructus allaturum, ſi typis & æternitati mandetur. Cæſarauguſtæ die 21. Octobris. 1648.

HIERONYMVS PITARQVE, è Societate IESV.

Facultas R. P. Martini Perez Præpoſiti Prouincialis Societatis Ieſu in Prouincia Aragoniæ.

EGo Martinus Perez Præpoſitus Prouincialis Societatis Ieſu in Aragonia Prouincia, poteſtate ad id mihi cõceſſa ab admodũ Reuerendo Patre noſtro Vincentio Carrafa, eiuſdem Societatis Præpoſito Generali, facultatem concedo, vt *Diſputationes de Sacramentis in genere, Euchariſtia, & Ordine* à Patre Auguſtino Bernal noſtrę Societatis, ſacrę Theologię Doctore, & eiuſdem in Collegio Cęſarauguſtano Profeſſore compoſitę, & noſtrę Societatis grauium, doctorumque virorum iudicio approbatæ, typis mandentur. In quorum fidem has litteras, manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtri officij munitas dedimus, Cæſarauguſtæ die 20. Octobris. anni 1651.

MARTINVS PERES.

APPROBATIO DOCTORVM.

NOs in Sacra facultate Pariſienſi Doctores Theologi Diſputationes perlucidiſsimas de Sacramẽtis in genere, Euchariſtia & Ordine, R. P. AVGVSTINI BERNAL ſacræ Theologię Doctoris & eiuſdem profeſſoris in collegio Cęſarauguſtano Societatis Ieſu examinauimus, inhilque contra fidem & bonos mores reperimus. Datum Lugd. die 2. Aprilis ann. D. 1651.

Fr. FRANCISCVS LORNET, Ordinis Prædicatorum.

Fr. PAVLVS LOMBARD, Prior Carmelitarum.

PERMISSIO.

EGo Procurator Regius in Præfectura Lugdunenſi conſentio, vt liber inſcriptus in approbatione pręmiſſa, ab Philippo Borde, Laurentio Arnaud, & Claudio Rigaud, Bibliopolis Lugdunenſibus excudatur, peculiari licentia ad id ipſis conceſſa. Datum Lugduni 4. Aprilis 1651.

LORION.

VIſo Aduocati Regij conſenſu hunc librum typis mandari ſupradictis Lugdunenſibus Bibliopolis concedimus, & ne quis vltra dictam facultatem denuò excudat, prohibemus, Lugduni 4. Aprilis 1651.

SEVE.

INDEX

Digitized by Google

I. INDEX DISPVTATIONVM, Sectionum, & Paragraphorum.

TRACTATVS PRIMVS.
De ſacramentis in Genere.

DISPVT. I. De ſacramenti eſſentia, diffinitione, diuiſione. p. 2
Sect. I. Quæ ſint prædicata ſacramenti eſſentialia. ibi.
§. 1. Sacramentum eſſentialiter eſt ſignum. ibid.
§. 2. Eſſentialiter eſt ſignum veræ ſanctitatis. 3
§. 3. Non eſt eſſentialiter ſanctificatiuum. 5
§. 4. Nec eſt eſſentialiter cauſans gratiam. 6
§. 5. Eſſentialiter eſt conſecratiuum. 8
§. 6. Materialiter & abſolute eſt ſignum ad placitum; & formaliter naturale. 9
§. 7. Eſt eſſentialiter ſenſibile, ſtabile, & vniuerſale, & à Deo inſtitutum. 11
Sect. II. Quænam ſit ſacramenti diffinitio. 13
§. 1. Diffinitiones aliis probatas improbo. ibid
§. 2. Exactam ſacramenti diffinitionem affero. 14
Sect. 3. Qualis ſit ſacramenti diuiſio in vetus, & nouum. 15
§. 1. Vniuocam eſſe plurium eſt, & vera ſententia, ſed non ſolide probata. ibid
§. 2. Vniuocam eſſe probo, & propugno. 16
DISP. II. De conueniẽtia, & exiſtentia ſacramentorum in variis eccleſiæ ſtatibus, & legibus. 18
Sect. I. An pro quolibet ſtatu viatorum hominum potuerint ſacramenta conuenienter inſtitui. ibid
Sect. II. Num in ſtatu Innocentiæ ſacramenta fuerint, aut perſeuerante fuiſſent. 20
§. 1. Aſſertionem ſacramenti matrimonij in eo ſtatu quidam ſine fundamento damnant, ſine conſequentia deferunt. ibid
§. 2. In ſtatu Innocentiæ nullum ſacramentum reipſa fuit. 22
§. 3. Status Innocentiæ ſi perſeueraſſet, dubium eſt, vtrum ſacramenta habuiſſet. 24
Sect. III. An & quæ ſacramenta fuerint in in lege naturali. 25
§. 1. Aliquod fuit in lege naturali ſacramentum. ibid
§. 2. Fuerunt in lege naturali tria vel quatuor ſacramenta. 27
Sect. III. An & quæ ſacramenta fuerint in lege veteri. 29
Sect. IV. De exiſtentia & conuenientia ſacramentorum in lege noua. 30
§. 1. Sacramenta nouæ legis quinam hæreticorum & quatenus abnegauerint. ibid
§. 2. Eſſe in lege gratiæ vera ſacramenta, & conuenire talia. 32
DISP. III. De ſacramentorum nouæ legis materia, & forma, & vnione. 34
Sect. I. An omnia ſacramenta nouæ legis perficiantur ſiue indigeant rebus & verbis. ibid
Sect. II. Num omnia nouæ legis ſacramenta rebus & verbis intrinſece conſtent. 36
§. 1. Rebus intrinſece conſtituuntur omnia ſacramenta, præter Pœnitentiam. ibid
§. 2. Verbis item omnia ſacramenta intrinſece conſtant præter Euchariſtiam. 37
Sect. III. Vtrum res & verba, quibus ſacramenta perficiuntur, ſint certa ac determinata. 39
§. 1. Res debere eſſe certas ac determinatas, & quo pacto. ibid
§. 2. Verba item certa, ac determinata eſſe debere & qua ratione. 36
Sect. IV. An & quomodo res, & verba ſacramentis intrinſeca rationem habeant materiæ & formæ. 42
§. 1. Res in eſſe phyſico ſunt materiæ; verba in eſſe morali, & communiter ſupernaturali, ſunt rerum forma. ibid.
§. 2. Coniunctum ex rebus, & verbis eſt ſubiectum, ſeu materia, reſpectu ſacramentalis ſignificationis. 43
§. 3. Sacramentalis ſignificatio interdum ſimplex eſt, interdum compoſita. 46
Sect. V. An & quomodo ſacramentalis ſignificatio ſit adæquata ſacramenti forma. 48

Digitized by Google

Sect. VI. An intentio miniſtri ſit prædictæ formæ vnio, & ſacramento intrinſeca. 50
§. 1. Miniſtri intentionem eſſe ſacramento intrinſecã argumẽta Lugi nõ perſuadẽt. ibid.
§. 2. Veræ ſententiæ fundamenta iacio. 52
§. 3. Intrinſeca eſt intentio miniſtri omni ſacramento tranſeunti. 54
§. 4. Non eſt intrinſeca ſacramento permanenti, nempe Euchariſtico. 55
DISP. IV. Quid ſacramentum in recto, & obliquo importet. 56
Sect. I. Controuerſiæ momentum, ſtatus, variç que ſententiæ. 57
Sect. II. Importat abſolute ſacramentum in recto ſolam materiam totalem, & in obliquo ſolam formam totalem. ibid.
Sect. III. Obiectionum ſolutiones, & doctrinç traditæ conſectaria. 59
DISP. V. Quid in ſacramentis ſit ſacramentum tantum, res tantum, res & ſacramentum ſimul. 60
Sect. I. Expenſa litis qualitate deſignatur cuique ſacramento res tantum, & ſacramentum tantum. ibid.
Sect. II. Baptiſmo, Confirmationi, Euchariſtiç, & Ordini certo competit, & facile aſſignatur *res & ſacramentum ſimul*. 61
Sect. III. Pœnitentiç, vnctioni, & matrimonio, *res & ſacramentum ſimul* difficilime aſſignatur. 63
Sect. IV. Facilis, & ſolida ratio tribus iis ſacramẽtis aſſignãdi *Rẽ, & ſacramẽtum ſimul*. 65
DISP. VI. De Mutationibus materiæ, formæ, & vnionis, ſacramentum impedientibus, & non impedientibus. 67
Sect. I. De mutatione eſſentiali, & accidentali circa ſacramenta in vniuerſum. ibid.
§. 1. Sacramenti valorem impedit mutatio eſſentialis, non accidentalis; & quid ambæ ſint. 68
§. 2. Regulæ deprehendendi quando mutatio ſit eſſentialis & quando accidentalis. 69
Sect. 2. De mutationibus propriis materiæ. 71
Sect. III. De mutationibus propriis formæ. ibi.
§. 1. Mutationes ſine animo inducendi nouum ritum, aut errorem. 72
§. 2. Mutationes cum animo inducendi nouum ritum aut errorem. 73
Sect. IV. De mutatione circa vniones partium materiæ & formæ & iſtarum inter ſe. 76
Sect. V. Quænam ſit culpa mutationem in ſacramentis efficere. 78
§. 1. Peccatum mutationis, eſſentialis & accidentalis. ibid
§. 2. Culpa mutationis dubiæ & probabilis 80
§. 3. Quid de culpa mutationis ortæ ex neceſſitate vel metu. 81
DISP. VII. Num ſacramenta nouæ legis conferant gratiam ex opere operato. 82
Sect. I. Titulus exponitur ac defenditur. ibid.
Sect. II. Sacramenta ex opere operato conferre gratiam autoritate probatur. 85
Sect. III. Tribus rationibus idẽ adſtruitur. 86
Sect. IV. Contrariarum argumentationum diſſipatione firmatur. 87
DISP. VIII. Quidã ſit ſacramẽtalis gratia. 88
Sect. I. Diſputationis ſtatus expoſitus, & variç ſententiæ reiectæ. ibid.
Sect. II. Gratia ſacramentalis eſt ipſa habitualis communis cum extrinſeco reſpectu ad actuales. 90
Sect. III. Tribus obiectionibus obuiam itur. 91
DISP. IX. Num ſacramenta gratiam conferant moraliter. 94
Sect. I. Non conferre moraliter, falsò quidam aſſerunt, & inefficaciter probant. ibid.
Sect. II. Certiſſime conferunt gratiam moraliter vt cauſæ morales inſtrumentales. 95
DISP. X. Vtrum ſacramenta gratiam conferant phyſice. 96
Sect. I. Sacramenta phyſice non influere in gratiam, SS. PP autoritate ſuadeo. ibid.
Sect. II. Phyſicum ſacramentorum influxũ in gratiam variis impugno rationibus. 100
Sect. III. Varios modos eiuſdem phyſici influxus aſſerendi ſingillatim confuto. 101
Sect. IV. Deſtruendis cõtrariorum argumẽtis phyſicam ſacramentorum efficaciam, impugno. 104
§. 1. Debilitas argumenti è Patribus accerſiti. ibid
§. 2. Influxus phyſici aſſertio, nequit S. Thomæ, niſi cum vitiis pluribus, attribui. 106
§. 3. Rationum pro phyſico ſacramentorum influxu nulla efficax. 108
DISP. XI. Quç ſacramẽta, & quomodo primã & ſecundam conferant gratiam. 109
Sect. I. Num ſingula ſacramenta primam gratiam per ſe tribuant. ibid.
§. 1. Baptiſmus, & Pœnitentia per ſe dant gratiam primam, & per accidẽs ſecundam. 110
§. 2. Cætera ſacramenta etiã extrema vnctio per ſe conferunt ſolam ſecundam. 111
Sect. II. An ſacramenta quæ viuorũ dicuntur conferant per accidens primam gratiã 112
§. 1. Pars negans aſſeritur & adſtruitur. ibid.
§. 2. Diſſipandis aſſertoriæ fundamentis robotur. 113
§. 3. Nec Extrema vnctio tribuit per accidens primam gratiam. 115
DISP. XII. Quando ſacramenta gratiam conferant. 116
Sect. I. An ſacramentum gratiam conferat ante ſui receptionem realem. 117
§. 1. Sacramentum quod re ipſa, nunquam recipitur, nunquam gratiam confert. ibid.
§. 2. Sacramentum quod re ipſa ſuſcipitur non confert antea gratiam. 119
Sect. II. Nec ſacramentum gratiam confert poſteaquam receptum eſt. ibid.
Sect. III. Sacramenta gratiã tunc ſolum cõferũt, cũ primũ ipſorũ receptio cõpletur. 121
Sect. IV. Non tribuunt ſacramenta gratiam in tempore ſed in inſtanti. 122
DISP. XIII. An ſacramentũ cũ fictione ſuſceptũ, recedente fictione gratiã cõferat. 123

Digitized by Google

Sect.I. Controuerſiæ ſtatus, ſententiarumque diuerſitas. 124
Sect.II. Nullum ſacramentum, excepto Baptiſmo fictione recedente gratiam confert. 125
Disp.xiv. Vtrum antiqua ſacramenta, præſertim infantium, contulerint ex opere operato gratiam. 127
Sect.I. Sententia negans eligitur & auctoritate probatur. ibid.
Sect.II. Ratione item adſtruitur. 129
§.1. Rationes debiles reiiciuntur. 130
§.2. Firma ratio explicatur. 131
Sect. III. Reſpondetur aſſerentibus circunciſionem gratiam contuliſſe. 132
§.1. Eorum argumenta propono. ibid.
§.2. Refellitur ſolutio Patris Suarez. 133
§.3. Confutatur reſponſio, cui Lugus acquieſcit. 134
§.4. Solida reſponſio. 135
Sect.IV. An legis naturalis infantes vero ſacramento iuſtificati ſint. 137
Disp.XV. De ſacramentali charactere. 138
Sect.I. An & quotuplex ſit caracter ſacramentalis. 139
§.1. Sacramentalis Caracter in ſacris literis continetur. ibid.
§.2. A pleriſque Patribus enunciatur. 140
§.3. Apud ſcholaſticos Doctores ſemper in confeſſo fuit. 141
§.4. Caracterem à tribus ſacramentis imprimi, & non ab aliis dogma eſt fidei, & à Patribus traditum. 142
§.5. Quænam ſit ratio conſtituendi caracterem ſacramentalem, eumque triplicem. 143.
Sect. II. De Caracteris ſacramentalis eſſentia ex affectionibus. 144
§.1. Sit ne caracter aliquid homini phyſice inhærens. ibid.
§.2. Sit ne Caracter qualitas. 146
§.3. In qua ſpecie ſit proprie caracteris qualitas. 147
§.4. Cuius rei ſignum, & quæ dignitas ſit caracter. 148
§.5. Eſt caracter ſignum naturale. 150
Sect.III. De characteris cauſis, & effectibus. 152
Disp.XVI. De ſacramentorum Inſtitutore. 154
Sect.I. Num Chriſtus omnia ſeptem ſacramenta nouæ legis inſtituerit. ibid.
§.1. Omnia ſeptem à Chriſto inſtituta, certum eſt. 155
§.2. Omnia ſeptem à Chriſto fuiſſe immediate inſtituta certum eſt diuina fide. 156
Sect.II. An Chriſtus quatenus homo, & non quatenus Deus noua ſacramenta inſtituerit. 158
§.1. Inſtituit quatenus homo non quatenus Deus. ibid.
§.2. An igitur antiqua ſacramenta propterea Nouis ſunt perfectiora. 159
Sect. III. An pura creatura poſſet ſacramenta inſtituere. 162
§.1. Quæſtionis ſtatus expoſitus. ibid.
§.2. Multiplex opinandi modus relictus. ibid.
§.3. Non poſſet pura creatura ſacramenta inſtituere, nec partialiter. 164
Disp.XVII. De ſacramentorum Miniſtro. 166
Sect. I. An & quatenus ſolus homo ſit miniſter ſacramentorum. ibid.
§.1. Solus homo proprie dictus iuxta legem ordinariam eſt ſacramentorum miniſter. ibid.
§.2. Solus homo viator poteſt de lege ordinaria ſacramenta miniſtrare. 169
Sect. II. De miniſtri intentione ad ſacramenti valorem requiſita. 170
§.1. Intentio ſeria requiritur exhibendi talem actum externum. ibid.
§.2. Non requiri intentionem faciendi niſi externas actiones, doctrina eſt S. Thomæ nec incommodis expugnata. 172
§.3. Requiritur intentio faciendi quod facit Eccleſia. 173
§.4. Quid & quotuplex in ſacramentis ſit velle facere quod facit Eccleſia. 176
§.5. Debeat ne prædicti miniſtri intentio eſſe abſoluta, an ſufficiat conditionata. 177
§.6. Sufficiat ne intentio virtualis, habitualis, aut interpretatiua. 180
§.7. Quid ſi miniſter intentiones habeat contrarias. 182
§.8. Quid ſi coacta intentione miniſtret. 185
§.9. An neceſſe ſit vt intentio miniſtri circa ſubiectum non erret. ibid.
Sect. III. Sacramenti miniſter quænam aut qualis cauſa efficiens illius ſit. 188
Sect.IV. An miniſter ſacramenti ſit efficiens cauſa effectuum illius. 190
§.1. Varias confuto ſententias. ibid.
§.2. Miniſter ſacramenti tranſeuntis cauſa eſt moraliter efficiens effectuum illius. 191
§.3. Miniſter ſacramenti permanentis non eſt cauſa effectuum illius. 192
Sect. V. Num ſacramenti miniſter ſit effectuum illius cauſa immediata. 194
§.1. Refellitur ſententia P. Ioannis de Lugo. ibid.
§.2. Eorum effectuum cauſa eſt immediata miniſter ſacramentorum tranſeuntium, non permanentis. 195
Sect. VI. An qui miniſtrat ſacramentum in mortali peccet, mortaliter. 197
§.1. Refelluntur aſſerentes ſolum ita peccare qui eſt conſecratus. ibid.
§.2. Mortale eſt in mortali ſacramentum conficere. 199

Digitized by Google

§.3. Non vero iam confectum in mortali miniſtrare. 201
Sect.VII. Poſſint ne ceteræ functiones miniſtrorum Eccleſiæ in mortali præſtari ſine peccato. 202
§.1. Poſſunt omnes aliæ functiones Epiſcopales in mortali citra nouum mortale exerceri. ibid.
§.2. Poſſunt etiam omnes aliæ functiones miniſtrorum eccleſiæ inferiorum. 204
§.3. Sit ne veniale pecatum obire prædictas functiones in mortali. 206
DISP.XVIII. De ſacramentorum ſubiecto. 208
Sect.I. An ſolus homo & viator ſit ſubiectum ſacramentorum. ibid.
§.1. Solum hominem eſſe ſacramentorum ſubiectum difficultate non caret. ibid.
§.2. Sacramentorum ſubiectum ſolus homo eſt. 209
§.3. Solus item homo viator. 210
Sect. II. De intentione in ſubiecto adulto requiſita ad valorem ſacramenti tranſeuntis. 211
§.1. E variis autoribus duæ colliguntur ſententiæ. ibid.
§.2. Certiſſime requiritur vt ſubiectum non repugnet. 212
§.3. Non ſufficit quod non repugnet ſeu negatiue ſe habeat. 213
§.4. Non modo ſufficit, ſi velit actualiter, ſed etiam ſi ſolum virtualiter. 216
§.V. Quin etiam ſatis eſt ſi velit habitualiter. 218
§.4. Ad recipiendam Extremam vnctionem, Confirmationem, & Euchariſtiæ fructum, ſat eſt voluntas interpretatiua. 219
§.7. Sufficiat ne ad ſacraméti valorem intentio conditionata, coacta, errans circa miniſtrum, & alteri intentioni oppoſita. 220
DISP.XIX. De numero ſacramentorum nouæ legis. 221
Sect. I. Vtrum ſacramenta nouæ legis pauciora quam ſeptem ſint. ibid.
§.1. Septenarium pertingere plerique hæretici negant; fides catholica affirmat. ibid.
§. 2. Obiectionem ex recentiorum doctrina profero, & deſtruo. 222
Sect.II. An plura quam ſeptem ſint nouæ legis ſacramenta. 223
§. 1. Non eſſe plura quam ſeptem fidei pronunciatum eſt. ibid.
§.2. Vnde ſpeciatim probetur, pedum ablutionem ſacramentum non eſſe. 224
§. 3. Sancti Ambroſij de pedum ablutione ſenſus exquiritur. 227
§.4. Religioſi ſtatus ſuſceptio ſpeciatim non habet ſacramenti rationem. 228
DISP.XX. De comparatione ſeptem ſacramentorum inter ſe. 230
Sect.I. Comparantur ſeptem ſacramenta in gradu dignitatis & perfectionis. ibid.
§.1. Non omnia ſunt dignitate paria. ibid.
§ 2. Euchariſtia ſacramentorum facile princeps. 231
§. 3. Quiſnam ſit ordo dignitatis inter ſex alia ſacramenta. 233
Sect.II. Comparantur noua ſacramenta in efficienti gratiæ. 235
§.1. An & quo ordine diuerſa ſpe ſacramenta ſubiectis eodem modo, ſe habentibus, inæqualem gratiam conferant. ibid.
§.2. An eiuſdem ſpeciei ſacramenta ſubiectis eodem modo ſe habentibus imparem gratiam tribuant. 236
§.3. Inæqualiter diſpoſitis gratiam inæqualem dare, nec fuit omnibus indubitatum, à Tridentino aſſertum. 237
§.4 Eſt tamen verum; debetque iam eſſe indubitatum. 239
§.5. Oppoſitiones affero & diſſoluo. 240

TRACTATVS SECVNDVS.

De Sacramento Euchariſtiæ.

Diſputatio XXI. de eſſentia, & definitione ſacrificij in communi. 244
Sectio. I. Sacrificium eſſe actionem ſenſibiin Dei honorem exhibitam. ibid.
Sectio. II. Nõ omnem actionem bonam, & in Dei honorem exhibitam eſſe propriè ſacrificium. 246
Sect. III. De ratione in ſacrificio repertâ. 247
Sect. IV. Quænã oblatæ rei mutatio ſit de eſſentia ſacrificij. 249
Sect. V. Ad eſſentiam ſacrificij ſpectat, vt oblatæ rei ſubſtantia phyſice deſtruatur. 250
Sect. VI. Qualiter, & à quo principio effectiuo pendeat eſſentialiter ſacrificium. 231
Sectio VII. Eſt ne eſſentiale ſacrificio ſaltem inſtitui publica autoritate nimirum Dei, vel reipublicæ, vel humani principis. 252
Sectio. VIII. & vltima, quæ ſit recta definitio ſacrificij in communi. 253
DISPVT. XXII. de eſſentia ſacrificij Miſſæ. ibid.
Sectio.II. Eſſentiam iſtam quænam actiones à conſecratione, & ſumptione diſtinctæ non ingrediantur. 254
§. 1. Nulla verbalis oblatio ſacrificio Miſſæ eſt eſſentialis. ibid.

§.2. Fractio

§.2. Fractio, mixtio, diſtributio, deſitio ad eius eſſentiam non ſpectant. 255
Sect. II. In qua, vel quibus actionibus eſſentialiter Miſſæ ſacrificium poſitum ſit. 257
§.1. Vtriuſque ſpeciei conſecrationem Miſſę ſacrificio eſſe eſſentialem. ibid.
§.2. Aliorum rationibus non euincitur. 258
§.3. Propria, & ſpeciali ratione perſuadetur. 259
§.4. Sola vtriuſque ſpeciei conſecratio Miſſæ ſacrificium eſſentialiter conſtituit. 260
Disp. XXIII De Euchariſtiæ cognitione. 262
Sect I Poſſit ne creata mens in Euchariſtia, vi, & euidentia naturali cognoſcere Chriſtum, aut aliquam eius ſubſtantiam, aut affectionem. ibid.
§.1. Nihil eorum valet ea ratione cognoſcere. ibid.
§.2. Ingens roboratur, & profligatur obiectio. 264
Sect. II. Num Angelus dicto modo noſſe poſſit accidentium per ſe exiſtentiam. 265
§.1. Non poteſt, eò quod illa per ſe exiſtentia ſit intrinſecè ſupernaturalis. 266
§.2. Nec poſſet etiam ſi foret intrinſecè naturalis. 267
Sect. III. Num poſſit naturaliter cognoſcere panis, & vini ſub ipſorum accidentibus abſentiam. 268
§.1. Neutram poteſt, eo quod inuoluant aliquid intrinſecè ſupernaturale. ibid.
§.2. Imo panis, ac vini ſubſtantiam, & accidentium inhærentiam perinde videt, ac ſi ibi exiſterent. 269
Sect. IV. Poſſitne creatus intellectus naturali virtute cognoſcere Euchariſtiam euidenter poſſibilem. 270
§.1. Non poteſt ablata reuelatione. 271
§.2. Nec poſita reuelatione poteſt. ibid.
Disp. XXIV. De ſacræ Euchariſtiæ eſſentia. 272
Sect. I. Quid ſit Euchariſtia metaphyſicè ſpectata. 273
§.1. Genus Euchariſtiæ eſt nouæ legis ſacramentum. ibid.
§.2. Differentia eſt *Inſtar alimoniæ gratia reficiens animam.* 274
Sect. II. Quid ſit Euchariſtia phyſicè inſpecta. 275
§.1. Euchariſtiæ phyſicam eſſentiam non intrant verba conſecrationis. ibid.
§.2. Euchariſtia phyſicè conſtat ex propria Chriſti ſubſtantia. 277
§.3. Species ſacramentales; etiam Euchariſtię phyſicam conſtituunt eſſentiam. 278
§.4. Phyſica conſecrationis actio ſacramento eſt eſſentialis tanquam vnio. 280
§.5. Euchariſtiæ ſacramentum in recto dicit Chriſti ſubſtantiam, & ſpecies, & prædictam vnionem. 281
Disp. XXV. De ſacramenti Euchariſtiæ vnitate, & multiplicitate. 283
Sect. I. An Euchariſtiæ ſacramentum ſit vnius tantùm infimæ ſpeciei. ibid.
§.1. Euchariſtia conſtans ſpeciebus panis, & conſtans ſpeciebus vini eſſentialiter differunt, & ſunt duo ſacramenta. ibid.
§.2. Simpliciter tamen componunt vnum ſacramentum. 285
Sect. II. An, & quomodo Euchariſtia ſit vnum, aut multa numero ſacramenta. 286
§.1. Varias refello ſententias. ibid.
§.2. Ex ſpecierum vnitate, & multitudine vnum, & multiplex numero eſt Euchariſtiæ ſacramentum. 287
Disp. xxvi. De integritate, vel inchoatione ſacramenti Euchariſtiæ ſub vna ſpecie. 289
Sect. I. Eſt Euchariſtia ſub vna ſpecie ſacramentum quodammodo integrum. ibid.
Sect. II. Non eſt ſub vna ſpecie ſacramentum integrum ſimpliciter. 290
Disp. xxvii. De materia remota conſecrationis corporis. 291
Sect. I. An ſolus panis triticeus apta materia ſit. ibid.
Sect. II. Qualis nam panis triticeus apta materia ſit. 293
Sect. III. Quid ſi panis triticeus alterius habeat frumenti permiſtionem. 294
Sect. IV. Debeat ne panis eſſe azymus, vel fermentatus. 296
§ 1. Quid ſit de neceſſitate ſacramenti. ibid.
§ 2. Quid de neceſſitate præcepti. 297
Disp xxviii. De materia remota conſecrationis ſanguinis. 298
Sect I. Quodnam vinum ſit eius conſecrationis materia. ibid.
§.1. Vinum de vite requiri, probatur Chriſti verbis de hoc genimine vitis ibid.
§.2. Exponitur Tò: *donec bibam illud nouum* &c. 299
Sect. II. Quale vitis vinum ad conſecrationem aptum ſit. 301
Sect. III. An, & quatenus neceſſarium ſit aquam vino conſecrando admiſcere. 302
§.1. Aquam admiſcere nec ſacramento contrarium eſt, nec neceſſarium. ibid.
§.2. Miſceri tamen debet, non ex præcepto diuino; ſed Eccleſiaſtico. 303
§. 3. De circunſtantiis miſtionis aquæ. 305
Sect. IV. Num aqua, quæ vino conſecrando infunditur immediatè in Chriſti ſanguinem conuertatur. 306

§.1.Aſſertiua pars multos ſemper habuit, & habet grauiſſimoſque patronos. ibid.
§.2.Probatur ex PP.Græcis 307
§.3.Aſſeritur ex PP.Latinis. 308
§.4.Probatur ex Cap.*Cum Martha* de celebratione Miſſarum. 309
§.5. Fulcitur duabus præcipuis rationibus. 311
§.6.Commendatur deſtructione oppoſitionũ. 313
Disp. XXIX. De conditionibus in vtraque materia requiſitis vt valide conſecretur. 314
Sec. I. Quomodo materia debeat eſſe conſecranti præſens. ibid
Sec.II.Quomodo materia vt valide conſecretur debeat eſſe ſenſibilis,aut reipſa ſentiri. 316
Sec. III. An materia conſecrari poſſit cuiuſlibet magnitudinis. 317
Sect.IV. An conſecrari poſſit materia cuiuſlibet paruitatis. 318
Sect.V. An vt materia valide conſecretur, debeat conſecrantis intentione determinari. 320
Disp.XXX.De vera & reali exiſtentia corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia. 321
Sect. 1. Hanc veritatem plus commendari in ſacris literis,quam ipſam Chriſti diuinitatem. ibid
§.1.Probatur ex toto Ioannis capite 6. ibid
§. 2. Oſtenditur ex Chriſti verbis apud alios tres Euangeliſtas. 322
§.3.Item ex Paulo,& Petro,& Dauide. 323
Sect.II. An,& ad quem fidei articulum prædicta veritas ſpectet. 326
§. 1. Euchariſtiam eſſe fidei ſpecialem articulum. ibid
§.2 Sanctorum communionem eſſe Euchariſtiæ proprium articulum. 327
§.3.Obiectio ex bonorum operum communicatione ocurrens profligatur. 329
Disp.xxxi.Quanam actione Chriſtus vt homo in cælo manens, poni ſub ſpeciebus poſſit. 330
Sect. I. Non ponitur per phyſicum præſentiæ modum. 331
§.1.Phyſicus præſentiæ modus antiquis Philoſophis Theologiſque repugnat. ibi.
§.2.Eſt phyſicus præſentiæ modus plane ſuperfluus. ibid
§.3. Modus præſentiæ multis aliis ſcatet incommodis. 333
§.4.Nequit preſentiæ modus locali motu produci. 335
§.5.Obiectionum deſtructione prædicta omnia firmantur. 337
Sect II. Quadrupliciter poni valet Chriſtus ſub ſpeciebus per actionem ſui ipſius in illarum ſpatio productiuam. 339
Disp.xxxii.Quomodo partes omnes dominici corporis ſimul exiſtant in eodem loco ſeu ſpatio indiuiſibili. 341
Sect. I. Quî poſsit vnum corpus locali motu intrare locum alterius in eo præexiſtentis & perſiſtentis. ibid.
Sect. II. Quomodo poſsit vnum corpus ſimul cum altero citra motum localem in eodem ſpatio conſtitui. 343
Sect III. Qua ratione fiat vt omnes partes Dominici corporis in eodem loci puncto ſimul exiſtant. 345
Disp.xxxiii. De reali exiſtentia totius Chriſti in tota Euchariſtia, & in qualibet ipſius parte. 347
Sect. I. Cur totus Chriſtus in hoc ſacramento realiter ſit. ibid.
§.1. Quorundam rationes debiles. ibid.
§. 2. Firmam rationem affero. 348
Sect. II. Num totus Chriſtus re ipſa ſit in ſingulis ſpecierum partibus, diuiſibilibus & indiuiſibilibus. 349
§.1. Eſt totus in ſingulis partibus determinatæ magnitudinis. ibid.
§. 2. Non eſt in aliis partibus, ſed in indiuiſibilibus. 350
Disp.xxxiv. Qualis nam ſit vnio ſubſtantiæ Chriſti cum accidentibus panis & vini. 352
Sect. I. Vniones ab aliis aſſertæ refutãtur. ibid.
§. 1. Duæ vniones morales. ibid.
§. 2. Vniones duæ phyſicæ formales. 353
§. 3. Vniones aliæ duæ phyſicæ effectiuæ. 354
Sect. II. Veram vnionem affero, & propugno. 356
§.1. Poſſibilis eſt ſubſtantiæ productio dependens ab accidente, & illam cum iſto phyſice vniens. ibid.
§.2.Per eiuſmodi actionem Chriſtus cum ſpeciebus phyſice vnitur. 357
§. 3. Denominationes ex ea vnione in Chriſto reſultantes. 359
Disp.xxxv. De panis & vini in Chriſti corpus & ſanguinem conuerſione, & Tranſſubſtantiatione. 360
Sect. I. Quid requirant, & quid ſint conuerſio & tranſſubſtantiatio. ibid.
§.1. An requirant vt quod conuertitur deſinat. 361
§.2. Num poſtulent vt illud in quod conuertitur incipiat. 363
§.3. Quomodo conuerſio & tranſſubſtantiatio terminos poſcant oppoſitos. 365
§.4. Conuerſionis & tranſſubſtantiationis appellatio & definitio. 367
Sect. II. Panem & Vinum vere conuerti & tranſſubſtantiari in Chriſti corpus & ſanguinem. 368
§.1. Chriſti corpus & ſanguis in Euchariſtia ſubſtantialiter producuntur, ſiue incipiunt. ibid.
§. 2. Panis & vinum in Euchariſtia ſubſtantialiter deſtruuntur, ſiue deſinunt. 371

§.3. De

Digitized by Google

§. 3 Deſtruuntur ob oppoſitionem moralem, ſufficientem ad trãſſubſtantiationem pleniſſimam & nobiliſſimam. 373
§. 4. Tranſſubſtantiationem in Euchariſtia phyſicam Recentiores prædicant, ſed ſolum moralem afferunt. 375
§. 5. Phyſicam etiam eſſe tranſſubſtantiationem contendimus & probamus. 376
§. 6. Vera ratio phyſicam tuendi conuerſionem initur. 377
Sect. III. Quidnam Euchariſtica tranſſubſtantiatio ſit, & in quo proprie conſiſtat. 380
Sect. IV. In quo ſubiecto tranſſubſtantiatio ſit, & in qua duratione fiat. 381
Sect. V. Quomodo termini tranſſubſtantiationis in enunciationibus coniungendi ſint. 382
Sect. VI. Quodnam ens in aliud poſſit conuerti. 384
DISP. XXXVI. De Chriſti rebus pure creatis in Euchariſtia exiſtentibus ex vi verborum vel per concomitantiam. 385
Sect. I. Diſputationis ſtatus. ibid
§. 1. Diſtinctionem *ex vi verborum* vel *per concomitantiam* neceſſariam eſſe & ab Eccleſia definitam. 386
§. 2. Quidnam ſit eſſe rem aliquam, vel poni in Euchariſtia ex vi verborum; & quidnam eſſe vel poni per concomitantiam. 387
Sect. II. Quidnam includat Chriſti corpus quod ex vi verborum ponitur ſub ſpecie panis. 389
§. 1. Refellũtur placita Gabrielis, Ægidii Romani, & Scoti. ibid
§. 2. Sententia P. Suarez. 390
§. 3. Opinio P. Vazquez. 391
§. 4. Exiſtimatio P. Lugo. 392
§. 5. Poſt alias tres reiectas noſtra ſententia profertur. 394
Sect. III. Quidnam includat Chriſti ſanguis, qui ex vi verborum ſub ſpecie vini conſtituitur. ibid
Sect. IV. An ex vi verborum ponatur ſub ſpecie panis totum Chriſti corpus, & ſub ſpecie vini totus Chriſti ſanguis. 395
Sect. V. An ex vi verborum ponatur Chriſti ſanguis totus continuus. 397
§. 1. Lugi rationes negatiuæ debiles. ibid
§. 2. Negatiuæ aliæ rationes firmæ. ibid
Sect. VI. An aliqua accidentia ex vi verborum in Euchariſtia ponantur. 398
Sect. VII. Quænam entia creata ſub ſpecie vini per concomitantiam collocentur. 400
DISP. XXXVII. De modo quo Vnio hypoſtatica & Perſonæ Diuinæ exiſtunt in Euchariſtia. ibid
Sect. I. An verbum diuinum, & vnio hypoſtatica ex vi verborum in hoc myſterio exiſtant. 401
§. 1. Verbum & vnio ex vi verborum in Euchariſtia ſunt. ibid
§. 2. Concilium Tridentinum noſtræ Theſi non aduerſatur. ibid
§. 3. Tridentini PP. antiquioreſque Theologi Verbi Perſonalitatem, & vnionem hypoſtaticam ex vi verborum exiſtere ſupponunt. 403
§. 4. Eandem veritatem ex plurimis fidei regulis & Theologis recentioribus inferimus. 404
§. 5. Rationibus comprobamus. 405
§. 6. Sub vtraque ſpecie ſunt etiam per concomitantiam verbum, & vnio hypoſtatica. 407
Sect. II. Quomodo Diuinitas, & Pater & Spiritus ſanctus ſint in Euchariſtia. 408
DISP. XXXVIII. De accidentibus panis, & vini in Euchariſtia manentibus. 409
Sect. I. Quænam accidentia panis, & vini in Euchariſtia maneant. ibid
Sect. II. Num omnia panis, & vini accidentia quæ hic manent abſque ſubiecto ſint. 411
Sect. III. An Panis & vini accidentia omnia ſine ſubiecto, & per ſe exiſtant, 412
§. 1. Terminant actionem intrinſece creatiuam & in ſubſtantia ſupernaturalem. ibid
§. 2. Per hanc ſolam actionem accidentia per ſe exiſtunt. 413
Sect. IV. Vtrum hæc accidentia naturaliter agere & pati poſſint. 414
Sect. V. Quomodo ex Euchariſticis accidentibus aliqua ſubſtantia generetur. 416
Sect. VI. Reliquæ dubitationes ad hæc accidentia pertinentes. 417
DISP. XXXIX. De verborum forma qua ſacramentum Euchariſtiæ conficitur. 419
Sect. I. Qualem benedictionem, Gratiarum actionem & fractionem, conſecrationis verbis Chriſtus præmiſerit. ibid
§. 1. Has omnes actiones retulit Matthæus; itemque Marcus, Lucas, & Paulus. ibid
§. 2. Benedictio, Gratiarumque actio, & panis fractio, ſingillatim explicantur. 421
Sect. II. Quæ verba neceſſaria ſint ad conſecrationis valorem. 423
§. 1. Neceſſaria ſunt *hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus*; ſed non verbum *eſt* expreſſum. ibi
§. 2. Vocula *enim* neque eſſentialis eſt; neque hic videtur tã cauſalis quã confirmãs. 424
Sect. III. Neceſſaria ne ſint verba, quæ iſtis *hoc eſt corpus meum hic eſt ſanguis meus*, præponuntur, aut poſtponuntur. 427
§. 1. Non requiruntur præcedentia. ibid
§. 2. Nec item ſubſequentia in canone, ſeu Græco, ſeu Latino. 428
§. 3. Nec requiritur alia ſubſequens Eccleſiæ precatio. 429
§. 4. Cæteras huius loci quæſtiones percurro. ibid
DISP. XL. De his quæ poteſt Chriſtus in Euchariſtia naturaliter agere, & pati. 430

Sect. I. Poſſit ne Chriſtus in Euchariſtia naturaliter actiones aliquas elicere. ibid
Sect. II Nũ Chriſtus in Euchariſtia pati poſſit ab agente naturali. 431
Sect. III. Quot & quales mutationes ſubeat Chriſtus dum eſſe deſinit, ſub ſpeciebus. 432
Sect. IV. An Chriſtus ſub ſpeciebus deſinens conuertatur in ſubſtantiam quæ ibi gignitur. 433
§. 1. Partis aſſertoriæ robur non vulgare exeritur. ibid
§. 2. Multiplex negandi via præcluditur. 434
§. 3. Facilis & expedita negationis ſemita aperitur. 436
DISP. XLI. De ſacræ Euchariſtiæ effectibus. 437
Sect. I. Quando Euchariſtia conferat augmentum gratiæ. ibid
§. 1. Effectum illum Euchariſtia confert antequam ſpecies actione ſtomachi conſumantur. ibid
§. 2. Eum confert effectum quando primum à ſtomacho perfecte continetur. 439
§. 3. Non tamen quandiu in ſtomacho exiſtit. 440
Sect. II. An vtraque ſpecies plus gratiæ conferat, quam altera ſola 441
§. 1. Pars affirmans aſſeritur & probatur. ibid
§. 2. Deſtruendis obiectionibus conſtabilitur. 442
Sect. III An & quatenus & quomodo Euchariſtia cauſet venialium remiſſionem. 444
Sect IV Num, & quî tribuat Euchariſtia præſeruationem à mortalibus. 445
Sect. V. An Euchariſtici ſacramenti effectus ſit æternæ beatitudinis conſecutio. 448
Sect. VI. Sitne quoque ipſius effectus noſtræ & dominicæ carnis vnitas. 449
§. 1. Affirmant PP. ibid
§. 2. Ratio ſuadet. 450
§. 3. Triplici obiectionis deſtructione præcedens doctrina elucidatur. 451
Sect. VI. An & quomodo ſit huius ſacramenti effectus glorioſa corporum reſurrectio. 453
DISP. XLII. De ſpirituali diſpoſitione ad Euchariſtiam recipiendam. 454
Sect. I. Quæ munditiеs à pecato requiratur. 455
Sect. II. An & quomodo requiratur ſacramentalis confeſſio. 456
DISP. XLIII. De corporali diſpoſitione ad recipiendam Euchariſtiam. 457
Sect. I. Quænam corporis mundities, externa diſpoſitio vel ſanitas, ad Euchariſtiam prærequiratur. ibid
Sect. II. De ieiunio ad comunionem requiſito. ibid
DISP. XLIV. De Euchariſtiæ neceſſitate ad ſalutem. 459
Sect. I. An Euchariſtia neceſſaria ſit ad ſalutem neceſſitate medij. ibid.
§. 1. Neceſſaria non eſt adultis nec paruulis in re. ibid
§. 2. Nec in re, vel in voto ad primam gratiam 461
§. 3. Nec ad perſeuerantiam & gloriam. 462
Sect. II. An & quatenus Euchariſtiæ ſacramẽtum neceſſarium ſit neceſſitate præcepti diuini. 463
§. 1. Datur præceptum diuinum ſumendi Euchariſtiam. ibid
§. 2. Præceptum diuinum Euchariſtiæ quas comprehendat, & obliget perſonas. 464
§. 3. Diuinum iſtud præceptum quonam obliget tempore. 467
Sect. III Quomodo ſacramentum hoc neceſſarium ſit neceſſitate præcepti Eccleſiaſtici. 469
§. 1. Quas perſonas præceptum Eccleſiaſticum annuæ communionis obliget. ibid
§. 2. Præceptum annuæ communionis quo tempore obliget. 471
Sect. IV. An & quatenus hoc ſacramentum neceſſarium ſit neceſſitate præcepti Eccleſiaſtici in articulo mortis. 477
§. 1. Dari præceptum iſtud & quas obliget perſonas. ibid
§. 2. Speciatim exquiritur an ſit obligatio dandi Viaticum pueris ratione vtentibus. 475
§. 3. Num debeat, aut poſſit Euchariſtiam ſumere in mortis articulo, qui extra illum eodem die ex præcepto, vel deuotione communicauit. 476
DISP. XLV. De Euchariſtiæ miniſtro. 477
Sect. I. De miniſtro effectionis ſeu conſecrationis. ibid
§. 1. An ſolus ſacerdos valide poſſit Euchariſtiam conficere. ibid
§. 2. An plures ſacerdotes valide poſſint eandẽ Euchariſtiæ materiam ſimul conſecrare. 479
§. 3. An licite id poſſent plures ſacerdotes pro libito; vel ſaltem diuino præcepto. 480
§. 4. Cur liceat Eccleſiaſticus ille ritus plurium ſacerdotum eandem Euchariſtiam, conficere intendentium. 482
Sect. II. De miniſtro applicationis ſeu diſpenſationis, 484
§. 1. Quis licite poſſit ac debeat Euchariſtiam vt ordinarius miniſter, & quis ex commiſſione diſpenſare. ibid
§. 2. Quomodo miniſter gerere ſe debeat cum peccatore Euchariſtiam poſcente. 485

TRACTA

by Google

TRACTATVS TERTIVS.

De Ordine, ſiue de Ordinibus Eccleſiaſticis.

Disp. XLVI. De eſſentia, & diſtinctione Ordinis. 489
Sect. I. Apparatus ad diſputationem. ibid.
Sect. II. Propria definitio Ordinis. 490
Sect. III. Quinam ſint Ordines. 491
Sect. IV. Explicatur diuerſitas inter Ordines. 492
Sect. V. De Officiis ſingulorum Ordinũ. 493
Sect. VI. An omnis ordinatio ſit Sacramentum. ibid.
Sect. VII. De inſtitutione Ordinum. 497
Disp. XLVII. De materia & forma cuiuſcumque Ordinis. 499
Sect. I. Notatio perutilis. ibid.
Sect. II. De materia & forma Ordinum Minorum. ibid.
Sect. III. De materia & forma Ordinis Subdiaconi. 500
Sect. IV. De materia & forma Ordinis Diaconi. ibid.
Sect. V. Circa materiam & formam Presbyteratus. 501
Sect. VI. Circa conſecrationem Epiſcopi. 502
Sect. VII. An ſit neceſſarium vt miniſtrans, & ſuſcipiens Ordinem tangant phyſicè rem illam quæ traditur in ipſa ordinatione. ibid.
Disp. XLVIII. De ſubiecto, & conditionibus in eo requiſitis ad Ordines. 503
Sect. I. Quis validè recipiat. ibid.
Sect. II. Quid de infantibus ante vſum rationis. ibid.
Sect. III. Quis licitè poſſit ordinari. 504
Sect. IV. Circa tempus ordinationum aptum ſecundum ius Canonicum. 505
Disp. XLIX. De cauſa efficiente ſiue miniſtro Ordinum. 506
Sect. I. Supponuntur aliqua. ibid.
Sect. II. Quis poſſit conferre Ordinem Epiſcopatus. ibid.
Sect. III. Quis poſſit dare Presbyteratum. 507
Sect. IV. Quis poſſit conferre Diaconatum, & reliquos inferiores Ordines. ibid.
Disp. L. De effectibus Sacramenti Ordinis. 508
Sect. I. De effectibus per ſe cuiuſcumque Ordinis, Charactere, & Gratia. ibid.
Sect. II. Circa obligationem ſeruandi caſtitatem Ordinibus maioribus annexam. 510

II. INDEX

Digitized by Google

II. INDEX QVORVNDAM Locorum Script. Sacræ indicans ſenſum quo quiſque producitur.

EX TESTAMENTO VETERI.

GENES. 25. verſ.6. *Credidit Abraham Deo & reputatum eſt ei ad iuſtitiam*; Hoc fuit cum adhuc eſſet præputiatus, ex quo ſtat circumciſionem ſolum eſſe ſignum ſpeculatiuum iuſtitiæ. diſp.14.n.32. p.131

Geneſ.17.verſ.14. *Maſculus cuius præputij caro circumciſa nõ fuerit delebitur anima illa de Populo ſuo.* Nihil aliud denotat niſi corporaliter occidendum; quidquid aliqui legãt, vel intelligant. d.ead.n.72. p 136

Leuit.12. verſ. 6. *Cum expleti fuerint dies purgationis ſuæ pro Filio, ſiue pro filia deferet agnum, & Pullum columbæ* &c. explicantur hæc aliquando ex occaſione minus recte, ſed vtiliter d.ead.n 73. p.136

Pſal. 33. Ex titulo huius Pſal & Textu probatur veritas Euchariſtiæ diſput.30.n.17. p.325

Pſal.108.verſ.7. *Epiſcopatum eius accipiat alter,* An & quomodo intelligatur de charactere talis ordinis diſp 46.n.56. p.498

Pſal.109. Totus hic Pſalmus eſſe realẽ Chriſti exiſtentiam in ſacramento confirmãt. diſp. 30.n.28. p.325

Iſai.52. *Beati qui ſeminant ſuper aquas.* profertur ex Innocẽtio III. ad adſtruendum *aquã* cum vino mixtam conuerti in ſanguinem Chriſti. diſp.28.n 68. p.310

Ex Nouo Teſtamento.

Math.19.verſ.28. *In regeneratione cum ſederit Filius hominis, ſedebitis & vos iudicantes &c.* intelligitur ad literam ſolum de iudiciaria poteſtate, quam Apoſtoli acceperunt poſt Chriſti reſurrectionem ſuper omnes Chriſtianos, in hac vita degentes intra Eccleſiam militantem. diſp.28 à n.13. p.300

Matth. 26. & *Marc.14. & Lucæ.22, Non bibam de hoc genimine vitis vſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum nouum in regno Dei &c.* Declarantur hæc dicta de Euchariſtia in Eccleſia militanti præſentis ſeculi, & ſine vlla metaphora. diſp.28 n.1. p 298

Ibidem apud eoſd. *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus.* ſenſus verus, & catholicus propugnatur, & errores Hæreticorum euentilantur. diſp.30.n.8. p.322

Ibidem apud eoſd. *Accepit Ieſus Panem, & benedixit &c.* Probant ſatis clare benedictionem & gratiarum actionem fuiſſe actiones diſtinctas. diſp.39.n.4. p.410

Matth. 28. veſ.19. *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris &c.* Probãt quod ſolus de lege ordinaria eſt Miniſter ſacramentorum. diſp.17.n.6. p.167

Matth. 26. *Hic eſt enim ſanguis meus.* Contenditur particulam *enim* eſſe ibi confirmatiuam, ſicut eſt *vere*, & *certe*. diſp.39. à n. 29. p.424

Marc. vltimo. verſ.16. *Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit &c.* argumentum ex his verbis retorquetur in Hæreticos. diſp. 7.n.35. p.87

Luc.22.verſ. 19. *Accepto Pane, gratias egit, & fregit, &c.* Hic omiſit Euangeliſta Lucas mentionem *Benedictionis*, cuius alibi cap. 24. verſ. 30. meminit expreſſe. diſp.39.n.7. p.420

Luc.24. verſ. 30. *Accepit Panem, benedixit ac fregit, & porrigebat illis.* Ex his verbis colligitur Benedictionem præmiſſam conſecrationi. diſp.39.n.7. p.420

Ioan.3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto &c.* Ex his non probatur neceſſitas Euchariſtiæ ad ſalutem eſſe per modũ medij, quamuis talis ſit neceſſitas Baptiſmi. diſp.44.n.2. p. 459

Ioann. 6. *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem &c.* non probant Euchariſtiam eſſe neceſſariam in re ſuſceptum. diſp.44.n.2. p 459

Eadem verba intelliguntur de neceſſitate in Adultis præcepti manducandi Chriſtum, vere & realiter diſp.ead.n.7. p.460

Ioann 6. verſ.54 *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem &c. ego reſſuſcitabo eum in nouiſſimo die.* Hic locus docet glorioſam reſurrectionem noſtrorum corporum eſſe Euchariſtiæ effectum. diſp.41. n. 70. p.453

Ioann.6 Longus ſermo ille Chriſti domini, de Euchariſtia declaratur neruoſe. diſp. 30. à n.2. p. 321

Actor.2. ver.24. *Erant perſeuerantes in doctri-*

na

Digitized by Google

nia Apoſtolorum, & Communione & fractione Panis. Ex hoc loco & aliis conſtat, Euchariſtiam per antonomaſiam dici fractionem Panis.d.39.n.22. p.423

Roman 4 verſ. 11. *Signum accepit circuncisionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei.* Significat Paulus, Circuncisionem fuiſſe merum ſignum ſanctitatis.d.2.n.82. p.29

Roman.6.verſ.4. *Conſepulti enim ſumus cum illo per Baptiſmum in mortem.* Hæc dum DD. exponunt indicant ſacramentum ſolum eſſe cauſam moralem gratiæ. d.10. num. 13. p.98

1.Corinth.10.verſ.17. *Vnum corpus multi ſumus omnes qui de vno Pane participamus.* Exponitur de vno corpore, & de Pane vno moraliter, hoc eſt de Pane proprio eiuſdem Domini aut eiuſdem menſæ d.25.n.17.p. 286

Eiuſd. epiſt. cap.10. *Fugite ab idolorum cultura, vt prudentibus loquor* &c. vt illos abducat ab idololatria opponit ſacrificium Euchariſticum.d.30.n.17. p.324

Eiuſd.epiſt.c.10 *Panis quem frangimus, nonne participatio Corporis Chriſti eſt.* docet Apoſtolus Fractionem Panis ſingularem & fieri ſolitam ante conſecrationem diſp 39.n.22. p.423

Eiuſd.epiſt.c.6. *Neſcitis quoniam Corpora veſtra membra ſunt Chriſti: Tollens ergo membrum Chriſti* &c. declaratur per vnitatem carnis factam & reſultantem ex copula coniugali non vero ex fornicaria, quia hæc imperfecta eſt.d.41.n.60. p.450

Eiuſd.epiſt.c.11. *Ego enim accepi à Domino quod tradidi vobis.* Explicant hæc ex ſimili dicto eiuſd. Pauli ad Galatas.1.q.d. rem tradidi vehementer mirandam & firmiter credendam d.30.n.18. p.324

2.Corinth.1.verſ.21. *Qui vnxit nos Deus, qui & ſignauit nos* oſtendit hic locus caracterem Confirmationis contineri expreſſe in ſacris litteris.d.15.n.21. p.141

Eiuſd. epiſt.c.6. *Quæ conuentio Chriſti ad Belial?* negat conuentionem in iugo ſiue in partem iugi ſpiritualis non quamcumque ſimilitudinem.d.3 n 60. p.41

Ad Epheſ.c.1.v.13. *In quo & vos cum audiſſetis verbum veritatis, Euangelium ſalutis vere ſignati eſtis* vbi ſermo eſt de adultorum Baptiſmo, qui dicuntur ſigillati charactere. d. 15.n.3. p.139

Eiuſd.epiſt.c.4.v.30. *Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, à quo ſignati eſtis in die Redemptionis.* Etiam hic ſermo de charactere & die Baptiſmatis d.ead.n.4. p.139

Ad Galat.1. verſ. 11. *Notum enim vobis facio fratres Euangelium quod euangelizatum eſt à me &c. per reuelationem Ieſu Chriſti accepi.* Tantam inducit authoritatem Apoſtolus ad perſuadendum Galatis res maximas. d.30 n.18. p 324

1. Petri 1. *Quibus reuelatum eſt, quia non ſibimetipſis, vobis autem miniſtrabant ea, quæ nominata ſunt vobis.* Ex his Verbis Euchariſtiæ veritas illuſtratur.d.30 n.21. p.324

Eiuſd.epiſt.c 2.verſ.2. *Quaſi modo geniti infantes Rationabile ſine dolo lac concupiſcite* &c. Quanta ſit proportio Euchariſtiæ cum refectione corporea docetur d 24. n.9. p.274

Eiuſd.c.3.verſ.21. *Quod nunc ſimilis formæ ſaluos nos facit Baptiſma* &c. non ſola fides ſine Baptiſmo; nec Baptiſmus ſine bona diſpoſitione animæ.d.7.n.37. p.87

Iacobi 5. verſ 14. *Inducat Presbyteros Eccleſiæ.* Satis eſt vt eos quis aduocet interpretatiue, vel habitualiter.d.18.n.81. p.219

Ex eodem teſtimonio iuxta Tridentini interpretationem oſtenditur impoſitio manus neceſſaria ad ordinem Presbyterij. diſp.47. n.12. p.501

Apocal.c.16.verſ.2.& c.7.verſ.4. & c.19.v.20. *Fit mentio characteris & ſigni in frontibus.* An ne de aliquo ſacramentali vel inhærente? d.15.n.48. p.141

III ALI

III. ALIQVOT TEXTVS EX Iure Canonico: ſpecialiter illuſtrati.

Ex Decreto Gratiani.

CAP. *A quodam Iudæo*. 24. de conſecratione diſt. 4. diſp. 17. n. 64. p. 176
Cap. *Secundum Eccleſiæ*. 8. diſt. 14. ibi. p. 176
Cap. *Epiſcopus*. 59. de conſecratione. diſt. 1. diſp. 17. n. 99. p. 197
Cap. *Cum frangitur*. 37. de Conſecratione. diſt. 2. d. 22. n. 16. p. 257
Cap. *Hoc eſt*. 48. de Conſecratione. diſt. 2. d. 24. n. 23. p. 277
Cap. *Cum omne crimen*. 7. de Conſecratione. diſt. 2. d. 28. n. 27. p. 303
Cap. In ſacramento. 5. de conſecratione. diſt. 2. d. 28. n. 36. p. 303

Ex Decretalibus.

Titulus integer, *De ſacramentis non iterandis*. Profertur ad conſtituendum triplicem Characterem. d. 15. n. 35. p. 143
Cap. *Si quis Puerum*. 1. de Baptiſmo, & eius effectu. probat. intentionem Miniſtri eſſe requiſitam ad ſacram. ibi. n. 74. p. 148
Cap. finale. De temporibus ordinationum expenditur. d. 17. n. 99. p. 197
Cap. *Maiores*. 3. de Baptiſmo refertur pro intentione ſubiecti requiſita ad ſacram. d. 18. n. 18. p. 210
Idem cap. citatur pro non Repugnantia ſubiecti. ibi. n. 36. p. 212
Idem producitur in *§. item quæritur*, & explicatur rectius. ibi. n. 49. p. 214
Cap. *Cum Marthæ*. 6. de celebratione miſſarum docet ſacramentum includere Chriſti ſubſtantiam. d. 24. n. 26. p. 277
Idem cap. in §. *quæſiuiſti*, fauet ſententiæ aſſerenti aquam cum vino immediate conuerti in ſanguinem Chriſti. d. 28. n. 48. p. 306
Cap. *In quadam*. 8. de Conſecratione Miſſarum. d. 28. n. 40. p. 305
Cap. *Firmiter*. 1. de ſumma Trinitate &c. d. 34. n. 26. p. 357
Cap. *Omnis vtriuſque* 12. de Pœnit. & Remiſſ. declaratur & defenditur. d. 44. num. 58. p. 469
Cap. *Presbyter*. 3. de ſacram. non iterandis expenditur. d. 47. n. 8. p. 501

Ex Sexto Decretalium.

Extrauag. *Sancta R. Eccleſia*, de Religioſis Domibus. d. 2. n. 101. p. 32
Extrauag. *Vnigenitus*, de Pœnit. & Remiſſ. d. 30. n. 36. p. 327

R. P. AVGVSTINI BERNAL, E SOCIET. IESV, S. THEOL. DOCTORIS

DISPVTATIONES DE SACRAMENTIS IN GENERE.

Vox Sacramentū quinque res ſignificat.

NOMEN *Sacramentum* quinas habet ſignificationes; duas apud Authores Latinitatis; duas apud Scriptores Canonicos; quintam apud Concilia, Patres, & vniuerſam Eccleſiam; cunctas præſenti inſtituto deſeruientes. Primò ſignificat, teſte Varrone 4. ling. Lat. §. penultimo, certam pecuniæ ſummam, quam olim vterque litigans deponebat in loco ſacro; & qui litem obtinebat, ſuam recuperabat pecuniam, alter ſuam cum lite amittebat: ſic ferè vt in hac noſtra Aragonia qui Supremi Aragonum Iudicis locum tenentes, vel tenentem, violati in ſuo Iudicum munere noſtratis Iuris accuſat. Porrò depoſitum illud pecuniarium, tanquam à loco ſacro ſacraretur; Sacramentum dicebatur, id eſt, ſacratum: ſicut pauimentum dicitur quaſi pauitum, ſeu contuſione complanatum.

I. Pecuniam à litigātibus in loco ſacro repoſitam.

II. Ieſiurandum.

Secundò, Sacramentum in vtroque iure idem eſt ac iuramentum: quo ſcilicet noſtra dicta ſacrantur.

III. Secretum.

Tertiò, in S. S. Sap. 2. v. 22. Daniel. 2. ſæpiùs, & Tob. 12. v. 7. Sacramentum ſumitur pro ſecreto, & minimè vulgando, iuxta illud Tob. cit. *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt*.

IV. Signum rei ſacræ.

Quartò idem eſt, ac ſignum rei ſacræ, Epheſ. 5. v. 32. *Sacramentum hoc magnum eſt*: nec mirum, nam eſt Græcè *μυστήριον mysterium*, à verbo *μυέω*, *ſacra doceo*, q. d. *ſacrum inſtitutorium*, quod non poteſt ſignum non eſſe. Hoc ſenſu Sacramentum accipiunt plerique Patres: vnde ſanctus Auguſtinus Epiſt. 5. ad Marcellinum, hanc de ſignis regulam tradit, *Cum ad res diuinas pertinent, Sacramenta appellantur*. & eiuſdem ſignificationis meminit S. Thomas hîc art. 1.

V. Signum rei ſacræ, ſacrans nos.

Quintò, quaſi per antonomaſiam à tota Eccleſia ſumitur Sacramentum pro ſigno rei ſacræ ſanctificantis nos, & propriè, vel impropriè ſanctificante nos, vt eſt in Noua Lege Baptiſmus, & in Veteri Circumciſio.

Hæc V notio probatur, & quia cæteras includit.

Hanc ſignificationem contra Nouatores, Noſtri Recentiores aſtruunt è priſcis Pontificibus, Conciliis & Patribus. Addo rationes: Primam à priori; vox enim *Sacramentum*, antequam ab Eccleſia notionem iſtam acciperet, quatuor res, vt vidimus, ſignificabat; nempe rem quandam ſacratam, rem quandam ſacrantem, ſacrum ſecretum, & ſacræ rei ſignum: Atqui res quælibet earum, quas in Eccleſia Sacramenta vocamus, v. g. Baptiſmus, & eſt res ſacra, & ſacrans, & ſecretum profanis non vulgandum, vt poſt Areopagitam plerique PP. docent; & eſt ſignum rei per antonomaſiam ſacræ, nempe gratiæ ſanctificantis: Igitur ſummo iure per antonomaſiam hoc nomen vendicat.

Et exemplo Græcorum.

Secundam ab exemplo Græcorum: nam quia Sacramenta, conferendo gratiam, tam inſignem exhibent perfectionem, ideò per antonomaſiam Sacramenta vocant *τελετὰς*, id eſt, perfectiones, ſeu res perfectiuas: Ergo quia nos nobiliſſimè ſacrant, iure Sacramenta vocantur.

Et quia nulla vox æquè apta illi notioni.

Tertiam à neceſſario: quia nullum ſuppetebat nomen, quo ſignificaremus id, in quo prædictæ res eſſentialiter inter ſe conueniunt, & ab aliis differunt: Eccleſia verò poteſt, ac debet pro rerum nouitate noua cudere nomina, vel antiqua nouiter vſurpare. Sic nomina *Chriſtianus*, *Trinitas*, *Incarnatio*, penitus ſunt à Chriſti fidelibus inuenta: ſic *Euangelium*, *Apoſtolus*, *Baptiſmus*, à fuſioribus ſignificationibus ad contractiores redacta, certiſque rebus per antonomaſiā applicata. Lege Auguſtin. in Ioan. Tract. 97. poſt medium. Nos vero de Sacramentis in hac vltima

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

ma ſignificatione, vt moris eſt Scholaſticis, agemus.

DISPVTATIO I.

De ſacramenti eſſentia, diffinitione, diuiſione.

SECTIO I. *Quæ ſint prædicata ſacramenti eſſentialia.*

§. 1. *Sacramentum eſſentialiter eſt ſignum.*

§. 2. *Eſſentialiter eſt ſignum veræ ſanctitatis.*

§. 3. *Non eſt eſſentialiter ſanctificatiuum, ſed conſecratiuum.*

§. 4. *Eſt materialiter & abſolutè ſignum ad placitum, formaliter naturale.*

§. 5. *Eſt eſſentialiter ſignum ſenſibile, & à Deo inſtitutum.*

SECTIO II. *Quænam ſit ſacramenti definitio.*

§. 1. *Definitiones aliis probatas improbo.*

§. 2. *Exactam ſacramenti definitionem aſſero.*

SECTIO III. *Qualis ſit ſacramenti diuiſio in Vetus & Nouum.*

§. 1. *Argumenta, quibus eſſe vel non eſſe vniuocam probari ſolet confuto.*

§. 2. *Iuxta varias de eſſentia ſacramenti ſententias vniuocam & non vniuocam eſſe demonſtro.*

§. 3. *Abſolutè eſſe vniuocam aſſero & defendo.*

1 Diſputamus de ſacramẽtis ad vſum ſenſibilis Reip. accõmodatis.

ADuerto, ſermonem eſſe de ſacramento abſtracto ab iis, quæ iam inſtituta fuerunt, & ab aliis ſimilibus, nempe accommodatis ſacræ hominum Reip. ſenſibili, & militanti; nec aliter, quam dependenter à ſenſibus, intellectiones exercenti. Nam hæc ſola nunc ſacramenti nomine donamus; non illa ſigna, quæ pro Angelis, & animabus ſeparatis, vel etiam Hominibus independenter à ſenſu intelligentibus, poſſent ad ipſorum ſanctificationem inſtitui; ſiue illa tunc dici poſſent ſacramenta, ſiue non. Sic enim in Diſputationibus de homine, ſermo eſt, de compoſito ex materia, & anima intelligente huius infirmæ ſpeciei: non de illo, quod ex anima intellectiua alterius ſpeciei produci poſſet: ſiue nomen *Homo* ad illud extendi, vel applicari tunc deberet, ſiue ſecus.

SECTIO I.

Quæ ſint prædicata ſacramenti eſſentialia.

DAturus ſacramenti definitionem, & diuiſionem, prædicata ipſius eſſentialia præſtituam, ex quibus illas facillimè deducam.

§. I.

Sacramentum eſſentialiter eſt ſignum.

Realiter eſſe ſignum, in fidei dogmatis pono. Nam de veteribus ſacramentis affirmat Apoſtolus, quatenus ait, omnia illius legis in figura contigiſſe: de Nouis Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. can 6. definiens, omnia eſſe ſigna gratiæ, & ſeſſ. 13. cap. 3. Commune eſſe Euchariſtiæ cum cæteris ſacramentis ſymbolum eſſe rei ſacræ, & inuiſibilis gratiæ formam viſibilem: de Nouis autem & Veteribus Concilium Florentinum, ſeſſ. 25. in Inſtructione Armenorum, ſtatuens, Vetera ſignificaſſe gratiam à Nouis conferendam; Noua vera conferre gratiam quam ſignificant. Conſpirant Patres, dum ſacramenta vocant ſymbola, nutus, characteres, formas, apud Suarez, & Vaſquez, & alios Recentiores, idipſum aſtruentes variis rationibus. Quibus addo, quia ſex illa ſacramenta, quæ in vſu conſiſtunt, conſtant eſſentialiter verbis, aut rebus, quæ pro verbis ſubſtituuntur, proinde eſſentialiter imbibunt rationem ſigni. Illud verò, quod non conſiſtit in vſu, nempe Euchariſtia, ſicut & pleraque alia, quandam habet ſimilitudinem cum effectu, quem inducit, verbi gratia Baptiſmus cum ablutione animæ, Euchariſtitia cum refectione, &c. quæ ſimilitudo neceſſaria non erat ad effectus illos inducendos: Ergo ſolùm procurata fuit ad ſuauiorem inſtitutionem ſacramenti cum ratione ſigni.

Sacramentũ eſſe reipſa ſignum fides docet.

2 Eſſe ſignum eſſentialiter, ratio ſuadet

Addit aſſertio, ſacramentum eſſe ſignum eſſentialiter. Quod eſt commune, & traditur à S. Thoma art. 1. dicente, ſacramentum eſſe in genere ſigni, quaſi dicat, ſignum eſſe genus reſpectu ſacramenti, nempe ſicut animal reſpectu hominis: proinde rationem ſigni eſſe ſacramento eſſentialem. Ratione probant Recentiores cum Carthagena Diſp. 1. diffic. 1. cap. 2. quia forma ſacramenti determinat materiam: Sed ſolùm determinat, vt ſignificatiua: nam vt cauſatiua ſolùm reſpicit gratiam vt effectum, non materiam vt ſubiectum: Ergo ſacramentum eſſentialiter eſt ſignum. Falſa tamen eſt. Minor, eiuſque probatio: nam forma ſacramenti, verbi gratia Baptiſmi, non ſolùm eſt gratiæ ſignificatiua, ſed etiam cauſatiua: materia vero, nempe ablutio, ſicut non eſt ſignificatiua ſine forma prædicta, ſic neque eſt cauſatiua: Ergo forma non determinat, ac proinde non reſpicit materiam, ſolùm vt ſignificatiua, ſed etiam vt cauſatiua. Alioqui neque vt ſignificatiua materiam reſpiciet, aut determinabit: Si enim cauſatiuum ſanctitatis quà tale, ſolam reſpicit ſanctitatem; ſinè ſignificatiuum ſanctitatis quà tale, ſolùm ipſam reſpiciet: Ergo vel neutra ratio materiam determinare poteſt, vel vtraque poteſt. Aliæ rationes eiuſdem Autoris, cum ſolùm probent, ſacramentum eſſe ſignum realiter, ad rem non ſunt, & actum agunt Nec Lugus nouiſſimè Diſputat. 1. à numero 15 ad 29. probat, niſi ſacramentum poſſe ſimul eſſe ſignum, & cauſam.

3 Nam ſi eſſentialiter cauſa eſt, ideo eſt cauſa, quia ſignum.

Rationem adhibeo. Quia ſi quid obſtaret, ne ſacramento foret eſſentialis ratio ſigni, eſſet (vt omnes fatentur) quia illis eſt eſſentialis ratio cauſæ: Hoc autem non obſtare, probo: quia ſi ratio cauſæ eſt eſſentialis ſacramento, vel non

Digitized by Google

non eſt prior ratione ſigni, vel eſt poſterior: Ergo ratio ſigni ſacramento eſt eſſentialis. Antecedens probatur, quia non eſt vnde colligamus rationem cauſæ eſſe priorem: eſſe autem poſteriorem oſtenditur. Primum in ſacramentis Veteribus, quæ non cauſabant veram ſanctitatem, ſed legalem: hanc enim cauſabant in genere cauſæ formalis vt quædam ſigna gratiæ poſt Chriſtum conferendæ. Nam quia tunc homines illa ſigna iſtius gratiæ geſtabant, legaliter per illa ſanctificabantur, hoc eſt reddebantur habiles ad bona illius Eccleſiæ propria: quemadmodum ſi quis geſtando imaginem ampliſſimæ vrbis, à Rege condendæ, conſtitueretur ciuis, & municeps in alia minori, & ab eodem Rege iam extructâ. Probatur deinde in ſacramentis Nouis, veram ſanctitatem ſignificantibus, & conferentibus: nam gratiæ ſignificatiuum, & cauſatiuum, ita ſe habebunt in Sacramento Nouo, ſicut ſignificatiuum & cauſatiuum debitæ ſolutionis, ſe habent in chirographo: in hoc autem ſignificatiuum non eſt poſterius cauſatiuo, ſed prius: Ergo etiam in Nouo ſacramento. Nam ſicut chirographum eatenus obligat, quatenus ſignificat, & ideo obligat, quia ſignificat, ideoque ſolutionem inducit, quia obligat; ita ſacramentum, tantum cauſat, quantum ſignificat, & quia gratiam ſignificat, ideo illam cauſat. Proinde ſicut chirographo eſſentiale eſt ſignificare, ita etiam ſacramento.

4. *Nec repugnat poni ſub genere cauſæ, & ſub genere ſigni.* Firmo deſtructione rationum contrariarum. Prima eſt, ſacramentum eſſentialiter eſt cauſa; proinde ſi eſſentialiter eſſet ſignum, poneretur ſub duobus generibus diſparatis, nempe ſigni & cauſæ: nam neque omne ſignum eſt cauſa, neque omnis cauſa eſt ſignum. Reſpondeo, ſi velis, eandem ſpeciem ſub illis duobus generibus cauſæ, & ſigni futuram immediatè, non id ſequitur: nam inter ſacramentum & cauſam, ſicut etiam inter ſacramentum, & ſignum, plura mediant prædicata, cum neque cauſa, neque ſignum immediatè diuidatur in ſacramentum. Quod ſi velis, futuram mediatè, & in diuerſis diuiſionibus, id non eſt abſurdum, ſed verum, & ab omnibus admittendum, vt probaui in Logica Diſp. de ſpecie, & in Tomo de Incarnatione Diſp. 68. n. 55. Et exemplum adductum rem euincit: Chirographum enim eſſentialiter eſt ſignum obligans: ac proinde ſignum inductiuum ſolutionis: Ergo eſſentialiter eſt ſignum, & cauſa. Et alia ſexcenta in Phyſicis, & Moralibus, facile occurrent.

5. *Nec ideo cõfunditur cum ſacramentali.* Secunda obiectio. Sacramentum cum Sacramentali conuenit in eo, quod vtrumque ſit inſtrumentum ſanctificans; & ab ipſo diſtinguitur in eo, quod peculiariter ſanctificet: nempe ſacramentale, vt ſignum ſanctitatis, ſacramentum vero vt cauſa ipſius: Ergo ſacramentum non eſt ſanctitatis ſignum, ſed cauſa. Reſpondeo, falſum eſſe antecedens; quia ſacramentale non eſt abſolutè ſanctificans, ſed ad ſummum legaliter: ſacramentum autem in communi non eſt ſanctificans, ſed conſecrans, vt inferius probabitur. Si tamen permitterem, Vtrumque eſſe ſanctificans, dicerem diſtingui eſſentialiter, quia ſacramentum eſt eſſentialiter ſignum veræ ſanctitatis, ſacramentale non item: vel etiam diſtingui, quia ſacramentum eſt ſignum ſanctificans, inſtitutum immediatè à Deo, non autem ſacramentale, verbi gratia aqua luſtralis, cerei benedictio &c. *S. Thom. Q. LX.*

6. *Res verò quæ gratiam cauſaret, & non ſignaret, ſacramentum nõ eſſet.* Tertia obiectio ſi Deus inſtitueret aliquam rem ad producendam gratiam, & non ad eam ſignificandam: talis res eſſet ſacramentum, & non ſignum: Ergo eſſe ſignum non eſt de ratione ſacramenti. Nego, rem illam quæ foret ſanctitatis cauſa, & non ſignum, fore ſacramentum: ſicut nec illa id haberet, quæ ſignum eſſet gratiæ, & hominem non ſacraret: vtrumque enim requiritur eſſentialiter ad ſacramenti rationem. Ideo manna ſacramentum non fuit, quia tametſi gratiam diuinitus ſignificabat, hominem tamen ſacrum non reddebat: è contra verò confeſſio fidei, vel petitio Baptiſmi, licet adultum diuina inſtitutione conſecret, ſiue habilem reddat ad recipiendum Baptiſmum, non eſt ſacramentum, quia non eſt gratiæ ſignum diuinitus inſtitutum.

7. Quarta obiectio. Signum vel eſt demonſtratiuum, ſeu rei præſentis; aut memoratiuum, ſeu rei præteritæ; aut prognoſticon, ſeu rei futuræ: Atqui Baptiſmus v. gr. collatus ei, qui nec habuit, nec habet, nec habebit gratiam, eſt verum ſacramentum, & non eſt ſignum ſanctitatis præteritæ, præſentis, aut futuræ, nam alioquin eſſet falſum ſignum: Ergo non eſt eſſentiale ſacramento ſignum eſſe. Reſpondeo Primò, rationem iſtam non eſſe contra rationem ſigni ſacramenti in communi, ſed ſacramenti Nouæ legis, quod eſt ſignum practicum gratiæ, quam poteſt aliquando non tribuere. Secundò reſpondeo, tale ſacramentum eſſe gratiæ ſignum, ſanctitatis practicum, non abſolutum ab omni conditione, ſed dependenter à diſpoſitione. *Sacramentũ Nouæ legis eſt ſignũ conditionatum.* Quare ſacramentum permanens, quale eſt Euchariſtia, ſtatim atque conficietur, erit ſignum promiſſiuum, & prognoſticon ſanctitatis, ſub conditione tamen diſpoſitionis requiſitæ. Sacramentum verò tranſiens, ſiue in vſu conſiſtens, vt Baptiſmus, & alia quinque, ſi dum efficietur, adſit conditio, erit ſignum demonſtratiuum gratiæ præſentis, quam producet: ſi deſit conditio, erit ſignum illius gratiæ, quam poſitâ conditione contuliſſet. Quod aduerſarij recuſare non poſſunt, aſſerentes ſacramentum eſſentialiter eſſe cauſam ſanctitatis: nam in euentu poſito non eam cauſat. Si enim reſpondeant, cauſare illam in actu primo: dicant, illam certam, ac determinatam, & præſentem gratiam ſignificare in actu primo: quod nec vix diſtingui poterit à ſigno ſub conditione aliqua, vt nunc dicebam.

§. II.

Eſſentialiter eſt ſignum veræ ſanctitatis.

8. *Sanctitas duplex, propria ſeu iuſtificans; & impropria, ſeu legalis.* Duplex hoc loco diſtinguenda ſanctitas: vna vera, propria, & interna, quæ rationalem creaturã conſtituit Deo ſimpliciter gratã, & cæleſti

S. THOM. Q. LX.

cæleſti beatitudine dignam, vocaturque gratia habitualis, & ſanctificans: Altera eſt ſanctitas legalis, externa, & adumbrata, quæ rationalem creaturam reddit aptam ad aliquid bonum Eccleſiæ proprium. verbi gratia ad aliquod miniſterium ſacrum exercendum; vt fiebat olim per aliquas externas expiationes, lotiones, & ſimiles ritus, ac ceremonias M. Canus relect. de ſacramentis Parte 1. Ledeſma Prima Quarti quæſt. 10. art. 2. circa finem, & Bellarminus de ſacramentis lib. 1. cap. 12. §. *Secunda propoſitio*, negant eſſe de ratione ſacramenti ſignificare ſanctitatem veram, ſed aut veram, aut legalem.

9 Sacramentū eſſentialiter eſt ſignum ſanctitatis propriæ.

Sacramentum eſſentialiter eſſe ſignum veræ ſanctitatis, communior eſt, & vera ſententia. Quam probant Recentiores cum Suarez Diſputat. 1. ſect. 2. §. *Dico tertio* autoritate ſcripturæ, Conciliique Florentini, & quorumdam Patrum. Sed ſolùm, probant iſtud ſacramentis competere realiter, non perſuadent competere eſſentialiter. Probant rurſus ratione eiuſdem Suarez, quia prima tonſura, Aqua Luſtralis, abſolutio excommunicationis, Manuum impoſitio, cruciſque formatio Catechumenis applicari ſolita, & tandem religioſi ſtatûs profeſſio, cum tribuant ſanctitatem quandam, non poſſent conuenienti aliqua ratione excludi ex numero ſacramentorum: conuenientiſſimè autem expelluntur, quia non habent veræ ſanctitatis ſignificationem ſacramento eſſentialem. Diſplicet hæc ratio; tum quia, cum ſola ſit, non eſt à priori, ſed ab incommodo: tum quia iſtud ipſum quod fugit, non effugit: nam (vt hoc nunc vtar exemplo) ſacerdotalis acceptio veſtis Albæ cum illis verbis, *Dealba me Domine, & munda cor meum*, &c. & eſt ſignum veræ ſanctitatis, & aliquam externam confert: Cur ergo non eſt ſacramentum? Nos autem eius rei claram afferimus cauſam infra num...

10 Idque S. Th. non ſemel aſſerit.

Probo aſſentionem primò duobus ſancti Thomæ teſtimoniis. Prius habet hic art. 2. in corpore, & clarius in reſponſione ad 3. nam vt diſtinguat ſacramentalia à ſacramentis, docet ea ſolum dici ſacramenta, quæ ſignificant perfectionem ſanctitatis humanæ: Cum igitur hanc ſolam aſſignet differentiam, proculdubio ſentit, eſſe ſacramento eſſentialem Alterum habet infra qu. 64. art. 2. ſcribens, ideo ſolùm Deum poſſe inſtituere ſacramenta, quia ſolus ipſe poteſt conferre veram ſanctitatem, & proinde certa illius ſigna, & minimè fallacia inſtituere: ſentit ergo, de ratione ſacramenti eſſe, vt certò, & infallibiliter ſignificet veram ſanctitatem, ac proinde vt ſit ſignum iſtius.

11 Probatur, quia tam Nouo, quam Veteri iſtud eſſentiale eſt.

Secundò probo hac ratione: Eſſe ſignum veræ ſanctitatis eſſentiale eſt ſacramentis Nouis, & veteribus: Ergo ſacramento ab vtriſque præciſo. Conſecutio cunctis placebit: nam ideo ſentiens eſſentiale eſt animali præciſo ab irrationali & rationali, quoniam vtrique eſſentiale eſt. Antecedentis prior pars ab omnibus conceditur: & ſatis indicatur in Trident. ſeſſ. 13. cap. 3. dicente, commune eſſe Euchariſtiæ cum cæteris ſacramentis, ſymbolum eſſe rei ſacræ, & in-

De nouo res certa, & ſuadetur.

uiſibilis gratiæ formam viſibilem: vbi nomine cæterorum ſacramentorum ſaltem intelligit cætera Noua; cunctiſque illis docet competere, vt ſymbola ſint, ſeu ſigna veræ ſanctitatis: id autem illis competere eſſentialiter, vehementer inſinuat, non obſcurè approbans Doctorum omnium ſententiam, quæ pro eſſentiali prædicato ſacramentis omnibus, ſaltem Nouis, aſſignat, eſſe *inuiſibilis gratiæ ſymbolum, & formam viſibilem.* Ratione item ſuadetur, quia ſacramenta Noua eatenus gratiam conferunt, quatenus eam ſignificant; & ideo conferunt, quia ſignificant; & ita conferunt, vt ſignificant: Ergo non minus eis competit eſſe illius ſigna, quam cauſas, imo quodammodo magis, quia quodammodo prius: Atqui eſſe cauſas veræ ſanctitatis eſſentiale illis eſt: Ergo & eſſe illius ſigna.

12 De veteri probatur.

Altera pars antecedentis erat, id etiam eſſentialiter competere ſacramentis veteribus; quam ita oſtendo. Sacramenta vetera fuerunt realiter ſigna ſanctitatis veræ per ſacramenta Noua conferendæ: ſed hoc ipſum habuerunt eſſentialiter: Ergo eſſentialiter fuerunt ſigna veræ ſanctitatis. Maior definitur in Florentino ſeſſ. 25. in Inſtructione Armenorum §. *Quintò, Eccleſiaſticorum.* Minor probatur, quia illa ſacramenta erant eſſentialiter ſigna, vt §. ſuperiore vidimus: Ergo cum realiter eſſent ſigna veræ ſanctitatis, conſequens eſt vt talia fuerint eſſentialiter. Primò quia ſignificatio veræ ſanctitatis eſt nobiliſſima: proinde non eſt cur non fuerit in illis primaria, & eſſentialis. Secundò, quia non eſt alia ſignificatio, vel ratio, quæ rationabiliter dici poſſit fuiſſe in illis prior, & eſſentialis: è contra verò rationi conſonat, vt Sacramenta Vetera ideo ſanctitatem conferrent legalem, quia gratiam Nouorum figurabant, vt § ſuperiore declaratum eſt.

13 De eodem rurſus oſtenditur.

Hoc ipſum contra Aduerſarios ita probare ſoleo. Vetera ſacramenta fuerunt eſſentialiter ſigna ſanctitatis alicuius: Non legalis: Ergo veræ. Maiorem dant Aduerſarij Minorem probo, quia ſi vetus ſacramentum, ex. gr. lotio, qua mundabantur à cadaueris contactu, non erat ſignum ſanctitatis legalis, quam ipſa conferebat: ergo nullius. Aduerſarij ſolum antecedens negant, quod probo, quoniam illud lotionis ſacramentum, ſe ipſo & formaliter ſanctificabat legaliter, ac proinde erat ipſiſſima legalis ſanctitas, quam dabat: Atqui non erat eſſentialiter ſignum ſui ipſius: Ergo nec ſanctitatis legalis quam tribuebat.

14 Quod non erat ſignum ſuæ ſanctitatis legalis.

Dices formam illius ſacramenti fuiſſe hunc actum diuinum, *Volo vt hæc lotio mundet à contactu cadaueris*: ſed iſta forma ſimul cum lotione, vt cum materia, formaliter mundabat: Ergo illud ſacramentum erat eſſentialiter ſignum ſui ipſius, ſeu legalis ſanctitatis, quam tribuebat. Reſpondeo permiſſo toto ſyllogiſmo, nihil inde ſequi aduerſus noſtram ſententiam, quæ ſolùm eſt, ſacramentum vetus quà tale, non eſſe eſſentialiter ſignum ſui ipſius; Quod explicamus, quia ſacramentum lotionis per hunc actum diuinum inſtitui & conſtitui poteſt, volo vt ſe abluenti, licitus ſit eſus agni paſcha

Digitized by Google

Paſchalis : Ergo ſacramentum veteris legis quà tale non eſſentialiter eſt ſignum ſuæ ſanctitatis legalis.

15. Eſto eſſet alienæ, ſeu per aliud ſacramentum collatæ.

Iſto inquam argumento ſolùm vtor contra aduerſarios, vtpote concedentes, ſacramentum vetus fuiſſe eſſentialiter ſignum ſanctitatis legalis, quam tribuebat. Quia mihi certum eſt, fuiſſe eſſentialiter ſignum alterius ſanctitatis legalis : nam circumciſio cum habilitaret ad legalia, in quibus erat multiplex legalis ſanctitas, eſſentialiter hanc ſignificabat. Eſus Agni Paſchalis habilitabat ad communicandum cum illo Dei populo circumciſo; ac proinde eſſentialiter reſpiciebat ſanctitatem legalem in circumciſione ſitam. Lotiones, ſeu varia baptiſmata reddebant homines illos aptos ad eſum agni, qui vt diximus, erat legalis ſanctitas : vel etiam ad ſacrificium offerendum in illo Dei populo per circumciſionem legaliter ſancto : nullumque ſacramentum illius legis dabitur, quod eſſentialiter ſignificationem ſanctitatis legalis à ſua realiter diſtinctæ non haberet.

16. Nec ideo in Veteribus ſacramentis mutua prioritas.

At inquies, inde ſequi mutuam prioritatem inter illa ſacramenta. Nam circumciſio habilitabat ad reliqua ſacramenta illius legis: Ergo inſtitutio circumciſionis præſupponebat inſtitutionem illorum omnium : ſed inter illa omnia erat v. g. ſacramentum purificans à contactu cadaueris, reddenſque hominem habilem ad communicandum cum populo Dei circumciſo : Ergo inſtitutio ſacramenti Lotionis ſupponebat inſtitutionem ſacramenti circumciſionis : proinde inter inſtitutionem horum duorum ſacramentorum data fuit mutua prioritas, quæ repugnat. Nego tamen ſequelam, & rem ita compono : vt Circumciſio habilitaret ad legalia præcipua, & quæ per ſe, vt ita loquar, & independenter à legis violatione conſtabant : & ita non ſupponebat ſacramentum Lotionis, quo legales maculæ purgabantur, ſed potius iſtud ſupponebat cunctas legis cæremonias, & ipſarum futuras violationes.

17. Sacramenta vetera, & ſignabāt gratiam, & ſubiectum ſacrabant.

Obiicies contra aſſertionem : Plurima fuiſſe in lege Veteri, quæ ſignificabant gratiam in Noua conferendam, quæ non fuerunt ſacramenta. Reſpondeo, inde ſolum fit, ſacramenta vetera non fuiſſe dumtaxat ſignificatiua ſanctitatis, quod eſt veriſſimum; nam etiam erant eſſentialiter ſacratiua, vt §. ſequens declarabit. Inſtabis, ſacrificia legis illius vtrumque habuiſſe : nam & præſignabant gratiam Nouorum, & legaliter ſanctificabant : Occiſio enim Agni Paſchalis & ſignificabat gratiam Euchariſticam; & patrem familias legaliter ſacrabat; alioqui ſcilicet non admittendum ad communicandum cum illo Dei populo.

Sacrificia legis V. forte fuere ſacramentum.

Reſpondemus, hoc toto admiſſo, ſolùm fit, Sacrificium illud, in quo hæc duo concurrebant, fuiſſe ſimul illius legis ſacramentum: qua in re nihil eſt incommodi, ſed potius commodi, nempe qualiſcumque conuenientia cum ſacrificio Euchariſtiæ, cuius ſymbolum fuit.

S. Thom. Q. LX.

§. III.

Non eſt eſſentialiter ſanctificatiuum.

18 Signum ſanctitatis practicū quid.

Signum ſanctitatis practicum nominant Doctores illud, quod eſt cauſatiuum alicuius ſanctitatis, ſiue propriæ, & iuſtificantis, ſiue impropriæ, & legalis, quas initio §. ſuperioris explicui. Porrò Sacramentum eſſentialiter eſſe ſignum ſanctitatis practicum, ſiue ſanctificatiuum aut propriè, aut legaliter, innuit Canus Relect. de Sacramentis Parte 1. & expreſſè tuentur Bellarminus lib. 1. cap. 12. Suarez Diſputat. 1. ſectio. 2. concl. 1. & 2. Coninch art. 2. Dub. 1. Lugo Diſput. 1. numero 23. & plures. E contra verò Sacramentum non eſſe eſſentialiter cauſam ſanctitatis, ſiue propriæ, ſiue impropriæ, ſed ſolum ſignificatiuum propriæ, tuentur Alanus de Sacramentis Parte 2. Sotus in 4. Diſp. 1. quæſtio. 1. art. 1. & 2. Ledeſma ibidem, Vaſquez Diſp. 128. cap. 5. à numero 50. & Carthagena Diſp. 1. diffic. 3. c. 3. Neutri tamen, me iudice ſcopum attingunt.

19 Sacramentum vt ſic non eſt eſſentialiter ſanctificatiuum.

Dico. De ratione Sacramenti non eſt eſſe ſanctificatiuum. Nam ſi quo ex capite colligeretur eſſe, maximè ex eo quod Sacramentum non minus ſignificat virtutem ſacrandi, quam ornamentum vim ornandi, veſtimentum vim veſtiendi &c. quod eſt aduerſariorum fundamentum : Id verò nullius roboris eſſe, patet, quia ſacrare neque apud veteres Latinos, neque apud Eccleſiaſticos Doctores, ſignificat, niſi conferre ſacrationem, aut conſecrationem: hæc autem apud illos non ſignificat eſſentialiter ſanctitatem, ſiue propriè, ſiue analogicè dictam.

Quia licet eſſentialiter ſit ſacratiuū, nō tamen eſt ſanctificatiuū.

De Latinis Veteribus, & Gentilibus, res eſt clara : cum enim non agnoſcerent veram ſanctitatem, ſanè ſacrationis nomine, non ſignificabant illam, nec aliam vt ei ſimilem. De Eccleſiaſticis etiam liquet : nam templa, altaria, Abbates, & veſtes ſacrantur : non quod illis detur vera ſanctitas, aut ſanctitatis ſimilitudo, vel cauſa, vel effectus, ſed quædam habilitas, vt in templo verbi gratia poſſint ſacra fieri, vt hæc veſtis ad ſacrificium inſeruire poſſit.

20 Sacrare enim non eſt verā dare ſanctitatem.

Firmo, quia in lege veteri conſecrabantur ſacerdotes : At illa conſecratio nec veram tribuebat ſanctitatem, nec ipſam intrinſecè reſpiciebat, ſaltem vt effectum: Ergo non ſanctificabat eſſentialiter. Quod enim ſanctitatem in lege noua tribuendam ſignificaret eſſentialiter, non ſatis eſt vt dicamus, eſſentialiter, non ſanctificaſſe, alioquin actus, quo veram ſanctitatem cognoſcimus, eſſentialiter eſſet nos ſanctificans. Firmo rurſus, quia licet homo non eſſet ordinatus ad gratiam, & veram ſanctitatem, poſſet conſecrari in ſacerdotem ad offerendum ſacrificium nomine totius populi verum Deum colentis: Illa verò conſecratio nullum reſpectum diceret ad ſanctitatem veram, non ſolùm cauſandam, ſed neque ſignificandam, vt per ſe eſt notum : Ergo conſecratio præcisè quà talis nec dicit, nec infert, nec ſignificat ſanctitatem veram, aut aliam imperfectam, vt ipſi ſimilem.

S. Thom. Q. LX.

Sanctificatiuum eſt collatiuum veræ ſanctitatis.

Diſputo etiam, quia ſanctitas abſolutè & ſimpliciter ſupponitur pro vera, ſicut homo pro viuo: proinde ſanctificatiuum ſimpliciter ſupponitur pro ſanctificatiuo per ſanctitatem veram: Atqui Sacramentum vt ſic, non eſt abſolutè ſanctificatiuum, vt liquet ex veteribus Sacramentis: Ergo &c. Dicunt Sacramentum in communi eſſe ſanctificatiuum verè vel legaliter, (ſeu quod idem eſt) propriè vel impropriè. Contrà, quia Sacramentum vt ſic non habet eſſentiam diſiunctiuam, & indeterminatam, aut vagam, ſed certam, & fixam, ac proinde vnicam, vt animal: proinde ſicut perperam diceres, animal eſſe principium ſenſationis propriæ, vel impropriæ; ſic prædicti Doctores perperam aiunt, Sacramentum eſſe principium ſanctitatis veræ, vel legalis, ſeu, quod idem eſt, propriæ, vel impropriæ. Et ratio clara eſt, quia vel Sacramentum vetus propriè eſt Sacramentum, vel non: ſi non eſt, non venit propriè nomine Sacramenti; proinde nec Sacramenti definitio dici debet ei propriè conuenire: ſicut nomine animalis non venit animal pictum, ideóque definitio animalis abſolutè ſumpti picto quadrare non poteſt. Si verò Sacramentum vetus propriè Sacramentum eſt, illa ratio conueniet etiam nouo; & ab vtroque præciſa, nequaquam erit diſiunctiua, multiplex, aut vaga, ſed fixa, determinata, vna, & iſtam aduerſarij deſignent: maximè cum contendant, Sacramentum vniuocè diuidi in vetus & nouum: quod cum illa diſiunctione ſtare non poteſt: ſicut ſanum in tota ſua latitudine ſumptum, ſcilicet vt ſanum propriè, vel impropriè, non deſcendit vniuocè ad animal, & vrinam. Tandem argumentor, quia non opus eſt his diſiunctionibus, & anguſtiis, vt §. 5 fiet clariſſimum.

§. IV.

Nec eſt eſſentialiter cauſans gratiam.

22 Eſſe cauſans gratiam in ſuo vel in alieno ſubiecto, Lugus docet.

CVm iam oſtenderimus, Sacramentum non eſſe eſſentialiter ſanctificatiuum ſubiecti, in quo recipitur, eo pronuntiatio videtur includi non eſſe eſſentialiter cauſans gratiam: & ſanè hic eſt ſenſus communiſſimus. Cæterùm P. Ioannes de Lugo Diſp. 1. ſect. 2. à numero 16. cùm admiſiſſet, non eſſe Sacramentum eſſentialiter ſanctificatiuum ſubiecti ſui, docet eſſentialiter eſſe cauſam veræ ſanctitatis, & gratiæ, non quidem determinatè in ſubiecto ſuo, nec determinatè in alieno, ſed in ſubiecto abſtrahente à ſuo & alieno. Sicut enim Sacramenta noua gratiam cauſant in ſubiectis ſuis, ita cenſet ille Doctor, vetera cauſare gratiam in ſubiectis alienis, nempe in hominibus nouæ legis: quia ſignificarunt gratiam ipſis tribuendam; fueruntque promiſſiones illius veraces, & efficaces, efficax autem promiſſio cauſa eſt moraliter efficiens rei, quæ per ipſam promittitur, quia promiſſorem creatum impellit, increatum verò neceſſitat ad ſui impletionem.

Diſplicet hæc ſententia: quia nec affert auctoritatem ſibi ſuffragantem, ſed refragantem; neque rationum vim.

23 Primò enim citat Magiſtrum ſententiarum, & Hugonem Victorinum, requirentes, vt Sacramentum ſit ſignum gratiæ inuiſibilis, cuius cauſa exiſtat. Contrà verò, nam ij DD. apertiſſimè volunt, vt Sacramentum cauſa exiſtat gratiæ in ſuo ipſius ſubiecto: propterea negant, in lege veteri fuiſſe propriè Sacramenta, quia ſigna illa ſuis ſubiectis non tribuebant veram ſanctitatem, idemque tradidit aliquando S. Thomas, cuius verba deſcribam num. 94. idem etiam aſſerunt quicumque illud requirunt, vt autores Catechiſmi Romani ſub titulo *De Sacramento matrimonij*. Hæc itaque ſententia quos patronos aduocat, aduerſarios habet.

Diſplicet I. Quia ſine autore, & contra ipſos quos pro ſe allegat.

Secundò probat, quia alioqui plura, quæ Sacramenta dici non poſſunt, eſſent propriè Sacramenta, vtpote ſigna gratiæ, & ſuo modo ſanctificantia ſubiectum. Sacrificium enim Miſſæ, Chriſtum ſignificat vt autorem gratiæ, proinde ſignificat gratiam ipſam ſuoque vſu tollit pœnæ reatum, ideoque ſuo modo ſanctificat ſubiectum. Vtrumque habet collatio primæ tonſuræ: diſponit enim ad Ordines, quo & ſignificat gratiam per illos conferendam, & legaliter ſanctificat ſubiectum. Similiter abſolutio à cenſura, & diſpenſatio irregularitatis, ſuum quæque ſubiectum legaliter ſanctificant, remouentes ab illo impedimenta boni alicuius cum gratia connexi, ac proinde etiam gratiam ſignificant. Quid ergo illis deeſt ad propriam Sacramenti rationem? Idemque docet Lugo de columbæ deſcenſu in Chriſtum, & nonnullis aliis. 24

Contra: nam ſi vetera, ſacrificia, & Sacramenta, quia ſignificabant Chriſtum vt gratiæ fontem, & gratiam ipſam per noua conferendam, erant iſtius promiſſiones diuinæ, & proinde nunc ſunt cauſæ morales ipſius: Ergo Miſſæ ſacrificium, quod, vt ipſe doces, ſignificat Chriſtum vt gratiæ fontem, ac proinde ſignificat gratiam ipſam per Chriſtum conferendam, erit eiuſdem gratiæ promiſſio diuinæ, & efficax, ac proinde moralis cauſa: cumque aliunde ſuo modo ſanctificet, erit propriè Sacramentum. Non igitur effugis incommodum, quod fugis. Tonſuræ collatio, cenſuræ abſolutio, irregularitatis diſpenſatio, iam alium habent in tua ſententia defectum, vt Sacramenta non ſint, nempe quia non ſunt diuinitus inſtitutæ. In mea verò ſententia Miſſæ ſacrificium ideo deficit à ratione Sacramenti, quia non eſt ſignum gratiæ: tametſi enim, quatenus actio reſpiciat eſſentialiter Chriſtũ, & ideo ſignificet Chriſtum, ſignificat tamen illum, non omnia quæ ab illo fluere poſſunt. Vnde enim oppoſitum, aut quo fundamento dicitur? Tonſuræ collatio, cenſuræ abſolutio, & Irregularitatis diſpenſatio, non ſunt ſacramenta, quia non à Deo inſtitutæ. Columbæ in Chriſtum deſcenſus, duplici ex capite: & quia non fuit ſignum ſtabiliter inſtitutum: & quia Chriſtum non ſacrabat, ſed hominibus indicabat; forte etiam quia per ſe non gratiam habitualem, ſed ſubſtantialem ſignificabat. De cæteris, quæ Lugus adducit, agam *num.* 58. *&* 59. 25

II. Quia abſurditatem, quam fugit, non effugit.

Tertiò probat, quia ſacramenta noua citra dubitationem ſunt cauſa gratiæ: Sed Vetera etiam ſunt: Ergo de ratione ſacramenti in communi eſt eſſe gratiæ cauſam. Minorem probat 26

probat, quia Vetera ſacramenta non erant ſanctitatis futuræ ſigna ſpeculatiua, ſed practica: erant enim diuinæ promiſſiones, ac proinde veraces, ac Deum neceſſitantes ad ſui impletionem, conferendo gratiam, proinde fuerunt, vel potius modò ſunt, cauſæ moraliter gratiam cauſantes. Ideò ſiquidem à Paulo ſæpius vocantur repromiſſiones; & lex dicitur vmbra fuiſſe futurorum; & omnia illis in figura contigiſſe: &, quod magis vrgere videtur, ſæpe Auguſtinus ait. Vetera ſacramenta fuiſſe promiſſiua, & promiſiſſe Saluatorem; quam locutionem plerique DD. admittunt. Addit Lugus, Antiqua Sacramenta dum exiſtebant, fuiſſe cauſas gratiæ in actu primo; in actu verò ſecundo nunc eſſe, quando gratia confertur: quia cauſa, ſiue phyſica, ſiue moralis, tunc ſolùm cauſat, cùm effectus à parte rei ponitur.

17. III. Quia licet Nouũ & Vetus tale ſit, Lugo cõſequenter non fauet.

Cæterùm licet illa Minor, quam ſolàm aſtruit Lugus, admittatur, conſequentia tamen apud illum inconſequens eſt. Etenim quamuis omne Sacramentum de facto fuerit ſtabiliter inſtitutum; inde tamen, vt ille arguit, non rectè infertur eſſe id eſſentiale ſacramento vt ſic, nec poſſe aliquod ad breue tempus inſtitui: Ergo licet omne Sacramentum de facto ſit cauſans gratiam, inconſequenter inde colligitur, eſſe id eſſentiale omni Sacramento, nec poſſe aliquod inſtitui, quod gratiæ cauſa non ſit. Eo vel maximè, quòd ſignum ſanctitatis ſenſibile, & legaliter ſuſceptorem ſanctificans, & diuinitus inſtitutum, etiam ſi gratiæ cauſa non eſſet, diſtingueretur eſſentialiter ab omni eo, quod non foret ſacramentum, vt ſuperiore numero probaui: & vehementer confirmat communis Doctorum ſenſus, non requirentium ad ſacramentum vt ſic, virtutem gratiæ productiuam: Ergo ſine hac ſufficienter intelligitur eſſe propriè Sacramentum. Confirmo, quia, Lugo ipſo teſtante, ſacramenta omnia quæ iam inſtituta ſunt, ſignificant non ſolum gratiam, ſed etiam gloriam, & Chriſtum: Vel igitur de ratione Sacramenti vt ſic eſt, iſta omnia ſignificare, vel non eſt. Si de ratione ſacramenti in commune ſpectati eſt, malè omittitur in definitione ſacramenti: Si non eſt, & tamen omnibus ſacramentis hactenus inſtitutis reipſa competit; ſanè ex eo, quod iiſdem omnibus reipſa competat eſſe ſanctitatis cauſam, non rectè, ſed inconſequenter infertur, eſſe iſtud eſſentiale ſacramento in commune accepto.

18. IV. Quia Vetera nõ fuere promiſſiones gratiæ per Noua dãdæ.

Addo, falſam eſſe minorem, & in eâ ſine idoneo fundamento dici, Vetera ſacramenta fuiſſe propriè promiſſiones gratiæ per Noua conferendæ. Non enim id colligitur ex eo præcisè quod illius ſigna fuerint: nam fuerunt ſigna prognoſtica, & ſupponebant gratiam illam futuram: ideo namque inſtituta fuerunt in ſigna futuræ gratiæ, quia gratia futura erat: inſtitutio autem rei in ſignum prognoſticum, valde differt ab inſtitutione in ſignum promiſſiuum: prior etenim eſt, *Volo vt poſitâ Circumciſione intelligant homines, gratiam ſupernaturalem baptiſmalem eſſe futuram*: poſterior autem eſt, *Volo per hoc ſignum obligari ad gratiam Baptiſmalem tribuendam.* Iſtæ inquam inſtitutiones valde diuerſæ ſunt; & prior penitus independens à poſteriori; proinde potens naturaliſſimè ſine iſta reperiri: Cur igitur ex priori colligemus, alteram in ſacrificiis, aut Sacramentis veteribus extitiſſe.

S. Thom. Q. LX.

29. Nec S. Auguſt. innuit fuiſſe propriè promiſſiones.

Dicent Aduerſantes, aliunde id colligi, nempe ex auctoritatibus num. 26. delibatis. Sed contrà, quia fortiſſima eſt illa S. Auguſtini dicentis Vetera ſacramenta fuiſſe promiſſiua Redemptoris, & ſalutis; neque hoc limitat Auguſtinus ad aliquod, vel aliqua illorum, ſed de omnibus pronunciat: & tamen ab Aduerſariis de pluribus negatur, vt num. 32. referemus: Ergo ipſi etiam tenentur Auguſtinum exponere: nos verò exponimus de ratione prom. ſſiuâ minùs propriâ, id eſt de ſigno promiſſionis. Iam enim Deus Saluatorem, ſalutemque promiſerat; eiuſque promiſſionis quaſi monumenta, vel memoriæ excitamenta eſſe voluit hominibus ſacramenta Vetera: ſicut quando promiſit non amplius inferre diluuium, eius promiſſionis ſignum voluit eſſe arcum cœleſtem; ſignum, inquam, non promiſſiuum, ſed promiſſionis rememoratiuum.

30. V. Diſplicet probatio ex nomine *ſacramentum*, & *Myſterii*.

Quartò probat coniecturâ ex nomine Latino *Sacramentum*, & Græco *Myſterium*: quæ ſignificant id quod ſub ſpecie ſacrâ rem aliquam magnam, & excellentem continet, nempe virtualiter; ita ſcilicet, vt illam cauſare, & ponere poſſit. Cum hoc tamen diſcrimine, quod Myſterium, quà tale, continet ſeu cauſare poteſt ſacram notitiam rei ſacræ; Sacramentum verò continet, ſeu cauſare poteſt ipſam rem ſacram: Hæc autem in præſenti eſt gratia ſanctificans: Ergo Sacramentum ſub nomine Myſterij eſt potens cauſare notitiam gratiæ ſanctificanti; ſub nomine autem Sacramenti eſt potens eandem gratiam inducere. Et iſtam vocis notionem videtur Patri Lugo ſignificaſſe B. Iſidorus lib. 6. Etymolog c. 18. dicens, Baptiſmum, & Confirmationem, & Euchariſtiam vocari ſacramenta; *quia ſub tegumento corporalium rerum virtus diuina ſecretiùs ſalutem eorum ſacramentorum operatur.*

31. Caret enim, & conſecutione, & fundamento.

Verùm hæc probatio, & coniectura, fundamento & conſecutione caret. Vox enim *Sacramentum*, quatenus eſt nomen ſigni, virtutem deſignat ſignificatiuam, ſeu repræſentatiuam: quod negat Lugus, cum ſacramentum ſub genere ſigni conſtituat. Quatenus autem vox *Sacramentum* eſt nomen cauſæ, non aliam deſignat cauſam, niſi ſacrandi; ſicut ornamentum ſignificat vim ornandi, & tegumentum vim tegendi: Sacrare autem, etiam preſſiſſimè ſumptum, non eſt gratiam tribuere, ſeu cauſare, ſed habilitare ad bonum Eccleſiæ proprium, vt § ſequente proſequemur. Sanctus Iſidorus loquitur determinatè de ſacramento Nouæ legis, quod virtutem habet gratiæ productiuam, ac proinde ſignificatam in lege Noua per nomen Sacramenti: nec obſcurè aduerſatur Patri Lugo, ſignificans, ſacramentum operari ſalutem, dum ſuſcipitur, quod ſacramenta vetera non præſtabant.

32. VI. Quia Vetera ſupponebãt gratiã Nouorũ; ideo non eã cauſabant.

Nec debilis eſt ratio, quam ipſe ſibi doctiſſimus Pater opponit. Vetera enim ſacramenta, cum eſſent *Ordinis ſupernaturalis*, & poſt peccatum, inſtituta fuerunt propter Chriſti meritum: Ergo ſupponebant Chriſtum futurum: Ergo non illum cauſabant, aut cauſarunt. Dices, illa ſacramenta ſpectari poſſe, vel vt Chriſti promiſſiones, & ſic non ſupponebant Chriſtum, ſed illum moraliter cauſabant: vel vt habebant vim cauſandi in ſubiectis ſuis aliquam imperfectam ſanctitatem: & ita Chriſtum ſupponebant. Hæc autem vis non erat

S. Thom. Q. LX.

ſubſtantia ipſa ſacramenti, ſed aliquid morale ſuperadditum. Itaque ſubſtantia ipſa Circumciſionis ex.gr. non ſupponebat Chriſtum ſed promittebat: vis autem, qua ſanctitatem cauſabat, Chriſtum ſupponebat: quoniam ex illius meritis erat. Hanc ſolutionem inquit Lugus non poſſe eſſe vniuerſalem: quia dum aliquis infans ex peculiari Dei prouidentia circumcidebatur, vel accipiebat ſacramentum legis naturę, ſine quo iuſtificatus non fuiſſet, tunc ipſamet actio phyſica fiebat ob Chriſti meritum: Ergo non erat cauſa Chriſti venturi. Lugus verò reſpondet, in iis euentibus ſacramenta illa non fuiſſe cauſas Chriſti, nec meritorum ipſius, fuiſſe tamen cauſas noſtræ gratiæ: nam iſtam non ſupponebant vt ſui ipſorum cauſam, quod ille auctor fuſiùs explicat.

33 Falſo dicitur phyſica illorum entitas nō eſſe propter Chriſtū.

Nihil autem horum ſatisfacit. Quia ſacramentum, ex.gr. circumciſionis, erat aggregatum ex ipſa actione phyſica ſcindendi carnem & ex Dei libera inſtitutione eius ſciſſionis in ſignum gratiæ per Baptiſmum tribuendæ, & ſimul in ſignum ſanctificans infantem: Atqui nihil iſtius aggregati non ſupponebat gratiam in Baptiſmo conferendam: Ergo iſtud aggregatum illam non cauſabat. Minor probatur, quia phyſica Circumciſionis actio non fuiſſet, niſi fuiſſet inſtituta in ſacramentum: Sed in ratione ſacramenti ſupponebat Chriſtum venturum; quoniam ex eius meritis inſtituta eſt in ſacramentum: Ergo non ſolum ſecundùm vim ſacram, nec ſolùm aliquod, ſed ſecundum entitatem phyſicam, & ſemper, ſupponebat Chriſtum venturum, ac proinde non illum cauſauit. Eodem pacto ſupponebat gratiam in Baptiſmo tribuendam: non enim futura fuit Circumciſio, niſi dependenter à ſui inſtitutione in ſacramentum ſignificans gratiam baptiſmalem: Ergo ſupponebat iſtam in Baptiſmo tribuendam. qua in re multum differt Circumciſio ab Iride, ſiue arcu cæleſti: nam hic phyſicè futurus fuiſſet, etiam ſi in fœderis ſignum inſtituendus non eſſet: entitas verò Circumciſionis quorſum fuiſſet, ſi ſacramenti rationem habitura non eſſet? Similis eſt phyſica entitas longiſſimæ ſcripturæ: quis enim aſſerat eam ponendam fuiſſe, licet non eſſet ſignificationem iſtam habitura?

34 Si tamen id concedatur, nihil Aduerſarios iuuat.

Sed eſto, phyſica Circumciſionis entitas non ſupponeret, ſed præcederet futuritionem gratiæ per Baptiſmum conferendæ. Ego ſanè non video, quid hoc iuuet Aduerſarios. Etenim vt Chriſtum, aut Baptiſmalem gratiam cauſaret moraliter, debebat eſſe prior illis in ratione promiſſionis: Atqui ſecundùm nudam entitatem phyſicam non habebat rationem promiſſionis, vt per ſe liquet: Ergo licet ſecundùm nudam entitatem phyſicam præcederet Chriſti, & gratiæ baptiſmalis futuritionem, neutram moraliter cauſauit. Maior extra dubitationis aleam eſt; & ab Aduerſariis palam aſſeritur. Minorem quiſque perſpiciet: nam phyſica Circumciſionis entitas, ſicut ſe ſolâ non eſt ſignum naturale gratiæ per Baptiſmum conferendæ, ſed ex diuina inſtitutione; ita nec ex ſe eiuſdem promiſſio, ſed ex voluntate Dei liberè volentis eam, tanquam illiuſmet gratiæ promiſſionem adhibere. Illatio verò probationem non requirit.

§. V.

Eſſentialiter eſt conſecratiuum.

PRæmittimus, non eſſe conuertibiliter idem, *propriè ſacrare*, & *propriè ſanctificare*. Templa enim, & aræ, & ſacrificialia vaſa, & ſacerdotales veſtes, & id genus alia propriè ſacrantur, & non propriè ſanctificantur. Sacrare igitur propriè & preſsè, ac præcisè ſumptum, non aliud eſt, quam rem aliquam reddere aptam ad aliquod bonum ſanctæ Reip. proprium. Sic in Eccleſia, quæ ſancta Reſp. eſt, ſacrare templum, calicem, aut linteum, eſt illud reddere proximè aptum, vt licitè & ritè adhibeatur ad ſanctum aliquod miniſterium, verbi gratia ad ſacrificium. Ideo res, quæ ita ſacrantur, dicuntur initiari, hoc eſt principium, vel aptitudinem ad ſacrum miniſterium accipere: vel, ſi mauis, accipere initium celſioris, ac ſublimioris ſtatûs: quò ſpectat ſententia Tullij lib. 6. de legibus. *myſteria vocari initia, quibus ex agreſti vita, exculti ad humanitatem ſumus, tanquam ea ſint vitæ principia.* Dixi verò, ſacrare, & ſanctificare non eſſe idem conuertibiliter: quia licet non omnis propria ſacratio ſanctificatio propria ſit, vt conſtat in templis, aris, vaſis, & linteis; omnis tamen propria ſanctificatio ſacratio propria eſt: præbet enim ſaltem habilitatem, ſeu ius ad gloriam, vel ad augmentum gloriæ, quorum vtrumque eſt bonum Eccleſiæ proprium. 35

35 Sanctificare, & ſacrare, nō idē conuertibiliter.

Aſſerimus, ſacramentum eſſentialiter eſſe conſecratiuum, ſeu ſacratiuum; id eſt initiatiuum, ſiue habens vim reddendi ſuum ſubiectum habile ad bonum Eccleſiæ proprium. Hæc aſſertio attentiſſimè notanda, & accuratiſſimè confirmanda eſt: ſola enim ipſa totam huius Diſputationis, in qua plerique vehementer laborant, difficultatem abſtergit. Eam mihi videor ſumere ex Doctoris Angelici compluribus locis mox indicandis: nunc ita probo. Omne ſacramentum per ſe primò, & tanquam ad primarium effectum, & propter intrinſecum, ac propriiſſimum finem inſtitutum fuit ad ſui ſuſceptorem propriè ſacrandum, ſeu prædicto modo habilitandum, nempe ad bonum aliquod Eccleſiæ proprium: Ergo eſſentialiter habet eſſe ita initiatiuum, ſeu conſecratiuum. Conſecutio citra controuerſiam præclara eſt: nam quælibet cauſa quà talis, ſeu phyſica, ſeu moralis, ſeu cuiuſuis generis exiſtat, eſſentialiter reſpicit effectum, & finem illum, ad quem per ſe, ac primariè ordinatur; vt homo ratiocinationem, venditio iuſtam pretij receptionem: proinde ſi ſacramentum per ſe, ac primariè fuit inſtitutum propter ſubiecti ſui ſacrationem, iſtam eſſentialiter reſpicit, eſtque proinde eſſentialiter conſecratiuum, ſiue initiatiuum.

36 Sacramentū eſſentialiter eſt conſecratiuum.

Quia primò & per ſe ordinatur ad ſubiectū ſacrandum.

Antecedens, quod ſolum negabitur, probamus inprimis ex S. Thoma in 4. diſt. 1. a. 1. q. 1. & 2. fusè docente, ſacramentum ex propria vocis ſignificatione, ac proinde ex eſſentiali ſua ratione eſſe ſacratiuum, vel conſecratiuum ſui ſuſceptoris. *Ad primam (inquit) quæſtionem dicendum, quod ſacramentum ſecundùm proprietatem vocabuli videtur importare ſanctitatem actiuè, vt dicatur ſacramentum*

37 Quam rationē ſepiùs pronunciat S. Thomas.

tum

Digitized by Google

tum quo aliquid ſacratur; *ſicut ornamentum quo aliquid ornatur.* Quibus extremis verbis temperat vocem quam attulerat *Sanctitatis*; & explicat, hoc nomine ſolùm ſe intelligere ſanctitatem illam; quæ ſatis eſt ad aliquem ſacrandum: ideo ſtatim in reſponſione *Ad ſecundum*, ita loquitur, *ſacramentum debet intelligi ſignum rei ſacræ, vt eſt ſacrans.*

38. Nec tum ſententiam mutat, ſed confirmat. Plurimi Doctores, etiam è Thomiſtis, aiunt S. Doctorem ſententiam mutare in præſenti ar. 1. me tamen iudice vſque adeò non mutat, vt potiùs egregiè confirmet. Quid enim ait? ſacramentum non eſſe eſſentialiter ſanctificatiuum eo modo, quo medicamentum eſt medicatiuum. Hæc verò ſententia, & eius ratio, clariſſima eſt, ſuperioris à S. Thoma probatæ confirmatio. Nam ſicut medicamentum eſſentialiter eſt medicatiuum, ſeu potens mederi; ita Sacramentum eſſentialiter eſt ſacratiuum, ſeu potens ſacrare; non vero ſanctificatiuum, ſeu potens ſanctificare; quippe cùm ſacrare neceſſario ſit ſanctificare, vt num. 35. declaratum eſt. Firmat ergo S. Doctor ſuam & noſtram ſententiam, adeo non mutat. Quod iam euidentius efficiam pluribus teſtimoniis è ſumma Theologiæ proferendis: in iis etenim non modo ſententiam à nobis aſſertam tenet, vel potius retinet; verùm etiam ſi quid in loco citato Sententiarum docuerat ei cõtrarium, vel parùm cohærens, manifeſte reuocat, vt oſtendam.

39. Plura, & aperta S. Doctoris pro nobis teſtimonia. Secundò itaque probo idem antecedens, & totam aſſertionem ex eodem S. Doctore 1. 2. q. 101. ar. 4. docente, proprium Sacramentorum finem, & effectum eſſe ſuſceptoris *conſecrationem*: & q. 102. ar. 5. ita ſcribente *Sacramenta propriè dicuntur illa, quæ adhibentur Dei cultoribus ad quamdam conſecrationem: per quam ſcilicet deputantur quodammodo ad cultum Dei*; Vbi duo nota: vnum eſt, rem iſtam hic declarari à S. Thoma nomine conſecrationis, & dedicationis, non autem nomine ſanctitatis: alterum eſt, omnia illa ſecundum S. Thomam dici propriè ſacramenta, quæ modo prędicto ſuum ſuſceptorem conſecrant: quo perſpicuè ſignificat S. Doctor, ſacramenta Vetera fuiſſe ſacramenta propriè, ac proinde ſacramẽtum de illis & Nouis vniuocè prędicari; cum tamen in loco illo Tertio Sententiarum, contrarium ſignificaſſet. Cæterum per *quodammodo deputari ad cultum Dei* non intelligit S. Thomas deputari propriè; vel impropriè; ſed deputari ad maiorem vel minorem cultum, vel modo magis, aut minus nobili. Nam etſi totus Dei populus nunc per baptiſmum, & olim per ſacramentum infantium, deputatur ad cultum Dei propriè; non tamen æquè ac Sacerdotes, aut leuitæ. Quod ſtatim declarat ipſemet S. Doctor ſubdens; *Cultus autem Dei generali quidem modo pertinebat ad totum populum: ſed ſpeciali modo pertinebat ad Sacerdotes & leuitas* &c. De ſacramentis autem Nouæ legis docet S. Thomas cum tota Eccleſia fuiſſe illa primariò inſtituta ad conferendam, & augendam gratiam ſanctificantem, ideoque reddendum hominem ſacrum, i. e. habilem ad gratiã, & gloriam, & ad ipſarum augmentum, quę, planè ſunt bona Eccleſię propria. Quocirca de S. Doctoris animo nullus eſt dubitandi locus.

40. Tam Noua, quã Vetera ſacramenta ſunt eſſentialiter ſacratiua. Tertiò ratione ſic agimus: omnia ſacramenta Noua ſunt eſſentialiter conſecratiua, non ſolùm modo proprio, verùm etiam perfectiſſimo, & nobiliſſimo; ſicut omnes homines ſunt eſſentialiter animalia, non ſolùm propriè; ſed etiam perfectiſſimè, & nobiliſſimè: Ergo omnia ſacramenta vetera fuerunt eſſentialiter conſecratiua, non quidem perfectiſſime, per ſacrationem ſanctificatiuam; ſed propriè & per ſacrationem legalem, ſiue initiatiuam. Conſequentia patet: Nam ſicut Noua, ſic etiam Vetera dirigebantur eſſentialiter ad ſuſcipientium vtilitatem: proinde cum Vetera non ordinarentur ad ſuſceptores ſacrandos intrinſecè, & per iuſtificationem, ordinabantur eſſentialiter ad ſacrandos extrinſecè, & per legalem ſacrationem, ſiue initiationem. Cum igitur & Noua, & Vetera ſacramenta ſint eſſentialiter conſecratiua, ſacramentum vt ſic, & ab illis abſtractum, eſſentialiter ſacratiuum eſt. S. Th. Q. LX.

41. Firmatur ex nominibus terminatis in mentum. Quartò non eſt contemnenda ratio, quam attigit S. Thomas citatus, & vrget Bellarminus; cum temperatione tamen quam adhibeo. Quia ſcilicet omnes illæ res, ſignificantur nominibus terminatis in *mentum*, ſi ſint vſuales, ſiue per ſui effectionem, aut motionem applicabiles, eſſentialiter ſunt inductiua effectûs, qui per verbum, à quo deriuantur, exprimitur: ex. gr. veſtimentum eſſentialiter eſt potens veſtire, ornamentum ornare, armamentum armare, medicamentum mederi, ſeu medicari: Atqui ſacramentum eſt res prædicto modo vſualis, & applicabilis: Ergo eſſentialiter eſt potens ſacrare. Oppoſuit Vaſquez Bellarmino nomen *pauimentum*, nobis tamen fruſtra oppoſuiſſet, qui non loquimur vt Bellarminus de omni nomine terminato in *mentum* ſed ſignificante rem prædicto modo vſualem, quale non eſt pauimentum.

42. Et quia hæc eſt ſufficiens differentia ſacramenti à non ſacramento. Quintò probamus, quia res ſenſibiles, quæ materia eſt integra ſacramenti, verbi gratia circumciſio, à Deo ſtabiliter inſtituta in ſignum veræ ſanctitatis, hoc ipſo quo intelligeretur conſecratiua ſui ſubiecti, ſiue ipſum habilitare ad bonum Eccleſiæ proprium, diſtingueretur eſſentialiter ab omni re, quæ non eſſet ſacramentum: Ergo per eſſe conſecratiuam conſtituitur in ratione, eſſentiali ſacramenti.

43. Hæc pars nullum ſentit ictum; & totam hanc diſputationem expedit. Tandem aduerſus hanc ſententiam nihil eſt roboris; modo præ oculis habeamus, non idem eſſe propriè ſacrare, & propriè ſanctificare; quia templum & altare propriè ſacrantur, & non propriè ſanctificantur, vt num. 35. ſatis expoſui. Quod aduerſarij Doctores, etiam Thomiſtæ non aduertentes, aiunt S. Thomam, hoc loco ſententiam mutaſſe, cum veriſſimè illam confirmet, vt num. 38. probauimus cumque ipſi ſuam vehementer implicent, noſtra clariſſimè, & inoffenſo pede progreditur, vt clariùs conſtabit ſect. 2. & 3.

§. VI.

Eſt materialiter, & abſolutè ſignum ad placitum; formaliter naturale.

44. Sacramentũ quadrupliciter conſideratur. Sitne ſacramentum ſignũm naturale, an ad placitum, res eſt facillima: quia tamen ab omnibus in diſputationem adducitur, libet ſic eam euoluere, vt aliquid afferat vtilitatis, & diſputationis dignior appareat. Ideo ſacramentum quadrupliciter attendo. Primo pro phyſico,

Digitized by Google

phyſico, & materiali, quod eſt res illa, quam Deus aſſumit ad eſſe ſacramentale, ex. gr. aggregatum ablutionis, & verborum baptiſmalium humano more ſignificantiũ: ſecundò pro formali, nempe ſecundùm formã ſacramentalem, quam illi aggregato Deus addit, ſitam nempe in virtute ſignificatiua, & productiua gratiæ: Tertiò pro aggregato ex illa materia & hac forma; Quartò abſolutè, vt communiter attendi ſolet.

45. Pro materiali entitate nõ eſt ſignum naturale, ſed ad placitum, idque eſſentialiter.

Dico primò. Sacramentum pro materiali, ſeu ſecundùm entitatem ſuam phyſicam, non eſt ſignum naturale, ſed eſſentialiter eſt ad placitum. Quia res illæ, quas Deus aſſumpſit ad dignitatem ſacramentalem, ſunt in ſe corporeæ, & materiales, & naturales: Quæ autem eiuſmodi ſunt, non ſignificant ex natura ſua rem intrinſecè ſupernaturalem, qualis eſt gratia ſanctificans: Ergo. Confirmo ratione, quæ multum inſeruiet aſſertis ſequentibus: quia ſignum eſt ad placitum, quod ſecundum ſuam phyſicam entitatem poſſumus cognoſcere, quin veniamus in cogitationem rei per illud ſignificatæ: ſic enim poſſumus cognoſcere totam phyſicam entitatem rami appenſi, quin de vino venali cogitemus; & totam eſſentiam huius ſoni *taratantara*, quin prælium nobis in mentem veniat: non verò totam eſſentiam fumi, quin cogitemus ignem vel totam riſus, quin rem iucundam: Atqui ſacramenti phyſicam entitatem, poſſumus exactè cognoſcere, quin de ſanctitate cogitemus, vt ſi Gentilis quiſpiam verba hæc audiret *Ego te abſoluo*, vel cerneret panis & vini ſpecies poſt conſecrationem: Ergo ſacramentum eſſentialiter eſt ſignum ad placitum.

46. Iſto, poſſibiles ſint qualitates ſpirituales gratiam naturaliter ſignificantes.

Huic aſſertioni repugnant Recentiores: quia poſſibiles ſũt qualitates ſpirituales, & intrinſecè ſupernaturales, quę naturaliter ſignificent gratiam ſanctificantem: ſed iſtæ potuerũt inſtitui ad homines ſacrandos, aut etiam ſanctificandos: Ergo ſacramentum in cõmuni non eſt eſſentialiter ſignum ad placitum. Hanc tamen obiectionem in limine diſputationis præoccupaui: quidquid enim ſit de maiori, & Minori dico illa nõ fore ſacramẽta, prout nunc de ſacramentis agimus, nempe accommodatis Reip. militanti, nec niſi dependenter à ſenſibus intellectiones ſuas exercenti.

47. Pater Ioannes de lugo Diſp. 1. à num. 29. ad 32. concedit quidem, ſacramentum, eſſentialiter eſſe ſignum ſenſibile, & omne ſacramẽtum iam inſtitutum, eſſentialiter eſſe ſignum ad placitum; addit tamen, poſſibile eſſe ſacramentum, quod ſit ſignum ſenſibile, & naturale. Quia non repugnat qualitas ſenſibilis, & intrinſecè ſupernaturalis (qualis à multis ponitur qualitas corporis glorioſi) quæ reſpiciat eſſentialiter, ac proinde ſignificet naturaliter gratiã ſanctificantem; talis autem qualitas aſſumi poſſet vt inſtrumentum ad ſanctificandos homines, atque à Deo inſtitui in ſacramentum: Ergo iſtud pro materiali, & phyſicâ ſuâ entitate poteſt eſſe ſignum naturale. Firmo ratione, quam nuper attuli; quia ſignum ad placitum cognoſci poteſt ſecundum totam ſuã phyſicam entitatem, quin de re per ipſum ſignatã cogitetur: ſed eiuſmodi qualitas non ita cognoſci poſſet, quin expreſſè cogitaretur de gratia ſanctificante: Ergo eiuſmodi qualitas non foret ſignum ad placitum, ſed naturale.

48. Qualitates corporũ beatorum, intrinſecè ſupernaturales non ſunt:

Cæterùm, vt his à ſententia non dimoueamur, plurima obſtant. Primum eſt qualitates corporis glorioſi, non eſſe intrinſecè ſupernaturale, vt probaui in Tract. de Beatitudines. Secundum eſt, etiamſi qualitates illæ, & aliæ corporeæ poſſent eſſe in ſubſtantia ſupernaturales ideo tales fore, quia ſupra exigentiam omnis ſubſtantiæ creatæ, & creabilis; non verò quòd ad intrinſecam ſanctitatem intrinſecum dicerent ordinem: hic enim nec eſſet cauſæ, nec effectûs, vt claret; nec meri ſigni, quia hoc in ſolis reperitur qualitatibus intentionalibus, & iſtæ pro ſignis, & notis Reip. cum dependentia à ſenſibus intelligentis, inſeruire non poſſunt: Ergo.

Si illæ, & aliæ eſſent non reſpicerent ex ſe gratiam.

49. Si reſpicerent adhuc non eſſent ſacramenta.

Adde quòd licet eæ qualitates eſſent ſigna naturalia, & aſſumi poſſent ad homines ſanctificandos, adhuc non forent ſacramenta, prout de ſacramentis agimus. Quia plurimum diſcreparent ab iis, quæ ſacramenta vocamus: hæc enim ſunt accommodata modo humano, & naturali cognoſcendi, quantum attinet ad entitates ſuas naturales, & materiales: vnde ſunt apta vt Remp. ſenſibilem conſtituant, & ab aliis diſtinguantur, ita ſcilicet, vt & conſtitutio, & diſtinctio ſenſibus externis naturaliter noſci poſſit, etiam ab iis qui extra Eccleſiam ſunt: Hæc autẽ ratio compellit pleroſque Doctores, ipſumq; Lugum, vt requirant ad rationem ſacramenti, ſignum ſenſibile: Ergo eadem flagitat, vt exigamus ſignum non modò ſenſibile ſupernaturaliter, ſed etiam naturaliter; quod non eſt naturale, ſed ad placitum: Ergo ſacramentum pro materiali eſſentialiter eſt ſignum ad placitum.

50. Sacramentũ pro formali ſignum naturale eſt.

Dico ſecundò. Sacramentum pro formali non eſt ſignum ſanctitatis ad placitum, ſed naturale. Quia ſignum pro formali non eſt ſignum ad placitum, ſed naturale: Ergo etiam ſacramentum pro formali. Conſecutio patet; quia ſacramentum pro formali includit rationem ſigni pro formali: proinde ſi hoc non eſt ſignum ad placitum, ſed naturale, idem habebit ſacramentum pro formali. Antecedens igitur, quod ſolum probationis eget, oſtenditur: quia ſignum pro formali dicit ipſam ſigni formam, nempe vim repræſentatiuam, ſeu cauſatiuam actualiter repręſentationis, v. gr. virtutem qua ramus appenſus facit, vt ipſum videntibus in mentem veniat vinum venale: ſed virtus illa non eſt ad placitum ſignificatiua: Ergo neque ſignum pro formali. Minor claret: nam illa virtus non eſt aliud, quam hic actus Reip. *Volumus vt appenſo ramo omnes inte ligant vinum venale*: Tales verò actus ex natura ſuâ vim habet faciendi, vt viſo ramo, quatenus per talem actum extrinſecùs informato, veniat hominibus in mentem vinum vendibile: nec poteſt actus ille ſecundùm eſſentiam apprehendi, non apprehenſo naturaliter vino venali, vt quiſque perſpiciet. Similiter in præſenti, ſacramentum pro formali eſt actus ille, quo Deus ipſum inſtituit, *Volo vt ablutio cũ his verbis menti repræſentet, & animo conferat ſanctitatem*: Quis autem eiuſmodi actum cogitans, poterit ſanctitatem non cogitare? Conſtat igitur, ſignum, & ſacramentum pro formali non ſignificare ad placitum, ſed naturaliter.

Quoniam eius forma ex ſe, & intrinſecè reſpicit gratiam.

51. Nec iſte reſpectus eſt, ei contingens, vel ex inſtituto.

Confirmatur hac explicatione. Signum ad placitum ideo dicitur, quia eſſe ſignum illi aduenit ex mero beneplacito, volentium ſcilicet

cet

Digitized by Google

cet, vt illud quod ex ſe non ſignificat, v.g pacem, eam ſignificet: ideoque rei, quæ eſt ſignum ad placitum, contingens admodum eſt eſſe ita ſignum: atque inde prouenit, vt, quemadmodum ſupra dicebam, poſſit ſecundùm totam ſuam phyſicam entitatem noſci, quin mentem excitet ad cognitionem rei quam ſignificat: Atqui ſignum, & ſacramentum pro formali non eſt eiuſmodi: nam actus iſte, *Volumus, vt appenſo ramo cognoſcent homines vinum venale*, ex natura ſua, habet, vt cognoſci nequeat ſine vino venali, nec iſtud eſt illi contingens, ſed omnino neceſſarium. Confirmatur iterum: nam ille actus eſt ipſum placitum, & ipſa inſtitutio: placitum autem non eſt contingenter placitum, nec inſtitutio eſt contingenter inſtitutio: Ergo ſignum, & ſacramentum pro formali non ſignificant ad placitum.

52. Sacramentū totale naturale ſignum eſt, ob eaſdē rationes.

Dico tertiò Sacramentum adæquatè ſumptum pro aggregato ex tota materia aſſumpta ad ſignificandum, & ex forma ipſi ſuperaddita, non eſt ſignum ad placitum, ſed naturale. Quia tali aggregato adæquatè ſumpto non eſt contingens, nec aduentitium, aut extrinſecum, ſed intrinſecum, natiuum, & neceſſariſſimum, vt cognoſci non poſſit quin excitet notitiam rei ſignificatæ, vt ex dictis planiſſimè deducitur: Ergo naturale ſignum eſt, & non ad placitum.

53. Sacramētum abſolutè eſt dicendum ſignum ex inſtituto.

Dico quartò. Sacramentum abſolutè dicendum eſt, eſſe eſſentialiter ſignum ad placitum, ſiue ex inſtituto. Quia ſignum ad placitum eſt illud, cuius materia contingenter, & ex libera voluntate recipit ſigni formam: Tale autem eſt ſacramentum, vt oſtenſum eſt. Ergo ſimpliciter, & abſolutè, & prout communiter attenditur; eſſentialiter eſt ſignum non naturale, ſed ad placitum.

54. Sic beata viſio ſupernaturalis eſt abſolutè in tellectui, naturalis lumini, & aggregato ex ipſo & intellectu.

Hæ quatuor aſſertiones ſimillimæ ſunt, atque adeo illuſtrantur & confirmantur totidem aliis quas in Tractatu de viſione Dei poſuimus, dum quærebamus, eſſetne creata Dei viſio ſupernaturalis, an naturalis. Diximus enim intellectui creato nudè ſumpto non eſſe naturalem; quia ille ad iſtam ex ſe non habet vires, aut naturalem ordinem. Diximus, eſſe naturalem lumini gloriæ quod eſt forma quædam informans intellectum; quia lumen ad viſionem ex ſe ordinatur. Diximus, aggregato intellectus & luminis adæquatè ſumpto eſſe naturalem, ob eandem rationem. Diximus, abſolute & ſimpliciter eſſe ſupernaturalem: quia dum quærimus ſitne viſio naturalis, ſenſus eſt, ſitne naturalis creato intellectui ſecundùm ſe ſpectato.

55. Sacramentalis forma non aliud eſt, quàm ipſe inſtitutionis actus.

Plures hic diſputant, quidnam ſit iſta ſacramentalis forma, ſeu ſacramenti ſignum pro formali. Nos tamen ex Logica diſputatione de ſignis, inferimus Primò, non eſſe ens rationis formale: quoniam hoc eſt fictitium, non verò formale ſacramenti. Secundò, non eſſe ens rationis fundamentale: nam, etiam iſto impoſſibili, conſtaret ſacramentum. Tertiò, non eſſe modum aut entitatem, aut aliquid phyſicum phyſicè afficiens materiam, quæ aſſumitur ad ſignificandum: quoniam omne tale eſt plane ſuperfluum. Quartò, non eſſe ens medium inter phyſicum, & fictum: quia tale medium eſt extremè chimæricum, ſeu chimæricorum extremum; & ante hæc omnia ſignum, & ſacramentum intelligitur plenè conſtitutum, nimirum per iſtum actum, *Volo vt abſolutio & hæc verba, ſignificent & conferant gratiam*. Qua tamen de re infra ſermo redibit. S. Tho. Q. LX.

§. VII.

Eſt eſſentialiter ſenſibile, ſtabile, vniuerſale, & à Deo inſtitutum.

56. Sacramentū non eſſe eſſentialiter ſenſibile debiliter ſuadetur.

Eſſentialiter eſſe ſenſibile negat Okamus, Aliacenſis, Durandus, Gabriel, quibus annuit Vaſquez diſp. 128. n. 34. & 35. dicens, tale quidem eſſentialiter eſſe omne ſacramentum iam inſtitutum, non tamen omne quod poſſet inſtitui, ac proinde nec ſacramentum in communi. Subſcribit Cartagena Diſp. 1. Diffic. 2. cap. 1. Probant, quia res ſpiritualis aſſumi poſſet ad ſignificandam, & conferendam gratiam: Ergo illa foret ſacramentum inſenſibile. Nego conſequentiam: quia non eſſet aptum conſtituendæ, & diſtinguendæ Reip. ſenſibili, vt ſtatim ampliùs exponam. Confirmant: Quia contritio eſt ſpiritualis: Sed eſt pars ſacramenti pœnitentiæ: Ergo &c. Quidquid ſit de minori, nego conſequentiam, quia ſi contritio eſt pars, non eſt talis, niſi fiat ſenſibilis per externa ſigna. Similiter ſi Chriſtus eſt pars Euchariſtiæ, non eſt niſi factus ſenſibilis per ſpecies aſſumptas ad ſignificandam gratiam quam tribuunt, & Chriſtum quem continent, vt in eius Sacramenti tractatione dicemus.

57. Eſſentialiter ſenſibile eſt, idque iudicio pene omnium Doctorum.

Abſolutè igitur ſacramentum eſſe eſſentialiter ſignum ſenſibile, vera eſt ſententia, Magiſtri in 4. diſt. 1. cap. 1. S. Thomæ hic art 4. Patris Suarez Diſput. 1 ſect. 3. §. *Dico primo*, & omnium fere Doctorum, quos allegat; & approbat Sayrus lib. 1. cap. 2. q. 7. Conſentiunt alij Recentiores, Coninck, Mæratius, Layman, Granadus &c. Ratio eſt, quam attigimus in veſtibulo diſputationis, & explicauimus num. 48. & 49 quia ſacramenti nomine non intelligitur qualecunque gratiæ ſignum, ſed accommodatum ſacræ Reip. ſenſibili, & intelligenti dependenter à ſenſibus: Tale autem ſignum eſſentialiter eſt ſenſibile, vt per ſe claret: Ergo & omne ſacramentum. Confirmatur, quia ſacramentum eſſentialiter id habet, vt per ipſum conſtituatur populus ſacer, & diſtinguatur à profano, non ſolùm coram Deo, & Angelis, ſed etiam coram hominibus, idque in ordine ad humanos & ſenſibiles vſus: Nequit autem ita conſtitui, & diſcerni per inſenſibilia, & ſpiritualia ſigna: Ergo &c. Et huc ſpectat illud Chryſoſtomi in Matth. Homil. 83. *Si enim incorporeus eſſes, nuda & incorporea tibi dediſſet (nempe Deus) ſed quoniam anima corpori conſerta eſt, in ſenſibilibus intelligibilia tibi præbet*. Nec in hoc decet ampliùs morari.

Quia eſt accommodatū Reip. ſenſibili, & dependenter à ſenſibus intelligenti.

58. Commune etiam eſt, eſſe eſſentialiter ſtabile.

Sacramentum eſſentialiter eſſe ſtabile, ſiue inſtitutum pro toto tempore, quo durat ſtatus aliquis totius Eccleſiæ, v.gr. Legis naturalis, vel Moſaicæ, vel Euangelicæ, tradunt Suarez diſp. 1 ſect. 3 §. *Dico tertio*. Valentia Quæſt. 1. p. 1. §. *Quod verò*, Coninck q. 60. num. 17. & 21. Mæratius Diſp. 1. ſect. 1. Layman. Tract. 1 cap. 2. num. 2. Granad. Tract. 1. Diſp. 1. pluresque alij. Probari ſolet, quia ſic & non aliter expunguntur ex albo ſacramentorum plura, quæ ſacramenta non ſunt. Primum,

S. THOM. Q. LX.

mum, lotio pedum Apoſtolicorum à Chriſto facta. Secundum, linguæ igneæ, quæ die Pentecoſtes Apoſtolis inſederunt. Tertium, inſufflatio Chriſti in Apoſtolos, cum illis verbis, *Accipite ſpiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*, &c. Quartum, verba Chriſti ad paralyticum, & ad Magdalenam *Remittuntur tibi peccata tua* &c.

56. Sed adductis exéplis encruiter ab incommodo probatum.

Hæc tamen exempla non vrgent: dicam enim, lotionem illam pedum non fuiſſe ſacramentum; quia non ſacrabat: per ſe enim non habilitabat ad bonum Eccleſiæ proprium: facta enim fuit à Chriſto ad exhibendum humilitatis, & charitatis exemplũ: quod quia Petrus impedire tentabat, audiuit, *ſi non lauero te, non habebis partem mecum*, quod eſt commune omnibus præceptis grauiter obligantibus. Firmo, quia quod tunc fecit Chriſtus fieri voluit ſemper à fidelibus dicẽs, *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*: Ergo illa pedum lotio defectu inſtitutionis ſtabilis non deſiit eſſe ſacramentum: Deſiit ergo, quia per ſe non ſacrauit. E contra verò dicam, linguas igneas ſacramentum non fuiſſe, quia nõ ſignificarunt gratiam ſanctificantem, ſed gratis datam, nimirum donum linguarum: hanc enim ſignificationem aſſerere neceſſarium eſt; illud omnino liberum, & fundamento vacuum. Verba Chriſti, *Accipite ſpiritum ſanctum, &c.* non video cur non fuerint ipſum ſacramentum ordinationis in Confeſſarios, & inſufflatio ſacramentale quiddam. Illa verò, *Remittuntur tibi peccata*, non video cur non fuerit ipſum ſacramentum abſolutionis: quorum vtrumque fuit ſtabiliter inſtitutum.

60 Eſſentialiter ſtabile eſſe perſuadet conſenſus DD.

Placet nihilominus pars affirmans, eſſe de ratione ſacramenti prædictam ſtabilitatem. Primò, quia tam multi, & graues eius aſſertores autoritate ſua perſuadent, ſpectare id ad legitimam notionem vocis *ſacramentum*. Secundò, poſſumus idipſum explicare, quia ſacramentis populus Dei primò & principaliter cõſtituitur in ſe, & à non Dei populo diſtinguitur: Sunt enim præcipua capita diuini cultûs; iuſtiſſima iura, legesq; & inſtituta ſacræ Reip. ſic prorſus vt quamuis in aliis minutis, & accidentariis contingant mutationes, in decurſu eiuſdem Eccleſiæ v. gr. Moſaicæ, vel Euãgelicæ, non tamen in ſacramentis, vtpote quæ ſint de ipſius ſubſtantia: Sunt igitur eſſentialiter æque ſtabilia, ac ipſe Eccleſiæ ſtatus; quod intendimus. Tertiò quia ſi quid oportet excludere à numero ſacramentorum, & conditionem iſtam non habebat, ob eum effectum ſecludi poterit.

Et ratio, quia ſacramenta ſunt Eccleſiæ fundamenta, & grauiſſimæ leges.

61. Priorem rationem Patris Suarez Inconſequẽter Lugus impugnat.

Oppoſitam ſententiam nouiſſime propugnat Lugus Diſp. 1. à n. 48. ad 53. ſolùm impugnando rationes Patris Suarez. Quarum prima eſt, Omnia ſacramenta, de facto fuiſſe ſtabiliter inſtituta. Quo permiſſo docet Lugus, non bene argui ab iis quæ de facto ſunt, vt ex eo ſolo negetur poſſibile aliud ſacramentum non ſtabile. Sed contrà, quia Lugus ipſe ideo negat poſſibile eſſe ſacramentum, quod non ſit cauſa veræ ſanctitatis, quia tam vetus, quam Nouum vt ſolus ipſe cenſet, tale de facto eſt: Atqui omne ſacramentum eſſe ſtabiliter inſtitutum, non vnius, ſed omnium eſt ſententia: Ergo multo rectius ex hoc infertur eſſentialiter eſſe ſacramentum ſtabile, quàm ex illo, eſſe cauſam veræ ſanctitatis: vt ſileam, nõ ex ſolo illo capitelo Suarez arguere.

62. Et alterã inefficaciter exemplo ſacrificij.

Secunda enim eius ratio eſt, quia ſacramenta ſunt ceremoniæ; in quibus conueniunt fideles, vt vnam Eccleſiam conſtituant: Ergo debent eſſe ſacramenta aliquid ſtabiliter inſtitutum, vt ipſa Eccleſia. Hoc argumentum ait Lugus habere contra ſe exemplum manifeſtum in ſacrificio: nam hoc etiam eſt ſimilis ceremonia, nec eſt eſſentialiter fixum; poteſt enim ſacrificium inſtitui ad tempus, & aliud pro tota duratione Eccleſiæ, vt conſtat in ſacrificio Chriſti cruento, quod non niſi ſemel oblatum eſt: Ergo poſſet ſimiliter ſacramentum ad tempus, & alterum perpetuum inſtitui. Contra: per te ſacrificium aliquod humanitus inſtitui poteſt; ſacramentum niſi diuinitus non poteſt: Ergo illud de ſubſtantia diuini populi non eſt, iſtud eſt: Ergo nec exemplum eſt manifeſtum aduerſus eam rationem, neque validum. Addo ſacrificium & ſacerdotium diuinitus inſtitutum, de ſubſtantia eſſe Reip. ſacræ, ſiue Eccleſiæ; proinde eſſentialiter eſſe æque perpetuum, ac ipſam: quod ſatis expreſsit Paulus 7. Hebræ. v. 12. dicens, *Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt legis tranſlatio fiat*. Quare ſi ſacrificium inſtitueretur ad tempus; poſt hoc tempus iam eſſet alter Eccleſiæ ſtatus ſubſtantialiter. Quod vt non accideret, inſtitutus eſt Chriſtus principalis ſacerdos in æternum; & vt ſacrificium eſſet in Eccleſiâ ſemper quoad ſubſtantiam, ſeu rem oblatam idem cum illo quod Chriſtus in ara crucis obtulit. Tertia ratio Patris Suarez eſt illa quam n. 59. & n. 60. in fine, partim improbaui, partim approbaui.

63. Sacram eſſentialiter eſt vniuerſale.

Conſequenter aſſerendum eſt id quod neſcio quo pacto Doctores omiſerunt; nempe ſacramentum eſſentialiter eſſe vniuerſale, i. e, inſtitutũ pro toto ſtatu ſacræ, ac diuinæ Reipublicæ: non quidem ita vt à ſingulis perſonis vſurpari, vel ſuſcipi debeat, aut communiter poſſit: alioqui ſacerdotum ordinatio, & matrimonium in lege nouâ, & Circumciſio in veteri, ſacramenta non fuiſſent: ſed ita, vt pro tota Eccleſiâ, ceu lex pro totâ Republicâ feratur. Eſt enim eadem ratio vniuerſalitatis quoad tẽpus durantis Eccleſiæ, & quoad totum corpus Eccleſiæ, modo explicato: qui rurſus ita exponitur, vt ſicut non opus eſt, omne ſacramentum recipi in ſigulis momentis illius tẽporis ita non opus ſit, ſuſcipi a ſingulis illius Eccleſiæ perſonis.

64. Et ab ipſo Deo inſtitutum.

Tandem aſſeruimus, pertinere ad eſſentiam ſacramenti, vt ſit à Deo inſtitutum. Quod affirmat S. Thomas q. 64. ar. 2. Vaſquez diſp. 128. n. 32. & 36. & 37. Coninck. q. 60. n. 17. & 21. Layman cap. 2. Mæratius Diſp. 1. ſect. 1. & ſatis hoc ſignificat Lugus diſp. 7. ſect. 2. imò ſcribit Vaſquez poſtremo loco citatus, nulli hactenus id dubium fuiſſe. Quia verò tantus Doctorum conſenſus planè perſuadet (vt in ſimili nuper aiebam) ſpectare id ad genuinum ſenſum vocis illius *ſacramentum*; hic verò punctus diſputari ſolet à Doctoribus infra ex profeſſo, dum ſacramẽtorum cauſas inquirunt; ideo, ne quæſtionem aut propriâ ſede diuellamus, aut bis diſputemus; huius aſſerti probationes explicandas reſeruamus in Diſputationem 16. quæ erit de ſacramẽtorum Inſtitutore. Nam ob eãdem rationem non diſſerimus, an ſacramentum eſſentialiter habeat pro ſubiecto hominem; ſeruatà eâ difficultate in Diſputationem 18. de ſubiecto ſacramentorum.

SEC

Digitized by Google

SECTIO II.

Quænam ſit ſacramenti definitio.

EX Logicâ ſuppono contra nonnullos, poſſe ens per accidens, ac proinde ſacramentum, propriè definiri: quid autem ſibi velit Ariſtoteles, dicens, non poſſe definiri primariò, ſed ſecundariò, ibidem expoſuimus.

§. I.

Definitiones aliis probatas improbo.

66 *Signum rei ſacræ*, non eſt ſacramenti definitio, ſed genus.

PRima eſt, *Sacræ rei ſignum*. Quam dicitur tradere Auguſtinus 10. de Ciuit. cap. 5. Magiſter in 4. diſt. 1. cap. 2. & S. Thomas hic ar. 2. & propugnant plurimi Veteres, & Recentiores, & nouiſſimè Cartagena diſp. 2. d. ff. 5. c. 3. & 4. Sayrus lib. 1 c. 2. q. ar. 2. & Franciſcus Syluius hoc loco ar. 1. §. *His premiſſis*. Reiiciendus tamen; quia ſolùm continet rationem genericam, in quâ ſacramentum conuenit cum aliis rei ſacræ ſignis, quæ ſacramenta nõ ſunt: & tam multa ſuppleri, & ſubintelligi debent, vt ſatis oſtendant, non eſſe definitionem: hæc enim perſpicua eſſe debet, eiuſque ſenſus neq; ex ſubiectâ materiâ neque ex mente autoris, quaſi diuinando colligendus: alioqui definitio recta eſſet hominis, *Viuens ſentiens* Neq Auguſtinus citatus explicare intendit ſacramentum niſi in ratione communi cum ſignis, quæ ſacramenta non ſunt: nam epiſt. 5. dicit *Signa, dũ ad res ſacras pertinent, ſacramenta dicuntur*. Magiſter expreſſe dicit, illam eſſe definitionem ſacramenti, vt ſignum eſt. Denique S. Thomas ibi tradit, non eſſe illam totam eſſentiam ſacramenti, ſed ſigni ſacri, vt ex Auguſtino retuli. Quapropter iure monet Bellarminus lib. 1 c. 11. non rectè facere eos, qui pro hac prima definitione nimium altercantur.

67 *Inuiſibilis gratiæ viſibilis forma*, nec integrè, nec propriè ſacramentũ definit.

Secunda tribuitur etiam S. Auguſtino, *Inuiſibilis gratiæ viſibilis forma*. Minùs quidem mala, quàm præcedens illa; *Signum rei ſacræ* nam declarat ſignum iſtud debere eſſe ſenſibile, & cuius rei ſacræ ſignum eſſe debeat. Cæterùm nec iſta duo ritè, & ex lege definitionis præſtat, ponit enim viſibile pro ſenſibile, & formã pro ſigno, & inuiſibilem gratiam pro ſanctitate. Deinde non proponit totam ſacramenti eſſentiam, relinquit enim vim ſactandi, & alia eſſentialia prædicata ſacramenti, quæ iam expoſuimus. Auguſtinus verò non adhibet orationem iſtam prò exacta definitione, ſed pro eſſentiali prædicato, & generico ſacramenti, ſicut etiam Trident. ſeſſ. 13. c. 3. dum ait, *Commune eſt Euchariſtiæ* cum cæteris ſacramentis, eſſe ſymbolum rei ſacræ, & inuiſibilis gratiæ formam viſibilem: hoc enim & Auguſtini, & Tridentini inſtituto ſufficiebat.

68 Etiam addito, *ita vt, imaginem gerat, & cauſa exiſtat*.

Tertiam habet Magiſter in 4. diſt. 1. c. 1. & 2. *Inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, ita vt imaginem gerat, & cauſa exiſtat*. Sed primam illam partem: *inuiſibilis gratiæ viſibilis forma*, improbaui numero ſuperiore. Nec magis probanda eſt ſecunda, *ita vt imaginem gerat*. Vel enim requirit ſimilitudinem in materia: & ſic falſa eſt; vel ſolùm in ratione ſigni: & hæc dicta iam fuerat, licet obſcurè, vocabulo *forma*; & æquiuocè repetitur voce *imaginis*. Nec item pars tertia: *Et cauſa exiſtat*. Non enim ſatis explicat, cuius rei cauſa ſit: etſi proculdubio velit, eſſe inuiſibilis gratiæ. In quo etiam peccat, vel enim nomine inuiſibilis gratiæ intelligit gratiam ſanctificantem; vel aliquam aliam. Si prius dicatur, conuenit ſolis ſacramentis Nouis: Si hoc poſterius, deficit, & quia non explicat, cuius internæ gratiæ cauſa ſit omne ſacramentum: & quia falsò tribuit omni ſacramento vim effectiuam internæ gratiæ à ſanctificante diſtinctæ. S. THOM. Q. I. X.

69 Minus illa verba: *Corporale, vel materiale elementum &c.*

Quartam inſtituit Hugo Victorinus lib. 1. de ſacramentis p. 9. c. 2. *Corporale, vel materiale elementum foris ſenſibiliter propoſitum, ex ſimilitudine repræſentans, & inſtitutione ſignificans, & ex ſanctificatione continens aliquam inuiſibilem, & ſpiritualem gratiam*. Improbanda primò, quia maiori peccat longitudine, quàm præcedentes breuitate. Secundò, quia vel elementum accipitur propriè, & ſic falsò ponitur, quia nulli ſacramento proprium elementum eſſentiale eſt, quantò minùs ſacramento in communi: Vel ſumitur elementum impropriè, & in hoc ipſo peccatur, nam eſt valde æquiuoca dictio, quales à definitionibus relegandas, rectè docuit Ariſtoteles 5. Topicorum cap. 4. Tertiò illud foris ſenſibiliter propoſitum, laxè dictum pro ſenſibile) illud (ex ſimilitudine repræſentans) redundat, cùm adhibeatur (ex inſtitutione ſignificans) neque enim alia requiritur ſimilitudo præter ſignificationem ex inſtitutione. Demum illud (continens aliquam inuiſibilem, & ſpiritualem gratiam) ſolis competit ſacramentis Nouæ legis.

70 Nec, *inuiſibilis gratiæ ſignũ ad noſtram iuſtificationẽ inſtitutum*.

Quintam attulerunt autores Catechiſmi Pij V. *Inuiſibilis gratiæ viſibile ſignum, ad noſtrã iuſtificationem inſtitutum*. Sed vt omittam, *ſignũ viſibile*, in definitione non debuiſſe poni pro ſignum ſenſibile, ſpeciem nimirum pro genere: voces illæ, *ad noſtram iuſtificationem inſtitutum*, ex mente ſuorum autorum ſignificant inſtitutum eſſe, vt nos iuſtificet: & ideo definitio iſta ſolis conuenit ſacramentis Nouis, quæ ſola iuſtificant, & apud illos autores ſola propriè ſacramenta ſunt, quã ſententiam ſectione 1. refellimus. Adde, nec illam differentiam rectè declarari per τὸ inſtitutum ad noſtram iuſtificationem: tum quia latè ibi ſumitur iuſtificatio pro ſanctificatione, cùm iuſtificatio abſolutè ſupponatur pro conſtitutione in gratia: tum etiam, quia non indicatur per illa verba, ſacramentum nouum eſſe gratiæ cauſam, quod prædicatum eſt illi eſſentialiſſimum. Autores verò illius Catechiſmi non attendunt ſcholaſticas ſubtilitates, ſed Catholicas dũtaxat veritates, populis à Parochis proponendas, & exponendas.

71 Nec illa: *ſacra, & ſenſibilis cæremonia, &c.* quã Suarez addit.

Sextam definitionẽ format Suar. diſp. 1 ſect. 4 ſequunturq plurimi Recentiores in hunc modum: *Sacra, & ſenſibilis cæremonia, homines aliquo modo ſanctificãs, & verã animæ ſanctitatem ex Inſtitutione ſignificans*. Deficit primò, quia Cæremonia eſt actio tũ apud autores linguæ latinæ, tũ apud DD ſcholaſticos, præſertim S. Th. 1. 2. q. 99 ar. 3. ſacramentum autẽ, vt ſic non eſt eſſentialiter actio, vt conſtat in Euchariſtia. Secũdò, quia de eſſentia ſacramenti non eſt ſanctificare, vt iam vidimus: dũ autẽ dicitur, *aliquo modo ſanctificãs*, iſtæ voces æquiualent iis, *ſanctificãs propriè, vel impropriè*, diſiunctiones autẽ in definitione vitari debent, quia non definitionẽ ſed diuiſionem efficiunt multoq magis vitãda diſiunctio illa, *propriè vel impropriè*, quoniã eſt diuiſio æquiuoci in ſuã æquiuocata; æquiuoca verò prius diuidenda, quã definiẽda: alioqui bona eſſet hominis definitio, *Animal aliquo modo rationale*, vt complecteretur verũ, & pictũ. Ad-

Digitized by Google

S. Thom. Q. 6. X.

de, quòd Suar. vult, ſacramẽti ratione ẽſſe Veteribus, & Nouis vniuocã: quæ verò talis eſt, vna eſt, ac determinata, nõ duplex, aut diſiunctiua.

72 Nec iſta: Ceremonia ſenſibilis, & alia quæ Lugus ſubſtituit.

Septimam hanc procudit Lugus Diſput. 1. numero 23. *Ceremonia ſenſibilis, quæ ſuo vſu ſanctificando ſubiectum, ſignificat gratiam internam, cuius eſt cauſa.* Diſplicet primò in prima voce *Ceremonia*; quam numero 71. iam refelli. Deinde quia ſimpliciter, & abſolutè tribuit omni ſacramento, vt ſuo vſu ſubiectum ſanctificet: abſolutè vero ſanctificare eſt dare veram & propriam ſanctitatem, quam non omne ſacramentum ſuo vſu confert ſubiecto ſuo; vt fide conſtat in ſacramentis Veteribus, quæ Lugus propriè ſacramenta cenſet. Præterea diſplicet, quoniam abſolutè docet, omne ſacramentum, ac proinde etiam Vetus, vt ipſe palàm affirmat, eſſe internæ ſanctitatis cauſam: quam partem impugnaui à numero 23. ad 35. Poſtremò diſplicet, quia licet non aſſerat ſacramenta Vetera fuiſſe cauſas veræ ſanctitatis in ſuis ſuſceptoribus; definitio tamen id ſonat. Dum enim dicitur ſacramentum ſanctificare ſubiectum, & ſignificare gratiam internam, cuius eſt cauſa, plane indicatur eſſe cauſa gratiæ internæ, quæ ſola propriè ſanctificat; ac proinde cauſa veræ ſanctitatis in ſubiecto vel ſuſceptore, quem dicitur ſanctificare. Mitto particulam hic deſiderari, ſacramento eſſentialẽ, vt eſſe à Deo Inſtitutum etiam aſſentiente Lugo, & aliàs, vt ex dictis liquet. Mitto etiam aliàs Recentium definitiones: quia ſingulæ continent aliquam ex particulis iam confutatis; & deſiderant aliquam ex illico aſtruendis.

§. II.

Exactam ſacramenti definitionem affero.

73 Noua ſacramenti definitio admirationi eſſe non debet.

CVm ſacramentum in Eccleſia, & ſacramenti tractatio in Theologia, tam Vetus ſit; mirabitur fortaſſe quiſpiam, quòd nouam afferamus ſacramenti definitionem. Sed mirari deſinet, ſi attendat, vetuſtiorem eſſe in rebus Cauſam, & in Philoſophia Cauſæ contemplationem; & tamen hoc tempore, reiectis antiquioribus Cauſæ definitionibus, nouas identidem efformari; ſicut etiam ipſius Philoſophiæ. Multoque faciliùs admirationem deponet, ſi penetret eius rei rationem apertam. Quidam enim Doctorum, dum de ſacramentis doctrinam ſimpliciter neceſſariam ad illorum adminiſtrationem aſſequuntur, eã contenti, difficultates ſcholaſticas minimè curant: alij verò, qui de iis ſoliciti ſunt, ſentiunt quidem de ſacramentis vt neceſſe eſt ad ſalutem; ſed inter ſe diſſentiunt in iis, quæ neceſſaria non ſunt: & conſequentiſſimè diſſentiunt definitionibus; vtpote quas è ſuis quiſque ſeu principiis, ſeu doctrinis diuerſis neceſſe eſt diuerſas inferat.

74 Exacta eſt: *Signum ſanctitatis ſenſibile, pro toto Eccleſiæ ſtatu à Deo inſtitutum, habili-*

Ego ex fundamentis ſectionẽ ſuperiore iactis, & confirmatis, hanc infero: *Signum ſanctitatis ſenſibile; pro toto Eccleſiæ ſtatu à Deo inſtitutum, habilitans hominem ad bonum Eccleſiæ proprium.* Eſſentialiter eſſe *Signum*, liquet ex præcedente ſect. §. 1. Cum autem etiam ſit eſſentialiter cauſa, quærit Lugo cur potius ponatur ſub genere ſigni, quam cauſæ; quæ interrogatio, vt recta ſit, nec ſuo repugnet Autori conſtituenti cauſam in definitione ſacramenti, hunc debet habere ſenſum, cur pro genere ſacramenti non ponitur cauſa, ſed ſignum. Et omiſſo diſcurſu illius autoris, ratio eſt clariſſima; quoniam in omni ſacramento prior quodam modo eſt ratio ſigni, quam cauſæ: nam vt loco citato, & ſæpius iam dixi, propterea ſacramentum cauſa eſt conſecrans, quia ſignum *Sanctitatis*: id eſt, gratiæ habitualis, quæ eſt ſecunda definitionis pars, probata in ſectione præcedente §. 2. Tanti enim Deus gratiam facit, hoc eſt principium illius diligendi ſuper omnia, vt ſicut ad bona cœleſtia neminem ſine ipſa, ſic ad bona Eccleſiæ propria neminem abſque ipſius ſaltem imagine admittat. Vult autem hoc ſignum eſſe *ſenſibile*, ſicut Eccleſia ipſa eſt; de qua particula diſſeruimus ibidem §. 5.

tans hominẽ ad bonum Eccleſiæ proprium.

Ratio cur primò dicatur ſignum, & non cauſa.

Sequitur, ſignum iſtud eſſe *pro toto Eccleſiæ ſtatu à Deo inſtitutum.* Vbi tria continentur. Primum eſt, eſſe ſignum ad placitum, vtpote inſtitutum à Deo: ſignum enim naturale poteſt quidem à Deo produci, non autem ſimpliciter in ſignum inſtitui, cum ex natura ſua ſignum ſit. Quod ſi vocibus his non iſtud contineretur, contineri dicerem voce *ſenſibile*, quia nihil tale poteſt ſignum eſſe ſanctitatis naturale: Quamuis autem ſacramentum pro formali, vel etiam adæquatè ſumptum, nec ſit, nec eſſe poſſit ſignum ad placitum, ſed naturale, ſimpliciter tamen eſſe ad placitum, oſtendimus in illo §. 4. Alterum eſt, eſſe inſtitutum à Deo: quod eſſe ſacramento eſſentiale breuiter ibidem tactum, ſuo loco fusè probandum. Tertium eſt inſtitutum eſſe pro toto Eccleſiæ ſtatu, hoc eſt pro toto ſtatus Eccleſiæ corpore, & tempore, quod §. 5. ſtabiliuimus, oſtendentes ſacramentum eſſentialiter eſſe ſignum *Stabile, & vniuerſale.* 75

75 Eſſe ſignum ad placitum indicat vel particula *ſenſibile*, vel *à Deo inſtitutum.*

Extrema pars eſt, *habilitans ad bonum Eccleſiæ proprium.* Oſtendimus enim autoritate & ratione in toto illius ſectionis §. 5. de eſſentia ſacramenti eſſe, vt ſit ſui ſubiecti ſacratiuum, ſeu potius illud ſacrare, idque non eſſe aliud, quàm reddere aptum, & habile ad bonum Eccleſiæ proprium. Porrò in definitione non poſuimus eſſe ſacratiuum: quia quærentibus quid ſit ſacramentum, æque vel magis ignotum eſt ſacratiuũ ac ſacramentum; proinde oportuit adhibere ipſam ſacratiui definitionem, quæ nihil obſcuritatis relinquit. Adiunximus *habilitans hominem*, quia licet controuerſum eſſe poſſit, & me iudice vix decerni, an ſacramenti ſolus homo ſit capax, an etiam res inanimatæ, vt antiqua templa & altaria, ſacra veſtimenta & vaſa, quorum dedicationes, & initiationes, qui diceret ſacramenta fuiſſe, non facile conuinceretur; de quo proprius habebitur ſermo Diſp. 18. de ſubiecto ſacramentorum ſect. 1. tamen rationi conſonantius aſſeri, ſolum hominem ſubiectum ſacramentorum eſſe, ibidem oſtenſuri ſumus.

76 *Habilitans ad bonum Eccleſiæ proprium*, idẽ eſt ac *ſacrans*.

Eſſe eſſentialiter habilitãs hominẽ diſp. 18. probabitur.

Hæc vltima pars, vt loco citato monui, totam huius diſputationis materiam, alioqui tenebricoſam, illuſtrat, & nulli difficultati, vel obiectioni obnoxiam relinquit. Cuius conuenientiam videtur odoratus

77 Tò *habilitãs ad bonum Eccleſiæ proprium*, totam diſputationẽ alioqui tenebricoſam, illuſtrat.

Digitized by Google

ſatus & inſecutus Granadus; requirens ad eſſentiam ſacramenti non ſolum vt ſignificet gratiam, ſed etiam vt ſubiecto ſuo *ſanctitatem aliquam externam* conferat. Hæc enim aliqua externa ſanctitas a ſacramentis collata, nihil eſt aliud quam habilitas illa, ad bonum Eccleſiæ proprium. Sed non eſt aſſecutus. Nam particulæ iſtæ, *aliquam tribuens ſanctitatem externam*, exactam, aut idoneam definitionem non reddunt. Quia ſanctitas valde impropriè dicitur de externa, non minus quam homo de picto: voces autem in definitionibus propriiſſimè ſumi debent: & nimis relinquunt obſcurum quid ſit aliqua externa ſanctitas.

78. Etſi vox *ſacrans* totum illud dicit, iure tamen à definitione excluditur.

Illud adde, quod, ſcilicet ſanctitas iſta, vt nos ſupra oſtendimus, propriè eſt, & dicitur ſacratio: & tamen in ſacramenti definitione non recte explicaretur, dicendo ſacramentum eſſe ſignum ſacrans, aut ſacratiuum, vt ex num. 76. claret: Ergo multo imperfectiùs exponitur per voces illas, *Conferens aliquam ſanctitatem externam.* Vt ſileam pronomen *aliquam*, plurimum hic nocere: Vel enim externæ omnes ſanctitates, quas ſacramentum quà tales, tribuit, vniuocè conueniunt in vna ratione ſanctitatis externæ, vel non: Si non conueniunt τo *Conferens aliquam ſanctitatem externam*, idem eſt atque *Conferens ſanctitatem externam propriam, vel impropriam*; quæ diſiunctio nec affert, nec ſuffert vnam, & vniuocam ſacramenti rationem, quam Granadus tuetur: ſi verò in iſta conueniunt, non modo redundat vox *aliquam*, ſed etiam aliter nocet, ſignificans nempe non conueniſſe.

SECTIO III.

Qualis ſit ſacramenti diuiſio in Vetus & Nouum.

79. SIc appellamus, breuitatis ergo ſacramentum legis Nouæ, & aliarum, quæ tempore Nouam præceſſerunt, vnde certum eſt, diuiſionem eſſe adæquatam: ſolum quærimus ſitne ſynonyma, quod perinde eſt, ac inquirere, An vtraque ſint propriè ſacramenta.

§. I.

Vniuocam eſſe, plurium eſt, & vera ſententia ſed non ſolidè probata.

80. Vniuoca eſt diuiſio ſacramenti in Vetus & Nouum.

AFfirmare videntur Sotus in 4. diſt. 1. q. 1. ar. 2. & Ledeſma 1. Quarti. q. 1. ar. 2. Clare affirmant Bellarminus lib. 1. cap. 12. propoſitione 3. Suarez diſp. 1 ſect. 2. §. *Dico tamen primo*, & §. *Atque hinc intelligitur*, Vazquez Diſp. 128. c. 5. Coninck q. 60. ar. 4. dub. 5. Carthagena Diſp. 1. diff. 3. cap. 3. §. 2. Granadus trac. 1. diſp. 2. num. 13. Martinus Diſp. 1. ſec. 2. Lugus Diſp. 1. à num. 43. ad 48. pluresque alij Recentium. Primò ſuadent, quia ſacramentum, auctore S. Thoma q. 60. ar. 1. & 2. non eſt eſſentialiter ſanctificatiuum, ſed ſolum ſignificatiuum veræ ſanctitatis: ſed eſſe illius ſignificatiuum ſynonymè conuenit Nouis, & veteribus: Ergo & ſacramentum. Reſpondeo Maiorem in ſe eſſe falſam & S. Doctori impoſitam, vt probaui ſect. 1. §. 3. & 4.

Non quia ſolum eſt ſignificatiuum, id enim falſum & S. Thomæ impoſitum.

S. Thom. Q. LX.

Secundò probant, quia religio ſynoymè dicitur de Vetere & Noua: Ergo & ſacramentum de ſacramentis Religionis Veteris & Nouæ. Conſequentia probatur, quia teſte Auguſtino lib. 19. contra Fauſtum cap. 16. viatorum religioſa Reſpublica coaleſcere non poteſt ſine ſacramentis: ergo hæc ſunt de illius eſſētia: Ergo ſicut Vetus & Noua Eccleſię conueniunt vniuocè in eſſentia Reip. religioſæ; ſic Vetus & Nouum ſacramentum in eſſentia ſacramenti. Nulla tamen eſt prior illatio. Ad probationem dico; dum Auguſtinus ait, non poſſe homines conuenire in aliquod nomen religionis ſine ſacramentis, hoc nomine non intelligit ſtricte ſacramenta; nam hæc in Innocentiæ religioſiſſimo ſtatu non fuiſſe, fere omnium ſententia eſt: ſed intelligit ſacra ſigna ſenſibilia continentia cultum diuinum: & talia eſſe vtraque ſacramenta, ſicut certum eſt, ita non probat eſſe propriè ſacramenta. Vrgebunt ſuam conſequentiam: quia vetus Eccleſia, licet vmbra Nouæ, fuit vniuoce Religio, & Eccleſia cum Noua: Ergo vetera ſacramenta licet fuerint vmbræ Nouorum, fuerunt cum illis vniuocè ſacramenta. Hæc tamen ratio probat quidem ſynonymam ſacramenti rationem in veteribus & Nouis per eiuſmodi vmbram non impediri; non tamen probat reperiri, cùm non probet, nullum aliud eſſe impedimentū. Tale autē reperitur apud auctores eius argumenti; cum abſolutè doceant ſacramentum eſſentialiter eſſe ſanctificatiuum; Vetus autem ſanctificatiuum abſolutè non fuerit, vt iam ſæpius expoſuimus.

Nec quia Religio vniuocè, dicitur de Vetere & Noua.

Nec enim Religioni vt ſic eſſentialia ſunt ſacramenta ſtricte ſumpta.

Tertiò probant, quia ſacrificia legis Veteris, & ſacrificium Nouæ, conueniunt vniuocè in ratione ſacrificij: Ergo Vetera & Noua ſacramenta in ratione ſacramenti. Nulla tamen eſt illatio: quia ſacrificium, quà tale, ad ſummum eſt actio rei cuiuſpiam deſtructiua, per publicam autoritatem instituta ad colendum Deum; vt autorem, vitæ, & mortis: quæ ratio propriiſſimè, atque adeo ſynonymè reperitur in veteri & Nouo ſacrificio: ſacramentum autem, vt arguentes volunt, eſt eſſentialitèr ſanctificans; quæ ratio in ſacramentis veteribus impropria, in Nouis propria eſt, proinde non in vtriſque vna ſiue vniuoca. 82.

Nec quia ſacrificia Vetera & Noua vniuoce ſacrificia.

Quartò probant, quia Vetus ille Dei populus cum Chriſtiano conferendus non eſt, ſicut homo pictus cum viuo: ſed ſicut puer cum viro: ſic enim à Paulo confertur ad Galat. 4. proinde ſacramenta illius populi non ſunt comparanda cum noſtris, ſicut actiones pictæ cum viuis, ſed ſicut exercitationes pueri cum exercitationibus viri. Sicut ergo puer in ratione eſſentiali hominis conuenit vniuoce cum viro; & ſicut ille populus in ratione Eccleſiæ, & religioſæ Reipub. conuenit vniuocè cum populo Chriſtiano; & ſicut exercitationes pueri in ratione exercitationis humanæ conueniunt ſynonymè cum exercitationibus viri, ita ſacramenta Vetera in ratione eſſentiali ſacramenti conueniunt ſynonymè cum Nouis. Hæc ratio probat, ſacramenta Vetera & Noua ſynonymè conuenire in ratione exercitationis, & rei ſacræ; ſeu religioſæ; ſicut ludus pueri 83.

Nec quia populus Vetus cum Nouo, vt puer cum viro ſe habet.

Quia vera & legalis, non eſt vniuoce ſanctitas.

pueri & ludus viri conueniunt vniuocè in ratione Ludi, vel exercitationis humanæ: non autem probat ita conuenire in ratione veri, proprijque ſacramenti: quoniam iſtud (iuxta diſputantium opinionem) addit eſſe ſanctificatiuum: quæ ratio propriè non competit veteribus: ſicut nec ratio haſtiludij, vel equitationis conuenit propriè exercitationibus puerorum in arundinibus equitantium. Sicut enim ſanctitas ad ſanctitatem veram, ei legalem vniuoca non eſt; ita nec ſanctificatiuum ad ſanctificatiuum verè, & ad ſanctificatiuum legaliter.

84. At licet riſus hominis & arboris, æquiuocè riſus; vita hominis & plantæ, vniuocè vita.

At inquiunt multi cum Coninck q. 60. art. 4. dub. 2. Etſi riſus plantæ, & hominis, ſint analogicè riſus, vita tamen quæ plantæ conceſſa eſt, vniuocè eſt vita. Item licet Lupus terreſtris, & Lupus marinus; in ratione lupi ſint æquiuoca; tamen Deus eſt vniuocè creator vtriuſque: & ipſorum parentes, reſpectu vtriuſque ſunt vniuocè generantes beſtiam. Quod maximè verum eſt in noſtra ſententia; qui dicimus, Noua Sacramenta moraliter dumtaxat cauſare gratiam: conueniunt enim cum veteribus in modo cauſandi, licet effectus cauſent valde diuerſos. Vt enim aliquid reſpectu duorum ſit vniuocè cauſa, ſufficit quod vtrumque in eo conueniat, quod eodem modo cauſetur. Hactenus ille.

85. Iſtud tamen exemplum & ſimilia inventum non firmant, ſed infirmant.

Hæc tamen reſponſio, me iudice, ſi ſit examinetur, rationem factam non deſtruit, ſed aſtruit. Nam licet homo & arbor, ſint vniuocè cauſa, ſuæ quiſque proprietatis, vel accidentis, nempe homo ſui riſus, & arbor illius viroris, & amœnitatis, quam in arbore vocamus riſum: Nemo tamen dicet, hominem, & arborem eſſe vniuocè cauſas riſûs: & riſiuum, ſiue riſibile vniuocè dici de arbore, & homine: quoniam arbor eſt riſibile impropriè, homo propriè: Ergo nec ſanctificatiuum vniuocè dicitur de Sacramento Veteri, & de ſacramento Nouo; cum illud impropriè, iſtud propriè ſanctificatiuum ſit. Et ratio à priori eſt, quia licet in ſanctificatiuo non ſit formaliter ſanctitas, (ſicut nec in riſiuo formaliter includitur riſus) imbibitur tamen ordo ad ſanctitatem, ſeu virtus cauſatiua ſanctitatis: virtus autem ſanctitatis cauſatiua, ſpecificatur ab effectu ſanctificandi; ſicut virtus calefactiua ab effectu calefaciendi. Proinde, quemadmodum vt aliqua duo dicamus vniuocè calefactiua, debet vtrumque dicere virtutem calefaciendi verè, & propriè, & non metaphoricè; & non vnum vim calefaciendi propriè, & alterum vim calefaciendi impropriè; pari ratione, vt duo dicantur vniuocè ſanctificatiua, neceſſe eſt vt vtrumque dicat virtutem ſanctificandi verè, & propriè, & non vnum propriè, & alterum impropriè, ſeu legaliter.

86. Vnde quamuis Deus comparatus ad lupum terreſtrem, & marinum, ſit vniuocè creator viuentis, & animalis, & beſtiæ, atque etiam beſtiæ rapacis, & voracis; & quamuis eorundem Luporum parentes, ſint vniuocè parentes, & genitores viuentis, animalis, beſtiæ, & beſtiæ rapacis, & voracis: tamen neque Deus, reſpectu illorum eſt vniuocè creator Lupi: nec vtriuſque beſtiæ parens, eſt vniuocè genitor Lupi. Simillimâ ergo ratione, quamuis Vetera & Noua Sacramenta ſint vniuocè productiua vel cauſatiua, effectuum, quorum alter propriè, & alter impropriè ſanctitas eſt, non tamen erunt ſanctificatiua vniuocè, quia non ambo propriè. S. Tho. Q. LX.

87. Nec moralis cauſalitas vtrorumque ſacramentorum, illud promouet.

Nec refert, quòd ſacramenta Noua moraliter dumtaxat ſanctitatem cauſent, & in eo Veteribus aſſimilentur. Cum enim Vetera veram ſanctitatem non cauſarent, illud quidem ſufficit Vt Vetera & Noua conueniant vniuocè in ratione cauſantis moraliter; non tamen in ratione cauſantis moraliter ſanctitatem. Alioquin duo agentia, quæ phyſicè eſſent productiua, vnum caloris proprij, alterum caloris improprij, ſeu metaphorici, ſynonymè conuenirent in ratione phyſicè calefactiui: proinde habitus charitatis, qui phyſicè productiuus eſt actus, quem impropriè, & metaphoricè calorem dicimus, & ignis, qui veri, proprijque caloris productiuus eſt, vniuocè dicerentur calefactiui. Quid verò Lugus reſpondeat, commodius referam num. 90.

§. II.

Vniuocam eſſe probo, & propugno.

88. Synonymè probatur 1. ex Florent. & Trid. vtraque vocantibus ſacramenta.

Autoritas hanc perſuadens ſententiam eſt tum Concilij Tridentini ſeſſ. 25. in Inſtructione Armenorum ab Eugenio IV. promulgata, §. *Quinto Eccleſiaſticorum*. Vbi ſacramenta veteris legis pleno ore dicuntur ſacramenta: & aſſignatur diſcrimen, quo multùm à noſtris differebant, nimirum quòd illa non conferebant gratiam, noſtra verò conferant. Atqui ſi non cenſeret Concilium fuiſſe vera ſacramenta, hoc debuiſſet pro ſummo diſcrimine aſſignare, quòd ſcilicet illa non vera, ſed adumbrata ſacramenta fuiſſent, noſtra verò vera ſint. Accedit autoritas Concilij Tridentini, ſeſſ. 7. Can. 2. illa vocantis pleno ore ſacramenta: quibus conſentiunt pleriqne Scholaſticorum vt vidimus: Atqui poteſt clarè, & ſine difficultate intelligi, fuiſſe propriè ſacramenta, atque adeo definitionem eſſe vniuocam, vt ſtatim apparebit: Ergo id præſtandum.

89. II. Quia cuncta ſacramenti prædicata eſſentialia, vtriſque propriè competunt.

Ratio clara eſt: Quoniam omnia prædicata eſſentialia ſacramento in commune accepto, conueniunt propriè, & eſſentialiter veteri, & propriè & eſſentialiter Nouo: Ergo diuiſio eſt vniuoca. Conſequentiam legitimam eſſe, ſupponimus ex logica Vniuocorum tractatione. Antecedens patebit percurrenti ſectionem primam, vbi omnia ſacramenti prædicata eſſentialia fusè probantur: & ſectionis ſecundæ §. ſecundum, vbi in definitione ſacramenti compendioſè repetuntur: nempe eſſe ſignum, & ſanctitatis, & ſenſibile, & ſtabile, & vniuerſale, & à Deo inſtitutum, & habilitans ad bonum Eccleſiæ proprium. Vnaquæque enim harum partium propriè ſumpta, & ſecundum vnam & eandem rationem, certam, determinatam, & minimè diſiunctiuam, aut vagam, competit eſſentialiter omni ſacramento Veteri, & omni Sacramento Nouo, prout ex hactenus dictis quiſque per ſe deprehendet. Præcipuè verò prodeſt ad vniuocationem tuendam vltima illa pars *Habilitans ad bonum Eccleſiæ proprium*, ſine qua iam vidimus, ſynonimiam ſtare

Præſertim attento illo, *habilitans ad bonum Eccleſiæ proprium*

re

Digitized by Google

te non poſſe, cum ſanctificatiuum ſynonymè non dicatur de ſanctificante internè, & de ſanctificante merè legaliter.

90 Contendit Lugus ſacramentum ſuo vſu cōferens aliquam ſā-ctitatem, minorem eſſe.

Adhuc tamen doctiſſimo Lugo num. 47. videtur poſſe vniuocatio defend, ſi ... aſſeramus vt ipſe aſſerit, eſſentiale eſſe ſacramento, vt ſuo vſu conferat aliquam ſanctitatem. Quia, tametſi ſanctitas non dicatur vniuocè de habituali, & legali, poteſt ab vtriſque ſacramentis abſtrahi conceptus communis, quem non explicemus per nomen ſanctitatis, ſed per nomen conſecrationis, aut dedicationis, & coniunctionis peculiaris cum Deo, ita vt omne ſacramentum ſit ceremonia ſacra in ſuo vſu conſecrans, dedicans, coniungens ſubiectum peculiariter cum Deo. Quamuis enim Vetera ſacramenta non conferrent veram animi ſanctitatem; verè tamen hominem Deo ſacrabant, & peculiariter coniungebant: ex. gratia ſacerdotis ordinatio; quæ licet non eſſet æquè nobilis coniunctio cum Deo, ac ſit per gratiam habitualem, eſt tamen propria & peculiaris coniunctio. Vnde quando ſacramentum definitur, aut dicitur ſanctificare ſuo vſu proprium ſubiectum, verbo *Sanctificare*, non intelligitur propriè ſanctificare, ſed ſpecialiter coniungere; quod omnibus ſacramentis propriè & vniuocè competit.

91 Sed nimis ſerò, & contra diuidendi normam.

Contrà primò, quia quamuis hæc omnia vera forent; nimis tamen ſerò hic dicerentur: debuiſſent enim afferri vel in definitione ſacramenti, vel ſaltem in eius explicatione. Dum enim quærimus, an ratio iam definita, ſynonymè diuidatur in hoc & illud membrum, quæſtio eſt de illa ratione ſecundùm eſſentiam definitione propoſitam. Secundò, quia τὸ *Sacrare* ſaltem apud eum autorem, latiorem habet ſignificationem, ſicut etiam *dicare, & peculiariter Deo coniungere*: proinde non explicat modum peculiarem; cum ſint multa Deo peculiariter coniungentia, quæ ſacramenta non ſunt. Et ob iſtam conceptus imperfectionem, in hac reſponſione tot voces apponuntur, *conſecrans, dicans, cumque Deo peculiariter coniungens*, quæ definitionem dedecent, vt per ſe clatet. Tertiò quia ſanctificatio non dicitur propriè de coniunctione iſta cum Deo externa, & legali, ſed ſolùm de interna, & habituali: Ergo non eſt vniuerſa ad vtramque: Ergo nec ſacramentum ſub nomine ſanctificatiui, propriè dicetur de coniũgente habitualiter, & de coniungente ſolùm legaliter: Ergo voce *ſanctificans*, nequit in definitione intelligi, *cum Deo peculiariter coniungens*: ſicut nomine *ſentiens* nequit intelligi rationale: nam ſicut ſentiens eſt ſuperius rationali, ita peculiariter coniungens eſt ſuperius ſanctificante.

Contra normam etiam definiendi.

92 Inconſequēter etiam, & ſecum pugnans.

Et verò id ipſum ille ipſe Doctor, ſibi contrarius, fatetur. Preſſus enim illâ ratione, quod ſanctificatiuum non dicatur vniuocè de ſanctificante habitualiter, legaliter, tanquam vnicum remedium offert, vt abſtrahatur conceptus communis; quem non explicemus per nomen ſanctitatis: Ergo in definitione non debuit adhiberi ſanctitatis nomen: & dum adhibetur; non eo ſignificatur illa peculiaris coniunctio.

93 Denique pars iſta, quam nos in definitionem attulimus, *habilitans ad bonum Eccleſiæ proprium*, & in ſe eſt clariſſima, & maximè vnica, & vniuoca, & omnem amolitur difficultatem, vt conſtabit ſoluendis iam obiectionibus, quæ contra ipſam & ſacramentorum vniuocationem afferri poſſunt.

S. Thom. Q. L X.

94 Autores Catechiſmi Romani nouæ & cōmuni ſententiæ palam repugnant.

Prima ſumitur ex Catechiſmo Pij V. conſtituente in ſacramenti definitione, vt ſit allatiuum gratiæ ſanctificantis: Atqui vetus ſacramentum non fuit eiuſmodi: Ergo nec vniuocè ſacramentum cum Nouo. Reſpondeat fortaſſe quiſpiam; Catechiſmum illum, vtpote ad neceſſariam Chriſtiani populi inſtitutionem compoſitum, non agere de ſacramento communi ad Vetus & Nouum, ſed tantum de Nouo; cui eſſentiale eſt eſſe gratiæ productiuum. Contrà, quoniam ille ipſe Catechiſmus titulo de matrimonio, perſpicuè, docet ſacramenta veteris legis non fuiſſe verè ſacramenta.

95 Sed in hoc puncto, vtpote merè ſpeculatiuo non approbati.

Quocirca fateor, Theologos, qui Catechiſmum illum compoſuerunt, planè tradidiſſe ſententiam noſtræ, & communi oppoſitam. Cæterum in hoc non fuiſſe Catechiſmum approbatum, ſed cum ſua probabilitate ſententiam illam relictam, vtpote populis inſtruendis neque neceſſariam, neque nociuam: quam longe ſuperat autoritas Conciliorum, & Doctorum num. 88 prolata.

96 S. Thomas vniuocationem priùs negauit, poſtea cōceſſit.

Secunda ſumitur ex S. Thoma in 4. diſt. 1. quæſtio. 1. art. 1 ad 2. quæſtionem, in reſponſione ad 5. ita ſcribente. *Dicendum, quod ſacramentum non diuiditur per Sacramentum Veteris & Nouæ legis, ſicut genus per ſpecies, ſed ſicut analogum in ſuas partes, vt ſanum in habens ſanitatem, & ſignans eam; ſacramentum autem ſimpliciter eſt, quod cauſat ſanctitatem, quod autem ſignat tantum; non eſt ſacramentum, niſi ſecundum quid.* Reſpondeo, ita ibi ſenſiſſe ſanctum Thomam: quia non admiſit vt propriam acceptionem ſacramenti pro ſigno ſignificante gratiam, & ſubiectum ſacrante: poſtea vero in 1. 2. quæſtio 101 art. 4 cap. 3. part. quæſtio. 60. art. 1. eam acceptionem propriiſſimam eſſe tradidit; & Vetera ſacramenta propriè ſacramenta fuiſſe docuit; vt ſup. numero 18. & num. 39. ex inſtituto retuli. Sentit itaque S. Doctor, ſanctificans non dici vniuocè de vtriſque, in quo plane reſiſtit Aduerſariis & ſacramentum legitimè accipi pro ſacrante, in quo manifeſtè noſtras agit partes.

97 Si Vetera formaliter, & Noua ſolò efficienter habilitarent, vniuocè ſacramenta forent.

Tertia ſit. Vetera ſacramenta ſubiectum ſacrabant, ſiue habilitabant ad bonum Eccleſiæ proprium per ſemetipſa, & in genere cauſæ formalis: Atqui Noua non id præſtant, per ſeipſa, & formaliter, ſed efficienter; nempe conferendo gratiam: Ergo non conueniunt vniuocè in ratione habilitantis ad bonum Eccleſiæ proprium; ac proinde nec in ratione ſacramenti. Poſſem datis præmiſſis negare conſequentiam. Quoniam habilitans idem eſt atque cauſa, ſeu principium habilitationis: Sicut ergo cauſa, iuxta communem ſententiam, ſynonymè dicitur de formali, & efficiente, ita & habilitans de habilitante, formaliter & habilitante effectiuè. Reſpondeo tamen; falſam eſſe minorem: quia ſacramenta Noua, licet habilitent ad gloriam producendo gratiam, & ad augmentum gloriæ, producendo augmentum gratiæ, tamen per ſeipſa

Vtraque verò formaliter, & ſeipſis habilitant.

S. Thom. Q LX.

habilitant ad gratiam eiuſue augmentum: quoniam rite poſita in ſubiecto per ſeipſa tribuunt ei ius ad illud gratiæ donum, vt iam ſupra n. 35. declarabam.

98 At Vetera extrinſecè, Noua intrinſecè habilitant: Ergo non vniuocè ſacramenta ſunt.

Quarta ſit. Antiqua ſacramenta ſubiectum habilitabant per aliquid ipſi extrinſecum, & Noua illud habilitant per aliquid ei intrinſecum: Ergo non conueniunt in vna ratione habilitantis. Conſtat eſt dictis, quia ſacramenta Vetera habilitabant per ceremonias, in quibus ipſa conſiſtebant, quæ ceremoniæ prorius erant ſubiectis extrinſecæ: Noua vero habilitant infundendo gratiam, quæ ſubiectus intrinſecè inhæret. Illatio verò videtur clara: quia ad id quod intrinſecè, & ad id quod extrinſecè eſt tale, datur vniuocum, v. gr. (ne longius abierimus) ſanctum ad ſanctum intrinſecè, & ad ſanctum extrinſecè.

99 Mala illatio quia licet Vetera, propriè tamen habilitant.

Hic etiam poſſet præmiſſis datis negari conſequentia. Quia proprius conceptus habilitandi, etiam tribuendo ius ad rem aliquam, non includit eſſentialiter formam habilitantem in ſubiecto, quod habilitatur, intrinſecam: vt claret in filio adoptiuo inter homines, qui per formam ſibi extrinſecam adoptatur accipitque ius ad hæreditatem. Quare licet habitualis gratia, per quam habilitamur, ſeu ius accipimus ad gloriam, eſſet ipſiſſimum ius ad illam, adhuc Vetera & Noua ſacramenta ſynonymè conuenirent in ratione habilitandi. Sit perſpicuum exemplum. Licet eſſe intellectam, intrinſecum ſit deitati, quæ ſui ipſius intellectio eſt, albedini verò ſit extrinſecum: tamen eſſe intellectam vniuocè dicitur de diuinitate, & albedine: quia nimirum proprius rei intellectæ conceptus, nec requirit vt intellectio ſit ei intrinſeca, neque vt ſit extrinſeca, ſed vt cognitione ſpirituali repræſentetur. Similiter ergo conceptus proprius habilitandi vt ſic, neque dicit habilitare intrinſecè, neque extrinſecè, ſed veram dare aptitudinem. Quare falsò dicitur in probatione conſequentiæ nihil dari vniuocum ad tale intrinſecè, & ad tale extrinſecè: poteſt enim contingere vt quod extrinſecè tale eſt, propriè tale ſit, & non per ſolam ſimilitudinem imperfectam, qualis reperitur in riſu prati ad riſum hominis. Hæc inquam dici poſſent. Reſpondeo tamen, etiam ſacramenta Noua eſſentialiter habere vt habilitent extrinſecè; quia proximè & immediatè, ac proinde per ſuam ipſorum entitatem habilitant ad gratiam ſanctificantem, ſubiecto intrinſecam, ipſa verò ſecundum ſuum ipſorum eſſe ſunt eidem ſubiecto extrinſeca.

Falſum etiã antecedens; quia Noua etiam extrinſecè habilitant.

100 Eſtò illa ad bonum ſubiecto extrinſecum, hæc ad intrinſecum.

Quinta ſit. Sacramenta Veterum legum habilitabant hominem ad bonum ipſi extrinſecum: ſacramenta legis Nouæ ipſum habilitant ad bonum intrinſecum: ergo non vniuocè. Nego conſequentiam: quia ſicut res habilis propriè nec dicit eſſe habilem per formam intrinſecam, nec per extrinſecam, ſed abſtrahit: ita nec dicit habilem ad bonum ipſi intrinſecum, nec ad bonum ipſi extrinſecum, ſed ad bonum ab vtroque præciſum, vt ex numero præcedente ſatis ſuperque intelligitur.

DISPVTATIO II.

De conuenientia, & exiſtentia ſacramentorum in variis Eccleſiæ ſtatibus, & legibus.

Sectio I. *An pro quolibet ſtatu viatorum hominum potuerint ſacramenta conuenienter inſtitui.*

Sectio II. *Num in ſtatu Innocentiæ ſacramenta fuerint, aut perſeuerante fuiſſent.*

§. 1 *Aſſertionem ſacramenti matrimonij quidam ſine fundamento damnant, ſine conſequentia deſerunt.*

§. 2. *In ſtatu Innocentiæ nullum ſacramentum reipſa fuit.*

§. 3. *Status Innocentiæ ſi perſeueraſſet, dubium eſt vtrùm ſacramenta habuiſſet.*

Sectio III. *An, & quæ ſacramenta fuerint in lege naturali.*

§. 1. *Aliquod fuit in lege naturali ſacramentum.*

§. 2. *Fuerunt in lege naturali tria, vel quatuor ſacramenta.*

Sectio IV. *An, & quæ ſacramenta fuerint in lege Veteri.*

Sectio V. *De ſacramentorum exiſtentia, numero, & excellentia in lege Noua.*

§. 1. *Sacramenta Nouæ legis quinam hæreticorum, & quatenus abnegauerint.*

§. 2. *Exiſtentia, & numerus ſacramentorum Nouæ legis aſtruitur.*

§. 3. *Num ſacramenta Noua Veteribus nobiliora ſint.*

SECTIO I.

An pro quolibet ſtatu viatorum hominum potuerint ſacramenta conuenienter inſtitui.

NEgant plerique Thomiſtæ, & cum eis Cartagena Diſp. 2. diff. 1 cap. 2. Granadus Tract. 2. Diſp. 1. & quidam alij multis contendentes, repugnare ſacramentorum vſum ſtatui Innocentiæ. Quem quidem ſtatum in præſenti conſideramus prout in primis parentibus extitit & quærimus, an ei potuerit Inſtitutio ſacramentorum conuenienter adiungi; ſiue per inſtitutionem iſtam mutaretur ſubſtantialiter ſtatus, vt diſp. 1. n. 62. docuimus, ſiue non mutaretur, vt nonnulli volunt. Conſideramus etiam ſtatum quemlibet Eccleſiæ, quantum eſt ex parte Dei, inſtitutum pro longo tempore: ſic enim inſtitutus fuit ſtatus innocentiæ: eſtò, per celerem Adami culpam breui deſierit: ſic enim, ſi ſacramentum pro illo ſtatu fuiſſet inſtitutum, per ſe quidem, & quantum eſſet ex parte Dei, ad temporis diuturnitatem, & ſtabiliter inſtitutum eſſet; eſtò cum illo ſtatu per accidens breuiter deſinente, per accidens quoque breuiter deſineret. 1

Innocentiæ ſtatus quomodo hic ſpectetur.

Aſſerimus, pro quolibet Eccleſiæ Viatorum hominum ſtatu potuiſſe ſacramenta conuenienter inſtitui. Ita Alenſis, Scotus quibus aſſentiuntur Suar diſp 3. ſect. 3 Vaſq diſp. 30. n. 8. Valentia q. 2. p. 2. & clariùs num. 31. Coninch quæſt 61 ar. 2. Lugus Diſp. 3. num. 9. pluresque alij. 2

Pro quouis Eccleſiæ viatorum hominum ſtatu potuit ſacramentum conuenienter inſtitui.

Digitized by Google

alij. Ratio vnica ſit, quia ſi Sacramentorum vſus diſconueniens eſſet alicui viatorum hominum ſtatui, eſſet vt omnes fatentur, ſtatui Innocentiæ: Huic non; Ergo nulli. Minor probatur, quia nec Sacramentum illi ſtatui diſconueniens eſſet, quatenus ſignum gratiæ ſenſibile, & ad placitum; neque quatenus cauſa ipſius; neque vtroque modo ſimul. Ergo nullo. Antecedens per partes oſtendendum.

3. *Innocentiæ ſtatui non repugnat, vt ſignum gratiæ ſenſibile.*

Non eſſe diſconueniens, quatenus ſignum gratiæ ſenſibile, & ad placitum, claret: nam de facto tale ſignum non vnum, ſed multiplex in illo ſtatu fuit. In primis lignum vitæ, tale ſignum fuit: ſic enim Auguſtinus loquitur lib. 13. de ciuit. cap. 20. *De ligno autem vitæ propterea guſtabatur, ne mors eis vndecunque ſubreperet, tanquam cætera in paradiſo eſſent alimento, & illud ſacramento.* Nomine autem ſacramenti ſignum intelligit rei ſacræ, vt infinitis eius teſtimoniis claret, & ex regula quam ante Diſp. 1. deſcripſimus, Illud autem ſignum erat ſenſibile, vt conſtat: & non erat rei ſacræ ſignum naturale, ſed ex diuina inſtitutione. Deinde formatio Euæ ex coſta Adami, teſte S. Thoma 3. p. q. . art. . fuit illis ſignum rei ſacratiſſimæ, nempe vnionis Verbi cum humanitate: quo Paulus eam formationem, aut illorum matrimonium, aut potius vtrumque per modum vnius acceptum, vocat *magnum ſacramentum in Chriſto, & in Eccleſia,* id eſt. Signum ſacrum coniunctionis Chriſti cum Eccleſia per gratiam habitualem. Ita vero formatio, & ille contractus, & vtriuſque aggregatum, ſenſibile prorſus erat, & non ſignum gratiæ vnionis, aut habitualis naturale, ſed ad placitum, vt per ſe eſt clarum.

4. Præterea cùm Deus matrimonio coniunxit primos parentes, & cùm attulit animantia omnia ad Adamum, vt videret quid vocaret ea, procul dubio Deus agebat cum Adamo, vt cum Abrahamo, vel Moyſe, nempe in corpore aliquo per Angelum aſſumpto; quod planè erat ſignum rei ſacratiſſimæ, nempe ipſius Dei, & ſenſibile, & ex diuino placito, vt quiſque perſpiciet.

5. Denique Dæmon ſub corporea ſpecie ſerpentis apparuit, & locutus eſt Euæ, adhuc innocenti: vnde ſic diſſero. Non fuit inconueniẽs illi ſtatui, quod homo Deum quaſi per laruam corpoream cognoſceret, & ab eo mandata capeſſeret: nec dedecuit vt Dæmonem agnoſceret, & alloqueretur per ſpeciem ſerpentis corpoream: Ergo nec dedecuit, aut inconueniens fuit, vt per corporeum ſignum, & ex diuino placito inſtitutum, gratiam agnoſceret.

6. Idipſum à priori multipliciter oſtenditur. Nam cum illo ſtatu congrueret cultus Dei internus, & externus: homo enim conſtans ſpiritu, & corpore tenetur iure naturali, atque adeo in omni ſtatu, Deum colere, non ſolùm actionibus ſpiritualibus, & internis, ſed etiam corporalibus & externis: Cultus autem Dei externus planè eſſet ſignum, & ſenſibile, & ad placitum venerationis internæ Confirmatur, quoniam homines in ſtatu Innocentiæ fuiſſent ſociabiles & politici, & conſtituentes vnam Rempub. Eccleſiaſticam ſub vno capite viſibili; cum quo, & inter ſeipſos agerent de rebus diuinis, & internis per verba humana, & externa, atque adeo cognoſcerent res ſpirituales, & ſupernaturales per corporea ſigna, & ad placitum inſtituta. S. Thom. Q. LX.

7. Demum in illo ſtatu non cognoſcerent aliquid ſpirituale naturale in ſeipſo, & per propriam illius ſpeciem, ſed in alio, & per alienam: proinde multò minus cognoſcerent aliquid ſupernaturale in ſeipſo & per propriam ſpeciem, ſed in alio, & per ſpeciem alienam: Ergo non eſſet illis diſconueniens, ſed conueniens cognoſcere gratiam per ſigna corporea, & ad placitum ſignificantia: Proinde non eſſet illi ſtatui diſconueniens ſacramentum quatenus gratiæ ſignum ſenſibile, & ex inſtituto ſignificans.

8. *Nec item vt cauſa gratiæ.*

Non fore diſconueniens, quatenus cauſa gratiæ, prout habebat ſecunda antecedentis pars, oſtenditur: quia licet ſacramenta non eſſent neceſſaria ad primam ſanctificationem, eò quòd homines cum ſanctitate conciperentur, eſſent tamen accommodatiſſima ad gratiam augendam; imo etiam ad conſeruandam, vel ſimpliciter, vel multo facilius. Quod enim aliqui reſpondent, Adamo non peccante naſcituros homines impeccabiles, aut in gratia confirmatos; inprimis diuinando dicunt, cùm nullum habeamus eius rei fundamentum, quæ prorſus ex diuino placito penderet. Deinde præſentis quæſtionis ſtatum omnino mutant, vtpote procedentis de ſtatu Innocentiæ, quem primi parentes habuerunt, minimè impeccabiles, aut in gratia confirmati: Status autem hominum non ſolùm iuſtitiam originalem tribuens, ſed etiam homines impeccabiles proferens, aut in gratia confirmans, longè alius, & eſſentialiſſimè diuerſus eſſet, vt conſtat præſertim ex diuerſitate ſtatuum naturæ humanæ, quos in veſtibulo Diſputationum de Gratia Doctores omnes diſtinguunt. Quare ſacramentum non eſſet illi ſtatui diſconueniens, vt æternæ ſanctitatis cauſa.

9. *Nec ſimul vt ſignum & cauſa gratiæ.*

Non fore diſconueniens vt eſt ſignum ſimul, & cauſa ipſius, quæ fuit poſtrema pars antecedentis, probo Primò ex Auguſtino, quem num. 3. deſcripſi; docet enim lignum vitæ & fuiſſe ſignum Chriſti, atque adeo ſenſibile, & ad placitum, gratiæ vnionis: & ſimul fuiſſe cauſam cõſeruatiuam corporeæ valetudinis, ſeu ſanitatis Cur ergo diſconueniens fuiſſet illi ſtatui ſacramentum, quòd ſimul eſſet ſignum ſenſibile, & ad placitum, & cauſa gratiæ, ſeu ſpiritualis ſanitatis, & ſanctitatis? Quòd ſi ſacramentum illi ſtatui non eſt inconueniens, aut indecens vt gratiæ ſignum præciſè, neque vt gratiæ cauſa præciſè: Ergo nec ſecundùm ambas rationes ſimul: nam alterutra per alteram non modò non inficitur, ſed potius perficitur.

10. Rurſus, ſi quid imperfectionis præſeferret vſurpatio ſignorum, & cauſarum ſenſibilium, id abunde compenſaretur per affluentem gratiam, quam ex opere operato, & ſupra ſuſcipientium meritum conferrent Sic etenim decuit, & conueniens fuit in illo ſtatu arceri homines ab eſu ligni ſenſibilis, propter vtilitatem obedientiæ, & humilis erga Deum ſubiectionis: Ergo propter eandem obedientiam, & ſubiectionem, & humilitatem (adiuncto præſertim cumulo gratiæ ex opere operato) conueniens fuiſſet illi ſtatui vſus ſacramentorum, ſeu ſignorum, & cauſarum gratiæ ſenſibilium.

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

11\. *Imò illum ſtatum inſigniter decoraret ſacramentum Euchariſtico ſimile.*

Quin etiam ad inſignem illius ſtatus excellentiam, & dignitatem pertinuiſſet inſtitutio,& vſus alicuius ſacramenti,verbi gratia Chriſti ſub vna, vel altera ſpecie contenti. Hunc enim præſentem habere,& cum ingenti gratiæ fructu recipere, nonne eſſet maioris excellentiæ, & dignitatis, quàm humilitatis aut depreſſionis? Alias rationes afferunt ad aliud inſtitutum Suarez Diſp. 6. ſect. 1.& Lugus Diſp. 3. ſec. 3. quarum plurimæ ſunt huius loci propriæ. Videat illas Lector,& applicet, ſi libuerit.

12\. *S Thomas non negat eſſe conueniens, ſed neceſſarium.*

Opponunt Aduerſarij primò S. Thomam 3. p. q. 61. ar. 2. probantem, ſacramenta non fuiſſe ſtatui Innocentiæ neceſſaria,id eſt,vt ipſi exponunt,conuenientia. Reſpondemus,articuli titulum eſſe, ***Vtrum etiam ante peccatum fuerint homini neceſſaria ſacramenta***: & reſponſionem iſtam, ***Reſpondeo dicendum, quod in ſtatu innocentiæ ante peccatum ſacramenta neceſſaria non fuerunt.*** Nos verò non dicimus neceſſaria fuiſſe,ſed potuiſſe eſſe conuenientia:quapropter aſſertioni S. Doctoris nec per ſomnium aduerſamur.

13\. *Eſtò videatur probare non eſſe conueniens.*

Dicemur aduerſari eius rationi, ſic aſſertionem probantis: *In ſtatu Innocentiæ inferiora hominis erant omnino ſubiecta ſuperioribus, & hæc Deo: ſed contra hunc ordinem fuiſſet,ſi homo per corporalia perficeretur quoad cognitionem,aut gratiam, vt perficitur in ſacramentis: Ergo hæc non erant illi ſtatui neceſſaria.* Contrà,quia concluſio rationis eſt id, quod S. Doctor intendit: Concluſio ſolùm eſt, ſacramenta non fuiſſe tunc neceſſaria; Ergo neque ab intento rationis,qua S.Doctor vtitur,diſcedimus.Cumque rationes quibus aliquando Pontifices,& Concilia,fidei concluſionem aſtruunt,retentâ concluſione deſeri poſſint,mirum non eſſet,ſi cum S.Doctore ſic nos gereremus.

14\. *Sed tamen reipſa non id probat.*

Cæterū nec id præſtamus,quoniam eius ratio ſi ritè perpendatur,ſolùm probat ſacramentum non fuiſſe illi ſtatui neceſſarium, eo ſcilicet modo,quo eſt in ſtatu naturæ lapſę.Nam ſēſus illius maioris, *Inferiora erāt omnino ſubiecta ſuperioribus,& hæc Deo*.duplex tantùm eſſe poteſt: Prior, ita fuiſſe ſubiecta, vt ſuperiora non perficerentur interuentu inferiorum, ſed à Deo immediatè illuſtrarentur;& in hoc ſenſu propoſitio eſſet falſa, & inconſequens:nam in ſtatu Innocentiæ multa percipiebat humanus intellectus per ſpecies ſenſibus hauſtas,vt ait ipſe S. Thomas 1. p. q. 101. ar. 1.& 2. Deinde licet eſſet propoſitio vera,vim non haberet: quia ſi quam indecentiam præſeferret,intellectum perfici mediis ſenſibus per ſacramēta, ſufficienter compenſaretur, & auferretur per abundantem gratiam ex opere operato comparatam.

15\. Poſterio ſenſus eſſe poteſt, inferiora hominis fuiſſe omnino ſubiecta ſuperioribus ,ita vt rationem non præuenirent & hoc non probat indecentiam ſacramentorum in illo ſtatu, ſed minorem indigentiam. Nam indecentia tolleretur, vt dixi; per abundantem gratiam ex opere operato obtentam: ad eum modum quo B.Virgini,quamuis iuſtitiam originalem adeptæ, & nullos habenti motus rationem præuenientes, non fuit indecens, aut diſconueniens,ſed decentiſſimus,& valde conueniens vſus alicuius ſacramenti, ſaltem Euchariſtici, & quidem frequentiſſimus.

16\. Opponunt ſecundò. Vel ſacramenta conſiderantur vt gratiæ ſigna ſenſibilia,& ad placitum;vel conſiderantur vt cauſæ phyſicæ, aut morales ipſius: vtroque modo repugnant illi ſtatui: quia ſunt ſigna valde diſſimilia ſignificato proinde indigna ſtatu illo perfectiſſimo: eſſent etiam ſuperflua principia gratiæ, cum homines in iſta conciperentur, & confirmarentur,& eandem poſſent per actus nobiliſſimos facile augere:Ergo &c.Reſpondemus,iam poſitiue oſtenſum,neutro modo repugnare:nā & ille ſtatus verbis & aliis ſignis ad placitum vtebatur:& ingens augmentū gratię per ſacramenta ex opere operato collatum,cunctam abſterſiſſet indecentiam:Euchariſtię verò ſumma maieſtas immenſam illi attuliſſet dignitatem. *Imperfectio ſigni,& cauſæ cumulo gratiæ compenſaretur.*

Opponunt tertiò. Nec ſtatum illum decerent ſacramenta ſimilia Veteribus, vtpote imperfectiſſimis,& vt loquitur Paulus,egenis: nec decerent ſimilia Nouis: nam hæ inſtituta ſunt vt expiationes macularum peccati,& medicamenta ad ſanandos animi morbos, quibus malis ſtatus ille carebat.Reſpondeo, decerent illū ſtatū ſacramēta Nouis ſimilia in ſignificatione,& efficacitate gratiæ,non in ratione medicamenti,vel expiationis.Nam & iſtam rationem per ſe & primario vix reperias in Euchariſtia,etiam vt de facto inſtituta;vnde B.Virgo ab illis malis immunis, iſtius capax & crebro particeps fuit.Quid ſi Euchariſtiæ ſacramentū ſub vna tantùm ſpecie, independenter à peccato;& à Chriſti paſſione fuiſſet inſtitutum. 17 *Statum illum decerent ſacramenta Nouis ſimilia.*

Opponunt quartò. ſi ſacramenta illi ſtatui non repugnant, non eſſe cur negemus in eo fuiſſe.Reſpondemus,ex eo quod eſſe conuenienter potuerint, non rectè infertur extitiſſe:quia non omnia,quæ illum ſtatum decuiſſent,tenebatur Deus illi tribuere.Num autem alicunde colligi poſſit eum ſtatum ſacramentis inſtructum fuiſſe, nunc diſquiremus. 18. *Nec rectè inde infertur in illo ſtatu fuiſſe.*

SECTIO II.

Num in ſtatu innocentiæ ſacramenta fuerint, aut perſeuerante fuiſſent.

STatum Innocentiæ vocamus eum, quem primi parentes ante peccatum habuerunt; ſed non ſpectamus vt tam breui durantem,ſic enim ſtatus nomen non meretur; ſed ſecundum ſe,& quantum eſt ex parte Dei pro longo tempore inſtitutum. 19. *Innocentiæ ſtatus quomodo hic ſpectetur.*

§. I.

Aſſertionem ſacramenti Matrimonij in eo ſtatu quidam ſine fundamento damnant, ſine conſequentia deſerunt.

EMinentiſſimus Bellarminus lib. 1. de Matrimonio cap. 5. §. *ſed profectò*, ſcribit,ſe non videre,quemadmodum id tuto defendi poſſit. 20. Vaſquez hoc loco q. 61. ar. 3. n. 41. ſaltem indicat eſſe temerarium, cum aſſerat à nemine id eſſe conceſſum; conſentitque Lugus diſp. 3. num.

num. 5. dicens omnes in oppoſita conſentire. Quin etiam idem Vaſquez de Matrim. diſp. 2. cap. 3 cum iam eius doctrinæ multos, quos refert, aſſertores legiſſet, pronuntiauit, eam ab Eccleſia eſſe expreſſe damnatam. Subſcribit ferè Baſilius Pontius; & quidam alij Recentiores.

21 Aſſertio veri ſacramenti in ſtatu innocentiæ per iniuriam notatur.

Cenſeo primò, non poſſe notam illi citra iniuriam inuri. Primò quia poſt editam illam Eccleſiæ ſanctionem qua ſola Vaſquez innititur, nam propugnarunt grauiſſimi autores. Henricus VIII. Angliæ Rex, dum adhuc eſſet optimè Catholicus, in aſſertione ſeptem ſacramentorum contra Lutherum, titulo de ſacramento Matrimonij: cui ſanè operi multum conciliauit autoritatis Apoſtolica ſedes, ſiquidem eius gratia, Regem illum honeſtauit cognomento defenſoris fidei. Docuit eandem ſententiam Roffenſis in eius operis defenſione, Albertus Pighius Controu. 10. Alphonſ. de Caſtro, contra hæreſes V. *Nuptiæ* §. *Tertia hæreſis*, longe poſt medium Petrus Soto in Inſtitutione ſacerdotum titulo de Matrim. ſeſſ. 2. & Ambroſius Catharinus de Matrim q. 3. & 4. & 5. quorum plerique aiunt fuiſſe ſacramentum conferens gratiam: fauent PP. Thomas Sanchez de Matrim. lib. 2. diſp. 7. in fine, & magis Ferdinandus Rebellus de Matrim lib. 2. q. 3. n. 13. Quis autem, niſi per ſummam iniuriam aſſerat, tot ac tam Catholicos, ac perſpicaces viros contra expreſſam Eccleſiæ definitionem ſcripſiſſe.

Quià grauiſſimos habet patronos, poſt Concilium Florentinum, & Tridentinū

22 Et Aduerſariorum fundamenta debilia ſunt.

Moueor ſecundò, quia fundamenta, quibus Aduerſarij nituntur, debiliſſima ſunt, præſertim ſi cum ipſis, & vera ſententia ſupponamus non eſſe de ratione ſacramenti eſſe collatiuum gratiæ. Primum eſt, quia Concilium Florentinum poſt ſeſſ. vltimam in decreto Eugenij IV. pro inſtituendis Armenis, §. *Quintò Eccleſiaſticorum* ſtatuit, ſeptem eſſe Nouæ legis ſacramenta, & vnum illorum eſſe matrimonium: At ſi matrimonium ante legem Nouam, ſacramentum fuiſſet, non eſſet ſacramentum proprium Nouæ legis: Ergò expreſsè damnat Concilium eam ſententiam. Et hoc eſt potiſſimum Aduerſariorum fundamentum: me tamen iudice debiliſſimum: ſiquidem ex eo quòd matrimonium, quod in lege Noua contrahitur ſit ſacramentum, & vnum è ſeptem Nouæ legis ſacramentis, non ſequitur nullum matrimonium ante legem Nouam celebratum, fuiſſe ſacramentum: Baptiſmus enim, & Ordo in lege Noua eſt & ſacramentum, & vnum è ſeptem propriis nouæ legis: & tamen ante iſtam fuit multiplex Baptiſmus, referente Paulo, & ad ſacerdotes initiandos fuit Ordo, & vterque fuit verè, propriéque ſacramentum, diuerſæ tamen rationis à baptiſmo, & Ordine Nouæ legis: Ergo de matrimonio tantundem intelligi poteſt.

Etſi matrimonium ſit vnum è VII. Nouis, potuit olim eſſe ſacramentum.

Sicut Baptiſmus, & Ordo.

23 Siue olim daret gratiā, ſiue non.

Dices: Pontifex eo loci pro diſcrimine aſſignat ſacramentorum Veterum & Nouorum, quòd iſta gratiam conferunt, illa non conferebant: Ergo decernit, matrimonium ante Euangelium gratiam non contuliſſe. Sed contrà, quoniam hoc toto permiſſo, non ſit, matrimonium non fuiſſe tunc ſacramentum: cùm de iſtius ratione non ſit, vt cum Aduerſariis præmiſimus, eſſe gratiæ collatiuum. Num autem inde ſequatur, aut aliunde certum ſit, matrimonium ante legem nouam non fuiſſe gratiæ productiuum, commodius diſquiremus in diſp. 14. ſect. 1. Contra ſecundò; quia nec inde ſit, matrimonium in ſtatu innocentiæ non fuiſſe, eiuſmodi: loquitur enim Pontifex de ſacramentis legis Veteris, hoc eſt Moſaycæ, ſeu ſcriptæ; in qua non dicimus, matrimonium contuliſſe gratiam. Si verò diceremus, in Innocentiæ ſtatu contuliſſe, præterquam quòd aduerſarium non haberemus Eugenium IV. patronum, aduocaremus Catechiſmum Pij V. num 25. referendum.

S. THOM. Q. L X.

Secundum cenſuræ fundamentum eſt, quia Concilium Trident ſeſſ. 7 can. 1. definit, omnia ſacramenta nouæ legis fuiſſe à Chriſto inſtituta; & ſeſſ. 14. can. 1. id ſpeciatim de Matrimonio definit. Hæc tamen ſententiam illam nihil lædunt: nam etiam Baptiſmus, & Ordo nouæ legis à Chriſto ſunt inſtituti in ſacramenta: quod non prohibet, quin ante legem nouam multiplex Baptiſmus, & multiplex Leuitarum, & ſacerdotum Ordo, verum extiterit ſacramentum, diuerſa tamen ſpecie à noſtro Baptiſmo, & Ordine, ſaltem quia Baptiſmus noſter habilitat ad recipienda cætera nouæ legis ſacramenta, & Ordo noſter ad Euchariſtiam cōſecrandam, & à peccatis abſoluendum, quas habilitates Baptiſmus & Ordinatio vetus non præſtabant. Inſtabis ex eiuſdem Concilij ſeſſ. 24. cap vnico, dicente, matrimonium in lege Euangelica veteribus cōnubiis gratiâ præſtare: ſed ſi ante Euangelium matrimonia gratiam dediſſent, non illis gratiâ præſtaret. Contrà, quia licet ibi definiatur, matrimonium ante Euangelium non dediſſe gratiam, nequaquam ideo fit, non fuiſſe ſacramentum, vt ſæpiùs iam dixi: num autem illud hic definiatur, decernam Diſp. 14. ſect. 1.

24 Quod omnia Noua fuerint à Chriſto inſtituta, non tollit matrimonium Vetus non fuiſſe ſacramentū.

Tertium fundamentum accipiunt ex Catechiſmo Pij V. titulo de Matrimonio §. *Cum enim* affirmante, matrimonia veteris legis verâ ſacramentorum ratione caruiſſe. Reſpondere poſſem, nihil hic eſſe roboris contra prædictam ſententiam; quoniam autores illius Catechiſmi non habent pro vero ſacramento illud, quod gratiam non tribuit, vt patet ex titulo de ſacramentis §. *Virum præter*: quæ eſt ſententia ſuam qualemcumque probabilitatem habens, & illius ſcopo, & inſtituto nihil officiens, ideoque à Pontifice ibi relicta, nec magis quam in aliis Scriptoribus approbata. Sed vlterius contendo, Catechiſmum eſſe in ea ſententia, cuius indemnitatem propugno. Loquitur enim de ſacramentis legis Veteris, hoc eſt Moſaycæ, ſeu ſcriptæ; & ea dicit non fuiſſe ſacramenta; & inter alias rationes id probat, quia multùm à prima inſtitutione deſciuerant: Atqui prima inſtitutio fuit in ſtatu Innocentiæ: Ergo planiſſimè ſupponit Catechiſmus, matrimonium in eo ſtatu ſtrictè ſacramentum extitiſſe.

25 Ex Catechiſmo Romano potiùs putatur fuiſſe.

Cenſeo ſecundò, ſententiam illam ex ipſorum Aduerſariorum principiis optimè inferri. Vaſquez enim, & ſequaces plurimi docent ad rationem ſacramenti ſufficere vt ſit gratiæ ſignum ſenſibile & à Deo vniuerſaliter inſtitutum: ſed in ſtatu Innocentiæ totum id habuit matrimonium: Ergo fuit ſacramentum. Minor liquet, fuit enim ſenſibile, vt per ſe conſtat: ſignificauit Chriſti cum Eccleſia coniunctionem, ac proinde fuit ſignum gratiæ: fuit etiam ab ipſo Deo inſtitutum, quia ſignificationem illam à ſolo Deo inſtituente habuit. Denique fuit inſtitutum vniuerſaliter, ſeu pro toto Eccleſiæ ſtatu: Ergo, &c.

26 Imo id infertur ex principiis Aduerſariorum.

Reſpon

Digitized by Google

27 Reſpondebit Vaſquez q.62. art.3. n.41. & 42. priorem iſtam conditionem illi matrimonio defuiſſe; quia non fuit ſignum inſtitutum vt per illud omnes & communiter gratiam cognoſcerent, ſed ſolum fuit ſignum gratiæ cognitæ ab aliquo per illud mediante reuelatione particulari. Contra, quia non ſolum Adamus, ſed etiam Eua ſub ſymbolo ſui matrimonij nouerunt Incarnationem, & gratiam Chriſti & Eccleſiæ futuram: Ergo iam illud matrimonium ſignificabat gratiam apud totam illius ſtatus Eccleſiam. Contra ſecundò, quia contra rationem, & conſequentiam negat Vaſquez, inſtitutum fuiſſe ſymbolum iſtud pro tota Eccleſia, ſeu poſteris primorum parentum: Tum quia non eſt vnde hoc inferamus; ſed potius eſt vnde inferamus fuiſſe: nam Adamus ſub illo ſui coniugij ſymbolo incarnationem prædixit non ſibi & vxori ſolis, ſed etiam poſteris. Tum etiam quoniam idem autor, & merito docet, matrimonium infidelium eſſe Chriſti & Eccleſiæ ſacrum ſignum; non niſi quia tale fuit ab initio inſtitutum, vt Leo Magnus, cui P. Vaſquez innititur, expreſſe decreuit: Ergo iam initio fuit gratiæ ſignum non particulare ſed vniuerſale.

Nec enim diu valet, nó fuiſſe ſignũ vniuerſale quoad perſonas.

Id enim repugnat rationi, & Aduerſariis ipſis.

28. Oppones, hoc matrimonium vt gratiæ ſymbolum non fuiſſe tunc inſtitutum ad longum tempus ſed breue. Nam quando inſtitutum fuit vt ſignum Chriſti, iam ſupponebat Chriſtum venturum in peccati remedium, proinde ſupponebat primos parentes breui peccaturos, & ſtatum illum non perſeueraturum: Ergo quamuis fuerit vniuerſale ſignum quoad perſonas, fuit tamen ad breue tempus, idque non per accidens, ſed per ſe, & ex vi & occaſione ſuæ inſtitutionis, vt ex dictis conſtat. Reſpondeo: licet hoc totum admittam, adhuc ſequitur, eſſe ſacramentum ex doctrina aliorum v. gr. Lugi aſſerentis, poſſe ſacramentum ad breue tempus inſtitui. Num autem ratio Sacramenti in Adami matrimonio, cum ſententiâ noſtrâ cohæreat, ſtatim explicabitur.

Quid ſi dicatur non fuiſſe inſtitutum ſtabiliter.

§. II.

In ſtatu Innocentiæ nullum Sacramentum reipſa fuit.

29 PRobatur inprimis apertiſſimo teſtimonio Doctoris Angelici q.62. art.2. non ſolum id ſupponentis, ſed etiam ratione ſua ſignificantis, fuiſſe ſacramentum illi ſtatui diſconueniens. Deinde probatur autoritate Doctorum fere omnium Veterum, Recentiorumque omnium. Demum quia nihil eſt, in Scriptura, Conciliis, aut Patribus, ſententiam oppoſitam perſuadens, eſtque ratio diſſuadens: quia tria ſenſim & ordine ſuo probanda ſunt.

In ſtatu Innocentiæ nullũ fuit Sacramentũ.

30 Primò affertur Adami, & Euæ coniugium; de quo Paulus Epheſ.5. v.32. dicit, *Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*, ſiue vt Græcè legitur, *in Chriſtum, & in Eccleſiam*: quia ſcilicet ſignificabat illos per gratiam, & charitatem vnitos. Additur Leo 1. epiſtola Decretali 92. cap. 4. ſic ſcribens: *Cum ſocietas nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit, vt præter ſexuum coniunctionem, haberet in ſe Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum.* Loquitur autem Leo de inſtitutione matrimonij facta ante initium legum Romanarum, & nominatim de matrimonio Abrahami: & quemadmodum per illa verba, *Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum*, alludit ad illa Epheſ. 5. v. 32. *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*; ſic per illa præcedentia *Ita ab initio conſtituta fuit*, alludit ad illud Chriſti Matth. 19. v.8. de coniugio primorum parentum, *Ab initio autem non fuit ſic*: Proinde loquitur de matrimonij inſtitutione prima, ſiue in paradiſo facta. Decernit ergo Pontifex matrimonium non ſolùm ab initio inſtitutionis, quam fecit Chriſtus, ſed etiam ab initio mundi fuiſſe Chriſti, & Eccleſiæ ſacramentum.

Ex teſtimoniis Chriſti, Pauli, & Leonis quid infertur.

S. Tho Q. LX.

31 Reſpondemus, hoc argumentum ex duobus conflatum teſtimoniis, manifeſte probat coniugium in ſtatu innocentiæ fuiſſe ſacramentum in latiore ſignificatione, ſcilicet ſignum ſacrum, quia fuit ſignum rei ſacræ, & quidem à Deo inſtitutum non tamen probat fuiſſe ſacramentum in ſignificatione ſtricta, de qua loquimur; quia non probat in eo ſtatu habuiſſe cæteras conditiones, ſeu potiùs rationes, quas Diſputatione 1. ſect.1. probauimus eſſe ſacramento eſſentiales: quænam iſtarum ei defuerint, in ſectionis decurſu exponam.

Matrimoniũ ab initio fuiſſe ſignũ ſacrum.

32 Secundo profertur lignum vitæ: præfigurabat enim Chriſtum, teſte S. Auguſtino lib.2. contra aduerſarium leg. & Prophet. cap. 20. vbi lignum illud appellat ſacramentum Chriſti: & de Ciuit. lib.13. cap.20. docet, reliqua paradiſi ligna fuiſſe hominibus alimento, lignum autem illud ſacramento. Præſignabat autem arbor vitæ Chriſtum, vt in Euchariſtia contentum, & vitæ ſpiritualis nutrimentum, & conſeruatorem: Ergo ſicut in lege Veteri varia baptiſmata præfigurabant noſtrum Baptiſmum, & ſimul erant proprie ſacramenta; ſic vitæ lignum, quod Euchariſtiam noſtram præfigurabat. Reſpondemus ad iſtud argumentum ſicut ad præcedens, eſt enim vt ouum ouo ſimile Solùm addimus vtrumque habere plus roboris contra Vaſquez, & alios aſſerentes, ſufficere ſacramento, ſi ſit ſignum gratiæ ſenſibile, & diuinitus inſtitutum pro tota Eccleſia: nam id totum competebat & Adami coniugio, & vitæ ligno, prout ex §. præcedente, præſertim num.27. licet cognoſcere.

Sicut etiam lignũ vitæ.

Fuiſſe vero ſacramentũ ex Vaſquij doctrinam ſequitur.

33. Tertiò demum proferri poteſt illud Auguſtini lib.19. contra Fauſtum cap. 19. *In nullum nomen Religionis poſſunt homines adunari, niſi aliquo Sacramentorum ſenſibilium conſortio colligentur*: Sed homines in ſtatu innocentiæ coadunabantur in verum nomen Religionis: Ergo aliquo ſacramentorum ſenſibilium conſortio colligabantur. Reſpondeo quamuis demus, ad verum Religionis, & Eccleſiæ ſtatum eſſe ſimpliciter neceſſaria ſigna ſacra ſenſibilia, non tamen propriè & ſtrictè ſacramenta: nec amplius requirit Auguſtinus. Nec aliud in ſcripturæ, Conciliis & PP. inuenio, quod ſententiam oppoſitam ſuadeat.

34. Sit iam ratio diſſuadens: Quia ſacramentum vt Diſp 1. ſect.2. §.2. definiuimus, eſt ſignum gratiæ ſenſibile, pro toto Eccleſiæ ſtatu a Deo inſtitutum, habilitans ad bonum Eccleſiæ proprium: ſed neque Adami coniugium, neque vitæ lignum eiuſmodi fuit: Er-

Nulla res in illo ſtatu cunctas habuit ſacramenti rationes eſſentiales.

go

go neutrum fuit ſacramentum. Conſecutio datur ab Aduerſarijs, quia nihil inueniunt in illo ſtatu præter illa duo, quod videatur fuiſſe ſacramentum. Minor probatur, quia licet vtrumque fuerit, vt libenter aſſerimus, ſignum gratiæ ſenſibile, & à Deo inſtitutum: neutrum tamen habuit tres alias rationes reliquas & forte nec ipſarum aliquam, nempe eſſe inſtitutum pro toto Eccleſiæ corpore, pro toto Eccleſiæ tempore, & eſſe ſacrans, ſiue habilitans ad bonum Eccleſiæ proprium; quod ita oſtendo.

35. *Non enim eſt inſtituta ſtabiliter, ſeu pro diuturno tempore.*

Eſſe inſtitutum pro toto Eccleſiæ tempore, dicit per ſe eſſe inſtitutum pro longo aliquo tempore; ſicut ſtatus Eccleſiæ per ſe fuit pro lõgo tempore inſtitutus; eſto Innocentiæ ſtatus, per accidens impediente peccato, breuiter ceſſauerit. Atqui nec Adami coniugium, nec vitæ lignum, inſtitutum fuit Chriſti & Eccleſiæ ſignum, pro longo, ſed pro breui tempore: Ergo non fuit pro tempore ad ſacramentum requiſito. Maior conſtat ex Diſp. 1. ſect. 1. §. 5. Minor probatur, quoniam vt in tomo de Incarnatione Diſp. 16. ſect. 1. probatum eſt, Chriſtus non eſt decretus, ac proinde nec præuiſus, niſi præuiſum peccatum: proinde nec Adami coniugium, nec vitæ lignum inſtitutum fuit in Chriſti ſignum, niſi poſt peccatum præuiſum, proinde poſt præuiſum Innocentiæ ſtatum vt breui deſiturum: ac per conſequens, inſtitutum, fuit per ſe ad breue tempus ex diuina præuiſione, & intentione illam præuiſionem ſequente: longe aliter ac Innocentiæ ſtatus, qui per ſe, & ex Dei inſtitutione non ad breue, ſed ad longiſſimum tempus fuit inſtitutus.

36. *Nec pro toto aliquo magno hominum numero.*

Similiter eſſe inſtitutum pro toto Eccleſiæ corpore, dicit eſſe per ſe inſtitutum pro magno aliquo numero hominum in illo Eccleſiæ ſtatu, aut lege futuro. Quod non habuiſſe Adami coniugium, aut vitæ lignum, eadem ratio, quam nuperrime explicui, demonſtrat: quoniam vtrumq; inſtitutum eſt in ſignum Chriſti poſt præuiſum Chriſtũ, qui non eſt præuiſus, niſi poſt peccatum, ac proinde poſt præuiſum Innocentiæ ſtatum breui ceſſaturum, inque Adamo & Eua, & non in alijs perſonis futurum. Ergo per ſe non eſt inſtitutum pro toto Eccleſiæ corpore, prout ad ſacramentum exigitur. Accedit quod vitæ lignum, ſi in ſacramentum fuiſſet inſtitutum, fuiſſet in ordine ad eſum illius, quis hoc neget? At quando fuit inſtitutum iam præuidebatur nunquam percipiendum, imo illius eſum penitus interdicendum, & impediendum, ſiue impoſſibilem reddendum, nempe hominibus e paradiſo pellendis.

37. *Nec fuit cõſecrans, ſiue habilitans ad bonum Eccleſiæ proprium.*

Reſtat, neutrum fuiſſe ſacrans, ſiue habilitans ad bonum Eccleſiæ proprium. Et quidem in ligno vitæ facile id intelligitur è proximè dictis: nam ſi conſecraſſet aut ſubiectum ſuum habile reddidiſſet, id feciſſet media ſui fructus comeſtione, vt quiſque cernet: At non ita fecit, quia dum inſtitutum fuit in ſignum Chriſti, & gratiæ ipſius, iam eius eſus interdictus erat hominibus; & efficaciter à Deo decretum vt non perciperetur ab illis, vtpote, peccato infectis, & propterea à paradiſo, cuius in medio lignum illud erat, eijciendis vt ſileam, non poſſe niſi diuinando aſſignari bonum, ad quod ille ligni vſus, & eſus eſſet ſui ſuſceptorem habilem redditurus.

S. Thom. Q. LX.

38. *Coniugium cogitari poſſet habilitaſſe ad gratiam.*

Matrimonium quidem in illo ſtatu cogitari poſſet ſuſceptores ſuos vno è tribus modis ſacraſſe, ſiue habilitaſſe ad vnum è tribus bonis Eccleſiæ proprijs. Primò ad recipiendam per illum contractum gratiam ex opere operato; vt plerique Doctores num. 21. memorati docuerunt. Dices, inde fieret, vt Adamus ante peccatum recepiſſet portionem aliquam habitualis gratiæ ex Chriſti meritis, ſed hoc non conceditur à Doctoribus qui negant, Chriſtum præuiſum eſſe ante peccatum. Reſpondeo, ſi non conceditur, eſſe neceſſario concedendum, vt probaui in tomo de Incarnatione Diſp. 55. n. 90.

39. *Non tamen ad eam habilitauit.*

Nihilominus tamen coniugium illud non contuliſſe gratiam, ita mihi perſuadeo. Vel matrimoniũ pro ſtatu Innocentię, ante Chriſti præfinitionem decretum eſt vt productiuum gratiæ, vel non niſi poſt Chriſti præfinitionem. Prior pars omni caret fundamento, etiam apud Aduerſarios, vtpote aſſerentes, matrimonium Adamo non contuliſſe gratiam niſi ex meritis Chriſti, quem præſignabat: ſi autem ante Chriſti præfinitionem decretum eſſet vt gratiæ productiuum, independenter à Chriſti meritis gratiam ei contuliſſet. Neceſſe eſt ergo dicant, præfinitionem illam coniugij vt productiui gratiæ, fuiſſe poſt Chriſti præfinitionem: proinde poſt præuiſionem ſtatus Innocentiæ parum duraturi: Ergo non fuit tunc præfinitum coniugium vt productiuum gratiæ. Nam ſi quam ob cauſam fuiſſet, maximè quia tunc iam ſignificabat Chriſtum, & Nouæ Eccleſiæ gratiam: At vtrumque ſignificabat poſtea in lege naturali, & ſcripta; nec tamen erat gratiæ collatiuum: Ergo nec in ſtatu innocentiæ fuit.

40. *Nec habilitauit ad ſignãdam ſuo vſu gratiam vnionis.*

Secundò cogitari poſſet matrimonium in ſtatu Innocentiæ habilitaſſe ſuos ſuſceptores, ad repræſentandũ ipſo matrimonij vſu vnionẽ hypoſtaticam; ita ſcilicet, vt carnalis copula coniugatorum, hoc ipſo eſſet ſignum ſacrum vnionis Chriſti cum Eccleſia; quod non haberet copula non coniugatorum. Sed contra primò, quia ſi matrimonium infidelium, vt concedit Vazquez, & ex Leone I. num. 30. relato plane colligitur, repræſentet gratiam Chriſti & Eccleſiæ; planè eius vſus vnionem hypoſtaticam repræſentat, quare non habilitaſſet in illo ſtatu ad bonum Eccleſiæ proprium, ſed commune cum alijs extra Eccleſiam. Contrà ſecundò, quia dum hoc præfiniretur, iam præuideretur Adamus lapſus, & ſtatus ille deſtruendus, antequam ſacramentum illud ſortiretur effectum, ſeu ſacrum illud ſignum: quia præuiderentur Primi Parentes priùs peccaturi, quàm matrimonio vſuri: proinde per ſe inſtitutũ fuiſſet illud ſacramentum in illo ſtatu vt habilitans ad effectum obtinendum in alio ſtatu, quod eſt incredibile.

41. *Nec ad gignendos filios primogenitos iure diuino ſacerdotes.*

Tertiò cogitari poſſet congium habilitaſſe coniugatos ad gignendos primogenitos, diuino iure ſacerdotes. Id autem eodem pacto refellitur, ac illud quod numero præcedente refellimus. Addendumque aduerſus hæc tria proximè propoſita, etiamſi matrimonium Adami, & Euæ ad illa omnia ſuum habilitaſſet ſubiectum, non tamen adhuc futurum fuiſſe ſacramentum: quia per ſe inſtitutum fuiſſet ad ita habilitandos primos dumtaxat parentes vt num. 35. cerni poteſt: ideoque per ſe fuiſſet inſtitutum non pro toto Eccleſiæ ſtatu per ſe

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

per ſe includēte plurimas perſonas,& longum tempus; quod eſſe de ratione ſacramenti probatum eſt Diſp. 1. ſect. 1. §. 5. & ad rem noſtram applicatum in hoc ipſo §. num. 35. & 36.

§. III.

Status Innocentiæ ſi perſeueraſſet, dubium eſt, vtrum ſacramenta habuiſſet.

42. Innocentiæ ſtatus variè perſeuerare potuit.

POtuit ſtatus ille perſeuerare vel vniuerſaliter, ita ſcilicet vt nec Primi Parentes, nec ipſorum poſteri gratiam amitterent; vel non vniuerſaliter, ita nempe, vt Adamo non peccante, plures poſterorum peccarent actualiter. Poſſumus etiam in vtrolibet horum euentuum conſiderare Chriſtum venturum, in euentu priori impaſſibilem, in altero paſſibilem, aut etiam impaſſibilem: & poſſumus in vtrolibet ſtatu conſiderare non venturum, non ſolùm ex vi præſentis decreti, ſed etiam alterius, vt in Tomo de Incarnatione Diſputat. 16. numer. 23. non improbabile cenſebamus. De omnibus his euentibus agitatur præſens quæſtio: quæ mihi non videtur ſolùm eſſe de decreto, quod tunc Deus habuiſſet, ſed etiam de illo quod reipſa habuit, conditionatum tamen. Sicut enim de facto decreuit conferre gratiam originalem omnibus Adami poſteris, ſi parens in gratia perſeueraſset, ita intelligere poſſumus ſub eadem conditione decreuiſſe dare, vel non dare illis ſacramenta ſeu collatiua, ſeu conſeruatiua, ſeu augmentatiua gratiæ, ſeu ſaltem reddentia homines habiles ad aliquod aliud bonum Eccleſiæ proprium.

43. Dum eſt q. nũ ſacramēta habuiſſet, eſſe de his ſacramentis, contendit Vazquez

Vazquez Diſputat. 130. cap. 2. & 3. negat perſeuerante Innocentiæ ſtatu futura fuiſſe ſacramenta. Quia ſolùm eſt quæſtio de his ſacramentis, quæ nunc habemus: ſed iſta non fuiſſent, quia per ſe ſupponunt Chriſtum, eiuſque merita, & paſſionem; quæ in illo ſtatu non fuiſſent: Ergo neque ſacramenta. Maiorem probat, quia dum quæritur, an Adamo non peccante Verbum aſſumpſiſſet humanitatem, quæſtio eſt de hac numero quam aſſumpſit: Ergo dum quæritur, an tunc eſſet inſtituturus ſacramenta, quæſtio eſt de his quæ reipſa inſtituit.

44. Sed male: & peius probat ex q. An Adamo ſtāte aſſumpta eſſet humanitas.

Ego tamen, vt ab vltimo incipiam, nunquam putaui quæſtionem illam in tractatu de Incarnatione coarctari prorſus ad hanc numero humanitatem: ſicut enim hæc numerica prout talis neceſſaria non eſt ad finem primarium, & potiſſimum Incarnationis, ſeu peccante Adamo, ſeu non peccante; ita limitatio quæſtionis illius ad iſtam numero humanitatem, falſa eſt. Ergo pariter limitatio præſentis quæſtionis ad hæc ſacramenta quæ nunc ſunt. Imo hæc longè eſt falſior; nam illa quæſtio de Incarnatione duplex eſt, vna an verbum Incarnaretur ex vi præſentis decreti; & altera, an vi alterius: prior autem omnino limitatur ad hanc numero humanitatem, quia præſens decretum hanc, & non aliam reſpicit: poſterior quæſtio non ad iſtam humanitatem arctatur, quia potuiſſet ex vi alterius decreti, altera aſſumi. In præſenti verò quæſtione nihil eſt ſimile: nam ſtatu innocentiæ perſeueraturo ſacramenta hæc, neque ex vi præſentis, neque ex vi alterius decreti eſſe poſſent, vt eſt certiſſimum, & infra explanabitur. Ideo dixi, quæſtionem illam tractatus de Incarnatione falſo limitari ad hanc numero humanitatem & præſentem, quæſtionem de ſacramentis falſiùs ad hæc noſtra limitari.

Nec enim arctatur q. ad hanc numero humanitatem.

45. An intellecta q. de aliis ſacramentis, vtramque partem eſſe falſam.

Opponit Vazquez, iſtas propoſitiones, *Si ſtatus Innocentiæ perſeueraſſet, alia ſacramenta inſtituta fuiſſent, ſi ſtatus Innocentiæ perſeueraſſet, alia ſacramenta inſtituta non fuiſſent*, ambas eſſe falſas: ſicut etiam iſtas duas, *Si Turca prandeat, non cœnabo*. Quia in propoſitionibus conditionatis ſignificatur connexio vnius partis cum altera: ſed inter Innocentiæ ſtatum perſeuerantem, & inter aliorum ſacramentorum inſtitutionem, aut non inſtitutionem, non eſt connexio, ſicut nec inter Turcæ prandium, aut cœnam, aut abſtinentiam meam: Ergo illæ propoſitiones ambæ falſæ ſunt. Ob eandem rationem cenſet idem autor, ſimul eſſe falſas duas iſtas, *Si Adamus non peccaſſet, poſteri peccaſſent, ſi Adamus non peccaſſet, poſteri non peccaſſent.* Quoniam inter Adami perſeuerantiam, & poſterorum peccatum, aut innocentiam, nulla reperitur connexio, quam reperiri propoſitiones illæ ſignificant.

46. Sed falsò: aſ hypotheſes nō ſunt diſparatæ.

Verùm id etiam iure improbatur: nam inter duas huius propoſitionis partes, *Si Adamus non peccaſſet, Deus alia ſacramenta condidiſſet*, ſimilis eſt nexus, ac inter iſtas, *Si Petrus hâc illuſtratione praueniretur, conſentiret in actum bonum.* Sicut enim vocatio iſta eſt occaſio, qua Petrus poteſt moueri, & poteſt non moueri ad conſenſum; ita Adami perſeuerantia eſſet occaſio, qua Deus poſſet moueri, & poſſet non moueri ad aliorum ſacramentorum inſtitutionem. Quapropter exemplum illud, *Si Turca prandeat, ego cœnabo, ſi Turca prandeat, ego non cœnabo*, non eſt ad rem. Nam ibi nulla eſt connexio, quia nulla occaſio, nullum motiuum vnius partis ad alteram: cum nec Turcæ prandium ſit mihi nunciandum, nec futurum occaſio vt mihi vel ſuppetat cibus ad cœnam, vel ſit voluntas cœnandi aut ieiunandi.

47. Similiter dico, duas illas propoſitiones, *Si Adamus perſeueraſſet, poſteri peccaſſent, ſi Adamus perſeueraſſet, poſteri non peccaſſent*, non eſſe ſimul falſas. Quoniam Adami perſeuerantia occaſio eſſet, vt Deus, ſi vellet, poſteros confirmaret in gratia aut, ſi non vellet, non confirmaret: eſtò ambæ iſtæ, *Si Petrus hodie peccet Venetiis, Antonius hodie peccabit Conſtantinopoli, Antonius hodie non peccabit Conſtantinopoli*, ſimul falſæ ſint ob defectum connexionis. Quod ipſum in Tractatu de ſcientia Dei plures negant; & ego nunc omitto, quia nihil ad cauſam

48. Poteſt præſens q. ex conditionatâ fieri abſoluta.

Illud quia maximè huc ſpectat, reuoco in memoriam ex num. 42. quæſtionem hanc poſſe non eſſe conditionatam, ſed abſolutam,

tam, nempe an Deus actu decreuerit, vt ſi ſtatus innocentiæ perſeueraſſet, eſſent ſacramenta. Sicut actu decreuit, vt ſi Adamus perſeueraſſet, poſteri in gratia conciperentur. Quia verò ſtatus in nocentiæ potuit perſiſtere in omnibus hominibus, vel in aliquibus tantum, vt numer. 42. præmiſi, pro vtroque euentu decidenda eſt quæſtio, tùm de ſacramentis actu inſtitutis, tum de aliis.

49. *Stante innocentiæ ſtatu non fuiſſent hæc eadem ſacramenta ſaltē quoad formam.*

Dico primò. Siue ſtatus innocentiæ perſeueraſſet in omnibus hominibus, ſiue tantùm in aliquibus, non fuiſſent hæc eadem ſacramenta, quæ nunc habemus, ſaltem quoad formam. Ratio eſt clara, quia vel Chriſtus in vtrouis eorum euentuum eſſet venturus, & paſſurus, vel non. Si non, non poſſent eſſe hæc eadem ſacramenta, nam ex his quædam, nempe noua, eſſentialiter pendent à Chriſto, vt à cauſa inſtituente, cuius voluntas eſt illorum forma: alia vero, vt vetera pendebant à nouis, vt à ſuis ſignificatis: cumque hæc à Chriſto eſſentialiter penderent, etiam vetera pendebant. Si autem Chriſtus venturus, & paſſurus tunc fuiſſet, adhuc non fuiſſent hæc eadem ſacramenta. Quoniam hæc in ſuis formis includunt reſpectum ad Chriſti meritum & ſatisfactionem pro ſanctis hominibus in Adamo lapſis. Ergo his omnibus non ita lapſis, illa minimè fuiſſent.

50 *Num autem alia diuerſa, gratiam cō ferētia ignotum eſt.*

Dico ſecundò. Siue ſtatus innocentiæ in omnibus, ſiue in aliquibus tantùm hominibus perſeueraſſet, ignotum nobis eſſet, num alia ſacramenta gratiam conferentia, ſiue quoad formam, ſiue etiam quoad materiam, diſtincta, inſtituenda fuiſſent, nec ne. Moueor, quia potuiſſent inſtitui, & potuiſſent non inſtitui pro merò Dei beneplacito: Atqui non eſt vnde, colligamus, an iſtud futurum eſſet de condendis ſacramentis, aut determinatè de non condendis: Ergo &c.

51 Maior & Minor conſtant primum in euentu, quo ſtatus innocentiæ in omnibus perſeueraret. Si enim tunc homines eſſent in gratia confirmati, aut impeccabiles, non haberent moralem neceſſitatem ſacramentorum; cum impeccabilitas & confirmatio in gratia ſine vſu ſacramentorum poſſet à Deo ſuauiter induci, vt è materia de gratia conſpicuum eſt: ideo nequit affirmari futura tunc ſacramenta. Neque verò poteſt affirmari non fuiſſe futura; quia ſine morali neceſſitate ſuauiter inſtitui poſſent ad magnum decus illius feliciſſimi ſtatus, quale proueniret ex ſacramentis nobiliſſimis, & Euchariſtiæ, & Ordini ſimilibus. Fuiſſet enim ſtatus ille Monarchicus; illiuſque caput eſſe potuiſſet Pontifex, & ſacerdos, & ſummus ſacerdos, atque adeo ſub ſe habens inferiores ſacerdotes, & alios Dei miniſtros, vt Diaconos, & ſubdiaconos; & omnes ij per vera quædam Ordinis ſacramenta gratiam conferentia ordinari. Si verò tum homines eſſent peccabiles, & non in gratia confirmati; potuiſſent quidem illis ſuauiter inſtitui ſacramenta ad conſeruandam gratiam: potuiſſent etiam ſine ſacramentis alia conferri media, & ſuauia, & efficacia ad illam conſeruandam, copia ſcilicet auxiliorum; remotiones occaſionum illam amittendi, ſpecialis roboratio contra tentationes &c.

Neutra itaque pars certò affirmari poteſt 52 in illo euentu, in quo ſtatus innocentiæ in omnibus hominibus perſeuerasſet. Neutra item poteſt decerni certò de altero euentu, quando ſcilicet innocentiæ ſtatus perſeueraret in aliquibus, & in aliquibus peccantibus deſineret. Poſſet enim Deus aut lapſos relinquere ſine remedio, vt malos Angelos; aut aliter quam per ſacramenta moraliter, & ſuauiter illis ſubuenire, ad recuperandam gratiam, vt ſuccurrit primis parentibus, cunctiſque peccatoribus poſteris vſque ad principium legis Euangelicæ.

53. *Sicut etiam, an alia gratiam non cōferentia.*

Dico tertiò. De neutro prædictorum euentuum certò pronuntiari poteſt, futura in ſtatu innocentiæ perſeuerante ſacramenta non collatiua gratiæ, ſed ſolùm extrinſecè conſecratiua, ſiue habilitantia ſubiectum ad bonum Eccleſiæ proprium. Quia licet ſuauiter colligari poſſent in vnum Religionis nomen per aliquod, vel aliqua eiuſmodi ſacramenta, ſuauiter etiam poſſent per aliqua ſigna ſenſibilia, quæ non eſſent gratiæ ſigna, ac proinde nec ſacramenta. Quid autem tunc Deus decreturus fuiſſet abſolutè, aut quid reipſa decreuerit ſub conditione, quod ſtatus innocentiæ modo aliquo ex dictis perſiſteret, nec ſcriptura, nec traditio, nec aliqua fidei Regula, nec Doctorum conſenſio tradit; ſine his autem ducibus neutra pars aſſeri poteſt. *Quis enim cognouit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit?* Et ex his cumulatè ſatiſfiet obiectionibus, quas aduerſarij poſſent afferre.

SECTIO III.

An, & quæ ſacramenta fuerint in lege naturali.

CLaritatis ſtudio decidetur hæc lis priùs in genere, & poſteriùs in ſpecie, præmiſſo tamen ipſius ſtatu. 54.

§. I.

Aliquod fuit in lege naturali ſacramentum.

Naturalis lex eſt quæ viguit à peccato Adami vſque ad circuncifionem Abrahami.

LEx naturalis ea dicitur, quæ viguit ſtatim poſt peccatum Adami vſque ad circumciſionem Abrahami, nimirum per annos circiter bis mille: imo vſque ad legem ſcriptam, &, Moyſi traditam, quadringentis fermè annis poſt Abrahami circumciſionem. Vocatur lex naturalis, non quod eo tempore præcepta ſupernaturalia nulla prorſus eſſent, ſed partim quia parciſſima erant deque ſolis ferè illis rebus, quæ per ſe ad iuſtificationem requiruntur, vt Theologica fides, Spes, Charitas; partim quia lex illa ſcripta non erat: vnde quæ ipſam proxime ſecuta fuit, abſolute nominatur lex ſcripta,

tized by Google

S. Thom. Q. L X.

Quamuis autem nec præceptum circumciſionis Abrahamo impoſitum, nec aliquod aliud ſcriptum fuerit tempore Abrahami, ſed poſt 400. circiter annos per miniſterium Moyſis: tamen & præceptum circumciſionis, & tempus in quo primum impoſitum fuit cenſentur non pertinere ad legem Naturalem; ſed ad ſcriptam, quia cenſetur ſimpliciter impoſitum pro lege ſcripta, ſeu Moyſis, ad quam tempus illud 400. annorum fuiſſe dicitur quaſi veſtibulum vel diſpoſitio. Nihilo tamen minus, dum quærimus, vtrùm in lege Naturali Sacramenta fuerint, duo quærimus; vnum, An à peccato Adami, vſque ad Circumciſionem Abrahami fuerit aliquod ſacramentum: alterum, An poſt Circumciſionem Abrahami vſque ad legem ſcriptam fuerit ſacramentum aliquod à Circumciſione diſtinctum.

Imo vſque ad legem Moyſi traditam.

56. *Nam in lege naturali ſacramenta fuerint, q. eſt independens à remedio paruulorum.*

Hic vero Doctores primò & potiſſimè diſputant, An tempore legis Naturalis fuerit aliquod ſacramentum, quo paruulis infunderetur gratia; & originale deleretur: vel aliter, An eo tempore ſacramentum fuerit in remedium paruulorum. Sed eſt quæſtiò, quantum aſſequor, ab hoc loco prorſus aliena: quia non hic agitur de Sacramentis gratiam conferentibus, vel de ipſorum efficacitate ad gratiam conferendam; eſtque expedientiſſimum, vt punctus iſte de ſacramentis omnibus inferiùs exagitetur exagitabitur autem in Diſputatione 7. & 13. Primò de ſacramentis legis Euangelicæ, Secundò de ſacramentis legis ſcriptæ: hæ vero deciſiones, quæ faciliores erunt, quaſi manu nos ducent ad ſolutionem difficilioris controuerſiæ de remedio paruulorum in lege Naturali. Neque verò iſtius ſolutio neceſſaria eſt ad præſentem decidendam, vt ex diſcurſu conſtabit.

57. *Nullum in ea fuiſſe, qui DD. & quo fundamento doceant.*

Durandus, Martinus Ledeſma, Dominicus Sotus, & cum eis Vaſquez in quæſt. 61. art. 3. num. 36. ſcribunt, in lege naturali nullum ſacramentum extitiſſe. Suadent præcipuè, quia ſi aliquod fuiſſet, maximè in remedium infantium: Sed ad hunc finem non fuit in ea lege ſacramentum, quia tunc infantes iuſtificabantur per ſolam fidem parentum internam; hæc vero cum ſenſibilis non ſit, eſſe non poterat ſacramentum, vt ex iſtius definitione patet: Ergo. Confirmare id poſſumus, & meo iudicio validiſſimè: Quia ſi ſacramentum iſtud legis naturalis, quod longe facilius, & ſuauius erat ſacramento Circumciſionis, contuliſſet paruulis gratiam; ſanè præpoſterum videretur, ac proinde incredibile, quod Circumciſio paruulis gratiam non conferret; hoc autem eſt veriſſimum, & plane certum, vt Diſput. 14. ſect. 1. demonſtrabitur: Ergo paruulis in lege Naturali non conferebatur gratia per aliquod ſacramentum.

58. *Probabilius exiſtimamus, aliquod ſaltem extitiſſe.*

Mihi probabilius eſt in lege naturali verum fuiſſe ſacramentum. Quod abſolutè & tanquam verum affirmant SS. Doctores Auguſtinus & Thomas illico referendi, Canus in ſuæ Relectionis parte 3. §. *Ad primum*, & plerique Thomiſtæ: accedunt Suarez Diſput. 4. ſect. 3. Henriquez lib. 1. cap. 5. num. 4. vbi doctrinam hanc certam appellat, Coninck quæſt. 61. art. 3. dub. 1. num. 18. & plures, quos allegat, & approbat Sayrus lib. 3. cap. 3. quæſt. 3. art. 1. §. *Tertia ſententia*, & nuperrime Granadus Tractat. 2. Diſput. 2. à num. 6. Mæratius Diſput... ſect... & Lugus Diſput. 3. ſect. 2. Dico, partem iſtam eſſe probabiliorem; quia cum neutra poſſit euidenter oſtendi, hæc habet pro ſe communem Doctorum ſenſum; plus autoritatis in Sanctis Patribus, & in ſeipſa plus conſequentiæ, & rationis, vt iam enitar oſtendere.

59. *I. Quia teſte Auguſtino fideles tunc aliquibus ſymbolis colligabantur.*

Primò ſuadetur quia teſte Auguſtino lib. 19. contra Fauſtum cap. 19. *In nullum nomen Religionis poſſunt homines conuenire, niſi aliquo ſignorum ſenſibilium*; quæ Sanctus Doctor ſacra ſigna & ſacramenta nominat, *conſortio colligentur*: Sed homines legis Naturalis conueniebant in vnum nomen Religionis: Ergo colligabantur conſortio ſignorum ſenſibilium ſacrorum. Cùm autem ea ſigna ſacra eſſent, & proinde rem ſacram ſignificarent, non eſt cur non ſignificauerint gratiam, ſicut eam certiſſimè ſignificarunt ſacra ſymbola legis Scriptæ, quæ Naturalem proximè ſecuta eſt. Vtraque enim ſymbola propter Chriſti merita inſtituta, & tradita fuerunt: vtraque fidelibus ambarum legum in figura contingebant; Ergo vtraque Chriſtum, eiuſque gratiam vberem præſignabant. Rurſus vtraque conſtituebant hominem intra Eccleſiam, & iſtam eſſentialiter conſtituebant in ſe, & à non Eccleſia diſtinguebant: Ergo vtraque fuerant à Deo, illius Eccleſiæ conditore, inſtituta: & vtraque ſacrabant, ſiue habilitabant hominem ad bonum Eccleſiæ proprium: vtriſque ergo conueniebant omnes partes, quibus ſacramenti definitio compoſita fuit Diſput. 1. ſect. 2. §. 2. quod apertiùs conſtabit ex dicendis.

Eiſque ſymbolis omnes definitionis ſacramenti partes congruebant.

60. *II. Quia S. Thomas abſolute ait poſt Adam lapſum ſacramenta conueniſſe.*

Secundò ſuadetur, quia S. Thomas q. 61. art. 3. nihil diſtinguens inter legem Naturalem, & ſcriptam, affirmat oportuiſſe, vt poſt Adami lapſum, & ante Chriſti aduentum, eſſent aliqua propriè dicta ſacramenta, quod ita probat: Sacramenta ſunt neceſſaria ad hominum ſalutem, quatenus ſunt quædam ſenſibilia ſigna, quibus homo proteſtans ſuam fidem in Chriſtum, ſanctificatur: & hæc appellantur ſacramenta. Quidquid verò ſit de modo ſanctificationis per antiqua ſacramenta, quem loco ſuo cum S. Thoma trademus, ſanè hæc ipſius ratio vel nihil omnino probat, vel clarè oſtendit, etiam in lege naturali ſacramenta vera fuiſſe. Videndus eſt ibidem, *Ad ſecundum*: quippe ſacramenta legis naturalis, & ſcriptæ in eo tantum diſtinguit, quod illa priora fuerant minus determinata, nimirum quoad aliquam materiam, vt num.... declarabitur.

61. *Idemque oblationem Melchiſedecis abſolutè vocat ſacramentum.*

Videndus denique idem S. Thom. in reſponſione. *Ad tertium*, vbi oblationem Melchiſedech pleno vocat ore Sacramentum; & in eo diſcriminat à ſacramentis legis ſcriptæ, quod hæc ſunt ſimiliora paſſioni Chriſti, illud autem in materia ſimilius eſt

Eucha

Euchariſtiæ. Atqui ſi oblatio Melchiſedec, & alia legis naturalis ſacra ſymbola, ſtrictè Sacramenta non fuiſſent, non oportuiſſet illas aſſerti differentias; præſertim ſolas: à primò enim dicendum fuiſſet, vel certe non ſilendum, ſymbola legis naturalis diuerſa fuiſſe à ſymbolis ſcriptæ, ſicut ſacramenta metaphoricè & impropriè dicta à propriè & strictè dictis. Sentit ergo S. Doctor, illa fuiſſe propriè ſacramenta.

Eiuſque differentiam à Sacramentis L. V. aſſignat.

62
III. Quia tunc ſacramentorum vſus moraliter fuit poſſibilis, & conueniens.

Tertiò demum ſuadetur, quoniam vſus ſacramentorum in lege naturali fuit moraliter poſſibilis: ſicut enim Circumciſio propter Chriſti meritum inſtituta eſt in Sacramentum & Abrahamo tradita, ſic & ſimilius inſtitui, & tradi potuerunt ante Abrahamum ex Chriſti merito alia ſacramenta: nimirum Adamo iam lapſo, & per pœnitentiam ſuſcitato. Deus enim ſicut Sap. 7. v. 27. dicitur *poſſe omnia*, ſic Sap. 10. v. 2. dicitur dediſſe Adamo iam ex culpa ſua educto, *Virtutem continendi omnia*, nempe gubernandi mundum, & præſertim homines, idque præcipuè in ordine ad finem ſupernaturalem æternæ beatitudinis. Proinde ſicut Primus Parens à Deo doctus filiis intimauit præcepta theologicarum virtutum Fidei, ſpei, & Charitatis, ita moraliter potuit, & credendus eſt à Deo didiciſſe, & illis tradidiſſe ſacrificia, & alia ſacra ſymbola, quibus fidem Redemptoris profiterentur; & eiuſmodi fuiſſe ſacrificium Abelis, & agnum ab ipſo oblatum, qui tam clarus extitit Chriſti occidendi typus, vt Apocalip. 13. v. 8. Chriſtus ipſe propterea dicatur, *Agnus occiſus ab origine mundi*.

63
Diuinamque prouidentiâ maximè decens.

Similiter etiam exiſtimari debet ſacrificium & rem à Melchiſedec oblatam, ab ipſo Deo fuiſſe inſtituta in ſacrificij, & ſacramenti Euchariſtici ſymbola, & Adamo reuelata, & ab Adamo filiis, aliiſque poſteris, quaſi per manus tradita, & alia de quibus ſtatim. Id vero maxime decebat diuinam ſapientiam Eccleſiæ gubernatricem, quæ ſicut dicitur Sap. 7. v. 27. Cum ſit vna, omnia poteſt: & in ſe permanens, omnia innouat: & per nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei, & prophetas conſtituit. Denique modus hic maximè ſpectabat ad prouidentiam diuinam, quæ ſicut Sap. 8. v. 1. refertur, *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.* Neque enim corporea Eccleſia ſine corporeis ſymbolis ſuauiter conſtaret: cumque talia ſymbola propter Chriſti meritum eſſent inſtituta, non minus gratiam præſignabant, quam Circumciſio: nec eſt cur alia ad ſacramentorum eſſentiam requiſita non habuerint.

64
Quod etſi non contineatur in ſacris literis.

Obiicies non id conſtare ex diuinis libris. Fateor, ſed inde ad ſummum fit, aſſertionem noſtram non eſſe fide certam, minimè verò probat, non eſſe veram: nam neque in Scripturis continetur, fuiſſe in ea lege præceptum fidei, ſpei, & charitatis; Patres tamen, Concilia & Doctores inferunt fuiſſe, ex modo ſuaui, & connaturali, & vniformi iuſtificationis, ita vt iam certum ſit ea tunc viguiſſe præcepta: Ad eum ergo modum ex modo ſuaui, & quaſi connaturali, quemque Deus in aliis legibus tenuit gubernandi Eccleſiam per ſacramenta, inferimus, vt probabilius, eundem tenuiſſe in lege naturali: Quod in ſequenti §. magis explanabitur: ad argumentum numer. 57. propoſitum, num. 68. reſpondebitur.

S. THOM. Q. LX. Ex ſtylo tamen Dei vt probabilius infertur.

§. II.

Fuerunt in lege Naturali tria vel quatuor Sacramenta.

65
Fuit in L. Naturali ſacramentum paruulis, & adultis commune, vt Eccleſiæ ianua.

IN primis arbitror, fuiſſe in lege naturali ſacramentum, quo tam paruuli per parentes, & adulti ex gentiliſmo conuerſi per ſeipſos profitebantur Chriſti venturi fidem, & in corpus Eccleſiæ cooptabantur: ad eum modum quo poſtea in lege ſcripta cooptabantur per Circumciſionem, & in Euangelica per Baptiſmum: fuit illud ſacramentum, quod in fidei profeſſione conſiſtebat, produceret gratiam ex opere operato, vt nunc producit Baptiſmus; ſiue non produceret, ſed productam ſupponeret, vt ſupponebat Circumciſio: de hoc enim, vt num. 56. monui, non eſt hic agendi locus. Solùm itaque dicimus fuiſſe in lege naturali ſacramentum, quod fuerit fidei profeſſio, & Eccleſiæ ianua, proinde commune paruulis, & adultis Eccleſiam ingredientibus.

66
Remedium paruulorum aut facit ſacramentum, aut iſtud habuit annexũ.

Et quidem fuit in ea lege remedium, quo paruuli iuſtificabantur: ſed illud remedium aut erat ſacramentum, aut habebat ſacramentum moraliter annexum: Ergo in ea lege fuit ſacramentum infantibus applicandum. Maiorem omnes iam concedunt: quis enim aſſerat, omnes infantes, qui in lege naturali per ipſos bis mille annos in Dei populo deceſſerunt, periiſſe defectu remedij ipſis prouiſi? Simili enim ratione ducitur Innocentius III. in Cap. *Maiores* de Baptiſmo, vt definiat, iſtum paruulis Nouæ legis eſſe ſalubrem. Minorem propoſui cum illa disiunctione: non quod in dubium vertam, an remedium, & ſacramentum illius legis diuerſa realiter fuerint; nam ſicut in lege ſcripta remedium paruulorum erat parentum fides, Circumciſio autem ſuperueniens, non erat remedium, ſed ſignaculum vt Diſp. 13. ſect. 1. probabitur; idem prorſus de fide parentum, & de ſuperueniente ſacramento ſeu paruulorum ſignaculo dicendum cenſeo. Propoſui tamen Minorem illam disiunctiuam, tum vt faciliùs probem: tum quia duo, quæ moraliter plerumque iunguntur, pro vno, & eodem accipi ſolent, vt in exemplo remedij paruulorum cum Circumciſione coniuncti perſpicuum eſt.

67
Conſtat ex S. Auguſt.

Fuiſſe igitur ſacramentum cum remedio paruulorum legis Naturalis vel identificatum, vel coniunctum, ſuadetur ex Auguſtino lib. 5. contra Iulianum Pelagianum cap. 11. ſcribente: *Nec ideo tamen credendum eſt, ante datam Circumciſionem famulos Dei, quandoquidem in eis erat Mediatoris fides in carne venturi; nullo Sacramento eius opitulatos fuiſſe paruulis ſuis:*

S.THO. Q.LX.

ſuis : quamuis quid illud eſſet , aliquâ neceſſariâ causâ Scriptura latere voluerit.

68 Remedium illud conſerente cum circumciſione, & Baptiſmo.

Eiuſmodi ſacrum remedium comparat ſanctus Doctor cū circūciſione, & cum Baptiſmo: proinde clarè ſignificat fuiſſe ſignum ſenſibile, præſertim cum illud vocet ſacramentum, hoc eſt ſignum ſacrum, aptum ad profitendam inter homines fidem, & ingrediendum Eccleſiam viſibilem, quæ duo per illud ſymbolum præſtabantur. Ideo vocat illud Auguſtinus ſacramentum Chriſti, nempe inſtitutum & propter Chriſti meritum, & ad ſignificandum, & profitendum Chriſtum venturum, atque adeo etiam copioſam eius gratiam in lege Euangelica futuram. Apertè quoque indicat ſanctus Doctor, fuiſſe illud ſignum vnum, & idem in toto illius Eccleſiæ corpore, & tempore. Signum autem Chriſti, & ipſius gratiæ, & pro toto legis illius ſtatu, imo & Eccleſia illius conſtitutiuo, non ab alio quam à Deo fuit inſtitutum, ſicut in lege Veteri circumciſio, & in Euangelica Baptiſmus. Cumque per illud, quaſi per oſtium, infantes intrarent Eccleſiam, per illud reddebantur habiles ad bonum Eccleſiæ proprium: Ergo nihil ei ſymbolo deerat ad veram ſacramenti rationem.

69 Illud erat infantibus, è Gentiliſmo conuerſis commune.

Iam vero cum non ſolum infantes, ſed etiam adulti è Gentiliſmo conuerſi, illam intrarent Eccleſiam, conſequens eſt, illud ſacramentum fuiſſe paruulis & adultis commune, & reſpondiſſe circumciſioni legis Veteris, & Baptiſmo Nouæ.

70 Nec obſtat quod lex nō eſſet ſcripta, & fideles eſſent diſperſi.

Oppones, ſignum illud non fuiſſe à Deo determinatum, quia lex non erat ſcripta, & fideles erant valde diſperſi. Sed eſt ratio debilis: quia tempore Abrahami vtrumque reperiebatur, & tamen circumciſio iam erat ſignum à Deo ipſo determinatum. Imò ante circumciſionem Abrahamo iniunctam vtrumque reperiebatur, & tamen remedium paruulorum, ſcilicet parentum fides, à Deo determinatum fuerat, ſicut etiam adultorum remedium in ipſorum fide, ſpe & charitate conſiſtens: Ergo.

71 Nec obeſt, quod pro materiali non eſſet in omnibus idem.

Inſtabis non potuiſſe illud ſignum eſſe vnum, quia profiteri fidem, & ea profeſſione Eccleſiam ingredi, commune erat paruulis, & adultis. Reſpondeo, non intendimus fuiſſe penitus idem; ſed fuiſſe ſacramentum conſiſtens in externa fidei profeſſione, & introducens in illam Eccleſiam: eſto, in materia, ſiue externo ritu profitendi fidem, nonnihil eſſet varietatis, paulò aliter profitentibus adultis, nimirum per ſeipſos & proprio nomine, aliter verò paruulis, non per ſe ipſos, ſed per parentes.

72 Fuit in lege Naturali ſacramentum Ordinis.

Deinde cenſeo, fuiſſe in lege Naturali ſacramentum Ordinis, ſiue Ordinationis, reſpondens ſacramento Ordinis tum legis Moyſi, tum Chriſti. Fuit etenim in lege Naturali ſacerdotium, vt conſtat non ſolum ex generali hominum conſuetudine etiam Gentilium, ſacerdotes habentium, quæ conſuetudo ex lege Naturali traxit originem; ſed etiam, & præcipuè & clariſſimè ex Geneſ. 14. verſ. 18. & Pſalm. 109. verſ. 5. Hebr. 7. a v. 1. quibus in locis Melchiſedec ſacerdos legis naturalis aſtruitur: Chriſtuſque dicitur fuiſſe ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec. Ergo ſacerdotes illius legis, & ordinis, fuerunt ad ſacrificium offerendum conſecrati, ſiue initiati per externum aliquem ritum, proinde per ſignum ſenſibile, & generale, & Chriſti eiuſque gratiæ ſignificatiuum; nec minus à Deo inſtitutum, quam ordinatio ſacerdotum Aaronicorum, ſeu legis ſcriptæ: tum quia ſacerdotium Melchiſedecium, erat vniuerſalius, ſeu plures ad populos pertinens: tum etiam quia meliùs præſignabat Chriſtum Dei filium venturum, è vnde Paulus ad Hebræos 7. latè ponderat, non eſſe, nec vocari Chriſtum ſacerdotem ſecundùm ordinem Aaronis, ſed ſecundum ordinem Melchiſedec, vtpote magis aſſimilati filio Dei.

Quia fuerunt veri ſacerdotes.

73 Proinde Ordinatio omnibus ſacramenti numeris abſoluta.

Cum igitur iſta ordinatio fuerit ſignum ſenſibile, pro toto illius Eccleſiæ ſtatu à Deo inſtitutum, & propriè ſacrum, ſiue habilitans ad bonum Eccleſiæ proprium, nempe ad ſacrificium, & illius Eccleſiæ nomine, & cum Chriſti ſignificatione offerendum, omnibus fuit ſacramenti numeris abſolutum, reſpondens ſacramento ordinis tum Veteris, tum Nouæ legis.

74 Fuit etiam ſacramentū, panis & vinum, à ſacerdotibus illius Lex oblatū.

Prætereà cenſeo, rem oblatam à ſacerdotibus ordinis Melchiſedec, panem ſcilicet & vinum, fuiſſe verum ſacramentum Euchariſtici noſtri præfiguratiuum. Quod enim res illa oblata iſtam præſignauerit, ſenſus eſt ſummorum Pontificum, Conciliorum, Patrum, Doctorum, omniumque fidelium. Si autem ordinatio ſacerdotis ad rem illam offerendam, fuit ſacramentum præſignatiuum noſtræ ordinationis deſtinantis ad Euchariſtiam offerendam: conſequentiſſimum ſanè eſt, vt res oblata à ſacerdotibus illa Melchiſedeci ordinatione initiatis, ſacramentum fuerit præſignans Euchariſtiam, ſeu rem oblatam per ſacerdotes ad iſtam offerendam initiaturos. Præſertim vero cum nihil eorum, quæ pertinent ad eſſentiam ſacramenti poſſit illa re oblata cum fundamento deſiderari.

Liquet ex oblatione Melchiſedecis.

75 Illuſtratur exemplo Agni Paſchalis.

Si enim phaſe, ſiue ipſe Agnus, Paſchalis, fuit ſignum ſenſibile gratiæ per Chriſti mortem afferendæ; profectò panis, & vinum à Melchiſedec oblata, ſignum fuerunt ſenſibile gratiæ conferendæ per Euchariſtiam ſpecie panis, & vini conſtantem. Si Paſchalis Agnus illam ſignificationem accepit à Deo pro tota lege ſcripta; panis & vinum cur non iſtam acceperit à Deo pro tota lege Naturali? Denique ſi Paſchalis Agnus rite manducatus habilitabat ad bonum Veteris Eccleſiæ proprium, nempe ad communicandum cum fidelibus in aliis ſacrificiis, & ritibus: cur panis & vinum per ſacerdotes Melchiſedecios oblata, & à fidelibus rite percepta, non præbuerint ſimilem conſecrationem ſiue habilitatem? Habuit igitur ea res oblata quidquid requiritur ad ſacramentum noſtro Euchariſtico reſpondens.

76 Nec ſolidè dicitur, oblatio illa gratiam Euchariſticam priuatim dumtaxat præſignaſſe.

Obiicies ex Vaſquez quæſtio. 61. art. 3. numero 41. & 42. ad rationem ſacramenti propriè ſumpti, non ſufficit vt quolibet modo ſignificet gratiam, ſed requiri vt ſit inſtitutum ad eam communiter ſignificandam: Sed Ordinatio Melchiſedecis, & res ab ipſo oblatæ, non fuerunt eiuſmodi: Ergo non fuerunt propriè ſacramenta: alias coniugium, inhde

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

infidelium, quod ſignificat Chriſtum, eiuſque gratiam, propriè ſacramentum eſſet. Reſpondeo, minorem carère fundamento. Si enim Circumciſio ſymbolum fuit inſtitutum ad ſignificandum communiter gratiam conferendam in noſtro Baptiſmo: quo fundamento dici poteſt, panem & vinum à Melchiſedece oblata fuiſſe quidem ſignum gratiæ conferendæ per Euchariſtiam, non tamen fuiſſe ſignum ad eam ſignificandam communiter, ſeu cunctis fidelibus, ſed ſoli Melchiſedeci. Cur autem infidelium coniugium Sacramentum non ſit, rationem apertam ſupra reddidi, quia non ſacrat, ſiue habilitat ad bonum Eccleſiæ proprium.

77. Agnus in L. Naturali ſacrificatus, ſacramentū fuit.

Tandem exiſtimo fuiſſe in lege naturali ſacrificium agni cruentum, & agnum fuiſſe propriè ſacramentum præfigurans Chriſtum occidendum, & gratiam inde extituram. Ducor exemplo ſacrificij Abelis, ratione cuius Chriſtus dicitur agnus occiſus ab origine mundi, vt num. 61. dicebam: & exemplo agni Paſchalis in lege ſcripta oblati: reor enim quoad ſubſtantiam idem fuiſſe ſacrificium agni à tempore Abelis per totam legem Naturalem & ſcriptam offerri ſolitum; cum differentiis tamen accidentalibus, quod in lege Veteri ſcriptum fuerit eius præceptum, & addita ceremonia accidentalis comedendi illum cum azymis panibus, & lactucis agreſtibus, & viatorum ritu, & feſtinanter, idque in memoriam eorum, quæ in egreſſu ex Ægypto contigerant.

78. Eſt enim id diuinæ prouidentiæ cōſonātiſſimū.

Probo quia ſtylus hic eſt admodum conformis dignitati diuinæ prouidentiæ, vtpotè à fine vſque ad finem attingentis, & cuncta ſuauiter diſponentis. Quare ſicut ab initio ſtatus innocentiæ ſalutem conſtituit in fide, ſpe, & Charitate, idque remedium magis vel minus expreſſum vſque ad ſæculi finem, vigere voluit: & ſicut ſemper voluit eſſe Sacerdotes & ſacrificia, magis vel minus exprimentia Chriſtum, eiuſque gratiam futuram: ita voluit vt Agnus per ſacrificium legis Naturalis & ſcriptæ mactatus, ſacramentum eſſet, magis vel minus exprimens, propriè tamen ſignificans Chriſtum, eiuſque paſſionis gratiam.

79. Firmatur, quia ſemper voluit Eccleſiam intrari per Chriſti Mediatoris confeſſionem, iam minus, iam magis expreſſam: Ergo ſemper voluit in Eccleſia coli per Sacrificium Agni, quod eſſet propriè Chriſti ſacramentum, nempe in lege Naturali, & Veteri oblationem agni cruentam, & in Euangelica oblationem Chriſti incruentam. Atque hæc me ratio cogit, vt exiſtimem in omni lege profeſſionem fidei, per quam in Eccleſiam intratur, conſtitiſſe in confeſſione, ſiue expreſſo ſymbolo myſterij Trinitatis, vt oſtendam Diſput...de Baptiſmo ſect.

SECTIO IV.

An, & quæ Sacramenta fuerint in lege Veteri.

80. Fuerunt v. ſa

Dico primo fuiſſe in lege Veteri, quam aliis nominibus vocamus ſcriptam, &

Sacramenta in l. Vetere.

Moyſi, vera Sacramenta. Concluſionem hanc vocat Granadus Tract. 2. Diſp. 2. num. 19. indubitatam, ſed immerito, negatur enim à pluribus, grauibuſque Doctoribus, & inter alios ab autoribus Catechiſmi Romani, requirentibus ad propriam Sacramenti rationem, vt ſit ſui ſubiecti ſanctificatiuum per gratiæ productionem, qualia certum eſt non fuiſſe legis veteris ſacramenta: proinde ſatis eſt aſſertionem iſtam vocare veram, vel multò probabiliorem. Probatur autem illo fundamento & diſcurſu, quibus Diſp. 1. ſect. 3. §. 3. probauimus, in ratione ſacramenti ſynonimè conuenire Noua & Vetera; nam Veterum nomine, ſaltem potiſſimè veniunt ſacramenta legis ſcriptæ.

81. Nam & à Conciliis & Patribus abſolutè vocan ur ſacramenta.

Eiuſmodi autem fundamentum & diſcurſus eſt, quoniam ex vna parte Concilium Florentinum poſt ſeſſ. vltimam in decreto Eugenij IV. pro inſtruendis Armenis §. *Quinto Eccleſiaſticorum*, & Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. Can. 1. abſolutè & ſimpliciter ea vocant ſacramenta, idemque præſtant SS. Patres, Ambroſius, Auguſtinus, & Magiſter, ac S. Thomas, & plerique ſcholaſtici: ex altera vero parte non eſt cur dicamus fuiſſe impropriè ſacramenta, nam tota definitio ſacramenti citra metaphoram illis competit, vt loco citato vidimus: Ergo fuerunt in lege Moyſi ſacramenta propriè dicta.

Et tota ſacramenti definitio illis propriè competit.

82. Circumciſio in lege Veteri ſacramentū propriè fuit.

Dico ſecundò. Fuit in ea lege Circumciſio propriè & ſtrictè Sacramentum. Eſt ſententia communis, & ſuadetur, quia iam conſtat fuiſſe in lege Veteri vera ſacramenta: ſed inter illa potiſſimum fuit Circumciſio: Ergo fuit propriè ſacramentum. Conſtant hæc omnia ex diuinis literis, & SS. Patribus magnificè loquentibus de Circumciſione, tanquam illius Eccleſiæ ianua, ſignaculo, & cui ſucceſſerit in lege Euangelica Baptiſmus. Roman. 4. v. 11. de Abrahamo dicitur, *Signum accepit Circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei*, id eſt, accepit ſymbolum quod eſt Circumciſio, & ſymbolum fidei &c. Et Coloſſ. 2. v. 11. & 12. & 13. Circumciſionem cum Baptiſmo confert, & in magna iſtius laude ponit ſucceſſiſſe Circumciſioni, non expoliando carnem carne, ſed mundando animam à peccato. Hinc Innocentius III. in cap. *Maiores* de Baptiſmo, Circumciſionem vocat myſterium, & expreſsè docet, ei ſucceſſiſſe Baptiſmum. Denique S. Auguſtinus lib. 3. contra Iulianum cap. 18. & alij Patres Circumciſionem expreſsè nominant ſacramentum: comparantque cum Baptiſmo, & affirmant iſtum pro illa abrogata ſubrogatum eſſe: Planè ergo ſignificant, fuiſſe ſtrictè ſacramentum.

Ex Apoſtolo, & Patribus planè colligitur.

83. Eique tota competit ſacramenti definitio.

Eſt etiam aperta ratio; quoniam illi propriè quadrat, tota ſacramenti definitio. Fuit enim ſignum gratiæ, ſeu iuſtitiæ, vt ſupra dixit Paulus fuiſſe in Abrahamo: qui quoniam illam receperat ex meritis Chriſti, facile intelligitur eius circumciſionem fuiſſe ſignum gratiæ inter Chriſtum & Eccleſiam futuræ, & in lege Noua conferendæ. Quam ſignificationem, vtpote natiuam, & ex vi ſuæ inſtitutionis acceptam, retinuit Circumciſio in Abrahami poſteris, vt communis opinio fert. Nec modò diſputo, fueritne ſignum gratiæ, quæ per ipſam, vel in ipſa conferretur; ſolum

Digitized by Google

S. Thom. Q. L X.

tueor, & ex diuinis literis infero, fuiſſe gratiæ ſignum: fuiſſe autem ſenſibile, & à Deo, & pro toto illius legis ſtatu inſtitutum, ſatis eſt notum. Demum erat hominem ſacrans: quia cùm eſſet Eccleſiæ ianua, ſanctificabat legaliter, hoc eſt reddebat hominem habilem ad bonum illius Eccleſiæ proprium, nempe ad communicandum cum cæteris fidelibus in ſacrificiis & aliis ſacris, & legalibus ritibus, vt omnes fatentur. Habuit ergo Circumciſio prædicata omnia ſacramento eſſentialia.

84. In 1. Veteri perſeuerabat Sacramētū, quod in Naturali erat Eccleſiæ ianua.

Dico tertiò In Veteri lege perſeuerabat ſacramentum illud, quod in lege Naturali fuerat inſtitutum, tanquam fidei profeſſio, & Eccleſiæ ianua, tam pro infantibus, quam pro adultis ab infidelitate conuerſis. Priorem partem, quæ ſpectat ad paruulos, probabunt ij, qui cenſent, ſacramentum illud fuiſſe conferens gratiam, & vnicum paruulorum remedium: conſequenter enim dicere debent illud in lege Veteri permanſiſſe in remedium puellularum, cum pro illis non fuerit aliud ſacramentum inſtitutum in lege Veteri: imò dicere coguntur, manſiſſe etiam in remedium puellulorum ante diem octauum decedentium, cum antea non liceret eos circumcidere, vt Diſp. 13. num.... probabitur.

85 Quia debuit totus Dei populus eſſentè conſignari.

Quia tamen ipſe cenſeo, Sacramentum illud non contuliſſe gratiam nec adultis, nec infantibus, ſed ſolùm vtroſque conſignaſſe in gregem dominicum, inde totam concluſionem probo. Decuit enim, & oportuit in lege Veteri, non ſolùm puellos, ſed etiam fœmellas externo aliquo ſigno, tanquam Dei gregem conſignari: Ergo cum ad fœmellas conſignandas non fuerit in ea lege ſacramentum aliquod inſtitutum, conſequens eſt perſeueraſſe pro illis illud ipſum, quo in lege Naturali conſignabantur, ſcilicet ritum aliquem externum, qui fidei profeſſionem, & Chriſti Mediatoris ſignificationem contineret, vt ſect. 3. §. 2. declarabam.

86. Quin etiam (quod ſaluo meliore iudicio, & ſolùm conjectando dixerim) videtur etiam tunc permanſiſſe illud ſacramentum pro paruulis ante diem octauum decedentibus. Nec enim oportebat decedere non conſignatos in Dei agnulos, & Eccleſiæ membra: cum ergo nefas eſſet illos circumciſione conſignare, fas videtur & debitum fuiſſe conſignare illos Vetere ſignaculo. Et ſanè Circumciſio ſicut pro ſolis maſculis, tanquam robuſtioribus inſtituta fuit; ita prouidentiſſimè videtur cautum, vt non daretur ante diem octauum, quo iam puellus eſſet nonnihil robuſtior, ne ſcilicet recens natum, atque tenellum perimeret. Sed de hoc fuſiùs in loco citato.

87. Alia ſacramenta plura in l. Veteri fuerunt.

Dico quartò. Multa alia Sacramenta vera & ſuauia in lege Vetere fuerunt: Conſentiunt huic aſſertioni Doctores qui cenſent ſacramentum de Nouis, & Antiquis vniuocè prædicari. Probatur autoritate, tum ex Conciliis Florentino & Trident. num. 81. memoratis, à quibus ceremoniæ & ritus Eccleſiæ Veteris pleno ore vocantur Sacramenta, quo plane ſignificantur fuiſſe multa. Tum etiam è SS. Patribus. Dionyſius enim de Eccleſ. Hierarch. cap. 5. docet, Synagogam habuiſſe ſigna carnalia quæ futurorum erant vmbræ, S. Auguſtinus lib. 13. contra Fauſtum cap. 13. ſcribit, Noſtra ſacramenta, ſi cum Veteribus conferantur, eſſe numero pauciora; Sanctus Gregorius Emiſſenus, & alij apud Suarez & Vaſquez eandem ſignificant multitudinem.

Accedit ratio, quoniam in Veteri lege, plurimæ ceremoniæ, atque adeo ſigna ſenſibilia, & à Deo ipſo inſtituta pro toto illius ſtatu, contingebant in figura Chriſti mediatoris, & gratiæ per ipſum affluenter conferendæ. Et ſanè niſi hanc ſignificationem, & dignitatem illa ſymbola habuiſſent, non videbatur decens vt à Deo ipſo ſingula tam exactè, & in particulari conſtituerentur. Cum autem eſſent propria illius ſacræ Reip. dubium non eſt, quin ſui ſuſceptores ſacrarent, ſiue habiles redderent ad bona illius Eccleſiæ v. gr ad paſchalem agnum rite comedendum, ad veſcendum azymis, ad communicandum cum fidelibus in ſacrificiis ſolemnibus, & aliis ritibus. Fuerunt igitur in lege veteri plura ſymbola, quibus omnia ſacramenti prædicata eſſentialiter competebant. 88. Quia plura ſigna Chriſti à Deo inſtituta, & ſui ſuſceptores ſacrātia, &c.

Dico Quintò. Sacramenta omnia Veteris legis ad quatuor capita reuocari poſſunt. Primum & generalius, eorum per quæ intrabatur in Eccleſiam; quod vidimus fuiſſe geminum, vnum pro viris, proprium illius legis, alterum pro fœminis perſeuerans ex lege Naturali. Secundum caput eſt illorum, quæ pertinebant ad ordinationem Pontificum, Sacerdotum, leuitarum, & aliorum miniſtrorum. Quartum erat illorum, quibus obtinebatur vſus, & participatio ſacrorum, vt agnus Paſchalis, Azymi panes, paſchali tempore: ſignificabant enim gratiam in Euchariſtia conferendam. Et ſicut Euchariſtia intrinſecùs roborat, & auget gratiam acceptam in Baptiſmo fidei proteſtatiuo; ſic ille vſus, & eſus Agni, & Azymorum, fideles iam circumciſos conſecrabant magis, & quaſi in Eccleſiam interiùs mittebat. Quæ omnia fusè proſequitur S. Thomas 1. 2. q. 102. art. 5. tum in corpore, tum in ſolutionibus argumentorum. 89. Sacramenta Veteris l. ad 4. genera reuocantur.

SECTIO IV.

De exiſtentia & conuenientia Sacramentorum in lege Noua.

DIſputaturus infra de numero, & excellentia ſacramentorum Nouæ legis in genere, deque ſingulorum rationibus in ſpecie, nihil hoc loco Diſputationibus illis præripiam: ſolùm ſtabiliam illorum exiſtentiam, & conuenientiam: quod neque hic præteriri, neque ibi commodè præſtari poſſet. 90.

§. I.

Sacramenta Nouæ legis quinam Hæreticorum, & quatenus abnegauerint.

DVas hic Hæreticorum inuenio claſſes. Prior eſt illorum, qui Nouæ legis ſacramenta omnia ita negarunt, vt nullum, illorum loco ſubſtituerent Tales fuerunt circa annum Chriſti 175. diſcipuli, quidam & ſectatores Marci Hæreſiarchæ, quos de Magiſtri nonnné, 91. Marcoſij, ſeu Marcitæ Hæretici ſacramenta omnia Nouæ negarunt.

Digitized by Google

nomine,Græci Marcoſios, & quidam Latinorum Marcitas vocant.Hi teſte S.Irenæo lib.1. cap.18.in medio, dicebant, *non oportere, inenarrabilis,& inuiſibilis virtutis myſterium, per viſibiles, & corruptibiles perfici creaturas,& ea quæ mente concipi non poſſunt,& incorporalia,& inuiſibilia,per ſenſibilia, & corporalia.* Et quanquam ibi de Baptiſmo dumtaxat narratio ſit, quam illi hæretici reſpuebant:ratio tamen dicta generalis eſt; qua planè deprehenduntur ſacramenta omnia negaſſe. Per *myſterium* autem *ineffabilis virtutis* ſignificabant, vt opinor,internam hominis ſanctificationem,quam per ſacramenta perfici Catholica fides docet; vel ſignificabant ipſam redemptionem à Chriſto factam,quæ iuxta fidem Catholicam, per internam ſanctificationem applicatur,& veluti conſummatur,atque perficitur.

Indigna ratio,ſi myſterium ineffabilis virtutis,per corporeas res perficeretur.

92 Quoniam autem illis,vt reor, obiiciebant Catholici,ſanctificationem, & redemptionem iſtam,maxima ex parte perfici,& applicari per ſacramenta,idcircò addebant, eodem Irenæo ibidem referente,perfectam redemptionem, in vera Dei, rerumque omnium cognitione conſiſtere. Cæterùm quia Marcus ille plurimos habuit diſcipulos,& in aliquot ſectas diuiſos, ij qui ſacramenta omnia negabant,Aſcitæ, vel Aſcogyrtæ,& Aſcodropetæ vocabantur vt ſtatim amplius exponam.

Aientesque perfectam redemptionē in rerum perfecta cognitione cōſiſtere.

93 Hæc enim duo quæ de Marcitis ex S. Irenæo retulimus,ex eodem refert S. Epiphanius lib.1.tomo 3.Hæreſi 34.circa finem, & ex ambobus Theodoretus lib.1.Hæretic.fabul. c.12. ſeu de Marco,& c.13. ſeu de Aſcodritis, ſiue Aſcodrupetis. Ait verò, Marcum illum fuiſſe quaſi agroſten,id eſt, gramen, herbam nempe illam nodoſam,& aruis nocuam,quæ ſerpendo germinauit; ex eaque pullulaſſe varias hæreſes,quarum vnam fuiſſe illorum, quos Aſcodritas, appellant: & iſtos docuiſſe, non eſſe myſterium ineffabilis virtutis per viſibiles & corporeas res perficiendum: perfectam enim redemptionem ſitam eſſe in rerum exacta cognitione. Vocati verò ſunt nominibus compoſitis ex Græco nomine Ἀσκὸς, Aſcòs,ſignificante vtrem, quia teſte S. philaſtrio Hæreſi 28.& S.Auguſtino Hæreſi 62. collocabant in ſuis templis vtrem inflatum (Gualterius ait, neſcio ex quo fonte, vino plenum) & linteo tectum, & circum illum pompam ducebant, choros,& choreas turpiter agebant,non aliter ac Pagani temulenti circa ſuum temulentum Bacchum:quo autem prætextu id facerent num. 95.referam.

Marcitarum variæ ſectæ.

4 Nominātur porro iſti Hæreti ci apud Theodoretum citatum, à nonnullis Aſcodrutæ, quantū conijcere potui,tanquam ἀσκὸν δρῶντες, id eſt,*vtri,vel circum vtrem, vel per vtrem ſacra facientes*: à quibuſdam Aſcodupetæ, quaſi ἀσκῷ δουπῶντες, *circum vtrem tinniētes,vel ſonātes.* Quod autem apud Philaſtrium citatum, & apud S.Damaſcenum lib. de Hæreſibus inter principium & medium, verbo, *Cataphryges*, dictos legimus Aſcodruggitas, legendum ſuſpicor Aſcogyrtas, quaſi *circum vtrem congregatos*,vel vna voce *circum-vtriones*: & natam nominis corruptelam ex appellatione perſimili aliorum Hæreticorum eiuſdem fermè temporis, quos teſte, & nominis interprete S. Epiphanio ſupra,Hæreſi 48.prope finem, vocabant Taſcodroggitas, inde enim procliue fuit iſtos appellare Aſtodrugitas. Breuiſſimè & admodum propriè eos nominauit S.Auguſtinus, Aſcitas, quaſi diceres *Vtritas*, *vel Vtriones.*

Multa item & diuerſa nomina.

S.Tho. Q.LX.

95 Non itaque præteriit iſtos Hæreticos Auguſtinus,vt innuit Vaſquez, etſi diuerſum nomen eis imponat, & errorem de quo agimus, nec ipſe, nec Philaſtrius, nec Damaſcenus aſcribat. Quod verò ſcribit Vaſquez, hos Hæreticos à Damaſceno prætermiſſos in libro de Hæreſibus,planè falſum eſt, & inde proculdubio natum,quod S.Damaſcenus nullum §. inchoet à nomine Drugitarum,ſed iſtos & Maritaniſtas coniungat ſub nomine,& §.*Cataphryges.*

Non omiſſi ab Auguſtino,& Damaſceno.

Aſcitæ porro,ſiue Aſcodrupetæ, aut Aſcogyrtæ, qui teſtibus Irenæo, Epiphanio, & Theodoreto, damnabant in Chriſti Eccleſia ſacramentorum vſum, vtpote ſenſibilium, & materialium, iidem,inquam, teſtibus Philaſtrio & Auguſtino,propterea, circa vtrem inflatum cum turpi illa pompa debacchabantur, quòd dicerent ſe eſſe nouos illos vtres Euangelicos, de quibus Chriſtus apud Matth. cap.9.v. 17. dixit, *Mittunt vinum nouum in vtres nouos* cum ingenti ſanè non ſolum Numinis,& puriſſimæ atque grauiſſimæ Chriſtianæ religionis iniuria, vt per ſe conſtat,ſed etiam incredibili, niſi tam graues adeſſent teſtes,tum ſenſus inconſequentia, tum ſui ipſorum probro. Etenim ſi nouam Euangelij gratiam, vini noui ſymbolo Chriſtus rite edocuit, cur Euangelici ſacerdotes,alij que miniſtri gratiam eandem per corporalia ſigna non rectè ſignificent,& rite conferant? præſertim nomine Chriſti, vt principalis agentis.Rurſus, dum vtres inflati ſymbolo ſeipſos pingebant, res autem ſpirituales corporeis exprimendas negabant: innuebant profectò ſe in ſeipſis nec rerum agnoſcere ſpiritum,nec animam ſpiritualem.

Circa vtrem ducebant pompam,& choreas agebant.

Cum ingenti Chriſtianiſmi iniuria, ſuaque in conſequentia & probo.

96 Iis Aſcogyrtis, Marci diſcipulis, in reiicienda ſacramentorum omnium religione conſenſerunt alij ipſorum condiſcipuli, nomine *Archontici*,ſic appellati, quaſi *Principales*, propterea quod rerum creationem ad principatus Angelicos referrent.Mirum mihi accidit,quod Archonticorum non meminerit S. Irenæus, præſertim,cum illos habuerit notiſſimos, vtpote qui circa illorum tempora vixerit.Cæterùm cur eos omiſerit, nec omnes Marci diſcipulos expreſsè memorauerit, rationem, vt opinor, ſemel ac iterum reddit in illo ipſo c. 18.Nam initio planè docet, eſſe inter Marcitas illos tot ferè ſententias, quot capita, ſiue Antiſtites:in fine autem,vbi agendum videbatur de Archonticis,hæc ſcribit verba: *Cum autem diſcrepent ab inuicem,& doctrina, & traditione;& qui recentiores eorum agnoſcuntur, affectent per ſingulos dies nouum aliquid adinuenire,& fructificare,quod nunquam quiſquam excogitauit; durum eſt omnium deſcribere ſententias.*

Archōticorum quidam ſacramenta omnia reiecerunt.

Cur ab Irenæo cōmemorati.

97 Eorum tamen, vt Marci diſcipulorum,expreſſè,& fusè meminit Epiphanius lib.1.tomo 3.tota Hæreſi 34.& ſacramentorum improbationem illis attribuit ibidem prope finem. At verò Theodoretus cap. illo 12. ſermonem de Marci ſectatoribus continuans, ait:*Ex his autem nonnulli,qui dicuntur Archontici*,&c. Erāt, itaque Aſcogyrtæ, & Archontici duæ Marcoſiorum ſectæ,quæ, cum in multis inter ſe diſſentirent, in reiiciendis ſacramentis conſentiebant. Simile enim quidpiam hodieque cernimus

Eorum meminere Epiphanius,& Theodoretus.

tized by Google

27 *Nec enim diu valet, nō fuiſſe ſignū vniuerſale quoad perſonas.*

Reſpondebit Vaſquez q.62. art.3. n.41. & 42. priorem iſtam conditionem illi matrimonio defuiſſe; quia non fuit ſignum inſtitutum vt per illud omnes & communiter gratiam cognoſcerent, ſed ſolum fuit ſignum gratiæ cognitæ ab aliquo per illud mediante reuelatione particulari. Contra, quia non ſolum Adamus, ſed etiam Eua ſub ſymbolo ſui matrimonij nouerunt Incarnationem, & gratiam Chriſti & Eccleſiæ futuram: Ergo iam illud matrimonium ſignificabat gratiam apud totam illius ſtatus Eccleſiam. Contra ſecundò, quia contra rationem, & conſequentiam negat Vaſquez, inſtitutum fuiſſe ſymbolum iſtud pro tota Eccleſia, ſeu poſteris primorum parentum: Tum quia non eſt vnde hoc inferamus; ſed potius eſt vnde inferamus fuiſſe: nam Adamus ſub illo ſui coniugij ſymbolo incarnationem prædixit non ſibi & vxori ſolis, ſed etiam poſteris. Tum etiam quoniam idem autor, & merito docet, matrimonium infidelium eſſe Chriſti & Eccleſiæ ſacrum ſignum; non niſi quia tale fuit ab initio inſtitutum, vt Leo Magnus, cui P. Vaſquez innititur, expreſſe decreuit: Ergo iam initio fuit gratiæ ſignum non particulare ſed vniuerſale.

Id enim repugnat rationi, & Aduerſariis ipſis.

28. *Quid ſi dicatur non fuiſſe inſtitutum ſtabiliter.*

Oppones, hoc matrimonium vt gratiæ ſymbolum non fuiſſe tunc inſtitutum ad longum tempus ſed breue. Nam quando inſtitutum fuit vt ſignum Chriſti, iam ſupponebat Chriſtum venturum in peccati remedium, proinde ſupponebat primos parentes breui peccaturos, & ſtatum illum non perſeueraturum: Ergo quamuis fuerit vniuerſale ſignum quoad perſonas, fuit tamen ad breue tempus, idque non per accidens, ſed per ſe, & ex vi & occaſione ſuæ inſtitutionis, vt ex dictis conſtat. Reſpondeo: licet hoc totum admittam, adhuc ſequitur, eſſe ſacramentum ex doctrina aliorum v. gr. Lugi aſſerentis, poſſe ſacramentum ad breue tempus inſtitui. Num autem ratio Sacramenti in Adami matrimonio, cum ſententiâ noſtrâ cohæreat, ſtatim explicabitur.

§. II.

In ſtatu Innocentiæ nullum Sacramentum reipſa fuit.

29 *In ſtatu Innocentiæ nullū fuit ſacramentū.*

PRobatur inprimis apertiſſimo teſtimonio Doctoris Angelici q.62. art.2. non ſolum id ſupponentis, ſed etiam ratione ſua ſignificantis, fuiſſe ſacramentum illi ſtatui diſconueniens. Deinde probatur autoritate Doctorum fere omnium Veterum, Recentiorumque omnium. Demum quia nihil eſt, in Scriptura, Conciliis, aut Patribus, ſententiam oppoſitam perſuadens, eſtque ratio diſſuadens: quia tria ſenſim & ordine ſuo probanda ſunt.

30 *Ex teſtimoniis Chriſti, Pauli, & Leonis quid infertur.*

Primò affertur Adami, & Euæ coniugium; de quo Paulus Epheſ.5. v.32. dicit, *Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*, ſiue vt Græcè legitur, *in Chriſtum, & in Eccleſiam*: quia ſcilicet ſignificabat illos per gratiam, & charitatem vnitos. Additur Leo 1. epiſtola Decretali 92. cap. 4. ſic ſcribens: *Cum ſocietas nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit, vt præter ſexuum coniunctionem, haberet in ſe Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum.* Loquitur autem Leo de inſtitutione matrimonij facta ante initium legum Romanarum, & nominatim de matrimonio Abrahami: & quemadmodum per illa verba, *Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum*, alludit ad illa Epheſ. 5. v. 32. *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*; ſic per illa præcedentia *Ita ab initio conſtituta fuit*, alludit ad illud Chriſti Matth. 19. v.8. de coniugio primorum parentum; *Ab initio autem non fuit ſic*: Proinde loquitur de matrimonij inſtitutione prima, ſiue in paradiſo facta. Decernit ergo Pontifex matrimonium non ſolùm ab initio inſtitutionis, quam fecit Chriſtus, ſed etiam ab initio mundi fuiſſe Chriſti, & Eccleſiæ ſacramentum.

S. Tho Q. LX.

31 *Matrimoniū ab initio fuiſſe ſignū ſacrum.*

Reſpondemus, hoc argumentum ex duobus conflatum teſtimoniis, manifeſte probat coniugium in ſtatu innocentiæ fuiſſe ſacramentum in latiore ſignificatione, ſcilicet ſignum ſacrum, quia fuit ſignum rei ſacræ, & quidem à Deo inſtitutum non tamen probat fuiſſe ſacramentum in ſignificatione ſtricta, de qua loquimur; quia non probat in eo ſtatu habuiſſe cæteras conditiones, ſeu potiùs rationes, quas Diſputatione 1. ſect.1. probauimus eſſe ſacramento eſſentiales: quænam iſtarum ei defuerint, in ſectionis decurſu exponam.

32 *Sicut etiam lignū vitæ.*

Secundo profertur lignum vitæ: præfigurabat enim Chriſtum, teſte S. Auguſtino lib.2. contra aduerſarium leg. & Prophet. cap. 10. vbi lignum illud appellat ſacramentum Chriſti: & de Ciuit. lib.13. cap.10. docet, reliqua paradiſi ligna fuiſſe hominibus alimento, lignum autem illud ſacramento. Præſignabat autem arbor vitæ Chriſtum, vt in Euchariſtia contentum, & vitæ ſpiritualis nutrimentum, & conſeruatorem: Ergo ſicut in lege Veteri varia baptiſmata præfigurabant noſtrum Baptiſmum, & ſimul erant proprie ſacramenta; ſic vitæ lignum, quod Euchariſtiam noſtram præfigurabat. Reſpondemus ad iſtud argumentum ſicut ad præcedens, eſt enim vt ouum ouo ſimile. Solùm addimus vtrumque habere plus roboris contra Vaſquez, & alios aſſerentes, ſufficere ſacramento, ſi ſit ſignum gratiæ ſenſibile, & diuinitus inſtitutum pro tota Eccleſia: nam id totum competebat & Adami coniugio, & vitæ ligno, prout ex §. præcedente, præſertim num.27. licet cognoſcere.

Fuiſſe vero ſacramentū ex Vaſquij doctrinam ſequitur.

33. Tertiò demum proferri poteſt illud Auguſtini lib.19. contra Fauſtum cap. 19. *In nullum nomen Religionis poſſunt homines adunari, niſi aliquo Sacramentorum ſenſibilium conſortio colligentur*: Sed homines in ſtatu innocentiæ coadunabantur in verum nomen Religionis; Ergo aliquo ſacramentorum ſenſibilium conſortio colligabantur. Reſpondeo quamuis demus, ad verum Religionis, & Eccleſiæ ſtatum eſſe ſimpliciter neceſſaria ſigna ſacra ſenſibilia, non tamen propriè & ſtrictè ſacramenta: nec amplius requirit Auguſtinus. Nec aliud in ſcripturæ, Conciliis & PP. inuenio, quod ſententiam oppoſitam ſuadeat.

34. *Nulla res in illo ſtatu cunctas habuit ſacramenti rationes eſſentiales.*

Sit iam ratio diſſuadens: Quia ſacramentum vt Diſp 1. ſect.1. §.1. definiuimus, eſt ſignum gratiæ ſenſibile, pro toto Eccleſiæ ſtatu a Deo inſtitutum, habilitans ad bonum Eccleſiæ proprium: ſed neque Adami coniugium, neque vitæ lignum eiuſmodi fuit: Er-

go

Digitized by Google

go neutrum fuit ſacramentum. Conſecutio datur ab Aduerſariis, quia nihil inueniunt in illo ſtatu præter illa duo, quod videatur fuiſſe ſacramentum. Minor probatur, quia licet vtrumque fuerit, vt libenter aſſerimus, ſignum gratiæ ſenſibile, & à Deo inſtitutum: neutrum tamen habuit tres alias rationes reliquas & forte nec ipſarum aliquam, nempe eſſe inſtitutum pro toto Eccleſiæ corpore, pro toto Eccleſiæ tempore, & eſſe ſacrans, ſiue habilitans ad bonum Eccleſiæ proprium: quod ita oſtendo.

35. *Non enim eſt inſtituta ſtabiliter, ita pro diuturno tempore.*

Eſſe inſtitutum pro toto Eccleſiæ tempore, dicit per ſe eſſe inſtitutum pro longo aliquo tempore; ſicut ſtatus Eccleſiæ per ſe fuit pro lõgo tempore inſtitutus, eſto Innocentiæ ſtatus, per accidens impediente peccato, breuiter ceſſauerit. Atqui nec Adami coniugium, nec vitæ lignum, inſtitutum fuit Chriſti & Eccleſiæ ſignum, pro longo, ſed, pro breui tempore: Ergo non fuit pro tempore ad ſacramentum requiſito. Maior conſtat ex Diſp. 1. ſect. 1. ſ. 5. Minor probatur, quoniam vt in tomo de Incarnatione Diſp. 16. ſect. 2. probatum eſt, Chriſtus non eſt decretus, ac proinde nec præuiſus, niſi præuiſum peccatum: proinde nec Adami coniugium, nec vitæ lignum inſtitutum fuit in Chriſti ſignum, niſi poſt peccatum præuiſum, proinde poſt præuiſum Innocentiæ ſtatum vt breui deſiturum: ac per conſequens, inſtitutum, fuit per ſe ad breue tempus ex diuina præuiſione, & intentione illam præuiſionem ſequente: longe aliter ac Innocentiæ ſtatus, qui per ſe, & ex Dei inſtitutione non ad breue, ſed ad longiſſimum tempus fuit inſtitutus.

36. *Nec pro toto aliquo magno hominum numero.*

Similiter eſſe inſtitutum pro toto Eccleſiæ corpore, dicit eſſe per ſe inſtitutum pro magno aliquo numero hominum in illo Eccleſiæ ſtatu, aut lege futuro. Quod non habuiſſe Adami coniugium, aut vitæ lignum, eadem ratio, quam nuperrime explicui, demonſtrat: quoniam vtrumq; inſtitutum eſt in ſignum Chriſti poſt præuiſum Chriſtũ, qui non eſt præuiſus, niſi poſt peccatum, ac proinde poſt præuiſum Innocentiæ ſtatum breui ceſſaturum, inque Adamo & Eua, & non in aliis perſonis futurum. Ergo per ſe non eſt inſtitutum pro toto Eccleſiæ corpore, prout ad ſacramentum exigitur. Accedit quod vitæ lignum, ſi in ſacramentum fuiſſet inſtitutum, fuiſſet in ordine ad eſum illius, quis hoc negetꝰ At quando fuit inſtitutum iam præuidebatur nunquam percipiendum, imo illius eſum penitus interdicendum, & impediendum, ſiue impoſſibilem reddendum, nempe hominibus è paradiſo pellendis.

37. *Nec fuit conſecrans, ſiue habilitans ad bonum Eccleſiæ proprium.*

Reſtat, neutrum fuiſſe ſacrans, ſiue habilitans ad bonum Eccleſiæ proprium. Et quidem in ligno vitæ facile id intelligitur è proximè dictis: nam ſi conſecraſſet aut ſubiectum ſuum habile reddidiſſet, id feciſſet mediâ ſui fructus comeſtione, vt quiſque cernet: At non ita fecit, quia dum inſtitutum fuit in ſignum Chriſti, & gratiæ ipſius, iam eius eſus interdictus erat hominibus; & efficaciter à Deo decretum vt non perciperetur ab illis, vtpote, peccato infectis, & propterea à paradiſo, cuius in medio lignum illud erat, eiiciendis vt ſileam, non poſſe niſi diuinando aſſignari bonum, ad quod ille ligni vſus, & eſus eſſet ſui ſuſceptorem habilem redditurus.

S. THOM. Q. LX.

38. *Coniugium cogitari poſſet habilitaſſe ad gratiam.*

Matrimonium quidem in illo ſtatu cogitari poſſet ſuſceptores ſuos vno è tribus modis ſacraſſe, ſiue habilitaſſe ad vnum è tribus bonis Eccleſiæ propriis. Primò ad recipiendam per illum contractum gratiam ex opere operato; vt plerique Doctores num. 21. memorati docuerunt. Dices, inde fieret, vt Adamus ante peccatum recepiſſet portionem aliquam habitualis gratiæ ex Chriſti meritis, ſed hoc non conceditur à Doctoribus qui negant, Chriſtum præuiſum eſſe ante peccatum. Reſpondeo, ſi non conceditur, eſſe neceſſario concedendum, vt probaui in tomo de Incarnatione Diſp. 55. n. 90.

39. *Non tamen ad eam habilitauit.*

Nihilominus tamen coniugium illud non contuliſſe gratiam, ita mihi perſuadeo. Vel matrimoniũ pro ſtatu Innocentię, ante Chriſti præfinitionem decretum eſt vt productiuum gratiæ, vel non niſi poſt Chriſti præfinitionem. Prior pars omni caret fundamento, etiam apud Aduerſarios, vtpote aſſerentes, matrimonium Adamo non contuliſſe gratiam niſi ex meritis Chriſti, quem præſignabat: ſi autem ante Chriſti præfinitionem decretum eſſet vt gratiæ productiuum, independenter à Chriſti meritis gratiam ei contuliſſet. Neceſſe eſt ergo dicant, præfinitionem illam coniugij vt productiui gratiæ, fuiſſe poſt Chriſti præfinitionem: proinde poſt præuiſionem ſtatus Innocentiæ parum duraturi: Ergo non fuit tunc præfinitum coniugium vt productiuum gratiæ. Nam ſi quam ob cauſam fuiſſet, maximè quia tunc iam ſignificabat Chriſtum, & Nouæ Eccleſiæ gratiam: At vtrumque ſignificabat poſtea in lege naturali, & ſcripta; nec tamen erat gratiæ collatiuum: Ergo nec in ſtatu innocentiæ fuit.

40. *Nec habilitauit ad ſignãdam ſuo vſu gratiam vnionis.*

Secundò cogitari poſſet matrimonium in ſtatu Innocentiæ habilitaſſe ſuos ſuſceptores, ad repræſentand ipſo matrimonij vſu vnionẽ hypoſtaticam; ita ſcilicet, vt carnalis copula coniugatorum, hoc ipſo eſſet ſignum ſacrum vnionis Chriſti cum Eccleſia; quod non haberet copula non coniugatorum. Sed contra primò, quia ſi matrimonium infidelium, vt concedit Vazquez, & ex Leone I. num. 30. relato plane colligitur, repræſentet gratiam Chriſti & Eccleſiæ; planè eius vſus vnionem hypoſtaticam repræſentat, quare non habilitaſſet in illo ſtatu ad bonum Eccleſiæ proprium, ſed commune cum aliis extra Eccleſiam. Contrà ſecundò, quia dum hoc præfiniretur, iam præuideretur Adamus lapſus, & ſtatus ille deſtruendus, antequam ſacramentum illud ſortiretur effectum, ſeu ſacrum illud ſignum: quia præuiderentur Primi Parentes prius peccaturi, quàm matrimonio vſuri: proinde per ſe inſtitutũ fuiſſet illud ſacramentum in illo ſtatu vt habilitans ad effectum obtinendum in alio ſtatu, quod eſt incredibile.

41. *Nec ad gignendos filios primogenitos iure diuino ſacerdotes.*

Tertiò cogitari poſſet congium habilitaſſe coniugatos ad gignendos primogenitos, diuino iure ſacerdotes. Id autem eodem pacto refellitur, ac illud quod numero præcedente refellimus. Addendumque aduerſus hæc tria proximè propoſita, etiamſi matrimonium Adami, & Euæ ad illa omnia ſuum habilitaſſet ſubiectum, non tamen adhuc futurum fuiſſe ſacramentum: quia per ſe inſtitutum fuiſſet ad ita habilitandos primos dumtaxat parentes vt num. 35. cerni poteſt: ideoque per ſe fuiſſet inſtitutum non pro toto Eccleſiæ ſtatu

per ſe

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

per ſe includeret plurimas perſonas,& longum tempus; quod eſſe de ratione ſacramenti probatum eſt Diſp. 1. ſect. 1. §. 5. & ad rem noſtram applicatum in hoc ipſo §. num. 35. & 36.

§. III.

Status Innocentiæ ſi perſeueraſſet, dubium eſt, vtrum ſacramenta habuiſſet.

42. Innocentiæ ſtatus variè perſeuerare potuit.

POtuit ſtatus ille perſeuerare vel vniuerſaliter, ita ſcilicet vt nec Primi Parentes, nec ipſorum poſteri gratiam amitterent; vel non vniuerſaliter, ita nempe, vt Adamo non peccante, plures poſterorum peccarent actualiter. Poſſumus etiam in vtrolibet horum euentuum conſiderare Chriſtum venturum, in euentu priori impaſſibilem, in altero paſſibilem, aut etiam impaſſibilem: & poſſumus in vtrolibet ſtatu conſiderare non venturum, non ſolùm ex vi præſentis decreti, ſed etiam alterius, vt in Tomo de Incarnatione Diſputat. 16. numer. 23. non improbabile cenſebamus. De omnibus his euentibus agitatur præſens quæſtio: quæ mihi non videtur ſolùm eſſe de decreto, quod tunc Deus habuiſſet, ſed etiam de illo quod reipſa habuit, conditionatum tamen. Sicut enim de facto decreuit conferre gratiam originalem omnibus Adami poſteris, ſi parens in gratia perſeueraſset, ita intelligere poſſumus ſub eadem conditione decreuiſſe dare, vel non dare illis ſacramenta ſeu collatiua, ſeu conſeruatiua, ſeu augmentatiua gratiæ, ſeu ſaltem reddentia homines habiles ad aliquod aliud bonum Eccleſiæ proprium.

43. Nam eſt q. nū ſacramenta habuiſſet, eſſe de his ſacramentis, contendit Vazquez

Vazquez Diſputat. 130. cap. 2. & 3. negat perſeuerante Innocentiæ ſtatu futura fuiſſe ſacramenta. Quia ſolùm eſt quæſtio de his ſacramentis, quæ nunc habemus: ſed iſta non fuiſſent, quia per ſe ſupponunt Chriſtum, eiuſque merita, & paſſionem; quæ in illo ſtatu non fuiſſent: Ergo neque ſacramenta. Maiorem probat, quia dum quæritur, an Adamo non peccante Verbum aſſumpſiſſet humanitatem, quæſtio eſt de hac numero quam aſſumpſit: Ergo dum quæritur, an tunc eſſet inſtituturus ſacramenta, quæſtio eſt de his quæ reipſa inſtituit.

44. Sed male: & peius probat ex q. An Adamo ſtāte aſſumpta eſſet humanitas.

Ego tamen, vt ab vltimo incipiam, nunquam putaui quæſtionem illam in tractatu de Incarnatione coarctari prorſus ad hanc numero humanitatem: ſicut enim hæc numerica prout talis neceſſaria non eſt ad finem primarium, & potiſſimum Incarnationis, ſeu peccante Adamo, ſeu non peccante; ita limitatio quæſtionis illius ad iſtam numero humanitatem, falſa eſt. Ergo pariter limitatio præſentis quæſtionis ad hæc ſacramenta quæ nunc ſunt. Imo hæc longè eſt falſior; nam illa quæſtio de Incarnatione duplex eſt, vna an verbum incarnaretur ex vi præſentis decreti; & altera, an vi alterius: prior autem omnino limitatur ad hanc numero humanitatem, quia præſens decretum hanc, & non aliam reſpicit: poſterior quæſtio non ad iſtam humanitatem arctatur, quia potuiſſet ex vi alterius decreti, altera aſſumi. In præſenti verò quæſtione nihil eſt ſimile: nam ſtatu innocentiæ perſeueraturo ſacramenta hæc, neque ex vi præſentis, neque ex vi alterius decreti eſſe poſſent, vt eſt certiſſimum, & infra explanabitur. Ideo dixi, quæſtionem illam tractatus de Incarnatione falſo limitari ad hanc numero humanitatem & præſentem, quæſtionem de ſacramentis falſiùs ad hæc noſtra limitari.

Nec enim arctatur q. ad hanc numero humanitatem.

45. An intellecta q. de aliis ſacramentis, vtramque partem eſſe falſam.

Opponit Vazquez, iſtas propoſitiones, *Si ſtatus Innocentiæ perſeueraſſet, alia ſacramenta inſtituta fuiſſent, ſi ſtatus Innocentiæ perſeueraſſet, alia ſacramenta inſtituta non fuiſſent*, ambas eſſe falſas: ſicut etiam iſtas duas, *Si Turca prandeat, non cœnabo*. Quia in propoſitionibus conditionatis ſignificatur connexio vnius partis cum altera: ſed inter Innocentiæ ſtatum perſeuerantem, & inter aliorum ſacramentorum inſtitutionem, aut non inſtitutionem, non eſt connexio, ſicut nec inter Turcæ prandium, aut cœnam, aut abſtinentiam meam: Ergo illæ propoſitiones ambæ falſæ ſunt. Ob eandem rationem cenſet idem autor, ſimul eſſe falſas duas iſtas, *Si Adamus non peccaſſet, poſteri peccaſſent, ſi Adamus non peccaſſet, poſteri non peccaſſent.* Quoniam inter Adami perſeuerantiam, & poſterorum peccatum, aut innocentiam, nulla reperitur connexio, quam reperiri propoſitiones illæ ſignificant.

46. Sed falsò: nā hypotheſes nō ſunt diſparatæ.

Verùm id etiam iure improbatur: nam inter duas huius propoſitionis partes, *Si Adamus non peccaſſet, Deus alia ſacramenta condidiſſet*, ſimilis eſt nexus, ac inter iſtas, *Si Petrus hâc illuſtratione præueniretur, conſentiret in actum bonum.* Sicut enim vocatio iſta eſt occaſio, qua Petrus poteſt moueri, & poteſt non moueri ad conſenſum; ita Adami perſeuerantia eſſet occaſio, qua Deus poſſet moueri, & poſſet non moueri ad aliorum ſacramentorum inſtitutionem. Quapropter exemplum illud, *Si Turca prandeat, ego cœnabo, ſi Turca prandeat, ego non cœnabo*, non eſt ad rem. Nam ibi nulla eſt connexio, quia nulla occaſio, nullum motiuum vnius partis ad alteram: cum nec Turcæ prandium ſit mihi nunciandum, nec futurum occaſio vt mihi vel ſuppetat cibus ad cœnam, vel ſit voluntas cœnandi aut ieiunandi.

Similiter dico, duas illas propoſitiones, *Si Adamus perſeueraſſet, poſteri peccaſſent, ſi Adamus perſeueraſſet, poſteri non peccaſſent*, non eſſe ſimul falſas. Quoniam Adami perſeuerantia occaſio eſſet, vt Deus, ſi vellet, poſteros confirmaret in gratia aut, ſi non vellet, non confirmaret: eſtò ambæ iſtæ, *Si Petrus hodie peccet Venetiis, Antonius hodie peccabit Conſtantinopoli, Antonius hodie non peccabit Conſtantinopoli*, ſimul falſæ ſint ob defectum connexionis. Quod ipſum in Tractatu de ſcientia Dei plures negant; & ego nunc omitto, quia nihil ad cauſam. 47.

48. Poteſt præſens q. ex conditionatā fieri abſoluta.

Illud quia maximè huc ſpectat, reuoco in memoriam ex num. 42. quæſtionem hanc poſſe non eſſe conditionatam, ſed abſolutam,

Digitized by Google

tam, nempe an Deus actu decreuerit, vt ſi ſtatus innocentiæ perſeueraſſet, eſſent ſacramenta. Sicut actu decreuit, vt ſi Adamus perſeueraſſet, poſteri in gratia conciperentur. Quia verò ſtatus innocentiæ potuit perſiſtere in omnibus hominibus, vel in aliquibus tantum, vt numer. 42. præmiſi, pro vtroque euentu decidenda eſt quæſtio, tùm de ſacramentis actu inſtitutis, tum de aliis.

49. *Stante innocentiæ ſtatu non fuiſſent hæc eadem ſacramenta ſaltē quoad formas.*

Dico primò. Siue ſtatus innocentiæ perſeueraſſet in omnibus hominibus, ſiue tantùm in aliquibus, non fuiſſent hæc eadem ſacramenta, quæ nunc habemus, ſaltem quoad formam. Ratio eſt clara, quia vel Chriſtus in vtroque eorum euentuum eſſet venturus, & paſſurus, vel non. Si non, non poſſent eſſe hæc eadem ſacramenta, nam ex his quædam, nempe noua, eſſentialiter pendent à Chriſto, vt à cauſa inſtituente, cuius voluntas eſt illorum forma: alia vero, vt vetera pendebant à nouis, vt à ſuis ſignificatis: cumque hæc à Chriſto eſſentialiter penderent, etiam vetera pendebant. Si autem Chriſtus venturus, & paſſurus tunc fuiſſet, adhuc non fuiſſent hæc eadem ſacramenta. Quoniam hæc in ſuis formis includunt reſpectum ad Chriſti meritum & ſatisfactionem pro ſanctis hominibus in Adamo lapſis. Ergo his omnibus non ita lapſis, illa minimè fuiſſent.

50 *Num autem alia diuerſa, gratiam cō ferētia ignotum eſt.*

Dico ſecundò. Siue ſtatus innocentiæ in omnibus, ſiue in aliquibus tantùm hominibus perſeueraſſet, ignotum nobis eſſet, num alia ſacramenta gratiam conferentia, ſiue quoad formam, ſiue etiam quoad materiam, diſtincta, inſtituenda fuiſſent, nec ne. Moueor, quia potuiſſent inſtitui, & potuiſſent non inſtitui pro merò Dei beneplacito: Atqui non eſt vnde, colligamus, an iſtud futurum eſſet de condendis ſacramentis, aut determinatè de non condendis: Ergo &c.

51 Maior & Minor conſtant primum in euentu, quo ſtatus innocentiæ in omnibus perſeueraret. Si enim tunc homines eſſent in gratia confirmati, aut impeccabiles, non haberent moralem neceſſitatem ſacramentorum; cum impeccabilitas & confirmatio in gratia ſine vſu ſacramentorum poſſet à Deo ſuauiter induci, vt è materia de gratia conſpicuum eſt: ideo nequit affirmari futura tunc ſacramenta. Neque verò poteſt affirmari non fuiſſe futura; quia ſine morali neceſſitate ſuauiter inſtitui poſſent ad magnum decus illius feliciſſimi ſtatus, quale proueniret ex ſacramentis nobiliſſimis, & Euchariſtiæ, & Ordini ſimilibus. Fuiſſet enim ſtatus ille Monarchicus; illiuſque caput eſſe potuiſſet Pontifex, & ſacerdos, & ſummus ſacerdos, atque adeo ſub ſe habens inferiores ſacerdotes, & alios Dei miniſtros, vt Diaconos, & ſubdiaconos; & omnes ij per vera quædam Ordinis ſacramenta gratiam conferentia ordinari. Si verò tum homines eſſent peccabiles, & non in gratia confirmati; potuiſſent quidem illis ſuauiter inſtitui ſacramenta ad conſeruandam gratiam: potuiſſent etiam ſine ſacramentis alia conferri media, & ſuauia, & efficacia ad illam conſeruandam, copia ſcilicet auxiliorum; remotiones occaſionum illam amittendi, ſpecialis roboratio contra tentationes &c.

Neutra itaque pars certò affirmari poteſt in illo euentu, in quo ſtatus innocentiæ in omnibus hominibus perſeueraſſet. Neutra item poteſt decerni certò de altero euentu, quando ſcilicet innocentiæ ſtatus perſeueraret in aliquibus, & in aliquibus peccantibus deſineret. Poſſet enim Deus aut lapſos relinquere ſine remedio, vt malos Angelos; aut aliter quam per ſacramenta moraliter, & ſuauiter illis ſubuenire, ad recuperandam gratiam, vt ſuccurrit primis parentibus, cunctiſque peccatoribus poſteris vſque ad principium legis Euangelicæ. 52

53. *Sicut etiam, an alia gratiam noncōferentia.*

Dico tertiò. De neutro prædictorum euentuum certò pronuntiari poteſt, futura in ſtatu innocentiæ perſeuerante ſacramenta non collatiua gratiæ, ſed ſolùm extrinſecè conſecratiua, ſiue habilitantia ſubiectum ad bonum Eccleſiæ proprium. Quia licet ſuauiter colligari poſſent in vnum Religionis nomen per aliquod, vel aliqua eiuſmodi ſacramenta, ſuauiter etiam poſſent per aliqua ſigna ſenſibilia, quæ non eſſent gratiæ ſigna, ac proinde nec ſacramenta. Quid autem tunc Deus decreturus fuiſſet abſolutè, aut quid reipſa decreuerit ſub conditione, quod ſtatus innocentiæ modo aliquo ex dictis perſiſteret, nec ſcriptura, nec traditio, nec aliqua fidei Regula, nec Doctorum conſenſio tradit; ſine his autem ducibus neutra pars aſſeri poteſt. *Quis enim cognouit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit?* Et ex his cumulatè ſatiſfiet obiectionibus, quas aduerſarij poſſent afferre.

SECTIO III.

An, & quæ ſacramenta fuerint in lege naturali.

CLaritatis ſtudio decidetur hæc lis priùs in genere, & poſteriùs in ſpecie, præmiſſo tamen ipſius ſtatu. 54

§. I.

Aliquod fuit in lege naturali ſacramentum.

Naturalis lex eſt quæ viguit à peccato Adami vſque ad circumciſionem Abrahami.

LEx naturalis ea dicitur, quæ viguit ſtatim poſt peccatum Adami vſque ad circumciſionem Abrahami, nimirum per annos circiter bis mille: imo vſque ad legem ſcriptam, &, Moyſi traditam, quadringentis fermè annis poſt Abrahami circumciſionem. Vocatur lex naturalis, non quod eo tempore præcepta ſupernaturalia nulla prorſus eſſent; ſed partim quia parciſſima erant deque ſolis ferè illis rebus, quæ per ſe ad iuſtificationem requiruntur, vt Theologica fides, Spes, Charitas; partim quia lex illa ſcripta non erat: vnde quæ ipſam proxime ſecuta fuit, abſolute nominatur lex ſcripta.

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

Quamuis autem nec præceptum circumciſionis Abrahamo impoſitum, nec aliquod aliud ſcriptum fuerit tempore Abrahami, ſed poſt 400. circiter annos per miniſterium Moyſis: tamen & præceptum circumciſionis, & tempus in quo primum impoſitum fuit cenſentur non pertinere ad legem Naturalem, ſed ad ſcriptam, quia cenſetur ſimpliciter impoſitum pro lege ſcripta, ſeu Moyſis, ad quam tempus illud 400. annorum fuiſſe dicitur quaſi veſtibulum vel diſpoſitio. Nihilo tamen minus, dum quærimus, vtrùm in lege Naturali Sacramenta fuerint, duo quærimus; vnum, An à peccato Adami, vſque ad Circumciſionem Abrahami fuerit aliquod ſacramentum: alterum, An poſt Circumciſionem Abrahami vſque ad legem ſcriptam fuerit ſacramentum aliquod à Circumciſione diſtinctum.

Imo vſque ad legem Moyſi traditam.

56. Nam In lege naturali ſacramenta fuerint, q. eſt independens à remedio paruulorum.

Hìc vero Doctores primò & potiſſimè diſputant, An tempore legis Naturalis fuerit aliquod ſacramentum, quo paruulis infunderetur gratia; & originale deleretur? vel aliter, An eo tempore ſacramentum fuerit in remedium paruulorum. Sed eſt quæſtio, quantum aſſequor, ab hoc loco prorſus aliena: quia non hìc agitur de Sacramentis gratiam conferentibus, vel de ipſorum efficacitate ad gratiam conferendam; eſtque expedientiſſimum, vt punctus iſte de ſacramentis omnibus inferiùs exagitetur exagitabitur autem in Diſputatione 7. & 13. Primò de ſacramentis legis Euangelicæ, Secundò de ſacramentis legis ſcriptæ: hæ vero deciſiones, quæ faciliores erunt, quaſi manu nos ducent ad ſolutionem difficilioris controuerſiæ de remedio paruulorum in lege Naturali. Neque verò iſtius ſolutio neceſſaria eſt ad præſentem decidendam, vt ex diſcurſu conſtabit.

57. Nullum in ea fuiſſe, qui DD. & quo fundamento doceant.

Durandus, Martinus Ledeſma, Dominicus Sotus, & cum eis Vaſquez in quæſt. 61. art. 3. num. 36. ſcribunt, in lege naturali nullum ſacramentum extitiſſe. Suadent præcipuè, quia ſi aliquod fuiſſet, maximè in remedium infantium: Sed ad hunc finem non fuit in ea lege ſacramentum, quia tunc infantes iuſtificabantur per ſolam fidem parentum internam; hæc vero cum ſenſibilis non ſit, eſſe non poterat ſacramentum, vt ex iſtius definitione patet: Ergo. Confirmare id poſſumus, & meo iudicio validiſſimè: Quia ſi ſacramentum iſtud legis naturalis, quod longe facilius, & ſuauius erat ſacramento Circumciſionis, contuliſſet paruulis gratiam; ſanè præpoſterum videretur, ac proinde incredibile, quod Circumciſio paruulis gratiam non conferret; hoc autem eſt veriſſimum, & plane certum, vt Diſput. 14. ſect. 1. demonſtrabitur: Ergo paruulis in lege Naturali non conferebatur gratia per aliquod ſacramentum.

58. Probabilius exiſtimamus, aliquod ſaltem extitiſſe.

Mihi probabilius eſt in lege naturali verum fuiſſe ſacramentum. Quod abſolutè & tanquam verum affirmant SS. Doctores Auguſtinus & Thomas illico referendi, Canus in ſuæ Relectionis parte 3. §. *Ad primum*, & plerique Thomiſtæ: accedunt Suarez Diſput. 4. ſect. 3. Henriquez lib. 1. cap. 5. num. 4. vbi doctrinam hanc certam appellat, Coninck quæſt. 61. art. 3. dub. 1. num. 18. & plures, quos allegat, & approbat Sayrus lib. 3. cap. 3. quæſt. 3. art. 1. §. *Tertia ſententia*, & nuperrime Granadus Tractat. 2. Diſput. 2. à num. 6. Maratius Diſput.. ſect.. & Lugus Diſput. 5. ſect. 1. Dico, partem iſtam eſſe probabiliorem; quia cum neutra poſſit euidenter oſtendi, hæc habet pro ſe communem Doctorum ſenſum; plus autoritatis in Sanctis Patribus, & in ſeipſa plus conſequentiæ, & rationis, vt iam enitar oſtendere.

Primò ſuadetur quia teſte Auguſtino lib. 19. contra Fauſtum cap. 19. *In nullum nomen Religionis poſſunt homines conuenire, niſi aliquo ſignorum ſenſibilium*; quæ Sanctus Doctor ſacra ſigna & ſacramenta nominat, *conſortio colligentur*: Sed homines legis Naturalis conueniebant in vnum nomen Religionis: Ergo colligabantur conſortio ſignorum ſenſibilium ſacrorum. Cùm autem ea ſigna ſacra eſſent, & proinde rem ſacram ſignificarent, non eſt cur non ſignificauerint gratiam, ſicut eam certiſſimè ſignificarunt ſacra ſymbola legis Scriptæ, quæ Naturalem proximè ſecuta eſt. Vtraque enim ſymbola propter Chriſti merita inſtituta, & tradita fuerunt: vtraque fidelibus ambarum legum in figura contingebant; Ergo vtraque Chriſtum, eiuſque gratiam vberem præſignabant. Rurſus vtraque conſtituebant hominem intra Eccleſiam, & iſtam eſſentialiter conſtituebant in ſe, & à non Eccleſia diſtinguebant: Ergo vtraque fuerant à Deo, illius Eccleſiæ conditore, inſtituta: & vtraque ſacrabant, ſiue habilitabant hominem ad bonum Eccleſiæ proprium: vtriſque ergo conueniebant omnes partes, quibus ſacramenti definitio compoſita fuit Diſput. 1 ſect. 2. §. 2. quod apertiùs conſtabit ex dicendis. 59.

I. Quia teſte Auguſtino fideles tunc aliquibus ſymbolis colligabantur.

Eiſque ſymbolis omnes definitionis ſacramenti partes congruebant.

Secundò ſuadetur, quia S. Thomas q. 61. art. 3. nihil diſtinguens inter legem Naturalem, & ſcriptam, affirmat oportuiſſe, vt poſt Adami lapſum, & ante Chriſti aduentum, eſſent aliqua propriè dicta ſacramenta, quod ita probat: Sacramenta ſunt neceſſaria ad hominum ſalutem, quatenus ſunt quædam ſenſibilia ſigna, quibus homo proteſtans ſuam fidem in Chriſtum, ſanctificatur: & hæc appellantur ſacramenta. Quidquid verò ſit de modo ſanctificationis per antiqua ſacramenta, quem loco ſuo cum S. Thoma trademus, ſanè hæc ipſius ratio vel nihil omnino probat, vel clarè oſtendit, etiam in lege naturali ſacramenta vera fuiſſe. Videndus eſt ibidem, *Ad ſecundum*: quippe ſacramenta legis naturalis, & ſcriptæ in eo tantum diſtinguit, quod illa priora fuerant minus determinata, nimirum quoad aliquam materiam, vt num.... declarabitur. 60.

II. Quia S. Thomas abſolute ait poſt Adam lapſum ſacramenta conueniſſe.

Videndus denique idem S. Thom. in reſponſione. *Ad tertium*, vbi oblationem Melchiſedech pleno vocat ore Sacramentum; & in eo diſcriminat à ſacramentis legis ſcriptæ, quod hæc ſunt ſimiliora paſſioni Chriſti, illud autem in materia ſimilius eſt 61.

Idemque oblationem Melchiſedecis abſolutè vocat ſacramētum.

Eucha

Digitized by Google

Euchariſtiæ. Atqui ſi oblatio Melchiſedec, & alia legis naturalis ſacra ſymbola, ſtrictè Sacramenta non fuiſſent non oportuiſſet iſtas aſſerti differentias; præſertim ſolas; primò enim dicendum fuiſſet, vel certe non ſilendum, ſymbola legis naturalis diuerſa fuiſſe à ſymbolis ſcriptæ, ſicut ſacramenta metaphoricè & impropriè dicta à propriè & ſtrictè dictis. Sentit ergo S. Doctor, illa fuiſſe propriè ſacramenta.

Eiuſque differentiam à Sacramentis L. V. aſſignat.

62 III. Quia tunc ſacramentorum vſus moraliter fuit poſſibilis, & conueniens.

Tertiò demum ſuadetur, quoniam vſus ſacramentorum in lege naturali fuit moraliter poſſibilis: ſicut enim Circumciſio propter Christi meritum inſtituta eſt in Sacramentum & Abrahamo tradita, ſic & futurus inſtitui, & tradi potuerunt ante Abrahamum ex Chriſti meritis alia ſacramenta: nimirum Adamo iam lapſo, & per pœnitentiam ſuſcitato. Deus enim ſicut Sap. 7. v. 27. dicitur *poſſe omnia*, ſic Sap. 10. v. 2. dicitur dediſſe Adamo iam ex culpa ſua educto, *Virtutem continendi omnia*, nempe gubernandi mundum, & præſertim homines, idque præcipuè in ordine ad finem ſupernaturalem æternæ beatitudinis. Proinde ſicut Primus Parens à Deo doctus filiis intimauit præcepta theologicarum virtutum Fidei, ſpei, & Charitatis, ita moraliter potuit, & credendus eſt à Deo didiciſſe, & illis tradidiſſe ſacrificia, & alia ſacra ſymbola, quibus fidem Redemptoris profiterentur; & eiuſmodi fuiſſe ſacrificium Abelis, & agnum ab ipſo oblatum, qui tam clarus extitit Chriſti occidendi typus, vt Apocalip. 13. v. 8. Chriſtus ipſe propterea dicatur, *Agnus occiſus ab origine mundi*.

63 Diuinamque prouidentiā maximè decens.

Similiter etiam exiſtimari debet ſacrificium & rem à Melchiſedec oblatam, ab ipſo Deo fuiſſe inſtituta in ſacrificij, & ſacramenti Euchariſtici ſymbola, & Adamo reuelata, & ab Adamo filiis, aliiſque poſteris, quaſi per manus tradita, & alia de quibus ſtatim. Id vero maxime decebat diuinam ſapientiam Eccleſiæ gubernatricem, quæ ſicut dicitur Sap. 7. v. 27. Cum ſit vna, omnia poteſt: & in ſe permanens, omnia innouat: & per nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei, & prophetas conſtituit. Denique modus hic maximè ſpectabat ad prouidentiam diuinam, quæ ſicut Sap 8. v. 1. refertur, *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.* Neque enim corporea Eccleſia ſine corporeis ſymbolis ſuauiter conſtaret: cumque talia ſymbola propter Chriſti meritum eſſent inſtituta, non minus gratiam præſignabant, quam Circumciſio: nec eſt cur alia ad ſacramentorum eſſentiam requiſita non habuerint.

64 Quod etſi non contineatur in ſacris litteris.

Obiicies non id conſtare ex diuinis libris. Fateor, ſed inde ad ſummum fit, aſſertionem noſtram non eſſe fide certam, minimè verò probat, non eſſe veram: nam neque in Scripturis continetur, fuiſſe in ea lege præceptum fidei, ſpei, & charitatis; Patres tamen, Concilia & Doctores inferunt fuiſſe, ex modo ſuaui, & connaturali, & vniformi iuſtificationis, ita vt iam certum ſit ea tunc viguiſſe præcepta: Ad eum ergo modum ex modo ſuaui, & quaſi connatura-

li, quem que Deus in aliis legibus tenuit gubernandi Eccleſiam per ſacramenta, inferimus, vt probabilius, eundem tenuiſſe in lege naturali: Quod in ſequenti §. magis explanabitur: ad argumentum numer. 57. propoſitum, num. 68. reſpondebitur.

S. THOM. Q. LX. Ex ſtylo tamen Dei vt probabilius infertur.

§. II.

Fuerunt in lege Naturali tria vel quatuor Sacramenta.

IN primis arbitror, fuiſſe in lege naturali ſacramentum, quo tam paruuli per parentes, & adulti ex gentiliſmo conuerſi per ſeipſos profitebantur Chriſti venturi fidem, & in corpus Eccleſiæ cooptabantur: ad eum modum quo poſtea in lege ſcripta cooptabantur per Circumciſionem, & in Euangelica per Baptiſmum: fuit illud ſacramentum, quod in fidei profeſſione conſiſtebat, produceret gratiam ex opere operato, vt nunc producit Baptiſmus, ſiue non produceret, ſed productam ſupponeret, vt ſupponebat Circumciſio: de hoc enim, vt num. 56. monui, non eſt hic agendi locus. Solùm itaque dicimus fuiſſe in lege naturali ſacramentum, quod fuerit fidei profeſſio, & Eccleſiæ ianua, proinde commune paruulis, & adultis Eccleſiam ingredientibus.

65 Fuit in l. Naturali ſacramentum paruulis, & adultis commune, vt Eccleſiæ ianua.

Et quidem fuit in ea lege remedium, quo paruuli iuſtificabantur: ſed illud remedium aut erat ſacramentum, aut habebat ſacramentum moraliter annexum: Ergo in ea lege fuit ſacramentum infantibus applicandum. Maiorem omnes iam concedunt: quis enim aſſerat, omnes infantes, qui in lege naturali per ipſos bis mille annos in Dei populo deceſſerunt, periiſſe defectu remedij ipſis prouiſi? Simili enim ratione ducitur Innocentius III. in Cap. *Maiores* de Baptiſmo, vt definiat, iſtum paruulis Nouæ legis eſſe ſalubrem. Minorem propoſui cum illa diſiunctione: non quod in dubium vertam, an remedium, & ſacramentum illius legis diuerſa realiter fuerint; nam ſicut in lege ſcripta remedium paruulorum erat parentum fides, Circumciſio autem ſuperueniens, non erat remedium, ſed ſignaculum vt Diſp. 13. ſect. 1. probabitur, idem prorſus de fide parentum, & de ſuperueniente ſacramento ſeu paruulorum ſignaculo dicendum cenſeo. Propoſui tamen Minorem illam diſiunctiuam, tum vt faciliùs probem: tum quia duo, quæ moraliter plerumque iunguntur, pro vno, & eodem accipi ſolent, vt in exemplo remedij paruulorum cum Circumciſione coniuncti perſpicuum eſt.

66 Remedium paruulorum aut facit ſacramentum, aut iſtud habuit annexū.

Fuiſſe igitur ſacramentum cum remedio paruulorum legis Naturalis vel identificatum, vel coniunctum, ſuadetur ex Auguſtino lib. 5. contra Iulianum Pelagianum cap. 11. ſcribente: *Nec ideo tamen credendum eſt, ante datam Circumciſionem famulos Dei, quandoquidem in eis erat Mediatoris fides in carne venturi, nullo Sacramento eius opitulatos fuiſſe paruulis*

67 Conſtat ex S. Auguſt.

S. Tho. Q. LX.

ſuis: quamuis quid illud eſſet, aliquâ neceſſariâ cauſâ Scriptura latere voluerit.

68 **Remedium illud conferente cum circumciſione, & Baptiſmo.**

Eiuſmodi ſacrum remedium comparat ſanctus Doctor tû circũciſione, & cum Baptiſmo: proinde clarè ſignificat fuiſſe ſignum ſenſibile, præſertim cum illud vocet ſacramentum, hoc eſt ſignum ſacrum, aptum ad profitendam inter homines fidem, & ingrediendum Eccleſiam viſibilem, quæ duo per illud ſymbolum præſtabantur. Ideo vocat illud Auguſtinus ſacramentum Chriſti, nempe inſtitutum & propter Chriſti meritum, & ad ſignificandum, & profitendum Chriſtum venturum, atque adeo etiam copioſam eius gratiam in lege Euangelica futuram. Apertè quoque indicat ſanctus Doctor, fuiſſe illud ſignum vnum, & idem in toto illius Eccleſiæ corpore, & tempore. Signum autem Chriſti, & ipſius gratiæ, & pro toto legis illius ſtatu, imo & Eccleſia illius conſtitutiuo, non ab alio quam à Deo fuit inſtitutum; ſicut in lege Veteri circumciſio, & in Euangelica Baptiſmus. Cumque per illud, quaſi per oſtium, infantes intrarent Eccleſiam, per illud reddebantur habiles ad bonum Eccleſiæ proprium: Ergo nihil ei ſymbolo deerat ad veram ſacramenti rationem.

69 **Illud erat infantibus, è Gentiliſmo conuerſis commune.**

Iam vero cum non ſolum infantes, ſed etiam adulti è Gentiliſmo conuerſi, illam intrarent Eccleſiam, conſequens eſt, illud ſacramentum fuiſſe paruulis & adultis commune, & reſpondiſſe circumciſioni legis Veteris, & Baptiſmo Nouæ.

70 **Nec obſtat quod lex nõ eſſet ſcripta, & fideles eſſent diſperſi.**

Oppones, ſignum illud non fuiſſe à Deo determinatum, quia lex non erat ſcripta, & fideles erant valde diſperſi. Sed eſt ratio debilis: quia tempore Abrahami vtrumque reperiebatur, & tamen circumciſio iam erat ſignum à Deo ipſo determinatum. Imo ante circumciſionem Abrahamo iniunctam vtrumque reperiebatur, & tamen remedium paruulorum, ſcilicet parentum fides, à Deo determinatum fuerat, ſicut etiam adultorum remedium in ipſorum fide, ſpe & charitate conſiſtens: Ergo.

71 **Nec obeſt, quod pro materia'i non eſſet in omnibus idem.**

Inſtabis non potuiſſe illud ſignum eſſe vnum, quia profiteri fidem, & ea profeſſione Eccleſiam ingredi, commune erat paruulis, & adultis. Reſpondeo, non intendimus fuiſſe penitus idem; ſed fuiſſe ſacramentum conſiſtens in externa fidei profeſſione, & introducens in illam Eccleſiam: eſto, in materia, ſiue externo ritu profitendi fidem, nonnihil eſſet varietatis, paulò aliter profitentibus adultis, nimirum per ſeipſos & proprio nomine, aliter verò paruulis, non per ſe ipſos, ſed per parentes.

72 **Fuit in lege Naturali ſacramentum Ordinis.**

Deinde cenſeo, fuiſſe in lege Naturali ſacramentum Ordinis, ſiue Ordinationis, reſpondens ſacramento Ordinis tum legis Moyſi, tum Chriſti. Fuit etenim in lege Naturali ſacerdotium, vt conſtat non ſolum ex generali hominum conſuetudine etiam Gentilium, ſacerdotes habentium, quæ conſuetudo ex lege Naturali traxit originem; ſed etiam, & præcipuè & clariſſimè ex Geneſ. 14. verſ. 18. & Pſalm. 109. verſ. 5. Hebr 7. a v. 1. quibus in locis Melchiſedec ſacerdos legis naturalis aſtruitur: Chriſtuſque dicitur fuiſſe ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec. Ergo ſacerdotes illius legis, & ordinis, fuerunt ad ſacrificium offerendum conſecrati, ſiue initiati per externum aliquem ritum, proinde per ſignum ſenſibile, & generale, & Chriſti eiuſque gratiæ ſignificatiuum; nec minus à Deo inſtitutum, quam ordinatio ſacerdotum Aaronicorum; ſeu legis ſcriptæ: tum quia ſacerdotium Melchiſedecium, erat vniuerſalius, ſeu plures ad populos pertinens: tum etiam quia melius præſignabat Chriſtum Dei filium venturum, vnde Paulus ad Hebræos 7. latè ponderat, non eſſe, nec vocari Chriſtum ſacerdotem ſecundùm ordinem Aaronis, ſed ſecundum ordinem Melchiſedec, vtpote magis aſſimilati filio Dei.

Qui fuerunt veri ſacerdotes.

73 **Proinde Ordinatio omnibus ſacramenti numeris abſoluta.**

Cum igitur iſta ordinatio fuerit ſignum ſenſibile, pro toto illius Eccleſiæ ſtatu à Deo inſtitutum, & propriè ſacrans, ſiue habilitans ad bonum eccleſiæ proprium, nempe ad ſacrificium, & illius Eccleſiæ nomine, & cum Chriſti ſignificatione offerendum, omnibus fuit ſacramenti numeris abſolutum, reſpondens ſacramento ordinis tum Veteris, tum Nouæ legis.

74 **Fuit etiam ſacramentũ panis & vinum, à ſacerdotibus illius l. oblatũ.**

Præterea cenſeo, rem oblatum à ſacerdotibus ordinis Melchiſedec, panem ſcilicet & vinum, fuiſſe verum ſacramentum Euchariſtici noſtri præfiguratiuum. Quod enim res illa oblata iſtam præſignauerit, ſenſus eſt ſummorum Pontificum, Conciliorum, Patrum, Doctorum, omniumque fidelium. Si autem ordinatio ſacerdotis ad rem illam offerendam, fuit ſacramentum præſignatiuum noſtræ ordinationis deſtinantis ad Euchariſtiam offerendam: conſequentiſſimum ſanè eſt, vt res oblata à ſacerdotibus illa Melchiſedeci ordinatione initiatis, ſacramentum fuerit præſignans Euchariſtiam, ſeu rem oblatam per ſacerdotes ad iſtam offerendam initiaturos. Præſertim vero cum nihil eorum, quæ pertinent ad eſſentiam ſacramenti poſſit illa re oblata cum fundamento deſiderari.

Liquet ex oblatione Melchiſedecis.

75 **Illuſtratur exemplo Agni Paſchalis.**

Si enim phaſe, ſiue ipſe Agnus, Paſchalis, fuit ſignum ſenſibile gratiæ per Chriſti mortem afferendæ; profectò panis, & vinum à Melchiſedec oblata, ſignum fuerunt ſenſibile gratiæ conferendæ per Euchariſtiam ſpecie panis, & vini conſtantem. Si Paſchalis Agnus illam ſignificationem accepit à Deo pro tota lege ſcripta; panis & vinum cur non iſtam acceperit à Deo pro tota lege Naturali? Denique ſi Paſchalis Agnus rite manducatus habilitabat ad bonum Veteris Eccleſiæ proprium, nempe ad communicandum cum fidelibus in aliis ſacrificiis, & ritibus: cur panis & vinum per ſacerdotes Melchiſedecios oblata, & à fidelibus rite percepta, non præbuerint ſimilem conſecrationem ſiue habilitationem? Habuit igitur ea res oblata quidquid requiritur ad ſacramentum noſtro Euchariſtico reſpondens.

76 **Nec ſolidè dicitur, oblatio illa gratiam Euchariſticam priuatim dumtaxat præſignaſſe.**

Obiicies ex Vaſquez quæſtio. 61. art. 3. numero 41. & 42. ad rationem ſacramenti propriè ſumpti, non ſufficit vt quolibet modo ſignificet gratiam, ſed requiri vt ſit inſtitutum ad eam communiter ſignificandam: Sed Ordinatio Melchiſedecis, & res ab ipſo oblatæ, non fuerunt eiuſmodi: Ergo non fuerunt propriè ſacramenta: alias coniugium,

infide

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX. infidelium, quod ſignificat Chriſtum, eiuſque gratiam, propriè ſacramentum eſſet. Reſpondeo, minorem carère fundamento. Si enim Circumciſio ſymbolum fuit inſtitutum ad ſignificandum communiter gratiam conferendam in noſtro Baptiſmo: quo fundamento dici poteſt, panem & vinum à Melchiſedece oblata fuiſſe quidem ſignum gratiæ conferendæ per Euchariſtiam, non tamen fuiſſe ſignum ad eam ſignificandam communiter, ſeu cunctis fidelibus, ſed ſoli Melchiſedeci. Cur autem infidelium coniugium Sacramentum non ſit, rationem apertam ſupra reddidi, quia non ſacrat, ſiue habilitat ad bonum Eccleſiæ proprium.

77. Agnus in L. Naturali ſacrificatus, ſacramentũ fuit. Tandem exiſtimo fuiſſe in lege naturali ſacrificium agni cruentum, & agnum fuiſſe propriè ſacramentum præfigurans Chriſtum occidendum, & gratiam inde exituram. Ducor exemplo ſacrificij Abelis, ratione cuius Chriſtus dicitur agnus occiſus ab origine mundi, vt num. 61. dicebam: & exemplo agni Paſchalis in lege ſcripta oblati: reor enim quoad ſubſtantiam idem fuiſſe ſacrificium agni à tempore Abelis per totam legem Naturalem & ſcriptam offerri ſolitum; cum differentiis tamen accidentalibus, quod in lege Veteri ſcriptum fuerit eius præceptum, & addita ceremonia accidentalis comedendi illum cum azymis panibus, & lactucis aggreſtibus, & viatorum ritu, & feſtinanter, idque in memoriam eorum, quæ in egreſſu ex Ægypto contigerant.

78 Eſt enim id diuinæ prouidentiæ cõſonãtiſſimũ. Probo quia ſtylus hic eſt admodum conformis dignitati diuinæ prouidentiæ, vtpotè à fine vſque ad finem attingentis, & cuncta ſuauiter diſponentis. Quare ſicut ab initio ſtatus innocentiæ ſalutem conſtituit in fide, ſpe, & Charitate, idque remedium magis vel minus expreſſum vſque ad ſæculi finem, vigere voluit: & ſicut ſemper voluit eſſe Sacerdotes & ſacrificia, magis vel minus exprimentia Chriſtum, eiuſque gratiam futuram: ita voluit vt Agnus per ſacrificium legis Naturalis & ſcriptæ mactatus, ſacramentum eſſet, magis vel minus exprimens, propriè tamen ſignificans Chriſtum, eiuſque paſſionis gratiam.

79. Firmatur, quia ſemper voluit Eccleſiam intrari per Chriſti Mediatoris confeſſionem, iam minus, iam magis expreſſam: Ergo ſemper voluit in Eccleſia coli per Sacrificium Agni, quod eſſet propriè Chriſti ſacramentum, nempe in lege Naturali, & Veteri oblationem agni cruentam, & in Euangelica oblationem Chriſti incruentam. Atque hæc me ratio cogit, vt exiſtimem in omni lege profeſſionem fidei, per quam in Eccleſiam intratur, conſtitiſſe in confeſſione, ſiue expreſſo ſymbolo myſterij Trinitatis, vt oſtendam Diſput... de Baptiſmo ſect.

SECTIO IV.

An, & quæ Sacramenta fuerint in lege Veteri.

80. Fuerunt v. L. DIco primo fuiſſe in lege Veteri, quam aliis nominibus vocamus ſcriptam, & Moyſi, vera Sacramenta. Concluſionem hanc vocat Granadus Tract. 2. Diſp. 2. num. 19. indubitatam, ſed immerito, negatur enim à pluribus, grauibuſque Doctoribus, & inter alios ab autoribus Catechiſmi Romani, requirentibus ad propriam Sacramenti rationem, vt ſit ſui ſubiecti ſanctificatiuum per gratiæ productionem, qualia certum eſt non fuiſſe legis veteris ſacramenta: proinde ſatis eſt aſſertionem iſtam vocare veram, vel multò probabiliorem. Probatur autem illo fundamento & diſcurſu, quibus Diſp. 1. ſect. 3. §. 3. probauimus, in ratione ſacramenti ſynonimè conuenire Noua & Vetera; nam Veterum nomine, ſaltem potiſſimè veniunt ſacramenta legis ſcriptæ. ſacramẽta in l. Vetere.

81. Nam & à Conciliis & Patribus abſolutè vocan ur ſacramenta. Eiuſmodi autem fundamentum & diſcurſus eſt, quoniam ex vna parte Concilium Florentinum poſt ſeſſ. vltimam in decreto Eugenij IV. pro inſtruendis Armenis §. *Quinto Eccleſiaſticorum*, & Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. Can. 2. abſolutè & ſimpliciter ea vocant ſacramenta, idemque præſtant SS. Patres, Ambroſius, Auguſtinus, & Magiſter, ac S. Thomas, & plerique ſcholaſtici: ex altera vero parte non eſt cur dicamus fuiſſe impropriè ſacramenta, nam tota definitio ſacramenti citra metaphoram illis competit, vt loco citato vidimus: Ergo fuerunt in lege Moyſi ſacramenta propriè dicta. Et tota ſacramenti definitio illis propriè competit.

82. Circumciſio in lege Veteri ſacramentũ propriè fuit. Dico ſecundò. Fuit in ea lege Circumciſio propriè & ſtricte Sacramentum. Eſt ſententia communis, & ſuadetur, quia iam conſtat fuiſſe in lege Veteri vera ſacramenta: ſed inter illa potiſſimum fuit Circumciſio: Ergo fuit propriè ſacramentum. Conſtant hæc omnia ex diuinis literis, & SS. Patribus magnificè loquentibus de Circumciſione, tanquam illius Eccleſiæ ianua, ſignaculo, & cui ſucceſſerit in lege Euangelica Baptiſmus. Roman. 4. v. 11. de Abrahamo dicitur, *Signum accepit Circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei*, id eſt, accepit ſymbolum quod eſt Circumciſio, & ſymbolum fidei &c. Et Coloſſ. 2. v. 11. & 12. & 13. Circumciſionem cum Baptiſmo confert, & in magna iſtius laude ponit ſucceſſiſſe Circumciſioni, non expoliando carnem carne, ſed mundando animum à peccato. Hinc Innocentius III. in cap. *Maiores* de Baptiſmo, Circumciſionem vocat myſterium, & expreſsè docet, ei ſucceſſiſſe Baptiſmum. Denique S. Auguſtinus lib. 3. contra Iulianum cap. 18. & alij Patres Circumciſionem expreſsè nominant ſacramentum: comparantque cum Baptiſmo, & affirmant iſtum pro illa abrogata ſubrogatum eſſe: Planè ergo ſignificant, fuiſſe ſtricte ſacramentum. Ex Apoſtolo, & Patribus planè colligitur.

83. Eique tota competit ſacramenti definitio. Eſt etiam aperta ratio; quoniam illi propriè quadrat, tota ſacramenti definitio. Fuit enim ſignum gratiæ, ſeu iuſtitiæ, vt ſupra dixit Paulus fuiſſe in Abrahamo: qui quoniam illam receperat ex meritis Chriſti, facile intelligitur eius circumciſionem fuiſſe ſignum gratiæ inter Chriſtum & Eccleſiam futuræ, & in lege Noua conferendæ. Quam ſignificationem, vtpote natiuam, & ex vi ſuæ inſtitutionis acceptam, retinuit Circumciſio in Abrahami poſteris; vt communis opinio fert. Nec modò diſputo, fueritne ſignum gratiæ, quæ per ipſam, vel in ipſa conferretur; ſolum

nomine, Græci Marcoſios, & quidam Latinorum Marcitas vocant. Hi teſte S. Irenæo lib. 1. cap. 18. in medio, dicebant, *non oportere, inenarrabilis, & inuiſibilis virtutis myſterium, per viſibiles, & corruptibiles perfici creaturas, & ea quæ mente concipi non poſſunt, & incorporalia, & inuiſibilia, per ſenſibilia, & corporalia:* Et quanquam ibi de Baptiſmo dumtaxat narratio ſit, quam illi hæretici reſpuebant: ratio tamen dicta generalis eſt; qua planè deprehenduntur ſacramenta omnia negaſſe. Per *myſterium* autem *ineffabilis virtutis* ſignificabant, vt opinor, internam hominis ſanctificationem, quam per ſacramenta perfici Catholica fides docet; vel ſignificabant ipſam redemptionem à Christo factam, quæ iuxta fidem Catholicam, per internam ſanctificationem applicatur, & veluti conſummatur, atque perficitur.

Indigna ratio, ſi myſterium ineffabilis virtutis, per corporeas res perficeretur.

92 Quoniam autem illis, vt reor, obiiciebant Catholici, ſanctificationem, & redemptionem iſtam, maxima ex parte perfici, & applicari per ſacramenta, idcircò addebant, eodem Irenæo ibidem referente, perfectam redemptionem, in vera Dei, rerumque omnium cognitione conſiſtere. Cæterùm quia Marcus ille plurimos habuit diſcipulos, & in aliquot ſectas diuiſos, ij qui ſacramenta omnia negabant, Aſcitæ, vel Aſcogyrtæ, & Aſcodropetæ vocabantur vt ſtatim ampliùs exponam.

Aientesque perfectam redemptionẽ in rerum perfecta cognitione cõſiſtere.

93 Hæc enim duo quæ de Marcitis ex S. Irenæo retulimus, ex eodem refert S. Epiphanius lib. 1. tomo 3. Hæreſi 34. circa finem, & ex ambobus Theodoretus lib. 1. Hæretic. fabul. c. 12. ſeu de Marco, & c. 13. ſeu de Aſcodritis, ſiue Aſcodrupetis. Ait verò, Marcum illum fuiſſe quaſi agroſten, id eſt, gramen, herbam nempe illam nodoſam, & aruis nocuam, quæ ſerpendo germinauit; ex eaque pullulaſſe varias hæreſes, quarum vnam fuiſſe illorum, quos Aſcodritas, appellant: & iſtos docuiſſe, non eſſe myſterium ineffabilis virtutis per viſibiles & corporeas res perficiendum: perfectam enim redemptionem ſitam eſſe in rerum exacta cognitione. Vocati verò ſunt nominibus compoſitis ex Græco nomine 'Ασκὸς, Aſcòs, ſignificante vtrem, quia teſte S. Philaſtrio Hæreſi 28. & S. Auguſtino Hæreſi 62. collocabant in ſuis templis vtrem inflatum (Gualterius ait, neſcio ex quo fonte, vino plenum) & linteo tectum, & circum illum pompam ducebant, choros, & choreas turpiter agebant, non aliter ac Pagani temulenti circa ſuum temulentum Bacchum: quo autem prætextu id facerent nu. 95. referam.

Marcitarum variæ ſectæ

4 Nominatur porro iſti Hæretici apud Theodoretum citatum, à nonnullis Aſcodrutæ, quantũ coniicere potui, tanquam *ἀσκῷ δρῶντες*, id eſt, *vtri, vel circum vtrem, vel per vtrem ſacra facientes*: à quibuſdam Aſcodupetæ, quaſi *ἀσκῷ δουποῦντες, circum vtrem tinniẽtes, vel ſonãtes*. Quod autem apud Philaſtrium citatum, & apud S. Damaſcenum lib. de Hæreſibus inter principium & medium, verbo, *Cataphryges*, dictos legimus Aſcodruggitas, legendum ſuſpicor Aſcogyrtas, quaſi *circum vtrem congregatos*, vel vna voce *circum-vtriones*: & natam nominis corruptelam ex appellatione perſimili aliorum Hæreticorum eiuſdem fermè temporis, quos teſte, & nominis interprete S. Epiphanio ſupra, Hæreſi 48. prope finem, vocabant Taſcodroggitas, inde enim procliue fuit iſtos appellare Aſtodrugitas. Breuiſſimè & admodum propriè eos nominauit S. Auguſtinus, Aſcitas, quaſi diceres *Vtritas, vel Vtriones*.

Multa item & diuerſa nomina.

S. Tho. Q. L X.

95 Non itaque præteriit iſtos Hæreticos Auguſtinus, vt innuit Vaſquez, etſi diuerſum nomen eis imponat, & errorem de quo agimus, nec ipſe, nec Philaſtrius, nec Damaſcenus aſcribat. Quod verò ſcribit Vaſquez, hos Hæreticos à Damaſceno prætermiſſos in libro de Hæreſibus, planè falſum eſt, & inde proculdubio natum, quod S. Damaſcenus nullum §. inchoet à nomine Drugitarum, ſed iſtos & Maritaniſtas coniungat ſub nomine, & §. *Cataphryges*.

Non omiſſi ab Auguſtino, & Damaſceno.

Aſcitæ porro, ſiue Aſcodrupetæ, aut Aſcogyrtæ, qui teſtibus Irenæo, Epiphanio, & Theodoreto, damnabant in Chriſti Eccleſia ſacramentorum vſum, vtpote ſenſibilium, & materialium, iidem, inquam, teſtibus Philaſtrio & Auguſtino, propterea, circa vtrem inflatum cum turpi illa pompa debacchabantur, quòd dicerent ſe eſſe nouos illos vtres Euangelicos, de quibus Chriſtus apud Matth. cap. 9. v. 17. dixit, *Mittunt vinum nouum in vtres nouos* cum ingenti ſanè non ſolum Numinis, & puriſſimæ atque grauiſſimæ Chriſtianæ religionis iniuria, vt per ſe conſtat, ſed etiam incredibili, niſi tam graues adeſſent teſtes, tum ſenſus inconſequentia, tum ſui ipſorum probro. Etenim ſi nouam Euangelij gratiam, vini noui ſymbolo Chriſtus rite edocuit, cur Euangelici ſacerdotes, alij que miniſtri gratiam eandem per corporalia ſigna non rectè ſignificent, & rite conferant? præſertim nomine Chriſti, vt principalis agentis. Rurſus, dum vtres inflati ſymbolo ſeipſos pingebant, res autem ſpirituales corporeis exprimendas negabant: innuebant profecto ſe in ſeipſis nec rerum agnoſcere ſpiritum, nec animam ſpiritualem.

Circà vtrem ducebant pompam, & choreas agebant.

Cum ingenti Chriſtianiſmi iniuria, ſuaque inconſequentia & probo.

96 Iis Aſcogyrtis, Marci diſcipulis, in reiicienda ſacramentorum omnium religione conſenſerunt alij ipſorum condiſcipuli, nomine *Archontici*, ſic appellati, quaſi *Principales*, propterea quod rerum creationem ad principatus Angelicos referrent. Mirum mihi accidit, quod Archonticorum non meminerit S. Irenæus, præſertim, cum illos habuerit notiſſimos, vtpote qui circa illorum tempora vixerit. Cæterùm cur eos omiſerit, nec omnes Marci diſcipulos expreſſè memorauerit, rationem, vt opinor, ſemel ac iterum reddit in illo ipſo c. 18. Nam initio planè docet, eſſe inter Marcitas illos tot ferè ſententias, quot capita, ſiue Antiſtites: in fine autem, vbi agendum videbatur de Archonticis, hæc ſcribit verba: *Cum autem diſcrepent ab inuicem, & doctrina, & traditione; & qui recentiores eorum agnoſcuntur, affectent per ſingulos dies nouum aliquid adinuenire, & fructificare, quod nunquam quiſquam excogitauit; durum eſt omnium deſcribere ſententias.*

Archõticorum quidam ſacramenta omnia reiecerunt.

Cur ab Irenæo commemorati.

97 Eorum tamen, vt Marci diſcipulorum, expreſſè, & fusè meminit Epiphanius lib. 1. tomo 3. tota Hæreſi 34. & ſacramentorum improbationem illis attribuit ibidem prope finem. At verò Theodoretus cap. illo 12. ſermonem de Marci ſectatoribus continuans, ait: *Ex his autem nonnulli, qui dicuntur Archontici*, &c. Erãt, itaque Aſcogyrtæ, & Archontici duæ Marcoſiorum ſectæ, quæ, cum in multis inter ſe diſſentirent, in reiiciendis ſacramentis conſentiebant. Simile enim quidpiam hodieque cernimus

Eorum meminere Epiphanius, & Theodoretus.

Digitized by Google

nimus in Lutheri diſcipulis Mollibus,& Rigidis, itéque & in diuerſis Caluini ſectatoribus. Neceſſe enim eſt agroſten iſtam, aut ſilicem, quæ nullis manſueſcit aratris, dum igne non abſumitur, nouos erumpere in nodos, nouos laqueos germinare.

98. *Archonticorum alii, reiectis veris, falſa ſacraméta ſubſtituebant.*

Altera claſſis illorum eſt Hæreticorum, qui cum Eccleſiæ Catholicæ ſacramenta reiicerent, ipſi alia confingebant. Hunc errorem inchoaſſe videntur ſectatores quidam illius Marci, cuius num. 91. mentionem habuimus: refert enim Irenæus lib. 1. cap. 18. inter principium, & medium, tres illorum factiones, quarum quæque Baptiſmum formis verborum, & inter ſe, & à noſtra diuerſiſſimis, conficiebant: & credibile eſt illos in cæteris ſacramentis parem ſibi licentiam feciſſe. Sub idem tempus Cataphrygæ, ſeu Montaniſtæ ſuam ſibi Euchariſtiam conficiebant ex farinâ ſanguine infantis ſubactâ. Eum errorem multis poſt annis auxêre Manichæi.

99. *Manichæorum primi, perperã Cathari nuncupati.*

Porrò Manichæi duplices fuerunt: Primi & potiſſimi circa annum Chriſti 260. qui, cùm dicerent, pleraſque rerum corporalium eſſe immũdas, & in eis purgandis occuparentur, à multis vocati ſunt Cathari, i.e. Puri; non ſine confuſione, & improprietate: nam & Cathari fuerunt alij Hæretici, tum errore, tum tempore diuerſiſſimi: & Manichæi, non Cathari, tanquam Puri, ſed Cathariſtæ, id eſt, Purgatores dici debuiſſent, vt rectè S. Auguſtinus Hæreſi 46. ſub medium, ſemel ac iterum annotauit. Itaque nomen Catharorum à Latinis quibuſdam ignorantibus vim eius applicatum eſt Manichæis: Damaſcenus verò, cæterique Græci, cum vocis notionem callerent, nunquam Manichæos Catharos nominarunt.

Cũ Cathariſtæ dici debuiſſent.

100. *Aquæ baptiſmum inutilem dicebant.*

Docebant verò priores illi Manichæi, teſte S. Auguſtino in illa Hæreſi 46. prope finem, Baptiſmum in aqua nihil cuiquam ſalutis afferre; nec quemquam illorum, quos decipiebant, baptizandum putabant. Euchariſtiam ſuam conficiebant ex farina, & hominum ſemine in eam effuſo; indeque ſuos Electos communionem percipere cogebant. Electos autem vocabant eos, quos vt ſacros miniſtros præficiebant populis; & vt nomen Electorum ſonat, non videntur eos initiaſſe vero ſacramento ordinis, ſed extrinſecâ tantum electione ad id muneris deſtinaſſe; proinde tria pſeudo-ſacramenta, pro tribus veris confinxiſſe.

Euchariſtiã ex farina, & humano ſemine conficiebant.

101. *Poſteriores Manichæi eundem errorem promouerunt.*

Sequuntur Alteri Manichei, nempe Cathari, ſiue Potaxeni, quos ſub Chriſti annum 1150. in Gallia exortos Alexander III. in ſuo Lateran. Concilio P. 1. c. 27. damnauit. Iidem tamen ad annum Chriſti 1120. apud Albim Galliæ Aquitanicæ vrbem renati, indeque Albigenſes nuncupati; ſacramentarium illum errorem ſummopere promouerunt. Nam, vt refertur in Directorio Inquiſitorum Parte 2. q. 13. quartus illorum errorum erat, omnia ſacramenta Romanæ Eccleſiæ eſſe inania & vana, quibus ipſi alia, tanquam ſimilia ſubſtituebant. Tandem eo labaſſe videntur errore circa Domini annum 1304. Fratricelli: nam Ioannes XXII. in Extrauag. *ſancta Romana*, de Religioſis domibus non ait, ſimpliciter, deſpexiſſe ſacramenta, vel omnia ſacramenta, ſed ſacramenta Eccleſiæ quaſi quædam alia ſibi ipſi confinxerint; quod valde credibile eſt: Tum quia vix aliter potuiſſent ab aliis diſtingui; Tum præcipuè, quia vitam agebant pene monaſticam proinde ritibus, & ceremoniis in quorum genere ſacramenta ſunt, multum addictam.

§. II.

Eſſe in lege gratiæ vera ſacramenta, & conuenire talia.

PRior tituli pars, nempe eſſe in lege Gratiæ vera ſacramenta, vnum eſt ex potiſſimis eiuſdem legis dogmatibus, & fidei noſtræ fundamentis. Nam cuiuſlibet viatorum hominum ſtatûs diutiùs perſiſtentis, tanquam oſſa, & nerui, ſacramenta ſunt, vt Diſp. 1. ſect. 1. §. 5. declaratum eſt: & gratia redemptionis à Chriſto adductæ, per ipſius ſacramenta potiſſimum applicatur. Ideo ſignificata eſt hæc veritas in pluribus ſcripturæ locis, quæ partim ſupra retulimus, partim infra referemus: conſeruata etiam, & quaſi per manus tradita, perenni totius Eccleſiæ traditione, & vſu: commendata à SS. Patribus, quorum teſtimonia toto hoc tractatu ſparguntur; neque hîc opus eſt vt coaceruentur: definita demum à Conciliis, tum virtualiter ab antiquioribus, indicantibus materias, & formas ſacramentorum, & iſtorum neceſſitatem, & effectum declarantibus: tum expreſſè, & formaliter à Recentioribus, præſertim duobus Generalibus, Florentino, poſt ſeſſ. 25. in decreto Eugenij §. *Quintò, Eccleſiaſticorum ſacramentorum*, & Tridentino ſeſſ. 7. Can. 1. de ſacramentis in genere. 102.

Eſſe in l. Gratiæ vera ſacramenta vnũ eſt è potiſſimis fidei dogmatibus.

A Conciliis Veter. indicatum, à Nouis expreſſè definitum.

Ratio verò, cur in lege Gratiæ vera ſacramenta ſint, ſumitur ex conuenientia, & morali neceſſitate omnibus Eccleſiæ ſtatibus, ſaltem diuturnis, communi. Quia ſcilicet eſt Eccleſia corpus quoddam myſticum, & Reſpublica viſibilis; quæ dependenter à ſenſibus, tum res corporeas & ſpirituales intelligit, tum hominum cum hominibus commercia iungit. Proinde ſicut ipſi, quatenus humanæ Reip. conuenientiſſimus, & moraliter neceſſarius eſt vſus verborum ad placitum ſignificantium, aliorumque id genus ſignorum; ita eidem quatenus Reip. ſacræ, conuenientiſſimus, & moraliter neceſſarius eſt vſus ſacrorum ſignorum ſenſibilium; quibus & in ſe conſtituatur, & ab aliis Rebuſp. profanis diſtinguatur, & per quæ Deo ſacretur, & ſpecialiſſimè famuletur, vt partim in hac Diſp. 1. ſect. 1. partim in hac Diſp. 3. ſect. 1. fuſe declaratum, & probatum eſt. 103.

Statui Eccleſiæ congruentiſſima ſunt, & moraliter neceſſaria.

Altera tituli pars, nempe expedire legi gratiæ hæc ipſa ſacramenta, quibus fruimur, quamuis interminis tractari non ſoleat, eſt huius loci propriiſſima. Probanda verò eſt non rationibus, quibus communiter probant Doctores, præſertim verò Suarez Diſp. 6. ſect. 1. & Lugus Diſp. 3. ſect. 2. conueniens fuiſſe vt in lege Gratiæ ſacramenta inſtituerentur, hoc enim vt ſect. 1. probaui, commune eſt omnibus legibus, ſeu ſtatibus permanentibus Eccleſiæ conſtantis ex hominibus Viatoribus, ac proinde Eccleſiæ legis gratiæ; & intelligitur de ſacramentis abſtractè ſumptis: præſens autem aſſertio, cum iam oſtenſum ſupponat, & agat ſpeciatim, de conuenientia talium ſacramentorum in tali Eccleſia, & lege probari debet 104.

Hæc ſacramenta huic Eccleſiæ cõpetere, non beneſolet oſtendit.

Digitized by Google

het rationibus, & conuenientiis ſpecialibus, deſumptis ex natura, & conditionibus horum ſacramentorum, & huius legis.

105. Quà gratiæ feracia, legi Gratiæ debentur.

Hæ vero conuenientiæ facile reperiri, & perſtringi poſſunt Nam ſi lex Euangelica, propter humani generis redemptionem, & cum Deo reconciliationem iam exhibitam, lex gratiæ eſt, nempe gratiæ affluentioris, vt in Tomo de Incarnatione Diſp. 10. ſect. 2. à n. 20. confirmauimus: ſacramenta debuit habere non gratiæ vacua, & egena, qualia leges antiquiores habuerunt, ſed plena, vt ſic dicam, & locupletia, hoc eſt tribuentia gratiam. Si lex Gratiæ, lex eſt peculiari titulo, filiorum Dei, vt ſæpè Apoſtolus tradit, conuenientius eſt, habeat ſacramenta accommodata conditioni filiorum: proinde quæ magnam ſecum afferant fiduciam, & moralem certitudinem acceptæ gratiæ: & talia ſunt noſtra ſacramenta; cum gratiam ex opere operato conferant, hoc eſt, cuicumque non ponenti obicem, quales certiſſimè ſunt omnes infantes, & moraliter omnes adulti, qui moralem adhibent diligentiam vt requiſitam diſpoſitionem præmittant. Eodem filiorum titulo conueniens fuit, vt ſacramenta legis huius faciliora eſſent, quam præcedentium legum, vt ſanctus Auguſtinus docuit lib.

Quà facilia debentur legi per antonomaſiã filiorum Dei.

106. Nec enim iis imponenda onera ſeruorum.

Neque enim filiis chariſſimis tam grauia debent imponi onera, quam ſeruis: præſertim verò cum Chriſtus filius non adoptiuus, ſed proprius grauiſſimum dolorum pondus iam ſuſtinuerit. Ideo ſacramenta noſtra, quo magis neceſſaria, eo ſunt magis facilia, vt Baptiſmus, omnium neceſſariiſſimus, & omnium facillimus, vtpote per aquam, qua nihil inter homines parabilius; & à quolibet, etiam Gentili validè conferri potens. Quod ſi pœnitentia ſpecialiſſimam habet difficultatem, inprimis non eſt ſacramentum neceſſarium ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione peccati lethalis propriâ voluntate commiſſi: quod in filiis aduerſus patrem, confeſſionem exigit rubore, & cõfuſione plenam, qualem fecit filius prodigus dicens, *Peccaui in cælum & coram te*: talem verò confuſionem non illa facile parit confeſſio facta ſoli Deo, parit autem facta homini, licet Dei locum tenenti.

107. Quà etiam numero pauciora perfectiori legi debentur.

Propterea quoque debuerunt ſacramenta, vt idem S. Auguſtinus ibidẽ addit, eſſe numero pauciora quam in legibus priſtinis fuerunt. Etenim pauca hæc virtutem, & efficacitatem continent ampliſſimam, & toti Eccleſiæ ſufficientiſſimam; & generatim nobilius cenſetur virtutem habere in paucioribus inſtrumentis collectam quam in plurimis diſperſam, vt in ſpeciebus Angelorum impreſſis explicari ſolet.

108. Quod atteſtatus egregiè S. Dionyſius.

Quin etim de hac ipſa re, quam verſamus, idem attigit Magnus Dyoniſius lib. de Eccleſiaſtica Hierarch. cap. 1. colum. penult. loquens enim de nobis ad Angelos comparatis, hæc habet. *Nobis autem id quod eis, & ſimpliciter, & coniunctè datum eſt, ex verbis & oraculis, quæ diuinitus tradita ſunt, quantum nobis licet, conceſſum eſt* ἐν ποικιλίᾳ καὶ πλήθει διαιρετῶν συμβόλων, *in varietate & multitudine diuiſibilium ſymbolorum.* Cumque in eiuſdem libri cap. 5. dicat, vt num. 112. referam, noſtram Hierarchiam verſari mediam inter cœleſtem, vt eâ inferiorem, & Moſaicam vt eâ ſuperiorem virtualiter ait debuiſſe noſtram paucioribus, Moſaicam verò pluribus ſymbolis, & ſacramentis inſtitui. Alias rationes facile quiuis inueniet.

S. Thom. Q. LX.

109. At inquies, ſacramenta eſſe materialia, & velut vmbras.

Solùm obiici poſſet, ſacramenta Nouæ legis, ſicut etiam alia quælibet, eſſentialiter eſſe materialia, & ſigna ex inſtituto; proinde quaſi rudes quaſdam figuras, & informes formas, & velut vmbras gratiæ, quam ſignificant, & adumbrant: ideoque non congruere dignitati, & præſtantiæ legis Nouæ, vtpote quæ veteres vmbras à tergo reliquerit, & lucem ipſam veritatis, aſpiciat. Sicut enim Apoſtolus legem Veterem appellans *noctem*, & Nouam, *diem*, dicebat Rom. 13. v. 12. *Nox præceſſit, dies autem appropinquauit*: inde verò tanquam neceſſaria conſecutione inferebat, *Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: ſicut in die honeſte ambulemus* &c. ita videbitur dici debuiſſe, Abiiciamus ergo ſymbola, & obſcura, & veluti nocturna ſigna; & lucem ipſam in ſeipſa cernamus; nimirum non vt Moyſes velamen habentes oculis impoſitum, ſed *reuelatâ facie gloriam Domini* ſpeculantes (i. e. in ſpeculo aſpicientes) *à claritate in claritatem, tanquam, à Domini ſpiritu* &c.

110. Sed non ideo dedecent Eccleſiam viatricem, & pendenter à ſẽſibus cognoſcentem.

Reſpondemus tamen. Sicut non dedecet Eccleſiam Nouæ legis eſſe viatricem, & corpoream, & cum dependentia à ſenſibus intelligentem; ita neque ipſam dedecent ſigna tali ſtatui conſona: talia verò ſunt in naturalibus, & politicis verba, & ſcripturæ, & alia ſigna ſignificantia ex inſtituto humano; & in ſupernaturalibus ſacramenta ſignificãtia ex placito diuino. Nec ideo non exceſſimus ex vmbris: nam Vetera ſacramenta non ideo vmbræ erant, quia gratiam ex inſtituto ſignificabant, ſiue adumbrabant; ſed quia mere illam ſignificabant vt per Noua conferendam: Noua verò non mere illam ſignificant, ſed ſimul ſignificant, & conferunt: non enim ſignificant conferendam, ſed tunc conferri, quando recipiuntur, cum ſola naturæ poſterioritate. Quare non ſunt ſigna rei futuræ: quia naturæ ſolius poſterioritas non ſufficit ad futuritionem realem, vtpote quæ formaliter exigit aut includit præſentem negationem rei, quæ dicitur futura; dum autem ſacramentum cum debita diſpoſitione recipitur, non eſt carentia, ſed vera, & realis præſentia gratiæ, quam ſignificat.

111. Nec Noua lex vocatur lux abſolute ſed reſpectu veteri obſcurioris.

Nec obſtat, quod ſtatus legis Euangelicæ vocatur in ſcripturis lux, & dies: non enim ſic appellatur, quaſi lucem ipſam ſupernaturalem in ſeipſa & clare conſpiciat; hoc enim eſt proprium ſtatûs beatitudinis, & æternæ patriæ, non huius peregrinationis & viæ, per fidem ambulantium, & non per ſpeciem, vt Apoſtolus admonuit. Vocatur igitur Euangelica lex, lux, & dies, non abſolutè, ſed reſpectu Veterum legum, à quibus & tanquam vmbris præfigurabatur, & velut in obſcuro iacentibus expetebatur: ſed hæc ipſa lux, ſi cum cœleſti conferatur beatitudine, nox quædam eſt &, quidpiam quaſi medium inter noctem obſcuram, & diem clarum, nimirum dies nubilus, cœlum & ſolem non exhibens, niſi nubibus obductum.

102. S. Dionyſij Areop. præclarum de eadem re teſtimonium.

Atque hoc ipſum docuit S. Dionyſius Areopagita de cœleſt. Hierarch. cap. 5. col. 3. dum ſcripſit Eccleſiam legis gratiæ mediam verſari inter ſynagogam, & cœleſtem patriam: cum hac enim habere communes contemplationes; cum illa verò communia ſymbola. Sicut autem

S. Thom. Q. LX. tem contemplationes habet longè inferiores, quam cœleſtis patria; ſic habet ſymbola longè perfectiora quam ſynagoga, de cuius ſymbolis idem Dionyſius paulo antea ſic ſcripſerat. *Secundum illam autem cœleſtem, mundoque ſuperiorem Hierarchiā diuinitas in noſtra, pro ſua in nos benignitate, ſanctiſſima dona, muneraque ſua depromens iis quidem, qui pueri erant, vt ait ſcriptura ſancta, hierarchiam legis dedit: quod cum fecit, tenuibus verorum imaginibus ſimulacriſque, ab exemplaribus remotiſſimis, & ſignis, que non facile cognoſci poterant, ac figuris qua non facilem ad diiudicandum contemplationem, ſpiritalemque intelligentiam, qua in eis abſtruſa eſt, continebant, congruam lucem ei, que in eis inerat, quaſi imbecillibus oculis ſine incommodo impertiuit.* Hæc Dionyſius interprete R. P. Petro Lanſſelio, Societatis noſtræ Thologo, & de cunctis Magni Dionyſij, quæ extant monumentis, & S. Maximi ſcholiis, interpretatione ſuâ ſat bene merito.

113. R.P. Gabriel Vaſianus, inſignis interpres operum S. Dionyſij.

Verùm quia R. P. Gabriel Vaſianus, noſtræ etiam Societatis Theologus, & huius Aragonicæ Prouinciæ nobilis ſoboles, & noſter in Græcis, Latiniſque magiſter, interpretationem omnium Dionyſij operū poſthumi reliquit, quam nos, Deo duce, in lucem daturi ſumus; libet interim loci huius interpretationem, tanquam ad guſtum, dare. *Poſt cœleſtem, mundoque ſuperiorem Hierarchiam, in nos etiam benefice Princeps ille Deus ſacroſancta ſua munera, doteſque deprompſit. Cæterum cum eſſemus paruuli, vt Oracula loquuntur, indulſit nobis LEGALEM HIERARCHIAM; quam einſmodi ritibus inſtituit, vt aperiret & rerum diuinarum veritatem obſcuris imaginibus, archetypos per effigies à vero remotiſſimas, ac per figuras & ænigmata, quæ haud ita facilē & clarum praberēt oculis occulta veritatis aſpectū, vt ſine damno videlicet lumen accommodatum in imbecillas acies infunderet.*

Eius interpretationis ſpecimē per occaſionem exhibitum.

114. In Chriſtianiſmo neceſſaria eſſe ſacramenta tradit S. Auguſt.

Huic Teſtimonio Præſtātiſſimi Theologi inter Patres Græcos, adiungamus rationem Conuenientiæ, quam tradit præclariſſimè inter Latinos S. Auguſtinus lib. 19. contra Fauſtum his verbis: (*in nullum nomen religionis ſiue verum, ſiue falſum, coadunari homines poſſunt, niſi aliquo ſignorum vel ſacramentorum viſibilium conſortio colligentur, quorum ſacramentorum vis inenarrabiliter valet plurimùm; & ideo contempta ſacrilegos facit impie, quippe cōtemnitur, ſine quo nō poteſt perfici Pietas.*) Hæc ibi vnde clariſſimè liquet cōuenire ſacramēta Chriſtianæ religioni ipſaque inſtituta eſſe ab Authore & conſummatore fidei noſtræ, cuius opera perfecta ſunt, verùm de his plura dicentur infra diſp. 19. de Numero ſacram. legis gratiæ.

DISPVTATIO III.

De Sacramentorum Nouæ legis materia, & forma, & vnione.

SECTIO I. *An omnia ſacramenta Noua legis perficiantur, ſiue indigeant rebus & verbis.*

SECTIO II. *Num omnia Noua legis ſacramenta rebus & verbis intrinſecè conſtent.*

§ 1. *Rebus intrinſecè conſtituuntur omnia ſacramenta, præter Pœnitentiam.*

§ 2. *Verbis item omnia ſacramenta intrinſecè conſtant, præter Euchariſtiam.*

SECTIO 3. *Vtrùm res, & verba, quibus ſacramenta perficiuntur, ſint certa & determinata.*

§ 1. *Res debere eſſe certas, & determinatas, & quo pacto.*

§ 2. *Verba item certa ac determinata eſſe debere, & qua ratione.*

SECTIO 4. *An, & quomodo res, & verba ſacramenti intrinſeca, rationem habeant materia & forma.*

§ 1. *Res in eſſe phyſico ſunt materia; Verba in eſſe phyſico & morali, ſunt Rerum forma.*

§ 2. *Coniunctum ex Rebus & verbis eſt ſubiectum ſeu materia reſpectu ſacramentalis ſignificationis.*

§ 3. *Sacramentalis ſignificatio interdum eſt ſimplex, interdum compoſita.*

SECTIO 5. *An, & quomodo ſacramentalis ſignificatio ſit adæquata ſacramenti forma.*

SECTIO 6. *Dicatne ſacramentum in recto materiam, an formam, an vtramque.*

MAterias & formas veterum ſacramentorum non explicamus: Tum quia plures illarum ignotæ ſunt, & ipſarum coniectatio parum vtilis: Tum præcipuè quia præſentes Diſputationes de ſolis ſacramentis nouis per ſe inſtituuntur. Quare præmiſsâ duplici Diſputatione, Nouis, Veteribuſque communi, tanquam neceſſariâ ad Nouorum explicationem; de iſtis iam agere aggredimur, non acturi de illis, niſi quantum opus fuerit ad Nouorum vel indicandam præſtantiam, vel illuſtrandam notitiam. 1. Materiæ, & formæ ſacramentorū VV. non explicandæ.

SECTIO I.

An omnia ſacramenta Nouæ legis perficiantur ſiue indigeant rebus, & verbis.

COnſultiſſimè quærimus, an rebus & verbis *perficiebantur, ſiue indigeant*, pro eodem vſurpantes hæc duo *rebus & verbis perfici*, & *rebus & verbis indigere*: nā & ita loquitur Cōcilium Florentinum nu. 7. proferendum; & è re noſtra plurimum eſt quod perfici rebus, & verbis nō neceſſariò ſonet illis intrinſecè conſtitui, ſed ſine illis re ipſa poſitis non conſiſtere, prout in ſequentibus aperimus. 2. Aliquā re perfici & eā indigere ad conſiſtendū, idem hic ſunt.

Ponimus autem primò, ſermonem eſſe de ſolis ſacramentis in lege Noua iam inſtitutis: potuiſſeque diuinitus alia condi, quæ nō indigerent verbis, qualis fortaſſe fuit olim Circumciſio: & aliqua item, quæ non egerent rebus, qualis eſſe poſſet aliqua deprecatio. Secundò ponimus, nomine rerum hic intelligi res contradiſtinctas à verbis, quamuis verba res quædam propriè ſint, vt alicubi notauit S. Auguſtinus. Tertiò denique ponimus nomine 3. Inſtitui potuit ſacramentum nō egēs verbis, & aliud non egens rebus.

Digitized by Google

mine verborum ſumi voces hominis articulatas &ex hominum inſtituto ſignificantes,aut res aliquas,vt nutus vel ſigna;quæ verbis ſubſtituantur,& æquiualeant,vt ex eodem Concilio Florentino num.11.planum erit.

4 *Verba hic pro humanis capiuntur.*

Inde fit,vt nomine verborũ non intelligatur merus externus ſonus hominis ore prolatus, quia ſic præcisè nõ eſt verbum,ſed intelligatur aggregatum ex iſto ſono & interna voluntate eum efficiendi,vel ſaltem ipſi applicandi humanam inſtitutionem, ſiue ſignificationem. Sicut enim homo conſiſtit eſſentialiter in aggregato ex materia & anima rationali & vtriuſque nexu,& ille producit hominem,qui materiæ coniungit animam rationalem:ita verbum conſiſtit in aggregato ex ſono &ſignificatione,& vtriuſque vnione:quare is verbum producit,qui ſono ſuo externo ſignificationem internâ ſuâ intétione, velut quadam vnione moraliter coniungit, vt latius exponam in diſp.

5 *Omnia Noua ſacramenta rebus & verbis indigere fides docet.*

Dico primò.Catholica veritas eſt,omnia Noua ſacramenta perfici rebus& verbis,ita ſcilicet vt niſi res & verba adhibeantur, ſacramentum Nouæ legis non exiſtat. Colligitur primum è S.S. Matthæi vltimo v. 19. ritum Baptiſmi rebus ac verbis perfici, continetur dicto Chriſti *Baptizantes eos in nomine Patris* &c. quo alluditur Epheſ.5.v.25. dum Chriſtus dicitur mũdare Eccleſiam *Lauacro aquæ in verbo vitæ*, nempe ablutione cum verbis *Te Baptizo*, &c.

De multis è S.S.conſtat.

Confirmationem ſimili ritu præſtandam, perſuadet eius ſimilitudo cum Baptiſmo, cuius eſt quaſi complementum; & ipſius conditio, nam eſt Chriſtiani militis adlectio,miles autem niſi re aliqua vt nutu, verbiſque ſolemnibus non adlegitur.

6 Ad Euchariſtiam adhibuiſſe Chriſtum panem & vinum, & verba conſecratoria, conſtat ex Matthæo, Marco, Luca, & Paulo: eundemque ritum Eccleſiæ præcepiſſe dum dixit, *Hæc quotieſcumque feceritis in mei memoriam facietis*,vel *Hoc facite in meam commemorationem*. De Extrema vnctione dicitur Iac.5.verſ.14.& 15.*Vngentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei alleuiabit infirmum,& ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* Quo ſignificatur ſacramentum illud requirere vnctionem quæ ſit Res, & verba quæ ſint oratio.De Pœnitentia & Ordine inde probatur, quòd ipſe Chriſtus, & abſolutionem à peccatis, & abſoluendi poteſtatem contulit per res & verba: Suppoſito enim dolore tanquam re, adiunxit verba iſta, *Remittuntur tibi peccata*: & facta inſufflatione tanquam re, protulit verba hæc,*Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur &c.* Si enim Chriſtus, qui ſine vllo ſigno poterat effectus iſtos ſacramentales conferre, contulit per ſigna rebus & verbis conſtantia, vel ex eo deducitur inſtituiſſe vt eodem modo ſacerdotes & Epiſcopi eos conferrent.De Matrimonio claret etiam ex ſcriptura:nam ex ea conſtat,eſſe contractum vtrinque oneroſum: Hic autem inter homines viatores iniri non poteſt ſine rebus & verbis,vt eſt notiſſimum.

7 *De eodem expreſſa Eccleſiæ definitione.*

Secundò probatur manifeſta Eccleſiæ definitione,edita ab Eugenio IV.poſt ſeſſ. vltimam Concilij Florentini in decreto pro Armenorum inſtructione.§.*Quinto Eccleſiaſticarũ*, vbi poſt ſeptem Eccleſiæ ſacramenta tum enumerata,& nominata, tum luculenter expoſita, & veteribus collata, & ante lata,ſic habentur. *Hæc omnia ſacramẽta tribus perficiuntur,videlicet, rebus, tanquam materia, verbis,tanquam forma, & perſona miniſtri conferentis ſacramentum cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia; quorum ſi aliquod deſit, non perficitur ſacramentum.* Quæ poſtrema pars apertè continet aſſertionem noſtram præſentem: & confirmat no rationem præcedentem, & ipſum ſectionis titulum, vbi pro eodem accipimus,ſacramentum perfici rebus, & verbis, ac ita illis indigere, vt ſine vtriſque non conſiſtat.

S.Thom. Q.LX.

8 *Et ratione conuenientiæ oſtendente.*

Tertiò ſuadendum eſt id ratione, non quidem euidenter concludente neceſſitatem,ſed ſufficienter proponente conuenientiam.Et quidem quod attinet ad res, S.Thomas q.61.ar. 4. ſuadet, eſſe conueniens, vt ad ſacramentum adhibeatur res aliqua ſenſibilis, quia homo, qui ſacramento vtitur, ſenſibilis eſt, quæ ratio non probat conuenientiam rerum, vt à verbis diſtinctarum: nam verba prolatitia, ſeu vocalia,verè ſenſibilia ſunt, & ſimiliter nutus, aliaque externa ſigna, quæ verbis æquiualere, & ſubſtitui ſolent. In art. autem 5. ſolùm ſuadet, res ad ſacramentum adhibendas, debere eſſe determinatas:quod ſicut veriſſimum etiam eſt de verbis; ita non oſtendit adhibendas eſſe res, vt à verbis contra diſtinctas, quod nunc agimus.

9 *Ex conuenientia profertur.*

Mihi potiſſima ratio diuinæ inſtitutionis eſt, quia ſtatus legis Euangelicæ eſt longè clarior, priſtinis legibus: ſic prorſus, vt illas dicat Apoſtolus noctem, hunc verò diem, vt Diſp. 1.num. 109.referebam: ideo ſtatum iſtum docent ſymbola longè clariora: ſymbolum autem, ad quod vel intrinſecè conſtituendum, vel proximè efficiendum concurrant & res & verba, longè clarius eſt, vt per ſe claret. Accedit inſignis perfectio, nam dum res & verba ſimul adhibentur, egregiè ſignificatur excellentia noſtrorum ſacramentorum præ veteribus: dum enim hæc miniſter conficiebat, dicebat quidem (vt ita rem declarem) dicebat, inquam, gratiam, & ſanctitatem à noſtris producendam, non tamen eam producebat, vnde neque ſe producere ſignificabat: dum verò nos Noua ſacramenta conficimus, ſimul gratiam dicimus,& conficimus; & hoc ipſum appoſitione rerum, & verborum appoſitè ſignificamus, nempe quod in hoc myſterio nos geramus (vt noſtro loquar prouerbio) *diciendo y haziendo*; idque eò propriùs, quòd ipſis etiam verbis, non minus quam rebus,agimus.

10 *In ſex ſacramentis res & verba ſtricta ſemper requiruntur: in ſeptimo verba ſtricta, regulariter.*

Dico ſecundò. In omnibus, ſex prioribus ſacramentis requiruntur omnino res, & verba propriè ſumpta: in ſeptimo autem non omnino requiruntur verba propriè ſumpta, ſed ſolummodo regulariter. Probatur primum Eccleſiæ traditione perpetuâ,ſenſu,& vſu :ad quæ S. Auguſtinus attendens,Tract. 80. in Ioan. poſt medium, celebre illud acroama protulit, *Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum*: quod etſi S. S. Doctor de ſolo Baptiſmo protuliſſe videatur, Doctores tamen extenſo nomine elementi, & ſumpto pro re à verbo diſtinctâ, de cunctis intelligunt Nouæ legis ſacramentis. Videantur alij Patres in Doctoribus Scholaſticis, præſertim recentioribus.

Liquet ex perpetua traditione.

11 *Ex aperta definitione.*

Deinde probatur expreſſâ definitione Eccleſiæ in Concil.Florentino.Nam in §. proximè citato, conceptis verbis ſtatuit, vt vidimus, omnia ſeptem ſacramenta ſic perfici rebus,& verbis, vt ſi alterum iſtorum deſit,ſacramentum non exiſtat; Deinde cum in paragraphis proximè ſequentibus deſignaſſet ſingulis ſacramentis certas res pro materiis, & certa verba pro formis, in §. Septimum

S. Tho. II. Q. LX.

Septimum eſt, addidit, *cauſa, efficiens matrimonij regulariter eſt mutuus conſenſus per verba de præſenti expreſſus.* Vbi Pontifex potiſſime adhibuit particulam *regulariter*, tum ob alios fines alibi exponendos, tum vt ſignificaret iſtud ipſum, quod verſamus, nimirum poſſe matrimonij ſacramentum conſiſtere ſine verbis propriè ſūptis, ſcilicet per nutus, & alia ſigna, quæ ſecundum humanum agendi morem verbis æquiualeant: Igitur in omnibus ſex prioribus ſacramentis requirit Eugenius verba propria ſemper, & in ſeptimo regulariter.

12. *Cur in ſolo matrimonio verba ſtrictè non omnino requirantur.*

Ratio, diſcriminis eſt clara: quia ſeptem priora ſacramenta Chriſtus ita inſtituit, vt primò, conſtituerit illorum entitatem in ratione ſigni moralis: voluit autem ſignū iſtud pro ſua Eccleſia inſtituere perfectiſſimum, & clariſſimum, ac proinde conſtitutum ex rebus, & propriè nuncupatis verbis: matrimonium autem non ipſe primò conſtituit in ratione ſigni moralis, ſed iam antea conſtitutum inter homines, vtpote naturalem contractum, euexit ad rationem ſacramenti, additâ nempe ſignificatione, & efficacitate gratiæ: quare ſicut in ratione talis contractûs non exigit matrimonium verba propriè ſumpta, ſed ſolùm regulariter, ita etiam in ratione talis ſacramenti.

13. *At ſacramẽti Noui definitio non imbibit res, & verba.*

Opponunt: Tota definitio ſacramenti conſtare poteſt ſine mentione verborum; vt contradiſtinctorum à rebus; & ſine mentione reū, vt contradiſtinctarū à verbis: Ergo &c. Reſpōdeat aliquis, ex antecedente ſolùm fieri, vt ad ſacramentum in communi non requirantur res certò, ac determinatè neque verba certò, ac determinatè; cum quo ſtat, requiri ad ſacramentum in particulari nimirum Nouæ legis. Sed contrà, quia nec definitio ſacramenti nouę legis mentionem exigit rerum & verborum, poteſt enim definiri, *Sacramentum à Chriſto inſtitutum conferens gratiam ex opere operato*, Ergo conſtare valet ſacramentum Nouæ legis abſq; verbis, vt contradiſtinctis à rebus, & abſque rebus, vt contradiſtinctis à verbis.

14. *Tranſeat. Nō enim claudere debet omnia quæ ad eſſentiam exiguntur.*

Omiſſo ergo nunc antecedente, tanquam infra examinando, nego conſequentiam: poteſt ad exiſtentiam, & veritatem alicuius rei requiri aliquod aliud ens, quod in illius rei definitione non debeat conſtitui: & ita contingit in ſacramentis Nouæ legis; quorum quædam indigent verbis, vt intrinſecis, & eſſentialibus, quędam, vt cauſis efficientibus, aut conditionibus: quædam item ipſas res poſtulāt vt conditionem ſimpliciter neceſſariam, quędā vt intrinſecè conſtitutiuas, & prout ſuis locis in ſpecie declarabitur.

15. *Si Verba nō ſunt Euchariſtiæ eſſentialia, ſunt neceſſaria.*

Rurſus oppones: Inter ſacramenta Nouæ legis eſt aliquod non conſtans verbis, ſed rebus, nempe Euchariſticum, vtpote quod integrum perſiſtit, ac diu permanet poſt tranſacta verba conſecrationis: Ergo falſo requirimus ad omne ſacramentum verba, ſeu contradiſtincta, ſeu non contradiſtincta à rebus. Reſpondeo; ſiue conſecrationis verba ſint de eſſentia Euchariſtiæ, ſiue non, quod num. 34. decernemus; ſaltem ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ipſam conficiendam; quod ſatis eſt, vt vtriuſque aſſertionis poſitæ doctrina vera ſit. Quòd verò matrimonium ſolis nutibus, aliiſve ſignis, quæ verba non ſunt, & confici, & perſeuerare poteſt, ideoque ſimpliciter non indiget verbis propriè talibus, hoc ipſum neceſſarium eſt ad veritatem ſecundæ concluſionis.

SECTIO II.

Num omnia nouæ legis ſacramenta, rebus & verbis intrinſecè conſtent.

QVod ad res attinet, Communis ſententia affirmat contra Scotum, Durandum, Salmeronem, & alios in materia de Pœnitentia: quod verò attinet ad verba, etiam plerique affirmant cum Suarez, Valentia, Granado Lugo & aliis in Diſp. de Euchariſtia. 16.

§. I.

Rebus intrinſecè conſtituuntur omnia ſacramenta, præter Pœnitentiam.

PRius aſſertionis membrum à ne mine Catholicorum negatur: Suadetur primò, quia res eorum ſacramentorum ſunt communiter aptiſſima ſymbola gratiæ, quam tribuunt: ex. gr. in baptiſmo ablutio corporis maxime idonea eſt ad ſignificandam ablutionem animi, quæ per illud ſacramentum datur: in Confirmatione Chriſmalis conſignatio frontis ad ſignificandam gratiam propugnandi fidem Chriſtianam: in Euchariſtiâ ſubſtantia Chriſti cum ſpeciebus panis & vini, ad ſignificandam graatiam nutritiuam animæ: In extrema vnctione, vnctiones externæ ad ſignificandam gratiam, qua pręparatur animus ad ſupremum agônem. 17. *Sex ſacramenta rebus intrinſecè conſtant.*

Porrò ſicut ſacramenta Noua, ideo conferūt gratiam, quoniam illam ex Chriſti inſtitutione, ſtatim conferri ſignificant; ita illud eſt cenſendum eſſentiale ſacramentis, quod ſignificat gratiam ſtatim conferri; hoc autem ſignificant res in prædictis ſacramentis: Ergo ſunt de ipſorum eſſentiali conſtitutione. Confirmatur; quia non eſt credendum excludi ab eſſentia ſacramenti rem illam, quæ peculiari iure vendicat nomen illius: tales autem ſunt res in prædictis ſacramentis: ablutio enim ſpeciali iure dicitur baptiſmus & illa frontis obſignatio dicitur Confirmatio: & agregatum ſubſtantiæ Chriſti, & accedentium panis, ac vini Euchariſtia: & Ægroti vnctio, Extrema Vnctio, &c. Ergo non eſt credibile, excludi res illas ab eſſentia huiuſmodi ſacramentorum. 18. *Quia res ſignificāt gratiam ſtatim conferri.* *Et ipſæ abſolute vocātur ſacramēti nomine.*

Secundò probatur, quia facillimum eſt in ſingulis iis ſacramentis inuenire rem, quæ ſit cuique eſſentialis: verbi gratia in Baptiſmo, externa corporis ablutio: in Confirmatione, Chriſmalis conſignatio: in Euchariſtia, ſubſtantia Chriſti cum panis & vini ſpeciebus: in Extrema Vnctione, multiplex illa ſenſuum vnctio: in Ordine, materiarum traditio: in Matrimonio, interna voluntas, non quidem ſignificandi conſenſum internum, nam talis voluntas eſſentialiter conſtituit cum externo verborum ſono, vel alio geſtu, vel motu, humanū ſermonem, vel mutū, vel 19. *Et in ſingulis ſex ſacramentis res eiuſmodi facile inueniuntur.*

zed by Google

vel aliud morale ſignum) ſed voluntas ſiue affectus internus coniugalis, nempe quem ſignificant hæc verba mulieris, *Volo vt tu mihi, & ego tibi ſim coniux.*

20. Nihilq; illas ab eſſentia ſacramentorum excludit.

Tertiò, quia nihil eſt, quod eas res ab eſſentia talium ſacramentorum excludat: non autoritas, cum potius includant illas cuncti Doctores: non abſurditas, aut indecentia, quæ nec ſomniari in præſenti poſſunt. Imo addi poteſt ſingulariſſima conuenientia; quia ſacramenta ſunt instituta, velut ſymbola quædam nobilium virorum, aut etiam ſummorum Principum quæ vulgò nominamus, *Empreſſas*, & hæc non verbis, vel ſaltem non ſolis verbis, ſed rebus communiter conſtant, vt arbore, enſe, lilio, pelicano, leone, & id genus aliis, ad ſignificandos varios Principis affectus, vel effectus, vel vtroſque.

21. Pœnitentiæ ſacramentum rebus intrinſecè non cōſtat.

Poſterius tituli membrum, nimirum Pœnitentiæ ſacramentum non conſtitui rebus, vt contradiſtinctis à verbis, ſed hiſce ſolis intrinſecè conſtare, ſententia eſt Scoti, & Dionyſij Ciſtertienſis, & Gabrielis, omniumque Scotiſtarum, qui ante Concilium Tridentinum ſcripſerunt: idem expreſsè tradiderunt poſtea doctiſſimus noſter Ioannes Maldonatus, vt conſtat ex ipſius ſumma. quæſt. 16. art. 3. Andreas de Vega in illud Concilium lib. 13. cap. 16. cum conſtanter affirmet, ſolam abſolutionem eſſe ſignum, & cauſam Gratiæ; Ioannes Iribarne in 4. diſtinct. 14. diſp. 8. ſect. 1. & diſt. 16. diſp. 13. ſect. 1. Ioſephus Angelis in Floribus, & decem abhinc annis Philippus Faber in 4. diſt. 14. quæſt. 4. diſp. 20. cap. 2. & diſp. 21. ſtatim initio, pluribuſque aliis in locis & nouiſſimè Villalobos in ſumma caſuum conſcientiæ Hiſpano ſermone edita, & cum plauſu non vulgari recepta. Fuſiores probationes proprium habent locum in tractatu de ſacramento Pœnitentiæ: ſed quoniam is ad ſequentem differtur tomum, illas hic in ſummam conferemus, ne theſim inermem relinquamus.

Idque, etiam poſt Concilium Tridentinū, plures tradidere.

22. Tridentini locus retorquetur.

Primo retorquemus argumenta ex Conciliis obiici ſolita. Nam Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 3. docet, vim huius ſacramenti præcipuè ſitam eſſe in verbis abſolutionis. Contendo autem τὸ *precipue* idem eſſe ac *eſſentialiter totaliter*. Primò quia Concilium idem in eadem ſeſſ. de eodem ſacramento loquens, ſic accipit id aduerbium *præcipuè*, dum cap. 1. docet, hoc ſacramentum tunc *præcipuè* inſtitutum, quando Chriſtus rediuiuus dixit, *Accipite Spiritum ſanctum, &c.* Vbi τὸ *præcipuè* idem plane eſt, ac *eſſentialiter totaliter*; nam accidentaliter, & quaſi in figura, inſtitutum fuit hoc ſacramentum in ipſa lotione pedum. Secundò, quia hoc ipſum aſſerere debent Bellarminus, & qui cum ipſo docent, ſola verba abſolutionis influere in gratiam. Tertia, quia ſententia communis hoc ipſo teſtimonio prorſus obruitur: ſi enim abſolutio, & alij actus influunt; & cum mutua dependentia influunt; ergo vis non eſt præcipuè, ſeu magis principaliter in verbis. Quis enim agens de baptiſmo dicat, vim eius principaliter ſitam in verbis? quis principaliter ſitam in ablutione?

23. Florentini, & Tridentini loca item retorquentur.

Rurſus Tridentinum cum Florentino dicēs, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, eſſe huius ſacramenti *quaſi materiam.* Sic diſputo: Nulli cæterorum ſacramentorum aſſignant Concilia pro materia rem ſacramento intrinſecam, ſed extrinſecam: ergo dum huic ſacramento aſſignant quaſi materiam, non intendunt aſſignare rem intrinſecam ſacramento, ſed extrinſecam: diuerſæ tamen rationis ab ea, quam in aliis ſacramentis abſolutè nuncupant materiam: nam in aliis materiam vocant id, quod præterquiritur ad ſacramentum, vt pura materia, per quam, vel de qua, vel circa quam; vt in baptiſmo, aquam; in Euchariſtia, panem, & vinum; in Ordine, Calicem, & patenam. At erga Pœnitentiæ ſacramentum longe aliter ſe habent pœnitentis actus: contritio enim prærequiritur quidem, non tamen vt pura materia, ſed vt vera diſpoſitio: confeſſio item prærequiritur, nec item vt pura materia, ſed vt diſpoſitionis manifeſtatio, ac proinde, vt ita loquar, condiſpoſitio: ſatisfactio verò non prærequiritur, ſed ſubſequitur.

24. Tridentini locus alius in caput aduerſariorum redit.

Tridentinum denique ibidem cap. 3. de actibus pœnitentis loquens, in primis non ait, dici partes ſacramenti, ſed dici *partes pœnitentiæ.* Deinde ſubdit, *Qui quatenus in pœnitente ad integritatem ſacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remiſſionem ex Dei inſtitutione requiruntur; hoc nomine, Pœnitentiæ partes dicuntur.* Quo planè conſulit noſtræ ſententiæ: declarans non eſſe nomen partium ſtricte capiendum; ſed vocari partes, quatenus ſine duabus prioribus, non eſt ſacramentum: & ſine tertia non datur perfecta remiſſio: alioqui definiſſet concilium, remiſſionem conſtitui ipſo actu ſatisfactionis.

25. Ratio vrget, itam tota ſacramentalis ſignificatio in ſolis verbis apte intelligitur.

Secundò rationibus agimus. Prima, quia tota eſſentialis ſignificatio huius ſacramenti ſufficientiſſimè, & aptiſſimè intelligitur, eſſe in ſolis verbis abſolutionis: Ergo & tota ſacramentalis efficacitas huic ſacramento eſſentialis: Ergo etiam tota ſacramenti huius eſſentia. Bellarminus conceſſo toto enthymemate, ſolum negat hanc ſecundam conſequentiam: ſed iure à pleriſque deſeritur, quia ſolùm eſt ſacramentum, aut ſacramenti pars, quod habet vim ſignificatiuam, & collatiuam gratiæ. Suarez, & alij negant antecedens: ſed immeritò, nam (vt ipſarum rationem retorqueam) hoc ſacramentum eſt inſtitutum in forma iudicij: at in iudicio ſola verba iudicis aptè ſignificant, & efficiunt rei abſolutionem, aut condemnationem: Ergo & hic.

26. Alioqui plura ſequuntur abſurda.

Hinc emergit ſecunda ratio ab incommodo: nam ſi actus pœnitentis ſignificant, & conferunt gratiam abſolutionis: Ergo ipſe pœnitens per illos actus ſeipsū propriè abſoluit. Tertia item ab abſurdo; quia alioqui & Eccle[illegible]a, Doctores prætermiſiſſent quartam ſacramenti partem, & quidem magis præcipuam, quam ſatisfactionem, ſcilicet impoſitionem ipſius ſatisfactionis à confeſſario tanquam à iudice factam: & hæc ipſa incommoda citato loco augebimus. Quarta [illegible] quia quidquid affertur ab aduerſariis contra hanc ſententiam, eam confirmat, vt iam ex [illegible]te vidimus, & partim loco citato videbi[illegible].

§. II.

Verbis item omnia ſacramenta intrinſecè conſtant, præter Euchariſtiam.

27. Omnia ferè ſacramenta tranſeuntia verbis intrinſecè conſtant.

Prior p[illegible] eſt omnium fere Catholicorū, & ad vtriuſque maiorem intelligentiam, & vberiorē probationem, aduertendum eſt, pleraque noſtrorum Sacramentorum conſiſtere in actione ex vſu, & proinde vere vocari poſſe ſacramenta phyſice tranſeuntia: nam Baptiſmus v. gr. conſiſtit in actione abluendi, & in Verbis illis, Te baptizo &c. Confirmatio in vnctione cruciformi, & illis

S. Thom. Q. LX.

ſigno te ſigno crucis , &c. & ſic de pleriſque aliis: Vnum dumtaxat eſt ſacramentum non conſiſtens in vſu , vel actione , quod proinde vocari nequit tranſiens , ſed potius phyſice permanens, nempe Euchariſtia, ſiquidem poſt actionem conſeruatiuam , quæ tranſiens eſt, ſolum Euchariſtiæ ſacramentum perſeuerat phyſice in altari vſque ad ſumptionem, & in ſtomacho Sacerdotis vſque ad ſpecierum conſumptionem.

28. Quia verbis prorſus egẽt: & non niſi vt intrinſecè conſtituẽtibus.

Nunc omiſſis variis, & infirmis rationibus, quibus fulciri ſolet prior aſſertionis pars , eam probo Primo, quia de fide eſt, vt ex Florentino Concilio vidimus , ſacramenta , de quibus loquimur, non confici niſi intercedant verba : Sed hæc non requiruntur in prædictis ſacramentis , vt aliquid ipſis extrinſecum : Ergo tanquam ipſis intrinſecum & eſſentiale ? Minor patet , quoniam in Baptiſmo v gr. verba illa Te baptizo &c. non ſunt cauſa efficiens Baptiſmi : nam cauſa efficiens eſt miniſter ſeu baptizans : Non ſunt cauſa finalis: nam finis Baptiſmi , non eſt verborum prolatio, ſed hominis ſanctificatio , & conſignatio : Non ſunt diſpoſitio ad gratiam, vel ad conſignationẽ, quia non eſt cur verba potius , quam ablutio diſpoſitionis munus exerceant. Nec ſunt diſpoſitio ad ablutionem, tum quia poteſt ablutio præcedere prolationem verborum ; tum quia nec eſt cur verba ad ablutionẽ diſponant, & non è conuerſo.

29. Idque ſufficiente enumeratione cõuincitur.

Neque verò verba illa ſunt materia, circa quam, hæc enim reſpectu Baptiſmi eſt peccatum delendum. Nec denique ſunt mera conditio, tum quia deberent ablutionem neceſſariò præcedere , cum tamen poſſint, & ſoleant ſubſequi : tum etiam quia non eſt cur verba ad ablutionem , & non ablutio ad verba; conditionis munus obirent: tum vero etiam, & quod vrgentius eſt , quia verba ſecundum humanam inſtitutionem accepta , vehementer idonea ſunt vt aſſumantur ad conſtituendum , & integrandum vnum aggregatum quod ſupernaturaliter, & ex Chriſti inſtitutione ſignificet gratiam ſanctificantem: Non igitur eſt, cur verba non ſint Baptiſmo intrinſeca, & eſſentialia : & idem eſt de verbis cuiuſlibet ſacramenti conſiſtentis in vſu ſiue actuali operatione , prout has expendenti rationes peruium erit.

30. Idque poſcit ſumma nobilitas iſto ũ ſacramentorum.

Secundò argumentor, vel id ipſum explico, & firmo: quia ſumma nobilitas ſacramentorum legis gratiæ illa eſt, quod habeant efficaciam ſignificandi, ſimulque tribuendi gratiam : proinde illud, in quo manifeſte reſidet virtus gratiam ſignificandi, & conferendi, citra vllam dubitationem eſt de intrinſeca , & eſſentiali ratione ſacramenti : Sed in prædictis omnibus ſacramentis verba manifeſtè continent vtramque efficacitatem: Ergo ſunt iiſdẽ ſacramentis intrinſeca, & eſſentialia. Minor cõſtat ex prima [illegible]tione, nã hæc Verba Te baptizo in nomine Patris , & Filij, & Spiritus ſancti , certiſſimè ſignificant ablu[illegible] ablutionem animæ : ſicut autem ſacramenta [illegible] legis idem efficiunt , & producunt, quod ſignificant; ita in ſacramẽtis eiſdem res illa , quæ ſanctificationem animi ſignificat, illam efficit : proinde prædicta verba ſanctificationem animi producunt & conferunt. Illud autem quod ſanctitatem & ſignificat, & confert, manifeſtiſſimè ſpectat ad rationem intrinſecam, & eſſentialem ſacramentalem , vel tanquam totum ſacramentum, vel ſaltem vt ipſius pars : Ergo verba in ſacramentis memoratis intrinſeca, & eſſentialia ſunt.

31. Tertio probo, quia ſex illa ſacramenta , de quibus agimus, conſiſtunt eſſentialiter in actione , & vſu, & appellari iure poſſunt phyſicè tranſeuntia: Sed verba, quibus indigent, ac perficiuntur , ſunt propriè tranſeuntia, & in actione, & vſu conſiſtũt: Ergo ſunt maximè accommodata ad conſtituendũ intrinſecè illorum eſſentiam. Ex alia vero parte ſunt eadem verba maximè apta ad ſignificandam ſacramentalem gratiam; eamque reipſa ſignificant ex diuina Chriſti inſtitutione, ac proinde etiam illam conferunt: Ergo ſunt intrinſeca, & eſſentialia dictis ſacramentis, in vſu, & actione conſiſtẽtibus.

Verbis etiam tranſeuntibus ſacramenta tranſeuntia bene componuntur.

32. At Verba ſunt forma artefacti moralis : & huic forma non eſſentialis.

Aduerſus hanc aſſertionem plurima obiicit Sotus, quæ latè refert, & refellit Maratius : quorum tota vis hac obiectione comprehendi poteſt. Verba in iis ſacramentis habent ſe vt forma in artefacto morali , v gr. ſignificatio in vocabulo : ſed huiuſmodi forma non eſt de eſſentia artefacti: Ergo nec verba de eſſentia eiuſmodi ſacramentorũ. Minor conſtat, quia vocabulum v. gr. nomen iſtud *Gallus* in recto ſolum dicit ſonum, & in obliquo ſignificationem, ſicut album eſt habens albedinẽ: longe aliter ac homo , qui non rectè dicitur habens humanitatem, nec habens animam: ſed cõſtãs humanitate, conſtans animâ &c. Vnde ſicut paries habens triplicem albedinem non eſſet niſi vnum album, quia tãtum eſſet vnum habens albedinem, quamuis multiplicem: ita nomen ex. gr. *Gallus* etſi plura ſignificet, eſt vnum nomen, quia eſt vnus tãtùm ſonus, et ſi multiplicem habeat ſignificationẽ.

33. Contrà quia verba non ſunt ſtrictè forma , ſed compars materiæ.

Reſpondeo permittendo nunc Minorem ; quia fortaſſe eſt quæſtio de nomine, num ad eſſentiam artefacti pertineat forma, quam dicit in obliquo; ſicuti etiam vtrum ad eſſentiam albi ſpectet albedo. Maior tamen falſa eſt: quia verba in iis ſacramentis, non ſe habent vt ſignificatio in nomine, ſed ſicut ſe habet vna pars materiæ eſſentialis artefacto, quæ ſimul cum altera parte materiæ etiam eſſentialis conſpirat ad conſtituendam vnã adæquatam materiam, & vnum totale ſubiectum formæ artificioſæ, v gr ſignificationis. Etenim totum aggregatum v gr. ex ablutione & his verbis humanis, *Baptizo te in nomine Patris , & Filij & Spiritus ſancti* , aſſumptum eſt & aſſumptum à Chriſto ad ſignificandam gratiam habitualem ; quam ex hominum inſtitutione non ſignificabat : quod ſect. 4. §. 2. faciliùs probabitur.

34. Verba non intrinſeca Euchariſtiæ, vtpote permanenti.

Alteram tituli partem, verba, (nimirum conſecrationis) non eſſe de eſſentia ſacramenti Euchariſtiæ, tradunt Scotus, Vaſquez, & alij, quos in Tractatu de Euchariſtia Diſp. 2 ſect. 2 §. referam , vbi res erit ex profeſſo ſtabilienda Nunc breuiter ſuadetur , quia totum Euchariſtiæ ſacramentum eſt verè, ac propriè permanens: Sed verba conſecrationis non ſunt aliquid verè ac propriè permanens: Ergo non pertinent ad eſſentiam ſacramenti Euchariſtiæ. Negabis maiorem, dicens, Euchariſtię ſacramentum partim eſſe permanens propriè , & phyſice, nempe quoad res ipſas , ex quibus intrinſecè cõponitur, & partim eſſe permanẽs impropriè, ſeu moraliter, nempe quoad verba cõſecrationis.

35. Nec enim Euchariſtia partim & phyſicè tranſiens.

Sed contrà, quia ſi verba eſſent de eſſentia illius ſacramẽti, conſtituerent cum rebus vnum ſubiectum totale ſacramentalis ſignificationis, vt n. 33. dicebam: ſubiectum verò iſtud eſſe partim phyſicè permanens, & partim phyſicè tranſiens , eſt imprimis quidpiam inſolitum, & planè ſingulare, vt apud omnes conſtat: Deinde eſt prorſus abſonum, quia concedendum eſt ab Aduerſariis, ipſũ materialem ſonum verborum eſſe partem Euchariſtici ſacramenti materialem, & proinde mãducari, & bibi: nã totum illud in Euchariſtia mãducatur, quod eſt ſacramentũ per modum cibi, & totũ illud bibitur,

Alioqui verba comederentur, exhiberentur.

Google

S. Thom. Q. L X. tur,quod eſt ſacramentum per modum potus, totum inquam illud quod eſt eiuſmodi ſacramentum propriè,& in recto: Atqui eſt totum illud,cui ſuperaddita eſt à Chriſto ſacramentalis ſignificatio: Ergo cum per Aduerſarios hæc ſuperaddita ſit toti aggregato ex rebus & verbis,planè totum aggregatum hoſtiæ & ſuorum verborum comeditur; & totum aggregatum ſanguinis,& verborum ſuorum bibitur.

36 Includi verba in Euchariſtia, Concilia diſſuadens.

Adde,ſententiam iſtam adeo difficilem,nullâ perſuaderi autoritate, ſed potius eâ diſſuaderi,qua fulciri ſolet. Etenim Concilium Florentinum,ſolùm ait, omnia ſacramenta perfici rebus,& verbis,id eſt verbis indigère ita, vt ſine verbis reipſa poſitis ſacramenta reipſa non ponantur:nos vero fatemur Euchariſtiam ſine verbis conſecrationis exiſtere non poſſe,& illis ſummè indigere,tanquam cauſâ,ſeu principio efficiente: quam doctrinam idem Concilium non obſcurè tradidit,dum de Euchariſtia ſpeciatim diſſerens, dixit, eius formam eſſe verba conſecrationis, *quibus hoc conficitur ſacramentum.*

37. Incluſionis eius nulla & neceſſitas.

Tandem neque verba conſecrationis eſſentialem eſſe partem Euchariſtiæ, neceſſitas vlla compellit aſſerere. Siquidem aggregatum ex Chriſti ſubſtantia, & ſpeciebus panis, & vini, ſufficientiſſimum eſt ad immediate recipiendam ſignificationem ſacramentalem gratiæ in modum cibi, & potus. Nec vacua, vel ocioſa manent verba conſecrationis, quippe quæ ſacramentum efficienter cauſant; & ſacrificium conſtituunt,quæ omnia fuſiùs, vt dixi,in eius ſacramenti, & ſacrificij Tractat.perſequimur.

SECTIO III.

Vtrum res, & verba, quibus ſacramenta perficiuntur, ſint certa, ac determinata.

38. Certa inquam,ac determinata,non quidem materialiter ita ſcilicet, vt res debeat eſſe tantæ quantitatis,non maioris,aut minoris;& verba tot numero,non plura,nec pauciora; ſed formaliter,ita nempe, vt res eſſe debeant talis ſpeciei,& verba reddere talem ſenſum.

§. I.

Res debere eſſe certas,ac determinatas,& quo pacto.

39. Nec debere certas eſſe, Catholici quidam ſignificant.

Res illas, quibus ſacramenta perfici, ſiue indigere demonſtrauimus,certas ac determinatas eſſe debere, non obſcurè negant quidam Catholici,vt Innocentius in cap.1.de Baptiſmo,&Felinus in cap. *Quo in Eccleſiam*,dum ſcribunt,Sacerdotem latinum,ſi ad Euchariſtiã adhibeat panem fermentatum,non conſecrare: & conſequenter dicerent, neque Sacerdotem Græcum conſecrare,ſi panem adhibeat azymũ: quare cenſent,materiam,ſeu rem in Euchariſtiæ ſacramento non eſſe certam,ac determinatam,

Nouatores impudenter pronunciãt.

ſed pro nationum varietate variam.Clariùs, & impudentiùs negant Nouatores,requiri determinatas res; cùm dicant,Baptiſmum validum eſſe non ſolùm infuſâ aqua,ſed etiam quolibet alio liquore.Sed neutris aſſentiendum.Nam & Græcus ſacerdos in pane azymo,& Latinus in fermentato valide conſecrat: & nullus niſi in Aqua valide baptizat.

40. Certæ ac determinatæ ſunt res, quibus ſacramenta perficiuntur.

Dico itaque primò cum omnibus Catholicis,res illa,quibus ſacramenta perficiuntur,aut indigent,certas,ac determinatas eſſe debere;ita ſcilicet,vt aliter ſacramenta non exiſtant, aut conſiſtant.Probatur primo è S.Scriptura, quæ pro Baptiſmo,aſſignat ablutionem per aquam: pro Euchariſtia,Chriſti corpus, & ſanguinem cum panis,ac vini ſpeciebus:pro Vnctione,oleũ &c.eſtque de omnibus eadem aſſignandi ratio, vt illico declarabitur.Secundo ex Decreto Eugenij IV. ſæpius adducto: ſingulis enim ſacramentis res certas, ac determinatas præſcribit, vel potiùs à Chriſto inſtitutore præſcriptas,& perpetua Eccleſiæ Religione obſeruatas, exactiſſimè deſignat. Tertio ratione,quia maximè conueniens eſt, vt Eccleſia Catholica, quæ vna,& eadem vbique eſt,vnis,ac eiſdem vtatur ſymbolis,& inſigniatur inſignibus.

41. Non in omnibus ſacramentis æquè determinatæ.

Dico ſecundò,res quibus ſacramenta proximè perficiuntur,non eſſe in omnibus ſacramentis eodem pacto certas,ac determinatas: ſed in quibuſdam ſacramentis determinari ad vnam ſpeciem infimam; in quibuſdam ad vnum genus proximum: interdum etiam determinari partim ad ſpeciẽ,partim ad genus,& interdum partim ad vnum indiuiduum. Exempli gratia, in Baptiſmo res determinatur ad ablutionem aquæ naturalis, quæ cenſetur eſſe infimæ ſpeciei;in Confirmatione ad vnctionem olei balſamo admixti,quæ videtur eſſe ſpecies intermecta, propterea quod variæ videantur eſſe ſpecies Oliuarum,& conſequenter olei:in Euchariſtia res & materia proxima contrahitur partim ad vnum genus ſpecierum panis, & vini; partim ad vnam ſpeciem infimam quantitatis, ſi hæc eſt phyſica,& ſolius materiæ proprietas; & partim ad hoc indiuiduum,nempe hanc numericam Chriſti ſubſtantiam. Quibus ex poſitis, & aliis facile applicandis,probatur aſſertio adiuncta etiam ratione, quia ſic oportuit ſacramenta inſtitui, vt eſſent accommodata ad hominum viatorum facilem ſenſum,& vſum.

42. In quibuſdã indetermi natæ ad vnã ſpeciem infimam:in aliis non, &c.

Dico Tertiò,res, & materias remotas ſacramentorum, in quibuſdam in aliquibus ſacramentis eſſe determinatas ad vnam ſpeciem infimam,vt in Baptiſmo ad aquam naturalẽ,quæ videtur eſſe infima ſpecies; & in matrimonio ad virum,& mulierem:in quibuſdam ad quoddam genus,vt in Euchariſtia ad panẽ,& vinum, quæ videntur genera quædam; & ſimiliter in Extrema-vnctione ad oleum: interdum ad genus,& ſpeciem,vt in Confirmatione ad oleum, quod apparet genus,& ad balſamum, quod videtur infima ſpecies.Ratio petitur ex præcedẽte aſſertione,in qua vidimus expediens eſſe, & reipſa fieri, vt eo modo variarentur res,& materiæ ſacramentorum proximæ: his autem variatis neceſſe prorſus eſt, eodem modo variari remotas,vt per ſe conſtat.

43. Determinatæ inquam ab ipſo Chriſto, exceptâ materia quadam partiali Ordinis.

Dico Quarto,res,& materiæ ſingulorum ſacramentorum fuerunt ab ipſo Chriſto determinatæ,excepta ſaltẽ partiali materia Ordinis, ſiue ſacramentalis Ordinationis. Prior pars eſt omnium Catholicorum, & conſtat partim è Scripturæ teſtimoniis num. prælatis, partim Eccleſiæ traditione, & vſu perenni.Poſterior, quæ pertinet ad ſacramentum Ordinis, traditur à Bellarmino, & aliis viris grauiſſimis, & nouiſſimè à Lugo hîc Diſp.2.ſect.5.& à nobis in tract.de Ordine magis explicata vulgabitur. Hîc breuiter aſtruitur, quoniam inter Latinos Diaconus ordinatur per traditionẽ libri Euangeliorum: naſcente autem Eccleſia, cum S. Stephanus, aliique Diaconi ordinati ſunt, nondum erat ſcriptus Euangeliorum liber, ac proinde non tradebatur: imo inter

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

Græcos nunc non creditur, etiam Romæ dum à ſuis ordinantur epiſcopis, ſciente, & conſentiente Romano Pontifice.

44. Similiter Presbyter inter Latinos ordinatur in ſacerdotẽ traditione panis in patena, & vini in calice; & illis verbis *Accipe poteſtatem* &c. & in Cõfeſſarium ordinatur impoſitione manuũ epiſcopi, verbiſq; illis, *Accipe Spiritũ ſanctum, quorum remiſeris peccata* &c. At inter Græcos, etiam Romæ in oculis Summi Pontificis ordinatur in ſacerdotem ſine traditione calicis & patenę panis, & vini. Ergo dicẽdus eſt Chriſtus Eccleſię cõmiſiſſe, vt ipſa determinaret rẽ, ſeu materiã eiuſmodi ordinũ; ſic tamen vt apte ſignificaret poteſtatem, quæ in illis traditur.

45. *Et tamen ſimpliciter omnes determinatæ ſunt.* Nec ideo tamen exceptionẽ abſolute admittimus à generali regula qua tradidimus rem ſeu materiam ſingulorum ſacramentorum eſſe certam, ac determinatam, ita ſcilicet vt ſacramentum, ſine illa non conſiſtat. Si quidem res omnium ſex ſacramentorum, cum à Chriſto determinatæ ſint, tam apud Græcos, quam apud Latinos neceſſariæ ſunt ſimpliciter ad illarum veritatem: res autem ſacramẽti ordinis, eo modo quo certa, aut determinata eſt, nẽpe talis pro Latinis, & talis pro Græcis, omnino neceſſaria nunc eſt ad illius ſacramenti conſiſtentiam, altera quidem apud Latinos, altera vero apud Græcos. Nec inde inferas, Græcos in azymo, & Latinos in fermentato non poſſe valide conſecrare: nam Chriſtus etſi conſecrauit in azymo, tamen pro materia neceſſaria non inſtituit azymum, ſed panem: ſicut neque vinum nigrum, ſed vinum.

46. *Nec Eccleſia materiam mutauit matrimonij dũ clandeſtinũ irritauit.* Obiicies: ſi res & materias ſacramentorum, Chriſtus, vt aſſerimus, determinaſſet, nõ poſſet Eccleſia reddere illas inhabiles, ſiue inſufficiẽtes ad cõfectionem ſacramentorũ: Atqui tales reddidit materiã matrimonij proximã, nẽpe conſenſum clandeſtinũ, & conſequẽter materiam remotam, nẽpe corpora ipſa clandeſtine cõtrahere tentantiũ: Ergo res, & materiæ ſacramentorum certæ ac determinatæ non ſunt. Facilis & cõmunis eſt reſponſio matrimonii materiam eſſe conſenſum inter homines validum, talis autem eſt ſi fiat iuxta leges humanas: iſtæ enim poſſunt talem vel talem conſenſum inualidum decernere, & talis ac talis perſonas inhabilitare ad conſenſum, & contractum: & ſic inhabilitarunt clandeſtinos ad cõtractum, dum iſtum, ſi clandeſtine fieret, decreuere inualidum; & conſequenter ſacramento ineptum.

47. *At potuit Chriſtus omniũ materiarum determinationem cõmittere Eccleſię.* Obiicies iterum: Potuit Chriſtus ſic ſacramenta inſtituere, vt materiarum omnium determinationẽ Eccleſiæ relinqueret; ſicut reliquit determinationẽ omnium cenſurarum. Sed hoc ipſum ſpectare videtur ad maiorẽ tum Eccleſię dignitatẽ, quę ſcilicet longe maiore poteſtate polleret: tum fidelium vtilitatẽ, neceſſitatem, & opportunitatem, quia non in omnibus regionibus proueniunt, aut facile inueniuntur certę materię, vt panis triticeus, vinum ex vite, balſamum &c.

48. *Potuit quidem, ſed ob varias conuenientias noluit.* Reſpõdemus, potuiſſe Chriſtũ, Eccleſię cõmittere determinationẽ materiæ ſacramẽtalis, non tamẽ vniuerſim id feciſſe, tum ob rationes adductas, tum etiam quia voluit, rem tantam, quæ ad hominum ſanctificationem tantopere pertinebat, per ſe ipſum determinare, ſicut etiam per ſe ipſum ſacramenta ipſa inſtituere. Quæ ratio non procedit in pœnis, quales cenſuræ ſunt. Neque verò tanta eſt alicubi penuria materiarum, quas Chriſtus deſignauit, vt ad ſacramenta neceſſaria deficiat.

§. II.

Verba item certa, ac determinata eſſe debere, & qua ratione.

49. *Negare videtur quidam Chatholici.* DEbere eſſe certa, ac determinata videntur negare Innocẽtius, & quidã alij Canoniſtæ in c. 1. de baptiſmo, dũ aiunt, miniſtrũ baptiſmi Latinũ, ſi vtatur forma baptiſmali Græcorum, inualide baptizare: & cõſequenter dicturi ſunt idẽ de miniſtro baptiſmi Græco, ſi formam adhibeat Latinorũ: Cenſent ergo verbalem baptiſmi formulam non eſſe determinatam, ſed pro regionum, aut nationum diuerſitate diuerſam. Hæc tamen aperte falſa ſunt; nam & Latinus forma baptiſmali Græcorum & Græcus forma baptiſmali Latinorum valide baptizat, vt ſuo loco videbimus.

50. *Palam negãt Recentiores Hæretici.* Apertius negauit Lutherus in ſua Babylone. Cap. de Baptiſmo, nõ dubitans quin valide ſit baptizatus is, cui datus baptiſmus in nomine Diaboli, ſi ipſe recipiat in nomine Domini. Quam ſententiam etſi poſtea mutauit, aliqui tamen Lutheranorum adhuc retinere vidẽtur; & conſequentes debent, quia iuxta illos ſacramenta potiſſime conferuntur ad excitandã fidem: Ergo quæcumque, verba ſint excitantia fidem, erũt ſacramẽtis apta. Potiſſime Caluinus apud Bellarm. lib. 1. c. 19. doctrinam hanc tradit inquiẽs, verba ſacramentorum debere eſſe cõcionatoria, nõ virtualia, vel conſecratoria, proinde non determitana; & ſine verbis concionatoriis, aquam ex. gr. in ordine ab baptiſmum nihil eſſe, niſi aquam.

51. *Verba eſſe determinata, ad fidem ſpectat.* Dicendum primo, verba ſacramentorũ certa, ac determinata eſſe. Pertinet hoc aſſertum ad fidem Catholicã, & ſuadetur Primo, è diuinis eloquiis, quæ §. & aſſertione ſuperiore attigimus. Secudò cõſtat ex manifeſtis definitionib. Eugenij IV. in Cõcilio Florent. poſt ſeſſ. vltimã in Armenorũ Inſtructione, ſingulis enim ſacramentis Põtifex ſua determinata verba deſignat. Tertio quoniam ad vnitatem, & vniformitatẽ, & conſonantia ſolius Eccleſiæ, tam lõge, & latè patentis, iſtud eſt magni momenti, vt nuper de materiæ determinatione dicebam: & nunc addo, rationem iſtam fortius vrgere in verbis. Nã ſi materia ſacramentorũ determinata eſſe debet, multo clarius id requirit forma; nõ ſolùm quia eſt nobilior, ſed etiã quia eſt determinatiua materię, & velut anima illius, ideoque magis diſtinctiua Chriſtiani gregis, quã materia. Firmabit hoc aſſertum confirmatione ſequentis.

52. *Verba non ſunt concionatoria, ſed ritualia.* Dicendũ ſecundò, verba ſacramentorũ non eſſe cõcionatoria, ſed conſecratoria, & ritualia. Suadetur Primo è diuinis litteris, è quib. pro ſacramẽtis nõ cõcionatoria, ſed cõſecratoria, & ritualia verba colligũtur. Secũdo ex Florentino Cõcil. citato, & aliis, in quib. ad ſacramẽta deſignãtur expreſſa, & determinata verba ritualia, & non concionatoria. Tertio ex §. & aſſertione præcedẽtib. nam res ſacramentorũ sũt determinatæ; & verba quoniã rerũ ſunt formæ, ſpeciali iure determinata, ac certa eſſe debẽt: verba autẽ concionatoria determinata non ſunt; ritualia vero determinata ſunt: ergo, hæc & non illa ſunt apta ſacramentis.

53. *Quod, præter alia, tacto* Quarto probatur ad hominem ex doctrina ipſa, & praxi Nouatorum aduerſantiuum. Aiũt enim

Digitized by Google

Ipſo Nouatorũ euincitur, puerorũ Baptiſmũ admittentes.

enim ſacramentalia verba debere eſſe concionatoria, vt in ſuſcipientibus excitetur fides: Iidem vero docent, paruulos debere baptizari, & illos re ipſa baptizant: in paruulis autem non excitatur fides. Ergo, &c. Reſpondent Lutherani, paruulos dum baptizantur habere vſum rationis; & fidem actualem. Sed inprimis quis non dicat adultos, qui ſic reſpondent, ſimul cum fide vel rationis, vel ſaltem rectæ rationis vſum amiſiſſe? Deinde reſponſionem iſtam ab antiquiſſimis hæreticis ductam, & à Nouatoribus excitatam, ſalsè deridet S. Auguſtinus epiſt. 57. ad Dardanum, & hoc dilemmate euidentiſſimè iugulat: Pueri dum baptizantur, plorant: & Baptiſmum quantum poſſunt, recuſant: Vel ergo tunc rationis habent vſum, vel non. Si non habent, non credunt: Si habent, peccant mortaliter, nec in Baptiſmo deponunt culpam Originalem, & admittunt actualem; nec Baptiſmum recipiunt valide, vtpote inuiti, & ratione vtentes.

Pueros enim tunc ratione vti, ſine ratione dicũt.

54. Sicut etiam Baptiſmum non prodeſſe tunc paruulis cùm datur, ſed poſtea.

Reſpondet Caluinus, paruulos, etſi ratione tunc non vtantur, accipere verum ſacramentum, hoc tamen non illis prodeſſe pro eo tempore, ſed poſtea. Contra, quia ſi verba concionatoria ſunt de eſſentia Baptiſmi, tanquam inſtructio perſonæ baptizandæ, non minus debent percipi mente, quam recipi debeat aqua in corpore. Quis enim dicat, inſtructionem recipi ab eo, qui nec eam intelligit, nec intelligere poteſt? Præterea ſi Baptiſmus tunc non eſt vtilis, ſed poſtea: Ergo non tunc remittit culpam, nec infundit gratiam, Deoque facit hominem gratum, ſed poſtea: ſed non id præſtat ante vſum rationis: Ergo poſt iſtum, vel in primo iſtius inſtanti. Nunc ſic: Moriatur paruulus ante vſum rationis, & proinde ante dimiſſam culpam, & acceptam Dei gratiam: non aſſequetur gloriã, nunquã igitur ei Baptiſmus proderit: quorſũ igitur paruulo Baptiſmus dabitur.

55. Ex ipſorum etiam praxi idem oſtenditur.

Quintò etiam ad hominem ex doctrina, & praxi Lutheri, & Caluini: aiunt enim, illos, qui ritu catholico ſeu Romano baptizantur, non eſſe rebaptizandos: Catholicus autem & Romanus Baptiſmus non confertur per verba concionatoria, ſed ritualia, vt iſti ipſi Hæreſiarchæ ſciunt, & damnant. Aut ergo Baptiſmus Romano ritu exhibitus non eſt validus; & ſic impiè, atque nefariè dicunt, non eſſe baptizatis alium conferendum Baptiſmum, nempe cum iactura ſalutis æternæ: aut Baptiſmus Romanus validus eſt, & ſic, falsò dicunt, ad valorem Baptiſmi requiri verba concionatoria, & ſine iſtis aquam nihil eſſe niſi aquam.

56. Nec eis fauet Auguſtinus.

Sexto denique probatur deiectione duorum fundamentorum, quibus aduerſarij nituntur. Prius mutuantur ex Auguſtino Tract. 80. in Ioan ita ſcribente: *Vnde tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo, non quia dicitur, ſed quia creditur.* Sed inprimis rogo, qua fronte Nouatores nobis obiiciant Auguſtinum, quem aperto Marte impugnant aſſerentem paruulos in Baptiſmo non habere vſum rationis. Deinde variis omiſſis reſponſionibus, quas apud Patres, Bellarminum, Suarez, Valquez & Lugum legere licent, mea ſemper hæc fuit: S. Doctorem, ſuo more, conciſe, & argute loqui, ſenſumque illius eſſe, aquam non habere virtutem à verbo præciſe, quia dicitur, ſed quia creditur, id eſt, quia verbum illud non eſt quodlibet Verbum,

Explicatur illud, *Non quia dicitur ſed quia creditur.*

ſed ſignificatiuum ſolius myſterij, quod ſupernaturali fide creditur. S. Thom. Q. LX.

57. Similis locutio conciſa, & arguta reperitur ſæpe apud Auguſtinum: illam nunc profero in eadem materia, & lib. de Baptiſmo cap. 12. Idem (Baptiſmus) qui propter diſcordiam prius operabatur mortem, propter pacem operatur ſalutem: At Baptiſmus mortem non operatur; nec ſalutem operatur præcisè propter pacem, ſed hac poſita vt conditione; ſermo tamen conciſus, & argutus, iis ſubiacet tropis. Confirmo apertiſſimè reſponſionem: nam Auguſtinus docet, paruulum ab Hæretico, atque Gentili validè baptizari: at neque Gentilis, neque Hæreticus, neque paruulus in ſententia Auguſtini vere credit, vt vidimus: Ergo verbum, in eius ſententia, non operatur ſalutem, quia à miniſtro, vel à baptizando creditur. Si dicant, illum operari, quia creditur ab Eccleſia; inprimis quorſum concionatoria verba? Deinde, dicam, ſenſum illius eſſe, operari ſalutem non ſolum quia dicitur, ſed ſimul quia creditur, iuxta illud: *Miſericordiam volo, & non ſacrificium.*

58. Nec ratio, quam afferunt, efficit hilum.

Fundamentum alterum ita conſtruunt. Nulla eſt conuentio Chriſti cum diabolo: Atqui Diabolus magicas incantationes inſtituit cum certis, ac determinatis verbis: Ergo non ſic inſtituit Chriſtus ſacramenta. Reſpondeo, nullam eſſe conſequentiam: Primo, quia dæmon magicas incantationes interdum alligat, non ſolum certis verbis, ſed etiam certis rebus, vt ſignis, imaginibus, lauacris, actionibus; Damnandus igitur eſſet magiæ Chriſtus ab Aduerſariis, quia gratiam ſanctificantem ablutioni aſtrinxit. Secundo quia, ſi certum effectum certis alligare verbis, magia eſt, cur magia non erit eum alligare verbis certi generis, nempe concionatoriis, & tendentibus ad excitandam fidem? Nam Dæmon ſæpe ſuos magicos effectus aſtringit ad verba certi generis, vage amatoria, ſeu tendentia ad excitandum in animo turpem amorem.

59. In ipſis res vaquerat.

Imò ſi certum effectum alligare ad huiuſmodi amorẽ in animis accenſum, magia eſt cur magia non erit, gratiã infallibiliter coniungere cum affectu fidei in animis excitatum? Damnet etiã magiæ Caluinus Eliſæum, quia 4. Reg. 13. dixit Regi Ioas, Percute baculo terram; & cum percuſſiſſet tribus vicibus, & ſtetiſſet, iratus eſt vir Dei contra eum, & ait: ſi percuſſiſſes quinquies, aut ſexies, ſiue ſepties, percuſſiſſes Syriam vſque ad conſummationem: nunc autem tribus vicibus percuties eam, &c. Quod ſi tres determinatas victorias tribus determinatis baculi ictibus tanquã ſignis alligare, magia non fuit, cur magia erit certã gratiam certis ac determinatis verbis, tanquam ſymbolis aſtringere.

60. Non quælibet ſimilitudo Chriſti cum Belial, eſt conuentio cum ipſo.

Praue igitur huc applicatur Paulinum illud, *Quæ conuentio Chriſti ad Belial?* Non enim quælibet ſimilitudo eſt conuentio: alioquin vti diximus, conueniſſet cum Belial Chriſtus in alliganda gratia Baptiſmo cum verbis etiã non omnino determinatis, ſed vt Aduerſarij volũt, concionatoriis; imo & interiori actu fidei. Cõuentio vero eſt, quam indicat ibi Paulus dicens ỹ. 14. *Nolite iugum ducere cum infidelibus*; ſiue vt Græcus habet contextus, *Nolite fieri*; ἑτεροζυγοῦντες *infidelibus*, hoc eſt, iuxta communiorem, ſolidioremque interpretum ſententiam, Nolite alteram vnius & eiuſdem iugi

Sed quia iugum quis ducit cum infidelibus

Digitized by Google

nimus in Lutheri diſcipulis Mollibus,&Rigidis,itéque & in diuerſis Caluini ſectatoribus. Neceſſe enim eſt agroſten iſtam, aut filicem, quæ nullis manſueſcit aratris, dum igne non abſumitur, nouos erumpere in nodos, nouos laqueos germinare.

98. Archonticorum alii, reiectis veris, falſa ſacraméta ſubſtituebant.

Altera claſſis illorum eſt Hæreticorum, qui cum Eccleſiæ Catholicæ ſacramenta reiicerent, ipſi alia confingebant. Hunc errorem inchoaſſe videntur ſectatores quidam illius Marci, cuius num.91. mentionem habuimus: refert enim Irenæus lib.1.cap. 18.inter principium, & medium, tres illorum factiones, quarum quæque Baptiſmum formis verborum, & inter ſe, & à noſtra diuerſiſſimis, conficiebant: & credibile eſt illos in cæteris ſacramentis parem ſibi licentiam feciſſe. Sub idem tempus Cataphrygæ, ſeu Montaniſtæ ſuam ſibi Euchariſtiam conficiebant ex farinâ ſanguine infantis ſubactâ. Eum errorem multis poſt annis auxére Manichæi.

99. Manichæorum primi, perperá Cathari nuncupari.

Porrò Manichæi duplices fuerunt: Primi & potiſſimi circa annum Chriſti 260. qui, cùm dicerent, pleraſque rerum corporalium eſſe immúdas, & in eis purgandis occuparentur, à multis vocati ſunt Cathari, i.e.Puri; non ſine confuſione, & improprietate: nam & Cathari fuerunt alij Hæretici, tum errore, tum tempore diuerſiſſimi: & Manichæi, non Cathari, tanquam Puri, ſed Cathariſtæ, id eſt,Purgatores dici debuiſſent, vt rectè S.Auguſtinus Hæreſi 46.ſub medium,ſemel ac iterum annotauit. Itaque nomen Catharorum à Latinis quibuſdam ignorantibus vim eius applicatum eſt Manichæis: Damaſcenus verò, cæterique Græci, cum vocis notionem callerent,nunquam Manichæos Catharos nominarunt.

Cũ Cathariſtæ dici debuiſſent.

100. Aquæ baptiſmum inutilem dicebant.

Docebant verò priores illi Manichæi,teſte S. Auguſtino in illa Hæreſi 46. propè finem, Baptiſmum in aqua nihil cuiquam ſalutis afferre; nec quemquam illorum, quos decipiebant, baptizandum putabant. Euchariſtiam ſuam conficiebant ex farina, & hominum ſemine in eam effuſo; indeque ſuos Electos communionem percipere cogebant. Electos autem vocabant eos, quos vt ſacros miniſtros præficiebant populis; & vt nomen Electorum ſonat, non videntur eos initiaſse vero ſacramento ordinis, ſed extrinſecâ tantum electione ad id muneris deſtinaſſe;proinde tria pſeudo-ſacramenta, pro tribus veris confinxiſſe.

Euchariſtiã ex farina, & humano ſemine conficiebant.

101. Poſteriores Manichæi eundem errorem promouerunt.

Sequuntur Alteri Manichæi,nempe Cathari, ſiue Potaxeni, quos ſub Chriſti annum 1150. in Gallia exortos Alexander III. in ſuo Lateran. Concilio P. 1. c. 27. damnauit. Iidem tamen ad annum Chriſti 1120. apud Albim Galliæ Aquitanicæ vrbem renati, indeque Albigenſes nuncupati; ſacramentarium illum errorem ſummopere promouerunt. Nam, vt refertur in Directorio Inquiſitorum Parte 2. q. 13. quartus illorum errorum erat, omnia ſacramenta Romanæ Eccleſiæ eſſe inania & vana,quibus ipſi alia,tanquam ſimilia ſubſtituebant. Tandem eo labaſſe videntur errore circa Domini annum 1304. Fratricelli:nam Ioannes XXII. in Extrauag. *Sancta Romana*,de Religioſis domibus non ait, ſimpliciter, deſpexiſſe ſacramenta, vel omnia ſacramenta, ſed ſacramenta Eccleſiæ quaſi quædam alia ſibi ipſi confinxerint; quod valde credibile eſt: Tum quia vix aliter potuiſſent ab aliis diſtingui; Tum præcipuè,quia vitam agebant pene monaſticam proinde ritibus, & ceremoniis in quorum genere ſacramenta ſunt,multum addictam.

§. II.

Eſſe in lege gratiæ vera ſacramenta, & conuenire talia.

PRior tituli pars, nempe eſſe in lege Gratiæ vera ſacramenta, vnum eſt ex potiſſimis eiuſdem legis dogmatibus, & fidei noſtræ fundamentis.Nam cuiuſlibet viatorum hominum ſtatûs diutiùs perſiſtentis, tanquam oſſa, & nerui, ſacramenta ſunt, vt Diſp. 1. ſect. 1. §. 5. declaratum eſt: & gratia redemptionis à Chriſto adductæ, per ipſius ſacramenta potiſſimum applicatur. Ideo ſignificata eſt hæc veritas in pluribus ſcripturæ locis, quæ partim ſupra retulimus, partim infra referemus: conſeruata etiam, & quaſi per manus tradita, perenni totius Eccleſiæ traditione, & vſu: commendata à SS. Patribus, quorum teſtimonia toto hoc tractatu ſparguntur; neque hîc opus eſt vt coaceruentur: definita demum à Conciliis, tum virtualiter ab antiquioribus, indicantibus materias, & formas ſacramentorum, & iſtorum neceſſitatem, & effectum declarantibus: tum expreſſè, & formaliter à Recentioribus, præſertim duobus Generalibus,Florentino, poſt ſeſſ. 25. in decreto Eugenij §. *Quintò, Eccleſiaſticorum ſacramentorum*, & Tridentino ſeſſ. 7. Can. 1.de ſacramentis in genere.

102. Eſſe in l. Gratiæ vera ſacramenta vnũ eſt è potiſſimis fidei dogmatibus.

A Concilijs Veter.indicatum,à Nouis expreſſè definitum.

Ratio verò, cur in lege Gratiæ vera ſacramenta ſint, ſumitur ex conuenientia,& morali neceſſitate omnibus Eccleſiæ ſtatibus,ſaltem diuturnis,communi. Quia ſcilicet eſt Eccleſia corpus quoddam myſticum, & Reſpublica viſibilis; quæ dependenter à ſenſibus, tum res corporeas & ſpirituales intelligit, tum hominum cum hominibus commercia iungit.Proinde ſicut ipſi, quatenus humanæ Reip.conuenientiſſimus, & moraliter neceſſarius eſt vſus verborum ad placitum ſignificantium, aliorumque id genus ſignorum;ita eidem quatenus Reip.ſacræ, conuenientiſſimus,& moraliter neceſſarius eſt vſus ſacrorum ſignorum ſenſibilium; quibus & in ſe conſtituatur, & ab alis Rebuſp. profanis diſtinguatur, & per quæ Deo ſacretur,& ſpecialiſſimè famuletur, vt partim in hac Diſp.1.ſect. 1. partim in hac Diſp.3. ſect. 1. fuit declaratum,& probatum eſt.

103. Statui Eccleſiæ congruentiſſima ſunt,& moraliter neceſſaria.

Altera tituli pars,nempe expedire legi gratiæ hæc ipſa ſacramenta, quibus fruimur, quamuis interminis tractari non ſoleat,eſt huius loci propriiſſima. Probanda verò eſt non rationibus,quibus communiter probant Doctores,præſertim verò Suarez Diſp.6.ſect.1.& Lugus Diſp.3. ſect. 2.conueniens fuiſſe:vt in lege Gratiæ ſacramenta inſtituerentur, hoc enim vt ſect. 1.probaui,commune eſt omnibus legibus,ſeu ſtatibus permanentibus Eccleſiæ conſtantis ex hominibus Viatoribus, ac proinde Eccleſiæ legis gratiæ; & intelligitur de ſacramentis abſtracte ſumptis: præſens autem aſſertio, cum iam oſtenſum ſupponat, & agat ſpeciatim,de conuenientia talium ſacramentorum in tali Eccleſia, & lege probari debet

104. Hæc ſacramenta huic Eccleſiæ cõpetere, non beneſoles oſtendit.

Digitized by Google

het rationibus, & conuenientiis ſpecialibus, deſumptis ex natura, & conditionibus horum ſacramentorum, & huius legis.

105. Quà gratiæ feracia, legi Gratiæ debentur.

Hæ vero conuenientiæ facile reperiri, & perſtringi poſſunt Nam ſi lex Euangelica, propter humani generis redemptionem, & cum Deo reconciliationem iam exhibitam, lex gratiæ eſt, nempe gratiæ affluentioris, vt in Tomo de Incarnatione Diſp. 10. ſect. 2. à n. 20. confirmauimus: ſacramenta debuit habere non gratiæ vacua, & egena, qualia leges antiquiores habuerunt, ſed plena, vt ſic dicam, & locupletia, hoc eſt tribuentia gratiam.

Quà facilia debentur legi per antonomaſiã filiorum Dei.

Si lex Gratiæ, lex eſt peculiari titulo, filiorum Dei, vt ſæpè Apoſtolus tradit, conuenientius eſt, habeat ſacramenta accommodata conditioni filiorum: proinde quæ magnam ſecum afferant fiduciam, & moralem certitudinem acceptæ gratiæ: & talia ſunt noſtra ſacramenta; cum gratiam ex opere operato conferant, hoc eſt, cuicumque non ponenti obicem, quales certiſſimè ſunt omnes infantes, & moraliter omnes adulti, qui moralem adhibent diligentiam vt requiſitam diſpoſitionem præmittant. Eodem filiorum titulo conueniens fuit, vt ſacramenta legis huius faciliora eſſent, quam præcedentium legum, vt ſanctus Auguſtinus docuit lib.

106. Nec enim iis imponenda onera ſeruorum.

Neque enim filiis chariſſimis tam grauia debent imponi onera, quam ſeruis: præſertim verò cum Chriſtus filius non adoptiuus, ſed proprius grauiſſimum dolorum pondus iam ſuſtinuerit. Ideo ſacramenta noſtra, quo magis neceſſaria, eo ſunt magis facilia, vt Baptiſmus, omnium neceſſariſſimus, & omnium facillimus, vtpote per aquam, qua nihil inter homines parabilius; & à quolibet, etiam Gentili validè conferri potens. Quod ſi pœnitentia ſpecialiſſimam habet difficultatem, inprimis non eſt ſacramentum neceſſarium ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione peccati lethalis propriâ voluntate commiſſi: quod in filiis aduerſus patrem, confeſſionem exigit rubore, & cõfuſione plenam, qualem fecit filius prodigus dicens, *Peccaui in cœlum & coram te*: talem verò confuſionem non illa facile parit confeſſio facta ſoli Deo, parit autem facta homini, licet Dei locum tenenti.

107. Quà etiam numero pauciora perfectiori legi debentur.

Propterea quoque debuerunt ſacramenta, vt idem S. Auguſtinus ibidẽ addit, eſſe numero pauciora quam in legibus priſtinis fuerunt. Etenim pauca hæc virtutem, & efficacitatem continent ampliſſimam, & toti Eccleſiæ ſufficientiſſimam; & generatim nobilius cenſetur virtutem habere in paucioribus inſtrumentis collectam quam in plurimis diſperſam, vt in ſpeciebus Angelorum impreſſis explicari ſolet.

108. Quod atteſtatus egregiè S. Dionyſius.

Quin etim de hac ipſa re, quam verſamus, idem attigit Magnus Dyonſius lib. de Eccleſiaſtica Hierarch. cap. 1. colum. penult. loquens enim de nobis ad Angelos comparatis, hæc habet. *Nobis autem id quod eis, & ſimpliciter, & coniunctè datum eſt, ex verbis & oraculis, quæ diuinitus tradita ſunt, quantum nobis licet, conceſſum eſt* ἐν ποικιλίᾳ καὶ πλήθει διαιρετῶν συμβόλων, *in varietate & multitudine diuiſibilium ſymbolorum.* Cumque in eiuſdem libri cap. 5. dicat, vt num. 112. referam, noſtram Hierarchiam verſari mediam inter cœleſtem, vt eâ inferiorem, & Moſaicam vt eâ ſuperiorem virtualiter ait debuiſſe noſtram paucioribus, Moſaicam verò pluribus ſymbolis, & ſacramentis inſtitui. Alias rationes facile quiuis inueniet.

S. Thomæ Q. LX.

109. At inquies, ſacramenta eſſe materialia, & velut vmbras.

Solùm obiici poſſet, ſacramenta Nouæ legis, ſicut etiam alia quælibet, eſſentialiter eſſe materialia, & ſigna ex inſtituto; proinde quaſi rudes quaſdam figuras, & informes formas, & velut vmbras gratiæ, quam ſignificant, & adumbrant: ideoque non congruere dignitati, & præſtantiæ legis Nouæ, vtpote quæ veteres vmbras à tergo reliquerit, & lucem ipſam veritatis, aſpiciat. Sicut enim Apoſtolus legem Veterem appellans *noctem*, & Nouam, *diem*, dicebat Rom. 13. v. 12. *Nox præceſſit, dies autem appropinquauit*: inde verò tanquam neceſſaria conſecutione inferebat, *Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: ſicut in die honeſte ambulemus* & citra videbitur dici debuiiſe, Abiiciamus ergo ſymbola, & obſcura, & veluti nocturna ſigna; & lucem ipſam in ſeipſa cernamus; nimirum non vt Moyſes velamen habentes oculis impoſitum, ſed *reuelatâ facie gloriam Domini* ſpeculantes (i. e. in ſpeculo aſpicientes) *à claritate in claritatem, tanquam, à Domini ſpiritu* &c.

110. Sed non ideo dedecent Eccleſiam viatricem, & pĕdentem à ſẽſibus cognoſcentem.

Reſpondemus tamen. Sicut non dedecet Eccleſiam Nouæ legis eſſe viatricem, & corpoream, & cum dependentia à ſenſibus intelligentem; ita neque ipſam dedecent ſigna tali ſtatui conſona: talia verò ſunt in naturalibus, & politicis verba, & ſcripturæ, & alia ſigna ſignificantia ex inſtituto humano; & in ſupernaturalibus ſacramenta ſignificãtia ex placito diuino. Nec ideo non exceſſimus ex vmbris: nam Vetera ſacramenta non ideo vmbræ erant, quia gratiam ex inſtituto ſignificabant, ſiue adumbrabant; ſed quia mere illam ſignificabant vt per Noua conferendam: Noua verò non mere illam ſignificant, ſed ſimul ſignificant, & conferunt: non enim ſignificant conferendam, ſed tunc conferri, quando recipiuntur, cum ſola naturæ poſterioritate. Quare non ſunt ſigna rei futuræ: quia naturæ ſolius poſterioritas non ſufficit ad futuritionem realem, vtpote quæ formaliter exigit aut includit præſentem negationem rei, quæ dicitur futura; dum autem ſacramentum cum debita diſpoſitione recipitur, non eſt carentia, ſed vera, & realis præſentia gratiæ, quam ſignificat.

111. Nec Noua lex vocatur lux abſoluto ſed reſpectu veteri obſcurioris.

Nec obſtat, quod ſtatus legis Euangelicæ vocatur in ſcripturis lux, & dies: non enim ſic appellatur, quaſi lucem ipſam ſupernaturalem in ſeipſa & clare conſpiciat; hoc enim eſt proprium ſtatûs beatitudinis, & æternæ patriæ, non huius peregrinationis & viæ, per fidem ambulantium, & non per ſpeciem, vt Apoſtolus admonuit. Vocatur igitur Euangelica lex, lux, & dies, non abſolutè, ſed reſpectu Veterum legum, à quibus & tanquam vmbris præfigurabatur, & velut in obſcuro iacentibus expetebatur: ſed hæc ipſa lux, ſi cum cœleſti conferatur beatitudine, nox quædam eſt &, quidpiam quaſi medium inter noctem obſcuram, & diem clarum, nimirum dies nubilus, cœlum & ſolem non exhibens, niſi nubibus obductum.

102. S. Dionyſij Areop. præclarum de eadem re teſtimonium.

Atque hoc ipſum docuit S. Dionyſius Areopagita de cœleſt. Hierarch. cap. 5. col. 3. dum ſcripſit Eccleſiam legis gratiæ mediam verſari inter ſynagogam, & cœleſtem patriam: cum hac enim habere communes contemplationes; cum illa verò communia ſymbola. Sicut autem

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX. tem contemplationes habet longè inferiores, quam cœleſtis patria; ſic habet ſymbola longè perfectiora quam ſynagoga, de cuius ſymbolis idem Dionyſius paulo antea ſic ſcripſerat. *Secundum illam autem cœleſtem, mundoque ſuperiorem Hierarchiā diuinitas in noſtra, pro ſua in nos benignitate, ſanctiſſima dona, muneraque ſua depromens iis quidem, qui pueri erant, vt ait ſcriptura ſancta, hierarchiam legis dedit: quod cum fecit, tenuibus verorum imaginibus ſimulacriſque, ab exemplaribus remotiſſimis, & ſignis, quæ non facile cognoſci poterant, ac figuris quæ non facilem ad diiudicandum contemplationem, ſpiritalemque intelligentiam, quæ in eis abſtruſa eſt, continebant, congruam lucem ei, quæ in eis inerat, quaſi imbecillibus oculis ſine incommodo impertiuit.* Hæc Dionyſius interprete R. P. Petro Lanſſelio, Societatis noſtræ Thologo, & de cunctis Magni Dionyſij, quæ extant monumentis, & S. Maximi ſcholiis, interpretatione ſuâ ſat bene merito.

113. R. P. Gabriel Vaſianus, inſignis interpres operum S. Dionyſij. Verùm quia R. P. Gabriel Vaſianus, noſtræ etiam Societatis Theologus, & huius Aragonicæ Prouinciæ nobilis ſoboles, & noſter in Græcis, Latiniſque magiſter, interpretationem omnium Dionyſij operū poſthumā reliquit, quam nos, Deo duce, in lucem daturi ſumus; libet interim loci huius interpretationem, tanquam ad guſtum, dare. *Poſt cæleſtem, mundoque ſuperiorem Hierarchiam, in nos etiam benefice Princeps ille Deus ſacroſancta ſua munera, doteſque depromp ſit. Cæterum cum eſſemus paruuli, vt Oracula loquuntur, indulſit nobis LEGALEM HIERARCHIAM; quam eiuſmodi ritibus inſtituit, vt aperiret & rerum diuinarum veritatem obſcuris imaginibus, archetypos per effigies à vero remotiſſimas, ac per figuras & ænigmata, quæ haud ita facilē & clarum præberēt oculis occulta veritatis aſpectū, vt ſine damno videlicet lumen accommodatum in imbecillas acies infunderet.*

Eius interpretationis ſpecimē per occaſionem exhibitum.

114. In Chriſtianiſmo neceſſaria eſſe ſacramenta tradit S. Auguſt. Huic Teſtimonio Præſtātiſſimi Theologi inter Patres Græcos, adiungamus rationem Conuenientiæ, quam tradit præclariſſimè inter Latinos S. Auguſtinus lib. 19. contra Fauſtum his verbis: (*in nullum nomen religionis ſiue verum, ſiue falſum, coadunari homines poſſunt, niſi aliquo ſignorum vel ſacramentorum viſibilium conſortio colligentur, quorum ſacramentorum vis inenarrabiliter valet plurimùm; & ideo contempta ſacrilegos facit impie, quippe cōtemnitur, ſine quo nō poteſt perfici Pietas.*) Hæc ibi vnde clariſſimè liquet cōuenire ſacramēta Chriſtianę religioni ipſaque inſtituta eſſe ab Authore & conſummatore fidei noſtræ, cuius opera perfecta ſunt, verùm de his plura dicentur infra diſp. 19. de Numero ſacram. legis gratiæ.

DISPVTATIO III.

De Sacramentorum Nouæ legis materia, & forma, & vnione.

SECTIO I. *An omnia ſacramenta Nouæ legis perficiantur, ſiue indigeant rebus & verbis.*

SECTIO II. *Num omnia Nouæ legis ſacramenta rebus & verbis intrinſecè conſtent.*

§ 1. *Rebus intrinſecè conſtituuntur omnia ſacramenta, præter Pœnitentiam.*

§ 2. *Verbis item omnia ſacramenta intrinſecè conſtant, præter Euchariſtiam.*

SECTIO 3. *Vtrùm res, & verba, quibus ſacramenta perficiuntur, ſint certa & determinata.*

§ 1. *Res debere eſſe certas, & determinatas, & quo pacto.*

§ 2. *Verba item certa ac determinata eſſe debere, & qua ratione.*

SECTIO 4. *An, & quomodo res, & verba ſacramenti intrinſeca, rationem habeant materiæ & formæ.*

§ 1. *Res in eſſe phyſico ſunt materia; Verba in eſſe phyſico & morali, ſunt Rerum forma.*

§ 2. *Coniunctum ex Rebus & verbis eſt ſubiectum ſeu materia reſpectu ſacramentalis ſignificationis.*

§ 3. *Sacramentalis ſignificatio interdum eſt ſimplex, interdum compoſita.*

SECTIO 5. *An, & quomodo ſacramentalis ſignificatio ſit adæquata ſacramenti forma.*

SECTIO 6. *Dicatne ſacramentum in recto materiam, an formam, an vtramque.*

1. Materiæ, & formæ ſacramentorū VV. non explicandæ. MAteriias & formas veterum ſacramentorum non explicamus: Tum quia plures illarum ignotæ ſunt, & ipſarum coniectatio parum vtilis: Tum præcipuè quia præſentes Diſputationes de ſolis ſacramentis nouis per ſe inſtituuntur. Quare præmiſsâ duplici Diſputatione, Nouis, Veteribuſque communi, tanquam neceſſariâ ad Nouorum explicationem; de iſtis iam agere aggredimur, non acturi de illis, niſi quantum opus fuerit ad Nouorum vel indicandam præſtantiam, vel illuſtrandam notitiam.

SECTIO I.

An omnia ſacramenta Nouæ legis perficiantur ſiue indigeant rebus, & verbis.

2. Aliquā re perfici & eā indigere ad conſtituendū, idem hic ſunt. COnſultiſſimè quærimus, an rebus & verbis *perficiebantur, ſiue indigeant*, pro eodem vſurpantes hæc duo *rebus & verbis perfici*, & *rebus & verbis indigere*: nā & ita loquitur Cōcilium Florentinum nu. 7. proferendum; & è re noſtra plurimum eſt quod perfici rebus, & verbis nō neceſſariò ſonet illis intrinſecè conſtitui, ſed ſine illis re ipſa poſitis non conſiſtere, prout in ſequentibus aperimus.

3. Inſtitui potuit ſacramentum nō egēs verbis, & aliud non egens rebus. Ponimus autem primò, ſermonem eſſe de ſolis ſacramentis in lege Noua iam inſtitutis: potuiſſeque diuinitus alia condi, quæ nō indigerent verbis, qualis fortaſſe fuit olim Circumciſio: & aliqua item, quæ non egerent rebus, qualis eſſe poſſet aliqua deprecatio. Secundò ponimus, nomine rerum hic intelligi res contradiſtinctas à verbis, quamuis verba res quædam propriè ſint, vt alicubi notauit S. Auguſtinus. Tertiò denique ponimus nomine

Digitized by Google

mine verborum ſumi voces hominis articulatas & ex hominum inſtituto ſignificantes, aut res aliquas, vt nutus vel ſigna; quæ verbis ſubſtituantur, & æquiualeant, vt ex eodem Concilio Florentino num. 11. planum erit.

4 Verba hic pro humanis capiuntur.

Inde fit, vt nomine verborũ non intelligatur merus externus ſonus hominis ore prolatus, quia ſic præciſè nõ eſt verbum, ſed intelligatur aggregatum ex iſto ſono & interna voluntate eum efficiendi, vel ſaltem ipſi applicandi humanam inſtitutionem, ſiue ſignificationem. Sicut enim homo conſiſtit eſſentialiter in aggregato ex materia & anima rationali & vtriuſque nexu, & ille producit hominem, qui materiæ coniungit animam rationalem: ita verbum conſiſtit in aggregato ex ſono & ſignificatione, & vtriuſque vnione: quare is verbum producit, qui ſono ſuo externo ſignificationem internâ ſuâ intẽtione, velut quadam vnione moraliter coniungit, vt latius exponam in diſp.

5 Omnia Noua ſacramenta rebus & verbis indigere fides docet.

Dico primò. Catholica veritas eſt, omnia Noua ſacramenta perfici rebus & verbis, ita ſcilicet vt niſi res & verba adhibeantur, ſacramentum Nouæ legis non exiſtat. Colligitur primum è S.S. Matthæi vltimo v. 19. ritum Baptiſmi rebus ac verbis perfici, continetur dicto Chriſti *Baptizantes eos in nomine Patris* &c. quo alluditur Epheſ. 5. v. 25. dum Chriſtus dicitur mũdare Eccleſiam *Lauacro aquæ in verbo vitæ*, nempe ablutione cum verbis *Te Baptizo*, &c.

De multis è S.S. conſtat.

Confirmationem ſimili ritu præſtandam, perſuadet eius ſimilitudo cum Baptiſmo, cuius eſt quaſi complementum; & ipſius conditio, nam eſt Chriſtiani militis adlectio, miles autem niſi re aliqua vt nutu, verbiſque ſolemnibus non adlegitur.

6 Ad Euchariſtiam adhibuiſſe Chriſtum panem & vinum, & verba conſecratoria, conſtat ex Matthæo, Marco, Luca, & Paulo: eundemque ritum Eccleſiæ præcepiſſe dum dixit, *Hæc quotieſcumque feceritis in mei memoriam facietis*, vel *Hoc facite in meam commemorationem*. De Extrema vnctione dicitur Iac. 5. verſ. 14. & 15. *Vngentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei alleuiabit infirmum, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei*. Quo ſignificatur ſacramentum illud requirere vnctionem quæ ſit Res, & verba quæ ſint oratio. De Pœnitentia & Ordine inde probatur, quòd ipſe Chriſtus, & abſolutionem à peccatis, & abſoluendi poteſtatem contulit per res & verba: Suppoſito enim dolore tanquam re, adiunxit verba iſta, *Remittuntur tibi peccata*: & facta inſufflatione tanquam re, protulit verba hæc, *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur* &c. Si enim Chriſtus, qui ſine vllo ſigno poterat effectus iſtos ſacramentales conferre, contulit per ſigna rebus & verbis conſtantia, vel ex eo deducitur inſtituiſſe vt eodem modo ſacerdotes & Epiſcopi eos conferrent. De Matrimonio claret etiam ex ſcriptura: nam ex ea conſtat, eſſe contractum vtrinque onerosum: Hic autem inter homines viatores iniri non poteſt ſine rebus & verbis, vt eſt notiſſimum.

7 De cunctis expreſſa Eccleſiæ definitione.

Secundò probatur manifeſta Eccleſiæ definitione, edita ab Eugenio IV. poſt ſeſſ. vltimam Concilij Florentini in decreto pro Armenorum inſtructione. §. *Quinto Eccleſiaſticarũ*, vbi poſt ſeptem Eccleſiæ ſacramenta tum enumerata, & nominata, tum luculenter expoſita, & veteribus collata, & ante lata, ſic habentur. *Hæc omnia ſacramẽta tribus perficiuntur, videlicet, rebus, tanquam materia, verbis, tanquam forma, & perſona miniſtri conferentis ſacramentum cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia; quorum ſi aliquod deſit, non perficitur ſacramentum*. Quæ poſtrema pars apertè continet aſſertionem noſtram præſentem: & confirmat rationem præcedentem, & ipſum ſectionis titulum, vbi pro eodem accipimus, ſacramentum perfici rebus, & verbis, ac ita illis indigere, vt ſine vtriſque non conſiſtat. S. THOM. Q. LX.

8 Et ratione conuenientiæ oſtendente.

Tertiò ſuadendum eſt id ratione, non quidem euidenter concludente neceſſitatem, ſed ſufficienter proponente conuenientiam. Et quidem quod attinet ad res, S. Thomas q. 61. ar. 4. ſuadet, eſſe conueniens, vt ad ſacramentum adhibeatur res aliqua ſenſibilis, quia homo, qui ſacramento vtitur, ſenſibilis eſt, quæ ratio non probat conuenientiam rerum, vt à verbis diſtinctarum: nam verba prolatitia, ſeu vocalia, verè ſenſibilia ſunt, & ſimiliter nutus, aliaque externa ſigna, quæ verbis æquiualere, & ſubſtitui ſolent. In art. autem 5. ſolùm ſuadet, res ad ſacramentum adhibendas, debere eſſe determinatas: quod ſicut veriſſimum etiam eſt de verbis; ita non oſtendit adhibendas eſſe res, vt à verbis contra diſtinctas, quod nunc agimus.

9 Ex conuenientia proferuntur.

Mihi potiſſima ratio diuinæ inſtitutionis eſt, quia ſtatus legis Euangelicæ eſt longè clarior, priſtinis legibus: ſic prorſus, vt illas dicat Apoſtolus noctem, hunc verò diem, vt Diſp. 2. num. 109. referebam: ideo ſtatum iſtum docent ſymbola longè clariora: ſymbolum autem, ad quod vel intrinſecè conſtituendum, vel proximè efficiendum concurrant & res & verba, longè clarius eſt, vt per ſe claret. Accedit inſignis perfectio, nam dum res & verba ſimul adhibentur, egregiè ſignificatur excellentia noſtrorum ſacramentorum præ veteribus: dum enim hæc miniſter conficiebat, dicebat quidem (vt ita rem declarem) dicebat, inquam, gratiam, & ſanctitatem à noſtris producendam, non tamen eam producebat, vnde neque ſe producere ſignificabat: dum verò nos Noua ſacramenta conficimus, ſimul gratiam dicimus, & conficimus; & hoc ipſum appoſitione rerum, & verborum appoſitè ſignificamus, nempe quod in hoc myſterio nos geramus (vt noſtro loquar prouerbio) *diciendo y haziendo*; idque eò propriùs, quòd ipſis etiam verbis, non minus quam rebus, agimus.

10 In ſex ſacramentis res & verba ſtricta ſemper requiruntur: in ſeptimo verba ſtricta, regulariter.

Dico ſecundò. In omnibus, ſex prioribus ſacramentis requiruntur omnino res, & verba propriè ſumpta: in ſeptimo autem non omnino requiruntur verba propriè ſumpta, ſed ſolummodo regulariter. Probatur primum Eccleſiæ traditione perpetuâ, ſenſu, & vſu: ad quæ S. Auguſtinus attendens, Tract. 80. in Ioan. poſt medium, celebre illud acroama protulit, *Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum*: quod etſi S. S. Doctor de ſolo Baptiſmo protuliſſe videatur, Doctores tamen extenſo nomine elementi, & ſumpto pro re à verbo diſtinctâ, de cunctis intelligunt Nouæ legis ſacramentis. Videantur alij Patres in Doctoribus Scholaſticis, præſertim recentioribus.

Liquet ex perpetua traditione.

11 Ex aperta definitione.

Deinde probatur expreſsâ definitione Eccleſiæ in Concil. Florentino. Nam in §. proximè citato, conceptis verbis ſtatuit, vt vidimus, omnia ſeptem ſacramenta ſic perfici rebus, & verbis, vt ſi alterum iſtorum deſit, ſacramentum non exiſtat; Deinde cum in paragraphis proximè ſequentibus deſignaſſet ſingulis ſacramentis certas res pro materiis, & certa verba pro formis, in §.

Septimum

S. THOM. Q. LX.

Septimum eſt, addidit, *cauſa, efficiens matrimonij regulariter eſt mutuus conſenſus per verba de præſenti expreſſus.* Vbi Pontifex potiſſime adhibuit particulam *regulariter*, tum ob alios fines alibi exponendos, tum vt ſignificaret iſtud ipſum, quod verſamus, nimirum poſſe matrimonij ſacramentum conſiſtere ſine verbis propriè ſūptis, ſcilicet per nutus, & alia ſigna, quæ ſecundum humanum agendi morem verbis æquiualeant: Igitur in omnibus ſex prioribus ſacramentis requirit Eugenius verba propria ſemper, & in ſeptimo regulariter.

12. Cur in ſolo matrimonio verba ſtrictè non omnino requirantur.

Ratio, diſcriminis eſt clara: quia ſeptem priora ſacramenta Chriſtus ita inſtituit, vt primò, conſtitueritt illorum entitatem in ration- ſigni moralis: voluit autem ſignū iſtud pro ſua Eccleſia inſtituere perfectiſſimum, & clariſſimum, ac proinde conſtitutum ex rebus, & propriè nuncupatis verbis: matrimonium autem non ipſe primò conſtituit in ratione ſigni moralis, ſed iam antea conſtitutum inter homines, vtpote naturalem contractum, euexit ad rationem ſacramenti, additâ nempe ſignificatione, & efficacitate gratiæ: quare ſicut in ratione talis contractûs non exigit matrimonium verba propriè ſumpta, ſed ſolùm regulariter, ita etiam in ratione talis ſacramenti.

13. At ſacramēti Noui definitio non imbibit res, & verba.

Opponunt: Tota definitio ſacramenti conſtare poteſt ſine mentione verborum; vt contradiſtinctorum à rebus; & ſine mentione reū, vt contradiſtinctarū à verbis: Ergo &c. Reſpōdeat aliquis, ex antecedene ſolùm fieri, vt ad ſacramentum in communi non requirantur res certò, ac determinatè neque verba certò, ac determinatè; cum quo ſtat, requiri ad ſacramentum in particulari nimirum Nouæ legis. Sed contrà, quia nec definitio ſacramenti nouę legis mentionem exigit rerum & verborum, poteſt enim definiri, *Sacramentum à Chriſto inſtitutum conferens gratiam ex opere operato*, Ergo conſtare valet ſacramentum Nouæ legis abſq; verbis, vt contradiſtinctis à rebus, & abſque rebus, vt contradiſtinctis à verbis.

14. Tranſeat. Nō enim claudere debet omnia quæ ad eſſentiam exiguntur.

Omiſſo ergo nunc antecedente, tanquam infra examinando, nego conſequentiam: poteſt ad exiſtentiam, & veritatem alicuius rei requiri aliquod aliud ens, quod in illius rei definitione non debeat conſtitui: & ita contingit in ſacramentis Nouæ legis; quorum quædam indigent verbis, vt intrinſecis, & eſſentialibus, quędam, vt cauſis efficientibus, aut conditionibus: quædam item ipſas res poſtulāt vt conditionem ſimpliciter neceſſariam, quędā vt intrinſecè conſtitutiuas, & prout ſuis locis in ſpecie declarabitur.

15. Si Verba nō ſunt Euchariſtiæ eſſentialia, ſunt neceſſaria.

Rurſus oppones: Inter ſacramenta Nouæ legis eſt aliquod non conſtans verbis, ſed rebus, nempe Euchariſticum, vtpote quod integrum perſiſtit, ac diu permanet poſt tranſacta verba conſecrationis: Ergo falſo requirimus ad omne ſacramentum verba, ſeu contradiſtincta, ſeu non contradiſtincta à rebus. Reſpondeo; ſiue conſecrationis verba ſint de eſſentia Euchariſtiæ, ſiue non, quod num. 34. decernemus; ſaltem ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ipſam conficiendam; quod ſatis eſt, vt vtriuſque aſſertionis poſitæ doctrina vera ſit. Quòd verò matrimonium ſolis nutibus, aliiſve ſignis, quæ verba non ſunt, & confici, & perſeuerare poteſt, ideoque ſimpliciter non indiget verbis propriè talibus, hoc ipſum neceſſarium eſt ad veritatem ſecundæ concluſionis.

SECTIO II.

Num omnia nouæ legis ſacramenta, rebus & verbis intrinſecè conſtent.

QVod ad res attinet, Communis ſententia affirmat contra Scotum, Durandum, Salmeronem, & alios in materia de Pœnitentia: quod verò attinet ad verba, etiam plerique affirmant cum Suarez, Valentia, Granado Lugo & aliis in Diſpp. de Euchariſtia. 16.

§. I.

Rebus intrinſecè conſtituuntur omnia ſacramenta, præter Pœnitentiam.

17. Sex ſacramenta rebus intrinſecè conſtant.

PRius aſſertionis membrum à ne mine Catholicorum negatur: Suadetur primò, quia res eorum ſacramentorum ſunt communiter aptiſſima ſymbola gratiæ, quam tribuunt: ex. gr. in baptiſmo ablutio corporis maxime idonea eſt ad ſignificandam ablutionem animi, quæ per illud ſacramentum datur: in Confirmatione Chriſmalis conſignatio frontis ad ſignificandam gratiam propugnandi fidem Chriſtianam: in Euchariſtiâ ſubſtantia Chriſti cum ſpeciebus panis & vini, ad ſignificandam graatiam nutritiuam animæ: In extrema vnctione, vnctiones externæ ad ſignificandam gratiam, qua pręparatur animus ad ſupremum agônem.

18. Quia res ſignificāt gratiam ſtatim conferri.

Porrò ſicut ſacramenta Noua, ideo conferūt gratiam, quoniam illam ex Chriſti inſtitutione, ſtatim conferri ſignificant; ita illud eſt cenſendum eſſentiale ſacramentis, quod ſignificat gratiam ſtatim conferri; hoc autem ſignificant res in prædictis ſacramentis: Ergo ſunt de ipſorum eſſentiali conſtitutione. Confirmatur; quia non eſt credendum excludi ab eſſentia ſacramenti rem illam, quæ peculiari iure vendicat nomen illius: tales autem ſunt res in prædictis ſacramentis: ablutio enim ſpeciali iure dicitur baptiſmus & illa frontis obſignatio dicitur Confirmatio: & agregatum ſubſtantiæ Chriſti, & accedentium panis, ac vini Euchariſtia: & Ægroti vnctio, Extrema Vnctio, &c. Ergo non eſt credibile, excludi res illas ab eſſentia huiuſmodi ſacramentorum.

Et ipſæ abſolute vocātur ſacramēti nomine.

19. Et in ſingulis ſex ſacramentis res eiuſmodi facile inueniuntur.

Secundò probatur, quia facillimum eſt in ſingulis iis ſacramentis inuenire rem, quæ ſit cuique eſſentialis: verbi gratia in Baptiſmo, externa corporis ablutio: in Confirmatione, Chriſmalis conſignatio: in Euchariſtia, ſubſtantia Chriſti cum panis & vini ſpeciebus: in Extrema Vnctione, multiplex illa ſenſuum vnctio: in Ordine, materiarum traditio: in Matrimonio, interna voluntas, non quidem ſignificandi conſenſum internum, nam talis voluntas eſſentialiter conſtituit cum externo verborum ſono, vel alio geſtu, vel motu, humanū ſermonem, vel mutū,

vel

Digitized by Google

vel aliud morale ſignum) ſed voluntas ſiue affectus internus coniugalis, nempe quem ſignificant hæc verba mulieris, *Volo vt tu mihi, & ego tibi ſim coniux.*

20. Nihilq; illas ab eſſentia ſacramentorum excludit.

Tertiò, quia nihil eſt, quod eas res ab eſſentia talium ſacramentorum excludat: non autoritas, cum potius includant illas cuncti Doctores: non abſurditas, aut indecentia, quæ nec ſomniari in præſenti poſſunt. Imo addi poteſt ſingulariſſima conuenientia; quia ſacramenta ſunt instituta, velut ſymbola quædam nobilium virorum, aut etiam ſummorum Principum quæ vulgò nominamus, *Empreſſas*, & hæc non verbis, vel ſaltem non ſolis verbis, ſed rebus communiter conſtant, vt arbore, enſe, lilio, pelicano, leone, & id genus aliis, ad ſignificandos varios Principis affectus, vel effectus, vel vtroſque.

21. Pœnitentiæ ſacramentum rebus intrinſecè non cōſtat.

Poſterius tituli membrum, nimirum Pœnitentiæ ſacramentum non conſtitui rebus, vt contradiſtinctis à verbis, ſed hiſce ſolis intrinſecè conſtare, ſententia eſt Scoti, & Dionyſij Ciſtertienſis, & Gabrielis, omniumque Scotiſtarum, qui ante Concilium Tridentinum ſcripſerunt: idem expreſsè tradiderunt poſtea doctiſſimus noſter Ioannes Maldonatus, vt conſtat ex ipſius ſumma. quæſt. 16. art. 3. Andreas de Vega in illud Concilium lib. 13. cap. 16. cum conſtanter affirmet, ſolam abſolutionem eſſe ſignum, & cauſam Gratiæ; Ioannes Iribarne in 4. diſtinct. 14. diſp. 8. ſect. 1. & diſt. 16. diſp. 13. ſect. 1. Ioſephus Angelis in Floribus, & decem abhinc annis Philippus Faber in 4. diſt. 14. quæſt. 4. diſp. 20. cap. 1. & diſp. 21. ſtatim initio, pluribuſque aliis in locis & nouiſſimè Villalobos in ſumma caſuum conſcientiæ Hiſpano ſermone edita, & cum plauſu non vulgari recepta. Fuſiores probationes proprium habent locum in tractatu de ſacramento Pœnitentiæ: ſed quoniam is ad ſequentem differtur tomum, illas hic in ſummam conferemus, ne theſim inermem relinquamus.

Idque, etiam poſt Concilium Tridentinū, plures tradidere.

22. Tridentini locus retorquetur.

Primo retorquemus argumenta ex Conciliis obiici ſolita. Nam Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 3. docet, vim huius ſacramenti præcipuè ſitam eſſe in verbis abſolutionis. Contendo autem Τὸ *præcipue* idem eſſe ac *eſſentialiter totaliter*. Primò quia Concilium idem in eadem ſeſſ. de eodem ſacramento loquens, ſic accipit id aduerbium *præcipuè*, dum cap. 1. docet, hoc ſacramentum tunc *præcipuè* inſtitutum, quando Chriſtus rediuiuus dixit, *Accipite Spiritum ſanctum, &c.* Vbi Τὸ *præcipuè* idem plane eſt, ac *eſſentialiter totaliter*; nam accidentaliter, & quaſi in figura, inſtitutum fuit hoc ſacramentum in ipſa lotione pedum. Secundò, quia hoc ipſum aſſerere debent Bellarminus, & qui cum ipſo docent, ſola verba abſolutionis influere in gratiam. Tertia, quia ſententia communis hoc ipſo teſtimonio prorſus obruitur: ſi enim abſolutio, & alij actus influunt; & cum mutua dependentia influunt; ergo vis non eſt præcipuè, ſeu magis principaliter in verbis. Quis enim agens de baptiſmo dicat, vim eius principaliter ſitam in verbis? quis principaliter ſitam in ablutione?

23. Florentini & Tridentini loca item retorquentur.

Rurſus Tridentinum cum Florentino dicit, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, eſſe huius ſacramenti *quaſi materiam.* Sic diſputo: Nulli cæterorum ſacramentorum aſſignant Concilia pro materia rem ſacramento intrinſecam, ſed extrinſecam: ergo dum huic ſacramento aſſignant quaſi materiam, non intendunt aſſignare rem intrinſecam ſacramento, ſed extrinſecam: diuerſæ tamen rationis ab ea, quam in aliis ſacramentis abſolutè nuncupant materiam: nam in aliis materiam vocant id, quod prærequiritur ad ſacramentum, vt pura materia, per quam, vel de qua, vel circa quam; vt in baptiſmo, aquam; in Euchariſtia, panem, & vinum; in Ordine, Calicem, & patenam. At erga Pœnitentiæ ſacramentum longe aliter ſe habent pœnitentis actus: contritio enim prærequiritur quidem, non tamen vt pura materia, ſed vt vera diſpoſitio: confeſſio item prærequiritur, nec item vt pura materia, ſed vt diſpoſitionis manifeſtatio, ac proinde, vt ita loquar, condiſpoſitio: ſatisfactio verò non prærequiritur, ſed ſubſequitur.

24. Tridentini locus alius in caput aduerſariorum redit.

Tridentinum denique ibidem cap. 3. de actibus pœnitentis loquens, in primis non ait, dici partes ſacramenti, ſed dici *partes pœnitentiæ.* Deinde ſubdit, *Qui quatenus in pœnitente ad integritatem ſacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remiſſionem ex Dei inſtitutione requiruntur; hoc nomine, Pœnitentiæ partes dicuntur.* Quo planè conſulit noſtræ ſententiæ: declarans non eſſe nomen partium ſtricte capiendum; ſed vocari partes, quatenus ſine duabus prioribus, non eſt ſacramentum: & ſine tertia non datur perfecta remiſſio: alioqui definiſſet concilium, remiſſionem conſtitui ipſo actu ſatisfactionis.

25. Ratio vrget, itam tota ſacramentalis ſignificatio in ſolis verbis apte intelligitur.

Secundò rationibus agimus. Prima, quia tota eſſentialis ſignificatio huius ſacramenti ſufficientiſſimè, & aptiſſimè intelligitur, eſſe in ſolis verbis abſolutionis: Ergo & tota ſacramentalis efficacitas huic ſacramento eſſentialis: Ergo etiam tota ſacramenti huius eſſentia. Bellarminus conceſſo toto enthymemate, ſolum negat hanc ſecundam conſequentiam: ſed iure à pleriſque deſeritur, quia ſolùm eſt ſacramentum, aut ſacramenti pars, quod habet vim ſignificatiuam, & collatiuam gratiæ. Suarez, & alij negant antecedens: ſed immeritò, nam (vt ipſorum rationem retorqueam) hoc ſacramentum eſt inſtitutum in forma iudicij: at in iudicio ſola verba iudicis aptè ſignificant, & efficiunt rei abſolutionem, aut condemnationem: Ergo & hic.

26. Alioqui plura ſequuntur abſurda.

Hinc emergit ſecunda ratio ab incommodo: nam ſi actus pœnitentis ſignificant, & conferunt gratiam abſolutionis: Ergo ipſe pœnitens per illos actus ſeipsū propriè abſoluit. Tertia item ab abſurdo; quia alioqui & Eccleſia, Doctores prætermiſiſſent quartam ſacramenti partem, & quidem magis præcipuam, quam ſatisfactionem, ſcilicet impoſitionem ipſius ſatisfactionis à confeſſario tanquam à iudice factam: & hæc ipſa incommoda citato loco augebimus. Quarta ratio quia quidquid affertur ab aduerſariis contra hanc ſententiam, eam confirmat, vt iam ex parte vidimus, & partim loco citato videbimus.

§. II.

Verbis item omnia ſacramenta intrinſecè conſtant, præter Euchariſtiam.

27. Omnia ſex ſacramenta tranſeuntia verbis intrinſecè conſtant.

PRior pars eſt omnium fere Catholicorū, & ad vtriuſque maiorem intelligentiam, & vberiorē probationem, aduertendum eſt, pleraque noſtrorum Sacramentorum conſiſtere in actione ex viſu, & proinde vere vocari poſſe ſacramenta phyſice tranſeuntia: nam Baptiſmus v. gr. conſiſtit in actione abluendi, & in Verbis illis, Te baptizo &c. Confirmatio in vnctione cruciformi, & illis

S. Thom. Q. LX.

ſigno te ſigno crucis, &c. & ſic de pleriſque aliis: Vnum dumtaxat eſt ſacramentum non conſiſtens in vſu, vel actione, quod proinde vocari nequit tranſiens, ſed potius phyſice permanens, nempe Euchariſtia, ſiquidem poſt actionem conſeruatiuam, quæ tranſiens eſt, ſolum Euchariſtiæ ſacramentum perſeuerat phyſice in altari vſque ad ſumptionem, & in ſtomacho Sacerdotis vſque ad ſpecierum conſumptionem.

28. Quia verbis prorſus egēt: & non niſi vt intrinſecè conſtituētibus.

Nunc omiſſis variis, & infirmis rationibus, quibus fulciri ſolet prior aſſertionis pars, eam probo Primo, quia de fide eſt, vt ex Florentino Concilio vidimus, ſacramenta, de quibus loquimur, non confici niſi intercedant verba: Sed hæc non requiruntur in prædictis ſacramentis, vt aliquid ipſis extrinſecum: Ergo tanquam ipſis intrinſecum & eſſentiale? Minor patet, quoniam in Baptiſmo v. gr. verba illa Te baptizo &c. non ſunt cauſa efficiens Baptiſmi: nam cauſa efficiens eſt miniſter ſeu baptizans: Non ſunt cauſa finalis: nam finis Baptiſmi, non eſt verborum prolatio, ſed hominis ſanctificatio, & conſignatio: Non ſunt diſpoſitio ad gratiam, vel ad conſignationē, quia non eſt cur verba potius, quam ablutio diſpoſitionis munus exerceant. Nec ſunt diſpoſitio ad ablutionem, tum quia poteſt ablutio præcedere prolationem verborum; tum quia nec eſt cur verba ad ablutionē diſponant, & non è conuerſo.

29. Idque ſufficiente enumeratione cōuincitur.

Neque verò verba illa ſunt materia, circa quam, hæc enim reſpectu Baptiſmi eſt peccatum delendum. Nec denique ſunt mera conditio; tum quia deberent ablutionem neceſſariò præcedere, cum tamen poſſint, & ſoleant ſubſequi: tum etiam quia non eſt cur verba ad ablutionem, & non ablutio ad verba, conditionis munus obirent: tum vero etiam, & quod vrgentius eſt, quia verba ſecundum humanam inſtitutionem accepta, vehementer idonea ſunt vt aſſumantur ad conſtituendum, & integrandum vnum aggregatum quod ſupernaturaliter, & ex Chriſti inſtitutione ſignificet gratiam ſanctificantem: Non igitur eſt, cur verba non ſint Baptiſmo intrinſeca, & eſſentialia: & idem eſt de verbis cuiuſlibet ſacramenti conſiſtentis in vſu ſiue actuali operatione, prout has expendenti rationes peruium erit.

30. Idque poſcit ſumma nobilitas iſtorū ſacramentorum.

Secundò argumentor, vel id ipſum explico, & firmo: quia ſumma nobilitas ſacramentorum legis gratiæ illa eſt; quod habeant efficaciam ſignificandi, ſimulque tribuendi gratiam: proinde illud, in quo manifeſte reſidet virtus gratiam ſignificandi, & conferendi, citra vllam dubitationem eſt de intrinſeca, & eſſentiali ratione ſacramenti: Sed in prædictis omnibus ſacramentis verba manifeſtè continent vtramque efficacitatem: Ergo ſunt iiſdē ſacramentis intrinſeca, & eſſentialia. Minor cōſtat ex prima ratione, nā hæc Verba Te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, certiſſimè ſignificant ablutionem ablutionem animæ: ſicut autem ſacramenta nouæ legis idem efficiunt, & producunt, quod ſignificant; ita in ſacramētis eiſdem res illa, quæ ſanctificationem animi ſignificat, illam efficit: proinde prædicta verba ſanctificationem animi producunt & conferunt. Illud autem quod ſanctitatem & ſignificat, & confert, manifeſtiſſime ſpectat ad rationem intrinſecam, & eſſentialem ſacramentalem, vel tanquam totum ſacramentum, vel ſaltem vt ipſius pars: Ergo verba in ſacramentis memoratis intrinſeca, & eſſentialia ſunt.

31. Tertiò probo, quia ſex illa ſacramenta, de quibus agimus, conſiſtunt eſſentialiter in actione, & vſu, &, appellari iure poſſunt phyſicè tranſeuntia: Sed verba, quibus indigent, ac perficiuntur, ſunt propriè tranſeuntia, & in actione, & vſu conſiſtūt: Ergo ſunt maximè accommodata ad conſtituendū intrinſecè illorum eſſentiam. Ex alia vero parte ſunt eadem verba maximè apta ad ſignificandam ſacramentalem gratiam; eamque reipſa ſignificant ex diuina Chriſti inſtitutione, ac proinde etiam illam conferunt: Ergo ſunt intrinſeca, & eſſentialia dictis ſacramentis, in vſu, & actione conſiſtētibus.

Verbis etiam tranſeuntibus ſacramenta tranſeuntia bene componuntur.

32. At Verba ſunt forma artefacti moralis: & huic forma non eſſentialis.

Aduerſus hanc aſſertionem plurima obiicit Sotus, quæ latè refert, & refellit Maratius: quorum tota vis hac obiectione comprehendi poteſt. Verba in iis ſacramentis habent ſe vt forma in artefacto morali, v. gr. ſignificatio in vocabulo: ſed huiuſmodi forma non eſt de eſſentia artefacti: Ergo nec verba de eſſentia eiuſmodi ſacramentorū. Minor conſtat, quia vocabulum v. gr. nomen iſtud *Gallus* in recto ſolum dicit ſonum, & in obliquo ſignificationem, ſicut album eſt habens albedinē: longe aliter ac homo, qui non rectè dicitur habens humanitatem, nec habens animam: ſed cōſtās humanitate, conſtans animâ &c. Vnde ſicut paries habens triplicem albedinem non eſſet niſi vnum album, quia tātum eſſet vnum habens albedinem, quamuis multiplicem: ita nomen ex. gr. *Gallus* etſi plura ſignificet, eſt vnum nomen, quia eſt vnus tātùm ſonus, et ſi multiplicem habeat ſignificationē.

33. Contrà quia verba non ſunt ſtrictè forma, ſed comateria.

Reſpondeo permittendo nunc Minorem; quia fortaſſe eſt quæſtio de nomine, num ad eſſentiam artefacti pertineat forma, quam dicat in obliquo; ſicuti etiam vtrum ad eſſentiam albi ſpectet albedo. Maior tamen falſa eſt: quia verba in iis ſacramentis, non ſe habent vt ſignificatio in nomine, ſed ſicut ſe habet vna pars materiæ eſſentialis artefacto, quæ ſimul cum altera parte materiæ etiam eſſentialis conſpirat ad conſtituendam vnā adæquatam materiam, & vnum totale ſubiectum formæ artificioſæ, v. gr. ſignificationis. Etenim totum aggregatum v. gr. ex ablutione & his verbis humanis, *Baptizo te in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti*, aſſumptum eſt & aſſumptum à Chriſto ad ſignificandam gratiam habitualem; quam ex hominum inſtitutione non ſignificabat: quod ſect. 4. § 2. faciliùs probabitur.

34. Verba non intrinſeca Euchariſtiæ, vtpote permanenti.

Alteram tituli partem, verba, (nimirum conſecrationis) non eſſe de eſſentia ſacramenti Euchariſtiæ, tradunt Scotus, Vaſquez, & alij, quos in Tractatu de Euchariſtia Diſp. 2 ſect. 2 §. referam, vbi res erit ex profeſſo ſtabilienda Nunc breuiter ſuadetur, quia totum Euchariſtiæ ſacramentum eſt verè, ac propriè permanens: Sed verba conſecrationis non ſunt aliquid verè ac propriè permanens: Ergo non pertinent ad eſſentiam ſacramenti Euchariſtiæ. Negabis maiorem, dicens, Euchariſtię ſacramentum partim eſſe permanens propriè, & phyſice, nempe quoad res ipſas, ex quibus intrinſecè cōponitur, & partim eſſe permanēs impropriè, ſeu moraliter, nempe quoad verba cōſecrationis.

35. Nec enim Euchariſtia partim & phyſicè tranſiens.

Sed contrà, quia ſi verba eſſent de eſſentia illius ſacramenti, conſtituerent cum rebus vnum ſubiectum totale ſacramentalis ſignificationis, vt n. 33. dicebam: ſubiectum verò iſtud eſſe partim phyſicè permanens, & partim phyſicè tranſiens, eſt imprimis quidpiam inſolitum, & planè ſingulare, vt apud omnes conſtat: Deinde eſt prorſus abſonum, quia concedendum eſt ab Aduerſariis, ipſū materialem ſonùm verborum eſſe partem Euchariſtici ſacramenti materialem, & proinde māducari, & bibi: nā totum illud in Euchariſtia māducatur, quod eſt ſacramentū per modum cibi, & totū illud bibitur,

Alioqui verba comederentur, exhiberentur.

S. THOM. Q. L X. tur,quod eſt ſacramentum per modum potus, totum inquam illud quod eſt eiuſmodi ſacramentum propriè,& in recto : Atqui eſt totum illud,cui ſuperaddita eſt à Chriſto ſacramentalis ſignificatio: Ergo cum per Aduerſarios hæc ſuperaddita ſit toti aggregato ex rebus & verbis,planè totum aggregatum hoſtiæ & ſuorum verborum comeditur ; & totum aggregatum ſanguinis,& verborum ſuorum bibitur.

36 Includi verba in Euchariſtia, Concilia diſſuadent.

Adde,ſententiam iſtam adeo difficilem,nullâ perſuaderi autoritate , ſed potius eâ diſſuaderi,qua fulciri ſolet. Etenim Concilium Florentinum,ſolùm ait, omnia ſacramenta perfici rebus,& verbis,id eſt verbis indigère ita, vt ſine verbis reipſa poſitis ſacramenta reipſa non ponantur:nos vero fatemur Euchariſtiam ſine verbis conſecrationis exiſtere non poſſe,& illis ſummè indigere,tanquam causâ,ſeu principio efficiente : quam doctrinam idem Concilium non obſcurè tradidit,dum de Euchariſtia ſpeciatim diſſerens , dixit, eius formam eſſe verba conſecrationis, *quibus hoc conficitur ſacramentum.*

37. Incluſionis eius nulla & neceſſitas.

Tandem neque verba conſecrationis eſſentialem eſſe partem Euchariſtiæ, neceſſitas vlla compellit aſſerere. Siquidem aggregatum ex Chriſti ſubſtantia, & ſpeciebus panis, & vini, ſufficientiſſimum eſt ad immediatè recipiendam ſignificationem ſacramentalem gratiæ in modum cibi, & potus. Nec vacua , vel ocioſa manent verba conſecrationis , quippe quæ ſacramentum efficienter cauſant ; & ſacrificium conſtituunt;quæ omnia fuſiùs, vt dixi,in eius ſacramenti, & ſacrificij Tractat.perſequimur.

SECTIO III.

Vtrum res,& verba,quibus ſacramenta perficiuntur,ſint certa,ac determinata.

38. Certa inquam,ac determinata,non quidem materialiter ita ſcilicet, vt res debeat eſſe tantæ quantitatis,non maioris,aut minoris;& verba tot numero,non plura,nec pauciora ; ſed formaliter,ita nempe , vt res eſſe debeant talis ſpeciei,& verba reddere talem ſenſum.

§. I.

Res debere eſſe certas,ac determinatas,& quo pacto.

39. Nec debere certas eſſe, Catholici quidam ſignificant.

Res illas , quibus ſacramenta perfici , ſiue indigere demonſtrauimus,certas ac determinatas eſſe debere, non obſcurè negant quidam Catholici,vt Innocentius in cap.1.de Baptiſmo,&Felinus in cap.*Quo in Eccleſiam*,dum ſcribunt,Sacerdotem latinum,ſi ad Euchariſtiã adhibeat panem fermentatum,non conſecrare: & conſequenter dicerent , neque Sacerdotem Græcum conſecrare,ſi panem adhibeat azymũ: quare cenſent,materiam,ſeu rem in Euchariſtiæ ſacramento non eſſe certam,ac determinatam, ſed pro nationum varietate variam.Clariùs, & impudentiùs negant Nouatores,requiri determinatas res ; cùm dicant,Baptiſmum validum eſſe non ſolùm infusâ aqua,ſed etiam quolibet alio liquore.Sed neutris aſſentiendum.Nam & Græcus ſacerdos in pane azymo,& Latinus in fermentato valide conſecrat: & nullus niſi in Aqua valide baptizat.

Nouatores impudenter pronunciãt.

40. Certæ ac determinatæ

Dico itaque primò cum omnibus Catholicis,res illa,quibus ſacramenta perficiuntur,aut indigent,certas,ac determinatas eſſe debere;ita ſcilicet,vt aliter ſacramenta non exiſtant , aut conſiſtant.Probatur primò è S.Scriptura, quæ pro Baptiſmo,aſſignat ablutionem per aquam: pro Euchariſtia,Chriſti corpus , & ſanguinem cum panis,ac vini ſpeciebus:pro Vnctione,oleũ &c.eſtque de omnibus eadem aſſignandi ratio, vt illico declarabitur.Secundo ex Decreto Eugenij IV. ſæpius adducto:ſingulis enim ſacramentis res certas , ac determinatas præſcribit, vel potiùs à Chriſto inſtitutore præſcriptas,& perpetua Eccleſiæ Religione obſeruatas , exactiſſimè deſignat. Tertio ratione,quia maximè conueniens eſt, vt Eccleſia Catholica, quæ vna,& eadem vbique eſt,vnis,ac eiſdem vtatur ſymbolis,& inſigniatur inſignibus.

ſunt res,quibus ſacramenta perficiuntur.

41. Non in omnibus ſacramentis æquè determinatæ.

Dico ſecundò,res quibus ſacramenta proximè perficiuntur,non eſſe in omnibus ſacramentis eodem pacto certas,ac determinatas : ſed in quibuſdam ſacramentis determinari ad vnam ſpeciem infimam ; in quibuſdam ad vnum genus proximum : interdum etiam determinari partim ad ſpeciẽ,partim ad genus,& interdum partim ad vnum indiuiduum. Exempli gratia, in Baptiſmo res determinatur ad ablutionem aquæ naturalis , quæ cenſetur eſſe infimæ ſpeciei;in Confirmatione ad vnctionem olei balſamo admixti,quæ videtur eſſe ſpecies interiecta , propterea quod variæ videantur eſſe ſpecies Oliuarum,& conſequenter olei:in Euchariſtia res & materia proxima contrahitur partim ad vnum genus ſpecierum panis , & vini; partim ad vnam ſpeciem infimam quantitatis, ſi hæc eſt phyſica,& ſolius materiæ proprietas; & partim ad hoc indiuiduum,nempe hanc numericam Chriſti ſubſtantiam. Quibus ex his, & aliis facilè applicandis,probatur aſſertio adiuncta etiam ratione , quia ſic oportuit ſacramenta inſtitui, vt eſſent accommodata ad hominum viatorum facilem ſenſum,& vſum.

42. In quibuſdã indetermi natæ ad vnã ſpeciem infimam:in aliis non, &c.

Dico Tertiò,res, & materias remotas ſacramentorum, in quibuſdam in aliquibus ſacramentis eſſe determinatas ad vnam ſpeciem infimam,vt in Baptiſmo ad aquam naturalẽ,quæ videtur eſſe infima ſpecies ; & in matrimonio ad virum,& mulierem in quibuſdam ad quoddam genus,vt in Euchariſtia ad panẽ,& vinum, quæ videntur genera quædam ; & ſimiliter in Extrema-vnctione ad oleum : interdum ad genus,& ſpeciem,vt in Confirmatione ad oleum, quod apparet genus,& ad balſamum, quod videtur infima ſpecies.Ratio petitur ex præcedẽte aſſertione,in qua vidimus expediens eſſe, & reipſa fieri , vt eo modo variarentur res,& materiæ ſacramentorum proximæ : his autem variatis neceſſe prorſus eſt , eodem modo variari remotas,vt per ſe conſtat.

43. Determinatæ inquam ab ipſo Chriſto, exceptâ materia quadam partiali Ordinis.

Dico Quarto,res,& materiæ ſingulorum ſacramentorum fuerunt ab ipſo Chriſto determinatæ,excepta ſaltẽ partiali materia Ordinis, ſiue ſacramentalis Ordinationis. Prior pars eſt omnium Catholicorum , & conſtat partim è Scripturæ teſtimoniis num. prælatis , partim Eccleſiæ traditione , & vſu perenni.Poſterior, quæ pertinet ad ſacramentum Ordinis, traditur à Bellarmino , & aliis viris grauiſſimis , & nouiſſimè à Lugo hîc Diſp.2.ſect.5.& à nobis in tract.de Ordine magis explicata vulgabitur. Hîc breuiter aſtruitur, quoniam inter Latinos Diaconus ordinatur per traditionẽ libri Euangeliorum : naſcente autem Eccleſia , cum S. Stephanus , aliique Diaconi ordinati ſunt, nondum erat ſcriptus Euangeliorum liber, ac proinde non tradebatur : imo inter

Ipſo Nouatorū euincitur, puerorū Baptiſmū admittentes.

enim ſacramentalia verba debere eſſe concionatoria, vt in ſuſcipientibus excitetur fides: Iidem vero docent, paruulos debere baptizari,& illos re ipſa baptizant:in paruulis autem non excitatur fides. Ergò, &c. Reſpondent Lutherani, paruulos dum baptizantur habere vſum rationis; & fidem actualem. Sed inprimis quis non dicat adultos, qui ſic reſpondent, ſimul cum fide vel rationis, vel ſaltem rectæ rationis vſum amiſiſſe? Deinde reſponſionem iſtam ab antiquiſſimis hæreticis ductam, & à Nouatoribus excitatam, ſalsè deridet S. Auguſtinus epiſt. 57. ad Dardanum, & hoc dilemmate euidentiſſimè iugulat:Pueri dum baptizantur, plorant: & Baptiſmum quantum poſſunt, recuſant: Vel ergo tunc rationis habent vſum, vel non. Si non habent, non credunt: Si habent, peccant mortaliter, nec in Baptiſmo deponunt culpam Originalem, & admittunt actualem; nec Baptiſmum recipiunt validè, vtpote inuiti, & ratione vtentes.

Pueros enim tunc ratione vti,ſine ratione dicũt.

54. Sicut etiam Baptiſmum non prodeſſe tunc paruulis cùm datur, ſed poſtea.

Reſpondet Caluinus, paruulos, etſi ratione tunc non vtantur, accipere verum ſacramentum, hoc tamen non illis prodeſſe pro eo tempore,ſed poſtea. Contra,quia ſi verba concionatoria ſunt de eſſentia Baptiſmi, tanquam inſtructio perſonæ baptizandæ,non minus debent percipi mente, quam recipi debeat aqua in corpore. Quis enim dicat, inſtructionem recipi ab eo,qui nec eam intelligit, nec intelligere poteſt? Præterea ſi Baptiſmus tunc non eſt vtilis, ſed poſtea: Ergo non tunc remittit culpam, nec infundit gratiam, Deoque facit hominem gratum,ſed poſtea:ſed non id præſtat ante vſum rationis:Ergo poſt iſtum,vel in primo iſtius inſtanti.Nunc ſic:Moriatur paruulus ante vſum rationis, & proinde ante dimiſſam culpam, & acceptam Dei gratiam: non aſſequetur gloriā,nunquā igitur ei Baptiſmus proderit:quorsū igitur paruulo Baptiſmus dabitur.

55 Ex ipſorum etiam praxi idem oſtenditur.

Quintò etiam ad hominem ex doctrina, & praxi Lutheri,& Caluini:aiunt enim,illos, qui ritu catholico ſeu Romano baptizantur, non eſſe rebaptizandos: Catholicus autem & Romanus Baptiſmus non confertur per verba concionatoria, ſed ritualia, vt iſti ipſi Hæreſiarchæ ſciunt, & damnant. Aut ergo Baptiſmus Romano ritu exhibitus non eſt validus; & ſic impiè, atque nefariè dicunt,non eſſe baptizatis alium conferendum Baptiſmum,nempe cum iactura ſalutis æternæ: aut Baptiſmus Romanus validus eſt, & ſic, falſo dicunt, ad valorem Baptiſmi requiri verba concionatoria,& ſine iſtis aquam nihil eſſe niſi aquam.

56. Nec eis fauet Auguſtinus.

Sexto denique probatur deiectione duorum fundamentorum, quibus aduerſarij nituntur. Prius mutuantur ex Auguſtino Tract. 80. in Ioan ita ſcribente: *Vnde tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo, non quia dicitur, ſed quia creditur.* Sed inprimis rogo, qua fronte Nouatores nobis obiiciant Auguſtinum, quem aperto Marte impugnant aſſerentem paruulos in Baptiſmo non habere vſum rationis.Deinde variis omiſſis reſponſionibus, quas apud Patres, Bellarminum, Suarez, Vaſquez & Lugum legere licent, mea ſemper hæc fuit: S. Doctorem, ſuo more, conciſe, & argute loqui,ſenſumque illius eſſe, aquam non habere virtutem à verbo præciſe,quia dicitur, ſed quia creditur, id eſt, quia verbum illud non eſt quodlibet Verbum,

Explicatur illud, *Non quia dicitur ſed quia creditur.*

ſed ſignificatiuum ſolius myſterij, quod ſupernaturali fide creditur. S. Thom. Q. LX.

57. Similis locutio conciſa, & arguta reperitur ſæpe apud Auguſtinum: illam nunc profero in eadem materia, & lib. de Baptiſmo cap. 11. Idem (Baptiſmus) qui propter diſcordiam prius operabatur mortem, propter pacem operatur ſalutem: At Baptiſmus mortem non operatur; nec ſalutem operatur præcisè propter pacem, ſed hac poſita vt conditione; ſermo tamen conciſus, & argutus, iis ſubiacet tropis. Confirmo apertiſſimè reſponſionem: nam Auguſtinus docet, paruulum ab Hæretico, atque Gentili validè baptizari: at neque Gentilis, neque Hæreticus,neque paruulus in ſententia Auguſtini vere credit, vt vidimus: Ergo verbum, in eius ſententia, non operatur ſalutem, quia à miniſtro, vel à baptizando creditur. Si dicant, illum operari, quia creditur ab Eccleſia; inprimis quorſum concionatoria verba? Deinde, dicam, ſenſum illius eſſe, operari ſalutem non ſolum quia dicitur, ſed ſimul quia creditur, iuxta illud: Miſericordiam volo, & non ſacrificium.

58. Nec ratio, quam afferunt, efficit hilum.

Fundamentum alterum ita conſtruunt. Nulla eſt conuentio Chriſti cum diabolo: Atqui Diabolus magicas incantationes inſtituit cum certis, ac determinatis verbis: Ergo non ſic inſtituit Chriſtus ſacramenta. Reſpondeo, nullam eſſe conſequentiam: Primo, quia dæmon magicas incantationes interdum alligat, non ſolum certis verbis, ſed etiam certis rebus, vt ſignis, imaginibus, lauacris, actionibus; Damnandus igitur eſſet magiæ Chriſtus ab Aduerſariis, quia gratiam ſanctificantem ablutioni aſtrinxit. Secundo quia, ſi certum effectum certis alligare verbis, magia eſt, cur magia non erit eum alligare verbis certi generis,nempe concionatoriis, & tendentibus ad excitandam fidem? Nam Dæmon ſæpe ſuos magicos effectus aſtringit ad verba certi generis,vage amatoria, ſeu tendentia ad excitandum in animo turpem amorem.

59. In ipſis eis retorquetur.

Imò ſi certum effectum alligare ad huiuſmodi amorē in animis accenſum,magia eſt cur magia non erit,gratiā infallibiliter coniungere cum affectu fidei in animis excitatum?Damnet etiā magiæ Caluinus Eliſæum,quia 4.Reg.13. dixit Regi Ioas,Percute baculo terram;& cum percuſſiſſet tribus vicibus,& ſtetiſſet,iratus eſt vir Dei contra eum, & ait:ſi percuſſiſſes quinquies,aut ſexies,ſiue ſepties,percuſſiſſes Syriam vſque ad conſummationem:nunc autem tribus vicibus percuties eam,&c. Quod ſi tres determinatas victorias tribus determinatis baculi ictibus tanquā ſignis alligare, magia non fuit, cur magia erit certā gratiam certis ac determinatis verbis,tanquam ſymbolis aſtringere.

60 Non quælibet ſimilitudo Chriſti cum Belial, eſt conuentio cum ipſo.

Praue igitur huc applicatur Paulinum illud, *Quæ conuentio Chriſti ad Belial?* Non enim quælibet ſimilitudo eſt conuentio:alioquin vti diximus, conueniſſet cum Belial Chriſtus in alliganda gratia Baptiſmo cum verbis etiā non omnino determinatis, ſed vt Aduerſarij volūt, concionatoriis;imo & interiori actu fidei.Cōuentio vero eſt,quam indicat ibi Paulus dicens ꝟ.14. *Nolite iugum ducere cum infidelibus*; ſiue vt Græcus habet contextus, *Nolite fieri*; ἑτεροζυγοῦντες *infidelibus*, hoc eſt, iuxta communiorem, ſolidioremque interpretum ſententiam, Nolite alteram vnius; & eiuſdem iugi

Sed qua iugum quis ducit cum infidelibus.

S. THOM. Q. L X.

iugi partem cum infidelibus trahere, ſicut duo boues, dum eandem carrucam, aut idem aratrum ferunt: quod planè eſt eidem prorſus Domino ſeruire, vel in eiuſdem agro ambos ſimul laborare.

61. *Vrgetur id ex voce conuentio.*

Statim autem ſubdit Apoſtolus: Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Vbi τὸ *conuentio* Græcè eſt συμφώνησις, ſonatque propriiſſime conuenientiam, ſeu potius conſonantiam illorum, qui vocem eandem pronunciant: At Chriſtus non inſtituit, nec Romanus vſus habet, vt in ſacramentis eaſdem cum Dæmone voces pronunciemus. Tandem certos effectus certis alligare verbis, aut rebus, aut vtriſque, non eſt imitatio magicarum Dæmonis artium, ſed potius magicæ illæ artes imitatio quædam ſunt rerum ſacrarum, & diuinitus inſtitutarum: hanc enim imitationem Dæmon, velut Simius affectat.

Eccleſiaſticos ritus Dæmon vt ſimius imitatur.

SECTIO IV.

An, & quomodo res, & verba ſacramentis intrinſeca, rationem habeant materiæ, & formæ.

62 LIquet, non eſſe materias, & formas phyſicas, ſed morales, cum non phyſicè, ſed moraliter inter ſe vniantur. Quatenus vero rationem ſubeant materiæ, & quatenus rationem formæ moralis, nodus eſt ſolutionis indigus.

§. I.

Res in eſſe phyſico ſunt materia: verba in eſſe morali, & communiter ſupernaturali, ſunt rerum forma.

63. *Res ſunt materia reſpectu Verborũ, & verba forma reſpectu rerum.*

ASſerimus Primò, res eſſe materiam reſpectu verborum, & verba eſſe formam reſpectu rerum. Vtrumque eſt omnino certum; & conſtat ex decreto ſæpe citato Eugenij IV. definientis, res in ſacramentis eſſe materiam, & Verba eſſe formam; & ſingulis ferè ſacramentis aſſignantis certas res pro materiis, & certa verba pro formis: Sed in omnibus compoſitis, tam phyſicis, quam moralibus, materia reſpectu formæ eſt materia, forma vero reſpectu materiæ eſt forma: Ergo ſi res ſacramentalis eſt materia, & ſacramentalia verba ſunt forma, res ſunt materia reſpectu verborum, & Verba ſunt forma reſpectu rerum; ita ſcilicet vt res ſint ſubiectum recipiens moraliter verba, & hæc in rebus moraliter recipiantur, illaque moraliter informent, hoc eſt moraliter perficiant, ac determinent ad talem, vel talem rationem entis moralis, ſicut forma phyſica materiam phyſicam phyſicè informat, perficit ac determinat ad talem rationem compoſiti, ſiue entis phyſici.

64 Declaratur exemplo manifeſto in Baptiſmo: nam Corporalis ablutio valde indifferens eſt, vt fiat propter varios fines; nempe ad depoſitionem ſordium carnalium, vt S. Petrus aiebat: Vel ad afferendam illi ſanitatem, vt interdum medici præſcribunt: vel etiam ad afferendam voluptatem frigoris, & auertendam moleſtiam caloris, vt æſtiuo contingit tempore; vel ad animam à peccato diuinitus mundandam: Baptiſmi verò verba tollunt illam indifferentiam ablutionis, & hanc determinant, vt intelligatur fieri propter hunc poſtremum finem.

Aſſerimus Secundò; ſicut res ſecundum ſuum eſſe phyſicum & naturale ſunt materia reſpectu verborum, ita verba ſecundum ſuum eſſe integrum, phyſicum & morale pure humanum, ſunt forma, reſpectu rerum. Prior pars eſt omnino clara, quia ablutio v. gr. priuſquam intelligatur affici, ſiue moraliter informari verbis, nihil habet ſupernaturale, vel morale, ſed pure phyſicum: Ergo ſecundum illud eſſe nude ſumptum, eſt materia, & ſubiectum Verborum. 65 *Res inquam in eſſe integro phyſico, & verba in phyſico & morali.*

Poſterior pars etiam claret; nam verba non ſunt determinatiua, & moraliter informatiua materiæ, quatenus præciſè ſunt quidam ſoni phyſici; ſic enim æquè indifferentia ſunt ad hoc vel illud eſſe morale, ac ipſamet pura ablutio: Sunt igitur ablutionis determinatiua, prout ſunt talia verba integre, proinde quatenus includunt & eſſe phyſicum ſoni, & eſſe morale humanæ inſtitutionis, & ſignificationis Et ratio eſt clara, quia Chriſtus, ſicut ad rationem ſacramenti deſtinauit res ipſas naturales, in eſſe talium rerum naturalium, v. gr. ablutionem aqueam: ita etiam aſſumpſit verba humana in eſſe talium verborum humanorum: idque fecit, quia res ſecundum eſſe tale naturale ſunt humano, & ſuaui modo determinabiles per verba humana integre, ſeu ſecundum rationem humanorum verborum ſpectata, quod in ſequentibus magis eluceſcet. 66

Aſſerimus Tertiò. Verba etiam ſecundum quoddam eſſe morale, non omnino naturale, & humanum, ſed quodammodo ſupernaturale, & diuinum, ſunt communiter forma reſpectu rerum. Probamus, quia verba iſta Baptiſmi, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, ex hominum Inſtitutione habent ſignificationem Trinitatis, ideoque extrinſece, ſiue in modo ſupernaturalem, quatenus ad iſtam ſignificationem illis imponendam neceſſario præceſſit ſupernaturalis reuelatio Myſterij Trinitatis. Ruſus illa eadem verba eodem ſupernaturalitatis modo ſignificant ex hominum inſtituto ablutionem factam nomine Trinitatis, & ordinatam ad gratiam diuinam animæ infundendam, & hominem à peccato ſupernaturaliter mundandum. Idem eſt de his verbis ſacramenti Pœnitentiæ, *Te abſoluo à peccatis tuis*: Idem de iſtis ſacramenti Confirmationis, *Signo te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti*: Idem de hiſce Extremæ-Vnctionis, *Per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quidquid per viſum deliquiſti, &c.* 67 *Et hoc non omnino naturali, & humano, ſed quodammodo ſupernaturali.*

Vt hæc aſſertio minus difficilis appareat, tria notanda ſunt. Primum eſt, nos in eâ non attribuere verbis ſacramentalibus ex inſtitutione hâc ſecundum ſubſtantiam naturali, & ſecundum modum ſupernaturali, ſignificationem gratiæ ſanctificantis, ſed ſignificationem aliquo titulo ſupernaturalem. Titulus 68.

Digitized by Google

autem eſt multiplex: nimirum vel quia dicto modo verba ſignificant rem in entitate ſupernaturalem, vt in baptiſmo, & Confirmatione Tinitatem, & in Ordine characterem; vel certe quia ſignificant rem, quæ non niſi ſupernaturaliter innotuit hominibus verba inſtituentibus: qualis eſt in ſacramento Pœnitentiæ mera peccati deſtructio, quam ſolam, & non vt gratiæ ſanctificantis infuſione inductam, ſignificant verba *Te abſol o, a peccatis tuis*, humano tantum modo ſpectata, cum tamen reipſa non efficiant illam deſtructionem peccati niſi media infuſione gratiæ: idem habent verba formularum Extremæ-vnctionis, idemque verba eſſentialia Baptiſmi.

69. Alterum quod notamus eſt, nihil prohibere, quo minus verbis ſacramentalibus attribuatur, vt ex humana inſtitutione ſignificet modo ſupernaturali dicto gratiam ipſam ſanctificantem. Quoniam Eccleſiaſtica reſpublica, & potiſſimæ Eccleſiæ Chriſtianæ pars, optime nouit per ſacramenta conferri gratiam ſanctificantem; & animæ ablutionem, quæ per baptiſmum fit, non eſſe meram peccati abiectionem, ſed mediante gratiæ infuſione inductam; & idem eſt de abſolutione à peccatis in ſacramento Pœnitentiæ, deque remiſſione venialium in ſacram?to Confirmationis. Proinde licet eiuſmodi verba extra ſacramentum vſurpentur à Chriſtianis in ſignificatione puræ deſtructionis alicuius vinculi remiſſionis culpæ, & ablationis maculæ; tamen dum illa in ſacramento vſurpant, ipſimet videntur eadem eleuare ad altiorem ſignificationem, ſcilicet illius gratiæ, qua mediante deſtructiones illæ per ſacramenta inducantur.

70. Hac tamen vt tali, non eſſentiali.

Tertium eſt, hanc verborum ſignificationem intrinſece naturalem, & humanam, & extrinſece ſupernaturalem & diuinam, non à nobis tribui verbis ſacramentalibus, vt eſſentialem, aut neceſſariam ad rationem & valorem ſacramentorum: ſed tanquam eam, quæ rebus vt nunc exiſtentibus, reipſa reperitur. Nam licet Chriſtus inſtituiſſet ſacramenta omnia per verba, quæ nullam in hominibus ſupernaturalem notitiam exigerent, poſſent æque ac modo ſacramentaliter gratiam ſignificare, & conferre: ac proinde ſine humana iſta, & ſolum extrinſece ſupernaturali ſignificatione. Quod euidens eſt ex verbis ſacramenti matrimonij, *Volo te in meum*, *Volo te in meam*: hæc enim vt ſunt mera verba contractus naturalis, & humani, aſſumpta ſunt à Chriſto ad ſacramentalem ſignificationem, ac proinde ſine iſta humana, & extrinſecè ſupernaturali, quam in aliorum ſacramentorum verbis agnouimus: ideoque in aſſertione tertia poſuimus aduerbium illud *communiter*.

§. II.

Coniunctum ex rebus, & verbis, eſt ſubiectum ſeu materia reſpectu ſacramentalis ſignificationis.

71. LOquimur de ſacramentis, quæ rebus & verbis intrinſece, & eſſentialiter conſtant, vt Baptiſmus, Confirmatio, & alia pleraque: non de Euchariſtia, quam ſolis rebus, nec de Pœnitentia, quam ſolis verbis eſſentialiter conſtitui, diximus. Nomine autem ſignificationis ſacramentalis intelligimus eam, qua ſacramentum nouæ legis in eſſe talis ſigni ſacramentalis vltimò conſtituitur, nempe ſignificationem, ſeu potius vim ſignificatiuam gratiæ a Chriſto D. inductam; proinde talem, cui ſit annexa virtus productiua eiuſdem gratiæ, ab eodem tributa. Verùm vt hæc aſſertio clariùs conſtet, eam quæ ſequitur, præmittemus. S. THOM. Q. LX.

Prior aſſertio. Significatio, qua ſacramentum vltimo conſtituitur in eſſe ſigni ſacramentalis, non eſt illa quæ verbis ex hominum inſtitutione, nuper expoſitâ, & aliquatenus ſupernaturali, conuenit; ſed alia quam eis Chriſtus adiunxit. Ita videntur ſentire Doctores pro aſſertione ſequente producendi. Probatur hæc primò, quia nouæ legis ſacramentum qua tale, à ſolo Chriſto fuit inſtitutum: Ergo quatenus ſacramentum, & ſacramentale ſignum, non conſtituitur ſignificatione impoſita ab hominibus, ſed impoſita à Chriſto. Patet conſecutio, quia de ratione ſacramenti vt ſic, eſt ſignificatio, vt ſupra vidimus: Ergo ſi ſacramentum nouæ legis à Chriſto ſolo fuit inſtitutum, ab illo ſolo ſignificationem accepit ſacramentalem. 71. Sacramentalis forma & ſignificandi vis, à Chriſto inducta.

Secundo ex pleriſque ſacramentis id plane intelligitur. Nam verba, quibus contrahitur matrimonium, ſi humanam illorum ſignificationẽ ſpectemus, non ſignificat gratiã vnionis, nec habitualem: Ergo neceſſe eſt aſſeramus aduenîſſe illis ex inſtitutione diuina ſignificationem ſacramentalem. Deinde verba illa baptiſmi, Te baptizo, &c. & illa Pœnitentiæ *Te abſoluo* ſi morẽ & inſtitutum humanum attendamus, ad ſummum indicant ablationem offenſæ, non infuſionem gratiæ: idemque eſt de verbis Extremæ vnctionis; *Indulgeat tibi Deus* &c. Imo & verba ſacram?ti Ordinis, *Accipe poteſtatem* &c. quamuis humano more ſignificent potentiam conſecrandi panem, & vinum, non tamen illam ſignificant vt characterem animæ impreſſum; nec humano more ſumpta denotant gratiam habitualem eidem characteri adiunctam: ſed ſolum ſignificant poteſtatem illam vt ſolent ab hominibus dari facultates, & dignitates, nimirum per externam conceſſionem; quæ quidem in Ordine reperitur, ſed non ſola, ſed ſimul cum illis qualitatibus animæ impreſſis. Neceſſe eſt igitur aſſeramus, tributam eſſe à Chriſto ſacramentis virtutem iſtas ſignificandi. 73.

Reſpondebis ex num. 69. poſitâ fide diuina quod ſacramenta conferunt gratiam, iam fideles quaſi connaturaliter accipere illa verba ſacramentorum vt ſignificantia gratiam habitualem, & illis hanc ſignificationem tribuere, quæ licet ſupponat fidem diuinam, & ex hac parte ſit extrinſecè ſupernaturalis, intrinſecè tamen naturalis, & humana eſt. Sed contra, quia vel humana ſignificatio ſupponit, verba illa inſtituta fuiſſe à Chriſto in ſigna gratiæ, vel non ſupponit. Si non ſupponit, quorſum homines mouentur ad tribuendam verbis illis ſignificationem eius rei, cuius ſignificationem ipſe Chriſtus, ſacramentorum autor non eis attribuit? Profecto non alio fine ad id moueri poſſunt niſi vt opus à Chriſto imperfectum relictum ipſi perficiant, quæ ſatis apparet quanta ſit abſurditas. Si vero humana illa, & extrinſecè ſupernaturalis inſtitutio verborum ſacramentalium 74.

 in

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

in ſigna gratiæ ſanctificantis ſupponit, eadem verba fuiſſe à Chriſto inſtituta in eiuſdem gratiæ ſigna, ſupponit plane id ipſum quod offerimus; nempe vltra humanam omnem ſignificationem competere verbis ſacramentorum aliam à Chriſto inditam, quam dicimus ſacramentalem.

75. *Inſtitutio humana cõuenit independenter à rebus.*

Tertio ſi verba ſacramentalia non haberent aliam ſignificationem, niſi ab hominibus impoſitam, iſtam actualiter ſortirentur independenter à rebus; ac proinde ſacramentalem gratiam ſignificarent cum prædicta independentia. Id vero minime contingit: nam in baptiſmo verbi gratia nec verba gratiam ſignificant, niſi dependenter ab ablutione; neque hæc niſi cum ordine, & dependentia à verbis.

At ſignificatio gratiæ non conuenit verbis ſine rebus.

Sequela probatur, quia homines independenter à rebus ſacramentalibus inſtituerunt illa verba pro ſignis: Ergo verba ſecundū humanam inſtitutionem accepta, independenter ab illis rebus ſignificant: proinde ſi verborum humana ſignificatio ſacramentalis eſſet, independens à rebus eſſet.

76. Dices, Chriſtum ſtatuiſſe, vt illa ipſa gratiæ ſignificatio, quam ex humana inſtitutione verba ſortiuntur, non ſit ſacramentalis, niſi poſita coniunctione verborum cum rebus. Sed contra, quia vel coniunguntur verba cum rebus aliam habentibus ſignificationem à Chriſto, vel illam non habentibus: Si non habentibus, ergo non valentibus eam ſignificationem aliis communicare, hoc eſt ad verba quaſi extendere: Si habentibus; ergo verborum ſignificatio erit ſacramentalis per denominationem à ſignificatione diuinitus indita rebus: proinde res & verba per vnam & eandem formam diuinitus à Chriſto inductam ſignificabant ſacramentaliter gratiam, quod hic nos vnice intendimus.

77. *Chriſtus eleuat propriam & integrā locutionem humanā addēdo aliam ſignificationē.*

Quartò, quemadmodum Chriſtus eleuauit ad rationem ſacramenti, verbi gratia baptiſmi, veram, propriam, & integram ablutionem aquæ naturalis; ita eleuauit veram, propriam, & integram locutionem humanam, ſeu ſermonem: proinde non ſolos phyſicos ſonos, ſed verba, ſeu voces humanas, & ex hominum inſtituto ſignificantes: Ergo ſuppoſita ſignificatione humana, quam antea habebant, addidit Chriſtus alteram, & hæc eſt ſacramentalis. Antecedens eſt certum; nam & ſymbola, quæ Principes inſtituunt, ſi ſonis aliquibus conſtant, verbis humanis conſtant, quoniam id cenſetur ad ſuauem, & vtilem inſtitutionem ſpectare: & ex ipſo Chriſti facto id ipſum conſtat, nam omnia verba ſacramentorum humana, & humanitus inſtituta ſunt & aliunde idem firmare poſſumus, quia ſi nunc homines conuenirent, vt verbum iſtud *baptizo* non ſignificaret idem quod *abluo*, ſed idem verbi gratia quod *manduco*, vel etiam vt nihil ſignificaret, ſane qui infantem ablueret dicens, *Te baptizo*, non ei conferret verum ſacramentum.

78. Itaque antecedens omnino firmum eſt: ipſum autem, & conſequens firmare poſſumus exemplo, ſeu praxi in verbis Extremæ-vnctionis: illa enim, ſi iuxta ſignificationem, quam ab hominibus acceperunt, præciſè attendantur vel non ſignificant habitualem gratiam, vel ſi illam ſignificant, non ſignificant niſi tanquam ipſius petitio: Atqui prout à Chriſto eleuata ſunt, ſignificant eam gratiam in præſens conferri: Ergo ſacramentalis ſignificatio, quam à Chriſto acceperunt, longe diuerſa & ab illa, quam ex hominibus habent, eique omnino ſuperueniens.

Quintò demum id ſuaderi poteſt exemplo illo depictæ domus, in ſymbolum à principe aſſumptæ, quod attuli ſupra. Nam pictura rupis, quæ pro fundamento depingeretur, rupem, & fundamentum ſignificaret materialis domus; & pictura parietum, parietes, & pictura faſtigij, faſtigiū, totaque pictura domus totam domum materialem referret, ac ſignificaret; ac proinde protectionem ab iniuriis temporis, pluuia, niue, vento, frigore, æſtu, &c. At hoc ipſo quod Princeps domum illam pictam in ſuum aſſumeret ſymbolum ad ſignificandam protectionem quam ſubditis ſuis eſſet exhibiturus, profectò ſupra totam illam ſignificationem quaſi naturalem, quam ſingulæ partes picturæ, & tota domus depicta haberet, adiiceret princeps aliam ſignificationem penitus diſtinctam, nempe ſymbolicam, & moralem illius nempe protectionis, quam ſubditis eo ſymbolo promittebat, vel ſe preſtiturum ſignificabat. Cum igitur ſacramenta ſymbola quædam ſint à Chriſto inſtituta, neceſſe fuit vt Chriſtus illorum inſtitutor & autor, vltra ſignificationem, quam ex hominibus habebant verba, quæ aſſumpſit, adderet alteram ad ſignificationem ſacris ſymbolis propriam, & ſacramentalem, de qua loquimur. 79. *Explicatur egregio ſymboli ſiue ſtemmatis exemplo.*

Poſterior aſſertio. Coniunctum ex rebus & verbis eſt materia, ſeu ſubiectum ſignificationis ſacramentalis. Indicat hoc Suarez Diſp. 2. ſect. 1. §. vltimo, & ſect. 2. concluſ. 1. ratione 2. & 3. clarius Vaſquez Diſp. 129. num. 25. & 16. Coninck art. 2. dub. 1. concluſ. 2. Mæratius Diſp. 2. ſect. 2. Lugo Diſp. etiam 2. ſect. 2. pluresque alij recentiorum. Nomine autem ſignificationis non intelligo actualem, nam hæc eſt effectus ſigni, non forma: ſed intelligo ſignificationem virtualem, nempe virtutem ſignificatiuam. Eam vero dico ſacramentalem, id eſt, vltimo conſtitutiuam ſacramenti in ratione ſigni ſacramentalis. 80. *Coniūctum ex rebus & verbis ſubiectū eſt ſignificationis ſacramentalis.*

Probo aſſertionem, quia totum aggregatum ex rebus, & verbis euexit Chriſtus ad rationem ſacramenti: Ergo ad rationem ſacramentalis ſigni: ergo toti eiuſmodi aggregato contulit vim ſignificatiuam ſacramentalem: proinde totum iſtud aggregatum ſe habet vt materia, ſeu ſubiectum ſignificationis ſacramentalis. Firmo & explano: quia ſacramenta nouæ legis ideo gratiam conferunt, quia gratiam ſignificant: proinde ideo gratiam ex Chriſti inſtitutione conferunt, quia gratiam ex Chriſti inſtitutione ſeu ſacramentaliter ſignificant: Ergo quidquid eſt in ſacramentis conferens ex Chriſti inſtitutione gratiam, eſt gratiam ſignificans ex eiuſdem Chriſti inſtitutione, ſiue ſacramentaliter: Atqui totum aggregatum ex rebus & verbis eſt ex Chriſti inſtitutione gratiam conferens: Ergo etiam ex Chriſti inſtitutione ſacramentaliter gratiam ſignificans: proinde tale coniunctum materia eſt ſiue ſubiectum ſacramentalis ſignificationis. 81. *Quia totum illud Chriſtus euexit ad rationem ſacramenti.*

Firmo & explano rurſus ex num. 65. dictis: Chriſtus enim ad rationem ſacramenti, verbi gratia baptiſmatis, ſicut eleuauit phyſicam ablutionem, ſic eleuauit humana verba, nempe ex hominum inſtituto ſignificantia: quod 82.

aggrega

Digitized by Google

aggregatum aptum eſt ad recipiendam ſacramentalem ſignificationem vt per ſe claret: quod autem illam à Chriſto reipſa acceperit, oſtenditur, quia Chriſtus ipſe inſtituit, vt nec ſolæ res, nec ſola verba, ſed vtrorumque aggregatum conferret gratiam, ſiue haberet vim gratiæ collatiuam: Ergo pariter inſtituit, vt nec ſolæ res, nec ſola verba, ſed ipſorum aggregatum vim haberet eiuſdem gratiæ ſacramentaliter ſignificatiuam.

83. Verba forma ſunt ſecundum ſolam ſignificationẽ humanam, & reſpectu rerum.

Hinc deduces, verba non eſſe formam, niſi & ſecundum ſignificationem humanam, & reſpectu rerum. Quia ſecundùm ſolam ſignificationem humanam ſunt rerum determinatiua, & perfectiua: non verò ſecundùm ſignificationem ſacramentalem, & diuinam: hæc enim ſicut non conuenit verbis ratione rerum, ita nec rebus ratione verborum, ſed immediatè conuenit aggregato ex rebus, & verbis, & iſtud per iſtam tanquam ſubiectum, & materia per formam determinatur, atque perficitur, vt §. 5. magis explicabitur.

84. Res non ſunt materia totalis nec verba forma totalis.

Inde rurſus fit, vt res in ſacramentis non ſint materia totalis, ſed partialis, nempe reſpectu verborum: & verba non ſint forma totalis, ſed partialis, nempe reſpectu rerum: Quia materia partialis in ſigno eſt, quæ non ſola recipit totam ſignificatiuam formam: & forma partialis, quæ non ſola informat totam materiam: ſed in ſacramentis res non ſolæ accipiunt ſacramentalem ſignificandi formam, ſed ſimul cum verbis: & verba non ſola informant ipſas res, ſed ſimul eas informat virtus ſacramentorum ſignificatiua: Ergo nec res ſunt materia totalis, ſed partialis, nempe reſpectu verborum; nec verba ſunt forma totalis, ſed partialis, nempe reſpectu rerum.

85. Cõiunctum ex rebus & verbis materia eſt totalis.

Fit etiam, vt coniunctum ex rebus & verbis ſit materia totalis, nempe reſpectu formæ totalis ſignificatiuæ ſacramentaliter: hæc vero ſit forma totalis ſacramentaliter ſignificatiua, nempe reſpectu totius materiæ ad ſacramentaliter ſignificandum aſſumptæ, quæ eſt aggregatum ex rebus & verbis. Quia totalis materia ſigni eſt totum illud, cui ſuperuenit vis ſignificandi; proinde totalis materia ſigni ſacramentalis erit totum illud, cui ſuperuenit vis ſacramentaliter ſignificandi: ſed hæc ſuperuenit toti aggregato rerum & verborum, vti iam oſtendimus: Ergo illud aggregatum eſt materia totaliter, &c.

86. Res bis ſunt materia: verba ſemel ſunt forma.

Conſequenter fit, vt in ſacramentis res bis, vt ita dicam, ſint materia, ſemel ſolæ & reſpectu verborum, & iterum ſimul cum verbus, & reſpectu ſacramentalis ſignificationis. Rurſus verba ſemel tantum ſint forma, nempe ſola, & reſpectu rerum. Tandem aggregatum ex rebus, & verbis ſolum ſit materia, & reſpectu ſacramentalis ſignificationis: hæc verò ſolum ſit forma; idque reſpectu aggregati ex rebus & verbis. Quæ omnia conſectaria conſtant ex dictis, & conſtabunt apertius ex illico dicendis.

87. Oppones: Eugenius IV. in ſuo decreto non alias aſſignat ſacramentis materias, niſi res; nec alias formas, niſi verba: Ergo res ſunt materia totalis & verba ſunt forma totalis: alioquin Pontifex aut falſam, aut diminutam doctrinam tradidiſſet.

88. Eugenius V. ſolam poſuit ſormam ſenſibilem.

Reſpondeo nihil iſtorum rectè inferri. Pontifex enim locutus fuit de ſacramentis, prout habent aliquid ſenſibile à nobis adhibendum; quo pacto ſolæ res ſunt materia, & ſola verba ſunt forma, nempe ſenſibilis: at ſi ſermo eſſet de ſacramentis adæquatè ſumptis, & includentibus ſignificationem ſacramentalem à Chriſto ſuperadditam, ſola hæc aſſerta fuiſſet adæquata forma ſacramentaliter ſignificatiua, coniunctum autem rerum & verborum dictum fuiſſet adæquata materia. Quod vero Pontifex de ſacramentis hoc modò non egerit, non adeo diminutam tradidit doctrinam: quia neque id neceſſarium erat ad rectè ſentiendum de ſacramentis, præſertim cum & doctrina iſta materiæ & formæ totalis & partialis non ſolum à Pontifice non negetur, ſed potius ex iis quæ Pontifex tradit, optime & facile inferatur.

Oppones iterum. Tam in phyſicis, quàm in moralibus id quod eſt materia, eſt materia totius compoſiti; & quod eſt forma, eſt forma compoſiti totius: ſic enim anima rationalis informat materiam, & in genere cauſæ formalis conſtituit hominem totaliter, ita ſcilicet vt alia forma non requiratur: & materia recipit formam rationalem, & in genere cauſæ materialis conſtituit totaliter hominem quin alia requiratur materia. Similiter materia venditionis, ex. gr. frumentum abſolute eſt materia, & materia totalis: & forma illius contractus eſt forma totalis: Sed in ſacramentis res ſunt abſolutè materia, & verba ſunt abſolutè forma: Ergo res conſtituunt adæquatè ſacramenta, vt totalis materia, & verba vt totalis forma. 89.

90. Simile quid in phyſicis & moralibus reperitur.

Reſpondeo maiorem eſſe falſam: quia licet illud, quod eſt materia reſpectu vnius formæ, non ſit reſpectu eius forma, aut è conuerſo; tamen illud, quod eſt reſpectu vnius partis forma, & in vno genere, poteſt cum illa ipſa eſſe materia reſpectu tertiæ in alio genere. In Phyſicis eſt optimum exemplum, caput verbi gratia humani corporis organici, quod reſpectu reliqui corporis eſt velut forma; & tamen ſimul cum ipſo eſt materia reſpectu animæ. In moralibus exemplo eſſe poteſt regium numiſma, in quo metallum eſt materia reſpectu figuræ, & inſignium quæ ibi imprimuntur; aggregatum tamen ex metallo & inſignibus eſt vna materia totalis & adæquata reſpectu valoris, & æſtimabilitatis, aut etiam regiæ inſtitutionis in monetam tanti valoris.

91. Appoſitiſſime in ſymbolis, ſeu ſtématibus.

Sed quia ſacramenta ſymbola quædam ſunt, exemplo eſſe poſſunt pleraque ſymbola, quæ magni Principes excogitare, & oſtentare ſolent. Vnum eſſet ſi Rex animo voluens illud. Pſal. 30. verſ. 3 "*Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii*": Vt ſignificaret ſe eſſe ſubditorum aſylum, pingeret in ſuo ſtemmate domum, ex firmiſſimis fundamentis, parietibus ac tecto conſtructam. In ea namque picta domo, parietes per ſe non ſignificarent protectionem adhuc ab iniuriis temporis, ſeu naturalem, quam materialis domus exhibere ſolet: impoſitum vero tectum tanquam forma ſuperueniens, parietes pictos determinaret ad illius protectionis ſignificationem: cæterum totum iſtud aggregatum ex fundamento, parietibus, & tecto ſubiectum eſſet & materia reſpectu ſymbolicæ ſignificationis à Principe impoſitæ, qua ſignificaretur nobilior protectio.

92. Sic planè contingit in præſenti, nam vt exemplum in baptiſmate ſpectemus; ſola materialis

S. THOM. Q. LX. terialis & corporea ablutio non ſignificat ablutionem animæ, quam aliqui putarunt poſſe eſſe naturalem, ſcilicet extrinſeca condonatione, ſine gratiæ infuſione factibilem: ablutio vero illa informata verbis humano modo ſignificantibus prædictam animæ ablutionem, reſpectu illorum verborum eſt materia, & cum eis conſtituit vnum ſignum ablutionis illius; nondum tamen ſignum ſacramentale ſupernaturale, & diuinum, ſed naturale & humanum: hoc ipſum tamen aggregatum, & humanum ſignum, ſuperueniente ſacramentali, & diuina gratiæ habitualis ſignificatione, quā Chriſtus ſacramentorum autor, & Princeps adiunxit, iam ſignificat animi ablutionem, quæ per gratiam fit, eſtque totale ſubiectum & adæquata materia reſpectu iſtius ſignificationis.

§. III.

Sacramentalis ſignificatio interdum ſimplex eſt, interdum compoſita.

92. REuoco in memoriam, nomine ſignificationis nō intelligi, ſignificationem actualem, quæ eſt actus potentiæ cognoſcitiuæ, deuenientis interuentu ſigni in cognitionem rei ſignificatæ; ſed intelligi ſignificationem in actu primo, id eſt virtutem ſignificatiuam, non vtcumque, ſed formaliter & vltimo acceptam ſicut quærentes quid ſit vis calefactiua, quærimus vim illam, qua calefactiuum vltimò conſtituitur in eſſe calefactiui, nempe vim ipſam producendi calorem: proinde ſi in aqua calida quæreremus, quid eſſet calefactiuā virtus, diceremus eſſe ipſum calorem. Itaque ſiue virtus ſignificatiua realiter conſtituatur ex ſubiecto, & forma per inſtitutionem ſigni, ſuperueniente, vt aliqui volunt, ſiue ſolam includat formam iſtam, ſermo nobis de hac ſola eſt, quia loquimur de vi ſignificandi formaliſſime qua tali: nam ex hac ſola propriè eſt forma, & de hac loquuntur autores, qui præſentem attingunt quæſtionem.

93. Suarez Diſp. 2. ſect. 1. §. vltimo generaliter affirmant: ſignificationem ſacramentalem eſſe compoſitam è duabus partialibus, vna exiſtente in rebus, altera in verbis; & illam eſſe velut materiam reſpectu iſtius, & hanc reſpectu illius quaſi formam. Probari poteſt primo ex S. Th. quem allegat. q. 60. art. 6. Cæterum S. Doctor ſolùm ibi docet ad 2. ex rebus & verbis fieri quod modo vnum, ſicut ex forma, & materia, in quantum per verba perficitur ſignificatio rerum. Vbi, vel non loquitur de ſignificatione ſacramentali, ſed de alia fundamentali, & humana, quam §. 1. expoſui: Vel ſi loquitur de ſacramentali, ſenſus eius eſt, ſignificationem rerum per verba perfici, id eſt declarari, & innoteſcere. Nam illa ipſa ſignificatio ſacramentalis, quam Chriſtus appoſuit, magis cognoſcitur ex verbis quam ex rebus: neque nouus eſt, aut ſingularis hic ſenſus verbi perficior, nam in eo dicitur 2. Corinth. 12. v. 9. *virtus* (id eſt, mea) *in infirmitate perficitur.*

Perfici ſæpe idem eſt ac declarari.

94. Secundo probari poſſet, ratione Patris Suarez, quia ſingulæ partes artefacti verbi gratia parietes & tectum domus, ſuam habent figuram, & formam, & forma parietum eſt velut materia reſpectu formæ tecti: Ergo ſimiliter. Nego conſequentiam quia non probatur ſacramentalem ſignificationem diuerſis conſtare partibus. Hoc tamen ita probari poſſet ex doctrina metaphyſicæ eiuſdem Patris Suarez. Nam homo duas habet partiales ſubſiſtentias, vnam in materia, & alteram in forma, & quæ propria eſt materiæ ſe habet vt materia reſpectu ſubſiſtentiæ formæ, & ſubſtantia formæ ſe habet vt forma reſpectu ſubſiſtentiæ materiæ; & ſic ex ambabus, ſiue ex materia, & forma componitur vna ſubſtantia humana totalis: Ergo ſimiliter ſacramenum duas habet partiales ſignificationes ſacramentales, vnam in rebus, alteram in verbis; & illa erit materia reſpectu iſtius: & hæc reſpectu illius erit forma: & ex ambabus vt ex materia & forma conſurget vna ſignificatio ſacramentalis totalis.

Permiſſo tamen antecedente, quod ſuo loco diſcuſſimus, negatur in præſenti paritas; 95. quia materia ſubſiſtit independenter ab actuali ſubſiſtentia animæ rationalis, & è conuerſo: Vnde poſſumus, ac debemus ſuam cuique ſubſiſtentiam, ab alterius ſubſiſtentia diſtinctam, & independentem tribuere; quo poſito non eſt admodum difficile intelligere, quod vna ſe habeat vt materia, & altera vt eius forma. Non poſſumus autem cum fundamento concipere, quòd ablutio verbi gratia ſacramentaliter ſignificet independenter à forma verborum, aut è conuerſo: proinde non poſſumus cuique ſuam partialem ſignificationem ſacramentalem attribuere, vt illico videbimus.

P. Vazquez diſp. 129. num. 20. ſecutus Caietanum, & Sotum, vniuerſaliter tradit, ſacramentalem hanc ſignificationem omnino 96. ſimplicem eſſe, proinde non conſtare duabus partibus, quarum vna ſit alterius materia, & altera alterius forma quibus etiam cum eadem vniuerſalitate ſubſcribit Mæratius Diſp. 2. ſect. 2. num. 3. & plerique Recentiores. Quorum quidem ſententia partim vera eſt, quatenus aſſerit, non eſſe in rebus vnam ſignificationem ſacramentalem partialem, & in verbis alteram partialem; & vnam reſpectu alterius eſſe materiam, & alteram formam: falſa verò eſt, quatenus generaliter ait, in omni ſacramento ſacramentalem ſignificationem eſſe ſimpliplicem nec pluribus conſtare partibus, quarum vna ſit alterius quaſi materia, & altera quaſi alterius forma, vt ex noſtris aſſertionibus conſtabit.

P. Lugus Diſp. 2. ſect. 2. num. 46. inter duas 97. ſententias velut arbiter ſedens, ait, ſi ſermo ſit de ſignificatione ſacramentali realiter, & phyſicè ſumpta, non eſſe compoſitam ex parte materiali, & formali, ſed ſimplicem: & in iſto quæſtionis ſenſu veram eſſe ſententiā Patris Vazquez: ſi vero ſermo ſit de ſignificatione ſacramentali, prout eſt aliquid rationis, facile concedi eſſe compoſitam ex partibus: prout ipſum ſubiectum, cui concipitur intrinſeca, & inhærens: & in hoc ſenſu veram eſſe doctrinam Patris Suarez. Sed hæc diſtinctio non eſt ad rem: dum enim quærimus; ſit ne ſacramentalis ſignificatio ſimplex, loquimur de vera, & non de ficta, & Chimærica, & nullum habente fundamentum: at ſignificatio ſacramentalis intrinſeca, & inhærens rebus, aut verbis prorſus chimærica eſt, & fundamēto carens. Quorſum igitur de illa quæſtionem hic exercebimus? Adde, priorem partem, quam Patri Vazquez

quæ Lugus concedit, non eſſe generaliter veram, vt num. præcedenti dictum eſt, & ſequentibus confirmabitur.

98. Ego aliter diſtinguo. Sunt enim quædam ſacramenta, quæ intrinſecè conſtant rebus, & verbis, vt baptiſmus, Confirmatio, Ordo & Extrema-vnctio, & regulariter matrimonium, vt ſupra vidimus: & alia duo, quorum vnum intrinſecè conſtat ſolis rebus, nempe Euchariſtia, & alterum ſolis verbis, videlicet Pœnitentia. Rurſus quædam ſunt ſacramenta, quæ tantum ſignificant vnam gratiam, verbi gratia baptiſmus gratiam regeneratiuam, & confirmatio confortatiuam in ordine ad fidem propugnandam: quædam vero ſignificant multiplicem gratiam: nam Euchariſtia ſub ſpecie panis ſignificat gratiam refectiuam animæ per modum cibi, ſub ſpecie vini ſignificat gratiam animæ refectiuam per modum potus; & ſub vtraque per modum integri conuiuij.

99. Similiter in Extrema-vnctione, vnctio oculorum cum ſuis verbis ſignificat gratiam habitualem, remiſſiuam culparum venialium ex viſu trahentium originem: & vnctio aurium ſignificat alteram gratiam, remiſſiuam culparum venialium trahentium originem ex auditu, & ſic cæteræ vnctiones. Demum in eadem ordinatione totali presbyteri, traditio panis & vini in patena & calice cum ſuis verbis ſignificat poteſtatem, & gratiam ad conſecrandum; impoſitio verò manuum Epiſcopalium cum aliis verbis. *Accipe ſpiritum ſanctum, quorum remiſeris, &c.* Signat poteſtatem, & gratiam ad abſoluendum.

100. Sacramentũ conſtans rebus & verbis, non habet duas partiales ſignificationes.

Dico Primo ſacramentum intrinſecè conſtans rebus & verbis, non habet duas partiales ſignificationes ſacramentales, quarum vna inſit rei, & altera verbis eidem rei reſpondentibus: v. gr. baptiſmus non habet vnam ſacramentalem ſignificationem in ablutione, & alteram in verbis, *Ego te baptizo, &c.* Nec vnctio habet vnam ſacramentalem ſignificationem in vnctione oculorum, & alteram in illis verbis ei reſpondentibus. *Per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quidquid per viſum deliquiſti, &c.*

101. Probaturque, coniunctum ex tali re, & tali ſermone eſt ſignum vnius tantum gratiæ, & hanc non ſignificat neque ſola res, neque ſolus ſermo, neque illa niſi dependenter ab iſto, neque iſte, niſi dependenter ab illa: Ergo non eſt fundamentum aſſerendi ſuam cuique parti competere ſignificationem propriam, & à ſignificatione alterius partis diſtinctam. Non enim eſt fundamentum ex parte rei ſignificatæ: nam hæc eſt vna gratia, quæ per vnam ſimplicem virtutem tota valet, ac debet connaturaliſſimè ſignificari, vt illico apertiam non ex parte aggregati, nam iſtud, non vtcumque, ſed quatenus aggregatum, eam accipit ſignificationem ſacramentalem: non demum ex parte inſtituentis, nam iſte toti aggregato, quà tali ſignificationem illam tribuit: Ergo.

102. Expono id amplius, & firmo. Quia virtus ſignificatiua, ſeu ſignificatio ſacramentalis in baptiſmo v. g. non eſt aliud, quam iſte actus inſtituentis Chriſti: *Volo vt aggregatum ex ablutione & his verbis, ſignificet gratiam regeneratiuam*: At iſte actus eſt vnicus, & ſimplex, nec habens duas partes realiter diſtinctas; quarum vna afficiat ablutionem, & altera formam verborum: Ergo, &c. Maior per ſe claret, quia ille eſt modus, & perfectus, & connaturalis, inſtituendi ſignum: Vnde & homines, dum inſtituunt ſignum vini venalis pluribus conſtans partibus materialibus, & conditionibus, totum illud per modum vnius inſtituunt, v. g. volumus, vt ramus oleagineus cum panno rubro ad ianuam appenſus, ſignificet vinum venale: nullus autem dicat iſtius virtutis ſeu formulæ, vnam partem reſpondere entitati rami, alteram realiter diſtinctam panno rubro, tertiam appenſioni, quartam ianuæ, &c. S. Thom. Q. LX.

Firmo denique exemplo illo ſymboli, quod num. 90. protuli. Tametſi domus depicta pluribus conſtet partibus, fundamento, parietibus, tecto; Princeps tamen dum eam pro ſymbolo ſibi inſtituit non dat vnam ſignificationem ſymbolicam tecto, & alteram realiter diſtinctam parietibus, & tertiam realiter diſtinctam fundamento: ſed toti domui vnam; quæ nimirum conſiſtit in hoc actu, *Volo vt hæc domus ſignificet protectionem meis à me ſubditis exhibendam* 103.

Dico ſecundo, etiamſi in eiuſmodi aggregato darentur duæ ſignificationes ſacramentales partiales, & realiter diſtinctæ, dici non poſſet altera eſſe materia reſpectu alterius, & hæc forma reſpectu iſtius. Quia ambæ partes ſignificarent vnam & eandem gratiam eſſentialiter, proximè, & immediatè, & eiſdem prorſus modis; eſſet enim tunc illa ſignificatio compoſita ex his duobus actibus, *Volo vt ablutio ſignificet gratiam regeneratiuam, volo vt hæc verba ſignificent gratiam regeneratiuam*: At iſtorum actuum vterque proximè, & eſſentialiter, & eodem prorſus modo ſignificarent gratiam: Non ergo vnus eſſet alterius materia; nec alter alterius forma: quomodo ergo partiales ſignificationes ſacramentales, etiamſi concederentur, habere ſe poſſent, vt materia, & forma 104. Si haberet, non eſſet altera alterius forma.

Reſpondebis ex Suarez, ideo ſignificationem verbis inditam ſe habere vt formam, quia clarior eſt ſignificatione inditâ rebus Sed contra, quia ſacramentalis ſignificatio, quam Chriſtus indidit rebus, & verbis, non eſt nobis clara: ſed obſcura, vtpote per fidem innoteſcens. Deuenimus tamen in eius notitiam facilius interuentu verborum, quam rerum: propterea quod ipſamet verba ex hominum fidelium impoſitione ſignificant effectum aliquem ad animos pertinentem, vt ſupra num. 67 declarauimus: ea vero ſignificatio certiſſima eſt occaſio cogitandi ſignificationem alteram verè ſacramentalem, & à Chriſto impoſitam: quam occaſionem res ſacramentalis non offert 105.

Hinc vero perperam colligitur ſignificationem ſacramentalem verborum eſſe formam, aut quaſi formam ſignificationis ſacramentalis rerum. Et confirmatur, quia ipſamet ſignificatio humana verborum pandit, ceu quædam occaſio, ſignificationem ipſorum verborum ſacramentalem: nec tamen ideo ſacramentalis ſignificatio verborum eſt forma, & materia reſpectu ſui ipſius: ſed humana ſignificatio eſt occaſio cognoſcendi diuinam. Atque hinc apparet, quanto cum fundamento dixerim num. 93 Verbum *perficitur* apud S. Thomam, idem eſſe, ac innoteſcit, cognoſcitur, aperitur. 106.

Dico tertio. In ſacramentis diuerſas habentibus 107.

S. THOM. Q. LX. Secus ſacramentũ conſtãs partibus diuerſas gratias ſignificantibus.

tibus partes, & per illas ſignificantibus & conferentibus diuerſas gratias, diuerſæ ſunt ſignificationes ſacramentales. Nam hoſtia cõſecrata ſignificat gratiam animæ refectiuam, ad modum cibi; & calix conſecratus ſignificat gratiam animæ refectiuam ad modum potus: & quidẽ hoſtia gratiam ſuã ſignificat independenter à calice, & calix ſuam independenter ab hoſtia ſi enim ſola hoſtia ſumatur, vt à laicis ſumitur, aut ſola conſecraretur, vt reuera poſſet, ſignum eſſet gratiæ reficientis animam per modum cibi; & ſimiliter ſi ſolus calix ſumeretur, aut etiam ſolus conſecraretur, ſignum eſſet gratiæ reficientis animam per modum potus: Ergo hoſtia ſignificationem vnam habet propriam ſuam, & calix alteram propriam ſuam. Idem cernitur in Ordinatione presbyteri, conſtante ſcilicet duabus partibus realiter diſtinctis, vna ſignificante gratiam conſecrandi, & alterâ gratiam abſoluendi. Idem etiam in Extrema-vnctione, cuius vna vnctio cum ſuis verbis ſignificat gratiam remiſſiuam venialium commiſſorum per oculos, altera per aures &c.

108. Incertũ an iſtæ ſignificationes reipſa inter ſe differant.

Dico Quarto. Nõ opus eſt, iſtas ſignificationes eſſe realiter, aut nõ realiter diſtinctas inter ſe: potuerũt enim cõnaturali, & morali modo eſſe vel diſtinctæ realiter, vel ſolũ virtualiter. Probatur breuiter aſſertio tota: quia ſignificatio iſta non eſt aliud quam actus voluntatis Chriſti: Chriſtus autem potuit vno actu ſuæ voluntatis, velle, vt hoſtia ſignificaret gratiam in modum cibi; & altero realiter diſtincto velle vt calix ſignificaret gratiam in modum potus. Potuit etiam pro libito vtrumque velle vnico tantum actu: qui tamen eſſet virtualiter duplex pro diſtinctione ſcilicet reali gratiarum inter ſe independentium quas reſpiceret. Ergo nec eſt opus aſſerere ſignificationes iſtas eſſe diſtinctas realiter, nec eſſe indiſtinctas realiter, ſed potuerunt & moraliter, & connaturaliter eſſe vel diſtinctæ realiter, vel ſolum virtualiter.

109. In aliquo ſacramento nõ ſe habent vt materia, & forma.

Dico Quinto. Diuerſæ iſtæ ſignificationes ſacramentales in aliquo ſacramento non ſe habent vt materia, & forma. Theſim iſtam conſtituo propter Extremam-Vnctionem; quia non eſt fundamentum aſſeramus ſignificationem vnius vnctionis cum ſuis verbis eſſe formam, vel materiam alterius cum ſuis verbis. Sicut enim gratia remittens culpas veniales aurium non ſe habet vt forma, vel materia gratiæ remittentis culpas veniales oculorum: ita non opus eſt, vt ſignificatio vnius gratiæ, ſit forma, vel materia reſpectu alterius.

110. In aliquo ſic ſe habere dici poſſunt.

Dico Sexto: In duobus ſacramentis hæ diſtinctæ ſignificationes, non incongruè dici poſſunt habere ſe vna vt materia, & altera vt ipſius forma. Id aſſeruerim priori loco propter Euchariſtiam: Cum enim conuiuium corporeum eſſentialiter conſtet cibò, & potu; cibus non incongruè conſideratur vt materia, & potus vt forma. Proinde conuiuium animæ, ſeu gratia reficiens animam in modum integri cõuiuii, duas habet gratiæ portiones, vna ſignificatur vt cibus, altera vt potus: proinde maximo cum fundamento vna concipitur vt materia, altera vt forma: Ergo maiori cum fundamento ſymbolum vnius concipitur vt forma ſymboli alterius: & conſequenter ſignificatio vnius, vt forma perficiens & complens ſignificationem alterius.

Idẽ ſuo modo conſpicitur in ordinatione illa duplici presbyteri; imo cum maiori fundamento. Nam ordinatio in ſacerdotem eſſentialiter præſupponitur, ac proinde ſe habet inſtar materiæ; ordinatio vero in confeſſarium, illam eſſentialiter præſupponens, ipſique superueniens, habet ſe tanquam illius forma: Ergo ſignificatio ordinationis in ſacerdotem, habebit ſe vt materia in ordine ad ſignificationem ordinationis in confeſſarium, & huius ſignificatio vt forma reſpectu ſignificationis quam habet ordinatio in ſacerdotem. 111.

SECTIO V.

An, & quomodo ſacramentalis ſignificatio ſit adæquata ſacramenti forma.

Significationem ſacramentalem, ſeu potius virtutem ſacramentaliter ſignificatiuam, quam nuper expoſui, tradunt haud obſcure quidam Recentiores, non eſſe proprie ſacramenti formam, dum ſcribunt ineptè dici ſacramenta componi ex re ſenſibili, vt ex materia, & ex ſignificatione ſacramentali, tanquam ex forma, quia compoſitio hæc potius dicenda eſt ex ſubiecto & accidenti. Sed iſti non ſunt audiendi: Primo quia ſignum ex inſtituto per aliquam formam vltimo conſtituitur in ratione ſigni ex inſtituto: ſed ſacramentum eſt ſignum ex inſtituto: Ergo per aliquam formam in ratione talis conſtituitur: Non niſi per ſignificationem ſacramentalem, ſeu vim ſacramentaliter ſignificatiuam: Ergo &c. 112. Sacramentalem ſignificationẽ eſſe ſacramenti formam aliqui negant. Falſo tamen.

Firmo quoniam iſti Doctores ſibi ipſis repugnant aſſerentibus verba reſpectu rerum eſſe formam partialem, ſignificationem vero ſacramentalem reſpectu aggregati ex rebus & verbis eſſe formam totalem. Repugnant etiam Concilio Florentino, aſſerenti rem in ſacramentis eſſe materiam, & verba eſſe formam; nec dubium eſt, quin verba reſpectu illius aggregati ſit quodda accidens. 113. Et in conſequentes.

Adde quod alioquin in præſenti quæſtione, & ſimilibus, difficillime exponeremus animi ſenſum: ſi enim queſtionem non proponeremus in hæc verba, *Num ſacramentalis ſignificatio ſit integra ſacramenti forma*, quærere cogeremur, An ſacramentalis ſignificatio ſit integrum accidens ſubiecti ſacramentalis: qua locutione nihil obſcurius, ineptius, inauditius. 114. Et cũ inſigni incommodo.

Tandem quia, (vt à priori diſſeram, & argumentationem oppoſitam diluam) compoſitio ex ſubiecto & accidente non deſinit eſſe ex materia & forma: quippe hoc ipſo quod eſt ex ſubiecto, eſt ex materia; & hoc ipſo quod eſt ex accidenti, eſt ex forma: Compoſitio enim ex pariete & albedine, ex ſubiecto, & accidenti eſt; Compoſitio generis ex natura & notione compoſitio ſubiecti & accidentis eſt, & ſic de cæteris innumeris: an ideo albedo non eſt forma alibi; notioque generica non eſt forma generis? 115. Et quia cõpoſitio ex ſubiecto & accidẽti, ex materia & forma eſt.

Alij ſimpliciter aiunt virtutem iſtam ſacramentaliter ſignificatiuam eſſe totalem formam ſacramenti. Ducuntur abſque dubio, quia 116. Quia totalem eſſe formam illam

aiunt, qui poſſint impugnari.

quia ſacramentum eſt ſignum : Sed adæquata forma ſigni eſt virtus ſignificatiua: Ergo adæquata forma ſacramẽti, ſeu ſigni ſacram. taliter ſignificatiui , eſt virtus hæc ſacramentaliter ſignificatiua. Verùm impugnari poſſunt, quia ſolum probare videntur, virtutem iſtam eſſe totalem formam ſacramenti in ratione ſigni, non tamen in ratione ſacramenti: nam illud in lege noua, non ſolum eſt ſignum gratiæ, ſed etiam ipſius cauſa : cauſa vero in eſſe cauſæ conſtituitur per virtutem cauſatiuam : Ergo ſacramentum nouæ legis , tanquam per formam adæquatam conſtituitur eſſentialiter per virtutem ſacramentalem gratiæ ſignificatiuam, & per virtutem ſacramentalem gratiæ cauſatiuam.

117. Qui ex illa, & vi productrice totalẽ formã conficent.

Propter hanc rationem adeo perſpicuam erunt fortaſſe qui cenſeant , formam totalem ſacramentalem (quæ reipſa nihil eſt , quam actus, quo Chriſtus voluit, vt ablutio v. gr. cum baptiſmalibus verbis , gratiam ſignificarent , & conferrent) conſtare ex duabus partibus , vel actualiter , vel ſolum virtualiter diſtinctis ; vna , quæ ſit gratiæ ſignificatiua: & altera, quæ ſit gratiæ productiua. Quia virtus gratiæ ſignificatiua , & eiuſdem gratiæ productiua , non poſſunt non diſtingui , vel actualiter, vel ſaltem virtualiter : ſed ambæ ſunt de ratione ſacramenti nouæ legis : Ergo iſtius forma ſacramentalis duabus conſtat ex partibus , actu,vel virtute diſtinctis nempe ſignificatrice gratiæ , & productrice.

118. Quomodo etiam hi poſſint impugnari.

Verum impugnari etiam iſti poterunt , quia ſacramentum nouæ legis, vt iam ſæpius attigimus , ideo gratiam confert quia gratiam ſacramentaliter ſignificat : Ergo prior eſt in ipſo virtus , aut formalitas gratiæ ſignificatiua , quam productiua : Ergo hæc poſterior non erit de ratione ſacramenti , ſed ipſius proprietas. Proinde ſacramentalis forma totalis, & adæquata ſimplex realitas , aut formalitas erit,& non conſtans ex duabus re, aut ratione diſtinctis.

119. Quo ſenſu noua ſacramenta ideo conferãt gratiam , quia ſignificant.

Vt quæſtioni reſpondeam , prælibo ex iis quæ diſp. 7. ſect. 3. fusè traditurus ſum , nempe commune illud pronunciatum , *Sacramenta noua propterea conferunt gratiam , quia ſignificant*, non habere merum illum ſenſum, quem verba iſta primo aſpectu, & propriè ſumpta præ ſe ferunt ; ſed illius ſenſum iſtum eſſe: *Ideo gratiam conferunt , quoniam ex Chriſti inſtitutione ſignificant gratiam in præſens conferri.* Itaque in ſacramento v. gr. baptiſmi inſtituendo Chriſti actus iſte fuit, *Volo vt aggregatum ex ablutione & his verbis , Te baptizo in nomine Patris , & Filij & Spiritus ſancti, ſignificet gratiam in præſens tribui.* Cum autem ſignum à Chriſto inſtitutum non poſſit non euadere verum , nam alioquin eius inſtitutor mentiri poſſet , quod in Tomo de Incarnatione diſp. 43. ſect. 3. Falſum eſſe conſpeximus : Inde eſt , vt ille ipſe actus Chriſti , *Volo vt aggregatum iſtud ſignificet gratiam de præſenti dari* , ſit virtualis voluntas, vt poſito illo aggregato conferatur gratia: quippe qua tunc non collata ſacramentum euaderet ſignum falſum.

Quia ſignificãt gratiã nunc tribui, & falſa eſſe non poſſunt.

120. Totalis forma eſt virtus gratiæ ſignificatiua, & productiua.

Dico iam primo , formam ſacramenti nouæ legis adæquatam , ſeu totalem , eſſe virtutem gratiæ ſanctificantis ſignificatiuam , & productiuam. Patet ex nuperrime propoſitis , quia ſacramentum nouæ legis eſſentialiter , ac formaliſſimè eſt ſignum gratiæ ſanctificantis ſignificatiuum, & productiuum : Sed in hac ratione formaliter conſtituitur per virtutem gratiæ ſanctificantis ſignificatiuam, & productiuam: Ergo hæc virtus eſt totalis & adæquata forma ſacramenti nouæ legis.

121. Vis ſignificatiua eſt nihilominus forma totalis.

Dico ſecundò , ſignificationem ſacramentalem , ſeu vim ſacramentaliter ſignificandi à Chriſto inductam , eſſe formam totalem & adæquatam ſacramenti nouæ legis. Quia totalis & adæquata forma iſtiuſmodi ſacramenti , eſt virtus quam Chriſtus indidit , nimirum gratiæ ſanctificantis ſignificatiua, & productiua : ſed illa ſignificatio , ſeu virtus ſacramentaliter ſignificandi , quam Chriſtus induxit , eſt virtus gratiæ ſanctificantis ſignificatiua ſimul , & productiua : Ergo illa eſt adæquata ipſius forma.

122. Quia formaliter eſt etiam eius productiua.

Quod illa virtus ſit gratiæ ſanctificantis ſignificatiua , nemo eſt qui iam dubitet inter illos , qui ad rationem conſtitutiuam ſigni non requirunt entia rationis, aut modos aut relationes ſuperadditas, quorum ſententiam hic veriſſimam eſſe ſupponimus. Quod vero virtus illa ſit etiam ſanctificantis gratiæ productiua , ſeu collatiua, probatur ; quia virtus productiua gratiæ in ſacramentis non aliud eſt; quam actus , quo Chriſtus efficaciter voluit , vt gratiam producerent , ita ſcilicet vt ex vi illius actus Chriſti , etiam ſi ipſe nullum alium adiungeret , infallibiliter gratiam conferrent : Sed illa virtus ſignificatiua quam Chriſtus ſacramentis indidit , eſt actus quo voluit , vt gratiam producerent ; & ita voluit efficaciter , vt quamuis nullum alium adiungeret actum , infallibiliter ipſam producerent: Ergo ille actus conſtituit ſacramentum nouæ legis in ratione productiui gratiæ. Maior vt plurimum cenſetur euidens & à nobis confirmatur diſp. . ſect. 1.

123. Minor claret , nam iſte Chriſti actus ſerius & efficax , *Volo vt hoc aggregatum ablutionis & verborum ſignificet gratiam de præſenti conferri* , etiamſi nullus alius adiungeretur , quo Chriſtus formaliter vellet , produci gratiam , omnino conſtitueretur ſignum falſum , ſi aggregatum illud gratiam non tribueret : Ergo illo actu ſic vult Chriſtus gratiam per illud aggregatum tribui, vt quamuis nullus alius adderetur in Chriſto actus volendi gratiæ collationem , hæc infallibiliter ſequeretur.

124. Non nego , nec dubito , quin actum iſtum Chriſti , *Volo vt res iſta ſignificet gratiam in præſens conferri* , ſequatur confeſtim alter Chriſti actus , quo velit , vt gratia per illud ſignum conferatur. Nam prior actus eſt virtualis tantum volitio , vt gratia conferatur : proinde in agente perfectiſſimo qualis eſt Chriſtus , confeſtim induit formalem aptam volitionem. Aio tamen , iſtam non eſſe de ratione eſſentiali ſacramenti nouæ legis, ſed ad ſummum quandam eius proprietatem, aut quaſi morale complemen

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

plementum, non quidem in eſſe ſacramenti ſignificatiui, & productiui gratiæ, ſed in ratione ſigni talis, à perfectiſſima voluntate inſti-

125. tuti. Ratio ſumitur ex dictis; quia per priorem actum intelligitur ſacramentum eſſe ſignum gratiæ ſanctificantis practicum, & à Chriſto inſtitutum, & proinde ſacramentum nouæ legis: Ergo in eſſe talis non conſtituitur per ſecundum actum. Conſtituitur tamen, aut completur per poſteriorem actum in ratione cuiuſdam artefacti ab auctore perfectiſſimè operante inſtituti. Quare ſicut poſterior iſte actus dici poteſt quaſi proprietas prioris vt à Chriſto eliciti, ſic dici poteſt proprietas ſacramenti nouæ legis, vt à Chriſto perfectiſſimè agente inſtituti.

126. *Actus Chriſti inſtituentis eſt condignus effectus illius, quem cauſat ſacramentum.*

Nec item aſſero, priorem illum Chriſti Volitionis actum in eſſe phyſico, vel etiam morali talis actus humani nudè ſumptum, eſſe adæquatam ſacramenti formam, ſed vt eſt talis actus moralis, & à Chriſti humanitate plane deificata elicitus. Quia ſacramentum nouæ legis eſſentialiter eſt ſignum diuinitus inſtitutum, & inſtitutum actu voluntatis condignè merentis ipſius effectum: Eſt item ſignum omnino verum, & eſſentialiter infallibile: Tale autem non conſtituitur per illum volitionis actum in eſſe phyſico, & morali talis actus humani præciſe ſumpti; ſed prout etiam eliciti à Chriſti voluntate deificata, quia prout ab iſta fluit, eſt actus Dei, ſeu diuinus: eſt condigniſſime meritorius collationis gratiæ, quam ſacramentum ſignificat: & eſt etiam penitus efficax, & infallibilis, atque adeo conſtituit ſignum omnino verum & infallibile: ſed de hoc latius in diſp. 7. ſect. 3.

Et quia eſt elicitus à voluntate deificata, & ita actus Dei infallibilis & efficax.

127. *Vis ſignificatiua, & prudentia, non ſunt duæ formalitates in actu Chriſti.*

Dico Tertio, virtutem gratiæ ſignificatiuam, & virtutem gratiæ collatiuam in ſacramento nouæ legis, non eſſe duas eiuſdem actus partes, aut formalitates: ſed entitatem & moralitatem ipſius actus, addere extrinſecam denominationem ab eius voluntatis deificatione prouenientem. Ratio eſt quoniam ille actus ſolum eſt, *Volo vt aggregatum ex ablutione, & his verbis, ſignificet gratiam in præſens conferri*: In hoc autem actu nullum eſt fundamentum cogitandi duas partes actu, vel etiam virtute diſtinctas: quia non ſunt obiecta diuerſa, quæ illas exigant.

128. Et ratio eſt, quia ſi huic entitati volitionis humano & morali modo elicitæ, addatur denominatio à deificatione & infinita dignitate ſui principij, ſanè hoc ipſo concipitur ea volitio conſtituere rem ſignificantem gratiam in præſens conferri, & ſignificantem veriſſimè, certiſſimè, infallibiliſſime, & cum condigniſſimo eiuſdem collationis merito: Hæc autem determinatio à deificatione ſui principij extrinſeca eſt iſti actui ſecundum eſſe phyſicum, & moralem, ſiue humanum ſpectato: Ergo per talem denominationem ſimpliciſſimæ formalitati iſtius actûs adiunctam, conſtituitur ſacramentum in ratione ſigni practici, gratiæ, & proinde in ratione ſacramenti Nouæ legis.

SECTIO VI.

An intentio miniſtri ſit prædictæ formæ vnio, & ſacramento intrinſeca.

EXploratum eſt ad ſacramenti valorem requiri aliquam miniſtri intentionem: de cuius eſſentia & qualitatibus agendum infra, dum de ſacramenti miniſtro. Hîc autem vt integram ſacramenti eſſentiam demus, inſtituere cogimur præſentem quæſtionem de intentione miniſtri, quam arbitramur in pleriſque ſacramentis eſſe vnionem ſacramentalis formæ cum materia, & proinde pleriſque ſacramentis intrinſecam & eſſentialem. 129.

§. I.

Miniſtri intentionem eſſe ſacramento intrinſecam, argumenta Lugi non perſuadent.

EAm intentionem omni ſacramento intrinſecam eſſe, curſim & obſcurè videtur innuere Henriquez lib. 1. cap. 7. lit. N. ſed ſolum vult, eſſe conditionem, vel ad ſummum cauſam efficientem, vt conſtat ex eiuſdem libri c. 10. num. 1. lit. C. clarè & ex profeſſo Lugus diſp. 2. ſect. 7. tradit, miniſtri intentionem intrare ad componendum intrinſece ſacramentum, ſaltem tranſiens & in vſu conſiſtens, qualia ſunt omnia præter Euchariſticum. De hoc namque monet, rationes quibus ipſe vtitur, non eſſe efficaces: nec tamen ſe illud à regula cæterorum tunc excipere, ſed quid de ipſo cenſendum ſit, ad illius reſeruare tractatum: in cuius diſput. 1. num. 89. Plane illud excipit, affirmans intentionem miniſtri conſecrantis non eſſe Euchariſtiæ intrinſecam. 130.

Facit Lugus intentionem ſolis ſacramentis tranſeuntibus intrinſecam.

Pro cæteris ſacramentis adducit primò Lugus hanc rationem, vt ipſe vocat grauiſſimam. Illud cuius compoſito intrinſecum eſt, quo ſublato, quamuis cætera maneant, non manet tale compoſitum: Sed poſita materia & forma compoſiti ſacramentalis, ex. gr. ablutione & verbis Baptiſmalibus, & omnibus aliis, ſi tollatur, vel deſit intentio miniſtri, non exiſtit compoſitum, ſeu ſacramentum Baptiſmi: Ergo intentio miniſtri quæ tollitur, aliquid eſt ſacramento intrinſecum: alioqui nihil auferretur intrinſecum ſacramento; proinde abſente, vel deficiente intentione miniſtri, adeſſet totum illud quod ſacramento eſt intrinſecum, ac per conſequens exiſteret verum ſacramentum: ſiquidem iſtud nihil eſt aliud, quam totum ſuum eſſe intrinſecum. 131.

Primũ eius argumẽtum.

Reſpondent aliqui Recentiores, deficiente miniſtri intentione deficere aliquid aliud ſacramento intrinſecum, nempe materiam, & formam idoneam, Chriſtum enim non habilitaſſe ad ſacramentum ex gr. Baptiſmi cunctas numero ablutiones, aut cunctas numero formas horum verborum *Te baptizo*, &c. ſed quãdam ingentem vtrarumque numerum: quando autem 132.

Sententes Chriſtum non habilitaſſe omnem ſolemnẽ materiam & formam.

Digitized by Google

autem adeſt miniſtri intentio, Deum vt cauſam primam determinare miniſtrum ad vnam numericam & magno illo cumulo habilium; quando vero deeſt intentio, determinare ad vnam numericam ex cumulo inhabilium.

133. Incurrunt in maius incommodum illo, quod fugitant.

Acutè quidem iſti; ſed grauiter à Lugo impugnati, tanquam excolato culice camelum degluriant. Recuſant enim admittere intentionem ſacramento intrinſecam, vt quidpiam à communi ſenſu alienum; & aiunt, non omnem ablutionem, aut illorum verborum formam, eſſe ſacramento idoneam, quod eſt à communi ſenſu longe alieniſſimum.

134. Et alterum minimè lene.

Addiderim, inde fieri vt miniſter qui prædictam reſponſionem approbet, ſi adhibeat ex. gr. ablutionem & ſolemnia Baptiſmi verba, ſine intentione baptizandi, non peccet grauiter contra Religionem ſeu contra reuerentiam Baptiſmo vel eius inſtitutori debitam. Non enim adhibebit rem ſacramento idoneam: proinde non eam priuabit ſignificatione & effectu ipſi congruentibus ac debitis. Perinde enim ſe habebit ac ſi adhiberet ex. gr. crucis formationem, & orationem dominicam, cum expreſſa intentione non faciendi ſacramentum. Siquidem agregatum ex illa ablutione & verbis, deficiente intentione conficiendi ſacramentum, æque ineptum eſt conficiendo ſacramento ad iſtud aliud aggregatum ex crucis formatione & oratione dominica.

135. Tertiumque non contemnendum.

Arguerim etiam ex ſacramento matrimonij, dum contrahitur ſub conditione de futuro libero, v. gr. *Si Pater conſenſerit.* Vel enim conſentiente Patre, ſine nouo contrahentium actu non exiſtit ſacramentum; & hoc eſt apud Aduerſarios & Lugum ipſum omnino falſum: vel Deus determinauit contrahentes ad actus iſtos numericos idoneos ex præſcientia apponendæ conditionis; & hoc eſt æquè, vel magis alienum à modo ſentiendi in materia ſacramentorum Quod autem ex eodem ſacramento contra reſponſionem illam addit Lugus, directiùs pugnabit contra ſequentem.

136. Reſponſio, intẽtionem eſſe cauſam efficientem, aut conditionem.

Aliter enim ipſe reſponderem concedendo maiorem, illudque compoſito intrinſecum eſſe, quo ſublato, ſi cætera maneant, non manet ipſum compoſitum: inde enim colligimus, compoſito huic Petrus eſſe intrinſecam vnionem, quoniam hac ſublata, licet materia & forma Petri maneant, compoſitum Petrus non manet. Ad minorem vero dicerem, abſente intentione miniſtri non adeſſe ſacramentum, quia non adſunt cætera, quæ ſacramento intrinſeca ſunt; non quòd intentio ſit ſacramento intrinſeca, ſed quòd ſit vel illorum cauſa efficiens, vel conditio requiſita ad ipſorum exiſtentiam: non enim poſſit hoc facile aut efficaciter vel conſequenter, etiam ab ipſo Lugo repelli, vel improbari.

137. Exemplis illuſtratur appoſitiſſimis.

Etenim deficiente in ſubiecto carentia Baptiſmi, Baptiſmus eſt nullus: nemo autem dicet, Baptiſmi præcedentis carentiam intrinſecam eſſe Baptiſmo, ſed conditionem eius valori neceſſariam. Item, deficiente Baptiſmo, nulla eſt Confirmatio, Vnctio, Abſolutio, & cætera, & tamen Baptiſmus non eſt his ſacramentis intrinſecus, ſed mera conditio ad ipſorum valorem. Sic ergo dicerem, deficiente intentione miniſtri deeſſe aliquid ſacramento intrinſecum, non quòd ipſa intentio ſit intrinſeca, ſed cauſa alicuius ſacramento intrinſeci, vel certe conditio ad illud intrinſecum neceſſaria.

S. THOM. Q. LX.

138. Ex quibus petitur inſtantiæ deſtructio.

Dices: Cum adſint materia, & forma legitimæ, & moraliter vnitæ, quid deeſſe poteſt ſacramento intrinſecum, quod ab intentione, vt ab efficiente, vel à conditione pendeat? Occurri poteſt cum ſimili interrogatione in aliis euentibus. Deficiente enim Baptiſmo, & poſitis materia & forma Confirmationis moraliter vnitis, quidnam deeſt Confirmationi intrinſecum, quod à Baptiſmo pendeat, vel tanquam ab efficiente, vel tanquam à conditione? idemque eſt poſito iam Baptiſmo in Petro, ſi circa ipſum repetantur Baptiſmi materia & forma moraliter vnitæ. Et quod in his euentibus reſpondebitur, applicari poterit ad euentum deficientis intentionis. Præterea ſpeciatim reſponderi poteſt, deeſſe illi aggregato vnionem cum ſacramentali ſignificatione; & eam vnionem pendere ab intentione miniſtri altero & duobus illis modis: quod dum non refellitur, inefficax eſt adducta ratio.

139. Nec ideo conſenſus eſt matrimonio extrinſecus.

At inquies ex Lugo: Ergo etiam dici poterit, internum conſenſum contrahentium non eſſe matrimonio intrinſecum, ſed ſolum cauſam effectiuam externæ manifeſtationis, aut etiam conditionem, qua poſita manifeſtationem eſſe totam ſacramenti materiam. Sed contra, quia matrimonij ſacramentum non habet aliam materiam, ac ipſe matrimonij contractus: hic autem habet pro materia conſenſum internum ſufficienter manifeſtatum: proinde nullum eſt fundamentum conſtituendi conſenſum internum vt meram cauſam efficientem, aut conditionem in ordine ad matrimonij ſacramentum. Maior apud omnes certa eſt; nam in matrimonio ratio ſacramenti ſequitur naturam illius contractus, & in eo fundatur. Ad aſſerendum autem, intentionem miniſtri eſſe cauſam efficientem, vel conditionem ſacramento extrinſecam dicetur ſufficere quòd non probetur eſſe aliquid intrinſecum, vt hactenus non probatur.

140. Alterũ Lugi argumentum.

Lugus. Non minus requiritur conſenſus internus in Epiſcopo tribuente poteſtatem ordinis, quam in coniuge danti alteri poteſtatem ſupra ſuum corpus: Ergo non minus intrinſecus debet eſſe ille Epiſcopi conſenſus ſacramento ordinis, quam ille ſit intrinſecus ſacramento matrimonij. Nulla tamen eſt illatio: *Conſenſus ille eſt æquè neceſſarius ordini, ac ille matrimonio: Ergo æque intrinſecus.* Eſt enim vterque ſimpliciter neceſſarius; ita ſcilicet vt ſine illo nequeat exiſtere ordo, nec matrimonium; & iſta neceſſitas conſiſtit in indiuiſibili: poteſt tamen cadere in vnam rem, quæ ſit ſacramento intrinſeca, & in alteram, quæ ſit extrinſeca: quippe ordinationi æquè neceſſarius eſt miniſter, atque verborum forma, hæc tamen intrinſeca eſt, ille extrinſecus.

Malè æquiparat ordinãdi affectũ conſenſui maritali.

141. Ita prorſus dicet aliquis hic euenire: voluntas enim explicata dandi poteſtatem in ſuum corpus eſt ipſe matrimonij contractus, & inter fideles ipſum ſacramentum: voluntas vero dandi poteſtatẽ ordinis non eſt ſacramẽtũ ordinis, ſed voluntas conficiendi, & conferendi

S. Thom. Q. LX.

ſacramentum ordinis. Non ergo recte comparatur (inquient) voluntas dandi poteſtatem ordinis cum voluntate immediatè dante poteſtatem in ſuum corpus: ſed comparari debet cum voluntate efficiendi contractum conſtitutum ex dicta voluntate, & eius manifeſtatione. Proinde ſicut voluntas efficiendi aggregatum iſtud non eſt intrinſeca matrimoniali contractui, ſed eſt conditio, vel ad ſummum cauſa efficiens extrinſeca ipſius; ita (dicent) voluntas illa dandi poteſtatem ordinis non eſt intrinſeca ordini, ſed cauſa efficiens, vel conditio ad illam requiſita.

142. Sicut enim voluntas efficiendi aggregatum ex conſenſu maritali interiore, & manifeſtatione eius exteriore, eſt voluntas efficiendi contractum, quo traditur poteſtas in corpus; ita voluntas hæc Epiſcopalis eſt voluntas efficiendi ſacramentum, quo traditur poteſtas ordinis. Immo addere poterunt, poteſtatem in corpus eſſe realiter, & formaliter ipſum contractum: poteſtatem autem ordinis non eſſe ipſum ſacramentũ ordinis, ſed aliquid ab ipſo efficienter inductũ. Nec plus habet roboris exemplum Abſolutionis, quod Lugus adiungit, vt conſtabit applicanti hæc ipſa quæ nunc attulimus.

143. *Tertium Lugi argumentum.*

Tandem à priori Lugus arguit; quia miniſter ſacramenti operatur vt miniſter Chriſti: ſed operari vt alicuius miniſtrum, inuoluit voluntatem miniſtri volentis vti poteſtate ab illo accepta: Ergo ſacramenti miniſtrum operari vt miniſtrum Chriſti, inuoluit voluntatem ipſam miniſtri volentis operari per poteſtatem à Chriſto acceptam.

144. *Operari vt alicuius miniſtrum, voluntatem ſic operandi non inuoluit formaliter.*

Diſtingui tamen poterit minor ad hũc modum: Operari vt alicuius miniſtrum inuoluit voluntatem miniſtri volentis vti poteſtate ab illo accepta; volũtatem inquam illam inuoluit formaliter, nego; quia neque id probatur, neq; neceſſarium eſt: inuoluit præſuppoſitiuè, concedo; nimirum vt cauſam efficientem, quoniam id ſufficit.

145. Quod ipſum ita explicari, & confirmari poteſt, quia miniſter volens operari vt miniſter, vult efficere totum ſacramentum: Ergo illa voluntas habet pro obiecto totum ſacramentum: Non habet pro obiecto totali vel partiali ſeipſam: Ergo nec ipſa eſt totum ſacramentum, nec aliquid ſacramenti: Non igitur eſt ſacramẽto intrinſeca. Operari autem nomine Chriſti, quod pro colophone Lugus adducit, non eſt aliud quam operari vt Chriſti miniſtrum: proinde non plus habet virium, eodemque pacto diluitur.

146. *Intentio miniſtri quã ſacramento intrinſeca, cũ non ſit materia, nec forma.*

Occurrunt etiam contra hanc ſententiam difficultates, quas Autor ille non attulit: ex. gr. quam attigit Vazquez. Diſputat. 129. num. 39. in fine; quia ſcilicet intentio miniſtri non eſt pars ſacramenti: Ergo non eſt intrinſeca ſacramento. Antecedens probabitur; quia intentio non eſt pars materialis, non formalis: Ergo neutra.

147. Non eſſe partem materialem conſtat; quia pars materialis eſt partialis, & reſpectu verborum, à quibus determinatur, & intentio non determinatur per verba: Vel eſt totalis, quæ determinatur per ſignificationem ſacramentalẽ: & nec per iſtam determinatur intentio. Non eſſe partem formalem, partialem, nec totalem, oſtenditur: quia forma partialis eſt, quæ determinat ſolam materiam, vt verba ablutionem: forma verò totalis eſt ſacramentalis ſignificatio, miniſtri autem intentio nec determinat ſolam verborum formam, nec eſt ſacramentalis ſignificatio: Ergo nec eſt forma partialis, nec totalis.

148. *Subiecti intentio perperã dicitur ſacramento intrinſeca.*

Addo, concedi à Lugo intentionem ſubiecti etiam eſſe ſacramento intrinſecam: in quam obiici poteſt, tum idem argumentum; tum etiam inde fieri, vt ſubiectum ſacramenti ſit cauſa efficiens ſacramenti, ſaltem inadæquati; nam eſt cauſa efficiens ſuæ intentionis: hæc eſt intrinſeca ſacramento, & aliquid ſacramenti: Ergo iſtius ſubiectum eſt cauſa efficiens eiuſdem ſaltem partialiter.

§. II.

Veræ ſententiæ fundamenta iacio.

149. *Intentionem nulli eſſe ſacramẽto intrinſecã tradunt Doctores aut ſupponunt.*

Doctores, quos videre licuit ſi vnum excipias Lugum, quæſtionem de hac re non mouent, ſed partem de omnibus ſacramentis negantem, vt exploratam videntur ſupponere; præſertim Recentiores dum tractant verba quædam Eugenij IV. poſt ſeſſ. vltimam Concilij Florentini in Decreto pro Armenis. §. *Quinto Eccleſiaſticorum*, decernentis, omnia nouæ legis ſacramenta perfici rebus, vt materia, verbis vt forma, & perſona miniſtri intendentis facere, quod facit Eccleſia.

150. *Lugus omni ſacramento eſſe intrinſecam.*

Notant enim cum Vazquez Diſputat. 129. numer. 39. ad finem; aliud eſſe perfici re aliqua, & aliud ipſa conſtare: perfici enim eſt illam requirere ad ſui exiſtentiam: conſtare vero, eſt illam habere intrinſecam; Pontificem autem, cum ageret de materia remota, vt aqua, oleo, pane, vino, quæ non ſunt ſacramento intrinſeca, ſed neceſſaria; & de forma proxima, vt *Te baptizo* &c. *Te abſoluo* &c. quæ non ſolum eſt neceſſaria, ſed etiam intrinſeca, ideo non dixiſſe; ſacramenta omnia rebus vt materia, & verbis vt forma conſtare, ſed perfici: quia alioqui dixiſſet, conſtare pane, vino, & oleo, calice, patena, quibus certiſſimè conſtant: dixiſſe etiam conſtare ipſa miniſtri intentione. *Manifeſtum autem eſt* (inquit Vazquez) *ſacramentum non conſtare intentione miniſtri.* Itaque de omnibus ſacramentis negant: Lugus vero, vt numer. 74. vidimus, de omnibus affirmat: ego vtrique parti partim aſſentiar, partim diſſentiar in §. ſequente, poſtquam in præſente fundamenta poſuero, quæ ſequuntur.

151. *Sacramẽtum tranſiens includit miniſtri locutionem.*

Inprimis, omne ſacramentum tranſiens, ſiue in vſu conſiſtens, cum includat intrinſecè, & eſſentialiter verba, à miniſtro prolata, intrinſece & eſſentialiter includit miniſtri locutionem; non ſolam purè naturalem, & humanam in ſignificatione ab hominibus impoſita, ſed etiam & formaliſſimè in ſignificatione ſupernaturali, & ſacramentali, & à Chriſto inſtituta. Miniſter enim ſacramenti idem omnino ſignificat per verba ſacra

S. Thom. Q. LX.

ſacramentalia, quod Chriſtus voluit per iſta ſignificari; proinde loquitur illis verbis in ſignificatione à Chriſto inſtituta, & omnino ſecùdùm Chriſti inſtitutionem. Nam etſi verba, quæ miniſter ad ſacramentum adhibet habeant aliam humanam ſignificationem, & ſecundum iſtam præciſè ſumptam poſſit pro libito illis vti miniſter non tamen vt ſacramenti miniſter; nam vt talis, eis vti debet ſecundum Chriſti inſtitutionem.

152. Exemplum eſt illuſtriſſimum in locutione iſta mere humana, *Homo ambulat*: nam licet ego poſſim ei diuerſam ſignificationem appingere, ſi tamen velim eis verbis, vt ſermone communi agere, debet illis vti in ſenſu & ſignificatione communi, hoc eſt ſecundum inſtitutionem & impoſitionem à republica factam, nempe ſecundum illam reipublicæ voluntatem, *Volumus vt hæc verba*, Homo ambulat *ſignificent rationale animal ſuis ſe pedibus alternatim motis, à loco in locum transferre*. Pari ergo ratione, vt ſacramenti miniſter loquatur quà talis per ſacramentalia verba, debet ipſis vti iuxta illam Chriſti inſtitutionem, *Volo vt hæc verba*. Te baptizo, &c. *ſignificent gratiam per modum regenerationis*.

153. Nempe proferentis ſonos, & eis adiungentis ſignificationem à Chriſto inſtitutã.

Deinde ſacramenti miniſtrum proferre verba ſecundum inſtitutionem à Chriſto factam, in eo formaliter conſiſtit, vt non ſolum ore efficiat ſonos illos, ſed etiam illis adiungat ſignificationem ſacramentalem à Chriſto inſtitutam, quam diximus eſſe iſtum Chriſti actum, *Volo vt hæc verba*. Te baptizo, &c. *ſignificent gratiam per modum regenerationis*, &c. Ratio eſt clara: quia dum actus iſte, qui eſt forma & ſignificatio ſacramentalis, non coniungitur verbis, non informat verba: proinde hæc neque ſignificant ſacramentaliter, neque ſunt ſacramentale ſignum: ſi tamen actus ille, ſeu forma ſacramentaliter ſignificatiua, cum verbis coniungatur, & verba informet, nequeunt verba non conſtitui per illam in eſſe ſigni ſacramentalis.

154. Illuſtratur eodem exemplo communis idiomatis, ſeu ſermonis à republica inſtituti. Nos enim dum proferimus hæc verba, *Homo currit*, communi lingua, ſiue idiomate loqui, in eo conſiſtit, quòd non ſolùm ſonos iſtos proferamus, ſed etiam illis adiungamus formam, ſeu vim ſignificatiuam à republica pro illis inſtitutam, quæ eſt ille actus num. ſuperiore expoſitus.

155. Et quidé nexu medio, & ab extremis reipſa diſtincto.

Porro autem cum ille Chriſti actus, *Volo vt hæc verba* Te baptizo, *ſignificent gratiam regeneratiuam, &c.* iam inde à Chriſto temporibus moraliter exiſtat, & perſiſtat; verba verò miniſtri, *Te baptizo, &c.* poſſint abſque ſignificatione ſacramentali proferri; fit, vt verba miniſtri, & ille Chriſti actus poſſint à parte rei coexiſtere moraliter, quin moraliter ſint inter ſe vnita. Proinde ſicut extrema duo, quæ phyſicè poſſunt coexiſtere non phyſicè vnita, vt phyſicè vniantur, egent vnione phyſica ab ambobus diſtincta: Sic extrema iſta duo, cum exiſtere queant moraliter, quin moraliter ſint vnita, ſane vt moraliter vnita ſint, egent alio ab ambobus diſtincto, quo moraliter vniantur.

156. Hoc igitur medium, ſiue hanc vnionem debet adhibere miniſter, vt loquatur quatenus

miniſter, hoc eſt ſignificatione, & verbis à Chriſto inſtitutis, & in proferendis verbis cum iſta vnione ad illam formam ſacramentaliter ſignificatiuam ſitum eſt, quod miniſter loquatur ſecundùm Chriſti intentionem, & ſermone vt ita dixerim per Chriſtum inſtituto. Exemplum eſt illuſtriſſimum in aggregatione illa ſonorum. *Homo ambulat*, & reipublicæ inſtitutione, ſeu forma ſignificatiua communi. Nam, quia poſſunt ambæ moraliter coexiſtere, quin moraliter ſint vnitæ, ideo vt moraliter vniantur, exigitur nexus medius, ab vtriſque diſtinctus: & in eis ſonis proferendis, & cum illâ communi formâ ſignificatiuâ vniendis, conſiſtit hoc quod eſt ſonos illos conſtituere in ratione ſermonis, & idiomatis communis, ſiue à republica inſtituti.

Iam vero miniſtrum coniungere verba illa. *Te baptizo, &c.* cum forma ſignificatiua à Chriſto inſtituta, non aliud eſt, quam miniſtrum velle cum ea ſignificatione loqui; proinde non eſt aliud quam, actum quo vult, vt Chriſti inſtitutio ſonos illos informet. Nam & miniſter niſi velit ea duo coniungere non coniunget: coniunget autem hoc ipſo quod velit ea coniungere: volendo autem coniungere non producit aliquid in illis, nec extra illa diſtinctum à tali volitione: Ergo per ipſam volitionem illa duo extrema formaliter coniunget. 157.

Qui nexus & intentio loquendi tali ſignificatione.

Dices; volitio vt vniantur, habet pro obiecto vnionem: nam habet pro obiecto ſeipſam: ergo ipſa non eſt vnio. Diſtinguo maiorem: habet pro obiecto vnionem iſtam determinatam, nego; ſolum enim intendit vnionem: vnde ad minorem conſtat non habere pro obiecto ſe ipſam in particulari, ſed ſolum in ratione vnionis ad eum planè modum, quo intellectio cognitionis vt ſic, non ſeipſam reſpicit determinatè quà talem, ſed vt cognitionem. 158.

Quomodo hæc intentio nõ reſpiciat ſeipſam.

Et hoc admitti debet ab omnibus Philoſophis, qui modos & relationes, & moralitates medias inter phyſicas & fictas reiiciunt à conſtitutiuis entium moralium. Hic enim actus voti, *volo me obligare*, & reſpicit obligationem, & eſt formalis obligatio: Hic etiam reipublicæ actus, *Volumus vt ramus habeat vim ſignificatiuam vini venalis*, & reſpicit vim ſignificatiuam, & eſt vis ſignificatiua; & ſic in pleriſque aliis neceſſario philoſophandum eſt, quia modus humanæ inſtitutionis hoc ſecum fert. 159.

Quia tamen iſtud alicui non ſolùm difficile ſed etiam impoſſibile videbitur; aliter poſſumus rem expedire: nempe ſi dicamus actum, quo miniſter cum ſuis verbis nectit formam ſacramentaliter ſignificatiuam à Chriſto inſtitutam, eſſe iſtum, *Volo vt hæc verba cum illa forma vniantur*; ne ſcilicet videatur vnio vnionem, ac proinde ſe ipſam etiã confusè reſpicere; ſed eſſe iſtum, *volo per hæc verba loqui ſecundum impoſitionem*, ſiue inſtitutionem à *Chriſto factam*. Similiter actum voti non eſſe iſtum, *volo me obligare*; ne videlicet obligatio obligationem, ac proinde ſe ipſam etiam confusè velit: ſed eſſe iſtum, *Volo iſtud à me fieri, alioqui Deum offenſurus*: & ſic in aliis rebus, entibuſque moralibus. Porro 160.

Aliter idipſum expeditur.

Digitized by Google

S. Thom. Q. L X.

ro ſicut hic actus vouendi, non expreſsâ obligationis mentione, eſt ipſa formalis obligatio; nam quidquid aliud addas, omnino ſuperfluũ, & plane fictitium eſt: ita hic alter actus, *Volo, per hac verba loqui iuxta inſtitutionem à Chriſto factam*, etſi non exprimat mentionem vnionis Verborum cum illa Chriſti inſtitutione, eſt ipſa formalis vnio: quia quidquid aliud addas, ſuperfluum & fictitium reperies.

161. Eſt ad manum exemplum illud idiomatis communis, dum quis profert ſonos iſtos, *Homo eſt albus*, cum ſolâ ſcilicet intentione loquendi iuxta reipublicæ inſtitutionem: hac enim ſola intentione, tanquam vnione formali morali, coniungit moraliter illam inſtitutionem vt formam, cum his ſonis vt cum materiâ: & quidquid aliud adiungatur, iſtas ſupponit iam vnitas, & in ratione ſermonis, ſiue idiomatis communis integrè ac perfectè conſtitutas.

§. III.

Intrinſeca eſt intentio miniſtri omni ſacramento tranſeunti.

162. *Intentio miniſtri intrinſeca eſt ſacramentis tranſeuntibus.* Eſſe miniſtri intentionem omnibus ſex ſacramentis tranſeuntibus, ſiue in actione, & vſu conſiſtentibus, clare, ni fallor, & facilè probatur ex doctrina §. præcedentis. Sacramentum enim tranſiens intrinſecè includit locutionem conſtitutam ex materia totali, & ex forma ſacramentali, inter ſe moraliter vnitis: Ergo intrinſece includit & materiam illam totalem, & formam totalem, & ipſarum moralem vnionem. Antecedens ab omnibus Doctoribus, maxime autem expreſſiſſime à Recentioribus traditur, atque ex inſtituto defenditur.

163. *Quia includunt vnionẽ materiæ cũ ſacramentali forma.* Conſecutione autem nihil euidentius: nam omni compoſito intrinſeca eſt compoſitio, ſiue vnio extremorum, ex quibus componitur, ſiue illa extrema ſint ſubſtantialia, ſiue accidentalia, ſiue finita, ſiue infinita. Vnde puro homini conſtanti ex materia, & anima rationali, intrinſeca eſt iſtarum vnio: albo conſtituto ex ſubſtantia & albedine, intrinſecus eſt ambarum nexus: & Chriſto compoſito ex natura humana & ſubſiſtentia diuina, intrinſecum eſt vtriuſque vinculum. Cum ergo ſacramentum tranſiens compoſitum ſit ex materia totali, & forma ſacramentali, nequit in dubium verti, quin ipſarum inter ſe vnio ſacramento intrinſeca ſit.

164. Tum ſic: Iſta vnio non eſt aliud, quam ipſa miniſtri intentio, nempe actus quo vult ea verba proferre ſecundum Chriſti inſtitutionem vt in §. ſuperiore demonſtratum eſt: Igitur intentio miniſtri intrinſeca eſt omni ſacramento tranſeunti, ſeu conſiſtenti in vſu.

165. *Quæ vnio nõ aliud eſt, quam miniſtri intentio.* Poteſt hoc ipſum exemplo illo ſanè quam appoſitiſſimo, & ideo iam à nobis toties inculcato, communis idiomatis illuſtrari, & ob oculos conſtitui. Sicut enim dum ore formo ſonos iſtos, *Homo eſt albus*, ſi velim idiomate communi loqui, & à latinæ reipublicæ ciuibus percipi, debeo volitione mea moraliter coniungere ſonos iſtos cum inſtitutione publica & communi: Ita prorſus dum adhibita ablutione profero ſonos iſtos vocales *Ego te baptizo* &c. Si volo ſacramentaliter, vt ita dixerim, loqui, & gratiam producere, debeo volitione mea coniungere moraliter ſonos iſtos cum inſtitutione Chriſti: Sed illa prior locutio in ratione linguæ & idiomatis communis, intrinſecè includit vnionem, conſiſtentem realiter & formaliter in ipſa intentione loquentis. Igitur hæc locutio ſacramentalis, in ratione locutionis ſacramentalis, ſeu formæ verborum ſacramentalium, intrinſecè imbibit vnionem inter eiuſmodi ſonos, & Chriſti inſtitutoris, actum, ſitam realiter & formaliter in ipſamet intentione miniſtri.

Non eſt animus aſſerendi, voluntate, & intentione miniſtri coniungi formam ſacramentaliter ſignificatiuam cum verbis, & non cum rebus ſacramentorum tranſeuntium: iam enim Diſput. 3. ſect. 4 probaui, formam illam superuenire toti aggregato rerum & verborum. Quod autem in hac ſectione ſolum nominaui coniunctionem illius formæ cum Verbis, ideo feci, vt clariùs innoteſceret neceſſitas coniunctionis iſtius à miniſtro faciendæ; quàm ſic aſtruo. 166. *Nam ſacramentũ tranſiens eſt locutio miniſtri in ſenſu inſtituto à Chriſto.*

Omnis locutio ſecundum inſtitutionem à Principe, vel Republica factam, includit intrinſece vnionem illius inſtitutionis cum ſonis prolatis, eamque vnionem à loquente ipſo factam: forma vero ſacramentalium verborum eſſentialiter eſt miniſtri locutio iuxta inſtitutionem à Chriſto factam: Proinde clariſſimè intelligitur intrinſecè includere vnionem ſonorum vocalium cum inſtitutione Chriſti: Vnde & vnionem iſtam, & proinde miniſtri intentionem ſacramento intrinſecam eſſe; etiam ſi ſacramentum non includeret vnionem materiæ v. gr. ablutionis cum illa inſtitutione, quamuis re vera ipſam includit, cum includat vnionem formæ ſacramentalis cum materia totali, quæ in Baptiſmo coaleſcit ex ablutione & verbis; & in aliis ſacramentis tranſeuntibus ex ſimili aggregato, ſolumque in pœnitentiæ ſacramento conſtet ſolis Verbis, vt ſupra Diſp. 3. ſect. 2. traditum eſt. 167. *Talis autem locutio formaliter imbibit nexum illum.*

Hinc patet Primò, dici poſſe miniſtri intentionem eſſe ſacramentis tranſeuntibus, (de quibus agimus) non ſolum intrinſecam, ſed etiam eſſentialem. Nam vnio cuilibet compoſito dici conſueuit ſaltem à pleriſque Philoſophis, & Theologis non tantum intrinſecè, ſed etiam eſſentialiter componere, & verè eſſentialis eſſe. Quanquam non multum contenderim hac de re, ne de homine ſit contentio: dummodo concedatur intentionem iſtam eſſe eiuſmodi ſacramento intrinſecam, & aliquid ſubſtantiæ ſacramenti, ſicut vnio eſt aliquid ſubſtantiale hominis, & homini intrinſecum, & eius eſſentiam ingrediens. Quod enim nonnulli dixerunt, vnionem inter materiam, & formam ſubſtantialem, ſolùm eſſe conditionem, ſine qua non eſt homo, v. gr. vel Leo, vel arbor, eam inquam Philoſophiam ſupponimus iam obſoletam 168. *Dici valet, ea intentio eſſentialis iis ſacramentis.*

Indidem patet ſecundò, languidam eſſe argumentationem Patris Vaſquez Diſput. 129. num. 19 in fine ita loquentis: *Manifeſtum autem eſt, ſacramentum non conſtare intentione miniſtri, ſiquidem intentio non eſt pars, & nihil aliquo conſtare dicitur, niſi tanquam parte* Permittamus enim, compoſitum naturale, v. 169. *Male probatur oppoſitum, ex eo quod non ſit materia, nec forma.*

lignum et

lignum vel quoduis aliud non dici conſtare vnione; certe vnio dicitur & eſt ipſi intrinſeca: proinde licet ſacramentum non dicatur conſtare materiâ totali: & formâ ſacramentali, & ambarum vnione, dicetur certè, & erit iſtarum vnio intrinſeca ſacramentis, de quibus agimus; quod immediate intendimus, & vere pertinet ad quæſtionem de re: num autem dicendum ſit vnione conſtare, an non, quæſtio eſt de ſignificatione verbi *conſto*.

170. Non eſt cur intentio ſubiecti dicatur intrinſeca ſacramento.

Tandem liquet, non eſſe, cur aſſentiamur Lugo aſſerenti, intentionem ſubiecti volentis recipere ſacramentum, eſſe ſacramento intrinſecam. Nam inprimis neque illa eſt materia, neque forma, neque iſtarum vnio: iam enim conſtat iſtas omnes à miniſtro fieri, ac proinde ſuperfluum eſſe influxum actiuum ſubiecti: ſi autem huius intentio eſſet intrinſeca, ac proinde materia, vel forma, vel vnio, planè eſſet à ſubiecto efficiente. Deinde ſubiectum non eſt ſacramenti, verbi gratia baptiſmi cauſa efficiens, ſed recipiens: ſi autem intentio ſubiecti eſſet vnio verbi gratia materiæ cum forma, ſubiectum eſſet cauſa efficiens ſacramenti, vt ſacramenti: ſicut efficiens vnionem animæ rationalis cum materia, eſt cauſa efficiens hominis: & efficiens vnionem albedinis & parietis, eſt cauſa efficiens albi, quatenus albi.

171. Caualia ratio intentionis miniſtri.

Poſtremò, ratio cur intentio miniſtri ſit intrinſeca ſacramento, eſt, quia eſt vnio materiæ totalis cum ſacramentali ſignificatione, ex quibus conflatur vna locutio; & talē vnionē omnino neceſſe eſt fieri ab illo, qui per ipſam proximè loquitur, qualis eſt miniſter: ſubiectum autem per ſacramentum, aut per eius verba non loquitur, ſed potius miniſter per illa verba ſubiectum alloquitur: Ergo ratio intentionis miniſtri diſſuadet intentionem ſubiecti eſſe de intrinſeca ratione ſacramenti. Sed nec alia id perſuadet: quod enim abſque intentione ſubiecti non fiat ſacramentum ſolum probat, intentionem illius eſſe conditionem ad iſtud: alioqui diceres, catentiam præcedentem baptiſmi eſſe intrinſecam baptiſmo, quia ſi ſubiectum ſit baptizatum, nullus erit ſequens baptiſmus.

§. IV.

Non eſt intrinſeca ſacramento permanenti, nempe Euchariſtico.

172. Hæc intrinſeca non eſt ſacramento permanenti

HOc aſſerit vir doctiſſimus Ioannes de Lugo præſertim de Euchariſtia Diſp. 1. num. 89. cum alioqui doceat, verba conſecrationis eſſe de intrinſecâ ratione ſacramenti illius: Inde autem fit, vt omnes rationes, quibus probare nititur, intentionem miniſtri eſſe intrinſecam aliis ſacramētis applicare poſſit, ac debeat ad probandū idē de ſacramento Euchariſtico, vt expēdenti cōſtabit. Quod ſi nos verba cōſecrationis ad intrinſecā eius ſacramēti eſſentiam pertinere diceremus; ex dictis hactenus deduceremus, etiam pertinere intentionem miniſtri, vt pote per illa loquentis in ſenſu, & ſignificatione à Chriſto inſtituta, & per conſequens intentione, ſeu volitione ſuâ formaliter vnientis cum illis verborum ſonis, ac proinde etiam cum reliquo illius ſacramenti formam ſacramentaliter ſignificatiuam à Chriſto inſtitutam.

S. Thom. Q. LX. 173.

Ideo namque de facto aſſerimus, intentionem miniſtri eſſe intrinſecam verbis conſecrationis, quia miniſter quatenus ſacerdos, & actu ſacrificans, & Chriſtum producens, per illa verba loquitur in ſenſu, & ſignificatione, quam Chriſtus inſtituit: proinde voluntate ſuâ coniungit eos verborum ſonos, vt materiam, cum iſta Chriſti inſtitutione, vt cum formâ.

Cæterùm intentionem miniſtri ſacramento Euchariſtiæ intrinſecam non eſſe, quod in præſens agimus, probatur; quia nec eſt materia, nec forma, vt per ſe claret: nec eſt vnio, quia ſi eſſet vnio, eſſet ad vniendā totalē ſacramēti materiā cū ſacramētali forma, ſiue ſignificatione: ſed iſtud in præſenti nō habet locum: Ergo. Minor oſtenditur, quoniam intentio miniſtri non iungit vt formalis vnio materiam illam, & formam, conſtituendo locutionem: nam verba, ſeu locutio conſecratiua, non ſunt ſacramento intrinſeca, vt præmiſimus: vnde licet intentio miniſtri intrinſecè pertineat vt formalis vnio ad prædictam locutionem, non inde fit intrinſecè pertinere ad Euchariſtiæ ſacramentum. 174. Quia nec eſt eius materia, nec forma, nec vnio.

Nimirum Euchariſtia non eſt miniſtri locutio quatenus intrinſecè includens verba, cum hæc intrinſecè non includat: nec eſt intrinſecè miniſtri locutio, prout contradiſtinguitur à verbis; miniſter enim non loquitur niſi per verba, & ſonos labiis effectos exiſtentes aliquando phyſice, & interdum permanentes moraliter: quis autem dicat Euchariſtiam vt à verbis conſecratoriis diſtinctam, quamdiu in ſacrario permanet, tamdiu eſſe verba, vel ſermonem, quem ſacerdos labiis ſuis loquitur. 175. Sacramentū enim permanens, non eſt miniſtri locutio.

Sacramentum itaque Euchariſticum, vt contradiſtinctum à verbis, nec eſt miniſtri ſermo, nec eſt comparandum miniſtri ſermoni, ſed regiæ monetæ, conſtanti ſcilicet ex hoc metallo, tanquam partiali materiâ, & ex regiis inſignibus, tanquam partiali formâ, & ex valore ſiue æſtimabilitate, tanquam totali formâ ſuperadditâ materiæ totali, nempe aggregato ex prædictâ materiâ partiali, & forma partiali. 176. Sed quaſi regium numiſma, quod à Rege formā vltimam recipit.

Quemadmodum enim vt regia moneta exiſtat, requiritur legitimus miniſter à Repub. deſtinatus; & requiritur actio legitima miniſtri, percutientis ſcilicet monetam, imprimentiſque metallo inſignia regia interuentu typi, ſeu ſigilli à repub. probati; ita prorſus ad Euchariſtiæ exiſtentiam exigitur miniſter legitimè ordinatus, nimirum ſacerdos, & eius actio legitima, a Chriſto inſtituta, prolatio nempe formæ conſecrationis, qua, ſub ſpeciebus panis, & vini, tanquam ſub materia partiali producitur Chriſti ſubſtantia, & regium inſigne, vel forma partialis, aut è conuerſo: & huic aggregato velut materiæ totali, ſuperuenit forma totalis, nempe ſignificatio efficax gratiæ, reſpondens ſcilicet valori monetæ. 177.

Sicut igitur nec actio, nec intentio miniſtri coniungit cum moneta valorem, aut æſtimabilitatem; poſita vero actione miniſtri iungentis inſignia regia cum metallo, valorem & æſtimabilitatem reſpublica ipſa ei coniuncto addit, atque coniungit: pari ratione, actio vel intentio ſacerdotis non coniungit cum aggregato ex Chriſti ſubſtantia & ſpeciebus formam ſacramentaliter ſignificatiuam, quæ 178.

Digitized by Google

S. Thom. Q. LX.

eſt velut quidam valor huius pretioſiſſimi numiſmatis à Chriſto inſtitutus : ſed poſita actione miniſtri coniungente Chriſti ſubſtantiam cum ſpeciebus, velut inſignia regia cum metallo; huic aggregato Chriſtus ipſe valorem ac æſtimabilitatem, hoc eſt formam ſacramentaliter & efficaciter ſignificatiuam, adiungit.

179. Itē vt ſymbolum Principis, quod ab iſto recipit formam vltimam.

Non minus appoſitè rē iſtam declarat exemplum ſymboli regij, v gr. in domo picta conſtituti, quod Rex aliquis aſſumit vt ſignificet ſe fore ſuorum ſubditorum certiſſimum protectorem, vt attigimus iam Diſp. 3. num. 90. & nunc ad præſens inſtitutum ita vrgemus. Ad huius ſymboli poſitionem exigitur in primis cauſa efficiens habilis, nimirum pictor: deinde exiguntur duæ pictoris actiones, quarum vna ponat in tabula ſubſtantiam, quæ ſpeciem habeat parietum materialium, & parietes materiales non ſit: & altera ponat, & cum prædicta ſubſtantia coniungat, alteram ſubſtantiam, quæ ſpeciem habeat teſti materialis, & teſtum materiale non ſit: vnde iſtorum aggregatum non ſit quidem domus materialis, ſed alia ſubſtantia ſpeciem habens materialis domûs. Huic autem ſubſtantiæ ſpeciem habenti domus materialis, & protectionis corporalis non deſtinat, vel inſtituit pictor ſignificationem protectionis (vt Iuriſprudentium more loquamur) incorporalis; nec talem ſignificationem ei pictor applicat, vel annectit, ſed ipſe Princeps: nam ſicut pictam illam domum ſibi delegit in ſymbolum, ſic ipſe illum in ſignum inſtituit protectionis illius incorporalis; eidemque à pictore poſitæ, Princeps ipſe actualem inſtitutionem, & ſignificationem per ſe ipſum applicat

180. Eodem prorſus modo Princeps Chriſtus vt ſignificaret ſe nobis præbiturum ſpiritalem gratiæ refectionem, ſymbolum elegit conuiuij materialis, nempe ſacramentum Euchariſticum. Ad huius autem ſymboli confectionem requiritur inprimis cauſa efficiens habilis; nempe ſacerdos. Requiritur deinde duplex ſacerdotis actio; vna conſtituens, in altari ſubſtantiam corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & proinde quæ non ſit panis materialis.; altera conſtituens Chriſti ſanguinem ſub ſpeciebus vini, ac proinde ſubſtantiam, quæ non ſit vinum materiale, ſed habeat ſpeciem vini materialis: & per conſequens amborum coniunctum non ſit quidem conuiuium materiale, ſpeciem tamen habeat conuiuij materialis.

181. Ita prorſus Euchariſtia à ſolo Chriſto.

Huic igitur aggregato, quod non eſt conuiuium materiale quoad ſubſtantiam, ſed ſolum quoad externam & ſenſibilem ſpeciem, non inſtituit nec applicat ſacerdos ſignificationem conuiuij ſpiritualis, ſeu gratiæ tribuendæ ad modum refectionis conuiualis, ſed Chriſtus ipſe ſicut iſtud ſymbolum ſibi elegit, ita ſolus ipſe in ſignum eiuſmodi inſtituit, ſoluſque ipſe ſuam illi inſtitutionem, & vim ſignificatiuam per ſemetipſum applicat, & coniungit

Obiicies, hoc idem dici poſſe in ſacramentis tranſeuntibus; nempe legitimum miniſtrum actione ſua ponere legitimam materiam & verborum formam, ex. gr. aggregatum ex ablutione tanquam partiali materia, & ex verbis tanquam partiali forma, quod aggregatum eſt materia totalis; Chriſtum autem huic materiæ totali adiungere formam totalem ſacramentalem, ſeu ſacramentaliter ſignificatiuam.

182. Non alia ſacramenta, quia miniſtrorum locutiones.

Sed contra quia ſacramentum tranſiens, vel eſt locutio, vel includit veram, & propriam miniſtri locutionem; ita ſcilicet vt miniſter per ſacramentum, aut per partem ſacramento eſſentialem ſtricte loquatur: nemo autem ore loquitur, niſi per vocales ſonos ore ſuo prolatos, quibus ipſe ſignificationem, ſeu formam ſignificatiuam adiungit: hoc enim eſt verba facere, ſonos ore proferre, & illis virtutem ſignificatiuam adiungere; eſto iſtam ab alio productam ſupponat; ſicut hominem producere, non eſt aliud niſi materiam & formam inaliqua prioritate ſuppoſitas vnire, & leonem naturaliter gignere eſt materia præſuppoſita formam leoninam producendo vnire; & ſimiliter album facere, vel viſum aut amarum reddere. Cum ergo miniſter loquatur per entitatem ſacramenti tranſeuntis, neceſſe eſt vt iſti entitati ſuâ actione coniungat formam ſacramentaliter ſignificatiuam: cumque non loquatur per entitatem ſacramenti Euchariſtici, non eſt cur volitione ſuâ ſignificatiuam illam formam totali materiæ connectat.

183. Firmatur exemplis numiſmatis, & ſymboli.

Imo ex prædictis exemplis denuo poſſumus arguere. Nam ſicut publicus ille cudendæ monetæ miniſter, ſi ſemel legitimo metallo regia inſignia interuentu legitimi Typi imprimat, facere non poteſt quin aggregatum inde reſultans vere accipiat à Principe, vel à Republica formam ſeu rationem vltimo conſtitutiuam numiſmatis, nempe talem valorem & æſtimabilitatem; & inde recte colligimus hanc formam illi materiæ non applicari propriè & proxime à miniſtro, ſed ab ipſa Republica vel à Principe: ſic in euentu noſtro ſi ſemel ſacerdos ſupra legitimam materiam verba proferat, & ponat ſub accidentibus panis & vini ſubſtantiam Chriſti, facere non poteſt intentione ſuâ, vt eiuſmodi aggregatum non ſit integre ſacramentum, nempe ſacramentaliter ſignificatiuum & collatiuum gratiæ per modum integri conuiuij: Ergo inde probe inferimus, eam formam ſacramentalem, ſeu vim illius gratiæ ſignificatricem, non adiungi materiæ Euchariſticæ à miniſtro proprie, & proxime, ſed à ſolo Chriſto Euchariſtiæ inſtitutore. Et idem eſt de exemplo ſymboli, quod facile quiuis applicabit.

DISPVTATIO IV.

Quid ſacramentum in recto & obliquo importet.

Sectio 1. *Controuerſia momentum, ſtatus, variaque ſententia.*

Sectio 2. *Importat ſacramentum in recto ſolam materiam totalem, & in obliquo ſolam formam totalem.*

Sectio 3. *Obiectionum ſolutiones, & doctrina tradita conſectaria,*

SECTIO

SECTIO I.

Controuerſiæ momentum, ſtatus, variæque ſententiæ.

1. Quid ſacramentum in recto, & obliquo dicat, res magni momenti eſt.

NOn eſt exigui momenti præſens quæſtio, nam ex eius deciſione ſacramentum perfectiſſime innoteſcit: & ex ea decernẽdum erit, quando ſacramentum ſit numero vnum, & quando multiplex. Proinde non eſt quæſtio de nomine: nam etſi mentionem admiſceat nominis *ſacramentum*, propriè tamen & potiſſime verſatur circa rem eo nomine ſignificatam, diſquirendo ſcilicet, an illa ſit idem cum ſola materia, an cum ſola forma, an cum aggregato ex ambabus, ita prorſus, vt de ipſa verè prædicetur materia ſeorſim, vel forma ſeorſim vel aggregatum ex materia & forma: ex. gr. in ſacramento baptiſmi quænam iſtarum prædicationum vera ſit: *Ablutio eſt ſacramentum baptiſmi: Forma te baptizo eſt ſacramentum baptiſmi: Aggregatum ex ablutione & prædictis verbis eſt ſacramentum Baptiſmi.* Imo quæri poteſt, an nulla iſtarum ſit vera, ſed ſola hæc. *Aggregatum ex ablutione ex verbis & ſacramentali ſignificatione à Chriſto inſtituta, eſt baptiſmi ſacramentum.*

Inde enim petitur eius vnitas aut multitudo.

2. Autore Scoto ſolum dicit in recto materiam totalem.

Scotus in 4 diſt. 3. quæſt. 1. diſt. 8. quæſt. 1. & 2. docuit omne ſacramentum in recto, dicere aggregatum ex materia proxima, & ex forma verborum, excepto ſacramento Euchariſtiæ, quod in recto dicit ſolam materiam; & ſacramento Pœnitentiæ, quod in recto dicit ſolam verborum formam, nempe. *Ego te abſoluo.* Hæc eſt apertiſſima Scoti ſententia: quod enim Vaſquez indicat, Scotum hac in parte non aliter de ſacramento Pœnitentiæ, ac de aliis in vſu conſiſtentibus ſenſiſſe, quia non attulit peculiarem rationem, ob quam de Baptiſmi & Pœnitentiæ ſacramento diuerſa ſentiret; falſum eſt, & falſum ſupponit: nam Scotus fusè probat rationem diſcriminis, quia ſcilicet ſolum illud eſt ſacramentum Pœnitentiæ quod gratiam ſignificat & confert: ſed vtrunque faciunt verba abſolutionis, & non dolor, non confeſſio nec ſatisfactio pœnitentis: Ergo, &c.

3. Soto autore ſolam materiã partialẽ.

Sotus in 4. diſt. 3. quæſt. 1. art. 1. à verſu *ſed vt rem*, planiſſimè docet, omnia ſacramenta in vſu conſiſtentia, dicere in recto ſolam materiam, poſita vt conditione verborum forma. Nam etſi tantum agit in his locis de Baptiſmo & Pœnitentia: rationes tamen quibus probat Baptiſmum in recto ſolam dicere ablutionem poſita verborum baptiſmalium formula vt conditione, & pœnitentiæ ſacramentum in recto dicere ſolos pœnitentis actus poſita abſolutionis formula vt conditione; illæ inquam rationes æquè locum habent in omnibus ſacramentis phyſicè tranſeuntibus, ſiue in vſu conſiſtentibus, vt infra videbimus. Docet itaque Sotus ex. gr. ſolam ablutionem eſſe Baptiſmi ſacramentum, adhibita vt conditione verborum Baptiſmalium formula ſicut ſolum Petrum eſſe Franciſci patrem, poſita generatione tanquam conditione, ſeu proxima ratione fundandi.

4. Recentiores variè ſentiunt. Suarez diſp. 2. ſect. 2. & Lugo diſp. 2. ſect. 3. à num. 66. omne ſacramentum in recto dicere coniunctum ex materia & verborum forma. Quia totum iſtud eſt omni ſacramento eſſentiale. Vaſquez diſp. 129. cap. 3. à num. 35. & Mætatius diſp. 2. ſect. 8. & 9. Non omnia ſacramenta in recto dicere vtrunque, ſed ea ſolum, quæ in vſu conſiſtunt, ſeu tranſeuntia ſunt: quoniam iſtis illud aggregatũ eſſentiale eſt: Euchariſtiam vero quæ ſacramentum eſt permanens, ſolam materiam dicere in recto, non autem verbalem formam: quoniam hæc Euchariſtiam non intrinſece conſtituit. Nonnulli quos tacitis nominibus refert Lugo diſp. illa. 2. num. 56. ſentire videntur, omne ſacramentum in recto importare ſignificationem ſacramentalem, ſeu vim ſacramentaliter ſignificandi. Ducuntur, quia virtus hæc eſt omni ſacramento eſſentialis: id vero quod rei eſſentiale eſt, nequit ab illa non importari in recto.

Suarez & Lugo coniũctũ ex materia & forma.

Vaſquez ex Mætatio ſic ſe habent tranſeuntia.

Nonnulli DD. omnia in recto dicunt ſignificandi vim.

SECTIO II.

Importat abſolute ſacramentum in recto ſolam materiam totalem, & in obliquo ſolam formam totalem.

MAteriam totalem vocamus hîc totum illud, quod Chriſtus euexit ad ſacramentaliter ſignificandum; quod interdum eſt aggregatum ex rebus & verbis, interdum ex ſolis rebus, interdum ex ſolis verbis. Formam verò ſolam nominamus eam ſignificationem, ſeu potius practicam ſignificandæ gratiæ virtutem, quam totali materiæ Chriſtus adiunxit. Exemplo ſit in Baptiſmo, coniunctum ex ablutione, & ſolemnibus, ac eſſentialibus verbis, quod eſt totalis materia: & virtus gratiæ regeneratricis ſignificatiua, quæ eſt totalis forma: idemque reperies in Confirmatione, Vnctione, Ordine, Matrimonio. At in Euchariſtia materia totalis eſt aggregatum ex rebus ſolis, nempe ex Chriſti ſubſtantia, & ſpeciebus panis & vini: In Pœnitentia materia totalis eſt aggregatum ex ſolis verbis, nempe abſolutionis: In vtraque verò virtus ſignificandi gratiam illius ſacramenti propriam, eſt forma totalis. Quæ quidem omnia latè explicata & confirmata ſunt in tota Diſput. 3. ſed hîc præ oculis haberi debent. 5.

Materia & forma totales recapitulantur.

Repetere etiam oportet ex Tomo de Incarnatione Diſp. 24. num. 16. & 17. Concretum accidentale, ſiue ſubſtantiuum vt *artifex*, ſiue adiectiuum, vt *albus*, ſi abſolutè ſpectetur, dicere in recto ſolam materiam, & in obliquo ſolam accidentalem formam; verbi gr. *artifex* in recto ſolum ſubiectum quod eſt homo, Petrus, aut Paulus, & in obliquo ſolam artem, quam in ſe habet: Itemque *albus* in recto ſolam ſubſtantiam, vt hominem, aut parietem; & in obliquo ſolam albedinem. Hinc enim eſt vt vnus homo, quamuis plurimas habeat artes, vnus tantum ſit artifex; vnuſque paries, tametſi plurimos habeat colores, vnum duntaxat ſit coloratum: è contra verò, ſi plures homines eandem numero haberent artem, plures eſſent artifices: & nunc plures parietes eandem terminantes viſionem, plura ſint viſa. 6.

Concretum accidentale ſolum ſubiectũ in recto importat.

Non

S. THOM. Q. L X.

7. Si quidem abſolutè, & ſimpliciter ſumatur.

Non abs re dixi, concretum accidentale ita ſe habere, *ſi abſolute ſpectetur.* Nam cum aliqua reduplicatione, vel ſub alia ſpeciali conſideratione, longe diuerſo, & oppoſito modo ſæpe habebit. Artifex enim reduplicatiue vt artifex; ſolam artem; Album reduplicatiue quatenus album ſolam albedinem in recto dicunt. Nec item dubium, quin ſacramentum, vel Baptiſmus, cum reduplicatione quatenus ſacramentum, aut quatenus Baptiſmus, dicat in recto non quidem materiam, ſed ſacramentalem formam. Noſque diſputamus de ſacramento abſolutè ſumpto; qua ratione communiter attenditur.

8. Sacramentū in recto non dicit formā ſacramentalem totalē.

Prima concluſio. Sacramentum nouæ legis abſolutè ſpectatum, non dicit in recto ſed in obliquo formam ſacramentalem totalem, ſeu virtutem gratiæ ſignificatiuam, & collatiuam. Quia ſacramentum eſt concretum accidentale ſicut res & vox iſta, *nomen*, *artifex*, *ſignum voluntarium*, *album*, *viſum*, & ſimiliter: Atqui concretum accidentale, abſolute & ſecundum communem acceptionem ſpectatum, non dicit in recto, ſed in obliquo ſuam totalem formam, qua in ratione talis conſtituitur: Ergo ſacramentum nouę legis ſimpliciter acceptum, & abſolute ſpectatum non in recto ſed in obliquo importat formam ſeu virtutem gratiæ ſignificatricem, & collatricem, vtpote per quam in ratione concreti accidentalis adæquatè conſtituitur. Maior & illatio clariſſimæ ſunt, minor latè confirmata vt nuper dixi, in tomo de Incarnatione Diſputat. 24. numer. 26., & 27.

Quia eſt cōcretum accidētale: & hoc formam in obliquo tantum dicit.

9. Nunc rationem alteram adhibeo; quia prædicationes iſtæ, *Petrus eſt artifex, Ioannes eſt albus, Fr..a iſ..us eſt nomen*, ſunt veræ, formales, & accidentales: Atqui tales non eſſent ſi prædicata dicerent in recto formam: Ergo non illam in recto dicunt. Maiorem & conſequētiam omnes admittunt: Minorem probo, quia prædicata illa vel dicerent in recto ſolam formam; & ſic eſſent falſæ, quia redderent hunc ſenſum, *Petrus eſt ars, Ioannes eſt albedo* &c. vel dicerent in recto aggregatum ex ſubiecto & forma; & ſic planè eſſent falſæ, aut eſſentiales: Dum enim dicerem *Petrus eſt albus*, vel Petrus in recto importaret aggregatum ſubiecti & albedinis; & ſic *Petrus eſt albus* non eſſet propoſitio accidentalis, ſed eſſentialis: vel Petrus in recto non diceret confuſe illud aggregatum, ſed ſolum Petrum: & ſic propoſitio eſſet falſa; nam redderet hunc ſenſum, *Petrus ſecundum ſuum eſſe ſubſtantiale eſt aggregatum ex ſubiecto, & albedine.*

10. Quinq; ſacramēta trāſeuntia, in recto dictam coniunctum ex rebus & verbis.

Concluſio ſecunda. Quinque ſacramenta quę in vſu conſiſtunt, nempe Baptiſmus, Confirmatio, Vnctio, Ordo, & Matrimonium, in recto dicunt aggregatum ex materia & verborum forma. Hac aſſertio quatenus præciſe affirmat, communis eſt contra Sotum num. 3. memoratum: eſto quatenus id tacite negat de reliquis ſacramentis, propria Scoti ſit, vt illico videbimus. Probatur autem quoniam vt ſect. 2. confirmauimus, aggregatum ex materia & verborum forma, eſt quidpiam intrinſecum, & eſſentiale illis quinque ſacramentis: & vt ſect. 4. probauimus, eiuſmodi aggregato ſupperaddita fuit à Chriſto ſacramentalis ſignificatio: proinde ex illo aggregato & hac ſignificandi virtute conſtituitur vnum ens artificiale, & ſignum ex inſtituto; ſicut ex entitate rami, & publica inſtitutione conſtituitur vnum artificiale ad ſignificandum vinum vendibile, & ex entitate ſoni iſtius *homo*, & publica inſtitutione, conſtituitur alterum ſignum artificioſum ad ſignificandum animal rationale: Atqui ens artificiale, & ſignum ad placitum, eſt concretum accidentale, & proinde ex recto importat totam illam materiam, cui ſuperadditur artificialis forma, ſeu ſignificandi vis. Ergo quinque recenſita ſacramenta in recto dicunt totum aggregatum ex proxima materia & verborum forma. Maior vt diximus probata manet: Minor ab omnibus admittitur, & conſequentia eſt euidens.

11. Explicatur tamen amplius: quia totum illud aggregatum materiæ & verborum, ita recipit ſignificationem ſacramentalem, ſicut totū aggregatum ex panno viridi & panno rubeo recipit ſignificationem vini venalis; & aggregatum ex his quatuor ſyllabis *alabaſtrum* ſignificationem certi lapidis: Ergo ſicut hęc artificialia ſigna dicunt in recto materiam totam quæ ſignificationem recipit humanam; ita ſacramentum totam illam materiam, quæ recipit ſignificationem ſacramentalem; quod ex n. 6. clariſſime etiam deducitur.

Vnde patet, vehementer decipi Sotum, dum ideo tradit ſolam ablutionem eſſe Baptiſmi ſacramentum, & per iſtud importari in recto, verba autem ſolum in obliquo; quia artefactum, vt ſtatua & nomen, ſolam materiam dicit in recto, & formam in obliquo: ſed ablutio eſt materia, & verba ſunt forma reſpectu Baptiſmi: Ergo iſte ſolum dicit in recto ablutionem, & in obliquo verbalem formam. 12. Sotus falſo docet ſacramentū ſolā rem dicere in recto.

Vehementer inquam fallitur: Quia maior non eſt vera niſi de artefacti materia totali, & & forma totali, verbi gratia de figura humana ſupperaddita materię ligneę, vel cereę; & de hac ſubiecta figuræ humanæ: & ſimiliter de toto hoc aggregato ſyllabarum *animal* reſpectu ſignificationis viuentis & ſentientis; & de tota hac forma toti illi aggregato ſupperaddita, illudque vltimo conſtituente in ratione talis artefacti, nempe talis nominis. Attamen ablutio in Baptiſmo nō eſt totalis materia, cui ſuppetueniant verba, tanquam forma totalis & vltima, ſacramenti baptiſmi: ſed materia totalis eſt aggregatum ex ablutione & verbis, vtpote ſubiectum totale ſignificationis à Chriſto adiectæ, quæ Baptiſmi ſacramentum vltimo conſtituit. Proinde verba, ſicut ipſa ablutio non poſſunt non dici in recto, vel potius aggregatum ex ablutione & verbis; ſicut nempe coniunctum illud *animal* ex tribus ſyllabis dicitur in recto per nomen animal. 13. Quia perperam ſumit tē pro materia totali.

Concluſio tertia. Pœnitentiæ ſacramentum in recto dicit verbalem abſolutionis formam, non actuum pœnitentis materiam, aut quaſi materiam: Euchariſtia vero ſacramentum in recto dicit materiam, non verbalem conſecrationis formam. Tota hæc aſſertio eſt Scoti: & quod attinet ad pœnitentiam probatur, quia ſacramentum quodlibet rem illam dicit in recto, quæ aſſumpta eſt ad ſacramentaliter ſignificandam, & conferendam gratiam; & non dicit in recto rem illam quę ad eiuſmodi ſignificationē, & efficacitatem aſſumpta non fuit; Atqui formula verborum abſolutionis aſſumpta eſt ad ſignificandam, & ad conferendam gratiam; & ad neutrum eleuata eſt materia, vel quaſi materia actuum pœnitentis, vt ſect. 2. §. 1. breuiter 14. Pœnitentia ſolam abſolutionis formam.

Digitized by Google

breuiter ſuaſimus, & in illius ſacramenti tractatione latius aſtruemus: Ergo Pœnitentiæ ſacramentum in recto dicit verbalem abſolutionis formam; non actuum pœnitentis materiam, vel quaſi materiam.

15. Euchariſtia ſolum coniunctum è Chriſto & ſpeciebus. Quod attinet ad Euchariſtiam aſſertio eſt Patris Vaſquez, & aliorum quos num 4. citaui: & ſuadetur eadem ratione, qua nuper vtebar. Sacramentum enim in recto importat rem gratiæ ſignificatiuam, & collatiuam; non autem illam quæ gratiæ ſignificatiua & collatiua non eſt: Atqui res, ſiue materia proxima ſacramenti Euchariſtici, vim habet gratiam ſacramentaliter ſignificandi & tribuendi; neutram vero vim habet formula verborum conſecrationis: Ergo ſacramentum Euchariſticum in recto dicit materiam, & non verbalem conſecrationis formulam.

16. Aſſertio tota ſecundum negatiuam partem, de qua eſt controuerſia, confirmatur: quia ſacramentum non dicit in recto rem illam, quæ ipſius intrinſecè conſtitutiua non eſt: Sed actus pœnitentis non ſunt aliquid intrinſecè conſtitutiuum ſacramenti Pœnitentiæ, nec verba conſecratoria ſunt aliquid intrinſecè conſtitutiuum ſacramenti Euchariſtiæ, prout diſp. 3. ſect. 2. §. 1. tradidimus: Ergo nec ſacramentum Pœnitentiæ illos pœnitentis actus, nec ſacramentum Euchariſtiæ formulam iſtam verborum conſecrationis in recto importat.

SECTIO III.

Obiectionum ſolutiones; & doctrinæ traditæ conſectaria.

17. Calix, vrceus &c. in recto ſolam dicũt materiam? Contra ſuperioris doctrinæ fundamentum obiicies Primo. Calix eſt concretum accidentale, nempe includens ſubſtantiam auri, vel argenti, vel cuiuſlibet alterius materiæ, & formam accidentalem, nimirum talem figuram; & ſimiliter vrceus, domus, & aliud quodlibet artefactum: Sed calix, domus, & aliud quodlibet ſimile artefactum, non dicit in recto ſolam ſubſtantiam: neque enim proprie diceremus calicem eſſe aurum, nec aurum eſſe calicem; ſed aurum ita figuratum eſſe calicem & è conuerſo: ſicut nec proprie diceremus, domum eſſe cæmenta, lapides, & ligna, ſed aggregatum iſtorum ita diſpoſitum, & figuratum: Ergo eiuſmodi artefactum, & concretum accidentale, non dicit in recto ſolam materiam, ſed etiam formam; ac proinde vtramque dicit ſacramentum, cum ſit concretum accidentale, & propriiſſimè artefactum

18. Solam illam dicunt. Nego minorem. Ad probationem reſpondeo, calicem nihil aliud eſſe, quam materiam talis figuræ, ſiue habentem talem figuram: proinde ſi calix aureus eſt, eſt aurum habens talem figuram: quapropter in recto ſolam importat materiam. Argumento eſt, tum quia idem eſt dicendum de calice, ac de quolibet alio concreto accidentali: Tum etiam quia idem aurum vnus eſſet numero calix, ſi in ſe continuatum, duas haberet figuras, ſeu formas calicis. Quod duobus modis intelligi vel fieri poſſet, vno ſi dicamus figuram eſſe modum phyſicum; poſſet enim Deus iſtum in eadem materia numero multiplicare: quis vero tunc diceret multiplicari numero calicem? altero modo, ſi teneamus vt ego ſemper tenui, figuram non eſſe modum phyſicum, ſed ſitum, & iſtum conſiſtere in tali diſtantia partium vnitarum: quæ quidem diſtantia variatur numero, quoties locale ſpatium numero variatur, vt alibi probaui. Proinde ſi idem aurum ita figuratum, in duobus locis eſſet circunſcriptiue, duas haberet calicis figuras, vnus tamen eſſet numero calix.

Obiicies ſecundo contra præcipuam, & fundamentalem præcedentium aſſertionum. Forma ſacramentalis eſt eſſentialis ſacramento: quid enim rei magis eſſentiale, quam forma illam in tali ſpecie conſtituens? Atqui nulla res dicit in obliquo, ſed in recto id, quod ipſi eſſentiale eſt: Ergo ſacramentum non in obliquo, ſed in recto dicit formam ſacramentalem. Diſtinguo maiorem: Forma ſacramentalis eſt eſſentialis ſacramento reduplicatiue vt ſacramento, tranſeat: eſt eſſentialis ſacramento ſpecificatiue, nempe illi rei quæ dicitur & eſt ſacramentum, nego maiorem: ſic enim non eſt illi niſi accidentalis: nam res, quæ vocatur ſacramentum, habet ſuum eſſe eſſentiale, cui forma ſacramentalis adiungitur. Sacramentum autem abſolutè & ſimpliciter non dicit ſacramentum reduplicatiuè, ſed ſpecificatiuè, rem ſcilicet illam, cui ratio ſacramenti aduenit; ſicut conſul dicit hominem, cui aduenit conſulatus. & agens dicit rem illam cui contingenter aduenit actio: quocirca ſicut conſul conſulatum, & agens actionem dicit ſolum in obliquo, ita ſacramentum ſacramentalem formam. 19. Sacramentũ in recto non dicit formã eſſentialem ſacramentũ? Dicit eſſentialem ſacramento, non eſſentialẽ vt ſacramento.

Obiicies tandem. Sacramentum abſolute ſpectatum aliter ſe habet reſpectu formæ ſacramentalis, ac ſe habet ex. gr. cognitio reſpectu ſui obiecti, actio reſpectu ſui termini, & vnio reſpectu ſui vnibilis, & vniuerſim quælibet relatio tranſcendentalis reſpectu ſui termini: Sed iſtorum quodlibet in obliquo dicit rem iſtam quam reſpicit, nempe obiectum, actio terminum, vnio materiam & formam: Ergo ſacramentum non in obliquo ſed in recto dicit formam ſacramentalem. Nego conſequentiam, & ad præmiſſas reſpondeo, ſacramentum reſpectu formæ ſacramentalis habere ſe vt ſubiectum habens illam, & ab illa informatum: cognitio vero, vel quiuis alius reſpectus tranſcedentalis reſpectu termini non ſe habet, vt ſubiectum ſuſtentans illum aut ab illo informatum, ſed potius è contra, vt aliquid ab ipſo habitum, & ſuſtentatum: neque enim notitia eſt ſubiectum obiecti, nec actio termini, nec vnio vnibilium, ſed è conuerſo; proinde latiſſimum eſt diſcrimen. 20. Nec obſtat diuerſitas reſpectuum trãſcendentalium.

Ex dictis efficitur, ſacramentum dicere in recto materiam illam, quam num. 5. dicebamus totalem. Quia dicit in recto totum id, quod à Chriſto recipit virtutem, & formam ſacramentalem: Sed hanc recipit materia totalis: Ergo ſacramentum hanc dicit in recto. Efficitur etiam, ſacramentum in recto non dicere aliud, quam iſtam materiam totalem. Quia ſacramentum adæquatè conſtituitur ex materia totali, & forma ſacramentali, ſeu totali; ſic nempe, vt nihil aliud realiter includat, tanquam ſui conſtitutiuum: Atqui materiam totalem dicit in recto, formam vero totalem non niſi in obliquo: Ergo non dicit in recto niſi materiam totalem, 21. Sacramentũ in recto dicit ſolã materiam totalem.

Hinc

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX. v.

22. Quare ſi hæc ſit vna, ſacramentũ erit vnum: ſi gemina, geminum.

Hinc etiam obiter diſces, tunc ſacramentum eſſe numero vnum, quando totalis materia eſt vna; & tunc eſſe ſacramentum numero multiplex, quando totalis materia numero multiplex eſt. Vnitas enim & multitudo ſemper ſumitur ex vnitate, vel multiplicitate rei, quam nomen in recto ſignificat. Vnde quoniam artifex in recto dicit ſolum ſubiectum, ſi hoc vnum fuerit, quamuis multas habeat artes, vnus eſt artifex: ſi vero plures homines: eandem numericam haberent artem, plures eſſent artifices. Similiter quia viſum in recto dicit ſolum obiectum viſionis, quamuis idem obiectum plurimas viſiones terminet, vnum viſum eſt: è contra verò ſi plurima obiecta, verbi gratia plurima flumina per vnam videantur viſionem plurima viſa ſunt, vt ſupra num. 6. prænotaui: Ergo ſi materia totalis, quam ſolam ſacramentum dicit in recto, fuerit numero vna, ſacramentum erit numero vnum: ſin materia totalis multiplex numero fuerit, ſacramentum erit numero multiplex.

DISPVTATIO V.

Quid in ſacramentis ſit Sacramentum tantùm, Res tantùm, Reſque, & Sacramentum ſimul.

1. OMnino neceſſe eſt controuerſiam iſtam hic expedire; ne in ſingulorum ſacramentorum tractatibus, cum eiuſdem doctrinæ repetitione per ſummam moleſtiam inculcanda ſit.

SECTIO I.

Expenſa litis qualitate deſignatur cuique ſacramento Res tantùm & ſacramentum tantùm.

2. Sacramentũ hic, & ſignũ ſacrũ à Christo inſtitutũ.

NOn hic accipitur ſacramentum prout ſupra definitum eſt, & in his diſputationibus vt plurimum conſideratur: Sed ſolum pro ſigno rei ſacræ, Chriſti tamen autoritate inſtituto; ſiue ſuſceptorem ſuum ſanctificet, aut conſecret, ſiue ſecus: Res autem accipitur pro illa, quę per eiuſmodi ſignum ſacrum, & à Chriſto inſtitutum ſignificatur: Res vero & ſacramentum ſimul accipitur pro re ſacra, quæ & ſignificatur eiuſmodi ſigno, & ſimul aliam rem ſacram ex Chriſti inſtitutione ſignificat. Exemplum adhibetur communiter in Euchariſtia: nam ſpecies panis & vini dicuntur eſſe ſacramentum tantum, quia modo dicto ſignificant gratiam, aut etiam Chriſtum, ipſæ vero non ſignificantur: gratia, quæ per Euchariſtiam confertur, dicitur eſſe Res tantum, quia modo dicto ſignificatur, & non ſignificat: Chriſti vero corpus & ſanguis dicuntur eſſe Res & ſacramentum ſimul, quoniam & ſignificantur per verba ſcilicet conſecrationis, aut per ſpecies ſacramentales, & ſimul cum iſtis ſignificant, nempe gratiam quam Euchariſtia confert.

Huius tripartitæ diuiſionis autorem fuiſſe S. Auguſtinum, Dominicus de Soto & quidam alij ſcripſerunt. Eam Auguſtino citra fundamentum aſcribi, breuiter notauit Suarez de Pœnitentia Diſputat. 18. ſect. 5. numer. 2. & prolatis & expenſis Auguſtini teſtimoniis, confirmauit Vazquez de Pœnitentia quæſt. 84. art. 1. Dubitat. 3. à numer. 2. vſque ad 8. veriſſime addens, neque S. Auguſtinum, neque alium Eccleſiæ Patrem, aut Concilium docuiſſe, quod in ſingulis ſacramentis hæc tria reperiantur. Veriſſime inquam, quia veteres inter ſcriptores, ſi ſcholaſticos excipias, trimembris iſtius diuiſionis duo tantum autores meminerunt, iique eam tradentes pro ſolo Euchariſtiæ ſacramento: quorum hic teſtimonia repræſentare, & nonnihil expendere, opere pretium duximus. 3. Tria hæc S. Auguſtinus non tradidit.

Prior fuit Hugo de ſancto Victore tom. 3. in ſuo lib. ſententiarum tractatu 6. cap. 3. vbi de Euchariſtia loquens ita incipit. *Nunc videndum eſt, in hoc ſacramento, quid ſacramentum, quid Res ſacramenti. Tria hic conſiderare oportet: vnum, quod eſt ſacramentum tantùm; alterum quod eſt ſacramentum, & Res ſacramenti; Tertium quod eſt Res ſacramenti.* Vbi cum quæſtionem proponat Hugo de ſolis duobus, nimirum de Re, & ſacramento, tanquam ſacramentis omnibus communem; reſponſionem tamen, & doctrinam adhibet, tanquam ſacramenti Euchariſtici propriam. 4. Hugo diuiſionem illã, expreſſe tradidit.

Confirmatur id: nam idem autor in eodem tractatu 6. cap. 15. ſiue poſtumo, diſputans de extrema vnctione ita ſcribit: *Sunt in aliis ſacramentis, ita & in illo, aliud eſt ſacramentum, aliud Res ſacramenti.* Vbi cernis tertium membrum prorſus omiſſum. Rurſus in eodem tomo 3. in tractatu Eruditionis Chriſtianæ fidei de ſacramentis par. 9. cap. 2. quærens Hugo Victorinus ex profeſſo, quid ſacramentum ſit, & diſtinguens illa, quæ in ſacramento reperiuntur, ſolum recenſet ſacramentum & Rem ſacramenti, & hæc adiungit verba. *Quod foris eſt viſibile, & materiale, ſacramentum eſt: quod intus eſt inuiſibile ſpirituale, Res ſiue virtus ſacramenti eſt.* Quo etiam loco tertium illud diuiſionis membrum, Rem & ſacramentum ſimul, penitus videmus prætermiſſum. 5.

Alter ſcriptor, dimidio fere ſæculo poſt Hugonem floruit, nempe Innocentius Papa III. qui in cap. *Cum Martha* de Celebr. Miſſar. verſic. *Diſtinguendum eſt autem*, Hugonem Victorinum non obſcurè imitatus, hæc habet, *Diſtinguendum eſt tamen ſubtiliter inter tria, quæ ſunt in hoc* (Euchariſtico ſcilicet) *ſacramento diſcreta: videlicet formam viſibilem; veritatem corporis* (Deeſt proculdubio, Ac ſanguinis) *& virtutem ſpiritualem. Forma eſt panis & vini: veritas carnis & ſanguinis: virtus vnitatis & Charitatis. Primum eſt ſacramentum & non Res: ſecundum eſt ſacramentum & Res: tertium eſt Res & non ſacramentum. Sed primum eſt ſacramentum geminæ Rei: ſecundum eſt vnius ſacramentum, & alterius Res exiſtit: tertium eſt res gemini ſacramenti.* Nimirum autore Innocentio, ſpecies ſacramentales, & ſunt ſignum illius gratiæ, quæ virtualiter, & ſubſtantiæ Chriſti quæ formaliter in Euchariſtiæ myſterio continetur: Chriſti vero ſubſtantia & ſignificat eandem illam gratiam, & ſigificatur per panis, ac vini ſpecies: gratia autem tum à Chriſto, tum à ſpe- 6. Itemque Innoc. III.

ciebus ſignificatur: ipſa tamen gratia non ſignificat; de quo fuſius infra explicandum erit.

7. Magiſter falsè dicitur eam pro omnibus ſacrā tradidiſſe. Addit Vaſquez de Pœnitentia, quæſt. 84. art. 1. dub. 3. num. 2 & de Eucharistia diſp. 167. cap 6. num. 47. Ægidius de Coninch, pluresque recentiores, trimembrem iſtam diuiſionem in ſingulis, & pro ſingulis ſacramentis traditam eſſe à Magiſtro, & ab aliis ſcholaſticis. Magiſter tamen (quantum comperire potui nuſquam docuit, in ſingulis ſacramentis illa tria reperiri: imo ſæpè inſinuat, non reperiri. Nam vt breuiter loca omnia in quibus diſtinctionem, illam aſtruere potuiſſet, percurramus: in 4. diſtinct. 4. cap. 4. diſputans Magiſter de Baptiſmo, duntaxat meminit Rei & ſacramenti. Diſtinct. 8. cap. 4. cum de Euchariſtia ſacramento diſputet, ſolum inſtituit titulum *De ſacramento & Re*: eſto in ipſo contextu diſtinguat pro Euchariſtia ſacramentum tantum, & Rem tantum, & Rem ac ſacramentum ſimul. Quam partem deſcribit Magiſter vt arbitror, ex Hugone Victorino, quam ipſe retulit num. 4. & Magiſter illum etiam in hoc imitatur, quod inſcribens titulum capitis de duobus tantum, nimirum. *De ſacramento & Re ſacramenti*; in ipſo tamen capitis contextu tria illa profert, ſacramentum tantum, Rem tantum, Remque & ſacramentum ſimul.

8. Rurſus diſtinct. 23. quæ eſt poſtrema de Pœnitentia, cap. vltimo quæſtionem inſtituit Magiſter. Quidnam ibi rationem habeat ſacramenti, & quidnam rationem rei: curſim autem recenſet opinionem quorundam aſſignantium, quidnam ibi ſit & ſacramentum & quid Res ſacramenti, & vlterius quid Res & ſacramentum ſimul. Poſtremo diſtinct. 24. de Extrema-vnctione cap. 2. inſcribit, *Et ſicut in aliis ſacramentis, ita & in iſto, aliud eſt ſacramentum, aliud Res ſacramenti: ſacramentum eſt ipſa vnctio exterior, Res ſacramenti vnctio interior, quæ peccatorum remiſſione, & virtutum ampliatione perficitur.* Quæ verba etiam Magiſter ex Hugone vt apparet mutuatus eſt diſſerente de Extrema-vnctione in ſua ſumma ſententiarum tract. 7. cap. 15. Denique Magiſter diſtinct 7. de Confirmatione, & diſt. 24. vſque ad 37. quæ ſunt de Ordine & Matrimonio, diuiſionis iſtius nullam fecit mentionem. Non eſt ergo cur hæc ſententia, & trimembris diuiſio, Magiſtro ſententiarum tribuatur.

9. Nec S. Thomas in ea diſtinctione perſtitit. Quod attinet ad ſcholaſticos Doctores, fateor plurimos in ea fuiſſe: non vero ſanctum Thomam vel in ea fuiſſe, vel ſaltem perſtitiſſe. Nam in primis in 4. ſententiarum nunquam abſolute admittit, in ſingulis ſacramentis ſacramentum tantum, Rem tantum, & ſacramentum ac Rem ſimul. Ad ſummum eam doctrinam ac diuiſionem, quam aliqui, tenebant permiſit: vt videre eſt in diſtinct. 23. quæſt. 1. artic. 2. in fine & diſtinct. 26. quæſt. 2. artic. 4. etiam in fine. Nam cum ipſe ſibi obiiciat, quod in omnibus ſacramentis illa tria ſint, obiectioni reſpondens ait neque illa deeſſe in Ordine & Matrimonio.

10. In ſumma vt omnibus communē nō tradit. Ait in ſumma Theologiæ diuiſionem illam, vt omnibus ſacramentis communem, à S. Doctore traditam in quæſt. 66. artic. 1. docet ibidem Vaſquez: ſed non ita eſt: Imo diſtinctionem illam S. Thomas in ſumma nec permittere quidem videtur: nam longe aliter ſibi obiicit, vt videre licet in hac 3. part. quæſt. 84. quæ eſt de Pœnitentia art. 1. argumento 3. Cum enim antea Baptiſmo Confirmationi & Euchariſtiæ, tria illa deſignaſſet, inde argumentum 3. ita proponit: *In ſacramentis, de quibus iam ſupra diximus, eſt aliquid, quod eſt ſacramentum: aliquid quod eſt Res & ſacramentum, aliquid vero quod eſt Res tantum.* Et reſpondet, etiam in Pœnitentia hæc reperiri. Non ergo voluit etiam permittere partitionem illam trimembrem, tanquam in omni ſacramento repertam: dicturus fortè, ſi Summam abſoluiſſet, non illam locum habere in aliquo ſequentium ſacramentorum. Et ſanè multi Doctores hodie iure cenſent, nullam eſſe obligationem eius diuiſionis in omni ſacramento admittendæ. S. THOM. Q. LX. V.

11. Nec eſt obligatio in omnibus admittendi niſi Rem, & ſacramentum. Eſt quidem omnino neceſſarium in ſingulis ſacramentis admittere bimembrem diuiſionem nempe in ſacramentum, & Rem ſacramenti: Sacramentumque dicere illud, quod rem ſacram ſignificat, & producit: Rem autem ſacramenti vocare illam rem ſacram, quæ ſacramento ſignificatur, atque producitur: Tandem in ſingulis pro ſacramento aſſignare illud quod propriè ſacramentum eſt, vt in diſput. 1. ſect. 2. §. 2. definiuimus, v. gr. in Baptiſmo coniunctum ex ablutione, & verbis. *Te baptizo &*: Et pro Re ſacramenti aſſignare gratiam ſanctificantem, quam quodlibet ſacramentum ſignificat, & confert ex. gr. in Baptiſmo gratiam regeneratricem.

12. Nam hæc in fidei regulis continetur. Dicimus autem id eſſe neceſſario concedendum, quia plane continetur in ipſa doctrina fidei, tradentis, omne ſacramentum nouæ legis ex Chriſti inſtitutione ſignificare, & conferre gratiam ſanctificantem. Solum aduerto, gratiam iſtam, quæ vocari ſolet res ſacramenti, id eſt, effectus ſacramenti, vocari etiam ab Auguſtino tractat. 26. in Ioannem, propè medium, & rurſus inter medium & finem, & alibi ſæpius, itemque à Gregorio Magno in lib. 4. Regum lib. 4. cap. 5. initio, ab Hugone Victorino ſupra, & ab aliis virtutem ſacramenti, nempe imitatione Lucæ cap. 6. v. 19. ſcribentis, *Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*; imo ipſius Chriſti apud eundem Euangeliſtam cap. 8. v. 46. dicentis, *Noui virtutem de me exiiſſe, id eſt, effectum virtutis.*

SECTIO II.

Baptiſmo, Confirmationi, Euchariſtiæ, & Ordini, certò competit, & facile aſſignatur Res & ſacramentum ſimul.

13. Qui definiatur Res & ſacramentum ſimul. VT huius & ſequentis §. doctrinam ſolidè aſtruamus, neceſſe eſt prius non ſolum vtcumque deſcribere vt num. 2. fecimus: ſed etiam certò conſtituere quid proprie & eſſentialiter ſit, & quomodo definiatur Res & ſacramentū ſimul. Communiter aiunt eſſe illud quod in ſacramētis & ſignificat ſignificatur: vt in Euchariſtia Chriſtus: ſignificat enim gratiā habitualē, quam Euchariſtia tribuit: & ſignificatur vel per ſpecies ſacramentales, vel per

S. Thom. Q. LX. verba conſecrationis, quod poſtea decernemus. Addit P. Lugus Diſputat. 2. num. 164. (& meo iudicio rectiſſimè) debere eſſe ſignum non naturale ſed ſacramentale, & ex Chriſti placito inſtitutum, Et ſane alioquin non diceret proportionem cum aliis huius materiæ ſignis: & alia multa forent Res & ſacramentum ſimul, quæ communiter non admittuntur.

14. Addi ſolet, illud, quod in his materiis eſt ſimul Res & ſacramentum, ſicut eſt res à ſacramento ſimul ſignificata & producta, ita eſſe ſacramentum ſimul ſignificans & producens eam rem, cuius eſt ſacramentum: Eſt autem producens illam ex Chriſti inſtitutione: Ergo etiam eſt illam ſignificans ex Chriſti inſtitutione. Siquidem, vt ſæpius iam diximus, ideo ſignum rem infallibiliter producit, quoniam ex Chriſti inſtitutione ſignificat eam hîc & nunc produci. Quocirca Res & ſacramentum ſimul ita definietur. *Quod ex Chriſti inſtitutione rem ſacram ſignificat & producit: & ab altera re ſacra ſignificatur atque producitur.* Hoc additum hîc præmitto, & permitto; licet in ſect. 4. reiecturus.

15. Character certò eſt Res & ſacramentum ſimul. Dico Primò. Certum eſt, & abſque graui nota negari nequit, (vtpote ab omnibus Doctoribus aſſertum) in Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine, Characterem, quem quodlibet eorum ſacramentorum imprimit, eſſe Rem ſacramenti, & ſacramentum ſimul. Eſſe quidem Rem ſacramenti, patet ratione communi; quia character, verbi gratia Baptiſmalis, à ſacramento Baptiſmi ex Chriſti inſtitutione ſignificatur, producitur, ſiue imprimitur: & ſimiliter Character Confirmationis à ſacramento Confirmationis, & Character Ordinis à ſacramento Ordinis: Conſtat ergo characterem eſſe Rem ſacramenti.

16. Eſſe autem ſacramentum, ſeu ſignum ſacrum ex Chriſti placito inſtitutum, nonnulli probant, quia character eſt ſignum alicuius dignitatis, aut ſtatus, aut poteſtatis: Ergo iſtas ſignificat ex Chriſti inſtitutione; ac proinde eaſdem confert. Sed contra: quia baptiſmalis character conſtituit (vt ita loquar) ipſam Chriſtiani dignitatem: character Confirmationis conſtituit ſtatum Chriſtiani militis: & character Ordinis ſacram ordinati poteſtatem; Conſtituit inquam formaliter, ac proinde ab illa non diſtinguitur: Atqui non ſignificat ſeipſum: Ergo non ideo ſacramentum eſt, quia dignitatem, aut ſtatum, aut poteſtatem ſignificat.

17. Fortaſſe dicetur, ideo ſacramentum eſſe, quia ex Chriſti inſtitutione ſignificat & confert gratiam, vt collatam per baptiſmum ad ſuſtinendam Chriſtiani dignitatem; per Confirmationem ad munus obeundum Chriſtiani militis: & per Ordinem, ad exercendam Ordinati poteſtatem. Quod enim character eam gratiam ex Chriſti inſtitutione ſignificet, per ſe veriſimile eſt: quod vero moraliter eandem producat, inde plane conſequitur, quòd eſt ſignum ipſius à Chriſto inſtitutum, ac proinde in hac materia practicum. Nec obſtat, Characterem eſſe ſignum ſacrum ſacramenti ab hoc ſubiecto validè ſuſcepti, vt probabitur Diſputat. 15. ſect. 2. §. 4.

Dico ſecundò. Certius eſt in Euchariſtia corpus & ſanguinem Chriſti eſſe Rem & ſacramentum ſimul. Id enim expreſſis verbis, quæ num. 6. deſcripſimus, docuit Innocentius Papa III. in Cap. *Cum Martha* de Celebr. Miſſar. quod prius tradiderat Magiſter, vt ibidem retulimus, & quidem mutuatus ipſe ex Hugone Victorino, cuius teſtimonium ibidem produximus: & nunc nouum addimus ex illo ipſo Tract. 6. ſummæ ſententiarum Cap. 7. Sic enim habet, *Eſt igitur ſacramentum & Res ſacramenti, idem corpus Chriſti.* Conueniunt etiam in hac aſſertione Doctores omnes. Et ratio cur Chriſti ſubſtātia ſit ſacramētum, claret: nam eſt eſſentialis pars Euchariſtiæ pro vt ſuo loco probabitur: eſt igitur ex Chriſti inſtitutione ſignum practicum rei ſacræ, ſeu gratiæ ſanctificantis, quam Euchariſtia ſignificat & confert. Neque aliud volunt ſanctus Auguſtinus, & Hugo de ſancto Victore, dum aiunt, in Euchariſtia Chriſti carnem eſſe ſacramentum carnis: ſenſus enim eſt in Euchariſtia Corpus Chriſti naturale eſſe ſacramentum ſeu ſignum ſacrum Corporis myſtici, id eſt Eccleſiæ, non vtcumque, ſed quatenus per gratiam cum Chriſto moraliter vnitæ, quod eſt eſſe formaliter ſignum habitualis gratiæ. 18. In Euchariſtia Chriſti corpus & ſanguis eſt res & ſacramentum ſimul. Sacramentū quidem quia ſignificat gratiam.

Chriſti vero ſubſtantiam eſſe in Euchariſtia Rem ſacramenti, plures inde probant, quia ſignificatur per ſpecies ſacramentales. Dices: ſpecies & Chriſti ſubſtantia conſtituunt Euchariſtiam ita, vt ſint totum ſubiectum ſignificationis ſacramentalis, ſeu ſignum gratiæ ſanctificantis: Ergo non eſt fundamentum aſſerendi, ſpecies panis & vini eſſe ſigna ſubſtantiæ Chriſti: ſicut neque vna pars rami eſt ſignum alterius partis: neque in eadem Oratione vna dictio eſt ſignum alterius. Hæc tamen ratio non vrget: nam cum Chriſti ſubſtantia ſuccedat pani & vino ſub ipſorum ſpeciebus, ſane ſicut iſtæ ſunt illorum ſigna ex natura rei, potuerunt eſſe ſigna ſubſtantiæ Chriſti ex eius inſtitutione; & ſimul cum ſubſtantia Chriſti eſſe ſignum gratiæ ſanctificantis: quod patet exempla partium eiuſdem rami, & eiuſdem Orationis non eſſe ad rem. 19. Res verò, nō quia ſignificatur per ſpecies.

Aliter oſtendo, Chriſti ſubſtantiam in Euchariſtia non eſſe Rem ſacramenti, id eſt ſpecierum ſacramentalium: quia licet ſpecies ex Chriſti inſtitutione ſignum eſſent ſubſtantiæ Chriſti, non ideo Chriſti ſubſtantia foret Res ſacramenti: nam hæc non ſolum debet ſignificari, ſed etiam produci à ſacramento, cuius Res eſt: Chriſti vero ſubſtantia non producitur à ſpeciebus panis & vini: Ergo quamuis per illas ſignificaretur, non eſſet illarum Res. Vnde rurſus confirmo, non ſignificari ab illis: nam in hac materia ſignum à Chriſto inſtitutum practicum eſt, ſeu productiuum Rei, cuius eſt ſignum: ſpecies panis & vini non ſunt ſignum productiuum ſubſtantiæ Chriſti: Ergo non ſunt ſignum ipſius à Chriſto inſtitutum: Eſto conſtitutum ex illis ſpeciebus & hac ſubſtantia ſit adæquatum gratiæ ſignum. 20.

Melius dicetur Chriſtus eſſe Res ſacramenti,

Digitized by Google

Sed per verba conſecrationis.

ri, quoniam ex Chriſti inſtitutione ſignificatur & producitur per verba conſecrationis. Hæc enim apertè ſunt ſignum ſacrum à Chriſto inſtitutum ad ſignificandam, & producendam ſub ſpeciebus panis & vini ſubſtantiam eiuſdem Chriſti: proinde ſunt ſacramentum vt in præſenti quæſtione ſacramentum accipitur: ſuntque ſacramentum Chriſti vt per ſe claret, atque ideo Chriſtus reſpectu Verborum eſt propriè Res ſacramenti.

21. *Quāuis hæc Euchariſtiam non conſtituant intrinſecè.*

Nec obſtat quòd verba non intrant eſſentiam Euchariſtiæ: non enim hoc requiritur ad prædictam ſacramenti rationem; ſed vt ex Chriſti inſtitutione ſignificet & producat Rem ſacramento intrinſecam, qualis eſt Chriſti ſubſtantia reſpectu Euchariſtiæ. Sic nimirum ad rationem ſacramenti vt hic accipitur, non exigitur vt intret eſſentiam ſacramenti baptiſmi Character Baptiſmalis, nec eſſentiam ſacramenti Confirmationis Character Confirmationis, nec eſſentiam ſacramenti Ordinis Character Ordinis. Nec demum obſtat, quòd verba poſt conſecrationem non manent moraliter: ſufficit enim, ſi quando phyſicè exiſtunt, Chriſti ſubſtantiam ex ipſius Chriſti inſtitutione ſignificent: tum enim ſunt ipſius ſacramentum, & non aliàs, quia tunc ſolùm exiſtunt, ſiue ſunt.

22. *An characteris & Chriſti ſubſtantia, ſunt ſigna gratiæ naturalia.*

Obiicies. Illud quod in præſenti dicitur ſacramentum, debet eſſe ſignum non naturale ſed ex Chriſti inſtitutione, & ſignum practicum, ſeu productiuum eius rei cuius dicitur ſacramentum: ſed in ordine ad gratiam habitualem character deſiderat vtramque iſtarum rationum, Chriſti vero corpus & ſanguis vnam earum: Ergo in ordine ad illam non habent rationem ſacramenti. Maior communis eſt, & ſupra oſtenſa: Minor per partes oſtenditur, quia character ſecundùm ſuam phyſicam entitatem videtur eſſe gratiæ ſignum, ac proinde naturale. Baptiſmus etiam, ex. gr. quod eſt aggregatum ex ablutione & verbis Baptiſmalibus, adiunctâ ſacramentali ſignificatione, eſt ſignum & cauſa producens gratiam: Ergo non eſt cur character ſit etiam ſignum ipſam producens. Chriſtus denique naturaliter & eſſentialiter eſt ſanctus: Ergo ex natura ſua, & non ex ſua inſtitutione ſignificat gratiam.

23. *Falsò tamen id aſſeritur: vt & charactere non eſſe gratiæ cauſam.*

Reſpondeo, falſas eſſe cunctas illas tres partes minoris. Ad primæ probationem aſſero, qualitatem characteris phyſicam non eſſe gratiæ ſignum naturale, ſed ad placitum vt Diſp. 15. ſect. 2. probabitur. Eſto, ſit alterius rei ſignum naturale, vt ibidem oſtendemus. Ad ſecundæ probationem dico, nihil obſtare, quin & character Baptiſmalis ſit ſignum moraliter inductiuum gratiæ; & Baptiſmus ſit etiam ſignum moraliter inductiuum gratiæ: & ambo conſpirent ad eam ſimul moraliter inducendam. Ad tertiæ probationem reſpondeo: tametſi darem, Chriſtum ex natura ſua eſſe ſignum gratiæ; non tamen gratiæ vt infallibiliter conferendæ, & per modum refectionis, aut conuiuij, & omni recipienti Euchariſtiam ſine obice: proinde talem ſignificationem ex ſua ipſius inſtitutione habet.

S. Thom. Q. LX.

SECTIO III.

Pœnitentiæ, Vnctioni & Matrimonio Res & ſacramentum ſimul difficillimè aſsignatur.

24. *Animæ ornatus à Thomiſticis confictus, exploditur.*

HOc opus hic labor eſt: à quo vt ſe expedirent Capreolus, Paludanus, Viguerius, & alij plures Thomiſtæ, docuerunt, per hæc ſacramenta non imprimentia characterem, produci in anima qualitatem quandam, vt ad gratiam ſui ſacramenti propriam eſſet connaturalis diſpoſitio: quam ipſi quidem vocarunt animæ ornatum, & dixerunt eſſe Rem & ſacramentum ſimul: Rem quidem, quia per ſacramentum ſignificabatur, & producebatur: ſacramentum verò quia gratiam ſignificabat & inducebat.

25. Cæterum ornatus iſte meritò iam antiquatus eſt, quia planè commentitius, vt egregiè probat Suarez Diſp. 9. ſect. 1. §. *Secunda ergo*, & Diſput 11. ſect. 1. §. *ſecundo ſtatuendum*, & de Pœnitentia Diſp. 18. ſect. 5. num. 4. Cuius rationibus hanc adiungo. Vel Euchariſtia producit qualitatem iſtam, vel non; ſi neges, iniuriam irrogabis ſummo ſacramento, præſertim nulla neceſſitate ad negationem adactus: ſi affirmes, ſine ſpecie rationis dices, ornatum iſtum ab aliis ſacramentis non præmitti, vt connaturalem ſuæ gratiæ diſpoſitionem.

26. Hoc ergo ornatu reiecto, Pœnitentiæ aſſignant pro Re, & ſacramento ſimul, Contritionem ſeu dolorem internum, Doctores omnes vno, vel altero excepto. Dicunt autem communiter, Contritionem eſſe ſacramentum reſpectu gratiæ, quoniam iſtam ſignificat, & producit: & eſſe Rem reſpectu Confeſſionis, quoniam à Confeſſione ſignificatur & producitur.

27. *Quomodo contritio eſt reſpectu cōfeſſionis, à qua non inducitur.*

Sed vrgentur acriter hoc argumento. Vt aliquid ſit Res & ſacramentum ſimul, debet ex Chriſti inſtitutione ſignificari & efficienter cauſari ab vno, cuius reſpectu ſit Res; & ſignificare & efficienter cauſare alterum, cuius reſpectu ſit ſacramentum: ſed internus dolor vel non ſignificat & efficienter cauſat gratiam; vel ſaltem non ſignificatur, & efficienter cauſatur ab externa Confeſſione: Ergo vel reſpectu gratiæ non eſt ſacramentum; vel ſaltem reſpectu Confeſſionis non eſt Res. Maior non aliud eſt, quam ipſa definitio Rei & ſacramenti ſimul, ſupra tradita & receptiſſimis exemplis illuſtrata. Minor quoad priorem partem certa nobis eſt cum Scoto, Vega, Bellarmino, & aliis aſſerentibus, ſolam abſolutionem eſſe ſignum & cauſam gratiæ: dolorē autem, & Confeſſionem eſſe quidpiam eſſentialiter præſuppoſitum, non tamen gratiæ cauſam productricem. Hac tamen omiſſa parte, quia noſtro inſtituto ſufficit altera, probatur manifeſtiſſimè, quia dolor internus eſt prior externâ Confeſſione, & ipſam efficienter cauſat: Ergo non ab ea cauſatur.

28. *Solemnes reſponſiones reiiciuntur.*

Huic probationi tres adhiberi ſolent reſponſiones, late ab alis confutatæ, à nobis vero duntaxat perſtringendæ. Prima eſt, dolorem ſecundum ſe eſſe Confeſſionis cauſam; vt vero productiuum gratiæ, eſſe Confeſſio-

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX. Prima reſponſio. nis effectum. Contra, quia coniunctum ex partibus ſacramenti Pœnitentiæ Chriſtus ſolus & immediatè conſtituit productiuum gratiæ, non vna pars alteram. Confirmatur, quia dolor per confeſſionem non aliter conſtituitur gratiæ productiuus, niſi quatenus ſine confeſſione gratiam producere non poteſt, & cum illa & abſolutione poteſt: at confeſſio cum eiſdem comparata hoc idem habet, imo etiam abſolutio: Ergo etiam confeſſio erit Res reſpectu abſolutionis, & abſolutio reſpectu doloris & confeſſionis, quod eſt manifeſte abſurdum.

29. Secunda reſponſio. Secunda reſponſio tradit, dolorem eſſe effectum confeſſionis, quia per iſtam vel nouus excitatur dolor, vel prior augetur. Contra, quia licet confeſſio poſſit eſſe occaſio noui vel maioris doloris, liberrimè tamen dicitur fuiſſe à Chriſto inſtituta in ſignum noui doloris, vel maioris.

30. Tertia reſponſio. Tertia ſit, quam approbat Suarez de Pœnit. diſp. 18. ſect. 4. num. 6. & Vaſquez de Pœnit. Quæſt. 84. art. 1. dub. 3. num. 20. Dolorem eſſe effectum confeſſionis, quia per iſtam ille redditur ſenſibilis, & confeſſario ſubiectus. Contra, quia confeſſione fit dolor externus, & ſenſibilis non efficienter ſed formaliter: ſi quam vero habet efficientiam, habet naturaliſſimam & non à Chriſti inſtitutione.

31. Quarta reſponſio. Docet præterea Suarez dolorem, vt eſt diſpoſitio ad gratiam, poſſe dici Sacramentum: & prout eſt informatus à gratia, factuſque magis meritorius, poſſe dici Rem ſacramenti: quia ſacramentum producit efficienter gratiam; & hæc dolorem dignificat formaliter; proinde ſacramentum dolorem dignificat efficienter. Bene hoc impugnat Lugus num. 156. & ſequenti; quia ſi verum eſſet, attritio in baptiſmo eſſet Res & ſacramentum: eſſet enim cauſa baptiſmi vt conſtat: & per gratiam à baptiſmo productam, dignificaretur. Imo verba ſacramentalia coniugum, vel ſaltem extrema coniugis acceptantis, quia cauſarent gratiam, eſſent ſacramentum; & quia per gratiam à ſeipſis productam in eodem inſtanti reali redderentur magis meritoria, eſſent Res ſacramenti: proinde eſſent Res & ſacramentum reſpectu ſui ipſorum. Quin etiam efficax & honeſta voluntas recipiendi quodlibet ſacramentum, eſſet eodem modo Res & ſacramentum ſimul: quæ ſunt à communi ſenſu alieniſſima.

32. Quinta reſponſio. Addo, Rem & ſacramentum ſimul eſſe aliquid re ipſa diſtinctum ab Re tantum, & immediate productum à ſacramento, vt patet in charactere baptiſmali, & in ſubſtantia Chriſti: At contritionem eſſe gratia dignificatam, non eſt quidpiam reipſa diſtinctum à gratia ſacramentali quæ eſt Res tantum. Iiſdem rationibus expugnatur illud, quod excogitauit Sotus, nempe contritionem, vt eſt diſpoſitio ad gratiam, eſſe ſacramentum; vt autem informatur à gratia per ſacramentum producta, eſſe Rem, ſiue effectum ſacramenti: prout eas applicanti perſpicuum erit.

33. Sexta reſponſio. Futilius adhuc eſt quod tradidit Ferrarienſis, contritionem eſſe ſacramentum vt cauſat gratiam; & eſſe Rem ſacramenti vt cauſatur à ſacramento in voto. Vel enim ſacramentum in voto diſtinguitur à contritione; & ſic iſta prior illo eſt, proinde non ab eo producitur. Si vero (quod plane verum eſt) ſacramentum in voto eſt ipſa contritio, iſtam producere non poteſt, quia ſe ipſam producere non poteſt. Vrgeo ſic: Vel Pœnitentiæ Sacramentum in voto eſt ipſiſſimum Pœnitentiæ ſacramentum: & iſtud in ſententia Ferrarienſis formaliter includit contritionem: Ergo ſi contritionem producit, hæc ſe ipſam producit: non certè aliter, ac ſi totus Petrus produceret ſuam animam rationalem, hæc ſe ipſam produceret. Si autem Pœnitentiæ ſacramentum in voto non eſt ipſum Pœnitentiæ ſacramentum, erit (vt re vera eſt) ipſa contritio prout includens votum ſacramenti: Hæc autem quà talis, à nullo ſigno ſenſibili ipſam præcedẽte ſignificatur, vt per ſe claret: Ergo reſpectu nullius ſacramenti eſt Res & per conſequens non eſt Res & ſacramentum ſimul.

P. Ioannes de Lugo, cum in nulla huiuſ- 34. Lugi aſſenſ. pro Re, & ſacramento ſimul Pœnitentiæ.
modi rationum acquieſceret, nouam iniit num. 166. dicens, pro Re & ſacramento ſimul poſſe hic aſſignari pacem illam, & conſolationem, quæ ex Pœnitentiæ ſacramento cum deuotione ſuſcepto conſequi ſolet. Quia Tridentinum ſeſſ. 43. cap. 3. de ſacramento Pœnitentiæ diſſerens ita loquitur. *Sane vero Res & effectus huius ſacramenti, quantum ad eius vim & efficaciam pertinet, reconciliatio eſt cum Deo; quam interdum in viris piis, & cum deuotione hoc ſacramentum ſuſcipientibus, conſcientiæ pax ac ſerenitas cum vehementi ſpiritus conſolatione conſequi ſolet.*

Arguit vero Lugus, quia ſic loquitur con- 35.
cilium de conſolatione iſta, vt effectu Pœnitentiæ, ſicut de ſanitate corporis, vt effectu Extremæ-Vnctionis. Ergo ſicut illa ſanitas eſt Res & ſacramentum Vnctionis; ita conſolatio hæc eſt Res & ſacramentum Pœnitentiæ. Firmat, quia ſicut eſt proprium cibi tempeſtiuè ſumpti delectare palatum bene diſpoſitum: ideoque Euchariſtia pro ſecundario effectu tribuit peculiarem animi delectationem; ita eſt proprium reconciliatæ amicitiæ, pacem & conſolationem inducere: Sicut ergo ſanitas corporis eſt Res & ſacramentum in Vnctione, ita pax illa & conſolatio eſt Res ſacramentum in Pœnitentia

Miror tamen rebus tam afflictis tam debile 36. Multis impugnatur.
ſubſidium afferri. Primò namque Tridentinum cum amicitiæ reconciliationem appellet Rem huius ſacramenti; pacem tamen & conſolationem iſtam nec appellat Rem, nec ſacramentum. Quod autem ait, eam interdum conſequi ad Rem huius ſacramenti, ſicut ſanitas corporis ad Rem vnctionis, probat quidem eos qui dicunt ſanitatem corporis eſſe Vnctioni Rem & ſacramentum, conſequenter dicturos, conſolationem iſtam reſpectu Pœnitentiæ eſſe vtrumque: cæterum illud neque à Lugo, neque ab aliis ritè pronuntiari num. proximo demonſtrabitur. Secundò quod affertur de oblectatione palati, contra ſuos autores eſt: nam ille guſtus non eſt Euchariſtiæ Res & ſacramentum. Tertiò baptiſmum in adulto plerumque ſequitur ingens animi trãquillitas & conſolatio: nec tamen hæc reſpectu baptiſmi eſt Res & ſacramentũ: Ergo neque illa reſpectu Pœnitẽtiæ. Quartò criminis cõfeſſio, quia naturaliter ſignificat dolorẽ, ideo autore Lugo non eſt ſacramentum illius: Atqui

Digitized by Google

qui pax & conſolatio ex amicitiæ reconciliatione reſultans naturaliter eam ſignificat: Ergo inconſequenter aſſeritur ſacramentum eius.

37. Sed præſertim ab inconſequentia. Quintò demum & potiſſimè, quia à priori. Quod enim eſt ſimul res & ſacramentum, debet efficienter cauſari ab aliquo ſacro ſigno; hac enim conditione conſtituitur res ſacramenti; & debet efficienter ſacram aliquam rem inducere; nam iſta conditione conſtituitur ſacramentum Rei. Atqui pax & conſolatio dicta, licet concedatur ſignificari, & cauſari ab aliqua parte, vel à toto ſacramento Pœnitentiæ, & proinde eſſe Res ſacramenti: tamen dici non poteſt efficienter inducere ſacram aliquam rem, vt per ſe conſtat: Ergo manifeſtum eſt dici non poſſe ſacramentum Rei, quod eſt apertiſſime deficere ab eſſentia Rei & ſacramenti ſimul. Miror autem quod P. Lugum difficultas hæc aut præterierit, aut non mouerit: quippe quem hæc ſola compulerit ad negandum, contritionem eſſe rem & ſacramentum ſimul.

38. Quid in Vnctione Rem, & ſacramētum ſimul aliqui cenſeant. In Extrema-vnctione duæ ſunt ſententiæ. Prior & communior aſſignat pro Re & ſacramento ſimul, hilaritatem & confortationem animi ad ſuſtinendos morbi & mortis labores. Quæ quidem dicitur eſſe Res ſacramenti quia cauſatur ab Extrema-vnctione: dicitur autem ſacramentum Rei, quia ſignificat animæ ſalutem.

39. Quid verò aliud alij cōſtituant. Altera ſententia aſſignat ſanitatem corporalem, quam Extrema-vnctio confert, quoties ad animæ ſalutem expedit, vt aſſerit Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 2. Dicitur autem huiuſmodi ſanitas eſſe Res ſacramenti quia cauſatur à ſacramento Extremæ-vnctionis; & eſſe ſacramentum Rei; quoniam indicat animi ſanitatem. Quod verò nec Extremam-vnctionem ſemper conſequatur prædicta hilaritas, aut corporis ſanitas, dicunt autores harum ſententiarum nihil obeſſe; quia ſatis eſt ſi quando ſequitur, habeat rationem Rei & ſacramenti ſimul. Sic enim etiam Lugus dicet, non ſemper in ſacramento Pœnitentiæ ſequi pacem & conſolationem prædictam: quando tamen ſequitur, tunc eſſe rem & ſacramentum.

40. Vtrique ex doctrina cōmuni conturbantur. Mihi propter aliam cauſam ſummopere diſplicent ambæ ſententiæ; nempe quia Res & ſacramentum non ſolum debet ſignificari & cauſari à ſacramento, ſed etiam ſignificare & cauſare ſacram rem: hilaritas autem & ſanitas corporis per Extremam-vnctionem ſignificatæ & inductæ, licet ſignificent rem ſacram quæ eſt animæ ſalus, nullam tamen cauſant. Qui quidem defectus à nemine poteſt reputari leuis, tum quia forma, ſeu ratio, qua priuat, ingreditur definitionem Rei & ſacramenti ſimul: tum etiam quia propter eius defectum excludit P. Lugus à ratione Rei & ſacramenti contritionem vt num. 37. ad finem iam attigimus.

41. Res & ſacramentū ſimul Matrimonio deſignari ſolitum. In Matrimonio tandem ponunt Doctores pro Re & ſacramento indiſſolubilitatem omnimodam, quam habet Matrimonium ex ratione ſacramenti; Ratum quidem radicalem, conſummatum vero formalem, ſiue actualem. Eſſe enim Rem, teſtatur Auguſtinus lib. 1. de de Nup. & concup. cap. 10. dicens, *Huius procul dubio ſacramenti Res eſt, vt mas & fœmina connubio copulati, quamdiu viuunt inſeparabiliter perſeuerent.* Eſſe vero ſacramentum, lib. de bono coniugij cap. 7. in hæc verba, *Quid ſibi velit tanta firmitas coniugalis, quod nequaquam puto tantum valere potuiſſe, niſi alicuius rei maioris quoddam ſacramentum adhiberetur.* S. Thom. Q. LX.

42. Ex eadem cōmuni doctrina refellitur. Sed hæc teſtimonia meo iudicio, ſi communi doctrinæ ſtandum eſt nihil efficiunt. Huius enim ſacramenti Res poteſt eſſe, quæ ab hoc ſacramento non producatur; ſed vel ipſi eſſentialis ſit, vel ipſi à Chriſto libere adiungatur: doctrina vero communis non appellat Rem ſacramenti illam, quæ ab iſto non producatur. Poteſt etiam matrimonium eſſe indiſſolubile, quia ſignum maioris cuiuſdam myſterij, nempe vnionis hypoſtaticæ, vel etiam vnionis per gratiam habitualem inter Chriſtum & Eccleſiam; quarum vnionum neutram efficit matrimonium: doctrina vero communis in hac diſceptatione non vocat ſacramentum Rei niſi cauſam iſtius productiuam. Et ſane non poſſum non hic denuò mirari quod eas conditiones Doctores in præſenti non deſiderent, cum propter alteram illarum in Re & ſacramento Pœnitentiæ deſignandam & fulciendam tot vias; tamque difficiles, tot fulcra, tamque ſubtilia adinuenerint; rati ſcilicet, ſine ea conditione non ſtare Rem & ſacramentum.

SECTIO IV.

Facilis, & ſolida ratio tribus iis ſacramentis aſſignandi Rem, & ſacramentum ſimul.

43. Penè ſtatuerā Pœnitentiæ, Vnctioni & Matrimonio Rem & ſacramētum non aſſignare. Animus ferè erat in hac diſceptatione non vlterius progredi: & pœnitentiæ, Vnctioni, & Matrimonio Rem & ſacramentū non adſcribere, propterea quod nihil videatur inueniri, quod accommodatè ad communem ſenſum ſolidè aſſignari poſſit; vt hactenus confirmare conatus ſum: & animo ſedeat, nihil à Theologo, præſertim ſcholaſtico pronuntiandum, quod Lydio firmæ rationis attactu non ſe legitimum probet; & aduerſantium ictibus inconcuſſum præbeat.

44. Neque enim quælibet hîc proportio ſufficit. Quod enim Recentiores in hoc eodem puncto dicunt, ad ſuſtinendam communem diuiſionem, quamlibet proportionem, vel congruentiam ſufficere, minus ſolidum, & conſequens eſt. Vel enim ea diuiſio traditur à Doctoribus vt propria, vel ſolum, vt impropria: ſi propria, ſane ad eam defendendam, vel aſtruendam, non quælibet proportio, vel conuenientia ſufficit, ſed ea ſunt aſſignanda mēbra, quibus ſtricta definitio examuſſim quadret: ſi ſolum vt impropria, diſcedunt ij Doctores à ſeipſis, fusè nimirum confutantibus res illas, quas plerique tradunt pro Re & ſacramento ſimul, propterea quod iſtius definitio non illis propriè competat: cum tamen apertè habeant cum illa conuenientiam aliquam, & proportionem.

45. Patet tamen eis ſolidiſſime tribui res, & ſacramentū ſimul. Ratione tamen in conſilium adhibita comperi, poſſe Rem & ſacramentum ſimul ſacramentis Pœnitentiæ, Vnctionis, & Matrimonij, tum faciliimè & ſolidiſſimè, tum ad communem ſentiendi modum conſonantiſſimè, & conſequentiſſimè tribui. Tota enim difficultas ex eo ſumitur, quòd ad eſſentiam Rei & ſacramenti ſimul, requiramus vt ſit

Digitized by Google

S. THOM. Q. L X.

Nam iſtud nō exigit omnia quæ plerique cogitant.

ſit Res, & à ſacro ſigno efficienter inducta, & ipſa Rem ſacram efficienter inducat; quæ duo in iis, quæ Pœnitentiæ, Vnctioni, & Matrimonio pro Re & ſacramento deſignantur, non facile reperiuntur vt in toto §. ſuperiore diſputatum eſt. Atqui iuxta communem Doctorum ſenſum & facile intelligi, & ſolidè fundari poteſt, neutrum illorum eſſentiale eſſe Rei & ſacramento; ſed ſolum vt à Re ſacra ſignificatur, & ſacram alteram ſignificat: Ergo facillimè & ſolididiſſimè, & ad communem ſenſum accommodatiſſime poteſt, imo conſequentiſſimè debet iis tribus ſacramentis Res & ſacramentum aſſignari. Maior & conſecutio clarent: Minorem ſenſim oſtendam.

Sed vt rem ſacram ſignificet; & ſigno ſacro ſignificetur.

46. Primum enim in ipſo huius controuerſiæ limine Doctores omnes aduertunt, ſacramentum non hîc ſumi pro ſacramento ſtrictè, qualiter in his diſputationibus communiter ſumitur; ſed ſolùm accipi late, nimirum pro ſigno Rei ſacræ: proinde illud hac in controuerſia dici *ſacramentum tantum* quod ſignificat, & non ſignificatur.. E conuerſo autem illud eſſe *Rem, tantùm*, quod ſignificatur & non ſignificat: proinde *Rem, & ſacramentum ſimul* illud eſſe, quod & ſignificat, & ſignificatur. Hæ quidem definitiones, ipſarumque autor communis ſenſus, non exigunt in Re & ſacramento actiuitatem erga rem, cuius eſt ſacramentum, neque paſſiuitatem (vt ita loquar) erga ſacramentum, cuius eſt res: nempe vt rem ſacram producat, vel à ſacra producatur: Ergo neque nos id exigere debemus. Deinde ſententia communis, Vnctioni aſſignat pro re & ſacramento corporis ſanitatem, vel animi hilaritatem: quarum neutra eſt cauſa productiua rei ſacræ: Ergo vim iſtius productricem in re & ſacramento non requirit. Tandem idem conſtat ex re, & ſacramento, quod ſententia quælibet adſcribit, matrimonio: nullatenus enim eſt alicuius rei ſacræ principium efficiens, vt num. 42. curſim attigimus.

Non enim debet rem, quam ſignificat, cauſare; vel ab ea, qua ſignificatur, cauſari.

At vtrūque habent character, & Chriſtus quę certiſſimè ſunt Res & ſacramentū ſimul.

47. Oppones. Omne illud, quod à cunctis DD. nemine diſcrepante cenſetur eſſe res & ſacramentum ſimul, vim habet non ſolum ſignificandæ, ſed etiam efficiendæ alicuius rei ſacræ: nempe character trium ſacramentorū, & in Euchariſtia Chriſtus, ſunt enim ſigna efficacia gratiæ, prout in ſect. 2. declaratum eſt: Ergo eſſe ſignum efficax rei ſacræ, eſſentiale eſt omni Rei & ſacramento ſimul, ſeu Rei & ſacramento in communi. Reſpondebunt aliqui, non eſſe certiſſimum, quod character ſit cauſa productiua gratiæ, prout ex numero 17. colligi poteſt: idemque de Chriſto in Euchariſtia dicent, quia non eſt certiſſimum, quod Euchariſtia in recto dicat Chriſti ſubſtantiam, cum plurimi, & grauiſſimi DD. aſſerant ſolas dicere ſpecies in recto, Chriſti verò ſubſtantiam in obliquo, non tanquam Euchariſtiæ conſtitutiuam, ſed ab ipſa dumtaxat connotatam.

Non tamen vt præciſe res & ſacramētū ſimul, ſed vt tale.

48. Cæterum obiectionis admiſſo antecedente, nego conſequentiam: quia ad conſtituendum, ac definiendum rem & ſacramentum in communi, ſuppetit nobis altera ratio ſuperior, & ſufficiens, & in communi definitione relucens nempe eſſe rei ſacræ ſignum: quæ ratio per differentias contrahi poteſt ad duas ſpecies interiectas *Rei & ſacramenti ſimul*; quarum vna ſit ſignum rei ſacræ practicum & efficax; altera ſit rei ſacræ ſignum ſpeculatiuum, & ineſficax: prior ſubdiuidatur in characteres Baptiſmi Confirmationis, & Ordinis, & Chriſti ſubſtantiam in Euchariſtia contentam: altera ſubdiuidatur in alia tria ſtatim aſſignanda pro ſacramentis Pœnitentiæ, Vnctionis, & Matrimonij.

Liber autem hæc omnia pariſſimo exemplo ex hac ipſa tractatione adſcito, illuſtrare, & roborare. Noua enim ſacramenta, ſicut certiſſimo fidei teſtimonio proprie ſacramenta ſunt, 49.
ita etiam ſigna gratiæ ſunt practica & efficacia: Vetera vero, quæ non ita certo ſunt proprie ſacramenta, ſigna quidem gratiæ ſunt, ſpeculatiua tamen ſiue ineſficacia. Cæterum quia probabilior & communior ſententia tenet, eſſe proprie ſacramenta; propterea dicitur de ratione ſacramenti vt ſic, ſiue in communi non eſſe ſignum gratiæ practicum, & efficax, ſed ab efficaci & ineſficaci, à practico, & ſpeculatiuo præciſum; quod dicitur in Vetus, & Nouum, ſiue ineſficax, & efficax, vt in veras quidem ſpecies interiectas, ſed perfectione longe diſpares.

Eius rei pulcherrimum exemplum.

Tantundem hîc reperire eſt: Characteres enim, & Chriſti ſubſtantiæ, quæ certiſſimè 50.
ſunt res & ſacramentum ſignum etiam ſunt gratiæ practicum, & efficax; tria vero, quæ Pœnitentię, Vnctioni, & Matrimonio pro re & ſacramento ſimul adiudicabuntur, ſignum gratiæ ſunt ſpeculatiuum, & ineſficax: Res autem & ſacramentum ſimul, à ſigno practico & ſpeculatiuo, efficaci, & ineſficaci præciſum, in duas iſtas ſpecies interiectas practici, & ſpeculatiui diuidetur, proprias quidem, & genuinas ſpecies: verùm perfectione valde inæquales.

Applicatur commodiſſimè.

Res igitur & ſacramentum ſimul definietur 51.
communi illa definitione *Quod in ſacramentis & ſigno ſacro ſignificatur, & rem ſacram ſignificat.* Quæ definitio ſicut non poſtulat vt Res & ſacramētum ſignificet rem ſacram practicè, ſic neque poſtulat vt eam ſignificet ad placitum, aut ex Chriſti inſtitutione, ſed vt eam re ipſa ſignificet, ſiue ex Chriſti, vel alterius placito, ſiue naturaliter. Sicut enim ſacramentum non hîc accipitur pro ſigno ſanctificante, aut ſacrante, vt ſumitur in definitione ſacramenti; & in hac materia communiter; ita neque hîc ſumitur pro ſigno determinatè ex inſtituto, ſed pro ſigno præciſo à naturali & voluntario. Confirmatur, quia plerique valde probabiliter cenſent, characterem naturaliter & eſſentialiter eſſe ſignum gratiæ; & tamen aiunt eſſe Rem, & ſacramentum ſimul.

Vera definitio Rei & ſacramenti ſimul.

Rurſus aduerto, non eſſe cur cuique ſacramento vna duntaxat conueniat Res & ſacra- 52.
mentum. Primò, quia non id poſtulat Rei & ſacramenti definitio. Secundò, quia ratio contrarium ſuadet: poſſunt enim in vnico ſacramento plures inueniri Res, quarum quælibet & ſit ſacrum ſignum, & ſacro ſigno ſignificetur: hæc enim pluralitas ineptiſſimè diceretur eſſe contra eſſentiam ſacramenti verbi gratia Baptiſmi: Ergo etiam ineptiſſime diceretur eſſe contra rationem Rei & ſacramenti ſimul.

Eidem ſacr. poteſt eſſe duplex res & ſacrum ſimul.

Ad hæc, in eodem ſacramento reperiuntur multa, quorum quodlibet eſt ſacramen- 53.
tum tantum; nimirum in Euchariſtia ſpecies ſunt ſacramentum tantum, & verba conſecratoria ſunt ſacramentum tantum: imo in quolibet ſacramento tranſeunti, materia proxima

Digitized by Google

xima ſacramentum tantum ; & forma ſacramentum tantum eſt: Ergo poſſunt in eodem ſacramento plures inueniri Res, quarum vnaquæque ſit Res & ſacramentum ſimul. Conſecutio claret : nam ideo poteſt in eodem ſacramento multiplex eſſe ſacramentum tantum ; quia poteſt in vno reperiri multiplex Res, quæ rem ſacram ſignificet & non ſignificetur, quæ eſt definitio ſacramenti tantum: Atqui poteſt etiam eſſe Res multiplex, quæ & rem ſacram ſignificet, & ſacro ſignificetur ſigno, quæ eſt definitio Rei & ſacramenti ſimul: Ergo ſicut illud, ita & iſtud poteſt in vno ſacramento multiplex eſſe.

54. Quid Pœnitentiæ Res ſacramentũ ſimul aſſignemus iuxta communem ſenſum.

Iam vero, vt tandi promiſſionem impleamus: Pœnitentiæ pro Re & ſacramento ſimul tribuere poterit communis ſententia Contritionem, ſeu dolorem internum. Quia cenſet eſſe partem ſacramento eſſentialem ideoque gratiæ ſignum, ac proinde ſacramentum: cumque per Confeſſionem, quæ eſt ſacramentum tantum, ſignificetur, erit ſimul Res. Nos vero qui dolorem ab eſſentia ſacramenti excludimus, non videmus cur dolor ſacram rem ſignificet, & proinde cur ſacramentum ſit: eſto ſit Res ſacramenti, quatenus per Confeſſionem redditur ſenſibilis & ſignificatur. Poſſunt enim eidem ſacramento plurimæ entitates competere quarum vnaquæque ſit Res tantum vt in ſequentibus amplius apparebit.

55. Quid ex noſtris principiis.

Pœnitentiæ igitur ſacramento in Rem & ſacramentum ſimul decernimus vehementem illam conſolationem ex pacis & amicitiæ reconciliatione interdum oriri ſolitam, quam ex Tridentino retulimus num. 34. Nam & eſt effectus ſacramenti, atque adeo Res; & externo aliquo actu facta ſenſibilis, eſt ſignum ſenſibile gratiæ, atque adeo ſacramentum. Nec obſtat quod etiam in Baptiſmo adultorum par conſolatio interdum ſentiatur: ſiquidem eidem ſacramento multa poſſe competere, quorum vnum quodque ſit Res & Sacramentum ſimul, iam num. 52. & 53. probatum eſt; & exemplo & ratione ſtatim confirmabitur: quocirca Baptiſmo pro Re & ſacramento ſimul erit & proprius character, & eiuſmodi conſolatio.

56. Extremæ Vnctioni quid Res, & ſacramentũ ſimul.

Extremæ Vnctionis Rem & ſacramentum eſſe dicimus, tum corporis ſanitatem, quæ propter maius animæ bonum ab illo ſacramento confertur, vt Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 2. aſſeruit: tum etiam ingentem animi alacritatem ad ſuſtinendos morbi & mortis labores, quam ex illo ſacramento cum deuotione ſuſcepto plurimi ſenſibiliter percipiunt. Vtrumque probatur, quia tam illa Corporis ſanitas, quam iſta mentis alacritas, eſt effectus ſacramenti, ac proinde ſacramenti Res: eſt etiam ſignum habitualis gratiæ, ac proinde Rei ſacramentum. Iam enim vidimus, in eodem ſacramento poſſe duas Res aut plures inueniri, quarum vnaquæque ſit Res & ſacramentum ſimul. Quam doctrinam ſic denuo firmamus, quia poteſt in eodem ſacramento repetiri multiplex Res ſacramenti: nam ſacramentum Pœnitentiæ ſignificat & gratiam habitualem, & remiſſionem culpæ, & condonationem pœnæ, tum æternæ, tum temporalis. Imo ſi credimus Richardo de ſancto Victore in Eruditione theologica Tract. 6. cap. 3. Euchariſtia præter gratiam ſanctificantem, quam tribuit, ſignificat etiam Chriſti mortem, ſepulturam, &c. Si autem eidem ſacramento competit multiplex Res ſacramenti, cur non competat multiplex Res & ſacramentum ſimul. S. Thom. Q. L X.

57. Matrimonio tandẽ quid.

Matrimonio tandem pro Re & ſacramento damus indiſſolubilitatem, non quidem radicalem, nam hæc eſt ipſa eſſentia Matrimonij in ratione ſacramenti, ac proinde eſt ſacramentum tantum, cum non ſit ſignum ſui ipſius: ſed formalem ſiue actualem; quæ non ſequitur ex quolibet Matrimonio, ſed ex conſummato: ſicut ſanitas corporis, aut hilaritas mentis, aut vehemens conſolatio non ſequitur ex quolibet Baptiſmo, Pœnitentia vel Vnctione, vt ſupra monuimus. Eſt autem hæc indiſſolubilitas Res ſacramenti, quia ſignificatur ipſo etiam duntaxat rato, tanquam radice illam poſtulante: & eſt ſacramentum quia ſignificat gratiam per Matrimonium collatam ad indiuiduam vitæ conſuetudinem patienter, & cum ſpiritali vtilitate ſuſtinẽdam. Quod ſi gratia iſta cum vehementi conſolatione ſpiritus daretur, hæc ipſa vehemens conſolatio foret etiam Res & ſacramentum. Si enim eadem gratia ſecundum ſpeciem in omnibus ſacramentis, cum diuerſis muneribus eſt Res tantum: poterit multiplex conſolatio ſecundum ſpeciem in multis ſacramentis cum multis muneribus eſſe Res & ſacramentum ſimul.

DISPVTATIO VI.

De mutationibus materiæ, formæ, & vnionis, Sacramentum impedientibus, & non impedientibus.

Sectio 1. *De mutatione eſſentiali, & accidentali circa ſacramenta in vniuerſum.*
§. 1. *Sacramenti valorem impedit mutatio eſſentialis, non accidentalis: & quid amba ſint.*
§. 2. *Regula deprehendendi, quando mutatio ſit eſſentialis, & quando accidentalis.*
Sectio 2. *De mutationibus propriis materiæ.*
Sectio 3. *De mutationibus propriis formæ.*
§. 1. *Mutationes circa formam ſine animo inducendi nouum ritum, aut errorem.*
§. 2. *Mutationes formæ cum animo inducendi nouum ritum, aut errorem.*
Sectio 4. *De mutatione circa vniones partium materiæ, & formæ, & iſtarum inter ſe.*

SECTIO I.

De mutatione eſſentiali, & accidentali circa ſacramenta in vniuerſum.

Diſtinctionis, & comprehenſionis gratiâ differo prius de mutationibus in genere; quò poſtea diſputem in ſpecie de mutatione materiæ, formæ, & ipſarum vnionis. 1.

Digitized by Google

S. Thom. Q. LX.

§. I.

Sacramenti valorem impedit mutatio eſſentialis, non accidentalis: & quid ambæ ſint.

2. VEriſſima eſt & communiſſima doctrina, Sacramenti valorem auferri, vel potius impediri, mutatione materiæ vel formæ eſſentialis & non impediri, ſiue auferri mutatione illarum accidentali. Probatur primò ex Eccleſiæ ſenſu, & vſu: nam Baptiſmus Paulianiſtarum, hoc eſt diſcipulorum Pauli Samoſateni, & Baptiſmus item Montaniſtarum, ſiue alio nomine Cataphrygum, reputatus fuit nullus in Concilio Niceno I. can. 19. iubente ſic baptizatos, ſi ad Eccleſiam redeant, rebaptizari: quod etiam de Cataphrygibus præceptum eſt in Concil. Laodic. cap. 8. Ratio verò fuit, quoniam vtrique hæretici mutabant eſſentialiter Baptiſmi formam, vt de Paulianiſtis docuit Innocentius I. epiſt. 22. cap. 5. & de Cataphrygibus Prateolus V. *Cataphrygæ*, Sanderus, Hæreſi 22. Caſtro V. *Baptiſmus*, Hæreſi 2. & Baron. tom. 1. anno Chriſti 173. Qualiter verò mutarent Baptiſmalem formam, quamuis Hiſtorici, vel alij ſcriptores non referant, non eſt coniectu difficile: quia cum Trinitatem non agnoſcerent; procul dubio tres diuinas perſonas in forma non exprimebant.

Impeditur valor ſacramenti variatione eſſentiali, non Accidentali.

3. E contrà verò eadem S. Eccleſia cenſet, validum eſſe Baptiſmum quem Græci conferunt: quia mutarant formam accidentaliter tantum: & Zacharias Papa declarauit, validum fuiſſe Baptiſmum ab imperito miniſtro datum ſub hac forma; *Ego te baptizo in nomine Patria, & Filia, & Spiritu-ſancta*, ſi ſenſum eſſentialem retinuit, vt ſect. 3. videbimus. Si verò reprobaſſet ideo feciſſet, quia comperiſſet, illum eſſentialiter fuiſſe mutatum. Quod autem Eccleſia ſecuta eſt circa mutationem formæ, idem planè tenuiſſet circa mutationem materiæ, vel etiam vnionis, ſi talem deprehendiſſet mutationem, vt à pari colligitur, & ſtatim amplius declarabitur. Conſtat igitur ex Eccleſiæ ſenſu, & vſu, mutationem illarum rerum eſſentialem obſtare valori ſacramentorum, non autem accidentalem.

4. Secundò, ratione probatur. Quia nullum ens conſiſtere valet ſine eo, quod ipſi eſſentiale eſt: Sed mutatio eſſentialis tollit, vel negat Sacramento aliquid, quod ipſi eſſentiale eſt: Ergo mutatio eſſentialis impedit conſiſtentiam, ſeu valorem ſacramenti. Ex aduerſo autem res quælibet conſiſtit, addito, vel detracto aliquo accidente, cuius additio, vel poſitio nec illam producit, nec conſeruat, nec pugnat cum accidentibus, aut cauſis eam conſeruantibus, aut producentibus: Ergo idem eueniet in ſacramentis. Vtraque illatio eſt prorſus euidens: vtrumque autem antecedens omnino certum, & illuſtratur exemplis tum phyſicis, tum moralibus. Phyſicum enim eſſe hominis impeditur, ſi vel deſit materia, vel rationalis anima, vel ambarum vnio, in quarum aggregato ſita eſt phyſica hominis eſſentia: non autem impedietur phyſicum eſſe hominis ex eo quod ei deſit albedo, vel altera manus, vel alter pes: quia nihil iſtorum eſt de illius eſſentia phyſica, quantumuis eam integret, aut exornet.

Idem eſt in aliis compoſitis, ex gr. in accidentalibus phyſicis; nam ſi album amittat albedinem, non permanebit album, quoniam in ratione albi, mutationem ſubibit eſſentialem; ſi retinens albedinem, recipiat dulcedinem, perſiſtet album, quia ſubibit mutationem accidentalem. Idem in artefactis, vt domo, quæ deſtructis fundamentis, aut parietibus, aut tecto, deſtruetur ob eſſentialem mutationem, iis vero perſiſtentibus perſiſtet, ſiue dealbetur, ſiue non, ſiue etiam denigretur, quæ ſunt accidentales mutationes. Idem tandem & appoſitiſſime in moralibus; error enim eſſentialis, ſeu qui verſatur circa ſubſtantiam contractus, iſtum reddit inualidum; non autem error accidentalis, ſeu qui circa ſola accidentia verſatur. Inualide enim contrahes cum hac numero fœmina, ſi animus & perſuaſio erat contrahere cum altera numero: Valide vero, ſi animus & perſuaſio erat contrahere cum hac numero ingenioſa, vel formoſa, & contrahas cum hac eadem, ſed hebete, vel deformi. 5.

6. Quod attinet ad ſecundam, & tertiam tituli partem, exploratiſſimum etiam eſt illam eſſe mutationem eſſentialem, quæ fit circa aliquid ſacramento eſſentiale, illamque accidentalem, quæ fit circa aliquid ſacramento accidentale. Vt autem dignoſcatur quæ verſatur circa aliquid eſſentiale, ab ea, quæ circa accidentale, ante omnia perſpiciendum, & ſtatuendum eſt, quid eiuſmodi ſacramento conueniat eſſentialiter, quidque debeatur accidentaliter: illius enim prioris mutatio planè erit eſſentialis; ſicut iſtius alterius, planè erit accidentalis.

Quænam ſit inſtituto eſſentialis & quæ accidentalis.

7. Exemplo res ob oculos ſtatuetur: Baptiſmo eſt eſſentialis ablutio per aquam naturalem, & forma exprimens nomina trium diuinarum perſonarum: & accidentaliter debetur ablutio per aquam naturalem puram, & forma non adiiciens alia impertinentia verba. Si ergo vel ablutio non fit aquæ naturalis, vel forma non exprimat nomina trium diuinarum perſonarum, erit mutatio eſſentialis: Si autem vel ablutio fiat per aquam naturalem quidem, ſed cum exigua roſacea odoriferam, erit mutatio accidentalis: ſicut pariter ſi formæ admiſceantur verba impertinentia, vt ſi quis diceret, *Ego Dominus Antonius, eques & marchio Te baptizo Ioanne & Franciſco teſtibus, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

8. P. Lugus Diſp. 2. n. 105. ſignificat, mutationem accidentalem non eſſe conſiderandam in ordine ad Chriſti inſtitutionem: quia reſpectu iſtius vix reperietur circumſtantia, cuius mutatio dici poſſit accidentalis. Exempla enim quæ adduci ſolent, vt ſi ad Euchariſtiam adhibeatur panis fermentatus, aut vinum nigrum, nec accidentaliter diſcrepant ab inſtitutione Chriſti, qui pro Euchariſtia non inſtituit panem determinatè azymum, ſed panem; ſicut nec vinum determinatè album, ſed vinum: alioqui peccarent Græci panem adhibentes fermentatum, & plures Sacerdotes adhibentes vinum nigrum. Subdit idem Autor, dum aiunt Doctores mutationem interdum eſſe purè accidentalem, non intelligere quod mutatio ſit facta reſpectu inſtitutionis Chriſti, ſed comparatione ad communem vſum & ritum noſtræ Eccleſiæ, à quo diſcreparet accidentaliter, & accidentalem efficeret mutationem

Et reſpectu cuius ſit Tatis.

igitized by Google

S.THOM. Q.LX.v.

nem qui omitteret ex. gr. in forma conſecrationis particulam *enim*; vel particulam *ego* in forma abſolutionis.

9. Sed obiicere poſſumus, quod mutatio eſſentialis attendi debet in ordine ad Chriſti inſtitutionem, ita ſcilicet, vt eſſentialis ſit, quæ mutat illud, quod ſacramento ex Chriſti inſtitutione eſſentiale eſt: Ergo & mutatio accidentalis ex Chriſti debet inſtitutione penſari; ſic nimirum, vt talis ſit quæ verſetur circa id quod ex Chriſti inſtitutione ſacramento non ſit eſſentiale. Sed inquies, ex Chriſti inſtitutione nihil in ſacramentis haberi quod non ſit eſſentiale: proinde reſpectu ſacramentorum inſtitutorum à Chriſto nulla erit mutatio non eſſentialis: quo fundamento Lugus nititur.

10. Contrà quia ſicut redemptor primario inſtituit eſſentialia ſacramentorum, vt eſſentialia; ita ſecundariò, & per quandam quaſi naturalem conſecutionem, & decentiam inſtituit plurima illis accidentalia, vt accidentalia: Ergo iſtorum variatio erit accidentalis, ſicut illorum eſſentialis. Antecedens patet in pleriſque ſacramentis: Siquidem inſtituens Chriſtus baptiſmum in ablutione aquæ naturalis vt eſſentiali, conſequenter inſtituit illum in ablutione aquę naturalis purę, & mundæ, vt accidentali: quapropter adhibere aquam naturalem, cœnoſam, aut cum exiguâ roſacea odoriferam, mutatio erit accidentalis reſpectu baptiſmi, etiam vt à Chriſto inſtituti.

11. Similiter hoc ipſo quòd inſtituit hanc formam *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, vt eſſentialem, inſtituit conſequenter, ac poſtulauit vt aliquid extra eſſentiale, vt ei formæ non admiſcerentur verba impertinentia, vt ſi quis diceret, *Ego Antonius, eques, & marchio, te baptizo coram Ioanne Franciſco teſtibus in nomine Patris, & filij, & ſpiritus ſancti*, Quis enim neget, fore mutationem iſtam accidentalem, attenta Chriſti inſtitutione? In ſingulis verò ſacramentis aliæ ſimiles fieri poſſent, vt per ſe quiſque deprehendet. Et erit forſan, qui propterea contendat, regulam illam eſſe optimam, vt mutatio ſit eſſentialis, dum verſabitur circa rem à Chriſto inſtitutam, vt eſſentialem; & accidentalis, quæ circa rem ab ipſo inſtitutam, vt accidentalem.

12. Eſt tamen contra hoc valida obiectio. Nam, pro ſacramentorũ cõfectione plurimæ ſunt res in Chriſtianiſmo inſtitutæ & fixæ, quæ proinde ſi vel omittantur, vel mutentur, exiſtet accidentalis mutatio: & tamen eiuſmodi res etiam vt accidentales, non fuerunt à Chriſto inſtitutæ, vel inſtitutione expreſsâ & formali, quia de illa nec ex ſcriptura, neque ex aliis fidei regulis conſtat; vel etiam inſtitutione virtuali, quia recta ſacramentorum confectio ſine illis eſſe potuiſſet. Talis eſt apud Latinos pro Euchariſtiæ confectione panis azymus, & apud Græcos fermentatus: apud Latinos particula *enim* in forma conſecrationis, & particula *Ego* in forma abſolutionis: quidquid enim iſtorum omittatur, mutationem accidentalem inducit: ſicut etiam eandem induceret, ſi Curio ſacramenta conficeret ſermone vulgari; & obſtetrix Latini ſermonis ignara, moribundum infantem baptizaret ſermone vernaculo; & aliæ ſimiles mutationes accidentales facile excogitari poterunt: Ergo ad colligendas iſtas, non eſt recta via Chriſti inſtitutio.

13. Propter hanc vltimam rationem arbitror mutationes, accidentales, non eſſe vniuerſim colligendas ex ſola Chriſti inſtitutione: ſicut propter obiectionem num. 10. propoſitam reor in inueſtigatione mutationum accidentalium, non eſſe vniuerſim excludendum reſpectum ad Chriſti inſtitutionem. Nam ex iis rationibus plane conſtat, quaſdam eſſe mutationes accidentales propter oppoſitionem cum inſtitutione Chriſti; & quaſdam eſſe tales ſine eiuſmodi oppoſitione. Perſiſto igitur in regula, quam num. 6. tradebam ad colligendum vtrãque mutationem: nempe illam eſſentialem eſſe, quæ verſatur circa illud, quod ſacramento eſſentialiter cõuenit; qua de re nullus dubitare poteſt: illam vero eſſe accidentalẽ, quę verſatur circa id, quod ſacramento accidentaliter debetur: ſiue enim ex Chriſti, ſiue ex Eccleſiæ inſtitutione debeatur, vere & re ipſa debetur, eiuſque omiſſio, vel alteratio mutationem affert accidentalem, vt adductis exemplis nuper confirmauimus.

§. II.

Regulæ deprehendendi quando mutatio ſit eſſentialis, & quando accidentalis.

PRima regula ſit. Ad mutationem eſſentialem certiſſime & euidentiſſime ſufficit diuerſitas eſſentiæ phyſicæ. Oppoſitam regulam ex communi ſententia refert, & approbat Lugo Diſputat. 2. numer. 104. & probat, quia vinum album, & rubrum, quæ ſunt materia Euchariſtiæ, differunt fortaſſe ſpecie phyſica; contritio autem & attritio quæ ſunt materia pœnitentiæ, certiſſime differunt phyſica ſpecie; ſicut etiam ſatisfactio per ieiunium, & ſatisfactio per eleemoſynam: Et tamen hæc diuerſitas in phyſica ſpecie non adducit mutationem eſſentialem: Ergo ad iſtam non ſemper ſufficit diuerſitas in ſpecie phyſica. 14. *Specifica diuerſitas clare inducit mutationem eſſentialem.*

Sed contrà: quia materia quæ debetur Euchariſtię, non eſt vinum determinatè album, aut determinatè rubrum, ſed vinum: ſicut nec panis determinatè azymus, vel determinatè fermentatus, ſed panis: materia item, vel quaſi materia debita ſacramento pœnitentiæ, non eſt determinatè contritio, nec determinatè attritio, ſed dolor ſupernaturalis de peccatis propriis. Quare quod vinum ſit album, quod ſit rubrum; quod dolor ſit contritio; quod ſit attritio, nec accidentalem affert mutationem. Idem eſt de ſatiſfactione per ieiunium, aut per eleemoſynam: eoque manifeſtiùs, quod ſatiſfactio ad eſſentiam ſacramenti Pœnitentiæ non requiritur. Quid ergo mirum, ſi varietates iſtæ non pertingunt ad mutationem eſſentialem, cum nec accidentaliter varient materiam ſacramentis debitam? 15. *Oppoſitã Lugi doctrinã conuellendã id aſtruitur.*

Firmo idipſum, & explano: quia Doctores in præſenti nõ agitant, vtrum ad eſſentialẽ, vel etiã accidentalem mutationẽ ſufficiat ex. gr. in Euchariſtia diuerſitas ſpecificica rerũ, quæ adhibentur inter ſe ipſas, vel à ſe ipſis inuicem; quis 16.

S. THOM. Q L X.

quis enim non videat ad pœnitentiam afferri culpas infinitarum ſpecierum, & dolores plurimarum, & ad Euchariſtiam panes & vina diuerſarum etiam eſſentiarum; & tamen inde nec mutationem ſequi accidentalem? Sed quærunt an eſſentialem, vel accidentalem inducat ſpecifica rerum, aut verborum diuerſitas ab illis, quæ ſacramentis debentur. Atqui vinum determinatè album, nec ſacramento debetur ex inſtitutione eſſentiali, nec aliunde, idemque eſt de vino rubro, idemque de aliis in exemplum adductis. Non ergo mirum, ſi diuerſitas hæc nullam inferat mutationem. E contrà vero diuerſitas ſpecifica ab illa re, quæ ſacramento eſſentialiter debetur; clariſſimè deſtruit ſacramenti eſſentiam: Ergo clariſſime affert mutationem eſſentialem: ideoque diximus ad iſtam certiſſimè, & euidentiſſimè ſufficere. Supereſt videamus, an ſemper, & omnino requiratur.

17. Mutatio eſſentialis nō ſemper exigit diuerſitatem phyſicam in eſſētia.

Secunda regula ſit. Ad mutationem eſſentialem non ſemper exigitur diuerſitas eſſentiæ phyſicæ: ſed frequenter ſufficit diuerſitas in accidentibus. Eiuſdem enim triticeæ farinæ maſſa cruda, & maſſa cocta, forte ſunt eiuſdem ſpeciei phyſicæ: liquor autem in vuis contentus, & ex eis recenter expreſſus, certiſſimò ſunt eiuſdem phyſicæ ſpeciei; & tamen ad Euchariſtiam adhibitio maſſæ crudæ pro cocta, & liquoris in vuis contenti pro expreſſo mutationem importat eſſentialem. Dices, non eſſe rectam hanc regulam, quia quod eſſentialiter præréquiritur ad Euchariſtiam eſt panis vſualis, & vinum vſuale: maſſa vero quantumuis eiuſdem ſpeciei phyſicæ cū pane, non eſt panis vſualis, & vinum in vuis contentum non eſt vinum vſuale. Retorqueo, nam ſi panis & vinum vſuale eſt materia eſſentialis, & non eſſe vſuale non mutat ſpeciem phyſicam; recta ſane eſt regula, non ſemper exigi variationem eſſentiæ phyſicæ ad mutationem ſacramento eſſentialem.

18. Datur, cum res amittit in æſtimatione communi rationem & nomē eius quam Chriſtus inſtituit.

Tertia regula ſit. Ad mutationem eſſentialem ſufficit ea varietas, per quam id quod ad ſacramentum adhibetur, amittat in communi æſtimatione rationem, ac proinde appellationem eius, quam vt ſacramento eſſentialē Chriſtus inſtituit. Ita Suarez Diſput. 2. ſect. 4. §. *vt vero*, Lugus Diſp. 2. num. 104. ad finem; & Recentiores communiter. Etſi enim hanc præſcribant regulam de mutatione materiæ, tamen ſi quis eam attente ſpectet, comperiet eſſe materiæ communem cum forma, & vnione.

19. Exemplis declaratur.

Declaratur ſimul & firmatur primò exemplis: Materia eſſentialis baptiſmo eſt ablutio per aquam naturalem: ſi adhibeatur roſacea nō ponetur eſſentia baptiſmi; quia roſacea, non habet eſſentiam, ac proinde nec appellationem aquæ naturalis. Forma eſſentialis baptiſmo eſt oratio, qua baptizans ſignificat ſe baptizare in nomine expreſſo Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: ſi adhibeat orationem, qua ſolum indicet, ſe id optare, vel qua ſignificet quidem ſe baptizare, in nomine tamen Chriſti, vel in nomine Trinitatis, non exprimendo perſonas, non baptizabit; quia iam forma non habebit rationem, ac proinde nec appellationem formæ à Chriſto vt eſſentialis inſtitutæ. Demum vnio inter materiam, & formam baptiſmo eſſentialis, eſt vnio ſaltem moralis, ſeu quæ moraliter, & in communi æſtimatione efficiat vnum compoſitum morale, vnum ens artefactum, vnum ſignum. Quare ſi nunc adhibeas ablutionem, & poſt horam adhibeas formam non efficies verum baptiſmum; quia non compones ex materia, & forma vnum, quod moraliter habeat rationem, & appellationem vnius entis, vnius compoſiti, vnius artefacti, vnius ſigni.

20. Ratione ſuadetur ex Chriſti inſtitutione.

Suadetur item ratione à DD. inſinuatâ. Quoniam eſſentialia ſacramētorum, quatenus eſſentialia, ſunt à Chriſto inſtituta, & determinata: Ergo vt ſacramentorum eſſentia conſiſtat, omnino requiritur, vt illa, quæ adhibentur, habeant rationem, & proinde appellationem illorum, quæ Chriſtus vt eſſentialia decreuit, ac determinauit. Alioquin & fruſtrà, & falsò Chriſtus, vt eſſentialia determinaſſet: fruſtra quidem, quia ſine illis vera darentur ſacramenta: falsò autem, quia decernere illa vt eſſentialia fuiſſet illa decernere cum iudicio mentis aſſerente ſacramenta ſine illis nullatenus extitura. Diximus autem cum communi ſentētia, requiri ad mutationem eſſentialem, vt res amittat non ſolum rationem, ſed etiam appellationem eius quam Chriſtus vt eſſentialem inſtituit: quia tametſi nomen, ſiue appellatio non ſit eſſentialis ſacramento, tamen optimum eſt ſignum amiſſæ illius rationis eſſentialis, ſi res amittat illius appellationem apud Eccleſiam communiter; quia nec poteſt apud iſtam nomen amittere, quin eam perdat rationem; nec hanc deperdere, quin deperdat illud nomen.

21. Accidentalis eſt mutatio dū variatur id quod non eſt eſſentiale, ſed debitum.

Quarta regula, & pro mutatione accidentali prior, ſit: Mutatio tunc eſt accidentalis, quando variatur id quod non à Chriſto vt eſſentiale ſacramento eſt inſtitutum, ſed quod ſacramento vt accidentarium debetur, ſiue illud debeatur ex accidentaria inſtitutione Chriſti, ſiue ex Eccleſiæ præcepto, vel ſi velis, etiam ex quadam decentia, & quaſi conſecutione naturali.

22. Exemplis res explanatur.

Declaratur primùm & firmatur exemplis. Vno ex prædictis modis, vel etiam omnibus, debetur baptiſmo aqua naturalis pura, neque ex admiſtione exiguæ roſaceę ſuauiter olens; neque ex cœnoſa qualitate fœtens: ſi tamen cum alterutro iſtorum adhibeatur, mutatio fiet accidentalis, & verus baptiſmus. Debetur etiam, ſaltem ex Eccleſiæ præcepto, ceu quidpiam accidentale, confectioni Euchariſtiæ particula *enim*: quæ proinde ſi omittatur, verum efficietur ſacramentum quoniam erit tantùm accidentalis mutatio: & alia paſſim occurrunt exempla. Debetur Euchariſtiæ ſacramento, velut quidpiam accidentarium, vt panis tantùm, & vinum offeratur: ſi quid aliud adiungeretur, vt aliqua ſubſtantia odorifera in parua quantitate illis admiſta, vel in quantalibet illis externè appoſita, mutatio eſſet accidentalis, & conſtaret ſacramentum: & talis fortaſſe introduci inceperat tempore S. Alexandri I. Papæ & Martyris, de quo die 3. Maij ad matutinum legebamus, præcepiſſe vt in Euchariſtiæ ſacrificio nihil aliud pręter panem & vinum offerretur. Deinde ratione patet, quia varietas circa id quod ſacramento debetur eſſentialiter, inducit mutationem eſſentialem: Ergo varietas circa id, quod ei debetur accidentaliter, inducet mutationem accidentalem.

23. Et ratione.

Quinta regula tam pro accidentali quam pro ſubſtantiali mutatione, ſit ſenſus & vſus Eccle

Digitized by Google

Quinta regula eſt, Eccleſiæ ſenſus, & vſus. Eccleſiæ. Huic enim Chriſtus quemadmodum conceſſit poteſtatem ſacramenta conficiendi, ſic ſcientiam diſcernendi inter materiam, formam & vnionem legitimas, & illegitimas; eſſentialiter debitas, & accidentaliter debitas. Quapropter illud, quod iuxta communem Eccleſiæ ſenſum & vſum ſacramento conficiendo vtile eſt, pro tali reputandum: dumque illud manet, alio mutato, mutatio non eſſentialis, ſed accidentalis cenſenda eſt. Addo, ſi quid eſt, quod Eccleſia in extremo animarum periculo cenſeat non eſſe adhibendum, reputandum eſſe prorſus inutile ad ſacramentum conficiendum. Quæ omnia nullus erit Catholicus, qui non admittat.

SECTIO II.

De mutationibus propriis materiæ.

24\. Materia mutatur eſſentialiter, ſi communiter amittit rationem & nomen eius, quam Chriſtus inſtituit vt eſſentialem.

POſſunt mutationes iſtæ contingere circa materiæ eſſentiam, vel quantitatem, vel qualitatem. Quod attinet ad eſſentiam, Pater Suarez Diſput. 2. ſect. 4. §. *Vt verò* Lugus Diſp. 2. num. 104. ad finem, & plerique Recentiores hanc tradunt regulam; vt mutatio materiæ tunc ſit eſſentialis, quando res à Chriſto inſtituta vt eſsentialis, amiſit in communi æſtimatione rationem illam à Chriſto inſtitutam, & proinde appellationem: v. gr. inſtituit pro Baptiſmi materia eſsentiali aquam naturalem, ſi adhibeas roſaceam, nihil efficies, quia aqua roſacea non habet rationem nec appellationem aquæ naturalis, & aliis exemplis num. 19 regulam iſtam materiæ, & formæ, & vnioni communem eſse probauimus, eamque vt rectam admiſimus: quoniam etſi nomen non eſt de ratione materiæ ſacramentalis, eius tamen mutatio ſignum eſt optimum eſsentialis materiæ deſtructæ, ſicut etiam retentio, retentæ.

25\. Varia cõtrà illam regulã exempla. Sed obiicies. Aqua ad ignem calefacta, non retinet nomen aquæ naturalis, ſed violentæ: aqua verò permiſtione aliquâ roſaceæ facta odorifera, non retinet appellationem aquæ naturalis, ſed artificialis: & tamen vtraque retinet eſsentiam materiæ Baptiſmi: Ergo regula illa nominis amiſſi, vel retenti, recta non eſt. E contra verò, aqua modico admiſta vino, ita ſcilicet vt quarta, vel quinta pars eius ſit vinum, vt communiter in Hiſpania ad potum adhibetur, veram retinet eſsentiam aquæ, ſicut aqua ad ignem calefacta, vel per modicæ roſaceæ miſtionem odorifera: nec tamen eſt apta Baptiſmo: Ergo prædicta regula, ſaltem pro ſacramentorum materiis, admitti non debet.

26\. Nihil tamen contra eam eliciunt. Reſpondeo tamen, nihil eſſe cur admittenda non ſit. Cùm enim dicitur debere materiam retinere nomen, non intelligitur debere illud retinere alteri nomini impermiſtum, alioqui nec aqua marina, quoniam aqua ſalſa eſt, & aqua luſtralis, quoniam aqua benedicta eſt, & panis in rotundiſſimam figuram circinatus, quia panis rotundus eſt, non eſſent idonea ſacramentorum materia: ſed intelligitur materia vt apta ſit ſacramento, debere retinere appellationem eius rei, quam Chriſtus vt materiam eſſentialem inſtituit: poteſt autem accidere vt abſolutè retineat illam appellationem, & ſimul adquirat aliam cum ipſa non pugnantem, vt contingit in exemplis priore loco adductis. S. Thom. Q. LX.

27\. Chriſtus enim pro materia eſſentiali Baptiſmi deſtinauit illud, quod abſolutè vocatur aqua, & talis eſt ſola naturalis, vt pluuialis, fluuialis, & marina: quæ vero deſtillatur, aut exſudatur ex roſis ſubiecto igne calefactis, non appellatur aqua ſimpliciter, & abſolute, ſed cum addito roſacea, falleret enim qui ad ſolius panis eſcam potum roſaceæ adhibens, diceret ſe pane, & aquâ ieiunare. Aqua vero fontalis, fluuialis, aut marina, ſiue ſit calida, ſiue frigida, ſiue etiam exiguæ artificiali admiſta, ſimpliciter & abſolutè vocatur aqua, ideoque Baptiſmo idonea materia eſt.

28\. Oppoſitum reor contingere in aqua illa cui quarta, vel quinta vini pars admiſta eſt: nam etſi retineat ſpeciem, ſiue eſſentiam aquæ, non tamen retinet appellationem, quod eſt argumentum non eſſe talem, qualem Chriſtus inſtituit pro materia eſſentiali Baptiſmi. Non enim dicimus, mutato nomine mutatam eſſe ſpeciem rei phyſicam, ſed materiam, quam vt eſſentialem Chriſtus inſtituit. Liquor enim ex vuis recens expreſſus materia eſt idonea conſecrationi ſanguinis; ſi tamen intra vuas rurſus rediret, non mutata ſpecie phyſica, mutaret nomen, eſſetque interim conſecrationi ſanguinis ineptus.

29\. Valet etiam ea regula pro materiæ quantitate & qualitate. Itaque regula illa communis optima eſt, quoad materiæ eſſentiam; & ad illam exigenda eſt eiuſdem materiæ quantitas, & qualitas: nam etſi reſpectu ſpeciei phyſicæ non cenſeatur quantitas, aut qualitas eſſe eſſentialis, tamen reſpectu eſſentiæ, vel materiæ ſacramentalis, aliqua magnitudo ſeu quantitas, & qualitas eſſentiales ſunt, illæ ſcilicet, quæ requiruntur ad hoc, vt res à Chriſto inſtituta pro materia eſſentiali retineat rationem & appellationem talis rei. Exempli gratia, materiam Baptiſmi proximam & eſſentialem, Chriſtus eſſe voluit ablutionem: ſi tantum aquæ guttulas aſpergillo in turbam baptizandorum proiicias, non baptizabis, quia illa nec eſt, nec dici poteſt ablutio.

30\. Similiter ſi magnam aquæ quantitatem, etiam fluuium, aut mare, extremo tantum digito baptizandi attingas, Baptiſmum non conferes; quia tali admotione ad aquam non poteris illum dici abluiſſe. Ex aduerſo autem, ſi bonam aquæ portionem notabili parti corporis, infundas valide baptizabis; itemque ſi aquam adhibeas igne calefactam, aut niue frigefactam Quia propriè dicêris abluere, lauare, nam qualitates illæ id non impediunt.

SECTIO III.

De mutationibus propriis formæ.

31\. FOrma ſacramenti mutari poteſt, vel cum animo inducendi ritum, aut errorem, aut hæreſim, vel ſine eiuſmodi animo: & de vtraque mutatione ſigillatim à nobis diſſerendum.

§. I.

Digitized by Google

S. Thom. Q. LX.

§. I.

Mutationes circa formam ſine animo inducendi nouum ritum, aut errorem.

32. Idiomatis mutatio nũquam eſſentialis.

PRima eſt mutatio idiomatis. Et hæc poteſt eſſe totalis aut partialis. Totalis quidem vt ſi Latinus in latio totam formam Græcè pronunciet. Hæc mutatio nunquam eſt eſſentialis: quia ſenſum integrum ſeruat. Confirmatur, quia Chriſtus vel Hebraicâ, vel Syriacâ lingua, vel ex ambabus miſtâ locutus eſt; & proinde eâdem linguâ formas ſacramentorum Eccleſiam docuit: hæc autem diuerſiſſimo idiomate ſacramenta conficit. Proinde ſacramentum valebit, quolibet idiomate fiat, etiam ignorato ab ipſo miniſtro, dum tamen habeat animum faciendi quod vera facit Eccleſia, quia verè adhibet quod Chriſtus vt eſſentiale inſtituit. Quòd verò ipſe verborum ſenſum non calleat, non magis impedit valorem ſacramenti, quam quòd ignoret propriam eius ſacramenti eſſentiam, finem, aut effectum.

33. Partialis autem erit iſta mutatio, ſi formam afferat miniſter idiomate miſto ex vocabulis diuerſarum linguarum. Et neque hæc mutatio eſt eſſentialis. Tum quia retinet eſſentialem ſenſum; Tum etiam quia ſatis in vſu eſt ſermonem ea varietate contexere, & in ipſa Latina Baptiſmi forma exemplo eſt verbum *baptizo*, quod non Latinum, ſed Græcum eſt: & in forma Confirmationis nomen chriſma, quod etiam eſt omnino Græcum, & fortaſſe in forma ordinationis Sacerdotis nomen *miſſa*, quod multorum opinione non Latinum eſt, ſed Hebraicum.

34. Interdum & accidentalis, interdũ non.

Videbitur ſine dubio varietas idiomatis in forma eſſe mutatio accidentalis. Sed diſtinctione opus eſt: Si enim fiat à miniſtro perito, vel apud Latinos linguæ Latinæ, vel apud Græcos Græcæ, erit mutatio accidentalis: quoniam ex lege Eccleſiaſtica tenetur peritus miniſter Latinus Latinè, & Græcus Græcè formam proferre: cum autem ſacramento negatur id quod aliqua lege ipſi accidentaliter debetur, mutatio fit accidentalis; vt ſect. 5. declaratum eſt. Si vero varietas iſta ſermonis fiat à miniſtro, vel ignaro idiomatis, in quo ſolet forma proferri, vel non valente formam in eo idiomate pronunciare, vel ob iſtam, aut ſimiles cauſas habente præceptum in alia lingua pronunciandi formam, tunc non fiet accidentalis mutatio, quia fiet quod ſacramento debetur. Et quidem obſtetricibus iure præcipi ſolet, vt Baptiſmi formam non niſi vulgari ſermone proferant.

35. Subrogatio diuerſarum vocũ eiuſdẽ idiomatis.

Secunda mutatio fit, ſubſtitutio diuerſarum vocum eiuſdem idiomatis. Quod multipliciter fieri poteſt: Primo in voces ſynonymas, hoc eſt idem expreſsè ſignificantes; eritque mutatio accidentalis, *vt in nomine Parentis, & Nati, & Spiritus almi.* Secundò in voces non ſynonymas; & erit eſſentialis, vt *in nomine Trinitatis*, vel vt multi volunt, *in nomine Genitoris, Geniti, & ſpirati.* Tertio in voces æquiuocas, ſeu quæ in communi vſu duplicem ſenſum habere poſſunt: in quo euentu ſi ex circumſtantiis, aut intentione miniſtri determinetur ad ſenſum ſacramentalem, erit accidentalis mutatio; ſin minus, erit eſſentialis: Prioris exemplum ſit, *in nomine parentis*, ſi parentis nomine intelligas patrem, & non matrem; alterius exemplum erit, ſi matrem intelligas.

Synonymarũ eſt mutatio accidentalis; aliarum eſſentialis.

36. Etiam æquiuocarum, niſi circunſtãtiæ determinent ſenſum eſſentialem.

Quartò in voces corruptas, & deprauatas, malè inflexas, male ordinatas, aut pronunciatas ob ignorantiam idiomatis, aut impedimentum linguæ: & tunc idem erit ferendum iudicium, quod ferimus de mutatione in voces æquiuocas. Obſeruandum quippe erit, an in cõmuni ſenſu, & vſu tollatur eſſentialis ſignificatio, vel non: ſi tollatur, non fiet ſacramentum; ſi non tollatur fiet. Addo communiter non tolli, vt in his formis, *Hoc eſt corpus meum*, vel *corpus mei*, vel *corpus meus*: conſtat enim ſic loquentem non deficere mutatione ſignificationis, ſed ignoratione idiomatis.

Quid de corruptis, & malè inflexis.

Quinto ſi mutetur vnus verbi modus in alterum, vt indicatiuus in optatiuum: & hæc interdum erit eſſentialis, vt *Vtinam te abſoluam à peccatis tuis*: aufertur enim ſenſus formæ iudicialis. Interdum autem erit accidentalis, vt *ſis abſolutus à me*: retinetur enim forma, & ſenſus ſententiæ iudicialis: ſic valide baptizat Græcus miniſter dicens, *Baptizetur ſeruus Chriſti*, &c.

Mutatio modi verbalis interdum eſſentialis.

Interdũ accidentalis.

37. Verborum tranſpoſitio accidentalis eſt.

Tertia mutatio eſt, tranſpoſitio eorundem verborum, ex. gr. *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti te baptizo*, & in Euchariſtiæ conſecratione, *Hoc meum eſt corpus, Meus eſt hic ſanguis.* Quia in re verum eſt commune axioma ſumptum, ex Ariſtotele lib. 2. de Interpretatione cap. 1. circa finem, *Verba tranſpoſita non mutant ſenſum*; atque adeo mutatio hæc, ſi meram contineat verborum tranſpoſitionem, accidentalis erit. Non abs re dico, ſi meram contineat verborum tranſpoſitionem, ſiue vt ita loquar, tranſlocationem; nam ex iſta ſequi poteſt nexus aliquis, vel conſenſus eiuſdem verbi cum alio, cui ſine tranſlocatione non nectebatur, & ſic omnino reddere mutationem non modo eſſentialem, ſed etiam blaſphemã, vt in Extrema-vnctione ſi quis diceret, *Quidquid per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam deliquiſti, dimittat tibi Dominus per viſum.*

Poteſt cedere in eſſentialem.

38. Additio poteſt eſſe eſſentialis mutatio, & accidentalis.

Quarta ſit, additio. Quæ poteſt eſſe eſſentialis, & poteſt eſſe accidentalis: vt ſi dicas, *In nomine Patris omnipotentis, & Filij ſapientis, & Spiritus ſancti volentis.* Si enim hæc epitheta ſumas vt propria perſonarum, quibus adiunguntur, induces mutationem eſſentialem; ſi vt appropriata, accidentalem: nam in priori euentu, non verum Patrem, nec verum filium, nec verum Spiritum ſanctum indicabis, ſed alios merè fictitios: in altero autem veros. Illam vero, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & B. Virginis Mariæ*, quidam cenſent eſſe eſſentialem, quia ſermo ille ſignificat autoritatem B. Virginis, ſicut etiam diuinarum perſonarum. Alij cum ſancto Thom. art. 4. cenſent, eſſe dubiam: quia ſi miniſter intendat conferre baptiſmum in poteſtate & autoritate Deiparæ, ſicut diuinarum perſonarum, erit eſſentialis mutatio: ſi vero ſolùm intendat implorare auxilium, vel patrocinium B. Virginis, erit accidentalis.

Duo eius ſi exempla.

39. Mihi propenſus eſt animus, vt communiter cenſeam eſſe accidentalem, quia communiter miniſter non videtur aliud intendere niſi patrocinium SS. Deiparæ, non autem illam diuinis

Digitized by Google

diuinis perſonis autoritate vel poteſtate æquare. Vel enim eſt doctus; & iſte, ſi Catholicus eſt, talem errorem non habet, & ita communiter pium illum reddet ſenſum poſtulati patrocinij: ſi vero ſit indoctus, procedit ſimpliciter, & abſolutè intendit facere quod facit Eccleſia; quæ B. Virginem non vt gratiæ autorem, vel effectricem, ſed vt impetratricem implorat.

40. Detractio poteſt eſſe eſſentialis vel accidentalis. Quinta mutatio eſt detractio. Erit autem eſſentialis ſi quod detrahitur ſit eſſentiale, vt ſi omittatur in Baptiſmo nomen alicuius ex diuinis perſonis, vel in conſecratione pronomen *hoc*, aut *hic*: accidentalis autem erit ſi quod aufertur, non ſit eſſentiale; vt *baptizo te*, &c. omiſſo pronomine *Ego*: vel ſi ex aliqua dictione detrahas vnam literam, qua detracta, iuxta regionis morem idem permanet ſenſus, vt ſi Caſtellanus dicat *Hoc es corpus meum*. Ex hoc principio deducitur, in Extrema vnctione non fore mutationem eſſentialem ſi quis dicat, *Per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quidquid peccaſti per viſum, auditum, odoratum, guſtum, tactum, inceſſum, & libidinis ardorem*. Indidem mihi videor inferre, non eſſe mutationem eſſentialem, ſi quis dicat, *Accipite & manducate, Hoc enim corpus meum, Accipite & bibite ex eo nunc; Hic enim calix ſanguinis mei*, omiſſo ſcilicet vtrobique verbo, *eſt*. Quoniam in Latino ſermone vſitatiſſimum eſt, eiuſmodi verbum non exprimi, ſed ſubintelligi, & eundem retineri ſenſum, ac ſi exprimeretur.

41. Mutatio ite verborum in alia ſigna. Sexta denique mutatio ſit, verborum in alia ſigna, vt in nutus, & ſcripturam. Hæc mutatio in matrimonio non eſt eſſentialis, eſt autem in formis aliorum ſacramentorum, quod ſupra oſtenſum eſt. Conſultò autem dixi, eſſentialem eſſe in aliorum ſacramentorum formis; nam in materia, vel quaſi materia pœnitentiæ non eſt eſſentialis: poteſt enim quis peccata ſua ſacerdoti præſenti aperire per ſcripturam aut etiam per nutus, & ſic validum recipere ſacramentum. Cæteræ mutationes, quas aliqui pro formis adducunt, vel in his includuntur, vel formarum propriæ non ſunt.

§. II.

Mutationes formæ cum animo inducendi nouum ritum, aut errorem.

41. IN cap. *Retulerunt* de conſec. diſt. 4. cum nouiſſet Zacharias Papa, miniſtrum quendam his verbis vſum pro Baptiſmi forma: *Ego te baptizo in nomine Patria, & Filia, & Spiritu ſancta*, & Baptiſmum ab eius Epiſcopo nullum eſſe iudicatum, ita ad illum ſcripſit: *Sed ſanctiſſime Pater, ſi ille, qui baptizauit, non errorem introducens, aut hæreſim, ſed pro ſola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam, vt ſupra fati ſumus baptizans dixiſſet, non poſſumus conſentire vt denuo baptizetur.* Hæc Pontificia

Hæc difficultas communis eſt formæ cum materia & vnione.

reſponſio anſam præbuit Doctoribus inquirendi, quando mutatio formæ cum animo inducendi errorem, aut hæreſim, eſſentialis ſit, & quando accidentalis. Quæ ſane quæſtio parem habet locum in materia, imo etiam in vnione, vt poſtea attingam: quia tamen à Doctoribus de ſola forma diſcutitur: de hac ſola ex profeſſo à nobis diſcutietur.

Prima ſententia eſt irritum reddi ſacramentum, quoties miniſter addit formæ aliquid ſuperfluum, putans ſine tali addito ſacramentum confici non poſſe; ſiue cum eiuſmodi addito conſtet veritas formæ, ſiue non. Ita S. Antonius, Richardus Aliacenſis, & Adrianus apud Vaſquez diſp. 129. num. 83. Probatur primo ex dicto cap. *Retulerunt*: Pontifex enim cenſet formam iſtam. *Te baptizo in nomine Patria, & Filia, & Spiritu ſancta*, fuiſſe validam, ſi miniſter non intendebat hæreſim, aut errorem: Ergo à contrario ſenſu, ſi intendiſſet, inualida fuiſſet: ſed qui aliquid addit formæ, exiſtimans neceſſarium ad ſacramenti valorem, illud formæ addit intendens errorem, aut hæreſim: Ergo non efficit validum ſacramentum. Secundò ex S. Thoma art. 8. dicente; eum qui mutat verba formæ cum animo inducendi nouum ritum in Eccleſiam, non videri conferre valide ſacramentum. Tertiò ratione qua S. Thomas nititur: quoniam is qui formam cum tali animo variat, non videtur habere intentionem faciendi quod facit Eccleſia. 43. Additio formæ quaſi neceſſaria ad ſacramentũ.

Falſam reor hanc ſententiam. Primo quia poteſt quis addere aliquid formæ, iudicans eſſe ſimpliciter neceſſarium ad ſacramenti valorem, & tamen conſeruare in ipſa forma ſenſum eſſentialem, & habere intentionem faciendi quod inſtituit Chriſtus, ac proinde quod vera facit Eccleſia: nam neque illa exiſtimatio tollit propriam eſſentialium verborum ſignificationem; nec miniſtri ſeriam intentionem faciendi quod Chriſtus inſtituit, cum neutra enim iſtarum illa opponitur. 44. Non iſtum impedit.

Secundò quoniam Eccleſia Latina non baptizat eos, qui à Græcis baptizantur hac formula, *Baptizetur ſeruus Chriſti in nomine Patris*, &c. quantumuis Græcus miniſter hunc ritum exiſtimet eſſentialem. Nec item cenſet Eccleſia Latina, inualide conſecrare Græcos in hunc modum, *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur*, licet exiſtimantes, vt nonnulli referunt, hæc poſtrema verba eſſentialia eſſe. 45.

Tertiò argumentor: quia ſi additio circa formam facta cum animo inducendi errorem, aut ritum nouum, aut Eccleſiam corrigendi, inualidaret ſacramentum; æquè illud inualidaret additio circa materiam cum ſimili intentione, vt patebit conſideranti: Sed eiuſmodi additio ad materiam non inualidat ſacramentum: nam Græci ad legitimam Euchariſtiæ materiam, quæ eſt panis adhibent fermentationem, cum animo ritum iſtum introducendi, & fortaſſe plures illorum exiſtimant, ſine iſto ritu non fieri ſacramentum, & tamen verè conſecrant: Ergo idem eſt in forma. 46.

G Confirma

47. Nec oppoſitum indicat Zacharias Papa.

Confirmatur aſſertio deſtructione fundamentorum oppoſitæ. Pontifex enim veriſſimè dixit: miniſtrum illum validè baptizaſſe in nomine Patria; & Filia, & Spiritu ſancta ſine animo inducendi errorem aut hæreſim: quia tali abſente animo, ſuſpicio eſſe non poterat, defuiſſe intentionem faciendi quod facit Eccleſia; & aliunde verba in communi æſtimatione reddebant ſenſum, quem intendit Eccleſia; proinde non erat, cur ſacramentum exiſtimaretur inualidum. Rectè itaque cenſuit Pontifex validum illum baptiſmum, ſi non adfuit animus inducendi hæreſim; non quòd hic ſufficiat ad irritandum ſacramentum: ſed quoniam in eo, qui ſic mutaſſet formam, occaſio fuiſſet ſuſpicandi eum ſubſtantialiter mutaſſe formam, intelligendo ſcilicet nominibus Patria, Filia, & Spiritu ſancta fœminas aliquas, ſiue Deas ad quas ſignandas ea verba ſunt idonea: & poſita miniſtri intentione eas ſolas ſignificaſſent.

48. Ita rectè diceres, *Petrus dans ſpirituale pro temporali, non incurrit pœnas ſimoniaci, ſi non peccanit*: quia ſi peccaſſet, quacunque venditione ſpiritualis pro temporali, pœnas illas incurriſſet, ſed quia ſine peccato illas incurrere non potuit. Eſt autem exemplum appoſitiſſimum: nam ſi peccaſſet, & venditionem externam ſub illis pœnis prohibitam exercuiſſet, illas incurriſſet; ita ergo dictus miniſter, ſi habuiſſet animum perſuadendi errorem plurium Dearum, & hoc animo verba illa protuliſſet, annullaſſet ſacramentum, quia non perſonas diuinas, ſed fictitias ſignificaſſet. Conſpiraſſent enim eximiè animus internus & verba externa ad illam prauam ſignificationem: ſicut in Petro animus Simoniacus, & venditio externa ad vnam Simoniacam actionem.

49. Nec item S. Thomas.

Nec magis noſtræ ſententiæ refragatur ſanctus Thomas adductus, nam nec abſolutè dicit, eiuſmodi miniſtrum non conficere, ſed non videri conficere verum ſacramentum: nec ait, non habere ſed non videri habere intentionem faciendi quod facit Eccleſia. Quare facultatem tribuit oppoſitum aſſerendi: quia oppoſitum videtur, vt ex dictis conſtat, & ſtatim confirmabitur: & in hoc recentiores omnes conſpirant.

50. Mutatio tolerata, vel non tolerata ab Eccleſia.

Secunda ſententia, ſi ſeruata ſignificatione eſſentiali faciat aliquis mutationem ab Eccleſia toleratam, conſtare ſacramentum: non vero ſi mutationem efficiat ab Eccleſia non toleratam. Ita Sotus in 4. diſtinct. 1. quæſt. 1. artic. 8. Longe ante medium, nempe in §. *Ad hoc autem.* Vbi ait Græcos validè baptizare hac forma, *Baptizetur ſeruus Christi*, &c. Et valide conſecrare in fermentato, dum illos ritus Eccleſia tolerat, ſi autem non eos toleraret, inualidos fore. Citatur etiam à Vaſquez in 4. diſt. 3. quæſt. vnica art 5. ſed ibi doctrinam iſtam non habet. Ratione Sotus eam probat, quia quando miniſter mutationem efficit ab Eccleſia toleratam, habere poteſt intentionem faciendi quod facit Eccleſia: non verò quando mutationem efficit ab Eccleſia non toleratam.

51. Hanc etiam ſententiam arbitror falſam. Quia ſacramentum tali adhibito ritu validum eſſe, aut inualidum, ex eo pendet, & petitur, quod ſeruetur vel non ſeruetur eſſentialis ſignificatio, & ſufficiens intentio: Poteſt autem Eccleſia ritum aliquem non tolerare, licet ſeruetur eſſentialis ſignificatio, & ſufficiens intentio: Ergo formæ valor, aut nullitas non inde colligi debent, quod ab Eccleſia toleretur, aut non toleretur. Maior & illatio ſunt manifeſtæ: Minor probatur, quia poſſet Eccleſia grauiſſimè prohibere, & minimè tolerare, quòd aliquis baptizaret *in nomine Patris omnipotentis, & Filij ſapientis, & Spiritus ſanctis conſolatoris*, etiamſi notum eſſet, hæc epitheta non illis attribui, vt propria, ſed vt appropriata: imo de facto id prohibet, quatenus ipſo vſu & conſuetudine obtinuit, vt eiuſmodi epitheta non adhibeantur, nec dubito quin Parochus illa adhibens, grauiter ab Epiſcopo puniretur.

S. Thom. Q. LX. Non validat vel inualidat ſacramentũ.

Hanc ſecundam ſententiam etiam reiiciunt recentiores, imo ipſius autor Sotus, mihi videtur à ſeipſo diſceſſiſſe: quippe qui in tertia & quarta concluſione dixerat, ſi per formæ mutationem non auferatur debitus ſenſus, non auferri ſacramenti veritatem. 52. Quod vel Sotus ipſe inſinuat.

Tertia ſententia eſt quorundam Recentiorum in hunc modum pronunciantium: ſi miniſter dum formam immutat, intendat nouum ritum inducere in totam Eccleſiam, efficiet mutationem eſſentialem, & ſacramentum nullum; ſi verò nouum ritum intendat inducere ſolum in Eccleſiam aliquam particularem, efficiet mutationem accidentalem, & ſacramentum verum. Quoniam in priori euentu, cum toti aduerſetur Eccleſiæ, nequit habere intentionem faciendi quod facit Eccleſia: poteſt autem in altero euentu, cum non oppugnet intentione ſua Eccleſiam vniuerſalem. 53. Mutatio cũ animo inducendi eam in Eccleſiam vniuerſalem; aut particularem.

Neque ſententia iſta vera eſt: quod probatur ſimul à priori, & deſtructione fundamenti in quo fundatur. Etenim ſiue miniſter intendat nouum ritum immittere in Eccleſiam vniuerſalem, ſiue in particularem, poteſt habere intentionem faciendi, quod Chriſtus fecit & faciendum inſtituit, & quod vera facit Eccleſia, quæcunque, aut vbicunque illa ſit: ſed ſimul cum nouo ritu poteſt adhibere veram materiam, & veram ſiue eſſentialem formam: Ergo intentio introducendi nouum ritum etiam in Eccleſiam totam, non efficiet mutationem eſſentialem, nec officiet valori ſacramenti. Accedit quòd hæc regula ſolùm loquitur de animo inducendi nouum ritum: nouus autem ritus magnam habet latitudinem: poteſt enim eſſe parui momenti, vt pronunciare formam cantu, vel multo lentius, quam ſoleat: poteſt etiam eſſe ſummi momenti, vt ſi ponatur aliquid in forma profectum ex interiori hæreſi: Et de hoc & ſimili euentu non loquitur hæc regula: proinde diminuta eſt. 54. Non oſtẽdit ſacramentũ inualidum aut validum.

Quarta ſententia eſt, intentionem inducendi ritum, aut errorem, non obſtare valori ſacramenti, ſi relinquat in forma ſenſum ſacramentalem eſſentialem, & miniſter habeat intentionem præſtandi quod Chriſtus præſtandum inſtituit, & proinde 55. Intentio inducẽdi ritũ, non obſtat: ſi adſit ſẽſus eſſentialis, & intẽtio imitandi veram Eccleſiam.

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX. proinde quod vera præſtat Eccleſia quæcunque tandem, aut vbicunque illa ſit. Ita Paludanus in 4. diſt. 3. quæſt. 1. num. 15. Vaſquez diſput. 129. c. 6. & 7. Lugus diſp. 2. ſect. 6. n. 116. & proximè ſequentibus, & communiter Recẽtiores. Hanc regulam abſolutè approbo: ſed claritatis ergo triplici concluſione declarandam cenſeo.

56. *Secus intentio erroris contrarij veritati formæ cum verbis eum determinate indicantibus.*

Dico primò. Si miniſter mutet formam intendens errorem veritati formæ contrarium, & forma prout ab ipſo mutatur, determinata ſit iuxta communem vſum ad illum errorem ſignificandum, eſſentialem efficiet mutationem, ſeu ſacramentum nullum. Exempli gratia, ſi miniſter Arianus, ad ſuam ſignificandam hæreſim, baptizet in nomine Patris maioris, & filij minoris, &c. Ratio eſt, quia tunc forma non habebit ſignificationem eſſentialem: ſed ſine hac non ſtat ſacramenti valor: Ergo &c. Maior claret: nam verba quæ deſtinauit Chriſtus ex. gr. ad baptiſmum, ſunt verba ſignificantia tres perſonas verè, ſeu reipſa diuinas: Illa verba, quæ tunc Arianus proferret, non ſignificarent perſonas diuinas veras, ſed fictitias: nam perſonæ diuinæ ſunt æquales, illa verò verba planè ſignificarent perſonas inæquales: nam & animus eſſet eas ſignificandi, & verba iuxta communem vſum eas ſignificarent: Ergo nullus eſſet baptiſmus.

57. *Nec obſtat generalis intẽtio faciẽdi quod Eccleſia.*

Occurres: haberet miniſter intentionem faciendi quod Chriſtus inſtituit, & quod vera facit Eccleſia: Ergo hæc intentio generalis præualeret contra peculiarem ipſius errorem: & efficeret vt verba illa non ſignificarent perſonas diuinas fictitias, ſed veras. Nego conſequentiam, quoniam aduerſus illam intentionem ſtarent & internus error credendi perſonas fictas, & animus eas ſignificandi per formam externam, & forma externa iuxta communem vſum determinata ad eas ſignificandas: alioqui dicere poſſes, eum qui baptizaret *in nomine omnipotentis, & ſapientis, & conſolantis*, validè baptizatum, quia ſuppleret illa generalis intentio defectum ſignificationis verborum, quod nullus admittet: ſi autem defectus ille per intentionem dictam nequit ſuppleri: ergo neque iſta ſignificatio verborum poterit illa intentione ligari, vel impediri. Et ratio à priori eſt, quoniam intentio faciendi quod facit Eccleſia, eſt intentio ſignificandi veras diuinas perſonas: quare intentio iſta chimærica eſſet in illo Ariano miniſtro, quia pugnaret cum ipſo manifeſte, ſicut intentio emittendi votum eſſet chimærica in illo, qui ſimul haberet expreſſum animum non ſe obligandi.

Eſt enim intentio hæc chimerica, ſeu repugnans.

58. *Sin vtatur verbis non determinatè indicantibus eum errorẽ.*

Dico ſecundo. Si miniſter formam immutet, intendens errorem veritati formæ contrarium, forma vero prout ab ipſo mutatur, ſimpliciter apta ſit iuxta communem vſum ad illum errorem ſignificandum, mutationem efficiet eſſentialem, vel ſaltem dubiam, ac proinde ſacramentum nullum, aut ſaltem dubium. Ex. gr. ſi miniſter hæreticè exiſtimaret omnipotentiam reipſa competere ſoli Patri, ſapientiam ſoli filio, munus conſolandi ſoli Spiritui ſancto, & hoc ſignificare volens baptizaret in nomine Patris omnipotentis, & Filij ſapientis, & Spiritus ſancti conſolantis.

Erit mutatio ſaltẽ dubia.

Hanc aſſertionem ſtatuo contra Lugum & quoſdam alios aſſerentes, miniſtrum in euentu iſtius exempli validè baptizaturum: quia commune eſt apud Catholicos illa epitheta accipere non vt propria perſonarum, quibus applicantur, ſed ſolum vt ipſis appropriata. Probo tamen aſſertionem: quoniam ex vna parte miniſter crederet & vellet fictas eiuſmodi ſignificare perſonas; ex alia verbis vteretur ad eas ſignificandas iuxta communem vſum idoneis: Ergo vel ſimpliciter ſignificaret perſonas fictas, vel ſaltem dubium eſſet, veraſne, an fictas ſignificaret. 59.

Confirmo, quia ſi ego vtar verbis, quæ iuxta communem vſum apta ſunt reddere duos diuerſos, aut etiam contrarios ſenſus, in vtrouis ſenſu illis vtar, non mentiar, etſi ſciam eſſe accipienda in oppoſito: ratio verò, cur non mentiar, eſt, quoniam hoc ipſo quòd illa iuxta communem vſum capacia ſunt iſtius ſenſûs, dum illa in hoc ſenſu accipio, propriè cenſeor iſtum illis dare; ac proinde ſigna proponere talis, vel talis rei, quantumuis ſciam oppoſito modo capienda: Ergo miniſter, qui ex animo ſignificandi ſuam hæreſim, verbis vtitur ex ſe, & iuxta communem vſum aptis ad eam ſignificandam, illam reipſa ſignificat, & conſequenter inducit mutationem eſſentialem, quæ ſacramenti valorem impediat: vel certè dubium eſt an illam ſignificet, ac proinde an mutationem efficiat eſſentialem, & ſacramentum nullum. 60.

Et hanc doctrinam mihi videtur innuiſſe Zacharias Pontifex num. 42. relatus, dum reſpondit, baptizatum *in nomine Patria, & Filia, & Spiritu ſancta*, non eſſe rebaptizandum, ſi miniſter ea mutatione non intendebat errorem: quaſi diceret, ſi miniſter errorem intendiſſet, fore illum rebaptizandum; quia certum, vel ſaltem dubium fuiſſet, an tunc errorem ſuum illâ verborum mutatione ſufficienter ſignificaſſet, ac proinde ſignificationi eſſentiali locum non reliquiſſet. Ex quo ſimul argumentor, & Aduerſariis occurro. Nam ſi quando Pater dicitur omnipotens, & Filius ſapiens, & Spiritus ſanctus conſolator, communiter intelligitur ita dici appropriatè: pariter dum dicitur *in nomine Patria, & Filia, & Spiritu ſancta*, intelligitur non ſignificari perſonas fictas, vel Deas, ſed veras & ipſiſſimas diuinas perſonas: At hoc non obſtante, quia verba hæc apta ſunt ad ſignificandas Deas, Baptiſmus ex intentione Deas ſignificandi per verba illa collatus, iterandus eſſet, vel quaſi nullus, vel quaſi dubius: Ergo etiam collatus *in nomine Patris omnipotentis, & Filij ſapientis, & Spiritus ſancti conſolantis*, ex animo ſignificandi eiuſmodi attributa, non vt appropriata, ſed vt propria, iterandus eſſet vt nullus, vel ſaltem vt dubius. 61.

Dico tertiò, ſi miniſter ſeruato eſſentiali ſenſu formam immutet aliquo additamento, exiſtimans, ſine ipſo non poſſe ſacramentum fieri, mutatio hæc erit accidentalis, & ſacramento non officiens. Quia verba tamdiu componunt validum ſacramentum, quamdiu cum materia legitima ſacramentalem accipiunt ſigni- 62. *Mutatio ſeruans eſſentialem ſenſum, accidentalis eſt.*

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

ficationem : ſed ſolus miniſtri error ritualis, nempe exiſtimatio quòd ſine tali additamento nihil fiat, v. gr. ſi rectè de perſonis diuinis ſentiens, perſuadeat ſibi neminem validè baptizari, niſi in nomine *Patris omnipotentis*, & *Filij ſapientis*, & *Spiritus ſancti Paracliti*; talis inquam perſuaſio non tollit verum ſenſum verborum; ac proinde non impedit ſignificationem ſacramentalem: Ergo nec ſacramenti valorem.

Etſi cenſeatur ſacramento neceſſaria.

63. Confirmatur, quia alioqui Græcus miniſter vtens hac forma, *Baptizetur ſeruus Chriſti*, &c. & credens hunc ritum eſſe eſſentialem, inualidè baptizaret: & Græcus ſacerdos adhibens ad Euchariſtiam panem fermentatum pro materia, & pro forma dicens, *Hoc eſt enim corpus meum, quod pro vobis tradetur*, mutationem eſſentialem efficeret, quod omnium Doctorum conſenſione eſt falſum.

64. At oppones: Qui cenſet, verba quæ ipſe addit, eſſe eſſentialia, non vult ſine illis conficere ſacramentum: Ergo iis additis nihil facit. Patet conſequentia, quia ante illa addita, ſacramentum facere non vult; & per illa ſacramentum facere non poteſt. Diſtinguo antecedens, non vult conficere ſacramentum ſine illis verbis prolatis, concedo; ſine illis concurrentibus, nego. Cum enim ille intendat ſacramentum conficere, & ideo ſolùm illa verba adiungat, quia cenſet abſque illis non faciendum ſacramentum, incredibile ſanè eſt, eum habere hunc actum, *Si hæc verba non concurrant, nolo validum ſacramentum efficere.* Si tamen ille ita deſiperet, ſacramentum efficeret nullum, non quidem vitio mutatæ formæ ſed defectu intentionis, vt quiuis cernet.

Nec enim ſine illa concurrente non vult facere ſacramentū.

SECTIO IV.

De mutatione circa vniones partium materiæ & formæ, & iſtarum inter ſe.

65. CErtum eſt, materiæ partes inter ſe ipſas, debere eſſe aliquo modo coniunctas: quia alioqui neque illæ materiam vnam, neque iſtæ formam vnam conſtituerent, cum ex partibus, & rebus, re ipſa diſtinctis, & re ipſa multis, non aliter poſſit vna exiſtere, quam per vnionem: per phyſicam quidem vnionem vna phyſice, per moralem verò vnionem vna moraliter. Prius autem explanabimus vniones partium materiæ inter ſe ipſas, & partium formæ inter ſe ipſas, quia priores ſunt vnione materiæ, & formæ inter ſe ipſas.

Materiæ partes inter ſe, certo requirunt vnionem.

66. In ſacramentis tranſeuntibus vnio partium materiæ partim eſt phyſica, vel quæ in ſcholis vt plurimum cenſetur phyſica, nempe inter partes proportionales, aut inter indiuiſibilia entis ſucceſſiui, vt Ablutionis, Vnctionis &c. & de hac non eſt curandum, quia certum eſt, naturaliter deeſſe non poſſe. Partim eſt vnio, moralis, vt inter partes eiuſdem entis aliquotas (vt vocant) ſeu certæ magnitudinis, v. gr. inter duas partes æquales, in quas diuidi poteſt ablutio ad Baptiſmum neceſſaria. Hæc igitur vnio, ſi moralis eſſe deſinat, mutationem efficiet eſſentialem, & ſacramentum irritum. Rarò tamen, aut nunquam id eueniet; quia partes actionis eſſentialiter requiſitæ rarò diſtrahentur inter ſe, v. g. partes eiuſdem ablutionis: hæc enim, & aliæ id genus plerumque fiunt vno velut impetu in tanta quantitate, quæ pro materia ſufficiat.

Partim phyſicam, quæ deeſſe nequit.

Partim moralem, quæ rarò deficit.

Quòd ſi primo fieret in tam exigua quantitate, quæ non ſufficeret, & interiecto tantùm tempore dimidiæ ſalutationis Angelicæ, pars altera adhiberetur, eſſet quidem mutatio accidentalis, ſed non eſſentialis. Partes materiæ Matrimonij, quæ in mea ſententia ſunt interni conſenſus vtriuſque contrahentis, maiorem patiuntur diſiunctionem, quia ſequuntur naturam contractus: ſemper tamen moraliter ſunt ſimul, quia traditionis conſenſus v.gr. ſemel declaratus, moraliter manet, donec reuocetur. 67.

Si tamen deficeret, ſacramentum annullaret.

Proprium eſt ſacramenti permanentis, vt vnio partium materiæ tam remotæ, quam proximæ, phyſica eſſe debeat, nempe inter partes panis inter ſe ipſas, & inter partes vini inter ſe ipſas, quæ ſunt materia remota: & inter partes ſpecierum panis inter ſe ipſas, & inter partes ſpecierum vini inter ſe ipſas, ſicut etiam inter partes corporis Chriſti inter ſe ipſas; & ſanguinis Chriſti inter ſe ipſas: imo (vt ego probabilius cenſeo) etiam inter ſpecies panis & vini cum Chriſti ſubſtantia; quæ omnia conflant vnam materiam proximam. 68.

Sacramentū permanens materiam remotam, & proximā poſcit phyſicè continuā.

Similiter vnio partium formæ debet eſſe phyſica, vel quæ cenſetur phyſica, propria nempe entis ſucceſſiui, quæ quidem vnio naturaliter deeſſe non poteſt in partibus formæ, ſicut in partibus materiæ nuper aiebam. Inter partes autem formæ, quæ vocantur aliquotæ, & ad ſacramentum ſunt eſſentialiter requiſitæ, requiritur eſſentialiter vnio moralis. Hæc vero variari poteſt vel per ceſſationem locutionis, vt ſi probato vno, vel altero verbo ceſſes loqui, & poſtea formam perficias: vel per interpoſitionem aliorum, verborum, vel actionum: vt ſi prolatis his verbis, *Ego te baptizo*, alloquaris aſtantes, & poſt alloquium pergas dicens, *In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti*: vel ſi tuſſias, aut expuas, aut ſilentium indicas. 69.

Formæ partes inter ſe certò requirunt vnionē phyſicam quæ raro deeſt.

Et moralem quæ deeſſe poteſt.

Hæc vero mutatio erit eſſentialis, ſi tanta ſit interruptio verborum, vt proſecutio non cenſeatur efficere vnum moraliter cum verbis præcedentibus: & erit mutatio accidentalis, ſi moraliter vnum conſtituat; & ita contingeret in pleriſque exemplis appoſitis, niſi alloquium cum aſtantibus, longiuſculum eſſet. Non eſt autem dubitandum (vt formam aliquam interruptionis exhibeam) quin validè baptizaret, qui tumultuantibus, vt ſolent, circum baptiſterium pueris, ſic efferret formam, *Ego te baptizo* (Heus pueri ſilete, tuque Æditue abi pulſatum campanam) *In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.* Eſſet tamen mutatio accidentalis, etſi abſque neceſſitate vlla fieret, culpam venialem ſecum afferret, quoniam in re tam graui quandam habet indecentiam, & minorem reuerentiam, quam par ſit. 70.

Si multū interrūpatur, erit mutatio eſſentialis: ſi parum, accidentalis.

Materiam, & formam vnius, eiuſdemque ſacramenti debere inter ſe eſſe coniunctas; optimè ſignificauit ſanctus Auguſtinus tractat. 80. in Ioann. verbis illis, *Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum*: tenetque 71.

Materia & forma vnionem exigūt inter ſeipſas.

Doctorum

Digitized by Google

Doctorum omnium conſenſus: & perſuadet apertiſſima ratio. Nam ex materia & forma conſurgit vnum ſacramentum, vnum compoſitum, vnum ſignum, vna cauſa, ſiue vnum inſtrumentum: Atqui ſine materiæ & formæ coniunctione nihil tale ex ipſis poteſt conſurgere: Debent igitur eſſe inter ſe coniunctæ. Confirmatur, quia materia non conſtituet ſacramentum, niſi actuata per formam: Atqui per formam non actuabitur, niſi coniunctam: Ergo.

72. Dices: Ex victoria, quæ nondum eſt, & ex ipſius deſiderio conſurgit vnum deſideratum; & victoria ſe habet vt materia, & deſiderium ſe habet vt forma: Sed hoc totum reperitur quin victoria & deſiderium vniantur, aut ſimultatem, vel coniunctionem habeant: Ergo idem eſſe poſſet de ſacramento. Nego conſequentiam; quia non requirimus vnionem materiæ & formæ ſacramentorum ad id præcisè, vt conſtituant vnum denominatiuum, quale eſt concupitum, viſum, amatum; ſed ad hoc, vt conſtituant vnum ſacramentum in recto, vnum ſignum materiale in recto, vnam in recto cauſam, vnum inſtrumentum: huius enim partes omnino debent aliquam realem habere coniunctionem. Si enim ſyllabæ componentes hoc nomen *Antonius*, non habeant inter ſe coniunctionem, non exiſtet hoc nomen *Antonius*, quia non exiſtet illud, quod eſt nomen in recto, ſiue ſubiectum ſignificationis nominalis: Ergo ſimiliter ſi non coëxiſtant materia & forma ſacramenti, non coexiſtet ſacramentum, quia non coëxiſtet illud, quod eſt in recto ſignum, ſacramentum, ſeu ſubiectum ſacramentalis ſignificationis.

73. Vnio materiæ cum ſacramentali formâ quadruplex.

Cæterùm vnio materiæ & formæ in ſacramentis, cùm non debeat eſſe phyſica, ſed moralis, quadruplex oſtendi poteſt. Prima ſit vnio temporalis; quæ licet phyſica eſſe poſſit, ita ſcilicet vt ſimul in eodem phyſico tempore reperiantur materia & forma, tamen in ſacramentis tranſeuntibus moralis ſufficit. Itaque Baptiſmus ex gr. validus erit quamuis poſt factam ablutionem pronuncientur verba, aut è conuerſo, cum exigua diſtantia vnius ab altero, ſicut de partibus eiuſdem formæ num. 70. diximus. Si tamen intercederet multum temporis, ita ſcilicet vt moraliter non cenſeretur vna actio, mutatio eſſentialis eſſet, & Baptiſmus nullus. Si autem in matrimonio materia & forma plus aliquid admittunt diſtantiæ, quam in aliis ſacramentis, nunquam tantam admittunt, quæ tollat præſentiam moralem. Solùm in hoc ab aliis differunt, quòd cum ſequantur naturam contractus, cum maiori diſtantia phyſica retinebunt ſimultatem moralem, quatenus ſcilicet conſenſus in matrimonium ſemel elicitus, permanere cenſetur moraliter donec retractetur.

Temporalis, quæ moralis ſufficit.

74. Dolorem tempore abſolutionis non ſemper exigi præſentem, inconſequenter dictum.

Hinc obiter elicio, validè, & inconſequenter dixiſſe Petrum Ledeſmam, & Ioannem à Cruce, quos approbat Antoninus Diana Reſol. Moral. Parte 3. Reſol. 116. eum qui ſolùm affert ad confeſſionem peccata, de quibus iam rite confeſſus, & abſolutus fuit, etiam ſi doloris actum non continuauerit, non teneri nouum elicere. Inconſequenter inquam loquuntur, quoniam ipſi cenſent, dolorem eſſe veram, & propriam ſacramenti partem, & materiam proximam: Ergo debet adeſſe moraliter dum ponitur forma.

S. Thom. Q. LX.

75. Dicunt, iam adeſſe virtualiter primum illum dolorem, hoc ipſo quod adeſt Confeſſio de ſolis iis peccatis, de quibus ille conceptus fuit. Sed contra, quia materia ſacramenti non eſt dolor exiſtens moraliter virtualiter, ſed moraliter verè. Contrà rurſus, quoniam identitas peccati, & eius confeſſio repetita, ſunt actus entitatiuè naturales, dolorque entitatiuè ſupernaturalis: Ergo non iſtum continent virtualiter. Tertiò quia alioquin idem omnino dicendum eſſet de illo, qui ante menſem elicuit dolorem de peccato mortali, quod ſolum hodie ad confeſſionem adducit, nempe quamuis eum dolorem non continuauerit, non teneri nunc nouum concipere. Sed hæc in Tractatu de illo ſacramento vrgebimus.

76. Materia remota deſtruenda per ſacram. tranſiens nō debet huic eſſe præſens neceſſariò.

Proprium eſt materiæ remotæ per ſacramenta tranſeuntia deſtruendæ, vt non neceſſariò debeat eſſe præſens, etiam moraliter, nimirum reatus culpæ, aut pœnæ, qui per Baptiſmum, Pœnitentiam, & Vnctionem tolluntur: nam fieri poteſt, vt interuentu Contritionis, & operum pœnalium iam antea ſublati fuerint. E contra verò proprium eſt materiæ remotæ per ſacramentum permanens, ſiue Euchariſticum deſtruendæ, vt immediatè ante confectionem ſacramenti phyſicè exiſtat, nimirum panis & vinum. Vtrum autem in ſententia negante, aquam immediatè tranſire in Chriſti ſanguinem, in iſtam conuerteretur illa pars vini, in quam poſt inceptam conſecrationis formam aqua fuiſſet conuerſa, diſſeremus cùm de Euchariſtia Diſp. 28.

Deſtruenda per ſacramētum permanens debet eius confectionē proximè anteire.

77. Localis vnio quæ requiratur.

Secunda Vnio materiæ ſacramentalis cum forma debet eſſe localis, ſcilicet vt ambæ exhibeantur in eodem loco; qui nempe ſit idem reſpectu adminiſtrantis, & recipientis. Etenim ſi quis exiſtens Matriti baptizandum ablueret, & ambo per vim, ſeu diuinam, ſeu dæmoniacam breuiſſimo tempore transferrentur in Cæſaraugustam, poſſet hîc forma pronunciari, & conſtaret Baptiſmus. Præſentia verò miniſtri ad ſubiectum, moralis eſſe debet; & ſufficit, vt ſi ex hoc ſuggeſtu aliquem ex aſtantibus abſoluerem.

78. Vnio materiæ & formæ in eodē ſuſceptore ſacramenti.

Tertia Vnio materiæ & formæ ſacramentorum eſt cum eodem ſubiecto, ſeu receptore ſacramenti. Nam ſi Petrum abluas, & ad Ioannem dirigas formam, dicens, *Ego te baptizo*, &c. & mendacium proferes, & ſacramentum nullum efficies. Neque in hoc vlla eſt exceptio, etiam in ipſo matrimonio: quia tametſi conſenſus expreſſus, quando contractus per procuratorem initus, videatur dirigi ad procuratorem, hoc eſt valde materialiter, & tanquam ad vicarium; formaliter enim dirigitur ad principalem.

79. Vnio earum in eodem miniſtro.

Quarta Vnio, vel quaſi vnio, poſſet hic excogitari, conſiſtens ſcilicet in eo, vt ab eodem, qui exhibet materiam, pronuncietur forma. Quod in quinque ſacramentis Baptiſmo, Confirmatione, Ordinatione, Vnctione, & Matrimonio, prorſus requiritur. Nam ſi vnus abluat, & alter dicat, *Ego te baptizo*, &c. nihil efficiet. Vel enim *τὸ baptizo* ſignificat ſolum actum abluendi, vel aggregatū ex actu abluendi, & proferendi formā:

Digitized by Google

vtroque, modo, qui formam proferret, mentiretur vt conſtat, falſamque redderet formam, & proinde nullam. Sed quid ſi moribundo infanti necdum baptizato adeſſent dumtaxat Petrus impeditus manu, ſed expeditus lingua, & Ioannes mutus, ſed expeditus manu? An, vel qua ratione ei ſubuenire poſſent, in Tractatu de Baptiſmo fuſiùs examinabimus, & modum infanti ſubueniendi forte non improbabilem proponemus.

80. In duobus aliis ſacramentis, Euchariſtiâ nempe, & Pœnitentia, longè alia quoad hoc eſt, & multiplex ratio. Euchariſtia enim nec poſtulat, nec recuſat, vt qui verbalem formam exhibeat, præbeat, aut apponat materiam remotam, nimirum panem & vinum: quamuis proximam partialem, nempe Chriſtum ipſe per illa verba conſtituat. In Pœnitentia illud eſt ſingulare, quod neque materiam remotam, vt peccata, neque proximam, vt eſſe cenſetur dolor, confeſſio, & ſatisfactio, non debeant, nec poſſint validè exhiberi à proferente formam: quoniam illud eſt accuſatoris, ac teſtis; & in hoc ſacramento, rei; iſtud iudicis.

SECTIO V.

Quænam ſit culpa mutationem in ſacramentis efficere.

81. QVæſtio hæc moralis, quæ prima in hoc opere occurrit, intelligi, & exerceri poteſt, ac debet, de mutatione eſſentiali, & accidentali, & de vtralibet earum vel certa, vel dubia, vel probabili; rurſuſque de vtralibet, aut omnino voluntaria, & libera, aut ex aliqua neceſſitate, vel metu, ſaltem extrinſecus illato, profecta.

§. I.

Peccatum mutationis eſſentialis, & eſſentialis.

82. Mutatio eſſentialis deliberata, ſēper eſt culpa grauis cōtra religionem.

DIco primò. Facere mutationem eſſentialem cum plena aduertentia, ſemper eſt culpa grauis contra religionem. Ratio multorum & fere communis eſt; quia miniſter talem efficiendo mutationem impedit ſacramentum: Ergo infert ipſi grauem iniuriam, ſiue irreuerentiam. Sed obiici poteſt, non enti nullam iniuriam aut irreuerentiam fieri: ſed quando mutatio eſt eſſentialis, ſacramentum non eſt: Ergo nulla fit ei irreuerentia, aut iniuria.

83. Communis ratio reiicitur.

Propter hanc rationem videtur, non dici tunc irreuerentiam fieri ſacramento propriè, ſed ſacramēti inſtitutori, ſcilicet Chriſto: ſicut vterque coniux, ſi conſpirent ad impediendam animationem fœtus, non faciunt iniuriam infanti, vtpote non enti: faciunt tamen iniuriam, vel naturæ humanæ, vel reipublicæ: nam ſicut hæc inſtituit embryonem in ordine ad ſobolem, ita Chriſtus inſtituit ablutionem in ordine ad ſacramentum baptiſmi: proinde ſicut embryonem priuare introductione formæ rationalis, & pro iſta inducere aliam oppoſitam & homini conſtituendo ineptam, eſt iniurioſum naturæ humanæ, vel Reipublicæ: ſic ablutionem priuare introductione veræ formæ Baptiſmalis, & pro ipſa inducere aliam oppoſitam, & ſacramento ineptam, erit iniurioſum Chriſto, vt ſacramentorum inſtitutori in diuinum cultum, ac proinde erit contra virtutem Religionis.

Sed occurrit obiectio. Nam præciſè impedire animationem embryonis humani ſemper 84.
eſt peccatum mortale: Ergo poſitâ materia, vel parte eſſentiali ſacramenti, ſemper erit peccatum mortale impedire, vel non adhibere formam eſſentialem. Proinde poſitâ Confeſſione peccatorum cum debito dolore, & omnibus eſſentialiter requiſitis ex parte Pœnitentis, ſemper tenebitur Confeſſarius ſub graui peccato formam abſolutionis adhibere. Oppoſitum tamen quotidie cernimus in Confeſſariis ſapientiſſimis, & egregie piis: qui pœnitentem ſcrupuloſum, ſi culpas aperiat mere veniales, ſed vere culpas, & ſacramento ſufficientes, frequenter dimittant ſine abſolutione. Atqui ſi ſacramentum dimidiare intrinſecè malum eſſet, non honeſtaretur vtilitate pœnitentis, ſic nempe facilius euaſuri ſcrupulorum ſcopulos, & anguſtias: nam & ab his poteſt aliter extrahi; & quamuis non poſſet, non eſſet malum eas illi permittere, præſertim non intrinſecè malas, ne fieret ſacramenti dimidiatio, quæ intrinſecè mala eſt.

Embryonis oppreſſio cur ſemper culpabilis.

Nec ſatisfacies ſi nobiſcum aſſeras, contritionem & Confeſſionem non eſſe partes ſacramento intrinſecas, ſed conditiones neceſſariſſimè prævias: Tum quia ſententia contraria communior eſt; & ab eius aſſertoribus eximiè doctis, ac piis, ſolet, vt diximus, ſcrupuloſis iam rite confeſſis abſolutio denegari: Tum etiam quia in aliis ſacramentis nimis eſſet rigidum peccati mortalis damnare miniſtrum, qui poſitâ materia in aliquo euentu, non adhiberet formam, vt iam exponam. 85.

86. Mutatio eſſentialis non ideo irreligioſa, quia ſacramenti impeditiua.

Dico ergo ſecundo. Ratio cur facere mutationem eſſentialem ſemper ſit graue peccatum contra virtutem Religionis, non eſt quia poſita parte ſacramento inſtituendo idonea, ſcilicet impeditur ſacramentum. Poteſt enim id ſæpius fieri licitè; & iuxta communis ſententiæ receptam praxim & vſum, laudabiliter fit, & fieri debet, propter ſpiritalem ſubiecti curationem, ac profectum; vt exemplum numeri præcedentis oſtendit. Præterea miniſter, qui puerum in inſula deſerta ſibi relictum baptizare intendens, iam abluiſſet: & finita ablutione recordaretur ſe eſſe in peccato mortali, & exiſtimaret ad contritionem procurandam, & eliciendam requiri longum tempus, quo tranſacto præcedens ablutio moraliter non eſſet præſens; ſanè ſi infans non ægrotaret, nec interim moriturus eſſet, teneretur à prolatione formæ tunc abſtinere, & habita contritione nouam ablutionem facere, & formam proferre: quippe qui ſubiecto non noceret ſpiritualiter, & ipſe ſui ſpiritûs grauiſſimum damnum effugeret.

87. Diſcrimen embryonis oppreſſi, & ſacramenti dimidiati.

Accedit, quòd materia ſacramenti, v. gr. ablutio, non ita ſe habet cum ſacramento, ſicut embryo humanus cum humanâ prole. Nam ille embryo ſe ſolo, & natura ſua tendit ad ſobolem iſtam: ablutio verò ſe ſola non tendit ad Baptiſmum: embryo enim continet totam materiam, & diſpoſitionem formæ rationalis; ablutio vero nec eſt, nec habebat totam

Digitized by Google

tam materiam formæ ſacramentalis: embryo ſe ſolo nullatenus eſt indifferens ad formam rationalem; ablutio ſe ſola plus eſt quam indifferens ad formam ſacramentalem, cum ad illam non habeat aptitudinem naturalem, ſed obedientialem. Quæ diuerſitas non habet locum in confectione Euchariſtiæ: nam conſecratio hoſtiæ, & eſt ſacratiſſima, & pars ſacrificij, & proinde poſtulat conpartem, quæ ſit cõſecratio calicis. An verò locum habeat in ſacramentis, quæ fiunt interuentu materiæ ad id ſolum conſecratæ, vt Confirmatio, Vnctio, & aliqua Ordinatio; numero 90. breuiter expedietur.

88. Quid in matrimonio. In matrimonio nulla quoad hanc partem eſt difficultas: Tum quia non celebratur interuentu materiæ ad id conſecratæ: Tum etiam & præcipuè, quia ſacramentum iſtud fundatur in contractu merè humano, & naturali, cui iam integrè poſito, & non aliter, vult Chriſtus aduenire rationem ſacramenti: contractum verò mere naturalem & poſitiuum ex vna parte inchoari, & ex altera non perfici, non eſt culpa grauis. Eſſet vero talis, poſito integro contractu politico inter Chriſtianos impedire, vel procurare per contrariam intentionem ne conficeretur ſacramentum: quoniam id eſſet repugnare Chriſti inſtitutioni, & voluntati.

89. Eius poſitâ materia poteſt ſine peccato omitti forma. At, inquies: ſicut Chriſti voluntas & inſtitutio non eſt, vt matrimonij ſacramentum conſurgat, poſito tantum conſenſu legitimo vnius, ſed adiuncto etiam alterius; pari ratione Chriſti voluntas & inſtitutio non eſt vt ſacramentalis ratio baptiſmi cõſurgat poſita ſolâ ablutione, vel ſolâ formâ verbali, ſed ambabus: neque vt Confirmationis ſacramenti ratio detur poſitâ Chriſmatione ſolâ, vel ſolâ verbali formâ, ſed ambabus: Ergo ſicut per ſe nullum eſt peccatum contra religionem poſito vnius conſenſu in matrimonium non poni alterum; ſed poſitis ambabus intendere, vt non fiat ſacramentum: Eadem ratione non erit cõtra religionem poſitâ alterâ parte illorum ſacramentorum non apponere alteram: erit tamen ambabus poſitis procurare, vt non accedat ſacramentalis ſignificatio, ſicque impediatur ſacramentum: proinde poſitâ cuiuſque ſacramenti materiâ non erit contra religionem non adiungere formam & poſitâ formâ non adiungere materiam: Eſto, poſſit eſſe contra charitatem, ſi nimirum priuetur ſubiectum tanto animæ bono; vel etiam contra iuſtitiam, ſi miniſter ex hac teneatur ſacramentum adminiſtrare.

Ergo & quoduis aliud ſacr. dimidiari.

90. Neganda tamen illatio, & cur. Reſpondeo, nullam eſſe conſequentiam quia tametſi Chriſti voluntas non eſt, vt conſurgat ſacramentum niſi poſitâ materiâ, & formâ, & ambarum morali vnione: tamen materia, vel forma, vel ambæ moraliter vnitæ in aliis ſacramentis à matrimonio diſtinctis, ante aduentum ſacramentalis ſignificationis, vel etiam ante coniunctionem ambarum, iam habet aliquid ſupernaturale, quod per ſe tendit ad conſtitutionem ſacramenti, verbi gratia in Baptiſmo verba *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, & in aliis tam res quam verba: nam res ſunt conſecratæ ad ſacramenti confectionem, nempe Chriſma, oleum & calix, & patena, & manus epiſcopales: confeſſio quoque ſecreta, & confeſſario facta per ſe tendit ad ſacramenti confectionem. Quapropter ſaltem ex voluntate Eccleſiæ, per conſuetudinem ſufficientiſſimè declaratã, fit, vt poſita ſacramenti materiâ non ponere formam, aut è conuerſo, niſi rationabilis cauſa, vel neceſſitas excuſet, per ſe ſit illicitum, & contra religionem; Eccleſiæ ſcilicet conſuetudine ponente id in materia neceſſariâ religionis. Aliud eſt vrgente neceſſitate vel metu, vt dicemus num. 108.

S. THOM. Q. LX.

91. Ratio, cur mutatio eſſentialis, ſemper ſit irreligioſitas. Dico hinc Tertiò: Facere mutationem eſſentialem ideo ſemper eſt mortale contra religionem, quia contra voluntatem, & inſtitutionem Chriſti, qui diuinum ſacramentorum cultum inſtituit in his rebus & verbis, & proinde iſtorum eſſentialis mutatio eſt deſtructio diuini cultus, quem Chriſtus Eccleſiæ princeps inſtituit; cumque ſit in materia graui, non poteſt culpa non eſſe grauis contra religionem. Præterea quia non ſolum eſt deſtructio, vel impeditio legitimi cultus diuini per Chriſtum inſtituti, ſed etiam introductio vel vſurpatio contrarij; proinde grauis culpa contra eandem virtutem religionis.

92. Sæpe eſt grauis contra charitatem, itemque cõtra iuſtitiã. Dico Quartò. Mutatio eſſentialis, frequenter etiam erit peccatum graue contra charitatem; nec raro contra iuſtitiam. Eſt vtraq; pars communis, & facilis: Prior, quoniam autor mutationis eſſentialis cum ſacramentum inualidum efficiat, priuat ſuſceptorem fructu, & effectu gratiæ ſacramentalis: & quidem ſi ſuſceptor ſit in graui periculo animæ, cum magna charitatis offenſione deſeritur à miniſtro quippe qui poſſit, ſi velit, eũ liberare per verũ ſacramẽtum, & non liberat. Quod ſi ſuſceptor in periculo ſit damnationis æternæ, ſanè miniſtri peccatum contrà charitatem erit grauiſſimum ratione damni irreparabilis, vt claret. Poſterior pars etiam eſt facilis, nam quiſquis ex officio ſacramenta miniſtrat, vt Parochus, ex iuſtitia tenetur miniſtrare ſacramenta vera: proinde quoties hæc obligatio vrgeret, vt in die baptiſmi & paſchatis, in articulo vel periculo mortis, imo quoties intra annum propriæ oues iuſtè ab illo ſacramenta petũt, contra iuſtitiam delinquet, ſi pro veris ſacramentis falſa illis præbeat.

93. Mutatio accid. interdũ eſt grauis contra religionem. Iam verò mutationem accidentalem facere, interdum erit contra religionem mortale. Vt ſi omittatur in baptiſmo magna pars ceremoniarum, quas Eccleſia præſcribit; aut in conſecratione calicis ea pars *noui & æterni teſtamenti*: vel ſi quis inter Latinos latinè celebrãs, formam conſecrationis Græco, vel Hiſpano ſermone conciperet. Interdum erit peccatum contra religionem veniale. Nempe ſi mutatio ratione leuitatis materiæ non afferat grauem irreuerentiam, aut indecentiam: vt ſi ex ceremoniis baptiſmi ſcienter omittat parochus vnam aut alteram: & ſacerdos in Miſſa partem aliquam exiguam Canonis, vt octo, vel decem nomina Sanctorum: cur enim hæc non ſit materia leuis? Interdum accidentalis mutatio peccatum erit graue contra iuſtitiam. Si parochus nimirum cunctas baptiſmi ceremonias omittat: tenetur enim ex iuſtitia illas adhibere, ſuntque illæ omnes ſimul materia grauis. Rarius erit peccatum iſtud graue contra charitatem, niſi ratione ſcandali. Quoniam ex mutatione accidentali nunquã per ſe redundabit aliud graue damnum in ſacramenti ſuſceptorem, vt ſatis conſtat.

Digitized by Google

S. THOM. Q.LX.v.

§. II.

Culpa mutationis dubiæ, & probabilis.

94. Quæ mutatio dicatur dubia, quæ probabilis.

DVbiam mutationem dicimus illam, de qua miniſter dubitat, non quidem an ſit mutatio, ſed an ſit mutatio eſſentialis, an vero duntaxat accidentalis: ideo ſcilicet, quia vel pro neutra parte rationem aliquam habet; vel pro ambabus habet rationes paris omnino ponderis, & proinde ipſum in neutram determinant, aut inclinant magis, ſed ſuſpenſum relinquunt. Probabilem autem vocamus eam mutationem, quam probabiliter iudicat nō eſſentialem, ſed ſolum accidentalem; ductus ſcilicet aliqua ratione, vel autoritate non leui, quare mentem illius hanc in partem flectit, ac determinat.

95. Dubia & nō neceſſaria, ſemper eſt grauis irreligioſitas.

Prima concluſio. Mutationem dubiam abſque neceſſitate efficere, ſemper eſt peccatum graue contra religionem. Probari ſolet, quia pro libito ſacramentum exponere periculo nullitatis, eſt inferre illi grauem irreuerentiam. Cæterùm hanc rationem num. 83. propterea reiecimus, quòd non enti nulla ſit iniuria, vel irreuerentia; ideo, ſic poſſumus in præſens arguere: Vel in hoc euentu dubiæ mutationis validum ſit ſacramentum, vel inualidum: ſi inualidum, nulla ſit iniuria, vel irreuerentia ſacramento, vtpote non enti: ſi validum, nec tunc veram patitur iniuriam, aut irreuerentiam, nam iſta fieret, quando res & verba applicarentur, hoc eſt prius natura, quam adeſſet ſignificatio ſacramentalis, & per conſequens prius natura, quam ſacramentum exiſteret: iniuria vero, vel irreuerentia nulli fieri valet prius natura, quam exiſtat: multoque minus per actiones quæ tendunt ad exiſtentiam ei tribuendam.

Sed nō præciſè contrà ſacramentū.

96. Occurres, quia dum tales actiones perfectè ponuntur, id eſt, in illo phyſico inſtanti, quo perficiuntur, ſeu complentur, ſacramentum exiſtit reipſa, ſiue à parte rei: Sed actiones eiuſmodi ſunt irreligioſæ: Ergo contra illud ſacramentum. Neganda eſt tamen illatio: quia tametſi ſacramentum phyſicè, & à parte rei tunc exiſtat, exiſtit tamen poſteriùs natura, quàm actiones illæ: quæ proinde nequeunt eſſe contra rem illam, quam non ſupponunt priùs ſaltem natura exiſtentem. Et ratio eſt, quia prius natura eſt accipere entitatem, & exiſtentiam, quàm accipere iniuriam, aut irreuerentiam; cum iſtæ in illa tanquam in ſubiecto, non hæc in illis ſubiectetur. Conſonantiſſimè ad hanc doctrinam diximus in tract. de Pœnitentia, peccatum indignè recipiendi Baptiſmum eſſe materiam ſacramenti Pœnitentiæ, quoniam eſt poſt Baptiſmum; & eſſe poſt Baptiſmum, quia prius natura eſt Baptiſmum recipi, ſeu recipere eſſe, quam recipi indignè, & iniuriam accipere: quod poſterius ſit formaliſſimè per voluntatem prauam non ſe diſponendi, quæ poſterius natura quam Baptiſmus recipitur, haberque exiſtentiam, talis inquam voluntas exiſtit poſterius natura, & Baptiſmo irreuerentiam affert.

97. Sed quia cōtra cultum à Chriſto præceptum.

His ergo omiſſis, aſſertionis ratio deducenda eſt ex illa ipſa, quam num. 86 produximus, præmiſſa, & certiſſima, ac diuina regula, *Qui amat periculum peribit in illo.* Miniſter enim dubiam efficiens mutationem, exponit ſe periculo violandi legem grauiſſimam à Chriſto latam, & inſtitutionem ab ipſo factam circa diuinum cultum in ſacramentis poſitum. Exponit etiam ſeſe periculo conficiendi, & exhibendi cultum ſuperſtitioſum pro religioſo; vt num. 91. magis explicatum fuit: Ergo liberè, ſeu pro libito mutationem dubiam inducens, grauiter peccat contra Dei cultum, & religionem.

Secunda concluſio. Dubiam pro libito mutationem efficere, ſæpe etiam erit peccatum graue contra charitatem, & ſæpe item contra iuſtitiam. Prior pars eſt clara, quia ſi proximo extremè aut grauiter periclitanti ſubuenire certò poſſum, teneor ad id ex charitate ſub mortali: proinde ſi relicto remedio certo dubium illi applicem, grauiter lædam charitatem. Non minus claret pars altera: nam qui ex officio miniſter eſt ſacramentorum, ex iuſtitia grauiter aſtringitur, dum poteſt, non dubia, ſed certa miniſtrare ſacramenta. Dixi verò, ſi non facit, peccaturum ſæpe grauiter contra charitatem, & ſæpè contra iuſtitiam: quia priuatus ſacerdos, in ſacramento quod pœnitens abſque neceſſitate ſæpius recipit, ſi ſemel efficeret mutationem dubiam, peccaret quidem grauiter contra religionem, non tamen contra iuſtitiam grauiter, cum non ex officio miniſtraret: nec item grauiter contra charitatem, quoniam in tam frequentibus gratiæ augmentis vnum efficere dubium, non cenſetur humano, & morali iudicio graue nocumentum. 98. Sæpe etiam graui contra charitatem. Et ſæpe cōtra iuſtitiā.

Tertia concluſio. Facere pro libito mutationem probabilem, vtendo ſcilicet materia, vel forma probabili, relicta certa, vel probabiliori, ſæpius eſt mortale contra charitatem, & poteſt eſſe veniale. Prior pars oſtenditur, quia ſi proximè circa ſalutem corporalem extremè, aut grauiter periclitanti, grauiter obligor ex charitate naturali certum adhibere remedium, ſaltem ſi abſque magno meo incommodo poſſum; multò magis tenebor ex charitate certum adhibere remedium extremè, aut grauiter periclitanti circa ſalutem animæ: proinde ſi relicto certo remedio ſponte incertum adhibeam, grauiter delinquam aduerſus charitatem, & quidem infuſam, ſiue intrinſecè ſupernaturalem; hæc enim eſt quæ ſupernaturalia bona proximis appetit, præcipit, & procurat. Altera pars conſtat in euentu ſimili ei, quem num. 98. retulimus. Communis enim modus æſtimandi non reputat grauem, iacturam certam vnius augmenti gratiæ inter plurima augmenta: quanto minus reputabit graue damnum, quod eiuſmodi augmentum è certo reddatur probabile. 99. Probabilis ſæpe eſt cōtra charitat. mortalis. Poteſtque eſſe venialis.

Quarta concluſio. Probabilis mutatio ſponte facta, non eſt peccatum graue contra iuſtitiam; ſaltem communiter de facto. Prior aſſertionis pars traditur à Vaſquez 1. 2. diſp. 63. cap. 2. & 3. à Thoma Sanchez tomo 1. in Decalogum lib. 1. cap. 9. num. 33. & à nonnullis aliis Recentiorum. Ratio eſt, quia contra alias virtutes non peccat grauiter ille, qui ſequitur opinionem minus probabilem relicta probabiliori, vel etiam certa; propterea nimirum quòd ſequendo probabilem prudenter agat, & alias ob cauſas, quæ recenſeri ſolent in materia de Conſcientia: Ergo nec aduerſus iuſtitiam peccabit miniſter in caſu concluſionis. 100. Cōmuniter nunc non eſt grauis cōtra iuſtitiam.

Partem

Digitized by Google

101. Partem alteram nempe ſaltem communiter de facto , addidimus eo ferè fine vt priorem magis explicaremus. Ratio enim cur miniſter non peccet mutatione probabili contra iuſtitiam , eſt quia non tenetur ex iuſtitia materiam adhibere certam , aut probabiliorem : quod ſaltem verum eſt communiter , & rebus vt nunc fluentibus ; quia ſcilicet fideles , aut Eccleſia, vel prælati cum miniſtris nō ita paciſcuntur, vt illos ex iuſtitia obligent ad præferendam materiam certam probabiliorem minus probabili: contenta enim eſt Eccleſia, quòd ad id miniſtri ex charitate grauiter obligentur. Quod inde ſufficienter colligitur, quia de illo iuſtitiæ pacto , & obligatione non conſtat : & charitatis obligatio ſufficit ad rectam gubernationem in hac materia mutationum, quæ rariſſimè venit in praxim. Si autem Eccleſia , vel fideles , aut Prælati pactum inirent cum miniſtris de adhibenda ſemper materiâ probabiliori , & certâ; peccarent ſine dubio miniſtri contra iuſtitiam eius pacti tranſgreſſione : & hodie reipſa peccabunt vbi tale pactum interceſſerit.

102. Nec item contra religionem.

Quinta concluſio. Probabilis mutatio nunquam eſt peccatum graue contra religionem; niſi propter poſitiuā prohibitionem Eccleſiæ. Priorem partem propugnant autores proximo numero citati : & rectè probant eâdem illâ ratione , quòd nimirum in materia cæterarum virtutum , non ſit contra illarum honeſtatem ſequi opinionem probabilem, & minus probabilem , ac proinde nec in materia religionis ſit contra religionem. Deinde quia ſi tunc miniſter peccaret grauiter , maximè & & vnicè quia ſe exponeret periculo non miniſtrandi verum ſacramentum: at eiuſmodi ratio nihil vrget ; nam etiam opinionem probabiliorem relictâ minus probabili , & nullâ exiſtente certâ , non vacat eo periculo ; cum fieri poſſit , vt quæ probabilior eſt , ſit à parte rei falſa ; & quæ minus probabilis eſt , ſit à parte rei vera.

103. Niſi ob Eccleſiæ prohibitionem.

Alteram partem , quæ continet limitationē iſtam , *niſi propter Eccleſiæ prohibitionem* , non eſt operoſum oſtendere. Lex enim poſitiua, etiam humana conſtituit rem, quam præcipit, in materia neceſſaria illius virtutis , cuius intuitu illam præcipit ; & conſequenter conſtituit rem , quam prohibet in materia vitij contrarij , & oppoſiti: Ergo ſi Eccleſia vel per legem expreſsè latam , vel per legitimam conſuetudinem præcipiat vt in ſacramentis adhibeantur res , & verba certa (quod me quidem iudice reipſa præcipit , idque intuitu religionis, vt ſanctiſſima quam ſanctiſſime tractētur) ſanè conſtituet poſitionem materiæ , & formæ certæ in materia neceſſaria religionis , & eius omiſſionem , aut contrariam poſitionem in materia ſacrilegij. Videantur Suarez Tomo de legibus lib. 3. cap. 12. num. 19. & Vaſquez 1. 2. Diſp. 98. cap. 2. Atque ex hac aſſertionis parte conſtat , non eſſe opus miniſtros aſtringi ex iuſtitia ad ſacramentum certum incerto, & ad probabilius minus probabili anteponendum, cum ad vtrumque iam obligentur ex charitate , & religione vt ex præmiſſis conſtat.

§ III.

Quid de culpa mutationis ortæ ex neceſſitate vel metu.

HActenus locuti de mutationibus ex mero miniſtri libito profectis : loquimur iam de iis habentibus originem vel ex neceſſitate ſubiecti recepturi ſacramentum , dum non illi poteſt applicari materia , vel forma , vel vnio certa : vel etiam ex metu extrinſecùs incuſſo ad extorquendam applicationem rei non certæ. Porro tam neceſſitas quam metus , poteſt eſſe grauis , vt ſi periclitetur animæ ſalus , aut incutiatur metus corporalis necis : & poteſt eſſe leuis , vt ſi ſolum priuandus ſit ſubditus pro deuotionis affectu , quem ex. gr. frequentiore communione ſentit ; & gratiâ vberiore ſiue intenſiore, quam recipit. Quamuis enim hæc intenſio magnum in ſe ſit bonum ; tamen eius carentia , vel priuatio non reputatur ingens malum in ordine ad directionem actionum ſacrarum & communium. Sic nimirum vt peccatum veniale maius quidem eſt malum omni damno temporali : humano tamen more non tanti æſtimatur , vt propter illud à Confeſſario poſſit imponi pœnitentia corporalis grauis, vt ieiunium, flagellatio, &c. 104.

Metus & neceſſitas grauis, & leuis in præſenti.

Iactura , cuiuſdam intēſionis gratiæ, leuis cenſetur.

Prima Concluſio communiſſima , & certiſſima eſt : Cum quantacumque neceſſitate , vel metu mutationem facere eſſentialem, culpa eſt grauis contra religionem. Quoniam in re grauiſſima pugnat aperto marte cum diuina inſtitutione huius rei in cultum diuinum. Quare nequit honeſtari periculo animæ , præſertim cum ei per eiuſmodi actum non ſubueniatur: nec metu necis ad eum actum extorquendum incuſſo , vtpote intrinſece malum , tanquam diuinæ inſtitutioni palam oppoſitum: proinde grauiter irreligioſum, & ſuperſtitioſum , vt ex §. ſuperiori num. 97. facile colligi poteſt. 105

Mutatio eſſentialis eſt quacumque neceſſitate grauis culpa contra religionem.

Obiicies : Si Petrus ſciat , ſe habere impedimentum dirimens ad contrahendum matrimonium cum Maria ; & aliquis ei necem intentet , niſi cum ipſa contrahat : licitè proferet verba hæc *Volo te in meam* ſine intentione faciendi ſacramentum , & cum efficaci intentione non conſummandi matrimonium : Ergo ſi miniſtro baptiſmi nex impendeat , niſi faciat mutationem eſſentialem , poterit iam licitè facere , ſine intentione quidem efficiendi ſacramentum , & in euentu , quo mors ipſi non intentetur in contemptum Fidei, vel cum periculo ſalutis ſpiritualis in baptizando , vel alterius ſacramenti ſuſceptore. 106.

Fas eſt interdum ficte contrahere matrimoniū.

Nego conſequentiam. Sed quænam eſt diſparitas ? Quidam hanc inſinuant : quòd ratio ſacramenti matrimonij ſupponit totum contractum moralem , & politicum , & in eo iam poſito fundatur : vnde contrahentes primò ac per ſe intendunt contractum moralem, cui non debetur tanta reuerentia , vt in memorato periculo , non poſſit fictè celebrari: baptiſmus autem , aut quodlibet aliud ſacramentum nihil habet ſimile , cum in contractu naturali , vel ſolemnitate politica non fundetur. Sed non video diſcrimen : nam etſi baptiſmi ſacramentum non fundetur in contractu politico , fundatur in aggregato quodam morali & artificiali , & quo ad entitatem naturali 107.

Nunquam tamen mutationem efficere eſſentialem.

rali

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX. v.

tali, nempe ablutionis naturalis, & locutionis humanæ: cui aggregato ſuperuenit ratio ſacramenti, ſeu ſignificatio ſacramētalis; ſicut etiam naturali cōtractui matrimonij ſuperuenit. Cur igitur ob metū grauem licebit cōtractum efficere nullum ſine intentione faciendi contractum idoneum ad ſacramentum matrimonij: & nō licebit efficere iſtud aggregatum, ſine intentione faciendi aggregatum aptum ad ſacramentum baptiſmi?

108. Vera diſcriminis ratio.

Quidquid ergo ſit de antecedente obiectionis, ratio negandi conſequentiam eſt clara: quia dum quærimus, an liceat mutationem in ſacramentis facere, quæſtio eſt de mutatione materiæ, vel formæ, vel vnionis ambarum ſtante intentione faciendi verum ſacramentum. Quæ mutatio non fieret ab illo fictè dicente, ſe velle Mariam in ſuam, cum non haberet animum efficiendi contractum eleuabilem ad rationem ſacramenti matrimonij: nec ille qui propter metum grauem adhiberet formam externam, vel externè idoneam, vel etiam externè in idoneam, ſine intentione tamen conſtituendi ex illa & ablutione aggregatum aptum, ſiue eleuabile ad rationem ſacramenti baptiſmi; dummodo tamen, vt iam præmonui, nec inde crearetur ſubiecto periculum animæ; nec metus incuteretur in Eccleſiæ, vel fidei contemptum, aliudve graue damnum. Vide ſuprà, num. 90.

Fas poteſt eſſe ficte baptizare.

109. Mutatio accidentalis ob graue metū iam grauis, iam leuis.

Secunda Concluſio Mutationem accidentalem efficere cum graui metu, quandoque erit grauis culpa, quandoque nulla. Prior pars conſtat in illo, cui graues minæ intentarentur in Eccleſiæ contemptum, niſi mutationem accidentalem efficeret: teneretur enim potius ſubire mortem, quam parere. Poſterior pars conſtat exceptione, *niſi alicuius æterna ſalus in diſcrimen veniret*; vt ſi puerum morti proximum non permitterêris baptizare, niſi per aquam calidam, idque in Eccleſiæ contemptum: deberes enim conceptâ interius ſanâ intentione ita baptizare, ne puer æternum periret. Imo ſi quiſpiam non in contemptum fidei, vel Eccleſiæ, ſed vt ſuam ſequerêris opinionem, necem tibi eſſet illaturus, niſi baptizares hac formâ, *Ego te baptizo in nomine Patris omnipotentis, & Filij vnigeniti, & Spiritus ſancti per voluntatem procedentis*, etiam ſi puer morti propinquus non eſſet: hanc enim mutationem catholico ſenſu conceptam non deberes vitare cum vitæ diſpendio.

110. Itemque ſi fiat cum leui neceſſitate.

Tertia Concluſio. Mutationem accidentalem facere cum leui neceſſitate, vel metu, nonnumquam erit culpa grauis, nonnumquam leuis, attentâ ſcilicet quantitate mutationis, & collatâ cum quantitate neceſſitatis, aut metus. Non enim excuſabitur à culpa mortali miniſter, ſi prætermittat dimidiam partem ceremoniarum baptiſmi, vel ne amittat lucrum ex comitatu defuncti qui tunc effertur; vel ne indignentur amici à quibus ipſe expectatur. Excuſabitur tamē à mortali, ſi partem aliquam exiguam ob eas cauſas, aut totum aliquam, aut pro mero libito, ſecluſo contemptu, omittat.

111. Dubia, vel probabilis, in extrema neceſſitate, fieri debet.

Quarta Concluſio: Dubiam, aut probabilem efficere mutationem in grauiſſima neceſſitate; cui aliter ſubueniri non poteſt, nullum eſt peccatum, ſed actus virtutis, & debitus. Quia talis neceſſitas irreuerentiam impedit, & obligationem inducit. Eiuſmodi eſſet, ſi puero iam expirante, non haberes aquam, niſi de qua dubitares vtrum naturalis eſſet. Item ſi ſolum ſcires formam, re ipſa dubiam, vel quam exiſtimares dubiam eſſe. Rurſus ſi puerum extremè periclitantem nō poſſes baptizare niſi in digito, quem ſolum ex materno vtero extraxiſſet. Denique ſi poſita ablutione non poſſes proferre formam, niſi tam multo pòſt vt dubitares, an eſſet moralis coniunctio materiæ cum forma, ſufficiens ad ſacramenti valorem.

112. Cum leui neceſſitate vel metu grauis culpa.

Quinta Concluſio. Dubiam, aut probabilem mutationem efficere cum leui neceſſitate, vel metu minus graui ſemper erit mortale peccatum. De duobus indubitatum eſt, quia dubitans exponeret ſe periculo reddendi ſacramentum inualidum, quod periculum non eſt ſubeundum niſi ad occurrendum maiori, quale eſt æternæ ſalutis. De probabili probatur, quia tametſi non iſta ſit contra religionem, niſi accedētē Eccleſiæ præcepto, vt ſupra diximus: tamen abſque graui neceſſitate, vel metu, nequit non eſſe mortalis, ſaltem quoad conſuetudinem, quæ tacita eſt Eccleſiæ lex.

DISPVTATIO VII.

Num Sacramenta nouæ legis conferant gratiam ex opere operato.

SECTIO I. *Titulus exponitur, ac defenditur.*
SECTIO II. *Sacramenta gratiam ex opere operato conferre, autoritate ſuadetur.*
SECTIO III. *Tribus rationibus idem aſtruitur*
SECTIO IV. *Contrariarum argumentationum diſputatione firmatur.*

1. DIſputatione 5. ſectione 1. cum communi ſenſu diſtinximus hæc tria, ſacramentum, Rem ſacramenti, & Rem, ac ſacramentum ſimul; egimuſque hactenus de ſacramento: nunc agere aggredimur de Re ſacramenti, quæ eſt gratia; acturi poſtmodum de Re, & ſacramento ſimul. Poſtulat verò diſputationis titulus explicationem, ac defenſionem: quæ nimirum, & illius deciſionem facilem reddant, & Nouatorum calumniis occurrant.

SECTIO I.

Titulus exponitur, ac defenditur.

2. Caluini calumniæ de ſenſu, Ex opere operato.

TRes huius quæſtionis ſenſus Catholicis imponunt hæretici, fictione videlicet hoſtium, quos infamiâ ferant. Primum Caluinus ita extulit libro 4. Inſtit. cap. 14. §. 16. *Tantum hic quæritur propria ne, & intrinſeca, vt loquuntur virtute, operetur Deus; an externis ſymbolis reſignet vires ſuas.* Cumque poſterioris partis aſſertionem tribuat Catholicis, tria illis imponit monſtroſiſſima. Primum eſt, quòd ſacramenta gratiam conferant nihil efficiente Deo. Si enim Deus per intrinſecam ſuam virtutem, (Prima.)

Digitized by Google

tutem, quæ eſt omnipotentia, non operatur, nihil prorſus operatur, vt vel Philoſophiæ tyronibus eſt notum: cum tamen omnes ferè Catholici contra Durandum affirment, Deum in omnes omnino effectus propriè, phyſicè, & immediatè influere.

3. Secunda. Alterum, quòd imponit, eſt, quod ad gratiam ſacramentalem producendam Deus à ſe omnipotentiam abdicet, & ſacramento cedat, & accommodet. Vires enim actiuæ Deo intrinſecæ non aliæ ſunt quam omnipotentia: quare ſi Deus illas Baptiſmo reſignat, hanc reſignat: quam tamen ceſſionem, ſeu reſignationem, Omnes Catholici nemine dempto cenſent impoſſibilem.

4. Tertia. Tertium quod Orthodoxis Caluinus imponit, eſt, agente Baptiſmo, vel quolibet alio ſacramento, per omnipotentiam ſibi commodatam, & per conſequens omnipotentiâ propriè agente, Deum non agere: cum tamen omnes Catholici profiteantur opera Trinitatis ad extra eſſe indiuiſa, ſiue omnem actionem extra Deum egreſſam, indiuiſibiliter, & indiſcriminatim procedere à tribus deitatis perſonis, propterea quod egrediatur ab omnipotentia tribus illis communi. Quocirca Baptiſmus, & quodcumque aliud ſacramentum, autore & impoſtore Caluino, dicitur à Catholicis in gratiam influere, non ſolùm vt cauſa principalis, ſed etiam prima; nec ſolum prima, ſed etiam nobiliori modo prima, quam Pater æternus, aut quælibet è diuinis perſonis, nempe ſine concurſu alterius ſuppoſiti. Quem ſenſum cum nemo ſenſatus ex verbis Catholicorum educere potuiſſet; inſenſatus homo, ſtultiſſimæ calumniæ cauſa prima, de nihilo ſui cerebri produxit, vt Catholicis infamiam crearet.

5. Lutherus & Caluinus alium ſenſũ imponunt. Alterum quæſtionis ſenſum idem Caluinus, Lutherum ſecutus, finxit eſſe, *Num ſacramenta gratiam conferant ſine fide, aut bono motu cordis, vel diſpoſitione ſuſcipientis.* Verùm cum omnes Catholici fateantur, fidem eſſe ianuam Eccleſiæ, & ſacramentorum; & bonum cordis motum eſſe ſacramento Pœnitentiæ vel partem eſſentialem, vel neceſſariſſimam conditionem; calumnia eſt aſſerere, quòd affirmemus, omnia omnino ſacramenta conferre gratiam non requiſitâ in ſubiecto fide, vel pio cordis affectu: quia nec Pœnitentia pœnitenti, nec Baptiſmus adulto culpam actualem remittit, ſine dolore ſupernaturali, ac proinde non ſine fide, & pio cordis motu. Traxit originem ea calumnia (quantum coniicere poſſum) ex eo quod aſſeramus, Baptiſmum dare gratiam paruulis abſque propria ipſorum diſpoſitione, vel fide. Magnæ tamen inſcitiæ fuit, à particulari ad vniuerſale in materia contingente diſſerere; & à ſacramentis infantium ad ſacramenta adultorum.

6. Tertium iidem confingunt. Tertium ſenſum iidem Hæretici comminiſcuntur eſſe, *Num ſacramenta gratiam tribuant propter meriti dignitatem, quam à miniſtro, vel à ſuſcipiente recipiant.* Sed nimis incautè, & inconſequenter: nam & hic ſenſus in illis verbis *ex opere operato* nec vmbram fundamenti habet; & potius indicatur in verbis oppoſitis, nempe *ex opere operantis*; & inſuper opponitur alteri ſenſui, quem iidem Nouatores numero proximo nobis tribuebant: nec ab aliquo Doctore Catholico fuit (quod ego nouerim) aſſertus, cum omnes doceant, effectum ſacramenti neque ex miniſtri ſanctitate, neque ex ſubiecti merito pendere. S. Thom. Q. LX.

7. Eorum verborum tres ſenſus inter plures Catholicos. Inter Catholicos alij tres ſenſus, falſi quidem, ſed præcedentibus non æquè abſurdi, vel improbabiles circumferuntur. Primus, vtrum ſacramenta gratiam conferant phyſicè, nempe actione phyſica phyſicè ab ipſis manante; non quidem vt ab agentibus naturalibus, aut principalibus, ſed inſtrumentalibus, & ſuper ſuas natiuas vires agentibus. Hunc ſenſum tanquam vnicum approbauit Valẽtia Diſput. 3. quæſt. 3. puncto 1. §. *Primo enim*, vbi, & in loco infra citando ſenſum iſtum, & ſententiam ipſius aſſertoriam, tantùm non aſſerit eſſe fidei dogma. Sed immeritò; quia ſi Scripturarum, Conciliorum, & Patrum locutiones poſtea commemorandas inſpiciamus, poſſunt ſacramenta moraliter dumtaxat conferre gratiam, & tamen conferre ex opere operato: quod neceſſario concedendum eſt ita contingere frequenter, tum in matrimonio contracto ſub conditione de futuro, tum in Baptiſmo reuiuiſcente. Vnde cùm omnes Catholici teneant, omnia ſacramenta producere gratiam ex opere operato, plerique negant producere phyſicè. Primus.

8. Secundus. Alter ſenſus eſſe dicitur, *An ſacramenta dent gratiam virtute operis iam à Chriſto re ipſa exhibiti.* Ita Pelantius, & quidam alij Recentiores; patronumque aduocant ſanctum Thomam quæſt. 62. art. 6. Sed contrà: quia licet Chriſti meritum fuiſſe iam reipſa poſitum, fuerit radix quædam, & magna congruentia, vt ſacramenta Noua gratiam conferant ex opere operato; quæſtionis tamen ſenſus longe alter eſt: nam verba hæc, *ex opere operato*, ſignificant opus aliquod à miniſtris Eccleſiæ de nouo factum, & tunc (ſaltem regulariter) primò poſitum, quando gratia ſacramentalis producitur.

9. Cuius rei duo mihi ſunt argumenta clariſſima: Prius, quòd auxilia ſupernaturalia poſt Chriſti paſſionẽ conferuntur hominibus virtute operis meritorij iam à Chriſto realiter exhibiti, & tamen non dicuntur cauſari ex opere operato. Alterum eſt, quod Eccleſia communiter ita intelligit Concilium Florentinum vt negauerit ſacramenta vetera contuliſſe gratiam ex opere operato; non autem negauerit, contuliſſe ex opere operantis: Atqui vocibus (ex opere operato) ſic intellectis, vt ab Aduerſariis intelliguntur, ineptiſſima fieret Concilij definitio, & vel homine priuato indigna, ſcilicet ſacramenta illa, quæ fuerunt ante Chriſti meritum reipſa poſitum non contuliſſe gratiam propter Chriſti meritum iam tunc re ipſa poſitum. Deinde immerito citant pro ſe S. Thomam: quippe qui ſenſum illum non apponit, ſed ſolùm attingit congruentiam, quam adduxi num. 8.

10. Tertius. Tertius eſt ſenſus, qui refertur à Vaſquez diſp. 131. n. 8. *An ſacramenta gratiam tribuant ex vi operis facti per aliquem diſtinctum ab eo qui gratiam recipit.* Sed reiiciendus: quia ſæpe extra ſacramenta recipimus gratiam auxiliantem virtute operum Chriſti realiter à nobis diſtincti, nec eam recipimus ex opere operato. Item ſi iuſtus obtineat peccatori gratiam prædeſtinationis, non is ex opere operato prædeſtinabitur. Contrà verò in ſacramento Pœnitentiæ magnam partem operis, ſcilicet ſacramenti

Digitized by Google

S. Thom. Q. LX. menti iuxtà communem ſententiam facit ipſe pœnitens, nimirum dolorem, & confeſſionem: & in Matrimonio ſaltem vnam partem ſacramenti facit vnus coniux, & alter alteram. Et in ſacrificio miſſæ ſacerdos Euchariſtiam à ſe ipſo factam ſibi ipſi tribuit: & tamen hi omnes à ſuo quiſque ſacramento gratiam recipiunt ex opere operato. Ad ſummum ergo ſenſus ille eſt aliquibus ſacramentis proprius, & in quibuſdam caſibus, non omnibus communis, quem nunc inquirimus.

11. Verus illorũ verborum ſenſus. Eſt vero quæſtionis ſenſus, *An ſacramenta conferant gratiam ex vi ipſius operis nempe ſacramenti iuxta diuinam inſtitutionem facti atque ſuſcepti non attento merito dantis, vel recipientis.* Ita ſcilicet vt ſacramentum eo modo factum, atque ſuſceptum habeat ſe in ordine ad producendam gratiam, velut cauſa quædam ex neceſſitate naturæ ſuũ producens effectum in ſubiecto apto, & approximato. Itaque opus operatum, non aliud eſt, quam ipſum ſacracramentum non præciſè factum nam Euchariſticum ſacramentum conſecratione eſt integrè factum, & tamen ex vi eius integrè ſacramenti gratia non confertur: ſed eſt opus ipſum & ſacramentum factum, atque ſuſceptum; quæ duo in ſolo Euchariſtico ſeparari poſſunt, non in aliis vtpote conſiſtentibus in actione miniſtri circa ſubiectum; debuit autem explicatio vtrumque exprimere, vt omni ſubiecto conueniret.

12. Addita eſt particula *non attento merito dantis vel recipientis* quia ſæpe contingit, vt ſacramẽta conferens, & recipiens, in illo opere meritum habeant; vt quando iuſtus cum contritione, & peccator cum attritione pœnitentiam obit, ille condignè, iſte congruè gratiam aliquã meretur. Cæterum gratia, quæ ex opere operato illis tribuitur, non tribuitur attento ſubiecti merito, ſed opere ſacramenti iuxta diuinam inſtitutionem facti atque ſuſcepti: quod ideo dictum eſt agere, velut cauſa quædam ex neceſſitate naturæ producens; quia ſolùm requirit ſubiecti aptitudinem, & approximationem à Deo inſtitutam, non meritum ipſius, nec miniſtri.

13. Quapropter cum inſtitutio diuina quandoque nullam requirat ſuſcipientis diſpoſitionem, vt in ſacramentis: quærere vtrum Baptiſmus conferat paruulis gratiam ex opere operato, perinde eſt ac inquirere, num gratiam in illis producat ad eum modum, quo ſolo producit lucem in aëre, nullâ prærequiſitâ diſpoſitione, ſed ſola debitâ applicatione. E contra verò cum diuina inſtitutio in adultis ad Baptiſmum, & reliqua ſacramenta propriam ſubiecti diſpoſitionem requirat; quærere num ſacramenta in adultis producant gratiam ex opere operato, nihil eſt aliud quam veſtigare, num illam producant poſitâ propriâ ipſorum applicatione, & propriâ diſpoſitione, ita vt diſpoſitio non ſit cauſa productiua gratiæ ſacramentalis, nec menſura eiuſdem conferendæ, ſed ſolum mera conditio: ad eum ſcilicet modum, quo iuxta probabilem ſententiam ignis producit formam ſubſtantialem igneam præuiis in ligno diſpoſitionibus requiſitis, nõ vt cauſis præcipuis, nec inſtrumentalibus, ſed vt meris conditionibus.

14 Hunc ſenſum Catholici omnes in ſubſtantia recipiunt, etſi variis explicent modis: ſicut etiam conſentiunt conferri gratiam ex opere operantis idem eſſe, atque conferri ex merito eius, qui operatur, ſiue congruo, ſiue condigno. Sic enim (iuxta Doctorum omnium conſenſum) peccatori contrito gratia confertur ex opere operantis congruo; & eidem homini conſtituto iam in gratia, & theologum actum dilectionis Dei ſuper omnia elicienti augetur gratia ex opere operantis condigno. Itaque tribui gratiam ex opere operato, eſt tribui ex vi operis, non attento merito: tribui autem ex opere operantis, eſt tribui ex vi meriti. Vnde quantitas meriti, vel diſpoſitionis ſubiecti non eſt menſura gratiæ, quam ſacramentum producit, vt magis exponemus Diſp. 20. num. 90.

Opponunt Hæretici locutionem iſtam *ex opere operato* exoticam eſſe, & grammaticæ regulis diſſentaneam, quia participium *operatum* paſſiue accipimus, cum apud Latinos in vſu non ſit niſi actiuè. Cæterum puri iſti grammatici ſuum retinent morem, & exhalant humorem: magis ſolliciti de Priſcianiſmo, quam de Chriſtianiſmo: pluſque erubeſcentes (vt de talibus conqueritur S. Auguſtinus lib. 1. confeſſ. cap. 18.) ſi ſecluſa aſpiratione *pronuntient Ominem*; quam ſi intercluſa reſpiratione *enecent Hominem*. Reiiciant ergo ſanctos quatuor Euangeliſtas, Apoſtolumque Paulum, & pleroſque noui Teſtamenti ſcriptores, quod Grammaticam idiomatis, in quo ſcribunt, ſæpius violent. 15. Hæreticorũ calumniæ grammaticales in ea verba.

16. Refelluntur multipliciter. Nos vero dicimus primò, fas eſſe Chriſtianę Reip. accipere voces prout inſtituto ſuo nouerit aptas: ſicut naturalibus licet Philoſophis etiam nouas inuenire, quales ſunt *formaliter*, *materialiter*, & aliæ plurimæ, quas paſſim cum laude & fructu proferunt. Ipſe etiã Caluinus n. 2. relatus, verbum *reſigno* vſurpat in ſenſu nec Latino, nec ſcholaſtico, ſed imitante quodammodo ſcholaſticum, in quo is qui liberam beneficij ſui diſpoſitionem Pręlato permittit, dicitur beneficium reſignare. Dicimus ſecundò voces iſtas *ex opere operato* aptiſſimas eſſe præſenti inſtituto, quia magnam habent energiam, & perſpicuam oppoſitionem cum altera parte *ex opere operantis*. Dicimus tertio: grauiſſima iam eſſe autoritate firmatas: nam & in vſu Eccleſiæ ſunt ante 500. annos, vt patet ex Innoc. III. lib. 3. de Myſteriis Miſſæ cap. 5. in fine & à Concilio Trident. ſeſſ. 7. can. 8. confirmatæ. Dicimus quartò, quidquid in iis damnatur vocibus, & Latinitatem ſapere, & exemplum grauiſſimũ habere. Præpoſitio enim *ex* Latina, ſicut etiam ἐξ Græca, idẽ aliquando ſignificat ac *propter*, ſeu *per*, ſiue *ex vi*, qua ratione in præſenti accipitur ſicut Ro. 3. v. 20. *Ex operibus legis non iuſtificatur homo*: quo ex fonte manaſſe reor in ſcholas locutionem quam tuemur.

17. Iam vero τὸ *operatum* quod Hæreticos magis pungit paſſiuè accipitur maioris energiæ, & breuitatis ergo: nec ſine exemplo tum Chriſti apud S. Matth. cap. 20. v. 28. dicentis ſe veniſſe non *διακονηθῆναι miniſtrari*, ſed *διακονῆσαι miniſtrare*: quærant autem Nouatores eam in tota Græcia locutionem: tum etiam S. Auguſtini Tract. 27. in Ioannem, vbi de illo qui ſacram ſumit Euchariſtiam, ita ſcribit: *Signum quia manducauit, & bibit, hoc eſt: ſi manet, & manetur*, &c. Vides, ob energiam diſtinctionis, paſſiuum vtrobique ſenſum vocibus nouiter attributum. Addo, noſtro in euentu id fieri

magno

Digitized by Google

magno cum exemplo Latinitatis: hæc enim verbis quibuſdam aliàs deponentibus, in participio præteriti ſignificationem tribuit paſſiuam, vt videre eſt in iſtis *interpretatus, meditatus, conſolatus*, & nonnullis aliis: Cur ergo non licuerit Catholicis id extendere ad participiũ *operatus*, cum tãtis commodis, cum tot exẽplis, cumtam illuſtri ratione? Quod ſi tot epiſtomiis hæretica prauitas nondum oppilat os ſuũ; adiiciam poſſe dictionem *operato* ſumi actiue, & ſenſum iſtum reddere, ſacramenta gratiam cõferunt ex opere gratiam ipſam operato, nimirum ex vi operis, ſeu ſacramenti gratiam ipſam operati: tanquam ſcilicet ipſum ſacramentum, iuxta diuinam inſtitutionem factum, & receptum, gratiam operetur. Hic enim ſenſus, & veriſſimus eſt, & quod ad ſubſtantiam ſpectat, ab omnibus Catholicis vnicè intentus.

SECTIO II.

Sacramenta ex opere operato conferre gratiam, autoritate probatur.

18. Sacramenta dare gratiã ex operato negant Hæretici.

SAcramenta conferre gratiam ex opere operato, etiam in ſenſu iſtarum vocum nuper expoſito, negant Hæretici: ſolum enim dicunt conferre gratiam quatenus excitant fidem; cúmque non ſemper fidem excitent, ideo non conferre gratiam ſemper, ac proinde nec ex opere operato. Si dicamus, conferre ſacramenta gratiam ex opere operato eſt conferre illam ex vi ſacramenti iuxta diuinam inſtitutionem recepti: ſed diuina inſtitutio habet vt recipiatur excitatâ fide: Ergo producent gratiam ex opere operato. Si hoc, inquam, dicamus, reſpondebunt opinor, diuinæ quidem inſtitutionis eſſe, vt ſacramenta non recipiamus licitè, niſi excitatâ fide; non tamen vt non recipiamus validè: itaque poſſe recipi validè, licet fidem non excitent, & proinde neque gratiam tribuant; ideoque non iſtam conferre ex opere operato.

19. Aſſerit fides Catholica I. è S. Scriptura.

Dogma verò catholicum eſt, omnia nouæ legis ſacramenta ex opere operato gratiam cõferre. Probatur primò è ſcripturis ſacris; præſertim dum ſpeciatim agunt de quibuſdam ſacramentis Nouæ legis; nam horum & omnium aliorum eandem eſſe rationem, nullus ignorat. Igitur Matth. 3. v. 11. Marc. 1. v. 7. Luc. 3. v. 16. & Ioan 1. v. 26. dicit Ioannes Baptiſta ſe baptizare in aqua, Chriſtum autem baptizaturum in ſpiritu ſancto, & igne; quod fuit aſſerere, Ioannis baptiſmum ſolum præſtare carnis munditiem externè, vt aquæ propriam; baptiſmum autem Chriſti mundare animam igne gratiæ interno, & Spiritus ſancti proprio: Atqui Ioannis baptiſmus fidem excitabat, cùm induceret ad pœnitentiam, vt liquet ex Matt. 3. v. 7. & Act. 19. v. 3. Ergo baptiſmus Chriſti efficacior eſt baptiſmo Ioannis; nec ſolùm fidem excitat, vt Hæretici volũt, ſed gratiam confert. Et ob hanc ſcilicet cauſam Act. 19. v. 5. baptizat Paulus baptiſmo Chriſti illos, qui iam baptiſmum Ioannis acceperant.

20. Firmatur ex iis locis, vbi iuſtificatio, & remiſſio peccatorum aſcribitur baptiſmo, vt Ioã. 3. v. 5. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua*, & Act. 2. v. 38 *Baptizetur vnuſquiſque veſtrum in remiſſionem peccatorũ*. Epheſ. 5. v. 26. *Mundans eã* (Chriſtus ſcilicet Eccleſiam) *lauacro aquæ in verbo vitæ*. Quod ſi Chriſti baptiſmus gratiam confert ex opere operato, idẽ præſtabunt cætera ſacramenta Chriſti, vt per ſe claret. S. Thom. Q. LX. Pro Euchariſtia Ioã. 6. v. 57. *Qui mãducat me, & ipſe viuet propter me*: & v. *qui manducat hunc panem viuet in æternum*, & ibidẽ alia plurima. Pro ordine, Ioan. 20. v. 23. *Accipite ſpiritum ſanctum*. Pro pœnitentia, quod ſtatim ſequitur, *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis &c.* Pro extrema vnctione, Iacob. 5. v. 15. *oratio fidei alleuiabit infirmum, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.*

21. II. è Conciliis Græcis.

Probatur ſecundo ex Conciliis Græcis. Nicænum 1. lib. 3. circa principium in Diatypoſib. ſub titulo de *ſancto Baptiſmate*. *Baptiſma noſtrum nõ oculis corporis cõſiderandum eſt, ſed mẽtis oculis. Aquã vides: cõſidera virtutem Dei in aquis abſcõditã. In ſãcto enim ſpiritu & igne baptizari nos iubet Euangelium &c. Deſcẽdit itaq; qui baptizatur, reus peccatorum, & obnoxius ſeruituti corruptionis; & aſcẽdit liberatus ab hac ſeruitute, & peccato factus filius Dei, & hæres eius gratia, cohæres autẽ Chriſti, induẽs ipſũ Chriſtũ, ſicut ſcriptum eſt: Quicumq; in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis.* Qua verò virtute? nimirũ illa in aquis lucẽte. Conſtantinopolitanum I. & Nicænũ II. in ſymbolo fidei, *Credimus vnũ baptiſma in remiſſionẽ peccatorũ*. quę verba ſũpta ſũt ex Act. 3. v. *Baptizetur vnuſquiſque veſtrum in remiſſionem peccatorum.*

22. III. è Conciliis Latinis.

Tertiò probatur è Conciliis Latinis. *Mileuitanũ* c. 2. ſic de paruulis: *Ideo in remiſſionẽ peccatorũ veraciter baptizamus, vt in eis regeneratione mũdetur, quod generatione traxerunt*: Arauſicanũ II. Cã. 25. poſtquã dixit, inſpirari nobis à Deo fidẽ, vt baptiſmũ fideliter requiramus, addidit: *Hoc etiã ſecũdum fidẽ certò credimus, quod accepta per baptiſmum gratia omnes baptizati, Chriſto adiuuante, & cooperante, quæ ad ſalutem pertinent, poſſunt, ac debent &c.* Vbi perſpicuè cernimus, prius inſpirari fidẽ, deinde fide conceptâ baptiſmum fideliter inquiri, & per baptiſmũ gratiam haberi: Non ergo Baptiſmus ideo culpam delet, quia fidẽ excitat, ſed quia cum fide ſuſceptus gratiam cõfert. Florentinum in decreto Eugenij IV. §. *Quintò Eccleſiaſticorum* definit, antiqua ſacramẽta gratiam non dediſſe, ſed dũdam ſignificaſſe; noua verò continere in ſeipſis gratiã, & dignè ſuſcipientibus, eã conferre Tridentinum ſeſſ. 7. in Canonibus de ſacramẽtis in genere veritatem iſtam, vtpote magis tũc impugnatam, magis expreſſit, ac roborauit. Nã in can. 7. definit, ſacramẽta quantũ eſt ex ſe cõferre gratiam omnib. rite ſuſcipientibus: & Cã. 8, conferre gratiam ex opere operato.

23. IV. è SS. Patribus Græcis, & Latinis.

Probatur quartò ex Patrib. Græcis & Latinis, quorũ verba eruditè referunt Bellarminus lib. 2. c. 5. & 6. Suarez diſp. 7. ſect. 1. & Vaſq. diſput. 131. c. 4. ego omnium illorum ducem, quẽ ipſi omittunt, adduco, nempe S. Dionyſium Areopagitam lib. de Eccleſ. Hierarch. c. 2. ſub mediũ vbi Baptiſterium appellat μητέρα τῆς υἱοθεσίας; *Adoptionis matrẽ*. Huius ſententiam imitans, & more ſuo dilatans Chyſoſtomus in Ioã. homil. 25. *Quod eſt* (inquit, *matrix embryoni, hoc eſt fideli aqua; ſiquidem in aqua fingitur, & formatur.*

24. Inter Latinos eandem quidem cogitationẽ extulit Tertullianus, in lib de Baptiſmo cap. 1. dicens: *Prius liquor, quo viueret dedit, id eſt aqua producit animantia, vt in Baptiſmo mirum non ſit, ſi aqua animare nouerunt.* Aliùs aſſurgit Leo Magnus, vel potius eandem cogitationem prouehit, & euehit ſermon. 4. de Natiuit. prope medium inquiens: *omni homini renaſcenti aqua Baptiſmatis inſtar eſt vteri virginalis; eodem ſpiritu replente fontem*

qui repleuit & Virginem: vt peccatum, quod ibi euacuauerit ſacra conceptio; hic ſoluat ablutio. Quod idem breuiùs repetit ſerm. 5. ad finem.

25\. E Latinis S. Syluester teste Græco ſcriptore Nicephoro lib. 7. hiſt. cap. 33. Constantinum Imperatorē ſacro tinctutus baptiſmate ſic alloquutus eſt: *Hæc aqua diuina virtute per inuocationem Trinitatis concepta, ſicut corpus hominis extra abluit, ita animam intra à ſorde, & inquinatione mundans, ſplendidiorem radiis ſolaribus efficit.* Quibus mirificè conſonant iſta, quæ, teste Vincentio Bellouac. in ſpeculo hiſt. l. 12. c. 104. Angelus Geneſio baptizando apparens, dixit, *Aqua hæc debet omnia iſta, quæ te feciſſe cognoſcis:* peccata ſcilicet, quæ in libro ſcripta legebat. *Cum antē aqua perfuſus eſſet, ſimul & liber ille perfuſus, mirè cādidus effectus eſt, ita vt etiā ſignū ſcripturæ præteritæ non demōſtraret.*

SECTIO III.

Tribus rationibus idem aſtruitur.

26\. Ratione, quia ſacramenta ſignificāt cōferri tūc gratiam.

BEllarminus libro illo 2. cap. 8. decem affert rationes; ergo tres dumtaxat affero. Primam à priori cum Vaſquez diſp 131. num. 35. ſacramenta ex Christi institutione ſignificant per ipſum ſacramentum conferri gratiam, nimirum in baptiſmo per ablutionem corporalem tribui ſpiritualem: in confirmatione per Chriſmationem & ſignationem tribui fortitudinem ad fidem proteſtandam: & ſic in cæteris: Ergo ſacramenta conferunt ex opere operato gratiam: alioqui verba ipſorum vera non eſſent, Reſpondent Hæretici, ſenſum eiuſmodi verborū nō eſſe, *confero tibi gratiā,* ſed *declarari collatā.*

27\. Quod enim ſolum declarant collatā, fictitium eſt.

Hoc tamen commentitium eſt. Christi enim iuſſu ſacramenta recipimus vt gratia nobis tribuatur, non vt tributa declaretur: & hic ſemper fuit totius Eccleſiæ ſenſus, quem pulcherrimè expoſuit Tertullianus lib. de Reſurrectione carnis, ita de pleriſque ſacramentorum ſcribens: *Caro abluitur, vt anima emaculetur: caro vngitur, vt anima cōſecretur: caro manus impoſitione obumbratur, vt anima ſpiritu illuminetur: Caro corpore Christi & ſanguine veſcitur vt anima de Deo ſaginetur.* At Nouatorum præpoſtera ingenia contrario rurſus ordine dicere tenentur: Quia anima emaculatur, ideo caro abluitur: quia anima conſecratur, ideo caro vngitur: quia anima munitur, ideo caro ſignatur: quia anima ſpiritu illuminatur, ideo caro manus impoſitione obumbratur: quia anima de Deo ſaginatur, ideo caro corpore Christi, ex ſanguine veſcitur. Qua peruerſitate quæ maior excogitari poſſit: Cōfirmatur, quia ſi Petrus remittat Ioāni centū, Antonius tabellio ſcripturā cōdens, falſiſſimè ſcriberet, *Ego Antonius remitto Ioanni centum:* nam hæc verba non ſunt hominis remiſſionem merè teſtantis, ſed verè præſtantis, ſeu facientis.

28\. Nec ſimile admittimus in abſolutione.

Inquient fortaſſis Hæretici, ſimile quidpiam à Catholicis dici de verbis abſolutionis, quando pœnitenti nullum ineſt vinculum: dicitur enim ſenſus tunc eſſe, *Declaro te abſolutum.* Contra eſt tamen primò, quia licet iſtud admitteretur, nihil euinceret. Nam euentus ille, in quo pœnitēs nullum afferat culpæ vel pœnæ reatum, rarus admodum eſt: & ſicut citra ſacramenti neceſſitatem, ita præter eius institutionem, & valde per accidens. Ex eiuſmodi autem euentu, rariſſimo, & fere metaphyſico, & per accidens, malè anſam arripiunt Hæretici, vt omnibus omnium ſacramentorum verbis, ſemper, & per ſe, cum tantùm ſenſum attribuant. Secundò quia falſum eſt, etiā in illo rariore euentu ſēſum illum ab omnibus Catholicis admitti: plerique enim eum oppugnant, quorum alij dicunt, ſenſum eſſe iſtum, *confero tibi gratiam quantum eſt ex ſe abſolutricem:* alij verò cenſent nunquam à pœnitente non afferri vinculum, ſaltem indignitatis relictæ ex peccato, quātumlibet iam remiſſo: & huius vinculi ſolutionem in eo caſu ſignificari, & exhiberi per verba abſolutionis: qua de re fuſius in illa materia.

29\. Nec in ordinatione confeſſarij.

Neque vero inſtes, eſſe id admittendum in ordinatione presbyteri dum ei dicitur, *Accipe Spiritum ſanctum, quorum remiſeris peccata, remittuntur eis, &c.* quia tunc non ei confertur abſoluendi poteſtas, ſed collata fuiſſe declaratur. Hoc enim falſum eſt, vt in illo tract. etiam probabo, diſp. 2. ſect. 5. vbi oſtendemus per eiuſmodi verba nouam gratiam, & nouum tribui characterem: quod præter Tridentini autoritatem, quam ibidem afferemus, ipſa profectò rei grauitas exigit.

30\. Secūdam rationem affero cum Bellarmino & aliis, ex ipſo Catholicorum, atque Hæreticorum vſu: Validè namque & ſalubriter adminiſtrantur ſacramenta quolibet idiomate iis, qui illud ignorant: ſicut etiam infantibus, dormiētibus, ſurdis, amentibus, vt aduerſarij fatentur, cum eiuſmodi baptiſmos admittāt, & homines à nobis ita baptizatos non rebaptizent. Porro ad eiuſmodi homines cōcionari, vt fidei actum elicerent, fieret omnino ſtultiſſimū: proinde ſacramenta nec eatenus gratiam conferunt, quatenus fidem excitant: nec ſemper fidem excitāt, aut ſupponunt excitatam. Sunt igitur ſacramētalia verba perfectè practica, & vt S. Ambroſius alicubi nominat, operatoria, & eiuſmodi, quæ ad non intelligentes valeāt cum effectu dirigi: qualia fuerunt illa *Lazare veni foras;* & illa, *Tabitha ſurge.* vel potius illa, *Sol contra Gabaon ne mouearis;* & iſta, quæ ad mentē dirigi poſſe docuit Chriſtus, *Attollere, & mittere in mare.* Cū igitur verba ſacramentum conſtituentia ſigna ſint perfectè practica, & operatoria & ſigna gratiæ: conſequens eſt, vt iſta conferant, non quatenus excitant fidem cum in tot ſuſceptoribus fidem non excitent, ſed ex opere operato.

31\. Infantes dū baptizantur, ratione vti.

Reſpōdet Lutherus, & Caluinus, infantes dū illis habetur concio in ordine ad baptiſmū habere vſum rationis, & concionē intelligere, & fidei actum exercere. Sed inprimis cum hi cenſeant, nihil in Eccleſia, niſi ex Dei verbo ſcripto proferendū eſſe: tūque iſtam in verbo Dei ſcripto nō inueniant, ex propria contra propriam mentem proferunt. Dicent, vt opinor, Ioannem Baptiſtam in vtero matris ad vocem B. Virginis exultauiſſe. Cæterum quis non irrideat illationem iſtam, *Ergo omnes infantes ad vocē concionātis donātur vſu rationis, actumque fidei exercent.* Sanè ſi ex facto illo Ioannis iſtud colligitur, vel cum illo in ſcriptura continetur, pariter continebitur quemlibet infantem in vtero matris exiſtentem, ad vocem cuiuſlibet iuſti matrem ſuā ſāctè ſalutātis, exultare, fideiq; actū elicere.

Apud ipſos Hæreticos eſt inconſequens.

32\. Et multiplicis incommodi.

Deinde vel infantes audita & intellecta concione, & accepto rationis vſu, fidem habēt neceſſario, vel libere: ſi liberè: ergo ita vt poſſint eā non habere: vnde ergo cōſtat, omnes eam habere, dum cunctos illos baptizant: Si verò fidem habent non liberè, ſed neceſſario: ergo non illā exercent actu humano: actus autem non liber, & non humanus in ordine ad conuerſionem non pluris æſtimatur, quam nullus: proinde

ſi

Digitized by Google

ſi partem iſtã dilẽmatis aſſerãt Nouatores duo grauiſſima incurrunt incommoda; vnum, quod dum infantibus præcocem iſtum rationis vſum attribuunt, cum magnum aliquid attribuere ſe putent, nihil attribuunt in ordine ad cõuerſionem morali æſtimatione dignum; ac proinde nihil tale tribuunt illis amplius, qui Catholici; cũ actus non humanus non pluris fiat, quam nullus. Alterum eſt, quòd ad rem nullius laudis, aut moralis æſtimationis dignam, & negotio conuerſionis ineptam, tam inſigne comminiſcuntur miraculum.

33. Et ab Auguſtino deriſum. Poſtremò, reſponſionẽ illam, quam ex antiquiſſimis Hæreticis, vt pleraſq; alias demẽtias, arripuit Lutherus, falsè deridet, ac efficaciter demolitur S. Auguſtinus, vt referebã ſupra Diſput. 3. ſect. 3. §. 2. n. 53. & ipſe tãdem Caluinus retractauit: cæterũ in abſurdiorem ſententiam incidit, negando ſcilicet pueros ante rationis vſũ baptizandos. Et à Caluino mutatum, ſed in peius. Addo, reſponſionẽ illam eiſdem ſcatere incommodis in adultis perpetuò amentibus, aut ita ſtolidis, vt rationis vſum nõ habeãt. Et in iis Caluiniſticã retractationẽ maiori ſubiacere abſurditati, nempe eiuſmodi homines nuquam eſſe baptizandos, quia nunquã rationis vſum, & fidei actum exercent; proinde ſine remedio perire.

34. Scatet etiam abſurditatibus. Tertiã rationẽ petimus à multiplici abſurdo contrariæ ſententiæ. Primũ ſub hac diſiunctione poteſt induci: Vel baptiſmus infãtibus prodeſt, vel non: ſi prodeſt ratione vtũtur, & fidem exercẽt, quod vt à ratione alienũ, & fide indignũ Caluinus reuocauit. Si baptiſmus infantibus nõ prodeſt, quæ maior abſurditas? vtpote & contra perpetuũ totius Eccleſiæ ſenſum; & contra ipſam praxim Aduerſariorum, non rebaptizantium eos, qui à catholicis in infantia ſunt baptizati. Secundũ eſt, Antiqua ſacramẽta nec minus, nec aliter gratiam dediſſe, quam Noua, nẽpe excitando fidem: quod admittunt Aduerſarij, cõſequenter quidem ad ſuũ mẽdacium, ſed apertiſſimè contra copioſam legis Euangelicæ gratiam: & æquè manifeſtè contra Paulum pluribus in locis appellantem Vetera ſacramenta vacua, & egena, prout in Diſp. 14. n. 3. & 4. fuſiùs referam. Tertiũ abſurdùm eſſe dicitur, quod ſacramenta Nouæ legis nõ aliter ſanctificent, ac prædicatio, ſeu concio. Sed addendum reor, neq; ita ſanctificare: nam vt Nouatores volũt, prius haberi debet ad catechumenum concio, & hac excitari fides, quę apud illos ſola iuſtificat, tum verò miniſtrari ſacramentũ: proinde iſtud nullã animæ ſanctitatem, etiam in fide conſiſtentem conferre: ſũt igitur iuxta illorum doctrinam Noua ſacramẽta ceremoniæ puræ, & merè externæ, vtpote quæ ad animum non pertingunt; ſolumq; habent effectum externum; fructuque ſpirituali ſunt omnino vacuæ.

SECTIO IV.

Contrariarum argumentationum diſſipatione firmatur.

35. Argumentũ ex Marc. vlt. in Hæreticos retorquetur. PRimo diſputãt duobus potiſſimum ſcripturarum teſtimoniis. Primum accipiunt ex Marci vltimo v. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condẽnabitur.* Neq; enim dicit, *Qui verò baptizatus non*

fuerit, cõdemnabitur. Ergo nõ baptiſmus, ſed fides iuſtificat, & ſaluat: nec defectus baptiſmi, ſed fidei condemnat. S. THOM. Q. LX. v. Retorqueo: nam Chriſtus ait, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit*: ergo ſalutem nõ promittit ex fide ſola, ſed etiã ex baptiſmo: alioqui perperã addidiſſet conditionem illã, *& baptizatus fuerit.* Finge enim hominem dicentem, *Si quis orationem iſtam memoriter recitauerit, & ſcripto tradiderit, præmiũ iſtud feret:* profectò ſi ſola orationis recitatio præmiũ datura eſſet, ſtultè addidiſſet homo conditionẽ illam, *& ſcripto tradiderit.*

Agit ergo Chriſtus de adultis, ad quorũ ſalutem, & fides, & baptiſmus requiruntur, illa quidem vt præparans ad baptiſmũ, iſte verò vt producens gratiam. 36. Quoniam autem is, qui nõ credit, nõ vult ſyncerè baptizari, rectiſſime addit Chriſtus, *Qui verò non crediderit, condemnabitur*: quia tametſi verum baptiſmum recipiet, non recipiet ſyncerè, ſeu cum debita diſpoſitione ad gratiam; ideoque iſtam non recipiet. Sic rectè diceres, *Qui conſtruxerit fundamentum, parietes, & tectum, conſtruet domum: qui verò fundamentum non conſtruxerit, domũ non conſtruet.* An verò domus propterea ſolo fundamento conſtat.

Alterum accipiunt ex 1. Petri 3. v. 21. Cum 37. Argumentũ è 1. Petr. 3. v. 21. enim dixiſſet Apoſtolus paucos homines diluuii tempore ſaluos factos eſſe per aquam, ſubdidit. *Quod nunc ſimilis formæ,* (Græcè ὃ ἀντίτυπον id eſt, cui tanquam figuræ præfiguratum reſpõdens) *ſaluos vos facit baptiſma: non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deũ.* Non igitur baptiſmati, ſed fidei tribuit Petrus iuſtificandi vim: negat enim iſtam ablutioni, quæ eſt corporalium depoſitio ſordium: & eam tribuit conſcientiæ bonæ, quæ eſt fides, iuxta celebrem Pauli ſententiam *Quod non eſt ex fide, peccatum eſt.*

38. In eoſdem etiam retorquetur. Reſpondeo primum, Aduerſarios hoc teſtimonio vehementer vrgeri, & opprimi. Petrus enim conceptis verbis aſſerit *ſaluos vos facit baptiſma*: debent igitur aſſignare aliquid, quod verè ſit baptiſma, & verè ſaluet: At conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum, quomodocumque etiam ab illis exponatur, verè baptiſma nõ eſt. Deinde vel corporalis ablutio nõ excitat fidem, vel excitat: ſi excitat, ſaluos nos facit, iuxta Aduerſarios: ſi non excitat, nõ eſt ſacramentum, cõtra eoſdem. Supereſt ergo fateantur, τὸ *non carnis depoſitio ſordium* idem eſſe, ac *non ſola corporalis ablutio* (baptiſmatis enim nomen apud prophanos hanc ſolam ſonat) ſed adiunctam habens bonam animi diſpoſitionem, quæ in adultis, quos Petrus alloquebatur, ad baptiſmum requiritur, & optimè declaratur per illa verba, *conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum.*

Eſt itaque locus hic præcedenti ſimillimus, 39. & maximè geminus: vt ſicut adultis nonſufficit baptiſmus, ſi deſit fides; ita nec ſufficiat, ſi deſit bonæ conſcientiæ interrogatio in Deum. Neque verò nouum eſt hoc loquendi genus in ſcriptura, cum Oſeæ 6. v. 6. Deus aſſerat, *Miſericordiam volo, & non ſacrificium,* id eſt, non volo iſtud ſine illa. Imo S. Hieronymus lib. 3. in Matth. ad illud Saluatoris dictum, *Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me,* ita commentatur, *Non dixit, qui reliquiſtis omnia, hoc enim & Crates fecit Philoſophus &c. ſed qui ſecuti eſtis me, &c.* Atqui Redemptor expreſsè dixit, *qui reliquiſtis omnia*: ſenſus

Digitized by Google

ergo Hieronymi eſt, *Non ſolum dixit, qui reliquiſtis omnia.*

40. Retorquẽtur etiam teſtimonia Patrum. Secundò agunt teſtimoniis Patrum, præſertim Auguſtini tract 80. in Ioan. dicentis. *Vnde tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? niſi faciente verbo, non quia dicitur, ſed quia creditur.* Sed hunc locum diligenter expendebam ſupra diſp. 3. n. 56. & 57. & inde petenda eſt vera intelligentia cæterorum, quæ Nouatores ex Auguſtino producunt. Difficilior apparet locutio Hieronymi ad illud Matth. 3. v. 10. *Ego quidem baptizo eos in aqua &c. Ex quo diſcimus* (Inquit Hieronymus) *quod homo tantùm aquam tribuat, Deus autem Spiritum ſanctum, quo ſordes abluantur.* Item Ambroſij epiſt. 34. ad Demetriadem: *Nec idem eſt in ſacramento forma, quod virtus: cum forma cum humani miniſterij adhibeatur obſequio, virtus autem per diuini operis præſtetur effectum.* Refertur quoque Cyprian. l. 2. de Baptiſmo, & manifeſtatione Trinitatis, aliique Patres eodem modo loquentes: quibus adiungo Chryſoſtomum in Matth. homil. 15. circa medium: negans enim Apoſtolos putrefacta ſanaſſe, *Liberare quippe* (inquit) *à putredine peccatorum, Chriſti virtutis eſt*, &c. quæ teſtimonia congeſſi, quia reor, vnam omnium eſſe ſententiam.

41. Reſpondeo itaque: Dum Patres aiunt, ab homine tribui aquam, & à Deo conferri gratiam; planiſſimè agunt de actione, & influxu phyſico, non de morali: illumque negant miniſtris ſacramentorum, & ſacramentis ipſis in gratiam, non autem iſtum: Senſus itaque Patrum, & nominati Hieronymi hic eſt: Homo phyſice apponit ſolam aquam, Deus autem gratiam. Argumento eſt, Primò, quòd plerique eorundem Patrum conceptis verbis affirmant ſanctificari homines per ſacramenta, & ſacramentorum virtute, & à ſacramentis, & ab ipſorum adminiſtratoribus. Audi Chryſoſtomum de ſacerdotio lib. 3. colum. 4. cum enim dicit ſacerdotibus antiquis datum eſſe, vt corpus lepram non quidem tollerent, ſed ſublatam oſtenderent: *At verò* (inquit) *noſtris ſacerdotibus, non corporis lepram, verum animæ ſordes non dico purgatas probare ſed purgare prorſus conceſſum eſt.* Secundò, quod SS. Patrum fini, & inſtituto ſenſus ille & egregiè congruus; & ſufficientiſſimus erat. Tertiò, quod plerique illorum, vt diſp. 10. n. 3. referemus, in ipſis Chriſti miraculis duas tantum diſtinguunt actiones, vnam ex. gr. vocandi Lazarum, tangendi defunctum, aut ægrotum, vngendique lino cæci oculos; alteram ſuſcitandi mortuum, ſanandi ægri, & illuminandi cæcum: & priorem aiunt fuiſſe ſolius humanitatis, alteram ſolius diuinitatis: Atqui negari non poteſt interueniſſe tertiam, & inter illos mediam, ſoliuſque humanitatis, nempe meritoriam, & impetratoriam, ac proinde moraliter cauſantem: Ergo ſignum eſt SS. Patres, dum eas actiones diſtinguunt, & quaſi diſtribuunt, ſolùm attendere ad phyſicas, non ad morales.

42. Ipſæ quoque Hæreticorũ rationes in ipſos redeũt. Tertiò diſputant rationibus: quas ita perſtringo, & retorqueo. Dicunt Hæretici, iuſtitiam noſtram eſſe Phariſaicam, in ſolis externis ceremoniis ſitam. Impudens calumnia: cum ad quaſdam iſtarum ceremoniarum in adultis & fidem, & ſpem, vel etiam attritionem, ad reliquas etiam gratiam, & ſanctitatem internam in ſubiecto requiramus. Addo, Nouatorum iuſtitiam deteriorem eſſe quam Phariſæorum: Hi namque tametſi dicunt, & non faciunt, ſuadẽt tamen faciendum, teſte Seruatore ipſo verbis illis, *Omnia quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite, ſecundum verò opera eorum nolite facere*: At nouatores, neque ſuadent faciendum: ſed ſolùm credendum, quaſi bonis operibus opus non ſit: vnde nec externam quidem habent iuſtitiam: Addunt, nos aſcribere ſacramẽtis tragicam virtutem, quæ Deum aſtringat ad gratiæ productionẽ. Ingens ſui ipſorum obliuio: Rogo etenim, an & cur virtus, qua fides Deũ aſtringit ad remittendas, vel non imputandas culpas, Magica non ſit: & quod reſponſum dabunt, ſibi accipiant: ſed de his egi diſput. 3. ſect. 3. §. 2.

Inſtant, conſcientiam noſtram ſoli Deo notam eſſe: proinde ſolius Dei virtute liberari poſſe: quomodo ergo virtute aquæ, vel alius rei craſſæ? Mira, & miſera craſſities; quaſi hoc poſſit aqueus humor propria virtute: & non ſola Chriſti ipſi applicata. Quod ſi tua craſſa ſchedula, vel ſyngrapha penetrat conſcientiam tui debitoris, eamque naturaliter immutat, & commouet, virtute promiſſionis in illa incluſæ: cur ſacramentum non poterit ſupernaturaliter tuam, virtute diuinæ promiſſionis in ipſo contentæ. Mitto cætera, quorum idem eſt genus, ideoque non mirum, ſi infinitus numerus. 43. Inſtantia hebetiſſima.

DISPVTATIO VIII
Quidnam ſit ſacramentalis gratia.

SECTIO I. *Diſputationis ſtatus expoſitus, & variæ ſententiæ reiectæ.*
SECTIO II. *Gratia ſacramentalis eſt ipſa habitualis communis, cum reſpectu extrinſeco ad actuales ſpeciales.*
SECTIO III. *Tribus obiectionibus obuiam proceditur.*

GRatiam ſacramentalem illam dicimus, 1.
quã ſingula ſacramenta ex opere operato conferunt: neque hic diſputamus, quænam, vel vtra ſit, prima ſcilicet, an ſecunda, quam de hoc diſp. 11. diſſeremus; ſed quidnam ſacramentalis gratia ſit, ſeu quid inuoluat, vt iam fuſiùs edixeram.

SECTIO I.

Diſputationis ſtatus expoſitus, & variæ ſententiæ reiectæ.

ORthodoxis omnibus in confeſſo eſt,
vnumquodque ſacramentum ſuſceptori 2. Sacramentũ quodlibet peculiarem tribuit gratiam.
ſuo tribuere peculiare bonum ordinis, & vitæ ſupernaturalis: quod Eugenius IV. poſt ſeſſ. vltimam Concilij Florent. in Armenorum inſtructione §. *Quintò, Eccleſiaſticorum* optimè expoſuit poſt enumerata ſeptem ſacramenta, ſic inquiens. *Horum quinque prima, ad ſpiritualem vniuſcuiuſque hominis in ſeipſo perfectionem: duo vltima ad totius Eccleſiæ regimen, multiplicationemque ordinata ſunt. Per Baptiſmum enim ſpiritualiter renaſcimur: per Confirmationẽ augemur in gratia, & roboramur in fide: renati autem, & roborati, nutrimur diuina Euchariſtiæ alimonia. Quod ſi per peccatum ægritudi*

Digitized by Google

ægritudinem incurrimus animæ, per Pœnitentiam ſpiritualiter ſanamur. Spiritualiter etiam, & corporaliter (prout animæ expedit) per Extremam-vnctionem. Per ordinem vero Eccleſia gubernatur, & multiplicatur ſpiritualiter. Per Matrimonium corporaliter augetur.

3. Non conſiſtit in ſola habituali.

Hoc ipſum bonum ſpeciale, & quaſi munus cuiuſque ſacramenti proprium, non conſiſtit in ſola entitate gratiæ habitualis vt ſic: nam hæc & communis eſt effectus, fructuſque ſacramentorum omnium, & ſæpius extra ſacramenta, & ſine ſacramenti influxu confertur: illud proinde bonum affert vel includit radicem, & exigentiam actuum ſpecialium, ad quos vnumquodque ſacramentum ex vi ſuæ inſtitutionis dirigitur. Quare gratia, propria ſacramenti Ordinis, ex. c. inuoluit radicem & exigentiam actuum, quibus validè, & licitè exerceantur munera cuiuſque ordinis propria, vincanturque tentationes, & ſuperentur difficultates, quæ in contrarium occurrunt.

4. Quod ſatis appoſitè declarat S. Bernardus. Sermone in Cœna Domini primo, qui & de Baptiſmo, ſacramento altaris, & ablutione pedum, inter alia ſic loquens. *Sicut enim in exterioribus diuerſa ſunt ſigna, & varia ſunt inueſtituræ ſecundum ea, de quibus inueſtimur: verbi gratia inueſtitur Canonicus per librum, Abbas per baculum, Epiſcopus per baculum & annulum ſimul: ſicut inquam, in huiuſmodi rebus eſt, ſic & diuiſiones gratiarum diuerſis ſunt traditæ ſacramentis.* Quod ſtatim illuſtrat Bernardus exemplo ſacramenti Euchariſtiæ, ſecum afferentis gratiam, qua motus rebellis concupiſcentiæ minuantur, &c.

5. Sed in quadam radice actualiũ ſpecialium.

Iſtud igitur ſpeciale bonum, quod vnumquemque ſacramentorũ ſuo ſuſceptori confert, vocamus gratiam ſacramentalem. Quæ cum ex dictis conſtet includere, vel inuoluere ſpecialem radicem, aut exigentiam actiuum, & operationum ſpecialium, ad quas vnumquodque ſacramentum ſpecialiſſimè eſt inſtitutum, conſequens eſt, vt eiuſmodi gratia ſacramentalis ſit quoddam principium, aut ſubſidium, aut auxilium, vel potius quoddam auxiliare principium ad eiuſmodi ſpeciales actiones. Id quidem in reipſa Doctores omnes ſentiunt: diſſentiunt autem in explicando, quid eiuſmodi principium ſit, & quanam in re conſiſtat: quod nunc à nobis peruestigandum eſt.

6. Non quæ ſit ſpecialis habitus.

Paludanus in 4 diſtinct. 1. quæſt. 3. ſignificat, gratiam ſacramentalem eſſe ſpecialem habitum, qui ſit principium actuum, ad quos vnumquodque ſacramentum ſpecialiter dirigitur, ex cauſa, gratiam confirmationis eſſe ſpecialem habitum productiuum actuum profitendi fidem coram tyranno. Fatetur quidem Paludanus, hanc ſententiam eſſe communiſſimæ contrariam: contendit tamen aſſertam eſſe à S. Thoma 3. part. quæſt. 61. art. 1. Nec temerè id contendit: nam in corpore tradit S. Doctor, gratiam ſacramentalem addere communi quoddam auxilium diuinum, ſicut addit virtutes, & dona Spiritus ſancti. Cæterùm vt fateamur, mentem S. Doctoris eſſe comperatu difficilem, prout infra videbimus; certè hos habitus ſpeciales iure cuncti Doctores reiiciunt vt ſuperfluos, & gratis aſſertos. Gratiam enim habitualem, ſiue per ſacramenta, ſiue extra ſacramenta collatam comitantur omnes omnium virtutum habitus; etiam dona ipſa Spiritus ſancti, quæ ſunt ad exercendos actus nobiliſſimos, & extraordinarios: proinde nullus eſt habitus ſupernaturalis in vno iuſto, qui non ſit in quouis alio cum tamen non omnis iuſtus omnia ſacramenta receperit, aut recepturus ſit, neque in re, neque in voto. S. Thom. Q. LX.

Capreolus in 4. diſtinct. 1. quæſt. 1. art. 3. ad 4. Durandi contra 3. concluſionem, docere videtur, gratiam ſacramentalem eſſe peculiarem qualitatem, ſed non omnino diſtinctam ab omnibus quæ circumferuntur: nam in Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine eſſe proprium cuiuſque ſacramenti characterem: in aliis verò quatuor ſacramentis eſſe illum animæ ornatum, quem hic autor, aliique veteres Thomiſtæ aſſerunt pro Re, & ſacramento ſimul, vt ſupra diſput. 5. num. 14. repræſentabam. Cæterum cum ornatum iſtum omnis iam ſchola reiiciat, ſententia hæc ſubſiſtere nequit. Adde quòd ornatus iſte vel eſſet habitus productiuus actuum peculiarium, vel non: ſi eſſet, dicendum eſſet gratiam non ſemper ſecum afferre habitus omnium virtutum, quod iam exploſimus: ſi non eſſet, inaniter poneretur in ordine tantùm ad eos actus, quorum principium non eſſet. 7.

Quidam teſte Bonauent. in 4. diſtinct. 1. art. 1. quæſt. 6. in principio, dixere, gratiam ſacramentalem eſſe quidem gratiam habitualem, & ſanctificantem, intrinſecè tamen diuerſam ab ea, quæ datur extra ſacramenta. Suſpicor, autorem huius doctrinæ fuiſſe S. Thomam, eumque ſuppreſſo nomine à Bonauentura citari. Nam quæſt. 61. artic. 2. ad 3. ait Thomas, gratiam ſacramentalem habere ſe ad gratiam communiter dictam ſicut ſe habet ratio ſpeciei ad genus. Per gratiam enim communiter dictam, nón intellexit gratiam abſtractam à ſubſtantiali, & accidentali, habituali, & actuali, quia non loqueretur ad rem, nec reſponderet ad quæſtionem, quæ erat, quomodo gratia ſacramentalis habitualis diſtinguatur à gratia habituali non ſacramentali: proinde intelligit ſolam gratiam habitualem; & per conſequens, iſtam conſtituit genus ad ſacramentalem, & non ſacramentalem, tanquam ad ſpecie diſtinctas. Ratio ſit, quia ſacramentalis intrinſecè reſpicit auxilia ſpecialia, quæ dantur ad ſpeciales actus: Sed eiuſmodi auxilia non reſpicit gratia habitualis, quæ ſine ſacramento tribuitur: Ergo ſacramentalis intrinſecè diuerſa eſt à non ſacramentali; nec ſolum intrinſecè ſed etiam ſpecificè, cum ille reſpectus ad auxilia, & actus ſpecie diſtinctos, ſpecie diſtinctus ſit. 8.

9. Aut gratiâ habitualis diuerſa à communi.

Hæc doctrina triplici nomine reiicienda eſt. Primò, quia manifeſte contraria communiſſimæ ſcholæ non agnoſcenti, ſaltem de facto, gratias habituales ſpecie diſtinctas. Secundo, quia pariter aduerſatur communiſſimæ tum Philoſophiæ, tum Theologiæ, ſentientibus & gradus cuiuſlibet qualitatis inter ſe phyſicè vniri ad vnam qualitatem conſtituendam: & quæ ſpecie inter ſe differunt, non poſſe ad eum finem inter ſe phyſicè vniri. Tertiò, quia vel gradus qualitatis eiuſdem, ſunt prorſus ſimiles, & etiam indiuidualiter æquales, vel ſolùm indiuidualiter inæquales, vel eſſentiâ

Aug. Bernal, de Sacram. in genere P. 4. ſ. 1.

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX. v.

eſſentialiter diſtincti. Si ſunt penitus ſimiles, quomodo gratiam vnam, & vnam qualitatem component entitate eſſentialiter diſtinctæ? Si gradus qualitatis ſolùm indiuidualiter ſunt inæquales; quomodo qualitatem vnam gratiæ conflabunt entitates eſſentialiter inæquales?

10. Rurſus, quando habenti gratiam verbi gratia Pœnitentiæ ſacramentalem, dabitur gratia extra ſacramentum, & neutrâ iſtarum deperditâ dabitur altera per idem ſacramentum; quomodo gratiæ duæ eiuſdem ſpeciei inter ſe, & ſpecie diſtinctæ à tertia, iſti tertiæ vnientur, prior vt baſis, atque adeo imperfectior; altera vt ſuperior, ac proinde nobilior? Si gradus qualitatis ſunt inter ſe eſſentialiter diſtincti, idem interrogo; qua ſcilicet ratione dum gratia iam intra, item extra ſacramenta confertur, & conſeruatur, quomodo gratia eiuſdem ſpeciei iam baſis, iam culmen erit reſpectu alterius? Adde; nihil opus eſſe diſtinctione iſtâ gratiarum, vt iam oſtendam.

SECTIO II.

Gratia Sacramentalis eſt ipſa habitualis communis, cum extrinſeco reſpectu ad actuales ſpeciales.

11. Sed ipſa cõmunis cum exigentia actualium ſpecialium.

ASſero Primò, gratiam ſacramentalem eſſe ipſam gratiam habitualem communem cum exigentia ſpecialium auxiliorum ad ſpeciales actus, in ordine ad quos vnumquodque ſacramentum inſtitutum eſt. Hanc aſſertionem tuentur Suarez Diſp. 7. ſect. 3. Vaſquez, Diſp. 132. cap. 7. Lugo Diſput. 4. ſect. 3. pluteſque alij. Miror autem quod eam probent autoritate Bernardi numer. 4. memorati: nam neque B. Bernardus inſinuat, eſſe eandem gratiam habitualem quoad eſſentiam ſpecificam; nec occaſionem habet iſtud inſinuandi, ſed potius oppoſitum: quia non loquitur de rebus tribuẽtibus eandem poteſtatem, ſed multas, & ſpecie diuerſas, quales nimirum tribuit Canonico liber, Abbati baculus & Epiſcopo annulus: Ergo potius innuere videretur (ſi de hac re diſſereret) ſacramenta eſſentialiter diuerſa gratias habituales conferre ſpecie diuerſas. Si diſſereret inquam de hac re, nam nec eam leuiter, nec obiter attingit.

12 Allegant etiam S. Thomam quæſt. 61. ar. 2. quòd aſſerat, gratiam ſacramentalem afferre quoddam auxilium diuinum. Sed contrà, quia gratia ſacramentalis, autore S. Thoma, ſic affert quoddam auxilium diuinum, ſicut gratia habitualis affert cumulum virtutum: ſed iſte eſt quidpiam habituale realiter à gratia diſtinctum: Ergo & gratia ſacramentalis, qua talis, eſt apud S. Doctorem, aliquod auxilium habituale. Et quidem à S. Thoma propterea vocatur ſingulari numero auxilium: nam ſi de actuali S. Doctor ageret, non diceret quoddam auxilium, ſed auxilia, vel plura auxilia, ſicut ait gratiam habitualem ſecum afferre non virtutem, ſed virtutes. Quare non illum pro hac ſententia refero, quoniam, vt ingenue fatear, plus eum fauere cenſeo duabus numer. 6. & 8. memoratis. 72.

14. Quia nihil eſt aliud.

Vera & vnica probatio partim ſumitur ex opinionibus ſectione ſuperiore confutatis. Si enim ſacramentalis gratia non eſt ſpecialis habitus elicitiuus peculiarium actuum; nec eſt pro quibuſdam ſacramentis character, & pro quibuſdam ornatus nec eſt gratia quædam habitualis, & ſanctificans eſſentialiter diſtincta à communi, ſeu non ſacramentali; conſequens eſt ſit eiuſdem ſpeciei; addat verò reſpectum & exigentiam auxiliorum ad prædictos actus ſpeciales. Partim quoque ratio ſumitur ex eo, quòd entitas ſpecifica habitualis gratiæ communis, cum iſta exigentia auxiliorum peculiari, ſufficit ad omnia, quæ in gratia ſacramentali requiri poſſunt: Ergo illa conſtituit gratiam ſacramentalem. Illatio cònſpicua eſt: Antecedens in ſequentibus confirmabitur.

Et iſtud ſufficit.

14. Exigentia, & reſpectus ille entitati gratiæ extrinſecus.

Aſſero ſecundò, prædictum reſpectum, & exigentiam ſpecialium auxiliorum ad ſpeciales actus, non eſſe quidpiam intrinſecum entitati gratiæ, nec ipſius ſubiecto. Ita enim ſentire videntur communiter Recentiores: & inductione probatur. Si enim eſſet aliquid intrinſecum; Vel eſſet differentia gratiæ ſacramentalis ſpecifica; & iſtam iam exploſimus: Vel eſſet differentia indiuidualis inæqualis; & hæc in præſenti reiicitur, quia ſpecialis ille cumulus auxiliorum non eſt terminus ſolum indiuidualiter, ſed etiam eſſentialiter diſtinctus; proinde ſi reſpectus ad ipſum intrinſecus eſt, non eſt differentia indiuidualis, ſed ſpecifica, ſiue eſſentialis, quam vti dixi, iam exploſimus: Vel denique eſſet maior intenſio ipſius gratiæ,, vel habitus virtutis ad ſpeciales illos actus concurrentis; nec iſtud affirmari poteſt: Tum quia omnes habitus gratiam comitantes parem inter ſe habent intenſionem; vnde per ſacramentum non magis intenditur vnus, quam alij: Tum etiam quia iuſtus nondũ Cõfirmatus ex causâ, ſi nobiliſſimos eliciat actus profitendi fidem, intenſiorem habebit gratiam, quam Confirmatus, & tamen non habebit ſacramentalem Confirmationis gratiam: Tum demum quia gradus intenſionis communiter cenſentur eſſe eiuſdem ſpeciei, & ad ſummum habere inæqualitatem indiuidualem, quam hîc non ſufficere nuperrimè vidimus.

15. Eſſe intrinſecum & in productione poſitum, obiicitur.

Dices, adhuc ſupereſſe aliquid, vel ipſi gratiæ habituali, vel eius ſubiecto, vel potius vtrique intrinſecum, in quo poſſit illa exigentia cõſtitui. Nã actio ſpecificatur à ſuo principio actiuo: hoc autem in Deo non eſt aliud quàm ipſius volũtas: proinde actio qua Deus producit gratiã ex voluntate conferendi hæc auxilia ſpecialia, ſpecie diſtinguitur ab actione, qua producit eandẽ ſpecie gratiã non ex eiuſmodi volũtate. Rurſus actio producẽs gratiã ex volũtate cõferẽdi talia ſpecialia auxilia, ex ſe reſpicit, & intrinſecè exigit collationẽ ipſorũ. Iã vero eiuſmodi actio intrinſeca eſt vel entitati ſui termini per ipsã producti nempe gratiæ tanquã modus ipſius: vel intrinſeca eſt ſubiecto gratiã habenti tanquã paſſio, receptio, ſeu materialis cauſalitas ipſius: vel potius vtriq; intrinſeca eſt, gratię nẽpe vt termino producto, & ſubiecto, vt recipienti. Poterit igitur ſacramentalẽ gratiam vltimò conſtituere exigentia intrinſeca, nimirũ productio & receptio gratiæ communis, procedens, & ſpeciem diuerſam accipiens, ab iſta voluntate ſpeciali.

Arbitror

Digitized by Google

16. *Vt cõſequẽs ad doctrinã P. Erice.* Arbitror equidem ita reſponſurum ſi de hac re conſequenter ageret, Patrem Herice; conſequenter inquam ad ea, quæ tradidit in tractatu de voluntate Dei diſp. 7. cap. 2. num. 31 nixus enim duobus illis philoſophicis principiis docuit, gratiam habitualem etſi per ſeipſam non opponatur peccato veniali, opponi tamen per ſui productionem profectam ex voluntate illud expellendi. Sed hanc doctrinam tum in tractatu de voluntate Dei, tum in tractatu de Pœnitentia, tum alibi fusè impugnaui: probando nimirum, nec actionem ſpecificari à ſuo principio productiuo; nec iſtud in Deo eſſe voluntatem ipſam increatam, ſed omnipotentiam ab illa, cæteriſque diuinis attributis virtualiter diſtinctam; quibus principiis destructis, neceſſe eſt ſententiam illam, quæ ſolis ipſis innititur, planè corruere.

17. *Sed vt falſa repellitur.* Cæterum ambobus permiſſis, dicerem, duo hic ſupereſſe difficillima. Prius eſt, quòd ſi gradus eiuſdem gratiæ producti, prout communiſſima philoſophia tuetur, phyſicè continuantur, ſiue vniuntur inter ſe, pariter continuabuntur & nexu phyſico inter ſe vnientur ipſorum productiones, & receptiones: quod in hac ſententia, ſi receptiſſimam attendamus Philoſophiam, ſtare non poteſt: quia licet entitas gratiæ Confirmationis producta, ſit eiuſdem ſpeciei cum gratia Baptiſmatis producta: productiones tamen earum ſunt diuerſarum ſpecierum inter ſe: Ergo licet illæ continuari poſſint inter ſe, iſtæ tamen non poſſunt.

18. Alterũ eſt, quod eiuſmodi varietas actionis vel tribuitur habitibus virtutum comitantium gratiam ſacramentalem, & producturis eos ſpeciales actus, ad quos ſingula ſacramenta fuerunt inſtituta; vel non tribuitur. Si tribuitur, profectò partiales eiuſdem virtutis productiones inter ſe continuari, ſeu phyſicè vniri non poterunt, ſicut nec productiones gratiæ, vt nuper aiebam. Si non tribuitur, in primis agitur inconſequenter, cum eius virtutis pars quæ per ſacramentum confertur, certiſſimè conferatur ex increata voluntate, ſeu ſpeciali intentione diuina talium actuum. Deinde nobis argumentum validiſſimum ſuggeritur: Etenim ſi huic virtuti debentur ſpecialia auxilia, ſolùm ratione talis actionis producentis gratiam, quæ quidem actio, & ratio huic virtuti eſt prorſus extrinſeca: Ergo ipſimet gratiæ deberi ſufficienter poterunt ratione alicuius ipſi prorſus extrinſeci: ac proinde non opus erit aliqua ratione intrinſeca ipſi, vel ſubiecto, præſertim cum tot difficultatibus, ac incommodis recenſitis.

19. *Reſpectus ille extrinſecus ex ſola Dei inſtitutione petitus.* Aſſero tertio. Gratia ſacramentalis ſupra non ſacramentalem, ſolum addit reſpectum ipſi gratiæ, & eius productioni, & ſubiecto extrinſecum, & moralem: ſumptum ſcilicet ex inſtitutione Dei, volentis intuitu talis ſacramenti rite ſuſcepti conferre ſuo tempore ſpecialia auxilia in ordine ad tales actus. Hæc eſt citra dubium hac tempeſtate communior ſententia: & probatur, quia nihil eſt gratiæ vel ſubiecto intrinſecum, in quo poſſit gratia ſacramentalis vt ſic formaliter conſiſtere, vt iam eſt oſtenſum, nec item aliquid extrinſecum præter iſtud, vt quiſque deprehendet: iſtud verò, quod aſſignamus, ſufficientiſſimum eſt, vt illico videbimus: Ergo non eſt, cur aliud exigamus. *Firmatur* Firmare id poſſumus ex Tomo de Incarnat. Diſput 63. à num. 18. quippe eadem entitas gratiæ vnionis cum vna Dei inſtitutione libera, & ipſi extrinſeca, & in Chriſto gratia capitis: & cum altera eſt dignitas ſummi Sacerdotis, & cum alia eſt gratia ſupremi Regis: Ergo eadem entitas gratiæ, quæ per ſacramenta tribuitur, cum vna Dei inſtitutione erit gratia ſacramentalis pro ſacramento Baptiſmi, cum altera pro ſacramento Confirmationis, & ſic deinceps. *S. THOM. Q. LX. exemplo gratiæ Capitis &c.*

20. *Et ipſius habitualis.* Firmo idem rurſus, quoniam eadem entitas gratiæ habitualis ex ſe, & ratione ſui, vel ab intrinſeco, non habet oppoſitionem cum aliqua culpa habituali, ſiue graui, vt ego cum Scoto, ſuis in locis ex inſtituto aſtruxi; ſiue ſaltem veniali, vt omnes Doctores profitentur: Et tamen cum vna Dei inſtitutione ſibi nec intrinſecà, nec debitâ, expellit culpam omnem grauem: vel ſaltem cum aliâ Dei inſtitutione, ſibi etiam intrinſecà & indebitâ expellit culpam venialem. Igitur eadem ſpecifica entitas gratiæ habitualis cum vna Dei inſtitutione per Baptiſmum adueniens poſtulabit iſtas ſpeciales gratias auxiliares, & per Confirmationem cum alia Dei inſtitutione prouenïens, poſtulabit alias; & ſic in cæteris ſacramentis.

SECTIO III.

Tribus obiectionibus obuiam itur.

21. *Si ius ad has creaturas videndas intrinſecum eſt gratiæ.* PRima eſt in hunc modum: Ius & exigentia, quam habet Antonius ad hanc viſionem beatam, qua videat in Verbo decem creaturas, eſt ipſiſſima entitas huius gratiæ habitualis in Antonio exiſtentis, intrinſecè nimirum & natura ſua poſtulans eam viſionem, & non alteram: Ergo etiam ius, vel exigentia, quam habet Confirmatus ad hæc auxilia ſpecialia, eſt ipſiſſima phyſica, & mera entitas iſtius gratiæ habitualis, intrinſecè, & natura ſua depoſcens eiuſmodi auxilia ſpecialia. Quemadmodum enim gratia habitualis quà talis, eſt ſemen gloriæ, ſeu diuinæ viſionis vt ſic; & iſta gratia habitualis eſt ſemen iſtius gloriæ, ſiue iſtius diuinæ viſionis: ita gratia habitualis in communi eſt ſemen, & quaſi exigentia auxiliorum ſupernaturalium in communi, talis autem gratia, nempe ſacramentalis, eſt ſemen & quaſi exigentia talium auxiliorum ſupernaturalium: Ergo ſi gratia hæc particularis intrinſecè eſt exigentia talis viſionis: hæc etiam gratia, nempe ſacramentalis, intrinſecè erit exigentia talium auxiliorum.

22. *Et ordo ad hæc auxilia dicendus intrinſecus gratiæ.* In huius conſequentiæ deſtructionem totis viribus incumbit Lugus Diſput. 4. à n. 13. vſque ad 17. ſed fruſtrà, præſertim cum ipſe cenſeat, gratiam interdum augeri non per additionem noui gradus, ſed per commutationem totius habitus, cui debebatur ex. gr. viſio decem creaturarum, in alium ſubſtantialiter perfectiorem, qui detius ad viſionem viginti creaturarum. Si enim quoties datur ius ad plurium creaturarum viſionem, vt ius iſtud ſit intrinſecum, & vt ita dixerim, phyſicum, mutatur totus habitus gratiæ in alterum ſubſtantialiter diuerſum: pari ratione quoties ad auxilia ſpecialia nouum confertur ius, dicemus iſtud eſſe debere intrinſecum, & phyſicum, & vt

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

vt tale ſit ; mutandum eſſe totum habitum præxiſtentis gratiæ in alterum ſubſtantialiter diuerſum ; qui totus poſtulet auxilia ſpecialia ſacramenti Confirmationis ; ſicut totus iſte alter poſtulare dicitur viſionem viginti creaturarum : quæ enim pro iſto reſponſio dabitur, pro illo reddetur.

23. Sed nobis falſum eſt antecedens.

Nobis hæc obiectio nihil negotij faceſſit exiſtimantibus entitatem particularem cuiuſque gratiæ habitualis non eſſe, nec habere intrinſecum ordinem, aut exigentiam viſionis talium, vel talium, vel tot, aut plurium, aut pauciorum creaturarum in Verbo ; ſed ſolum ordinem extrinſecum in diuina ordinatione, & quaſi taxatione ſitum. Nec videmus, qui poſſit oppoſita ſententia cohærere cum communiſſimâ, tradente, gratiam habitualem, ſaltem de facto, eſſe in omnibus iuſtis vnius infimæ ſpeciei. Viſio namque in Deo attingens creaturam huius ſpeciei, & viſio iſtam non attingens, ſpecie diſtinguuntur, vt in Tractatu de viſione probaui : proinde gratiæ qualitas intrinſecè poſtulans hanc viſionem ; & alia gratiæ qualitas non poſtulans intrinſecè viſionem iſtam, aut etiam intrinſecè poſtulans alteram; neceſſe eſt ſpecie diſtinguantur.

24. Non diſtinguentibus gratiam à charitate.

Quidquid autem de qualitate iſtius conſequentis ſit : nobis conſequentiſſima doctrina, & ad præſentem obiectionem reſponſio eſt; gratiam iſtam intrinſecè non magis poſtulare viſionem harum creaturarum, quam aliarum: præſertim cum apud nos non diſtinguatur à charitate, quæ non eſt habitus intellectus, ſed voluntatis. Quapropter ſicut poſitá in Petro gratiâ iſta finali, attentis perſonæ, meritorumque circunſtantiis, Deus Petro determinat extrinſecum ius ad viſionem harum creaturarum; ita poſita in Petro per ſacramentum Confirmationis, gratia iſta habituali, Deus attenta ſacramenti illius qualitate, & inſtitutione, Petro determinat extrinſecum ius, ſiue exigentiam horum peculiarum auxiliorum. Quæ doctrina è proxime dicendis lucem accipiet, & firmitudinem non vulgarem.

25. At quomodo gratia ſacramentalis nos iuſtificat, ac perficit.

Altera enim obiectio eſt, quòd iuxta noſtram ſententiam non verè dicitur homo per gratiam ſacramentalem ſanctificari, & perfici, & quaſi roborari ; ad eliciendas actiones, in ordine ad quas gratia ſacramentalis ipſi confertur : & per conſequens abſque veritate illi dicitur ex. gr. ab Ordinante, *Accipe Spiritum ſanctum, ad reſiſtendum Diabolo, & tentationibus eius* : Atqui Tridentinum ſeſſ. 23. Can 4. ex iis verbis *Accipe Spiritum ſanctum*, quæ in ordinatione dicuntur, infert, per illam conferri ordinando gratiam habitualem : Ergo & nos colligere debemus, conferri talem gratiam, quæ ex ſe, & natura ſua poſtulet auxiliares gratias ſpeciales ad exhibendam Diabolo ſpecialem reſiſtentiam, per actus ſcilicet virtutum, ad quos ſacramentum quodlibet ſpecialiſſimè dirigitur. Confirmatur, quia alioqui non magis propriè dicetur aliquis reſiſtere tentationibus illis per gratiam ſacramentalem, quam diceretur reſiſtere per lignum, aut lapidem, quibus per diuinam inſtitutionem auxilia ſpecialia forent annexa.

26. Triplex eius obiectionis ſolutio.

Pater Ioannes de Lugo num. 27. & 28. maiorem, & confirmationem negat, ac tripliciter impugnat. Primò, quoniam omnis gratia habitualis poſtulat auxilia ad reſiſtendum tentationibus : Ergo poterit Deus conferre gratiam hìc & nunc ex peculiari affectu dandi ſpecialia auxilia ad reſiſtendum ſpecialibus tentationibus. Secundò, quia iuſtus per ſua bona opera mereri poteſt congruè ſpecialia iſthæc auxilia : Ergo gratia ſecum affert congruitatem ad ipſa ; quam congruitatem non affert lapis, aut lignum. Tertio, rem declarat exemplo gratiæ habitualis ; quæ licet ex ſe non pugnet cum peccatis venialibus phyſicè; tamen quia quando confertur, reddit hominem magis charum, & amicum Deo, propterea congruentiſſimè datur ex peculiari Dei intentione ad abolenda quædam peccata venialia, cum quibus poſita illa Dei congruentiſſima intentione, pugnat.

27. Sed inſufficiens.

Cæterum ſtatim occurrit, obiectionem, & eius confirmationem per hæc minimè eneruari. Eſto enim, quòd gratia habitualis vt ſic ex natura ſua poſtulet auxilia ad reſiſtendum tentationibus : hæc tamen gratia ex ſe non ſpecialiùs depoſcit auxilia iſta, quàm alia. Rurſus, poteſt quidem iuſtus congruè mereri hæc ſpecialiſſima auxilia, ſed tamen hìc & nunc non magis congruum habet meritum horum, quam aliorum ; neque hìc & nunc ei dantur propter ſua merita ; ſed propter ſacramentum. Tota itaque ratio prima & ſecunda eſt, quòd gratia, quia amicitia, vel maior amicitia, dari poteſt congruenter cum hac ſpeciali intentione tribuendi gratias auxiliares in ordine ad ſpeciales actus.

28. Inde autem potius fieri videtur, & à pleriſque ſtatim dicetur, eiuſmodi auxilia ſpecialiter fluere non à gratia, ſed ab illa ſpeciali intentione. Sic etiam peccata venialia, quæ in argumento tertio dicuntur auferri per gratiam non pugnantem cum illis ex ſe, ſed ratione ſpecialis intentionis ex qua tribuitur; hæc inquam venialia non videbuntur ; neque item dicentur auferri per gratiam propriè, ſed per intentionem diuinam & liberè adiunctam: quia non cum illa, ſed cum iſta repugnantiam habent.

29. Quapropter etſi habitualis gratia maiorem habeat congruentiam cum illa Dei inſtitutione, quam lapis, aut lignum : propriè tamen, & phyſicè non magis habet ſpecialem ipſorum exigentiam, quam lapis, aut lignum, ſi ipſis adiungeretur diuina inſtitutio ; quia reuera ſpecialem indigentiam nullam habet neque habitus gratiæ ſecundùm ſe, neque lapis ſecundùm ſe ; & vterque ſpecialem haberet ratione diuinæ inſtitutionis, ſi vtrique adiungeretur. Denique ſicut corpus Chriſti nunc ex loco ſpecierum expellit ſubſtantiam panis, non ratione ſui, ſed ratione verborum, quibus moraliter coniungitur : vnde æque ſubſtantiam panis expelleret pallium Chriſti, ſi verba Chriſti ſuper panem prolata fuiſſent iſta, *Hoc eſt palium meum* : ita gratia hæc habitualis poſcit quidem peculiariter, & adducit gratias iſtas auxiliares ; non tamen ratione ſui, ſed ratione & virtute diuinæ inſtitutionis adiunctæ : proinde æquè ſpecialiter eas auxiliares gratias poſtularet, & induceret lapis aut lignum cum ſimili diuina inſtitutione ſibi adiuncta.

30. Ratio conſequentiæ hic ſpectanda.

In hac diſceptatione ; quæ magnam partem videtur eſſe de vocibus, præcipuè deſidero doctrinæ, vel ſermonis conſequentiam. Si enim ſemel affirmes, gratiam habitualem ſecundùm entitatem ſuam phyſicam opponi peccato mortali:

Digitized by Google

mortali: ideoque neceſſarium eſſe, vt abſolutè dici poſſit gratia lethalem culpam expellere: ex alia vero parte pronuncies, gratiam ſacramentalem ſecundùm entitatem phyſicam ſui non exigere ſpecialiter hæc auxilia, & tamen abſolutè dici auxilia hæc ſpecialiter exigere: item, gratiam habitualem ex ſe non pugnare cum venialibus culpis, & tamen abſolutè dici cum ipſis pugnare, & eas expellere: poſtremò Chriſti corpus & ſanguinem quantum eſt ex ſe non pugnare cum panis & vini ſubſtantiis, abſolutè tamen eis opponi, & eas expellere ex panis & vini ſpeciebus: hæc inquam tria cum illo præcedente manifeſtam habent non ſolum inconſequentiam, ſed etiam penè immediatam repugnantiam, vt per ſeſe quilibet aduertet.

31. Qualitas gratiæ non pugnat ex ſe cum lethali culpa.

Ego verò, cum exiſtimem, & alibi fuſe probauerim, entitatem phyſicam gratiæ habitualis ex natura ſua non repugnare cum entitate, vel moralitate peccati, vel offenſæ mortalis: ſicut hoc non obſtante pronunciaui, latiſſimeque probaui ſimpliciter & abſolutè eſſe verũ, quod habitualis gratia pellat culpam mortalẽ, & iſta gratiam: pari ratione nunc affirmo, qualitatem phyſicam habitualis gratiæ, quæ vocatur ſacramentalis, ex natura ſuæ phyſicæ entitatis non exigere magis, aut ſpecialiùs hæc auxilia, quam alia: Cæterum abſolutè verum eſſe, quòd gratia ſacramentalis ſpecialiter hæc auxilia poſcat, & inducat, potius quam alia.

Et tamen eam abſolutè gratia pellit.

32. Quia gratia aliquid addit cum lethali pugnans.

Eſt autem iſtorum ratio, quia gratia abſolutè dicta, nõ importat meram illius qualitatem, ſiue entitatem phyſicam; ſed formam facientem ſubiectum Deo gratum; qua ratione vel inuoluit, vel connotat voluntatem diuinam in ſubiecto qualitatis illius ſibi complacentem, ac proinde non patientem in illo peccatum, ratione cuius in ſubiecto ſimpliciter diſpliceat, quale eſt peccatum mortale: ideoque gratia abſolutè dicta, abſolutè expellet culpã lethalẽ, ſimiliter mortale peccatũ, ſeu diuina offẽſa, nõ dicit ſolam entitatẽ, vel quamcumque moralitatem actus mali, ſed inuoluit eſſentialiter diuinam inimicitiam: ideoque eſſentialiter inuoluit, aut connotat actum, quo Deus in peccãte ſimpliciter diſpliceat, & per conſequẽs in illo non patiatur ſuam amicitiam; & conſequenter nec entitatem phyſicam habitualis gratiæ, quia de facto decreuit eam qualitatem non ſeparare à ratione formæ Deo gratum facientis. Ad hunc ergo modum dicimus, auxilia ſpecialia abſolutè dici ſpecialiter exigi, & afferri per gratiam ſacramentalem; quia licet nuda iſtius qualitas non habeat actualem illorum exigentiam, hanc tamen habet, quà ſacramentalis, quia hæc non dicit ſolum illam qualitatem, ſed illam collatam per ſacramentũ, ac proinde ex voluntate conferendi eiuſmodi auxilia ſpecialia.

33. Exempla appoſitiſſima.

Eſt etiam optimum, & conſequentiſſimum exemplum gratiæ habitualis, per quam venialia expelluntur: & corporis, & ſanguinis Chriſti ſubſtantiam panis, & vini in Euchariſtia expellentium: quod ego contra Vazquez ex ipſius doctrina ſæpius afferre, & vſurpare ſoleo, præſertim dum ageret de oppoſitione, & expulſione peccati venialis per gratiam habitualem. Quin etiam exemplum eſt aptiſſimum in ſono *Homo*; nam licet ex ſe Hominem non ſignificet, abſolutè verè dicimus, Nomen *Homo* Hominem ſignificare, quia entitas nominis inuoluit ſignificationem Hominis, eſto entitati illius ſoni liberè adiunctam. Similiter dicimus, Hominem obligari hac, vel illa ſcripturâ; quia quatenus hæc, vel illa ſcriptura non dicit nudas lineas, aut calami ductus, ſed vim adiunctam moraliter obligandi. Et exempla id genus plurima cuilibet occurrunt.

S. Thom. Q. LX.

34. At quando gratia eſt Res tantum.

Tertia iam obiectio ſit, ex dictis fieri, vt gratia numquam ſit Res tantùm: Cum tamen ſupra diſputat. 5. ſect. 1. contrarium, vt omnino certum ſtatuerimus. Sequela patet, quia Res tantum, vt ibidem diximus, eſt illa, quæ ſignificatur, & non ſignificat: ſed gratia ſacramentalis nõ ſolùm ſignificatur, ſed etiam ſignificat, nempe cumulum auxiliorum, quem ſpecialiter exigit, & ſuo tempore inducit: Ergo ſacramentalis gratia non eſt Res tantùm: ac per conſequens erit Res, & ſacramentum ſimul cum ſimul ſignificet, & ſignificetur, quę eſt definitio Rei & ſacramenti ſimul; vt in illa Diſputat. 5. n. 2. continetur.

35. Hæc tamen obiectio cũctas ſententias impetit.

Reſpondeo primum; obiectionem iſtam æque militare contra quamlibet in hac materia ſententiam: nulla enim eſt, quæ non aſſerat, gratiam habitualem aut radicaliter, ſeu remote, aut formaliter, ſeu proximè eſſe operatricem: & proinde talem eſſe gratiam, quæ in quolibet ſacramento confertur; & conſequenter eam gratiam eſſe ſignum eius operationis, ad quam remotè, vel proximè concurrere poteſt. Quod enim non nemo obiecit, *Signũ eſſe quod præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, aliquid aliud facit in cognitionem venire*: gratiam autem, cum ſpiritualis ſit, non ingerere ſpeciem ſenſibus, ac proinde non eſſe ſignum: hoc inquam nullius eſt momenti: nam illa definitio tradita eſt ab Auguſtino de ſigno ſenſibili: & aptanda eſt ſigno ſpirituali in hunc modum; *Quod præter ſui notitiam in intellectum inductam alterius rei intellectionem affert*: alioqui nec ſacramentalis character eſſet ſignum, ac proinde non eſſet Res & ſacramentum ſimul; imo nullum eſſet ſignum inſtrumentale ſpirituale: quę ſunt manifeſtiſſimè abſurda. Proinde fatendum eſt, obiectionem propoſitam, ſi quas habet vires, contra quamlibet ſententiã illas exerere.

36. Dici poteſt eſſe res tantũ, quia non eſt ſignum ex inſtituto.

Deinde reſpondere poſſem, tametſi gratia habitualis ſit eſſentialiter operatiua, & per cõſequens operationum ſibi poſſibilium, vel debitarum ſit inſtrumentale ſignum: eſſe tamen ſignum illarum naturale, ſicut eſt ignis ſignum ſuarum calefactionum, aut fumus eſt ſignum ignis, &c. non autem ſignum ſacramentale, nimirum ex Chriſti voluntate, & placito inſtitutum. Dum autem in his Diſputationibus agitur de ſacramento, vel ſigno ſacro, ſermo eſt de ſigno non ex natura ſua ſignificante, ſed ad Chriſti placitum inſtituto; ſic prorſus, vt ipſe character ex Chriſti placito ſignum ſit, in Baptiſmo quidem hominis Eccleſiam ingreſſi; in Confirmatione verò, Chriſtiani militis, ſicut in Ordine, certæ cuiuſdã poteſtatis.

37. Vera tamen reſpõſio eſſe rem tantum, in eſſe phyſico attentam.

At inquies: Gratia ſacramentalis & includit entitatem phyſicam gratiæ habitualis, & liberam Chriſti inſtitutionem; ita ſcilicet vt viſa gratia ſacramẽtali moueatur Deus ad ſpecialia auxilia tribuenda; ſicut viſo arcu cœleſti mouetur ad diluuium impediendum: Ergo ſicut arca cœleſtis eſt ſignũ ad placitũ Dei ita ſacramentalis gratia eſt ſignũ ad placitũ Chriſti. Propter hanc inſtantiam reſpondeo directe ad

S. THOM. Q. LX.

ad obiectionem hoc pacto. Dum dicitur gratia eſſe Res tantùm, non ſumitur gratia ſacramentalis reduplicatiuè, ſed ſpecificatiuè, nempe illa gratia quæ per ſacramenta confertur: & illam dicimus eſſe rem tantùm, quia ſecundum ſe non eſt ſignum ex Chriſti placito inſtitutum; & alioqui per ſacramenta ex Chriſti placito ſignificatur.

DISPVTATIO IX.

Num Sacramenta gratiam conferant moraliter.

SECTIO I. *Non conferre moraliter, falsò quidam aſſerunt, inefficaciter probant.*

SECTIO II. *Certiſſimè conferunt ſacramenta moraliter gratiam, vt cauſæ morales inſtrumentales.*

1. Sermo de ſacramentis pro aggregato ex phyſico & morali.

NOn poteſt hîc eſſe quæſtio de ſacramentis ſecundùm ſolam phyſicam entitatem: cùm enim hæc ſolitariè ſumpta non ſit aliquid morale, nequit eſſe cauſa moralis. Eſt igitur quæſtio de ſacramentis pro aggregato ex materiali entitate & formali moralitate, quæ conſiſtit in Chriſti inſtitutione, & proinde in actu ipſius Chriſti meritorio, prout in diſp. 3. ſect. 5. fuſius exponitur. Sic enim ſyngrapha obligationem continens certæ faciendæ ſolutionis, hanc efficit moraliter, quatenus ipſa ſyngrapha eſt quoddam aggregatum ex ente phyſico & morali: Idemque præſtat verbum promiſſorium, & ſententia quælibet à Iudice verbis prolata.

SECTIO I.

Non conferre moraliter, falsò quidam aſſerunt; inefficaciter probant.

2. Sacramẽtis cauſalitatem moralẽ negat Suarez.

SAcramenta nouæ legis moraliter non conferre gratiam, certis argumentis infero pronunciatum a P. Suarez diſp. 9. ſæpius aſſerente, non poſſe ſacramenta dici cauſas gratiæ, ſi phyſicè non ipſam producant: ſentit ergo, non eſſe cauſas illius morales. Nam phyſicus influxus, quem ille Doctor aſtruit, impertinens eſt ad conſtitutionem cauſæ vel cauſalitatis moralis: tum quia diuerſi generis eſt: tum etiam quia quando phyſica & moralis cauſalitas in eundem effectum eidem rei competit, prior eſt cauſalitas moralis quam phyſica: vt patet in Deo, qui eſt cauſa moralis & phyſica producendi mundum: prius enim moraliter mouit omnipotentiam, & hæc poſtea mundum phyſicè produxit. Proinde, ſi autore Suarez ante cauſalitatem ſacramentorum phyſicam non eſt moralis, nunquam eſt: vnde conſequentiſſimè ſcribit idem autor ſect. 2. §. *Ad tertium*, Baptiſmum, quando recedente fictione quis iuſtificatur, non verè dici iuſtificationis illius cauſam eſſe, aut animam ablvere, quia tunc non phyſicè influit cum phyſicè præſens non adeſt: ad cauſandum verò moraliter, nec phyſicus influxus, nec phyſica præſentia requiritur, vt fatentur omnes autores; qui moralem cauſalitatem agnoſcunt. Itaque noua ſacramenta nunquam eſſe cauſas moraliter producentes gratiam, tradit Suarez & cum illo multi Recentiores.

Probant Primò, quia ſacramenta producunt gratiam phyſice: ergo non moraliter. Aſtruitur conſequentia: Tum quia cauſalitas phyſica & moralis nequeunt eidem principio in ordine ad eundem terminum competere: Tum etiam quia licet competere poſſent, tamen in ſacramentis cauſalitas phyſica ſufficiens, & moralis ſuperflua eſt. Reſpondeo primo falſum eſſe antecedens, & diſputatione proxima conuellendum. Deinde eo permiſſo nulla eſt illatio: nam & eidem principio reſpectu eiuſdem termini competere cauſalitatem phyſicam & moralem, & iſtam illa eſſe priorem, & proinde minimè ſuperfluam, ſed maximè neceſſariam, ſectione ſequente commonſtrabitur. 3. Sed non neganda, licet phyſica concederetur.

Secundò probant, quia ſi ſacramenta producerent moraliter gratiam, vel producerent vt cauſæ principales, vel vt inſtrumentales: neutro modo: Ergo nullo illam producunt. Non vt inſtrumentales; Tum quia cauſa inſtrumentalis moralis indiget præuio concurſu, quem in ſacramentis non reperimus: Tum etiam quia cauſa moralis, etiam inſtrumentalis, debet eſſe capax moris, & proinde rationis, qualia ſacramenta non ſunt. Reſpondeo ſacramenta eſſe cauſas morales inſtrumentales, & eſſe moris capaces, imo eſſentialiter conſtare actibus moralibus, quibus ſcilicet à Chriſto inſtituta ſunt, vt fuſiùs poſtea dicemus. 4. Sacramẽtum eſt cauſa capax moris.

Illud de præuio concurſu in inſtrumentis ad cauſandum prærequiſito, falſum eſt in inſtrumentis phyſicis, propriè, & ſtrictè inſtrumentis, vt in Phyſica probari ſolet: in moralibus verò non modò falſum, ſed etiam præpoſterum apparet; nam potius inſtrumentum morale moraliter præmouet cauſam principalem, inducendo in eius voluntate volitionem procedendi ad talem, vel talem actum externum: & ita ſe gerunt ſacramenta; quæ rite facta, & ſuſcepta, per Chriſti actus, quos includunt, inclinant voluntatem increatam ad volendum producere, & re ipſa producendum, & conferendum ſubiecto gratiam habitualem. Hoc dixerim de moralibus inſtrumentis, & ſacramentis integrè ſpectatis: nam ſi ſumantur inadæquate, pro materia ſcilicet, ſeu ſubiecto ſacramentalis ſignificationis, & formæ, rectè dici poterunt per iſtam præmoueri ab agente principali, prout diſputatione ſequente, ſect. 4. § 3. declarabitur. 5. Inſtrumentum morale cauſam principalem præmouet.

Tertiò ſuadent, quia ſi ſacramenta morali concurſu ad gratiæ collationem concurrerent, ſolùm concurrerent, vt ſigna. Ergo non vt cauſæ, ſed vt conditiones, & memoriæ incitamenta. Patet conſequentia, quia concurrerent ſicut inſignia quædam concurrere ſolent ad dignitates conferendas; ex gr. liber ad inueſtituram Canonici; baculus ad Abbatis, annulus ad Epiſcopi, vt dicebat S. Bernardus ſermone, de Cœna Domini ante medium, cuius verba recitaui Diſp 8. num. 4. Atqui eiuſmodi inſignia, ſigna mera ſuntearum dignitatum, non cauſæ & ideo S. Thomas quæſt. 62. art. 5. eiuſmodi exempla reiicit: non ergo admittit in 6. Sacramẽtum concurrit vt ſignum.

in ſacramentis moralem concurſum in gratiam.

7. Et tamen vt cauſa, quia vt ſignum practicum.

Nego primam conſequentiam. Sunt enim ſigna quædam, vt ſic loquar; pure ſpeculatiua, & hæc ſolùm ſe habent, vt cognitionis principia, vel memoriæ excitamenta; quædam vero ſigna ſunt practica, & actiua rei, quam ſignificant; quæ nimirum in ſeipſis continent rationem aliquam, quæ principali cauſæ non ſolum ingerit cognitionem rei, ſed etiam propenſionem ad illam efficiendam, & talis eſt ſyngrapha continens actum moralem obligationis: ideoque debitori non ſolùm excitat ſolutionis memoriam, ſed etiam extorquet ipſam ſolutionem. Quod in ſequentibus magis roborabitur.

SECTIO II.

Certiſsime conferunt ſacramenta gratiam moraliter, vt cauſæ morales inſtrumentales.

8. Sacramenta gratiã conferunt moraliter.

OMnia nouæ legis ſacramenta morales eſſe cauſas gratiæ, traditur ab iis omnibus qui negant eſſe eiuſdem cauſas phyſicas, quorum catalogum Diſput. 10. num. 2. texemus, & inter id affirmantes à Mæratio, Diſp. 4. ſect. 1. & à nonnullis aliis. Eſt autem hac pars mihi certiſſima. Quia ſacramenta omnia nouæ legis producunt gratiam, vt inter Catholicos in confeſſo eſt: Atqui, vel non producunt gratiam phyſicè, vt Diſputationis ſequentis ſectio 1. demonſtrabit; vel ſi producunt phyſicè, negari non poteſt producere etiam moraliter: Ergo certiſſimò ſunt cauſæ morales ipſius. Minor quoad ſecundam partem, quæ ſola probationis eget, quatuor itineribus declaranda, & oſtendenda videtur.

9. Aſtruitur ex SS. Conciliis, & PP.

Primo, quia ſi ſacramenta dicuntur producere gratiam phyſicè, vel eſt, quia Scripturæ, Concilia, & Patres hoc indicant: vel quia ſacramentorum dignitas id poſtulat: vel propter vtrumque ſimul: At etiam Scripturæ, Concilia, & Patres indicant producere moraliter, ſiquidem Auguſtinus, omnium Doctorum iudicio docet Baptiſmum recedente fictione producere gratiam, vt Diſp. 13 n 59. referemus cumque tunc phyſicè non exiſtat, nequit phyſicè, ſed moraliter agere. Id etiam exigit ſacramentorum dignitas: quia cauſalitas moralis multò præſtantior eſt, quam phyſica; nam illa in ſolam cauſam rationalem, & ſanctam cadere poteſt, hæc vero in rem irrationalem, & inanimem, & malam; imo in ipſam peccati entitatem. Ergo dato ſacramentorum influxu in gratiam phyſico negari nequit moralis.

10. Ex ſacramentorum forma.

Secundò, quia ſacramenta nouæ legis eſſentialiter includunt non ſolàm entitatem phyſicam, v. g. ablutionis, & verborum *Te baptizo* &c. Sed etiam ſacramentalem formam, quæ eſt ipſorum inſtitutio; ac proinde actus voluntatis Chriſti, ex vna quidem parte per gratiam vnionis infinitè dignificatus, infinitè Deo placens, infinitè meritorius, infinitè ſatisfactorius, infinite impetratorius, & habens promiſſionem diuinam, fore vt quidquid petierit, concedatur; ex altera verò parte affirmans gratiam, hîc, & nunc produci, atque conferri, nec potens vllo modo eſſe falſus: Ergo præſente & applicato ſacramẽto Deus ad producendam, & conferendam gratiam mouetur actu ipſo Chriſti in ſacramentis incluſo: quæ quidem motio planè moralis eſt, & ab illo Chriſti actu procedit moraliter, vt procedit regia conceſſio à precibus Principis: Ergo negari nequit ſacramenta morales eſſe gratiæ cauſas, etſi concedatur eſſe phyſicas.

Tertiò, quia ſi ſacramentum produceret gratiam phyſicè, prius illam produceret moraliter. Diuina quippe voluntas priùs vellet conferre gratiã propter Chriſti meritorium actum in ſacramentis incluſum, quam omnipotentia produceret phyſicè gratiam mediis ſacramentis phyſicè influentibus, vt per ſe manifeſtum eſt: Atqui diuina voluntas ad volendum conferre gratiam inclinaretur ab ipſis ſacramentis, modo iam expoſito nempe vt eſſentialiter inuoluentibus actum Chriſti meritorium; ac proinde moraliter influentibus in gratiæ collationem: Igitur ſi ſacramenta gratiam conferrent, vt cauſæ phyſicæ, prius cauſarent eius collationem vt cauſæ morales. 11. Et quia ſi producerent phyſicè, prius agerent moraliter.

Itaque ſacramenta nouæ legis (vt partem iſtam ampliùs explanem, & roborem) ideo gratiam producunt moraliter, quia formaliter conſtant; vt parte formali actibus Chriſti Domini, v.g. iſto, *Volo Pater, vt ablutio, & talia verba gratiã ſignificent, & conferant*: qui quidem actus eſt meritorius, vtpote elicitus à Chriſto adhuc viatore; vt ſuo loco probabitur; ac proinde gratiæ collationem obtinet, & per conſequens moraliter cauſat. Cumque iſte actus ſit eſſentialis forma ſacramenti conſtitutiua, & materiæ ſacramenti eſſentialiter annexa: ideoque ſine iſta materia moraliter agere non poſſit ſanè hoc ipſo, quod ſacramentum ratione talis formæ ſit cauſa moraliter producens gratiam conſequens eſt, vt ſimpliciter, & abſolutè ſit talis. 12.

Sic enim in phyſicis leo, tametſi non eſt rugibilis ratione materiæ ſeorſim ſumptæ, ſed ratione formæ cum materia copulatæ; quia tamen forma eſt leoni eſſentialis, & formaliter ipſum conſtituit, & eſt materiæ affixa; & ſine materia rugire non poteſt, iſtę inquam rationes abunde faciunt, vt leo non tantùm cum hac limitatione *ratione formæ*, ſed etiam abſolutè & ſimpliciter ſit rugibilis, & rugiat Sic etiam in moralibus nomen *Homo*, ſimpliciter, & abſolute ſignificat: eſto non id præſtet ratione ſolius & nudi ſoni, ſed hominum inſtitutione veſtiti; ſic enim & non aliter eſt nomen. Res etiam, & verba in ſacramentum aſſumpta ſacrâmentum non ſunt, niſi affecta, & informata actu illo Chriſti infinitè ſancto, & meritorio, ideoque Dei voluntatem certiſſimè, & efficaciſſimè inclinante, inducente, ac permouente ad gratiam producendam, & conferendam. 13.

Oppones. Si ſacramentum hoc modo cauſaret gratiam, cauſaret merendo: & impetrando illam à Deo, ac proinde merendo, & impetrando prius diuinam volitionem eiuſdem gratiæ conferendæ: quod eſt impoſſibile, cum entitas diuinæ volitionis liberæ ſit realiter ipſamet entitàs Dei ſimpliciter infinita, & ſimpliciter neceſſaria, ideoque non valens contingenter exiſtere, & propterea neque ſub meritũ cadere. Reſpondet vbi ſupra Mæratius ex Doctrina plurium Doctorum in aliis Theologiæ locis, ſacramenta quidem obtinere, & cauſare gratiam habitualem, non tamen increatam voluntatem eius conferendæ; quia gratia realiter diſtinguitur à Deo, non increata volitio gratiã tribuendi. 14. At merebuntur & impetrabunt diuinæ gratiæ conceſſionẽ.

Ego

Digitized by Google

S. Thom. Q. 1. X.

Ego verò doctrinam iſtam non capio. Qui enim ex Rege meretur hãc præfecturam, haud dubiè meretur vt Rex libero actu ſuæ voluntatis eam ipſi concedat: proinde ſimul vel conſequenter meretur ipſam regiam volitionem; cum apud aliquem mereri nihil aliud ſit, quàm eius voluntatem obſequiis flectere, ſiue obligare ad volendum concedere præmium. Ergo quiſquis à Deo, vel apud Deum habitualem gratiam promeretur, planè meretur liberam volitionem, qua Deus velit gratiam illam ipſi tribuere.

15. Eam verè impetrant, & merentur.

16. Quapropter ex dictis in Tract. de Prædeſtinatione, & in Tomo de Incarnatione Diſp. 6. ſect. 1. à num. 16. reſpondeo, liberam volitionem diuinam, quidquid illa demum ſit, hoc ipſo quod libera eſt, potuiſſe quatenus volitionem liberam non exiſtere, ideoque ſecundum rationem formalem volitionis diuinæ liberæ, ſimpliciter eſſe contingentem, ideoque tametſi realiter ſit idem cum Deo, tamẽ æquiualenter eſſe diſtinctam à Deo, & quaſi creaturam; cum in ratione volitionis diuinæ liberæ non minus contingenter exiſtat, ac exiſtit creatura. Quæ conditio iam ſubindicat, poſſe volitionem eiuſmodi ſub meritum cadere: cæterum id omnino perſuadet, ac peruincit ſequens conſideratio.

17. Quæ non pluris æſtimatur quam ipſa gratia.

Quamuis enim volitio iſta libera ſit realiter idem cum non neceſſariſſima, & infinitiſſima Dei entitate; formaliter tamen, quatenus libera diuina volitio, non eſt maioris æſtimationis moralis quam ſit ipſe gratiæ ſanctificantis effectus ad quem terminatur, & quem efficaciter concedit, & inducit. Etenim libera volitio boni alicuius concedendi, non pluris ęſtimatur moraliter, quam ipſiſſimum eiuſmodi bonum, ſiue illa voluntas ſit perſonæ nobilis, ſiue vilis, ſiue plebeiæ, ſiue regiæ. Quiſquis enim ex mercatore emit tantum frumenti centum aureis; totidem aureis poteſt tantundem emere ex Rege: & ex vtrouis emat, emet volontatem illud exhibendi frumentum: vbi cernimus, non magis tunc æſtimari voluntatem Regis, quam mercatoris; quia ſcilicet neutra magis æſtimatur, quam frumentum ipſum. Ita ergo libera voluntas diuina conferendi gratiã, non maioris æſtimatur, quam ipſa gratia: proinde ſicut hæc, ita illa ſub meritum cadit.

18. Gratiã producit moraliter, inſtrumentaliter.

Poſterior tituli pars, nempe ſacramenta eſſe gratiæ cauſas, non pręcipuas, ſed inſtrumentarias; in confeſſo eſt apud omnes eos, qui ſacramentis aſcribunt moralem cauſalitatem. Et quidem ſi phyſicam illis non tribuas, neceſſe eſt de morali inſtrumentali capias Tridentinũ ſeſſ. 6. cap. 7. dicens, Baptiſmum eſſe noſtræ iuſtificationis cauſam inſtrumentalem; idemque cæteris ſacramentis applices, vt planè conſtat. Quidquid autem de influxu phyſico ſit, pars hæc probatur à priori. Nam cauſa moralis inſtrumentalis eſt, quæ ſola requirit effectum inducere moraliter, & moraliter determinat cauſam principalem ad illum moraliter ac principaliter inducendum. Atqui ſacramenta nouæ legis hoc modo ſe habent, tum in ordine ad producendam gratiam, tum in ordine ad inclinandam, ac determinandam voluntatem diuinam ad gratiæ productionem: Ergo ſunt in ordine ad gratiam cauſæ morales inſtrumentales.

DISPVTATIO X.

Vtrum Sacramenta gratiam conferant phyſicè.

Sectio I. *Sacramenta phyſicè non influere in gratiam, ſanctorum Patrum autoritate ſuadeo.*

Sectio II. *Phyſicum ſacramentorum influxum in gratiam variis impugno rationibus.*

Sectio III. *Varios eiuſdem influxus aſſerendi modos ſingillatum confuto.*

Sectio IV. *Deſtruendis contrariorum fundamentis phyſicam ſacramentorum efficacitatem oppugno.*

§. 1. *Debilitas argumenti è Patribus accerſiti.*

§. 2. *Influxus phyſici aſſertio, niſi cum plurimis vitiis ſancto Thomæ tribui non poteſt.*

§. 3. *Rationum pro phyſico ſacramentorum influxu debilitas, & nullitas.*

Non eſt controuerſia de ſacramento, vt inuoluente actum, inſtitutionem, aut volitionem increatæ voluntatis: Tum quia fortaſſe talem actum intrinſecè non includit, quod ſine ſpecie repugnantiæ, vel tergiuerſationis diſput. 16. ſect. 3. diſquiram: Tum etiam quia ſi ſacramentum eſſentialiter includit volitionem increatam, hæc ſanè, vel non aget phyſicè ad extra, cum iſtud ſit proprium omnipotentiæ; vel ſi phyſicè aget, non aget inſtrumentaliter, ſed principaliter, neq; vt cauſa per alteram ſuperiorem applicata, ſed vt inferiorem applicans: quæſtio verò pręſens exercetur de phyſico influxu illius rei, quam ipſa increata voluntas efficaci ſuo decreto aſſumit, & applicat ad gratiæ ſacramentalis productionem. Nec item eſt quæſtio de ſacramento, vt inuoluente actum creatæ Chriſti voluntatis: nam licet illum eſſentialiter imbibat, prout loco citato demonſtrabitur, non tamen imbibit actu exiſtentem phyſicè, ac proinde nec potentem phyſicè influere. Nec demum eſt lis de ſacramento vt includente verba humana formaliter ſumpta, nimirum cum humana ſignificatione: nam neque hæc manet phyſicè, cum ſit actus inſtitutionis iam olim à cuiuſque idiomatis parentibus factæ. Solùm igitur eſt diſputatio de materia, quæ ad ſacramentalem ſignificationem aſſumitur phyſicè ſpectata, v. gr. de ablutione phyſica, & de his verbis *Ego te baptizo* &c. ſecundum ſolum phyſicum ſonum attentis, An per iſtud phyſicè gratiam producant. 1.

Non ſermo de ſacramentis increati actũ inuoluentibus.

Nec vt inuoluentibus Chriſti actũ increatum.

Sed phyſicã ſiam ipſorum entitatem.

SECTIO I.

Sacramenta phyſicè non influere in gratiam, ſanctorum Patrum autoritate ſuadeo.

Hanc ſententiam contrariæ prætulerunt olim Alenſis, Bonauentura, Richardus, & 2.

Digitized by Google

Sacramenta non agere phyſicè, plurimi DD. aſſeruere.

& Marſilius: abſolutè pronunciauerunt Scotus, Durandus, Guillelmus Pariſienſis, Altiſiodorenſis, Aliacenſis, & Gabriel, vt videre eſt in noſtris Recentioribus. Acceſſit æuo ſuperiore M. Franciſcus de Victoria, vt bene coniectat Vaſquez, ex eo quod eandem ſententiam pronunciant Melchior Canus, & Martinus Ledeſma, docti ſcilicet ab illo ſuo ſapientiſſimo Magiſtro; & (vt ego ſuſpicor) ad illam inter Thomiſtas aſſerendam illius exemplo & autoritate animati. Conſenſerunt Molina 1. p. q. 45. art. 5. diſp. 2. 5. ad 2. Vaſquez, tum alibi ſæpe, tum ex profeſſo hìc diſp. 132. Coninch. q. 62. art. 4. dub. 1. Becanus in præſenti, & de Incarnat. cap. 9. num. 14. Erice diſp 43. num. 28. Lugo diſp. 4. ſect. 4. & (ſi Thomiſtas exceperis) plerique alij. Quibus ego cum in aſſertione conſentiam, in eo vehementer diſſentior, quòd eam autoritate Patrum non aſtruant; nimium ſcilicet quorundam ſolutionibus deterriti; præſtantiorum quoque teſtimoniorum obliti: quæ duo, ni fallor, ex hac ſectione cognoſci poterunt.

3. SS. Patres duas in Chriſti miraculis actiones diſtinguunt.

Ac primum aliqui Patres relati à nobis in tomo de Incarnatione diſp. 39. n. 18. diſtinguebant in Chriſti miraculis duas actiones, vnam ſolius humanitatis, v. gr. contactum mortui; alteram ſolius diuinitatis, nempe mortui ſuſcitationem: Vnde Damaſcenus in lib. *Quomodo ad imaginē Dei facti ſumus*, adhibito exemplo ſerræ ignitæ, quæ ſimul ſcindit, & vrit, ſic tamē vt ſciſſio ſit à ſolo ferro, & vſtio à ſolo igne, *Sic* (inquit) *quando Diuinitas tactu carnis ſanabat infirmum, alia erat proprie actio Diuinitatis, altera humanitatis: & finis quidem humanæ actionis in manûs extenſione, & tactu poſitus erat; Diuina autem natura in excitatione puellæ*: Ex quibus inferebamus, Chriſti humanitatem non cōcurriſſe phyſicè ad illas miraculoſas actiones: Atqui plurimi Patres, dum de ſanctificatione per ſacramenta diſſerunt, eodem pacto diſtinguūt, vnam actionem ſacramenti ſolius, nempe corpoream, & externam, & cum re materiali proportionatam, qualis eſt in aqua, corporis ablutio, & in triplici merſione ſignificatio tridui mortis Chriſti; alteram verò ſolius Deitatis, nimirum internam animæ ablutionem, & ſanctificationem: Ergo pariter ſentiunt, iſtam à ſola Deitate, non à ſacramentis phyſicè profluere.

Itemque in ſanctificatione per ſacram.

4. Reſpondebunt Recentiores ex P. Suarez de Incarnatione diſp. 31. ſect. 3. §. *Ad fundamentum*, & hoc loco diſp. 9. ſect. 2. §. *Ad argumenta*, ſanctos Patres, dum ſoli Deitati adſcribunt actiones patrandi miracula, & infundendi gratiam, non negare, quod humanitas in miracula, & ſacramenta in gratiam influant phyſicè, ſed quod influant virtute ſibi natiua, & principali, ſic enim ſola Diuinitas influit. Reſponſionē iſtam, quod ad ſacramenta pertinet, adſtruit Suarez, quia ſancti Patres, qui ita loquuntur, vel ibidem, vel alibi ſuam mentem explanant pro phyſica efficientia ſacramentorum in gratiam; nempe Baſilius, Ambroſius, Auguſtinus, & alij quorum verba commodiùs expendemus infra, & in Aduerſarios retorquebimus.

5. Nec dici poſſunt agere ab agente naturaliter principaliter.

Nunc pronuntio reſponſionem iſtam ſuſtineri non poſſe. Primò, & à priori, quia Patres abſolutiſſimè, & ſine vlla limitationis ſignificatione, vel vmbra pronunciant, vnam illarum actionum non eſſe humanitatis: Ergo cenſent, non fluere ab humanitate ſtrictè, & propriè, nimirum phyſicè. Si enim phyſicè flueret, falſa eſſet propoſitio, qua ſimpliciter negaretur fluere, cum phyſicè fluere ſit propriè & ſtrictè fluere. Præterea quia Patres expreſsè dicunt, actionem ſacramentorum non progredi vltra corporalem, & extrinſecum effectum, & non pertingere ad animam: ſi autem ſpiritalem effectum phyſicè haberet, & animam phyſicè mutaret, qua precor veritatis ſpecie, vtrumque ſimul homines ſapientes abſolutè, & ſimpliciter ei negarent.

S. Tho. Q. LX.

6. Alioquin homo non dicendus eſſet vllam actionē ſupernaturalē elicere.

Secundo, & ab incommodo, quia cum homines nullam actionem ſupernaturalem elicere poſſint ex natura ſua, & vt cauſæ principales; ex hac reſponſione ſequitur, cunctas eiuſmodi actiones iudicio, & exemplo ſanctorum Patrum eſſe de homine abſolute negandas. Itaque propoſitiones iſtæ erunt ſimpliciter admittendæ: *Homo in patria non producit viſionem creatam Dei*: *Non efficit actum fidei*: *Non efficit actum ſpei*: *charitatis theologicæ*: *Non producit aliquem actum intrinſecè ſupernaturalem*. Cumque nec ipſa Chriſti humanitas ex natura ſua, & principaliter poſſit aliquid ſupernaturale producere; pariter concedendum erit, Chriſti humanitatem non elicuiſſe, neque nunc elicere theologicum amorem Dei, creatam Dei viſionem, aut actionem aliquam in ſubſtantia ſupernaturalem. Quæ locutiones ſicut euidenter ex adducta reſponſione ſequuntur; ita nullus erit catholicus animus quem non grauiter offendant. Non eſt igitur credibile ſanctos Patres in eo ſenſu locutos, ex quo tales propoſitiones planiſſimè deducuntur.

7. Aduerſarij ſecum, & cum PP. pugnant.

Accedit Aduerſariorum ſecum ipſis, & cum Patribus aperta pugna. Nam ex eo, quòd Patres aiunt, ſacramenta eſſe gratiæ cauſas, Aduerſarij deducunt, cauſas phyſicas eſſe, quia alioqui Patrum locutiones non forent ſimpliciter veræ. Nunc ſic argumentor: Quidam Patres abſolutè affirmant, ſacramenta eſſe gratiæ cauſas, & aſſeritis illos verè affirmare, quia ſacramenta ſunt cauſæ phyſicæ illius: alij vero Patres abſolutè negant, ſacramenta eſſe gratiæ cauſas, & aſſeritis, illos verò negare, quia ſacramenta non ſunt cauſæ ex natura ſua, nec principales illius: Ergo & Patres inter ſe pugnant, quia duas propoſitiones, vnam affirmatiuam, & alteram negatiuam de eodem abſolutè proferunt: & vos ipſi vobiſcum pugnatis, quippe qui duas illas enunciationes abſolutè profertis: & præterea pugnatis aperto marte cum vtriſque Patribus, per negatiuam cum affirmantibus, & per affirmatiuam cum negantibus.

8. Nec eos inter ſe conciliare poſſunt.

Poſtremò, vel phyſicus ſacramentorum influxus in gratiam, ſupernaturalis, & inſtrumētarius ſufficiens eſt vt ſacramenta ſimpliciter dicantur cauſare gratiam, vel inſufficiens: ſi ſufficiens eſt, & Patres eum illis attribuunt, malè negant, ſacramenta eſſe cauſas gratiæ: ſi inſufficiens, perperam agunt Aduerſarij, quippe qui, vt veræ ſint locutiones aliorum Patrum appellantium ſacramenta gratiæ cauſas, ſacramentis aſcribunt concurſum in gratiam phyſicum, tamquam ſufficientem, nec alium requirunt præſtantiorem.

9. Nos vero faciliime conciliamus.

Neque vero difficile eſt in noſtra, & pro noſtra ſententia colligere, tum legitimum Patrum ſenſum, tum ipſorum inter ſe conſenſum,

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX. ſum. Dum enim aiunt, gratiam ſacramentalem à ſola deitate immitti, & internam hominis mutationem ad ſolam omnipotentiam referunt, agunt planè de ſolis cauſis phyſicis. Negari enim non poteſt, quin hominis interioris mutatio, tum voluntati increatæ, tum Chriſti humanitati, vt veræ cauſæ morali debeatur: dum ergo Patres eas ambas omittunt, manifeſtè loquuntur de ſolis cauſis phyſicè agentibus. Sic autem loquuntur valde propriè, & philoſophicè: nam cauſa propriè, & vniuocè non dicitur niſi de influentibus phyſicè, eſto de influentibus moraliter dicatur analogicè, & quoad æſtimationem moralem.

10. Ideo Patres dum rem, & operationem ſacramentalem phyſicè exquirunt, cum ſentiant à miniſtro, & ſacramento ſolùm fieri phyſicè mutationem externam, & à ſolo Deo internam; iure negant, ſacramenta, vel ipſorum miniſtros producere gratiam, immittere gratiam, & eſſe gratiæ cauſas, phyſicas nimirum, quæ ſolæ propriam cauſarum vendicant rationem. Dum autem indicant, ſacramenta eſſe gratiæ cauſas; cauſæ nomen accipiunt laxè, prout ſe extendit ad moralem.

11. Non damnandi PP. ſiue qui eſſerunt, ſiue qui negant. Porrò neutrorum Patrum eſt damnanda locutio: quia dum res quæritur ſtrictè ſumpta; iure negatur de omni illo, cui ſtricte non conuenit: dumque non ita ſtrictè quæritur, iure prædicatur de illis, quibus per ſimilitudinem, & ſecundùm humanam æſtimationem competit. Si enim Petrus, rogante Paulo Franciſcum eſu tandiu priuet, quoad animam agat medicus & Philoſophus naturalis optimè dicent, cauſam mortis fuiſſe ſolam inediam; iudex autem, cum pro tribunali, & moralis philoſophus pro ſuggeſtu rectè pronunciabunt, cauſam fuiſſe Petrum, & Paulum: quia ſcilicet vtrique terminos vſurpabunt in ſignificatione ſuæ facultatis, & proinde ſine ſpecie, vel vmbra contradictionis, aut confuſionis.

12. Eſtque adductum exemplum ad rem noſtram appoſitiſſimum: ſolus enim Deus phyſicè gratiam in anima producit: ideo Patres ij, qui naturales philoſophos agunt, & productionis, & cauſæ rationem phyſico dumtaxat more conſiderant, ſolum Deum aiunt eſſe cauſam illius productionis, & immutationis: Quia vero Deus iſtam efficit rogatu, & precibus Chriſti, ſacramentum conſtituentibus, ac proinde rogante, vt ſic dicam, & inclinante illum ſacramento; propterea Patres dum agunt morales Philoſophos, & rationem cauſæ moraliter ſpectant, iure ſacramentum appellant gratiæ cauſam.

13. Baſilij & Damaſceni teſtimonia. Venio iam ad teſtimonia Patrum nominatim. Inter Græcos Baſilius Magnus lib. de Spiritu ſancto cap. 15. ſic habet. *Qui nobis vitam diſpenſat Dominus, Baptiſmatis pactum nobis ſtatuit: mortis quidem imaginem complente aqua; ſpiritu verò vitæ arrham præbente.* Et rurſus infrà: *Aqua mortis exhibet imaginem; ſpiritus verò vim viuificandi immittit.* Vbi ſic munera partitur Baſilius, vt aquæ tribuat ſolam actionem repræſentandi mortem peccati, iuxta illud ſcilicet Rom. 6. v. 4. *Conſepulti enim ſumus cum illo per Baptiſmum in mortem*; quod Baſilius in lib. de Baptiſmo frequenter vſurpat: diuino autem ſpiritui tribuat actionem immittendi vitam gratiæ. Quam ſententiam, eiſdem conceptam verbis, ex Baſilio mutuatur Damaſcenus lib. 4. fidei, c. 10. ante medium.

Dices, hos duos Patres ſuam exponere mentem pro phyſico ſacramentorum influxu. Nam Baſilius poſtea ſic loquitur *Quod ſi qua eſt gratia in aqua; non eſt ex ipſius aquæ natura, ſed ex ſpiritus præſentia.* Damaſcenus autem ait, nos purgari per aquam, & ſpiritum, itaut aqua per ſpiritus gratiam corpus peccati deleat. Spiritus autem diuinæ ſimilitudinis, & imaginis pulchritudinem inſtauret. 14. Non alibi Baſilio enunatum.

Retorqueo Baſilius enim partitionem illam actionum repræſentandi mortem, & tribuendi vitam priùs abſolutè facit, illam deferens ſoli ſacramento, & hanc ſoli ſpiritui: poſtea verò conditionatè dicit, *ſi qua eſt gratia in aqua*, vbi ſaltem dubitat de continentia phyſica: ſubdit verò, ſi talem aqua poteſtatem habet, non illam habere ex natura ſua: quod ipſum nos conditionatè dicimus, cum tamen abſolutè phyſicum influxum ſacramento negemus. Damaſcenus verò cum in verbis proximè relatis minus rectè tribuiſſet aquæ destructionem peccati, & ſpiritui productionem gratiæ, confeſtim locutionem ſuam ad Baſilianæ normam direxit, inquiens, ita rem tranſigi, *vt aqua quidem mortis ſimulacrum, ac figuram exprimat, ſpiritus autem vitæ pignus largiatur.* Quam rurſus mentem clariùs explicans addidit ſordes animi, *ſic nunc purgari per aquam, vt olim per aquam eluebantur maculæ legales*: quæ profectò non eluebantur phyſicè variis illis Baptiſmatibus. 15.

Chryſoſtomus in Matt. hom. 15. ſub medium, verſans illam Chriſti ſententiam. *Vos eſtis ſal terræ*; ſic de Apoſtolis, & conſequenter de omnibus ſacramentorum miniſtris *Quid igitur? Ipſine putrefacta medicati ſunt? nequaquam: neque enim fieri poteſt, vt ea, quæ iam corrupta ſunt, ſalis perfricatione reparentur, &c. Non ergo hoc fecerunt, &c. Liberare quippe à putredine peccatorum, Chriſti virtutis eſt; vt autem ad illa iterum non reuertantur, Apoſtolorum curæ eſt, ac laboris.* Nomine autem ſalis, vel perfricationis ſalis, apertè intelligit Chryſoſtomus omnem actionem ſacram ab Apoſtolis exhibitam circa fideles, ſiue ſacramentalem, ſiue concionatoriam: nec negat autem ac pernegat, Apoſtolos per eiuſmodi actiones feciſſe internam reparationem, redditque rationem; quia mutationem illam efficere, Chriſti virtutis eſt: At non poteſt ſic accipi Chryſoſtomus, vt ſolum neget, id feciſſe Apoſtolos virtute naturali, & principali, vt ex num. 5. & 6. liquet: Ergo quod illis negat, eſt phyſicè illud præſtitiſſe, prout ex eiſdem numeris, & ſequentibus apertiùs cognoſcere eſt: Aliorum Græciæ Patrum teſtimonia, quæ ſolent Aduerſarij contra nos intorquere, ſect. 4. §. 1. in ipſos retorquebimus. 16. Chryſoſtomi præclare teſtimonium.

Inter Latinos Cyprianus, ſeu quis alius, grauis certè & antiquus, & pius autor, in ſermone de Baptiſmo Chriſti, & manifeſtatione Trinitatis, ſtatim poſt principium, ita pronunciant. *Remiſſio peccatorum, ſiue per Baptiſmum,* 17. Aliud auctoris nomen Cypriani circumfere

Digitized by Google

mum ſiue per alia ſacramenta donetur, propria Spiritus ſancti eſt; & ipſi ſoli huius efficientia priuilegium manet. Verborum ſolemnitas, & ſacri inuocatio nominis, & ſigna inſtitutionibus Apoſtolicis, ſacerdotum miniſteriis attributa viſibile celebrat ſacramentum: rem vero ipſam (nempe gratiam, quam paulo poſt appellat ſacramenti rem) *Spiritus ſanctus format, & efficit.* Idem paulo poſt de eadem gratia ſic loquitur. *Propriè ſibi omnipotentia Dei retinet hunc effectum.* Et paucis interiectis *ſiue Iudas, ſiue Paulus baptiZet, Chriſtus peccatum lauat, abſoluit, & delet*: nimirum: propriè, ſeu phyſicè: cum Iudas aut Paulus non deleat, niſi moraliter. Si forte quis obiiciat eundem ſcriptorem ſerm. de reſurrectione Chriſti ſub medium dicentem, *Virtus indiuiſibilis, & viſibilia ſacramenta ſic faciunt vnum corpus, ſicut caro, & ſpiritus*: retorquebo. nam etſi caro phyſicè cócurrat cum anima ad actiones corporeas, non tamen ad incorporeas: ſic ergo licet materialia ſacramentorum phyſice immutent exteriorem hominem, non tamen interiorem.

18. S. Hieronymi pulcherrima verba. Hieronymus in cap. Iſai 40. ediſſerens illam Baptiſtæ ſententiam relatam. Matth. 3. verſ. 11. *Ego vos baptizo in aqua: qui autem poſt me venit, ille vos baptizabit in Spiritu ſancto & igne*, ſic habet. *Ex hoc diſcimus quod homo tantum aquam tribuat: Deus autem Spiritum ſanctum.* Nihil profecto, vel in ſe clarius, vel nobis fauentius, vel ſuperioribus Patrum teſtimoniis conſonantius: cum æquè illis exprimat partem vnam pro Spiritu ſancto affirmatiuam, & alteram pro ſacramento negatiuam. Adde quod etſi Baptiſmus Ioannis non conferebat gratiam, & noſter Baptiſmus eam confert; in eo tamen quòd eſt ſolam adhibere aquam, vtriuſque miniſtros pares omnino pronunciat Hieronymus. Negat igitur vtriſque phyſicam effectionem, vt phyſice diſputans: ſicut è contra ad Eliodor. epiſt. 1. & ad Euagrium epiſt. 85. moraliter diſputans, moralem concedit efficientiam in Euchariſtiam noſtris ſacerdotibus inquiens. *Qui corpus Chriſti ſacro ore conficiunt. Ad quorum preces corpus Chriſti ſanguiſque conficitur.*

19. Ambroſij teſtimonium egregium. S. Ambroſius lib. 1. de ſacramentis cap. 5. *Aliud eſt elementum, aliud conſecratio: aliud opus, aliud operatio: aqua opus eſt: operatio, Spiritus ſancti.* Quæ locutio ſupra modum conciſa & figurata, ſic accipi, & exponi debet: *Aliud eſt elementum*, id eſt, elementi vſus externus, ſiue ablutio: *aliud conſecratio*, id eſt, interior animæ ſanctificatio. *Aqua opus eſt*, hoc eſt, ablutio per aquam effecta opus eſt miniſtri: *operatio autem*, nimirum gratiæ productio, actio eſt Spiritus ſancti: quod ipſum Patres memorati pronunciauerant.

20. At inquiunt Aduerſarij ſanctum Ambroſium ſuam pro illis explicaſſe mentem epiſt. 84. circa medium in hæc verba. *Non eſt idem in ſacramento forma, quod virtus: nam forma cum humani miniſterij obſequio exhibetur; virtus autem per diuini operis præſtatur effectum: ad cuius vtique potentiam referendum eſt, quod dum homo exterior abluitur, mutatur interior.* Cæterum Ambroſius apertè illis refragatur, nobiſque ſuffragatur: ipſum enim ſacramentum voçat ſacramenti formam; gratiam verò, quæ ſacramento producitur, nominat virtutem ſacramenti, iuxta illud Chriſti, *ego ſentio virtutem de me exiuiſſe.* Addit Ambroſius ſacramenti formam exhiberi per actionem humanam, ſacramenti verò virtutem per actionem diuinam: S. Thom. Q. LX. Quia ſcilicet ſacramentum homo efficit & miniſtrat, gratiam autem ſolus Deus phyſice producit, & confert. Ideo ſubdit Ambroſius, quod dum homo exterior abluitur, interior mutetur, referendum eſſe ad ſolam Dei omnipotentiam, nempe vt ad cauſam phyſicam, ſeu propriè & philoſophicè cauſam.

Auguſtinus lib. 15. de Trinit. c. 26. de Chriſti diſcipulis inquit: *Orabant, vt veniret in eos Spiritus ſanctus, non ipſi eum dabant.* Magis autem ſeipſum explicans, & præcedentium ſanctorum ſententiam exprimens, in epiſt. 23. ad Bonifacium, circa principium ita ſcribit. *Aqua igitur exhibens forinſecùs ſacramentum gratiæ, & ſpiritus operans intrinſecùs beneficium gratiæ, ſoluens vinculum culpæ, reconcilians bonum naturæ, regenerat hominem in vno Chriſto, ex vno Adam, generatum.* Itaque autore Auguſtino precabantur quidem Apoſtoli, vt fidelibus daretur gratia Spiritus ſancti, non tamen eam ipſi dabant, propriè ſcilicet, ſeu phyſicè quia non illam phyſicè conferebant. Et eodem autore baptiſmatis aqua ſignificationem exhibet interioris gratiæ: ſpiritus vero ſanctus exhibet eiuſdem gratiæ effectionem: propriè nimirum, ſeu phyſicè: eſto baptiſmus eam exhibeat moraliter. 21. Auguſtini dictum præclarum.

Occurrunt Aduerſarij, S. Auguſtinum fauiſſe phyſico ſacramentorum influxui, lib. 4. de baptiſmo, cap. 22. in hæc verba. *Nemo debet cõtemnere ſacramentum, quod miniſtrorũ opere corporaliter exhibetur: nam per hoc Deus hominis conſecrationẽ ſpiritualiter operatur.* Miror equidem: nam ſententiam iſtam meliore iure nos, quam Aduerſarij dicemus: Nemo ſcilicet contemnat ſacramentum exhibitum corporaliter: quia Deus per illud ſanctificat ſpiritualiter, per illud, inquam vt per inſtrumentum morale, nobiliſſimum inuoluens Chriſti actum, quo Deus inclinatur & flectitur ad tantum bonum nobis conferendum. Si enim Deus non illud cótemnit, imò potius táti æſtimat, cur nos illud contemnemus, Simili locutione dicerent filij hæredes: *Ne contemnamus parentis teſtamẽtum, tãquam inſtrumentum ab ſcriba celeriter conductum: quia per illud nobis pater alimenta præbet diuturno tempore.* Nec verò ſenſus eſſet, præbere per illud, vt per inſtrumentum phyſicum. 22. Fruſtra ab aduerſariis obſcuratum.

At inquiunt tandem Aduerſarij. Dum Patres indicant, ſacraméta non agere in opus iuſtificationis, intelligendos ita eſſe, vt ſacramẽta, ſi cum Deo conferantur, nihil agant. Qua ratione S. Bernard. 5. de conſiderat. cap. 5. cum varia variis Angelorum ordinibus diſtribuiſſet, *Virtutes*, (inquit) *pro ſuo miniſterio, & potentatu ſatagunt excitare corda torpentium hominum, innouatione ſignorum: virtus vero in eis manẽs, ipſa facit opera. Faciunt & illa, ſed in comparatione eius non faciunt. Denique tãtum intereſt, vt quaſi ſingulariter Propheta dicat ad eum. Tu es Deus, qui facis mirabilia.* Sed contra, quia ſi totam gratiam ſacramenta phyſice efficiunt, non video quì poſſint dici in comparatione Dei nihil efficere, cum totum quod ille facit, illa faciant. 23. Violenta Patrum expoſitio frangitur.

Teſtimonium Bernardi non eſt ad rem: quia Virtutes, & quilibet alij ſpiritus Angelici, non præſtant in hominibus totum, quod præſtat Deus: excitant quidem hominum animos, il-

S. THOM. Q. LX. vi. Bernardus extra rē ab Aduerſarijs adductus.

lorum tamen ſanctos motus contritionis, & dilectionis, quos vnice Bernardus appellat opera, phyſicè non efficiunt. Quare ſicut excitationes illæ cum actibus conuerſionum collatæ, nihil ſunt, quia non ſunt opus, quod intenditur: ſic Angelici ſpiritus in opere conuerſionis, ſi cum Deo componantur, nihil efficiunt. Id verò ſacramentis aptare nequeunt Aduerſarij, niſi dicant id, quod abſurdiſſimum eſt, hominem in opere conuerſionis, charitatis, viſionis Dei &c. nihil efficere, prout num. 6. proſequebar.

SECTIO II.

Phyſicum ſacramentorum influxum in gratiam varijs impugno rationibus.

25. Phyſicū influxum ſacramentorū non exigunt Concilia, nec Patres.

PRima. Si neceſſarium eſſet aſcribere ſacramentis eum influxum in gratiæ collationem, eſſet propter locutiones Scripturarum, Conciliorum, & Patrum: Atqui propter iſtas neceſſarium non eſſe, probatur: quia ad ipſarum veritatem ſufficit quòd ſacramenta moraliter conferant gratiam: Sed iſtam moraliter conferre, conſtat ex Diſputatione ſuperiore: Ergo non eſt opus dicantur conferre phyſicè.

26. Dicuntenim ſacramenta cauſare remiſſionem.

Maior quæ ſola probationem deſiderat, probatur primò, quia ſi ſacramenta dicuntur cauſare & conferre gratiam, etiam dicuntur cauſare, & cōferre peccatorū remiſſionem, quæ iuxta pleroſque Aduerſariorum, & re ipſa eſt quidpiam realiter diſtinctum ab infuſione gratiæ, nimirum conſiſtens in externa condonatione, ſeu remiſſione: ſed iſta cum etiam apud eoſdem autores, & veriſſimam ſententiam, non eſt aliquid phyſicè productum, cum ſit realiter eadem entitas increatæ volitionis, à qua ſolum æquiualenter diſtinguitur.

Sicut ergo ſacramenta dicuntur animas mundare, remiſſionemque peccatorum conferre, quin munditiem & remiſſionem phyſicè producant, ſed tantùm moraliter inducant: pari ratione dicemus cauſare, & conferre gratiam, quin phyſice illam producant, aut conferant; tantum quia moraliter vtrumque præſtant.

27. Paſſionēque Chriſti nos mundare.

Secundò probatur illa ipſa Maior exemplis. Nam Chriſti humanitas & paſſio frequenter in Scripturis, Conciliis, & Patribus dicuntur mundare, & ſanctificare animas, & nunc noſtras, & olim ſanctorum Patrum, iuſtorumque, qui Chriſtum præceſſerunt: At iſtud non phyſicè præſtabant, aut præſtant: cum neque tunc phyſicè exiſterent; neque nunc exiſtat paſſiò Chriſti. Item ſacramentalis character, qui dicitur eſſe res, & ſacramentum ſimul, & eſſe potentia actiua in ordine ad ſuos actus, & effectus, non concurrit ad eos producendos phyſicè, ſed moraliter, teſtibus Aduerſariorum non paucis, & inter eos Bellarm. lib. 2. c. 19 §. *Tertia propoſitio*: Ergo idem erit de ſacramentorum influxu in gratiam: alioqui propoſitiones inter ſe non cohærebunt. Dæmum quià non eſt credibile quòd Scriptura Concilia & Patres ſacramentis ea locutione tribuant influxum, quem in aliis rebus eâdem vtentes locutione non ſignificant, vt iam oſtendimus; & quem in ſe eſſe difficillimum, & non perpetuum, imo plerumque impoſſibilem, & minime neceſſarium, & maximè præpoſterū, in ſequentibus oſtēdemus.

Secunda ratio ſæpe ſacramentum non exiſtit phyſicè, & gratiam confert. Ergo non phyſicè confert. Antecedens adſtruitur exemplis. Baptiſmus cum fictione receptus, ea recedente confert baptizato gratiam: Confert igitur gratiam, dum phyſicè non exiſtit. Reſpondent quidam (ex S. Thoma q. 69. art. 1.) Baptiſmum influere tunc phyſicè, quia influit character initio productus, qui eſt res, & ſacramentum ſimul. Contrà, quia plerique iſtorum docent, cætera quoque ſacramenta recedente fictione cōferre gratiam: At pleraque illorum non imprimunt caracterem. Deinde in hac ipſa reſponſione plane receditur ab ſtatu quæſtionis: hæc enim inſtituta fuit de re ſeu materia componente ſacramentum propriè, & ſimpliciter tale, vt Baptiſmum, Confirmationem & cætera: character verò non eſt materia componens ſimpliciter aliquod ſacramentum: Ergo reſponſio extra chorum ſaltat. Alias reſponſiones huic, & ſequenti exemplo communes, illico referam, & impugnabo. 28. Sacramenta cauſant gratiam dum phyſicè non exiſtunt.

Alterum exemplum eſt matrimonium rite contractum ſub conditione de futuro, v. gr. *Contraho tecum, ſi pater meus cras conſenſerit.* Hoc enim matrimonium hodie non eſt ratum, proinde neque gratiam confert: cras autem conſentiente patre, abſque nouo contrahentiū conſenſu, aut cogitatu, imo neutro ipſorum vigilante, fit ratum matrimonium, & verum ſacramentum, quod ambobus cōtrahentibus, ſi peccatum mortale non habeant, gratiam tunc ex opere operato confert: non phyſicè quia tunc non habet phyſicam exiſtentiam: & proindè ſolum moraliter. Sunt qui dicant, inefficax eſſe argumentum pro Vaſquez, vtpote exiſtimante materiam proximam matrimonij eſſe ipſa corpora contrahentium, quæ in illo euentu phyſicè exiſtunt. Sed contra 1. quia Vaſquez non ait corpora eſſe materiam intrinſecè conſtitutiuam contractus: neque enim dicet illa eſſe partem ſacramenti, ſed ſolum eſſe materiam circa quam verſatur contractus, de qua non agitatur præſens quæſtio: Contra rurſus, quia licet hæc ratio non eſſet efficax pro Vaſq. eſſet efficax contra Suarez, & pleroſque aduerſarios, vtpote exiſtimantes, materiam proximam illius contractus nō eſſe cōtrahentiū corpora, ſed cōſenſus: nā iſti in illo euentu non phyſice exiſtunt. 29.

30. Reſponſio conuellitur.

Ad vtrumque exemplum reſpondet Suarez, in iis euentibus non proprie dici ſacramenta gratiam conferre, & animam mundare, ſed Deū id efficere poſito ſacramento. Sed hæc reſponſio pugnat in primis cum cōmuni Doctorum, & indoctorum ſenſu; quia ſupponit, nihil dici tale abſolute iuxta moralem æſtimationem, niſi quod tale eſt phyſicè. Iudex enim in rebus ordinis naturalis abſolutè dicitur reum occidiſſe: & in rebus diuinis Chriſti humanitas, & paſſio Dauidem, & Paulum ſanctificaſſe. Secundò pugnat reſponſio cum S. Aug. abſolutè dicente, Baptiſmum recedēte fictione cauſare vitā. Tertiò pugnat cum S. Thoma, qui n. 28. relatus aiebat, etiam tum ſacramentum cauſare gratiam, quamuis ratione debili nixus. Quarto, quia nō minus tunc eam cauſat, quam promiſſio tranſacta, & acceptata cauſet poſtea ſibi impletionē: propriorem autem cauſalitatem in rebus adeo moralibus ſine fundamento requiremus. Alias reſponſiones æque huic & ſequentibus aptas, vel ineptas in ipſis referemus.

Tertia ratio. Nullū è ſex ſacramentis trāſeuntibus

Digitized by Google

Nullum ſacramentum tranſiens, phyſicè exiſtit, dū gratiam confert.

tibus phyſicè exiſtit, quando gratiam confert. Non enim illam confert quoad tota materia & forma poſitæ ſint: iſtæ vero ſunt tranſeuntes; & ipſarum partes, immediatè poſtquam ponuntur deſinunt eſſe: Vnde quando vltima ponitur, iam cæteræ non exiſtunt phyſicè, ac proinde neque ſacramentum phyſicè exiſtit; Atqui tunc gratiam confert, vt in diſput. 12. ſect. 3. probabitur, & ab Aduerſariis citra controuerſiam admittitur: Ergo non confert gratiam phyſicè. Quod enim aliqui Thomiſtarum reſpondent, poſſe rem immediatè poſtquam deſiit exiſtere phyſicè, cauſare aliquid phyſicè, chimæricum planè eſt, & riſu magis, quam impugnatione dignum.

32. Prima reſponſio reijcitur.

Reſponſio Bellarmini, Suarez, & communior Recentiorum eſt, gratiam phyſicè produci per illud, quod in ſacramento vltimum eſt; & quidem Bellarminus, & Suarez loquuntur de vltimo indiuiſibili. Si dicamus, indiuiſibile ſacramenti non eſſe ſacramentum; reſpondent, eſſe aliquid ſacramenti, & agere ratione partium præcedentium, vel potius partes illas agere per illud: ſicut globus (inquiunt) ſolo puncto tangit, & phyſicè tangit. Contrà, quia partes ſacramenti iam phyſicè non exiſtentes, non poſſunt per illud indiuiſibile agere phyſicè, ſed moraliter: quomodo enim phyſicè agat res illa, quæ phyſicè non exiſtit.

33. Quocirca reſponſio hæc, ſi partes illas phyſicè agere contendit, ad ſuperioris abſurditatem vel omnino pertingit, vel quam proximè accedit. Si non contendit agere phyſicè, ſed ſolum moraliter, iam concedit quod intendimus, nempe id, quod verè ſacramentum eſt, non phyſicè, ſed moraliter influere. Exemplum globi nihil habet ſimile: partes enim globi phyſicè exiſtunt, & phyſicè vnitæ ſunt puncto, & cum iſto phyſicè conſtituunt vnum, & eum phyſicè impellunt ad tangendum planum: ideoque per illum poſſunt dici phyſicè tangere: ſicut homo dicitur eſſe in terra, cum tamen terram ſolis tangat pedibus. Non poſſent autem vel partes globi dici tangere planum, ſi eſſent à puncto phyſicè diuiſæ; vel homo eſſe in terra, ſi cæteras partes à pedibus haberet diuiſas, & in aëre, vel alio elemento, multoque minus, ſi vtriuſque partes nullibi iam exiſterent. Cum igitur exiſtente poſtremo indiuiſibili ſacramenti, iam partes phyſicè non exiſtant, nequeunt per illud phyſicè agere.

34. Secunda cōfutatur.

Alij per illud, quod in ſacramento vltimum eſt, intelligunt partem diuiſibilem, quam dicunt aliquandiu permanere; & iſtam phyſicè influere in gratiam. Sed in primis, etſi daremus, partem aliquam formæ diuiſibilem aliquandiu permanere, quia ſonus aliquando permanere videtur; tamen id locum non habet in materia, v. gr. in ablutione; Sæpe autem prius terminatur poſitio formæ, & poſtea materiæ: Ergo ſæpe nihil ſacramenti diuiſibile dabitur, quod ſit vltimum. Deinde quamuis daremus, ſemper iſtud reperiri, ſanè iſtud extremum non eſt integra materia ſacramenti, ſed cum præcedentibus partibus illam conſtituit: Ergo ſi agit, agit ratione illarum, ſicut nuper dicebamus de indiuiſibili. Res enim illæ agunt per extremum iſtud. Non agunt phyſicè, cum phyſicè iam non extent: Ergo moraliter. Vide numerum præcedentem.

35. Tertia refellitur.

Alij tandem, vt Mæratius, reſpondent, gratiam à ſacramento phyſicè produci, non per aliquid extremum, ſed per totam materiam, quæ phyſicè permanet, nimirum gratiam baptiſmalem phyſicè produci per aquam corpori admotam; gratiam confirmationis per chriſma, gratiam vnctionis per oleum: Contra primò, quia materia quæ applicatur, nec eſt ſacramentum, nec intrinſecè conſtituit ſacramentum: Baptiſmus enim eſt ablutio, confirmatio eſt chriſmatio, & ſic in Vnctione: Ergo, ſi ſolum aqua, chriſma, & oleum gratiam confert, non eam confert ſacramentum, nec ſacramenti pars intrinſeca, vel quam ſacramentum in recto dicit. S. Thom. Q. LX.

36. Sancti verò Patres, & S. Thomas, quorum autoritate Mæratius ducitur ad phyſicum tuendum influxum, vel hanc tribuunt ſoli materiæ remotæ, vel non: ſi non, ſanè Mæratius in puncto grauiſſimo illis aduerſatur: ſi tribuunt, negant rem veriſſimam, nempe ſacramentum eſſe gratiæ cauſare. Si dicat Mæratius, Patres tribuere ſacramento cauſalitatem in gratiam, quatenus cauſalitatē tribuunt materiæ remotæ ſacramenti: Ergo Patres dum aiunt, ſacramenta producere gratiam impropriè loquuntur, & falſo; vel ſaltem ita, vt materiæ remotæ tribuant cauſalitatem phyſicam, & ſacramento moralem. Si autem influxus ſacramentorum moralis in gratiam ſatis eſt, vt à Patribus dicatur illam producere; ſine fundamento ponitur influxus phyſicus in materia ſola, contra omnes Scholaſticos, & citra neceſſitatem, & cum ſumma difficultate; & quod caput eſt, ſine ſufficientia: quid enim dicent in ſacramento Pœnitentiæ, vbi non eſt materia remota, quæ applicetur, & permanens ſit.

37. Gratia vt ſacramentalis non fit à ſacramentis phyſicè.

Quarta ratio: Gratia ſacramentalis, ſeu quam ſacramenta ex opere operato conferunt, non ſolum includit qualitatem phyſicam gratiæ ſanctificantis, ſed etiam gratiam auxiliantem actualem, propriam cuiuſque ſacramenti, vel quaſi reſpectum, & ius ad illam, vt diſp. 8. declaratum, & probatum fuit: Atqui ſacramenta non conferunt phyſicè gratiam ipſam actualem auxiliantem, cum hæc plerumque tribuatur multo poſt ablationem phyſicam ſacramenti: nec phyſicè conferunt reſpectum, aut quaſi ius ad illam, cum eiuſmodi ius ſit actus increatæ voluntatis, ac proinde phyſicè improductus, vt loco proximè citato confirmauimus: Ergo nec phyſicè conferunt habitualem gratiam. ſi enim ſpeciale ſacramentum, vt Baptiſmus, non confert phyſicè gratiam ſpecialem, & ſibi propriam; cur phyſicè conferet gratiam ſibi cum ſacramentis aliis communē? Rurſus, ſi vt Baptiſmus dicatur abſolutè conferre gratiam ſacramentalem, ſatis eſt moraliter conferat illā: profectò, vt abſolutè dicatur gratiā conferre, ſat erit, ſi illam conferat moraliter.

38. Sacramenta phyſicè deberent agere per formam.

Quinta ratio. Si ſacramenta phyſicè efficerent gratiam, id præſtare deberent per formam ſacramentalem, à Chriſto inditam, & ſacramenti formaliter conſtitutiuam: Per iſtam phyſicè non efficiunt: Ergo non efficiunt gratiam phyſicè. Maior probatur, & quia ſacramentum in rem ſacram agere debet, vt eſt aliquid ſacrum: & quia quodlibet agens agit per ſuam formam. Quod vero ſacramentum nequeat per iſtam agere, liquet: nam forma ſacramentalis, eſt actus quidam creatæ voluntatis Chriſti, in via elicitus, & iam non phyſicè exiſtens.

39. Sunt quibus hæc ratio videatur debilis: quia ſerra phyſicè cauſat ſciſſionem, non

Digitized by Google

S. Thom. Q. LX. v. Quã rationem Aduerſarij non vrgeant.

non per figuram, ſed per materiam, ſub conditione tamen, quod eam figuram habeat: & præmiſſæ formales cauſent phyſicè efficienter concluſionem, non per formam, & figuram ſyllogiſticam, ſed ſub conditione, quod in tali forma, & figura ſint: Ergo poterit ſacramentum phyſice efficere gratiam per ſolam materiam, ſub conditione tamen, quod habeat ſacramentalem formam. Mihi tamen robuſta permanet ratio. Nam & generalis eſt regula, quod omne agens agit per ſuam formam vt per agendi vim; & adducta exempla exceptionem non perſuadent. Quippe ad ſciſſionem tria concurrunt: Primum eſt, impellere proximè partes: ſecundum eſt, proximè impellere has dumtaxat partes: Tertium eſt, deſtruere vnionem iſtarum partium cum aliis. Primum illud præſuppoſitiue ſe habet ad ſciſſionem: ſecundum propiùs accedit ad formale ſciſſionis, ſed non ingreditur: Tertium eſt formale conſtitutiuum ſciſſionis.

40. Nunc dico ſerram non impellere partes ſub conditione talis figuræ; nam licet aliam haberet, impulſu applicata impelleret: impellit tamen has dumtaxat partes ſub conditione talis figuræ, ex qua impulſione ſequitur vnionis deſtructio: impellere autem has tantum partes, & vnionem deſtruere, effectus eſt negatiuus: vnde non mirum, quod ad illum non concurrat ſerra phyſicè per formam poſitiuam, quæ ſit agendi vis; ſed quia ratione figuræ non applicatur, niſi ad partes iſtas impellendas: gratia vero poſitiuum quidpiam eſt, ac proinde per formam agentis phyſicè producendum. Iſ verò præmiſſę formales, vt ego in Philoſophia docui, non producunt phyſicè concluſionem. Nunc addo formam ipſarum eſſe aliquid phyſicum, & phyſicè exiſtere, dum concluſio producitur: quia forma ipſarum phyſicè & realiter eſt idem cum aggregato ex ambabus: proindè ſi phyſicè influerent, per formam & figuram phyſicè influerent.

41. Aduerſarii grauiſſimè inter ſe diſcrepant.

Sexta ratio. Sententiæ contrariæ propugnatores hac in re grauiſſimè diſſentiunt. Quidam enim cum Suarez aiunt, non poſſe dici ſacramenta conferre gratiam, niſi phyſicè illam producant. Iſti vero præterquam quod falſum aſſerunt, vt num. 30. demonſtratum eſt, grauiſſimum ſubeunt incommodum, nempe ſacramenta non eſſe cauſas morales iuſtificationis & gratiæ: quod equidem, qui poſſit ſuſtineri non video. Si enim Chriſti paſſio, & merita certiſſimè ſunt cauſa noſtræ iuſtificationis; & fuerunt etiam, antequam exiſterent, iuſtificationis Patrum: qui ſuſtineri poteſt, aut intelligi, quòd ſacramenta, cum inuoluāt eſſentialiter ipſos Chriſti actus meritorios, & impetratorios, & per ipſos formaliter conſtituātur, non ſint cauſæ iuſtificationis & gratiæ, quæ in ſacramentis confertur?

42. Alij cum Mætatio concedunt, ſacramenta rectiſſimè dici poſſe cauſas gratiæ, tametſi non eam conferrent phyſice, dicenda tamen phyſicè conferre, non vi rationis, ſed autoritatis Patrum. Sed in primis Patres non illis, ſed nobis patrocinari, fusè iam oſtendi ſect. 1. Nunc addo, non eſſe credibile, quod vel Patres ad phyſicum aſſerendum influxū ſine vrgentiſſima ratione, vel autoritate proceſſerint: vel quod ea ratio, vel autoritas, qua Patres ducebantur, totam nunc lateat Eccleſiam, vel vniuerſam ſcholam, vel etiam cunctos aduerſarię partis defenſores. Tandem vtrique iſtorum Chriſti ſacramentis eam cauſalitatem attribuūt, quæ & minimè neceſſaria eſt, & maximè difficilis; nec in doctrina conſequens, nec omnibus ſacramentis perpetuò competens; & quæ ſi ſacramentis poſſibilis eſt, potuiſſet, annuente Deo rebus minime intellectualibus, aut ſanctis, imo ipſis actionibus intrinſecè malis competere, atque concedere. Quare dum ſacramentorum dignitatem illuſtrare, & attollere nituntur, obſcurant potius, ac deprimunt. Cauſalitas vero moralis, quam nos ſacramentis aſcribimus, & eſt euidentiſſimè poſſibilis, & ſimpliciter neceſſaria, & omnibus ſacramentis, ſemper, ac certiſſimè competens; atquè eximiæ dignitatis, nec potens, niſi rebus ſanctiſſimis congruere; & perſpicuæ in doctrina cohærentiæ.

SECTIO III.

Varios modos eiuſdem phyſici influxus aſſerendi, ſingillatim confuto.

43. Sacramenta phyſice producere gratiam, quia diſpoſitionē eius.

PRimus eſt, ſacramenta phyſicè producere gratiam, quia producunt in anima diſpoſitionem ad gratiam; quam diſpoſitionem in Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine, dicunt eſſe ipſum Characterem; in cæteris vero ſacramentis eſſe aliam qualitatem, quam vocant animæ ornatum. Ita cenſuit Alenſ. 4. p. quæſt. 8. m. 3. ar. 5. & quæſt. 19. n. 2. & S. Thomas in 4. diſt. 1. quæſt. 1. ar. 4. & multi Thomiſtæ Caietano antiquiores. Fundamentum eſt, quia gratia habitualis producitur per creationem, ſacramenta verò, cum ſint creaturæ, nequeunt phyſicè concurrere ad creandum: ſolum ergo producunt phyſicè aliquid præuium, tanquam diſpoſitionem ad gratiam: ſicut homo generans hominem non producit phyſicè animam hominis, vtpote creatione productam, ſed ſolas diſpoſitiones exigentes illius creationem, & præparantes materiam ad illius introductionem, & receptionem.

44. Falſum eſt, & falſo niſi fundamēto.

Modus hic diu iam exoleuit, & merito. Nam in primis falſum eſt eius fundamentum vnicum, nempe gratiam ſtricta creatione produci, cū ſit æquè accidēs & æque naturaliter poſtulās educi & inhærere, ac albedo, vt ſuo loco probatur. Deinde licet gratia ſtrictè crearetur, difficile probaretur non poſſe diuinitus à creatura vt ab inſtrumento creari; præſertim cum plures hodie concedant poſſibilem creaturam, quę poſſit creare principaliter alteram: Preterea dictus ornatus fictitius eſt, & qua facilitate aſſeritur, pari grauitate reiicitur; præſertim autem in ſacramentis viuorum, ſupponunt in ſubiecto gratiam: ad iſtam enim intendendam quorſum illa ornatus diſpoſitio? Rurſus ille ornatus vel eſſet naturalis, & hoc dici non poteſt, cum ex natura ſua diſponat ad rem adeo ſupernaturalem: vel eſſet ſupernaturalis, & ſic non minus crearetur, quam gratia; proinde non magis, quam illa, à ſacramento phyſice produceretur.

45. Demum licet ornatus iſte & eſſet diſpoſitio ad gratiam, & à ſacramentis phyſicè flueret, non id ſufficeret Aduerſariis, vtpote aſſeren-

Digitized by Google

tibus influxum phyſicum propter teſtimonia ſanctorum Patrum: nam hi non ſolùm aiunt, homines iuſtificari per ſacramenta, ſed etiam gratiam à ſacramentis produci: phyſicè verò non produceretur à ſacramentis, ſi hæc ſolam illius diſpoſitionem phyſicè attingerent: ſicut anima rationalis non producitur phyſicè ab homine, phyſicè producente ſolas diſpoſitiones illius.

46. *Phyſicè agere ſacramenta, quia gratiā phyſice vniant.*

Secundus modus eſt; per ſacramenta conferri gratiam phyſice, non quod ab ipſis ſacramentis producatur phyſice gratia, ſed quòd ab ipſis fiat homo gratus: ita ſcilicet, vt ſolus Deus producat phyſice gratiam, ſacramenta vero phyſice producant vnionem gratiæ cum homine. Modum iſtum inſinuat Sotus in 4. diſtinct. 1. quæſt. 5. art. 1. §. *Dicamus ergo*, & probabilem iudicat Ledeſma 1. 4. quæſt. 3. art. 1. §. *Et hic modus*, *& ille*. Probant, quia homo, cum non poſſit producere, ſeu creare animam hominis, tamen producere poteſt, & producit hominem, eo ſcilicet quòd producat vnionem animæ cum corpore: Ergo cum ſacramentum nequeat producere ſeu creare gratiam, producere poterit, & reipſa producet, ſeu faciet hominem gratum, producendo ſcilicet vnionem gratiæ cum homine.

47. *Æque falsū, & falſo fundamento nixum, & inconſequens.*

Et iſte modus improbandus eſt. Primò quia fundatur in duobus illis placitis omnino falſis, & ſupra deſtructis: vno, gratiam propriè creari: altero, ſi propriè crearetur, fore vt non poſſet creari à ſacramento diuinitus eleuato. Secundò quia noſtri actus ſupernaturales liberi, non ſolùm à nobis nobiſcum vniuntur, ſed etiam producuntur: Ergo poteſt gratia tametſi ſupernaturalis, & vniri, & produci diuinitus à ſacramento: præſertim cum nexus gratiæ cum homine ſupernaturalis ſit: ſi enim iſtum producere poteſt aliqua ſacramenti pars, cur non gratiam? Tertiò quia Concilia & Patres non ſolùm affirmant, hominem per ſacramenta fieri gratum, ſed aiunt ſacramenta continere gratiam, producere gratiam, & cauſare gratiam: vnire autem dicto modo gratiam, non eſt phyſicè gratiam producere, vt claret in homine rationalem hominem vniente, & neutiquam producente.

48. *Sacramenta phyſice agere per virtutem ipſis impreſſam.*

Tertius eſt modus: ſacramenta gratiam ipſam phyſicè producere per virtutem ſupernaturalē diuinitus ipſis impreſſam: cut ſerra ſciſſionem efficit per impulſum prius in ſeipſa receptum, vel potius ſicut intellectus creatus elicit phyſicè Dei viſionem per habitum luminis gloriæ diuinitus præinfuſum. Ita videtur ſentire S. Thomas 3. part. quæſt. 62. per varios articulos: docet enim virtutem ſacramentis imprimi, & virtutem iſtam eſſe ſpiritualem, & nihil obſtare quominus inſit rebus corporeis, quia non ineſt permanenter, ſed tranſeunter. Sententiam Thomæ in hoc ſenſu ſequuntur Capreolus, Paludanus, & plerique alij Thomiſtæ: quibus eximiè fauet P. Lugus, diſp. 4. num. 42. & 43. dicens, ſe illis abſolutè ſubſcripturum, ſi ſacramentis aſcriberet phyſicum influxum in gratiam. Quia ſicut intellectus, licet abſque luminis habitu poſſet abſolutè viſionem producere, tamen vt connaturaliter eam producat, lumine afficitur: ita ſacramenta, quamuis abſque impreſſa qualitate poſſent producere gratiam, tamen vt connaturaliter illam efficerent, deberent eiuſmodi qualitatem accipere. In qua paritate declarando, ſuadenda, firmanda, propugnanda, ſtudioſè laborat doctus ille autor: & adiungit, etiam homini peccatori ad eliciendos actus ſupernaturales, infundi quoſdam habitus tranſeuntes, vt connaturaliter agat.

Diſplicet etiam hic modus. Quia vel illa qualitas eſſet ſpiritualis, vel corporea: ſi corporea, eſſet longè imperfectior entitate gratiæ habitualis: proinde ad iſtam producendam non concurreret principaliter, ſed inſtrumentaliter, nec haberet cum illa proportionem connaturalem: proinde ſacramentalem materiam non redderet proportionatam cum entitate gratiæ, atque adeo nec iſtius cauſam connaturaliter productiuam. Dum enim principium agens non habet virtutem principalem, ſed merè inſtrumentalem, non influit connaturaliter: Vnde cum intellectus creatus cauſa ſit inſtrumentaria viſionis Dei, ſi lumen gloriæ non foret cauſa principalis, profectò ex aggregato amborum non flueret viſio connaturaliter; nunc autem ita fluit, quia tamen eſt cauſa principalis, & intellectum eleuat. 49. *Eius virtutis impugnatione refellitur.*

Iam verò ſi qualitas illa ſpiritualis eſſet, vel eſſet magis, vel æquè, vel minus perfecta, quam gratia. Si minus perfecta, concurret inſtrumentaliter: vnde aggregatum ex ipſa & ſacramentali entitate, non ageret connaturaliter, vt nuperrimè probabam. Si fieret æque, vel magis perfecta, quæ maior abſurditas quam in rebus materialibus ponere qualitatem habitualis gratiæ æque, vel magis perfectam: Deinde ſi ſpiritualis eſſet, & ex ſubiecto corporeo educeretur, eius eductio foret ſpiritualis, quia terminum haberet ſpiritualem: & eſſet corporea, quia quodlibet indiuiſibile ipſius eſſet alligatum vni indiuiſibili corporeo, ac proinde non eſſet replicabile in multis partibus loci, quod eſſe de ratione conſtitutiua entis ſpiritualis, alibi oſtendimus, & breuiter aſtruximus in Tomo de Incarnatione diſput. 20. num. 24. 50.

Adde, conſequenter aſſerturos Doctores illos, ignem purgatorium, & tartareum, qui phyſice animas, & dæmonas torquent, ad id connaturaliter præſtandum accipere qualitates alias diuinitus impreſſas: & quaſlibet cauſas, quas Deus ad phyſice operandum ſupra ipſarum naturam extulit, eleuatas etiam fuiſſe per alias eiuſmodi qualitates: Et quia non ſolùm ſacramenta, ſed etiam ipſorum adminiſtri, gratiam conferunt, ipſos quoque miniſtros influere per ſupernaturales qualitates ſibi diuinitus inditas. De quibus omnibus cum eædem ſint difficultates, quas ſupra tetigi: tum de his poſtremis quærere ſpecialiter poſſumus, in qua ſui parte miniſter eas qualitates accipiat, in animane, an in corpore, in lingua, an in manu, vel brachio. Vt non dicam, eas, quæ ſacramentis tranſeuntibus dantur, imprimendas fore in ſolo indiuiſibili vltimo materiæ, vel verbalis formæ, vel in ambobus, ſi ambæ ſimul tempore terminentur. Quare ſola extrema indiuiſibilia connaturaliter agerent, quia ſola phyſicè agerent, vt ſupra fuit oſtenſum. Mitto qualitates illas tranſeuntes, quæ dicuntur imprimi ad producendum ex. gr. primum actum confuſionis, fictitias eſſe, & plerique bonæ notæ ſcriptoribus improbatas, & ſuo loco refutandas, ne omnia in omnibus dicantur. 51.

Quartus, & poſtremus dicendi eſt modus, 52.

S.Thom. Q.LX.v. Quā rationem Aduerſarij non tenent.

non per figuram, ſed per materiam, ſub conditione tamen, quod eam figuram habeat: & præmiſſæ formales cauſent phyſicè efficienter concluſionem, non per formam, & figuram ſyllogiſticam, ſed ſub conditione, quod in tali forma, & figura ſint: Ergo poterit ſacramentum phyſicè efficere gratiam per ſolam materiam, ſub conditione tamen, quod habeat ſacramentalem formam. Mihi tamen robuſta permanet ratio. Nam & generalis eſt regula, quod omne agens agit per ſuam formam vt per agendi vim; & adducta exempla exceptionem non perſuadent. Quippe ad ſciſſionem tria concurrunt: Primum eſt, impellere proximè partes: ſecundum eſt, proximè impellere has duntaxat partes: Tertium eſt, deſtruere vnionem iſtarum partium cum aliis. Primum illud præſuppoſitiue ſe habet ad ſciſſionem: ſecundum propiùs accedit ad formale ſciſſionis, ſed non ingreditur: Tertium eſt formale conſtitutiuum ſciſſionis.

40\. Nunc dico ſerram non impellere partes ſub conditione talis figuræ; nam licet aliam haberet, impulſu applicata impelleret: impellit tamen has duntaxat partes ſub conditione talis figuræ, ex qua impulſione ſequitur vnionis deſtructio: impellere autem has tantum partes, & vnionem deſtruere, effectus eſt negatiuus: vnde non mirum, quod ad illum non concurrat ſerra phyſicè per formam poſitiuam, quæ ſit agendi vis; ſed quia ratione figuræ non applicatur, niſi ad partes iſtas impellendas: gratia vero poſitiuum quidpiam eſt, ac proinde per formam agentis phyſicè producendum. Iſ verò præmiſſæ formales, vt ego in Philoſophia docui, non producunt phyſicè concluſionem. Nunc addo formam ipſarum eſſe aliquid phyſicum, & phyſicè exiſtere, dum concluſio producitur: quia forma ipſarum phyſicè & realiter eſt idem cum aggregato ex ambabus: proindè ſi phyſicè influerent, per formam & figuram phyſicè influerent.

41\. Aduerſarii grauiſſimè inter ſe diſcrepant.

Sexta ratio. Sententiæ contrariæ propugnatores hac in re grauiſſimè diſſentiunt. Quidam enim cum Suarez aiunt, non poſſe dici ſacramenta conferre gratiam, niſi phyſicè illam producant. Iſti vero præterquam quod falſum aſſerunt, vt num. 30. demonſtratum eſt, grauiſſimum ſubeunt incommodum, nempe ſacramenta non eſſe cauſas morales iuſtificationis & gratiæ: quod equidem, qui poſſit ſuſtineri non video. Si enim Chriſti paſſio, & merita certiſſimè ſunt cauſa noſtræ iuſtificationis; & fuerunt etiam, antequam exiſterent, iuſtificationis Patrum: qui ſuſtineri poteſt, aut intelligi, quòd ſacramenta, cum inuoluat eſſentialiter ipſos Chriſti actus meritorios, & impetratorios, & per ipſos formaliter conſtituātur, non ſint cauſæ iuſtificationis & gratiæ, quæ in ſacramentis confertur?

42\. Alij cum Mætatio concedunt, ſacramenta rectiſſime dici poſſe cauſas gratiæ, tametſi non eam conferrent phyſice, dicenda tamen phyſice conferre, non vi rationis, ſed autoritatis Patrum. Sed in primis Patres non illis, ſed nobis patrocinari, fusè iam oſtendi ſect. 1. Nunc addo, non eſſe credibile, quod vel Patres ad phyſicum aſſerendum influxū ſine vrgentiſſima ratione, vel autoritate proceſſerint: vel quod ea ratio, vel autoritas, qua Patres ducebantur, ita nunc lateat Eccleſiam, vel vniuerſam ſcholam, vel etiam cunctos aduerſarios

ſariæ partis defenſores. Tandem vtrique iſtorum Chriſti ſacramentis eam cauſalitatem attribuūt, quæ & minimè neceſſaria eſt, & maximè difficilis; nec in doctrina conſequens, nec omnibus ſacramentis perpetuò competens; & quæ ſi ſacramentis poſſibilis eſt, potuiſſet, annuente Deo rebus minime intellectualibus, aut ſanctis, imo ipſis actionibus intrinſecè malis competere, atque concedere. Quare dum ſacramentorum dignitatem illuſtrare, & attollere nituntur, obſcurant potius, ac deprimunt. Cauſalitas vero moralis, quam nos ſacramentis aſcribimus, & eſt euidentiſſimè poſſibilis, & ſimpliciter neceſſaria, & omnibus ſacramentis, ſemper, ac certiſſimè competens; atque eximiæ dignitatis, nec potens, niſi rebus ſanctiſſimis congruere; & perſpicuæ in doctrina cohærentiæ.

SECTIO III.

Varios modos eiuſdem phyſici influxus aſſerendi, ſingillatim confuto.

PRimus eſt, ſacramenta phyſicè producere gratiam, quia producunt in anima diſpoſitionem ad gratiam; quam diſpoſitionem in Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine, dicunt eſſe ipſum Characterem; in cæteris vero ſacramentis eſſe aliam qualitatem, quam vocant animæ ornatum. Ita cenſuit Alenſ. 4. p. quæſt. 8. m. 3. ar. 5. & quæſt. 19. n. 2. & S. Thomas in 4. diſt. 1. quæſt. 1. ar. 4. & multi Thomiſtæ Caietano antiquiores. Fundamentum eſt, quia gratia habitualis producitur per creationem, ſacramenta verò, cum ſint creaturæ, nequeunt phyſicè concurrere ad creandum: ſolum ergo producunt phyſicè aliquid præuium, tanquam diſpoſitionem ad gratiam: ſicut homo generans hominem non producit phyſicè animam hominis, vtpote creatione productam, ſed ſolas diſpoſitiones exigentes illius creationem, & præparantes materiam ad illius introductionem, & receptionem. 43. Sacramenta phyſice producere gratiam, quia diſpoſitionē eius.

Modus hic diu iam exoleuit, & meritò. Nam in primis falſum eſt eius fundamentum vnicum, nempe gratiam ſtricta creatione produci, cū ſit æquè accidēs & æque naturaliter poſtulās educi & inhærere, ac albedo, vt ſuo loco probatur. Deinde licet gratia ſtrictè crearetur, difficile probaretur non poſſe diuinitus à creatura vt ab inſtrumento creari; præſertim cum plures hodie concedant poſſibilem creaturam, quę poſſit creare principaliter alteram: Præterea dictus ornatus fictitius eſt, & qua facilitate aſſeritur, pari grauitate reiicitur; præſertim autem in ſacramentis viuorum, ſupponunt in ſubiecto gratiam: ad iſtam enim intendendam quorſum illa ornatus diſpoſitio? Rurſus ille ornatus vel eſſet naturalis, & hoc dici non poteſt, cum ex natura ſua diſponat ad rem adeo ſupernaturalem: vel eſſet ſupernaturalis, & ſic non minus crearetur, quam gratia; proinde non magis, quam illa, à ſacramento phyſice produceretur. 44. Falſum eſt, & falſo nixū fundamēto.

Demum licet ornatus iſte & eſſet diſpoſitio ad gratiam, & à ſacramentis phyſicè flueret, non id ſufficeret Aduerſariis, vtpote aſſerentibus 45.

Digitized by Google

tibus influxum phyſicum propter teſtimonia ſanctorum Patrum: nam hi non ſolùm aiunt, homines iuſtificari per ſacramenta, ſed etiam gratiam à ſacramentis produci: phyſicè verò non produceretur à ſacramentis, ſi hæc ſolam illius diſpoſitionem phyſicè attingerent: ſicut anima rationalis non producitur phyſicè ab homine, phyſicè producente ſolas diſpoſitiones illius.

46. Phyſicè agere ſacramenta, quia gratiã phyſice vniunt.

Secundus modus eſt; per ſacramenta conferri gratiam phyſice, non quod ab ipſis ſacramentis producatur phyſice gratia, ſed quòd ab ipſis fiat homo gratus: ita ſcilicet, vt ſolus Deus producat phyſice gratiam, ſacramenta vero phyſice producant vnionem gratiæ cum homine. Modum iſtum inſinuat Sotus in 4. diſtinct. 1. quæſt. 5. art. 1. §. *Dicamus ergo*, & probabilem iudicat Ledeſma 1. 4. quæſt. 3. art. 1. §. *Et hic modus*, *& ille*. Probant, quia homo, cum non poſſit producere, ſeu creare animam hominis, tamen producere poteſt, & producit hominem, eo ſcilicet quòd producat vnionem animæ cum corpore: Ergo cum ſacramentum nequeat producere ſeu creare gratiam, producere poterit, & reipſa producet, ſeu faciet hominem gratum; producendo ſcilicet vnionem gratiæ cum homine.

47. Æque falſũ, & falſo fundamento nixum, & inconſequens.

Et iſte modus improbandus eſt. Primò quia fundatur in duobus illis placitis omnino falſis, & ſupra deſtructis: vno, gratiam propriè creari: altero, ſi propriè crearetur, fore vt non poſſet creari à ſacramento diuinitus eleuato. Secundò quia noſtri actus ſupernaturales liberi, non ſolùm à nobis nobiſcum vniuntur, ſed etiam producuntur: Ergo poteſt gratia tametſi ſupernaturalis, & vniri, & produci diuinitus à ſacramento: præſertim cum nexus gratiæ cum homine ſupernaturalis ſit: ſi enim iſtum producere poteſt aliqua ſacramenti pars, cur non gratiam? Tertiò quia Concilia & Patres non ſolùm affirmant, hominem per ſacramenta fieri gratum, ſed aiunt ſacramenta continere gratiam, producere gratiam, & cauſare gratiam: vnire autem dicto modo gratiam, non eſt phyſicè gratiam producere, vt claret in homine rationalem hominem vniente, & neutiquam producente.

48. Sacramenta phyſice agere per virtutem ipſis impreſſam.

Tertius eſt modus: ſacramenta gratiam ipſam phyſicè producere per virtutem ſupernaturalẽ diuinitus ipſis impreſſam: cut ſerra ſciſſionem efficit per impulſum prius in ſeipſa receptum, vel potius ſicut intellectus creatus elicit phyſicè Dei viſionem per habitum luminis gloriæ diuinitus præinfuſum. Ita videtur ſentire S. Thomas 3. part. quæſt. 62. per varios articulos: docet enim virtutem ſacramentis imprimi; & virtutem iſtam eſſe ſpiritualem; & nihil obſtare quominus inſit rebus corporeis, quia non ineſt permanenter, ſed tranſeunter. Sententiam Thomæ in hoc ſenſu ſequuntur Capreolus, Paludanus, &, plerique alij Thomiſtæ: quibus eximiè fauet P. Lugus, diſp. 4. num. 42. & 45. dicens, ſe illis abſolutè ſubſcripturum, ſi ſacramentis aſcriberet phyſicum influxum in gratiam. Quia ſicut intellectus, licet abſque luminis habitu poſſet abſolutè viſionem producere, tamen vt connaturaliter eam producat, lumine afficitur: ita ſacramenta, quamuis abſque impreſſa qualitate poſſent producere gratiam, tamen vt connaturaliter illam efficerent, deberent eiuſmodi qualitatem accipere. In qua paritate declaranda, ſuadenda, firmanda, propugnanda, ſtudioſè laborat doctus ille autor: & adiungit, etiam homini peccatori ad eliciendos actus ſupernaturales, infundi quoſdam habitus tranſeuntes, vt connaturaliter agat.

Diſplicet etiam hic modus. Quia vel illa qualitas eſſet ſpiritualis, vel corporea: ſi corporea, eſſet longè imperfectior entitate gratiæ habitualis: proinde ad iſtam producendam non concurreret principaliter, ſed inſtrumentaliter, nec haberet cum illa proportionem connaturalem: proinde ſacramentalem materiam non redderet proportionatam cum entitate gratiæ, atque adeo nec iſtius cauſam connaturaliter productiuam. Dum enim principium agens non habet virtutem principalem, ſed merè inſtrumentalem, non influit connaturaliter: vnde cum intellectus creatus cauſa ſit inſtrumentaria viſionis Dei, ſi lumen gloriæ non foret cauſa principalis, profectò ex aggregato amborum non flueret viſio connaturaliter; nunc autem ita fluit, quia tamen eſt cauſa principalis, & intellectum eleuat. 49. Eius virtutis impugnatione refellitur.

Iam verò ſi qualitas illa ſpiritualis eſſet, vel eſſet magis, vel æquè, vel minus perfecta, 50.
quam gratia. Si minus perfecta, concurret inſtrumentaliter: vnde aggregatum ex ipſa & ſacramentali entitate, non ageret connaturaliter, vt nuperrimè probauimus. Si fieret æque, vel magis perfecta, quæ maior abſurditas quam in rebus materialibus ponere qualitatem habituali gratiæ æque, vel magis perfectam: Deinde ſi ſpiritualis eſſet, & ex ſubiecto corporeo educeretur, eius eductio foret ſpiritualis, quia terminum haberet ſpiritualem: & eſſet corporea, quia quodlibet indiuiſibile ipſius eſſet alligatum vni indiuiſibili corporeo, ac proinde non eſſet replicabile in multis partibus loci, quod eſſe de ratione conſtitutiua entis ſpiritualis, alibi oſtendimus, & breuiter aſtruximus in Tomo de Incarnatione diſput. 20. num. 24.

Adde, conſequenter aſſerturos Doctores 51.
illos, ignem purgatorium, & tartareum, qui phyſice animas, & dæmones torquent, ad id connaturaliter præſtandum accipere qualitates alias diuinitus impreſſas: & quaſlibet cauſas, quas Deus ad phyſice operandum ſupra ipſarum naturam extulit, eleuatas etiam fuiſſe per alias eiuſmodi qualitates: Et quia non ſolùm ſacramenta, ſed etiam ipſorum adminiſtri, gratiam conferunt, ipſos quoque miniſtros influere per ſupernaturales qualitates ſibi diuinitus inditas. De quibus omnibus cum eædem ſint difficultates, quas ſupra tetigi: tum de his poſtremis quærere ſpecialiter poſſumus, in qua ſui parte miniſter eas qualitates accipiat, in animane, an in corpore, in lingua, an in manu, vel brachio. Vt non dicam, eas, quæ ſacramentis tranſeuntibus darentur, imprimendas fore in ſolo indiuiſibili vltimo materiæ, vel verbalis formæ, vel in ambobus, ſi ambæ ſimul tempore terminentur. Quare ſola extrema indiuiſibilia connaturaliter agerent, quia ſola phyſicè agerent, vt ſupra fuit oſtenſum. Mitto qualitates illas tranſeuntes, quæ dicuntur imprimi ad producendum ex. gr. primum actum confuſionis, fictitias eſſe, & plerique bonæ notæ ſcriptoribus improbatas, & ſuo loco refutandas, ne omnia in omnibus dicantur.

Quartus, & poſtremus dicendi eſt modus, 52.

 ſacramenta

Digitized by Google

S. THOM. Q L X.

52\. *Agere phyſicè ſacramenta per ſuas entitates ſolas.*

ſacramenta phyſicè influere in gratiam habitualem per ſuaſmet entitates nullis qualitatibus internè affectas, ſed à Deo tanquam à cauſa principali,& particulari ſupernaturaliter eleuatas. Pro hac etiam ſententia refertur. S. Thomas in toto decurſu quæſtionis 62.magis tamen videri poſſet propēdere in modum dicendi præcedentem, vt num.48.innuebam:tametſi de vera S. Doctoris mente fuſiùs acturus ſim ſectione ſequente, §. 3. Hanc ſententiam expreſsè,& ex profeſſo tuentur Suarez de Incarnat. Diſput. 31. ſect. 5. & hoc loco Diſp. 9. ſect. 1. & ſæpe alibi curſim: ſubſcribunt Granadus Tract. 3. Diſputat. 4. ſect. 2. Mæratius compluresque alij Recentiores: quibus equidem conſentirem, ſi phyſicum influxum in gratiam ſacramentis aſcribendum cenſerem.

53\. *Etſi minus incommodū, abſolutè refellitur.*

Abſolutè tamen diſplicet, quia ſaltem cum oppugnant argumenta primæ, & ſecundæ ſectionis, meo iudicio robuſta. Quibus adiicio nouum, qui & modum iſtum, & pleroſque præcedentium non eneruiter adoritur;& impetit.Ex rebus omnibus ad ſacramentum ſpectantibus, ſola illa gratiam conferre dicitur, quæ propriè,& in recto ſacramentum eſt, aut ſacramenti eſſentiam conſtituit, verbi gratia in baptiſmo ablutio; in Extrema-vnctione vnctio; & in omnibus ſacramentis tranſeuntibus locutio, ſeu verbalis forma; non autem materia abſolutionis,quæ eſt aqua;nec vnctionis, quæ eſt oleum.Proinde ſi verbalis formula prius ponatur quam ablutio vel vnctio,ſanè vt illa ſacramenta phyſicè producant gratiam, neceſſe erit ipſam ablutionem, & vnctionem, phyſicè eleuari ad gratiam producendam.Hoc autem vel eſt impoſſibile, vel difficillimum. vel abſurdiſſimum:Ergo deſerenda eſt ſententia, ex qua deducitur.

54\. Minorem, quæ ſola probationem deſiderat, oſtendo,quoniam ablutio nihil aliud eſt,quam ſucceſſiua præſentia, vel appulſus aquæ ad corpus humanum: qui quidem appulſus, & ſucceſſiua præſentia, ſi quid phyſicè productum eſt modus quidam vt Mæratius ipſe fatetur nec diuinitus eleuari poſſe ad aliquid phyſicè producendum. Præſentia verò,quamuis in ordine ad ſpatium imaginarium dicatur eſſe modus phyſicus, quam ego ſententiam falſam exiſtimo; ſaltem in ordine ad ſpatium reale,& phyſicum;quale eſt corpus humanum; vel eſt ſola diſtantiæ negatio, & hæc nequit phyſicam actionem exercere: vel eſt extrinſeca denominatio ab ipſo corpore quod abluitur, non diſtante, ac proinde ab ipſo & indiſtantiā: quod aggregatum nequit phyſicè agere: vel eſt aggregatum ex aqua,& corpore,& vnione indiſtantiæ: quod proinde nequit ad phyſicè agendum eleuari, cum repugnet id quod phyſicum poſitiuum non eſt, phyſice agere. Nec ſatisfacies, ſi cum Granado, & Mæratio dixeris gratiam produci à materia, quæ ſolet vocari remota,vt ab aqua, oleo,&c.idque iuxta doctrinam SS.Patrum. Nam aqua ſola, vel in recto ſacramentum propriè non eſt: Si autem hoc non obſtante, Patres docuerunt,aquā eſſe gratiæ cauſam, inde conſtat impropriè fuiſſe locutos, vt iam num. 36. contra Mæratium diſſerebam.

SECTIO IV.

Deſtruendis contrariorum argumentis phyſicam ſacramentorum efficacitatem impugno.

TRiplicia ſunt Aduerſantium argumenta: Primum,Autoritas Patrum;Alterum, autoritas S.Thomæ;Tertium,ratio. 55.

§. I.

Debilitas argumenti è PP. accerſiti.

Circa Patrū locutionem ſummè diſſentiunt inter ſe Aduerſarij.

PRimum eſt, ſanctos PP. eam efficacitatem ſacramentis aſcribere:quod impugnaui tota ſectione 1.demonſtrans eos optime poſſe,& debere intelligi de cauſalitate morali.Qua in re magis pugnant Aduerſarij inter ſe, quam in ipſamet aſſertione nobiſcum.Quidam enim cū Suarez Diſp. 9. ſect.2. pronunciant, nec Patrum locutiones,nec ſacramentorum cauſalitatem ſine phyſico ipſorum in gratiam influxu poſſe conſiſtere.Alteri cum Mæratio tradunt, cauſalitatem quidem ſtare poſſe ſine phyſico influxu, non tamen Patrum locutiones: Alij cum Granado Tract. 3. Diſput. 3. à num.4. & Diſputat. 4. ſect. 1. num. 5. dicunt, tam ſacramentorum cauſalitatem,quam Patrū locutiones citra phyſicum influxum, & cum ſolo morali cohærere poſſe. Talis autem, ac tanta diſſenſio circa potiſſimum fundamentum,cùm ipſam ædificij veritatem reddit vehementer ſuſpectam; tum probabiliſſimum efficit,quòd Patres phyſicam efficientiam non aſſeruerint, vt loco citato fusè probauimus, & nunc denuò roboramus deſtruendis iis, quæ nouiter Aduerſarij producunt.

56\. *Qui dicant PP ſacramēta gratiam continere.*

Inquiunt,ſanctos Patres illud paſſim in ore habere, quòd ſacramenta vim habent producendi gratiam, continent in ſeipſis gratiam, & alias id genus locutiones. Sed contra quia ſic loquuntur Patres, & nominatim Auguſtinus, de rebus, quas euidenter conſtat non agere phyſicè:Ergo ex tali locutione friuolum petitur argumentum. Antecedens oſtendo, quia certiſſimum eſt,& omni ex parte euidentiſſimum, illud, quod non eſt ens phyſicum, & poſitiuum, non poſſe etiam diuinitus phyſice agere: & æquè euidens eſt, & ab ipſomet Auguſtino lib.1.de Geneſi contra Manich.c.4. ſtatim initio, & lib. de Geneſ.ad liter.c. 4.parum à principio, & lib.contra epiſtolam fundamenti cap. 30. ante medium, & cap. 31.ad finem lib. de Natura boni contra Manich.cap. 15.expreſsè traditum, vmbram non eſſe ens poſitiuum, ſed meram lucis priuationem, reſultantem ex interpoſitione corporis opaci inter luminoſum, & vmbroſum: Ait enim, & ſæpius inculcat, tenebras ita eſſe carentiam lucis, ſicut ſilentium eſt carentia vocis. Nec dubium idem ſentire de vmbra, atque de tenebris, vt per ſe claret. Atqui idem S. Auguſtinus ipſimet vmbræ tribuit virtutem efficiendi ſanitatem: ſic enim de vmbra Principis Apoſtolorum loquitur ſerm. 28.de ſanctis: *Si tunc opem ferre poterat vmbra corporis, quantò*

magis

d by Google

magis nunc plenitudo virtutis? Et paulò poſt. *Si inanis quædam ſpeciei vacuæ imaginis habere potuit in ſe vim ſalutis: quanto plus, &c.* vbi S. Doctor virtutem habere in ordine ad actionem miraculoſam, apertiſſimè tribuit rei, quæ nec eſt vera res, aut verum ens, nec poteſt vel diuinitus influxum exercere phyſicum.

57. Inſtabunt aduerſarij, mirari ſanctos PP. quòd ſacramentis tanta inſit vis, vt gratiam conferant: At ſi ſola illis ineſſet vis moralis, non eſſet cur Patres mirarentur: Ergo phyſicam in illis agnoſcunt. Redarguo: non enim admirantur ſancti Patres, quod Chriſti ſanguis virtutem habeat ſanctificandi nos: & tamen ad iſtud phyſice præſtandum, tantam habet improportionem, quantam ſacramenta: Ergo in iſtis non mirantur Patres virtutem phyſicam, ſed moralem. Quod enim in ſanguine mirantur, eſt eſſe phyſice vnitum cum verbo, & eſſe vere ac propriè Dei ſanguinem: ex hac enim dignitate valde connaturaliter ſequitur, vt habeat ſibi aſſiſtentem Chriſti voluntatem creatam, infinitè meritoriam, & ſatisfactoriam, ac proinde noſtram iuſtificationem moraliter efficiat.

58. *Cur mirētur tantā ſacramentorum vim.* In ſacramentis verò Patres mirantur, quòd rebus purè creatis, materialibus, & adeo vilibus, vt ſunt ablutio, & humana locutio, Deus immediatè adiunxerit Chriſti actus infinitè meritorios, & impetratorios, vt cum huiuſmodi rebus conſtituant moraliter vnum, non ſecus ac mea voluntas vnum cum ſyngrapha moraliter conſtituit. Ad hunc enim modum illud mirabile eſt, quòd increata voluntas, & expedita potentia mirabiliter ſanandi ægros, aſſiſteret vmbræ B. Petri, & quaſi vnum cum illa conſtitueret moraliter. Atque ex his doctrinis facile erit colligere plurium aliorum, quæ proferri ſolent, teſtimoniorum explicationes, atque etiam retorſiones.

59. *At inquiunt PP. modum iſtum eſſe inenarrabilem.* Vrgebunt Aduerſarij: quia multi SS. Patrum expreſsè docent, modum quo ſacramenta gratiam efficiunt, eſſe inenarrabilem, & inexplicabilem. Quippe inter Græcos Baſilius lib. de Spiritu ſancto cap. 12. ſcribit, hoc habere cauſam ineffabilem, & in myſterio abſconditam. Nyſſenus lib. de Baptiſmo Chriſti ante medium, ſuperare omnes vires, & cogitationes. Chryſoſtomus in Ioann. homil. 24. ſub medium, nec ab Angelis quidem, qui interſunt, dum baptizamur, id enarrari poſſe. Cyrillus Alex. lib. 4. in Ioann. cap. 4. *Quomodo id fiat, nec mente intelligere, nec lingua dicere poſſumus: ſed ſilentio, atque firma fide ſuſcipimus.* Inter Latinos Ambroſius lib. 2. de Pœnit. cap. 2. ad ipſum finem, cum dixiſſet multis eſſe viſum impoſſibile, quod aqua culpam ablueret, & per pœnitentiam peccata dimitterentur: *Conceſſit hoc* (inquit) *Chriſtus Apoſtolis ſuis, quod ab Apoſtolis ad ſacerdotum officia tranſmiſſum eſt. Factum eſt igitur poſſibile, quod impoſſibile videbatur.* Auguſtinus in Ioan. tract. 8. *Vnde tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat:* Adduntque auctores Catechiſmi Romani p. 2 cap. 1. n. 27. Id quidem humana ratione, atque intelligentia comprehendi non poſſe.

60. *Retorquemus in Aduerſarios.* Vix crediderim, hoc argumentum ab Aduerſariis ſeriò proponi. Si enim ipſi phyſicum ſacramentorum influxum ratione & oratione conſequuntur, falsò dictum à Patribus, vtrumque eſſe hominibus impoſſibile. Sin enim influxum Aduerſarij non percipiunt, nec declarant, cur tam fuſam eius tractationem in explicationem inſtituunt: aut cur nos intelligere iubent id, quod neque nobis explicant, neque ipſi percipiunt, & quod inexplicabile, & imperceptibile ducunt: Neceſſe igitur eſt, vt Patres ſolùm velint, modum quo ſacramenta gratiam conferunt, cognoſci non poſſe humana ratione prorſus euidente: cum quo ſtat, vt poſſit ratione humana probabili, & ante alias probabiliore, qualem cenſemus eſſe moralis influxus. *Et explicatur ſenſus Patrum.* Sic enim iidem Patres negant, poſſe rationem reddi, cur ſecunda Trinitatis perſona, & non tertia, ſit filius; rationem ſcilicet euidentem: nam probabiles plurimas iidem Patres, & ſcholaſtici DD. aſſignant, nec ideo Patres ſecum, aut inter ſe pugnant, nec ſcholaſtici cum illis.

61. Dicimus verò, rationem, quam reddidimus non eſſe euidentem: quia & euidenter ſit poſſibilis modus, quem aſſignat, non tamen è nobis euidenter exiſtens: non ſolum quia non eſt euidens humanæ rationi collatio gratiæ, multoque minus collatio gratiæ per ſacramenta; ſed etiam quia ſuppoſita collatione gratiæ per ſacramenta, adhuc non eſt euidens, gratiam à ſacramentis conferri ſacramentaliter: non enim contendimus eſſe euidens quod non conferri poſſit, aut quid non conferatur per aliqua ſacramenta ſimul phyſicè & moraliter: qua ratione ſacramenta influerent ſi per ſolum indiuiſibile extremum phyſicè agerent: non per partes illas quæ phyſice præceſſiſſent, agerent moraliter. Cæterum ſacramenta moraliter ſolùm agere, nos inferimus vt probabilius, tum ex modo influendi paſſionis Chriſti in gratiam; tum ex vniformitate, quam tribuere decet omnibus ſacramentis; tum ex aliis fontibus, quos hactenus indicauimus.

62. *Gregorius Nyſſenus nominatim explicatur.* Nominatim opponunt S. Gregorium Nyſſenum, quòd in Orat. de Baptiſmo dicat, aquam eo modo purgare, & illuminare hominem, quo ſemen eſt cauſa effectrix ipſius hominis. Reſpondeo, locutionem iſtam eſſe maniſeſtiſſimè hyperbolicam: nam ſemen naturaliter eſt cauſa effectrix hominis, non aqua ſpiritualis purgationis, & illuminationis. Addo, eſſe locutionem, etiam iudicio Aduerſariorum impropriam; quia nec ſupernaturaliter aqua eſt cauſa gratiæ, ſed ablutio, quam Suarez & plerique aduerſantes, totaliter ab aqua diſtinguunt. Tandem ipſe Nyſſenus in eodem libro, cum de ſacramentorum efficacitate fusè diſſeruiſſet, dixit eſſe inſtar virgæ Moyſis, per quam Deus (vt Nyſſenus loquitur) *voluit efficere ſublimia.* Quæ verba miror contra nos ab Aduerſariis afferri; cum apertè, & nobis faueant, & ipſis aduerſentur: neque enim virga Moyſis ad miracula patranda phyſicum fuit inſtrumentum, ſed morale.

63. *Cyrillus etiā Alexādrinus.* Opponunt item Cyrillum lib. 2. in Ioann. cap. 42. cum enim dixiſſet, gratiam conferri per baptiſmum, ita rem expoſuit. *Sicut enim viribus ignis intenſius aqua calefacta laterem efficit non aliter quam ignis: ſic Spiritus ſancti operatione ad diuinam aquæ reformantur virtutem, quæ baptizatum abſtergunt.* Hic tamen locus aut abſurdam continet ſententiam, aut pro noſtra facit vel enim aqua intenſiùs calefacta, ipſa per ſuam ſubſtantiam producit

phyſicè

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

phyſicè Colorem in Corpore approximato; Vel Colorem in eo producit Color in aqua, tanquam in vehiculo receptus. Prius illud abſurdum eſt apud omnes philoſophos: debet igitur aſſeri iſtud poſterius, nempe calorem, & non aquam eſſe cauſam phyſicè effectricem illius calefactionis: Ergo ſi exemplum quoad ſubſtantiam applicetur, oſtendet, neque ablutionem eſſe cauſam phyſicè effectricem ſanctificationis, ſed ſolam diuinam virtutem ablutioni aſſiſtentem.

64. Dices aquam eſſe cauſam phyſicè actiuam calefactionis prædictæ, non immediatè, ſed medio calore in ſeipſam recepto: proinde etiam ablutionem eſſe mediate cauſam phyſicè actiuam ſanctificationis, nempe media virtute diuina ipſi aſſiſtente. Sed contrà, quia tunc aqua dici poſſet phyſicè calefaciens manum mediatè, ſi phyſicè & immediatè effeciſſet in ſeipſa calorem: at non effecit, ſed ſolùm recepit, ideoque nec mediatè eſt cauſa phyſicè manum calefaciens: Atqui nec ablutio phyſicè effecit diuinam virtutem, ſed reſpectu illius, tum quoad entitatem, tum quoad aſſiſtentiam, paſſiuè tantum ſe habet: Ergo nec mediatè eſt cauſa phyſicè efficiens ſanctificationis. Et in hunc fere modum licebit alia teſtimonia, quæ nonnulli congerunt, contra ipſos retorquere.

§. II.

Influxus phyſici aſſertio nequit S. Thomæ, niſi cum vitiis pluribus, attribui.

65. Quo ſenſu dicat S. Thomas agere ſacramentũ per motum ipſi impreſſum.

SEcundum argumentũ accipiunt ex S. Thoma 3. p. 62. ar. 1. & 3. & 4. dicente, ſacraméta influere in gratiæ collationem per motum ſibi ipſis à Deo principali agente impreſſum. Reſpondendum occurrit motum iſtum non eſſe S. Doctori aliud, quàm ipſum actum increatę voluntatis, vel Chriſti inſtitutionis, materię ſacramentali aſſiſtentem, & moraliter affixum, ac proinde moraliter impreſſum: cumque motus iſte in gratiæ collationem non influat phyſicè, ſed moraliter; inde fieri vt ſacramenta per eiuſmodi motum agentia, non agant autore S. Thoma phyſicè, ſed moraliter.

66. Huic expoſitioni tria opponimus.

Sed huic expoſitioni tria videntur obſiſtere. Primum, quod per eiuſmodi motum ſic efficerent ſacramenta collationem gratiæ, ſicut ſyngrapha per voluntatem creditoris ſibi moraliter affixam, & moraliter impreſſam, efficit pecuniariam ſolutionem: & tamen S. Thomas ar. 1. conceptis verbis id negat. Secundum quòd motum iſtum ſacramentis impreſſum S. Doctor nominat virtutem inſtrumentariam, inchoatam, & tranſeuntem: quæ prædicata nec diuinæ voluntati increatæ competunt, vt per ſe clarum videbitur: nec item Chriſti voluntati creatæ; nam hæc etſi dici poſſit inſtrumentalis, non tamen tranſiens, cum iam inde ab inſtitutione ſacramentorum moraliter perſiſtat, & in ſacramento Euchariſtiæ tamdiu permaneat moraliter, quamdiu illud permanet phyſicè. Tertium, quòd ipſe S. Thomas, cum aſſeruiſſet, eum motum ſeu virtutem ſacramentis inditam ſpiritualem eſſe, ſibique obieciſſet non poſſe ineſſe rei corporeæ; reſpondit, etſi non poſſit ineſſe permanenter, poſſe tranſeunter: quod in volitione, ſiue creata, ſiue increata, locum habere non videtur cur enim alterutra nequeat rei materiali moraliter aſſiſtere? vel cur poſſit tranſeunter, & non permanenter?

67. Primum tamẽ diluimus.

Cæterùm hæc ipſa tria, quæ datam reſponſionem deſtruere, & influxus phyſici aſſertionem Angelico Doctori, ſummo iure tribuere videntur, mihi difficillima ſunt. Primum quidem, quia iam oſtendimus, & illico firmabimus, optimè intelligi ſacramentorũ cauſalitatem in gratiam, ſi hanc inducant eo modo, quo ſyngrapha debitoris manu ſubſcripta, ſolutionem inducit, ac efficit.

68. Secundum item.

Secundum autem, quia docet S. Thomas virtutem illam, ſacramentis impreſſam, inſtrumentariam eſſe, proinde inſtrumentaliter influere in gratiam: Ergo eiuſmodi virtus non eleuat entitatem ſacramentalem; nam inſtrumenti non eſt eleuare, ſed eleuari. Quare vel ſacramentum non agit phyſicè; vel ipſum, & illa virtus agunt inſtrumentaliter, Deo ſcilicet vtrumque eleuante, vt cauſa principali particulari: ſic nimirum, vt ſi tabula reciperet calorem intenſiſſimum, vel ipſa non produceret phyſicè in alia materia formam ignis; vel ſaltem ad id eleuaretur, non à calore, ſed ambo à Deo, vt principali, & particulari agente. Ex quo fieret, neque tunc tabulam, neque modo ſacramentum connaturaliter agere; ſicut nec intellectus creatus connaturaliter efficeret Dei viſionem per gloriæ lumen ſi iſtud eſſet cauſa, vel virtus inſtrumentalis.

69. Ac etiã tertium.

Tertium verò, quia difficultas illa conſiſtit in eo, quòd res ſpiritualis inhæreat rei corporeæ propter improportionem, imo implicationem num. 50. tactam: hæc autem non ceſſat ex eo quòd inſit tranſeunter, ſi quidem ineſſe tranſeunter ſit verè, & phyſicè inhærere.

70. Expoſitionẽ firmamus expenſâ mente S. Doctoris.

Vlterius, vel S. Doctor exiſtimat, phyſicam efficientiam eſſe ſimpliciter neceſſariam ad Patrum locutiones ritè intelligendas; vel ad gratiæ cauſalitatem ſacramentis aſcribendam; vel non eſſe ſimpliciter neceſſariam: vtrumuis dicatur, eſt difficillimum, vt iam oſtendo. Suarez enim & alij ſimpliciter affirmant: ſed impugnati ſunt totâ ſectione primâ, & rurſus denuò impugnabuntur.

71. Granadus & alij ſimpliciter negant: aiunt enim, S. Doctorem non aſſeruiſſe influxum phyſicum, vt neceſſarium ad illos fines obtinendos, ſed vt certiùs intelligantur obtenti. Sed imprimis hanc ſententiam, niſi vehementer hallucinor, manifeſtè imponunt S. Doctori; quippe qui artic. 1. ideo negat, ſacramenta concurrere ſolum vt ſyngraphas, quia ſolum eſſent ſigna gratiæ: *cum tamen* (inquit) *ex multis ſanctorum auctoritatibus habeatur, quod ſacramenta nouæ legis, non ſolum ſignificant, ſed cauſant gratiam.* Deinde S. Thomæ tribuunt valde imperfectum agendi modum: ſi enim ille cenſuit, poſſe fines illos ſine phyſico influxu obtineri, quo precor verbo, aut loco id ſignificauit? Nullo prorſus, ac proinde valde imperfectè ſe geſſit. Poſtremò S. Doctorem faciunt à ſe ipſo diffidentem. Nam 3. p. q. 2. art. 2. propterea dicit, incarnationem ſtante Adamo non futuram, quia ſcriptura, iuxta SS. Patres intellecta, ſolum indicat, peccatum

Digitized by Google

catum vt incarnationis motiuum: & hoc proinde eſt neceſſario aſſerendum, cum aliunde ſit ſufficiens. Atqui moralis cauſalitas ſacramentorum in gratiam, & eſt ſimpliciter neceſſaria, & proinde à ſcripturis, & Patribus aſſerta, vt ſuperiore diſputatione vidimus: Ergo ſi à S. Thoma id cenſeretur ſufficiens, inconſequenter ab eodem adiungeretur phyſica.

72. Iam verò Mæratius, & alij mediam viam Ang. Doctori tribuunt, quaſi cenſuerit, phyſicum influxum neceſſarium locutionibus Patrum, non cauſalitati ſacramentorum. Sed hi DD. ex dictis confutantur: Sentiunt enim, & fuiſſe in Patribus, & à S. Thoma ipſis attribui vel ignorantiam turpem, vel præcipitem redundantiam: tanquam nimirum, aut ignorauerint, moralem cauſalitatem ſufficere; aut hoc ſcientes, de ſuo capite poſuerint phyſicam, & minimè neceſſariam, & ſummè difficilem.

73. Præterea vel S. Thomas autumat, ſacramentales materias ad gratiam phyſicè producendam eleuari immediatè, vel mediante qualitate, ſeu virtute ipſis impreſſa: hoc poſterius affirmant Thomiſtæ, meque iudice non leuiter ſuadetur ex iis, quæ num. 65. ex S. Doctore retuli, nempe agere ſacramenta per motum à Deo principaliter agente impreſſum; & iſtum eſſe ſpiritualem: & quamuis non poſſit eſſe in ſubiecto corporeo permanenter, poſſe eſſe tranſeunter. Hanc vero virtutem impreſſam grauiſſimis patere incommodis, ſupra oſtendimus, & multa contra illum congerit Mæratius. Ideo noſtrates recentiores cum Suarez aiunt, non aſſeruiſſe S. Thomam qualitatem illam, ſed nomine motus intellexiſſe actionem ipſam, per quam ſacramenta ſupra ſuas vires eleuantur.

74. Contra verò, quia S. Thomas loquitur de motu præuio ad operationem, & iſtius principio inſtrumentali, quod appellat inſtrumentalem virtutem; actio verò, per quam ſacramenta producunt ſupernaturaliter gratiam, neutram rationem habet, cum neque ſeipſam præcedat, neque ſui ipſius principium ſit. Rurſus S. Doctor agit de motu ſpirituali inhærente rei corporeæ: productio verò, qua gratiam ſacramenta diuinitus eleuata producunt, eſt realiter eductio, ac proinde paſſio, & ipſius gratiæ receptio; & per conſequens non illi rei corporeæ, ſed ſoli animæ, vel potentiæ ſpiritali inhæret; & quidem inhæret vt quo, tamquam vera, & ſtricta ipſius gratiæ inhæſio. Quapropter hæc pars cum S. Thomæ verbis, ac diſcurſu perſpicuè pugnat.

75. *Loqui S. Doctorē de virtute impreſſa moraliter.* Quod ſi tamen ad vindicandum S. Doctorem ab illius impreſſæ virtutis, ſeu qualitatis incommodis, hæc recentiorum expoſitio, quantumuis illa reipſa repugnet, multis probabilis eſt, probabilior debet eſſe quam adhibeo: nempe S. Thomam nomine motus præuij ſacramento inditi non intellexiſſe motum inditum phyſicè, ſed moraliter; ipſam ſcilicet Chriſti inſtitutionem ſeu creatam volitionem; ideoque ſacramenta in gratiam non phyſicè, ſed moraliter influere.

76. *Sic enim ille vindicatur à plurimis doctrinæ vitiis.* Moueor imprimis, quoniam hæc expoſitio S. Doctorem vindicat à pluribus, apertioribuſque vitiis. Primo ignorantiæ, quòd poſſint ſacramenta cauſare gratiam, etſi phyſicè non eam cauſent: cùm promiſſio chirographo moraliter inhærens; ipſumque adeo chirographum ſolutionem influat, & non phyſicè. S. THOM. Q. LX. v. Secundo ineptæ philoſophiæ; quòd accidens ſpirituale poſſit ſubiecto inhærere corporeo tranſeunter, & non poſſit permanenter. Tertio prædictæ improprietatis, & falſitatis, quòd ipſa ſcilicet actio, per quam ſacramenta producunt phyſicè gratiam, ſit ad ſeipſam præuia; ſuique ipſius inſtrumentale principium. Quarto incredibilis cuiuſdam oſcitantiæ, ne dicam ſtupiditatis, vel certè inſignis iniuriæ in lectorem. Siue enim ſacramenta dicuntur phyſicè gratiam producere per virtutem præuiam diuinitus ipſis impreſſam, ſiue abſque illa; negari non poteſt, quin eiuſmodi aſſertio difficultates contineant grauiſſimas, ex. gr. quòd phyſicè non agant per partes ſuipſorum iam phyſicè deſtructas, ſed per ſolum indiuiſibile extremum, & alias plurimas, quas tota ſect. 2. & 3. propoſui: ſanctus vero Doctor cunctas præterit: cunctas autem, aut pleraſque non aduertere, fuiſſet profecto ſummi ſtuporis: animaduerſas autem ſilentio tegere, non ſolum fuiſſet incuriæ, ſed etiam nequitiæ, atque iniuriæ non ferendæ. Tandem aliorum defectuum, quos à n. 71. vſque ad 75. per dilemmata deduxi.

77. Moueor inſuper, quia ſententia hæc & expoſitio nihil habet æque pugnans cum ſancti Thomæ verbis, & diſcurſibus, ac præcedens: Ait quidem S. Thomas art. 1. ſacramenta non cauſare gratiam, vt cauſat ſyngrapha ſolutionem, quia ſolum eſt ſignum, ſacramenta vero ſunt cauſæ. Cæterum cum hoc nihil pugnat, ſi ſacramenta dicantur producere gratiam ſolùm moraliter: nam ſyngrapha vulgò concipitur, & tunc concipiebatur communiter vt nudum ſignum; & vt tale negat S. Thomas ſacramentum ſe gerere: verè tamen ſyngrapha penitiùs inſpecta, moraliter habet ſibi coniunctam, & quidem vt formam eſſentialem, ipſam ſoluendi voluntatem: proinde cauſat moraliter ſolutionem. Ait ibidem S. Doctor, agere ſacramenta per virtutem inſtrumentariam: ſed cum hoc egregiè conſentit quod aſſerimus, agere per Chriſti volitionem creatam, tamquam per formam, & agendi virtutem, ipſis moraliter aſſiſtentem, eamque non principem ſed inſtrumentalem, vt in fine præcedentis diſputationis attulimus. Addit B. Thomas eam virtutem ineſſe ſacramentis; Et nos dicimus ineſſe: ſicut voci dicitur ineſſe ſignificatio, nempe formaliter ipſam conſtituens. Vocat etiam S. Doctor motum iſtum imperfectum: cæterum non in ratione entis, ſed cauſæ, vtpote inſtrumentarium, qualem ſanctus Thomas eum appellat: ideo ſubdit, reduci ad genus ſuæ rei perfectæ, nempe ſuæ cauſæ principalis, tamquam virtutem illius inſtrumentariam, & velut adminiſtram.

78. *Quid S. Doctori ſit, hāc vim ineſſe tranſeunter.* At inquies: S. Thom. ait, motum ſeu virtutem iſtam, cum ſit ſpiritualis, non poſſe in re corporali eſſe permanenter; & poſſe eſſe tranſeunter. Hunc cenſebunt Aduerſarij ſuum Achillem: quoniam actum ſpiritualem inſtitutionis ſiue tranſeunter, ſiue permanenter enti corporeo moraliter ineſſe, nec per ſomnium repugnat, vel difficile eſt. Ego verò vel hunc ipſum reor Achillem noſtrum: quianam quam Aduerſarij declarabunt, cur motus aut virtus ſpiritualis phyſicam inhærentiam habere poſſit cum re corporali tranſeunter, & non poſſit permanenter: proinde talem philoſophandi viam

Digitized by Google

S. Thom. Q. LX. viam numquam ab imperitia, turpique ignoratione vindicabunt. Ego itaque reſpondeo, ineſſe tranſeunter, & ineſſe permanenter, idem hic eſſe S. Doctori, in eſſe moraliter & ineſſe phyſicè: prius namque poſſibile, poſterius impoſſibile eſt. Nec mirum, quòd S. Doctor hoc ſenſu terminos illos vſurpet: nam ineſſe tranſeunter eſt, vel certè concipitur eſſe, ita ineſſe alicui rei vt eam nec phyſicè conſtituat, nec phyſicè deſtruat; & ſic ſe habet forma alicui inexiſtens moraliter: præſertim cum S. Doctor non dicat eam virtutem inhærere, ſed ineſſe: quorum illud phyſicam inexiſtentiam neceſſario importat, iſtud autem ad phyſicam & moralem indifferens eſt. Minuſque mirũ videri debet, ſi nos Doctorem Angelicum ita interpretemur: quoniam hâc vnâ illi attributa minus propria locutione, illum & à plurimis, magiſque impropriis, & à ſententia perdifficili, & à pluribus aliis vitiis, quæ num. 76. congeſſimus, vindicamus.

§. III.

Rationum pro phyſico ſacramentorum influxu, nulla efficax.

79. *Sacramentũ eſt cauſa gratiæ, licet non eã phyſice efficiat.* Tres potiſſimùm adduci valent, & ſolent. Prima ſit; Omne ſacramentum nouæ legis eſt, & vocatur cauſa gratiæ, & iuſtificationis: At ſi phyſicè non illam induceret, non eſſet eius cauſa, ſed purum ſignum: Ergo phyſicè illam inducit. Minorem nego, & apertè falſam oſtendo: quia merum ſignum reſpectu alicuius effectus res illa dicitur, quæ illum merè ſignificat, vt fumus ignem, ſuſpirium mœrorem, & Aſtrologica prædictio eclipſim futuram: quæ quidem eas res, quas ſignificant præſentes, ſupponunt præſentes, quas futuras, futuras: vnde non ideo tales res futuræ, aut præſentes ſunt, quia ſignificantur, ſed ideo ſignificantur, quia futuræ, vel præſentes ſunt. Sacramentum verò non ita ſe habet ad gratiam: non enim iſtam deſignat futuram, aut præſentem, quod hæc futura, vel præſens ſit; ſed ideo gratia præſens, aut futura eſt, quia per ſacramentum talis ſignificatur, & quia talis ſignificatur, ideo talis conſtituitur.

80 *Non enim ſe habet vt cõditio.* Dices, talem conſtitui per ſacramentum, non vt per cauſam, ſed, vt per meram conditionem: ſicut ponitur per approximationem calefactio, & per formales præmiſſas concluſio. Contrà, quia pura conditio planè ſe habet, vt mera applicatio cauſæ ad ſubiectum; ſic enim locali approximatione applicatur ignis ad lignum, & per formales præmiſſas applicantur obiectiuæ ad intellectum: At ſacramentum non ſe habet vt applicatio virtutis actiuæ, ſed vt virtus actiua conſtans vnam adæquatam vim cum principali, prout illico declarabitur: nunc inde colligitur, quòd applicatio, & conditio non applicantur per alteram applicationem: datur verò verum ſacramentum, quod applicationem à ſeipſo totaliter diſtinctam requirit, nempe Euchariſtia: & idem habet Pœnitentiæ ſacramentum quod iuxta ſententiam mihi probatam, in ſolis conſiſtit abſolutionis verbis, & hæc localem applicationem, ſeu præſentiam à ſeipſis diſtinctã efflagitant; & idem eſt de verbis eſſentialibus cæterorum ſacramentorum.

Cur verò nullum eorum concurrat vt mera conditio, ſed vt cauſa moraliter influens, facile percipietur, ſi ſupponamus id, quod veriſſimum eſt, nempe meritum eſſe moralem cauſam collationis præmij; & promiſſionem eſſe moralem cauſam adimpletionis ſui ipſius, ſiue exequendæ rei promiſſæ: & preces, quæ rem petitam impetrant, eſſe etiam illius cauſas morales. Sacramenta enim eſſentialiter includunt nobiliſſimos Chriſti actus efficaciſſimè, & in actu ſecundò meritorios, & impetratios gratiæ: cumque Deus propter eiuſmodi actus in eſſentiis ſacramentorum imbibitos, infundat gratiam phyſicè, & ad iſtam infuſionem per ſacramenta illos actus includentia inclinetur, ac determinetur moraliter, propterea ſacramenta gratiam inducunt moraliter, & proinde moraliter ipſam cauſant, & efficiunt. 81. *Sicut neque ſyngrapha conditio eſt.*

82. Exemplum eſt appoſitiſſimum in ſyngraphâ; quæ quia formaliter continet promiſſionem, ſeu promiſſorium debitoris actum in ſyngraphâ moraliter exiſtentem, & ipſi ſyngraphę eſſentialem; ideo ſyngrapha ſolutionem moraliter inducit, nõ vt mera conditio, ſed vt cauſa moralis; & quidem inſtrumẽtalis, quia ſe ſolâ non poteſt, ſine nouâ voluntate, & actionę debitoris, effectum ſolutionis in re ipsâ ponere; debitor autẽ, cùm abſque ſyngraphâ poſſet, tamen ab illâ determinatus ſolutionem efficit, ideoque tanquam princeps cauſa per inſtrumentum, vnde & teſtamenta, & eiuſmodi alię ſcripturæ, communiter inſtrumenta nominantur. Pari ergo ratione, cùm ſacramentum ſe ſolo gratiam inducere non poſſit, & Deus ſe ſolo poſſit; & ad gratiam tamen inducendam à ſacramento inclinetur, ac determinetur, propterea Deus gratiam producit per ſacramentum, vt cauſa principalis per inſtrumentalem.

Secunda ratio. Si ſacramenta reſpectu gratiæ ſanctificantis forent cauſæ morales inſtrumentales, forent etiam phyſicæ: Ergo cùm dicamus eſſe morales, neceſſe eſt fateamur eſſe etiam phyſicas. Nego antecedens. Probant Aduerſarij, quoniam omnis cauſa inſtrũmentalis quæ moraliter inducit aliquem effectũ, eundẽ inducit phyſicè. Nego id ipſum, & impugno, tum quia cauſa principalis, effectum inducens moraliter, non ſemper eundem inducit phyſicè vt patet in volitione efficaci, tam humanâ, quàm Angelicâ, & Diuinâ quæ ſuos effectus ad extra producunt, vt cauſæ principales moraliter, & non phyſicè: tum etiam à priori, quia ratio cauſæ inſtrumentalis moralis non eſt cur neceſſariò adiunctam habeat rationem cauſæ phyſicæ; quod facilè conſtat ex propriâ ipſius ratione, & ex adductis exemplis: quibus additur ſyngrapha, ſeu chirographum, quod reſpectu ſolutionis exercet cauſalitatem inſtrumentalem moralem, neutiquam verò phyſicam. 83. *Non valet: hæc eſt cauſa moralis: ergo phyſica.*

Inquies fortaſſe: Chirographum non ſoluit pecuniam: Ergo ſacramentum, ſi phyſicè non agit, non producit gratiam. Nego conſequentiam: quia non omnis denominatio cadens in cauſam principalem, aptari poteſt inſtrumentali, etiam phyſicæ, aut è conuerſo: ſpecies enim coloris impreſſa, viſionem efficit, vt inſtrumentum phyſicum, non tamen videt: imò gloriæ lumẽ viſionem Dei producit, vt cauſa principalis phyſica, nec tamẽ eſt videns Deum: & 84. *Chirographum, et ſi non ſoluit cauſat ſolutionem.*

& in tuâ ſententiâ ſacramentum phyſicè cauſat culpæ remiſſionem,& culpam non remittit. Sic igitur chirographum ſolutionem efficit, & tamen non ſoluit, quia ſoluentis denominatio propria eſt debitoris:efficit verò ſolutionem, quia denominatio facientis ſolutionem non eſt debitoris propria, ſicut neque effectio gratiæ eſt propria ſolius cauſæ principalis.

85. Eſto potuerint ſacramenta phyſicè influere in gratiam.

Tertia ratio.Potuit Chriſtus ſic ſacramenta inſtituere,vt gratiam producerent phyſicè:ſed hoc ceſſiſſet in magnum ipſius Chriſti,& ſacramentorum decus:Ergo affirmandum eſt ita contigiſſe.Reſpódeo,maiorem in ſex ſacramẽtis tranſeuntibus eſſe falſam:eſtò enim, poſſet extremum ipſorũ indiuiſibile producere phyſicè gratiã;id non ſufficeret,vt abſolutè illa gratiam phyſicè producerent,ſed vt extremum indiuiſibile illam produceret phyſicè, & partes præcedentes producerent moraliter.

86. Nunc tamen non dicenda phyſicè influere.

Addimus,non dicendum,ita inſtituta fuiſſet Tum quia de omnibus ſacramentis, & in omni euentu,ſine diuerſitate ſentiendum;nequit autem omnibus illud adiudicari, vt in baptiſmo reuiuiſcente,& in matrimonio per procuratorem, aut ſub conditione futura contracto iam oſtendimus:Tum deinde,quia influxus ſacramentorum petendus eſt à ſcripturis, Conciliis, & Patribus, nec alter aſſerendus, quàm qui ad illorum locutiones ritè intelligendas neceſſarius,& ſufficiens ſit:talis verò eſt influxus moralis,vt conſtat in Chriſti humanitate, & paſſione ſanctificantib. antiquos Patres:Tum præterea quia moralis influxus non tantum eſt ſufficiens,ſed etiam facilis,& immunis ab illis grauiſſimis difficultatibus, quas phyſicus ſecum affert:Tum poſtremò,quia moralis iſte influxus in ſcripturis, ſymbolis,aliiſque inſtrumentis, eſt vſitatiſſimus; phyſicus autem extra omnem exigentiam,& vſum. Quibus omnibus attentis,cenſeo magis à dignitate Chriſti,& ſacramentorum eſſe ſolùm moralẽ quam ſi phyſicum haberet adiunctum;præſertim cum agere per extremum ſolum indiuiſibile,& inde dignitatem petere,puerile quidpiam appareat.

87. [illegible]pugnati qui propter ſoles Pp. eis [illegible]ant eum [illegible]fluxum.

Reliquæ rationes his æquè debiles.ſũt. Ideo P.Ludouicus Mæratius Diſp. illa 4. ſect. 2.ſtatim initio fatetur,influxũ phyſicũ ſacramentorũ in gratiã nullã ſatis ratione probari:ſe tamẽ pro illo ſtare propter ſolã Patrũ autoritatẽ.Sed cõtra quia vel SS.Patres cauſalitatẽ moralẽ cẽſuerũt intelligẽdę ſcripturę ſacræ,& ſacramentorũ cauſalitati ſufficientem,vel inſufficientẽ. Si inſufficientẽ,Mæratius aduerſatur Patrib.dũ illã cẽſet ſufficientem,ſi Patres ſufficientẽ cenſuerunt,Męratius illis attribuit quòd omnino liberè,& de ſuis capitib.poſuerint influxũ minimè neceſſariũ,& maximè difficilẽ,& nõ omnib.ſacramentis,nec ſẽper competentem:quod profectò ſine præcipiti temeritate præſtare nõ potuiſſent.Valeat igitur hæc ſententia media, quæ Patres in hoc extremum corruiſſe neceſſariò faſſura eſt.

DISPVTATIO XI.

Qua Sacramenta,& quomodo primam, & ſecundam conferant gratiam?

SECTIO I. *Num ſingula ſacramenta primam gratiam per ſe tribuant.*

Aug.Bernard,de Sacram.in genere Pars I:

§.1. *Baptiſmus,& Pænitentia primam largiuntur gratiam per ſe, & ſecundam per accidens.* S. THOM. Q L X.

§ 2 *Cætera ſacramenta,etiam Extrema-Vnctio per ſe tribuunt ſolam ſecundam.*

SECTIO II. *An viuorum ſacramenta per accidens conferant gratiam primam.*

§.1. *Pars negans aſſeritur,& aſtruitur.*

§.2. *Diſſipandis aſſertoris fundamentis roboratur.*

§.3. *Nec Vnctionis extremæ ſacramentum per accidens tribuit primam gratiam.*

1. Eſt illa diſceptatio loci huius propria.

VAſquez,Lugus,& multi Recentiores,hãc diſputationem hoc loco tanquam alieno depulſam,ad Euchariſticas diſputationes,tanquã ad propriã ſedẽ amandant.Ipſa tamen hũc locũ vendicat propriũ,ne pleriſq; in ſacramentis agitanda ſit,& ſine nouæ doctrinæ acceſſionib.eędem notationes,& rationes nouiter proponendæ.Si enim hinc repellatur,nõ eſt cur in ſacramento Confirmationis,& Euchariſtiæ,& Vnctionis, & Ordinis,ac Matrimonij, non ex profeſſo agitetur.

SECTIO I.

Num ſingula ſacramenta primam gratiam per ſe tribuant.

2. Gratiam hîc ſumimus habitualem, vt integrè gratiam.

PRima gratia,prout hîc attẽditur,& à nobis conſideratur,nõ dicit ſolam phyſicam gratiæ qualitatem,ſed etiam actum liberum diuinæ voluntatis,qua velut informata charitas,ſeu qualitas gratiæ deſtruit præcedentẽ Dei offenſam;Conſequenter etenim vt formalis gratia, inuoluit actum diuinæ amicitiæ. Gratia enim primã hîc vocamus eam per quã reſurgit quis à mortali peccato, ſiue à morte peccati ad vitã ſanctitatis;deq;inimico Dei redditur Dei amicus:& gratiam ſecundã nominamus illius gratiæ augmentum,quo ſcilicet quis de ſancto fit magis ſanctus,deq;amico Dei magis amicus.

3. Quid ſit cõferre talem gratiam per ſe,& aliam per accidens.

Portò dum ſacramentũ dicitur conferre gratiã aliquam per ſe,& aliquã per accidẽs,nõ eſt ſenſus,conferre vnam ſecundum Chriſti intẽtionem,& alteram pręter Chriſti intentionem: ſed ita,vt tribuere per ſe ſit tribuere ex vi ſuæ inſtitutionis primarię,& tribuere per accidens ſit tribuere ex vi ſuæ inſtitutionis ſecundariæ.

Optimo exẽplo declaratur.

Quod illuſtrare, & explicare poſſumus exemplo duorum decretorum partialium,quæ circa Chriſti aduentum aſſerimus in Tomo de Incarnat.Diſp.16.nu 32. Diximus enim,præuiſo peccato originali trãsfundẽdo in omnes Adami poſteros,qui tunc futuri præuidebãtur,decretum eſſe primò Chriſtum, nempe in remedium illius:& præuiſis deinde peccatis actualibus,decretum rurſus, ſiue ſecundariò fuiſſe, nempe in illorum remedium:proinde Chriſtũ propter culpas originales veniſſe primariè, & quaſi per ſe: propter actuales verò ſecundariè, & quaſi per accidens. Ita contemplari poſſumus, Baptiſmum ex cauſa primariò, & per ſe inſtitutum ad conferendam gratiam primam, dum homines pręuidebantur ſine gratiâ naſcituri;tunc enim decreuiſſe Deũ,& poſtea Chriſtum inſtituiſſe, vt illam non reciperent, niſi per baptiſmum in re, vel in voto ſuſceptum: deinde verò præuiſis quibuſdam ad baptiſmum acceſſuris cum primâ gratiâ decretum fuiſſe baptiſmum ſecundariò ad conferendam illis ſecundam: & tantundem ſuo mo-

Digitized by Google

do cogitari poteſt in ſacramento Pœnitentiæ.

§ I.

Baptiſmus, & Pœnitentia per ſe dant gratiam primam, & per accidens ſecundam.

4. Baptiſmus, & Pœnitētia per ſe dant gratiam primam.

PRior aſſertionis pars apud omnes catholicos citra controuerſiam pertinet ad fidem: nam hæc certiſſime tradit, Baptiſmum per ſe fuiſſe inſtitutum ad homines per Adamum mortuos in Chriſto regenerandos: & Pœnitentiam ad eoſdem à peccatis mortalibus poſt Baptiſmum incurſis, ad gratiam excitandos. Quæ probatio ſic poteſt clariùs inſtitui. Baptiſmus per ſe fuit inſtitutus ad delendum peccatum originale; Pœnitentia ad delendum actuale mortale, quod poſt Baptiſmum incurritur; vt è diuinis literis, Conciliis, & Patribus, propriis in locis confirmari ſolet: Atqui peccatum originale, & actuale mortale, non delentur, niſi per primam gratiam, vt liquet: Ergo baptiſmus, & Pœnitentia per ſe conferunt gratiam primam. Atque ideo ſcilicet hæc duo ſacramenta dicuntur eſſe mortuorum, quia per ſe inſtituta ſunt pro hominibus ſpiritualiter mortuis, ad illos nempe ſuſcitandos è peccati morte, ad gratiæ vitam.

5. Per accidens dant ſecundam.

Poſterior tituli pars eſt, hæc eadem duo ſacramenta per accidens tribuere gratiam ſecundam, ſiue augmentum gratiæ: quando ſcilicet in ſubiecto gratiam reperiunt: ita omnes Catholici: & ſuadetur ex Tridentino ſeſſ. 7. can. 7. definiente, omnia nouæ legis ſacramenta conferre gratiam non ponentibus obicem, & can. 8. addentes, eam gratiam conferre ex opere operato: Atqui is cathecumenus, qui ad Baptiſmum, & baptizatus, qui ad Pœnitentiæ ſacramentum in gratia accedit non habet, nec ponit obicem: Ergo per illa ſacramenta ex opere operato gratiam recipit; non primam, quia iam illam præhabet: ergo ſecundam; ſiue augmentum primæ.

6. Dices forſitan: Quamuis hæc duo ſacramenta gratiam tunc ſecundam non tribuerent, ſi tamen conferrent primam, quando ſubiectum non ſupponunt gratia præditum, conſtaret veritas iſtorum canonum, nempe omnia nouæ legis ſacramenta non ponentibus, aut habentibus obicem conferre gratiam, & conferre ex opere operato. Nam accedere ad ſacramentum mortuorum cum gratiæ vita, ſeu cum prima gratia, eſt accedere cum obice. Sed contra, quia Concilium abſolutè ſtatuit, omnia ſacramenta non habentibus obicem conferre gratiam, abſtrahendo à prima, & ſecunda; proinde conferre gratiam non habentibus obicem gratiæ, abſtrahentis à prima & à ſecunda: qui autem ſacramentum Baptiſmi, vel pœnitentiæ, ſine peccato mortali recipit, non affert illius gratiæ obicem, cum ſit capax, & expeditus ad recipiendam gratiam ſecundam.

7. Inſtabis: Quamuis Euchariſtia non conferat primam gratiam, etiam per accidens, nihilominus ſeruatur in hoc ſacramento veritas Tridentini definientis omnia nouæ legis ſacramēta conferre gratiam, non habentibus obicem, quia iam Euchariſtia confert ſecundam: Ergo licet Baptiſmus, & Pœnitentia non tribuant per accidens gratiam ſecundam, ſtabit in eis veritas Tridentini, cùm iam conferant primam. Nego paritatem: quia Euchariſtia ſuſceptorem ſuum, vel ſupponit, & inuenit iuſtum, vel peccatorem: ſi iuſtum, iam ei præbet gratiam ſecundam, ſi peccatorem, neutram ei præbet, vtpote habenti obicem, nimirum culpam mortalem: at baptiſmus & pœnitentia, dum iuſto conferuntur, non reperiunt obicem: ideoque neceſſe eſt, gratiam ei tribuant, & gratiam ſecundam.

Vrgebis: quando catechumenus per contritionem iuſtificatur, eiuſmodi contritio continet votum Baptiſmi, proinde talis catechumenus primam gratiam recipit per baptiſmum in voto: ſimiliter quando peccator baptizatus iuſtificatur per contritionem, ea contritio continet votum ſacramenti Pœnitentiæ; ideoque tunc peccator primam recipit gratiam per pœnitentiæ ſacramentum in voto: Ergo Baptiſmus omni baptizato, & habenti gratiam, confert primam: & pœnitentia ſimiliter omni rite abſoluto, & gratiam habēti, primam confert: tunc nempe, quando ſubiectum contritionem elicuit ante actualem receptionem ſacramenti: vel quando non præmiſſa contritione, ſacramentum rite ſuſcepit: Ergo non eſt cur per eiuſmodi ſacramenta recipiat ſecundam gratiam, dum habens primam ad illa accedit: nam hoc eſſet ab eodem ſacramento duas recipere gratias, priorē ſcilicet per Baptiſmum in voto, poſteriorem per Baptiſmum in re: vnam item per Pœnitentiam in voto, & alteram per Pœnitentiam in re. 8.

Reſpondemus, infirmam eſſe hanc inſtantiā. 9. Iuſtificatio per ſacramētum in voto, non fit virtute ſacramenti.

Quia iuſtificari per contritionem includentem votum ſacramenti, ſeu iuſtificari per contritionem cum voto ſacramenti, ſeu per ſacramētum in voto, non idem eſt ac iuſtificari virtute ſacramenti influentis in gratiæ collationem, aut iuſtificationem: ſed ſolum eſt iuſtificari per cōtritionem cum graui obligatione, & conſequēter cum animi præparatione formali, vel virtuali recipiendi ſacramentum illud, quod ſi tunc attritus reciperet, gratiam ei primam tribueret. Proinde ſacramentum in euentu illo non influit in collationē gratiæ, quia nec phyſicè, nec moraliter tunc exiſtit: ſiquidem exiſtere in voto non eſt exiſtere moraliter ſacramentum ipſum: ſed exiſtere grauem illius recipiendi obligationem, & prædictam animi præparationē, ſeu propoſitum illius recipiendi. Argumento eſt, quòd gratia tunc non tribuitur ex opere operato, ſed ex opere operantis: nec in tanta intenſione, quanta dum ſacramētum ipſa ſuſcipitur: nec tribuitur gratia ſacramentalis, nempe ſecum afferens exigentiam peculiarem auxiliorum ad actus peculiares, & illius ſacramenti proprios, quam diſp. 8. fusè expoſuimus.

10. Conſtat illuſtriſſimo exemplo.

Et quidem in ſacramento Pœnitentiæ de ſolis venialibus poſt Baptiſmū commiſſis, & contritione deletis, eſt ad hoc perſuadendū, & hāc extremā inſtantiam diluendā validiſſima ratio. Nam eiuſmodi contritio non continet votū ſacramenti Pœnitentiæ, cum non detur in pœnitente obligatio illud recipiendi: non ergo tunc ei gratiam confert ſacramentum Pœnitentiæ in voto: quando igitur ſacramentū ſuſcipiet in re, iſtud ei gratiam conferet: non primam, quia iam iſtam præhabet, & non per ſacramentum in re, nec in voto: Ergo ſecundam. Hinc illud facile intelligitur quòd Baptiſmus, & Pœnitentia, quoties ſubiectum iuſtificatum inueniunt,

itized by Google

nitint, ei tribuunt ſanctitatis augmentum, ſeu gratiam ſecundam, quia nullam ipſi antea conferunt, vt probauimus; & neceſſe eſt conferant aliquam non habenti obicem, vt ex Tridentino probatum eſt.

§ II.

Cætera ſacramenta, etiam Extrema-Vnctio per ſe conferunt ſolum ſecundam.

11. Sacramenta viuorũ m per ſe dant gratiã ſecundam tantùm.

PRior dicti pars eſt Confirmationẽ, Euchariſtiam, Ordinem, & Matrimonium per ſe conferre gratiam ſecundam, & per ſe non conferre primam traditurq; ab omnibus ſcriptoribus orthodoxis. Sumitur autem ex Concilio Florentino poſt ſeſſ. vltimam in illa celebri Armenorũ inſtructione ab Eugenio IV. edita §. *quinto Eccleſiaſticorum* Vbi Confirmationis effectũ proprium, ac proinde per ſe, dicit eſſe, gratiam augere, & fidem roborare, Euchariſtiæ gratiam nutrire: Ordinis, & Matrimonij gratiam præbere, per quam Eccleſia ſanctè à ſanctis gubernatur in ſpiritu; & à ſanctis etiam augetur in Corpore: hic enim eſt iſtius ſenſus, prout ex verborum tenore, & communi intellectu conſtat. Ratio, poſt Chriſti voluntariam inſtitutionem ab Eccleſia declaratam, hæc aſſignari poteſt: Duplex tantum eſt peccatum, diuinæ amicitiæ oppoſitũ, Originale, & Actuale mortale. Horum prius per ſe tollitur per baptiſmum; poſterius per pœnitentiam. Ergo alia per ſe non conferunt gratiam primam: Cùmq; gratiam per ſe conferant, vt ex § superiore conſtat, per ſe conferunt ſecundam.

Continetur in Concilio Florentino.

12. Impugnatur à Nouatoribus.

Huic aſſerto repugnat Lutherus, Kemnitius, aliiq; Nouatores, contendentes omnia ſacramenta per ſe eſſe inſtituta ad elargiendã primã gratiam. Sed non video, qua ratione ſibi conſtent: nam ſi ſola fides iuſtificat, & gratiam primam confert; & Baptiſmus conferri non poteſt niſi prius habenti fidem, & proinde gratiam, & gratiam primam: quomodo Baptiſmus per ſe fuit inſtitutus ad conferendam gratiam, nedum ad conferendam gratiam primam? Nec magis ſibi conſtant in probationibus. Aiunt omnia ſacramenta per ſe inſtituta fuiſſe vt animi medicinas: Contra, quia baptiſmus in veſtra ſententia conferri non poteſt niſi habenti fidem: ſed fides, vt aſſentis, ſola animã ſanat: Ergo baptiſmus per ſe non illam ſanat: & conſequenter per ſe eſt illius medicina.

13. Addunt, non ſemel à Chriſto dictum, illos qui non recipiunt Euchariſtiam, non habere in ſeipſis vitam, hoc eſt primam gratiam: Igitur Euchariſtia per ſe iſtam confert. Contra: nam ante Euchariſtiæ receptionẽ concipitur à pleriſq; fides; quæ ſecundum Nouatores eſt animę vita ſeu prima gratia: Quomodo igitur nõ habent iſtam qui Euchariſtiam non recepere. Senſum autem verborum Chriſti dabimus ipſo duce in tractatu de Euchariſtia.

14. Etiam Extrema Vnctio per ſe dat ſolam gratiam ſecundam.

Poſterior dicti pars eſt ipſam etiam Extremã Vnctionem per ſe conferre ſolam gratiam ſecundam, ſeu (quod in idem redit) per ſe non conferre primam. Hæc etiam eſt Doctorum omnium catholicorum ſententia pro vt numero 25. & 26. videbimus. Nũc probatur primò autoritate Concilij Trident. ſeſſ. 14. in proœmio: docet enim apertè, ſacramentum iſtud fuiſſe inſtitutum ad eum finem, vt Chriſtianos contra Dæmonis tentationes circa vitæ finem maximè vrgentes, tanquam firmiſſimo quodam præſidio muniatur: vnde cunctos ipſius effectus ſpirituales ita recẽſet: *Hoc ſacramentum ægroti animam ita confirmat, vt magnam in eo diuinæ miſericordiæ fiduciã excitet, vt & morbi incommoda ac labores leuius ferat: & tentationibus dæmonis calcaneo inſidiantis facilius reſiſtat.* Nec in tota iſtius ſacramenti declaratione verbum habet, quo ſignificet Extremam-Vnctionem per ſe tribuere primam gratiam. Si autem eam per ſe tribueret, valde imperfectè & præposterè ſe geſſiſſet Concilium, effectus nempe minimos fusè recenſens, & potiſſimi, longeque maximi nec mentionem faciens.

Sumitur ex Tridentino.

15. Ex S. Thoma & aliis DD.

Secundò probatur autoritate S. Thomæ in 4. diſt. 23. quæſtio. 1. ar. 2. quæſtiunc. 1. in corpore, & De Malo quæſt. 7. ar. 2. ad 14. & complurium cum ipſo tradentium, Extremam vnctionem neque ad remiſſionem quidem venialium eſſe per ſe inſtitutam: Ergo planiſſimè ſupponunt, non eſſe per ſe inſtitutam ad remiſſionem lethalium, & ad collationem primæ gratiæ. Confirmatur communi etiam ſenſu Doctorum, exiſtimantium ſcilicet, Extremam-Vnctionem magis inſtitutam contra venialia, quam contra mortalia: Cum igitur inſtituta per ſe non ſit contra venialia, non eſt per ſe inſtituta contra mortalia, ſiue ad producendam gratiam primam.

16. Imo ex omnibus DD. diuidentibus ſacramenta in viuorum & mortuorũ.

Tertiò probatur communi etiam alio ſenſu Doctorum omnium, ita diuidẽtium ſacramẽta nouæ legis, vt baptiſmus, & Pœnitentia ſint mortuorum, quia per ſe habent largiri primam gratiam; cætera verò quinq; ſint viuorum, quia per ſe habẽt largiri ſecundam: Ergo plane ſentiunt Extremam-Vnctionem per ſe non largiri primã. Vel enim exiſtimant, hoc ſacramentum nullo modo conferre ſecundam gratiam: & hoc dici nõ poteſt cum certiſſimũ ſit oppoſitũ nẽpe illũ qui in gratia pœnitẽs extremè-vngitur, ab hoc ſacramento recipere augmentum gratiæ. Vel exiſtimant ſacramentũ iſtud tribuere ſecũdam gratiam per accidens: & hoc pacto erit ſacramentum mortuorum, æque ſcilicet ac Baptiſmus, & Pœnitentia, quæ per ſe conferunt gratiam primam, & per accidens ſecundam: proinde Extremam Vnctionem malè recenſent inter ſacramenta viuorum.

17. Vel tandem exiſtimant, ſacramentũ hoc per ſe tribuere gratiam ſecundam, & per ſe etiam tribuere primam: & hac ratione, ſacramentũ iſtud æquè foret mortuorum, & viuorum; proinde conſtitueret tertium diuiſionis membrum; ita nẽpe, vt Baptiſmus, & Pœnitentia eſſent ſacramenta mortuorũ tantum, Confirmatio, Euchariſtia, Ordo, & Matrimonium, eſſent ſacramẽta viuorum tãtum; Extrema verò Vnctio eſſet ſacramentum mortuorum, & viuorum ſimul ad eum ſcilicet modum, quo actus, vel habitus intellectualis diuidi ſolet in purè practicum, & purè ſpeculatiuum, & in practicum ſimul, ac ſpeculatiuum.

18. Item à ſimili ex Euchariſtia.

Quartò probatur, quia ſacramentum Euchariſtiæ iuxta Doctores omnes Catholicos eſt ſacramentũ viuorũ: ita nimirum, vt per ſe nõ cõferat gratiam primam, & per ſe conferat ſecundam: idq; probari ſolet, quoniam Euchariſtia eſt ſacramentum per modum conuiuij, conuiuium autem per ſe ſupponit conuiuam viuum, nec ei vitam tribuit, ſed fouet, conſeruat, & nutrit:

S. Thom. Q. LX.

tuitur: Atqui ſacramentum vnctionis, de quo agimus, inſtitutum eſt, vt ipſius nomen, & materia, & forma declarant, per modum medicinalis, & confortatiuæ vnctionis, quæ quidem per ſe ſupponit illum, qui vngitur, eſſe viuum: daturq; non ad expellendã mortẽ, ſed ad cõfortandam vitam: Ergo ſicut Euchariſtia non eſt ſacramentum mortuorum, ſed viuorũ; nec per ſe confert gratiam primam, ſed ſecundam; ita prorſus Extrema-vnctio. Alioquin & Euchariſtia, & quodlibet aliud ſacramentum per ſe conferret primam gratiam, vt habet Nouatorum hæreſis: quia non eſt maior ratio vnius iſtorum, quam cuiuſuis alterius, vt per ſe quiſque reperiet.

19. Oppones Iacobum cap. 5. v. 15. de illo qui ſacramentum vnctionis recipit ita loquentem: *Si in peccatis ſit remittentur ei*; & Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 2. *Delicta, ſi quæ ſunt adhuc expianda abſtergit*; & ipſam huius ſacramenti formam, quæ ſic habet: *Indulgeat tibi Dominus quidquid per viſum deliquiſti &c.* vbi non videtur negari poſſe quin agatur de effectu per ſe huius ſacramenti; nam effectus per accidens non ita expreſsè ponitur in ſcripturis, aut Conciliis, multoque minus in ipſiſmet ſacramentorum formis: Atqui eſſe in peccatis eſt eſſe in peccatis mortalibus: & nomen delictorum nõ aſtringitur ad venialia: & illud, *quidquid deliquiſti per viſum &c.* apertiſſimè complectitur culpas graues, quæ deſtruuntur per primam gratiam: Ergo illas deſtruere, & iſtam conferre, effectus eſt per ſe Extremæ-Vnctionis.

20. Iacobus vnctioni non tribuit remittere mortalia.

Reſpondeo, ſermonem ibi eſſe de effectu per ſe Vnctionis, non tamen de remiſſione peccatorum mortalium in ſe ipſis; ſed de remiſſione venialium, ſi quæ ſuperſint, & de remiſſione pœnarum, pro mortalibus ſi quædam luendæ ſuperſint. Hæc eſt communiter ſententia; quam inprimis elicio ex incommodis cõtrariæ iam explicatis. Deinde probo, quoniam eſſe in peccato, eſt eſſe in peccato mortali, propterea quod ſtatum peccatoris vna culpa mortalis eſſentialiter, & integrè ſeu ſufficienter conſtituit: multæ vero mortales in re quadam ſummi momenti, & huc maximè ſpectante, vni ſoli æquiualẽt, in eo ſcilicet quod nequit vna ſine aliis auferri, vnde vnâ ſublatâ cæteræ tolluntur. At *eſſe in peccatis*, eſt habere peccata, non ſic æquiualentia vni, ſed in eſſe, & auferri, inter ſe non connexa, ſed veluti ſcopas diſſolutas; quorum proinde poſſit vnum deſinere perſiſtentibus aliis; & eiuſmodi ſunt culpæ veniales.

21. Præterea quia Tridentinum non abs re poſuit vocem illam *expianda*, quod optime intelligitur, & Eccleſia ſæpiùs in officio defunctorũ intelligit de pœnarũ temporalium ablatione; quæ quidem tunc ſummè exoptanda eſt, ne per acerbiſſimas Purgatorij pœnas beatitudo animæ differatur. Poſtremò, quia verba illa formæ, *Indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti per viſum, per auditum, &c.* ſic optimè capiuntur: *Per iſtam ſanctam vnctionem perficiat Deus opus inchoatum, & maximâ ex parte iam effectum, integræ, & vniuerſalis remiſſionis; ita ſcilicet, vt quidquid ſeu venialium culparum, ſeu temporalium pœnarum ignoſcendum ſupereſt, per hanc tibi vnctionem ignoſcat.*

SECTIO II.

An ſacramenta, quæ viuorum dicuntur, conferant per accidens primam gratiam.

22. HÆc ſũt Confirmatio, Euchariſtia, vnctio Ordo, & Matrimonium, dicunturq; viuorum, quia ſaltem per ſe ſupponunt ſui ſuſceptores gratiæ vitâ fruentes: ideo gratiã primam non dant per ſe, quærimus, an dẽt per accidẽs.

§. I.

Pars negans aſſeritur, & aſtruitur.

23. TRes inuenio ſententias. Prima ſimpliciter affirmat hæc omnia ſacramenta per accidẽs tribuere primam gratiam; quãdo ſcilicet is, qui illa recipit, non eſt contritus, ſed ſolùm attritus, bonâ tamen cum fide accedit ad quodlibet ipſorum. Ita plures Veterum, quibus ſubſcribit Suarez Diſp. 7. ſect. 2. §. *Nihilominus*, Henriquez lib. 1. cap. 22. num. 6. Coninck artic. 1. dub. 2. n. 12. Granadus hoc loco Tract. 3. Diſp. 7. & de Confirmatione Tract. 3. n. 7. & de Euchariſtiâ Tract. 9. diſp. 3. & de Extremâ Vnctione Tract. vnico, diſp. 4. ſtatim initio; & de Ordine, Tract. 1. Diſp. 14. etiam initio, pluresque Recentiores, dũ de Euchariſtiâ diſſerunt.

24. Secunda ſententia eſt, ex his quinque ſacramentis ſolam vnctionem conferre per accidens gratiam primam. Ita ſenſit P. Ludouicus Murcius, ſi cõferantur, quæ de hâc re tradit in Tract. de Cõfirmat. Diſp. 6. aſſert. 2. & in Tract. de Euchariſt. Diſp. 33. ſect. 3. & in Tract. de Extremâ vnctione Diſp. 6. ſect. 1. §. *Tertius eſt*. Itẽq; P. Ioannes de Lugo, ſi cõiungantur, quæ docet in Tract. de Euchariſt. Diſp. 12. ſect. 1. §. *Secunda ſit tenis*: & multò inferiùs in §. *Reſ ondeo; quãdo* vbi non obſcurè tribuit Extremæ vnctioni hũc effectum quem priùs Euchariſtiæ denegauerat. Et quamuis terminos illos *per ſe, & per accidẽs*, à communi ſignificatione nonnihil extrahat, tamen effectum iſtum, quem Euchariſtiæ penitus negat, Vnctioni defert, vt fundamentum.

25. Sacramenta viuorum nõ dant primã gratiam per accidens.

Tertia ſententia, quæ mihi ſemper arriſit eſt, nullum è ſacramẽtis viuorum, effectu iſto gaudere. Pro qua referri poſſunt, quicumque cum effectũ negant alicui, vel aliquib. eorum ſacramentorũ, & aliis etſi expreſsè non negant, quia quæſtionẽ de illis nõ agitant, non tamẽ concedunt, quos iam refero. De confirmatione ſic cẽſet Alexãder IV. p. q. 16. mẽb. 1. ar. 1. Bonau. in 4. diſt. 7. ar. 2. q. 1. Richar. ar. 4. q. 2. de Euchariſtiâ. Idẽ Alexãder 4. p. q. 10. memb. 8. ar. 1. §. 2. & expreſſiùs ar. 3. ad vltimũ. Bonau. in 4. diſp. 13. p. 2. ar. 1. q. 2. & diſt. 9. & 2. q. 13. Gabriel diſt. 9. q. 2. ar. 1. not. 1. & art. 2. concluſ. 1. Vazquez. n. 13. in 3. p. diſp. 205. à c. 4. meritò referens Durandum, Gerſonem, & Paludanum tanquam ipſi non obſcurè fauentes.

26. De extremâ vnctione durandus in 4. diſt. 23. q. 1. ſi cõferantur, quæ ſupponit, & vt certa ſibi opponit n. 8. nẽpe, *Impoſſibile eſt, quod per hoc ſacramentũ dimittatur culpa mortalis*: & quod cõſentantiſſimè cũ hâc doctrinâ tradit in reliquo illius quæſt. Vazquez tom. 4. in 3. p. q. 87. ar. 3. dub. 2. n. 4. & 5. & 13. & dub. 5. n. 6. & 7. & 10. Idẽ mihi ſẽtire vidẽtur Antoninus, Syluester, directorium Curatorum, Toletus; & Comitolus, eos referens lib. 1. Reſponſ. Moral. q. 44. quippe

Digitized by Google

pe qui ſentiunt extremam Vnctionem nec in cuiuſcumque defectum licitè conferri laicis à Religioſis, quam coniecturam num. 46. magis euoluam. Denique de Matrimonio id ipſum cenſet Baſilius Poncius Legionenſis lib. 1. de illo ſacramento cap. 6. num 10. Quis autem non videat, hos Doctores idem dicturos de ſacramento Ordinis? Ita fit, vt de omnibus viuorum ſacramentis autores dederim, cùm ſatis fuiſſet de vno, vel altero dare propter rationis paritatem, quæ nemini perſpicua non eſt.

27. *Nam is effectus ſine vrgentiſſimo fundamento non eſt aſſerendus.*

Ratione probatur aſſertio. Primò, quia prima gratia & eſt in ſe effectus nobiliſſimus, & omnium ſacramentalium longè præſtantiſſimus, & à Dei voluntate, & liberâ Chriſti inſtitutione dependens: proinde non eum poſſumus alicui ſacramento aſſignare, niſi vel ex ipſius ſacramenti naturâ, & inſtitutione; vel è ſcripturâ diuinâ, vel ex Eccleſiæ definitione, vel traditione, ſaltem per efficacem illationem conſtet: ſed quinque ſacramenta viuorum, aut ipſorum aliquod, conferre per accidens ex opere operato primam gratiam, ex nullo illorum capitum ita conſtat: Ergo non poſſumus id eis tribuere. Maior, & conſecutio claræ ſunt: Minor per partes aſtruenda. Non id conſtat ex naturâ, ſiue inſtitutione ſacramentorum: nam ex eis potius oppoſitum liquet: ſiquidem hoc ipſo quod hæc ſunt ſacramenta viuorum, indicatur non prodeſſe ſuſcitandis mortuis: quippe ea ſubſidia, quæ vitæ corporali, vel roborandæ, ac defendendæ, vel perficiendæ, aut fœcundandæ comparata, & idonea ſunt, profectò nec per ſe, nec per accidens mortuis proſunt ad vitam recuperandam.

28. *[illegible] ò eſt [illegible] limũ [illegible] ad eum negandum.*

Cùm igitur quinque ſacramenta, de quibus nunc loquimur inſtituta ſint pro vitâ ſpirituali roborandâ, nutriendâ, tuendâ, & fœcundandâ; ſanè nec per ſe, nec per accidens proderunt ſpiritualiter mortuis ad vitam ſpiritualem ex opere operato recuperandam. Etenim vt Eugenius IV. num. 11. relatus, & omnium Catholicorum ſenſus habet, ſacramenta nouæ legis inſtituta fuerunt ad vitam ſpiritualem primò producendam, ſeu ſimpliciter conferendam, augendam, roborandam &c. idque cum analogia, & proportione ad ſubſidia, quæ vitæ corporali ſimiles afferunt opportunitates: Cùm ergo ſubſidia, quæ per ſe vitam corporalem ſupponunt, vt cibus, & medicamentum, nullatenus eam primò producant, vel ſimpliciter conferant; idem dicendum eſt de ſacramentis, quæ per ſe ſupponunt vitam ſpiritualem. Et hæc prima ratio, quantum ad ſubſtantiam attinet, cõmunis eſt inter huius ſententiæ patronos.

29. *Nec daretur ex opere operantis, nec ex opere operato.*

Secundò peculiariter diſſero: quia ſi ſacramentum aliquod viuorum v.g. Euchariſtia, cõferret in euentu illo, quem Aduerſarij cogitant, primam gratiam, non illam conferret ex opere operantis, neque ex opere operato: Ergo nullo modo illam re ipſa confert. Illatio, niſi fallor, negari nequit: nam homines in hoc ſtatu non accipiunt gratiam, niſi vel ex opere operantis; vel ex opere operato; maximè cùm hi duo modi non obſcuram habeant inter ſe contradictionem, vt ex ipſorum explicatione, quam Diſp. 7. ſect. 1. dedimus, apertè colligi poteſt.

30. Antecedens, quoad opus operantis, eſt clarum: quia prima gratia non datur ex opere operantis, niſi habenti diſpoſitionem ipſi gratiæ proportionatam, & quaſi connaturalẽ, qualis eſt ſolus actus theologicæ charitatis, vel perfectæ contritionis: & ideo tunc datur gratia iuxta menſuram talis diſpoſitionis: at in prædicto euentu peccator ſolam eliceret attritionem, quæ non eſt connaturalis, & per ſe ſufficiens diſpoſitio ad gratiam; vnde hæc non daretur iuxta menſuram diſpoſitionis: Ergo non daretur ex opere operantis. S. Thom. Q. LX.

Quòd autem neque daretur ex opere operato, liquet: nam conferri gratiam ex opere operato, eſt conferri virtute ſacramenti iuxta diuinam inſtitutionem facti, atque ſuſcepti: Sed tunc ſacramentum non modo non eſſet receptum iuxta, ſed potius contra diuinam inſtitutionem, quæ eſt, vt Euchariſtia v.gr. non recipiatur, niſi à viuis in ipſorum nutritionem. Explano, & firmo rationem iſtam, quia ſacramentum producere gratiam ex opere operato, eſt illam producere iuxta diuinam inſtitutionem; inſtar cauſæ naturalis, & operantis ex neceſſitate naturæ: Ergo non exiſtente realiter, ſed putatiuè, diſpoſitione, quam ſacramentum diuina inſtitutione, ſeu (quod in præſentiarum idem eſt) ex natura ſua requirit, non produceret gratiam. 31.

Tertio diſputo deſtruendo reſponſionem, quæ proculdubio dabitur. Dicetur enim, duas eſſe Euchariſtiæ, & cuiuſuis ſacramenti viuorum diuinas inſtitutiones; vnam primariam, vt non recipiatur ſcienter, niſi à iuſtis, & habentibus primam gratiam, ideoque ſolum tribuat ſecundam, ſeu primæ augmentum: alteram, vt ſi forte quiſpiam inuincibiliter ſe exiſtimet contritum, cum ſolum ſit attritus, & hæc ſacramenta recipiat, ab eis accipiat primam gratiam. Cæterùm contra huius ſecundæ inſtitutionis aſſertionem omnis hæc noſtra contentio eſt. Cum enim eiuſmodi ſecunda inſtitutio res grauiſſima ſit, & ex mera, & liberrima Chriſti voluntate, tum increata, tum creata dependeat, non eſt aſſerenda propter quaſcumque ratiunculas, aut cõgruentias, ſed neceſſe eſt, vt in regulis fidei vel contineatur expreſsè, vel ſaltẽ ex eis neceſſaria illatione deducatur. Nõ autem ita deduci, ex debilitate fundamentorum, quibus innititur, conſtat: & præterea nunc ab euidenti, ni fallor, abſurditate confirmo. 32. *Occurritur duabus eorũ ſacramentorum inſtitutionibus.*

Sicut enim verus dolor attritionis ſufficit, vt ſacramenta mortuorũ per ſe tribuant primam gratiam: ita vera contritio ſufficit, vt ſacramenta viuorum per ſe conferant gratiam ſecundam: Atqui per vos in ſacramentis viuorum datur altera inſtitutio, vt ſacramenta viuorum cum attritione, exiſtimata contritione, conferãt per accidens gratiam primam: Ergo dabitur etiam altera inſtitutio, vt ſacramenta mortuorum cũ inferiori dolore, exiſtimato attritione, conferãt primam gratiam. Hoc autem in omnium ſententia manifeſte abſurdum eſt: Ergo cum hæc poſterior inſtitutio nequeat ſine abſurditate concedi, nequit illa altera ſine incommodo induci. Roboratibur hoc idem aſſertum in §. proximè ſequente. 33.

§. II.

Diſſipandis aſſertoriæ fundamentis roboratur.

PRimum eſt, quòd SS. Patres ſæpè tribuunt viuorum ſacramentis expiationem à ſcelere, & animæ morte, ſcilicet à peccato mortali. Contra, quia talem effectum eis ſacramentis aſcribunt vt effectum per ſe: ergo non agut de 34. *Sacramenta illa quæ dicantur à PP. expiare à ſcelere.*

Digitized by Google

de expiatione, qua tollatur peccatum mortale: nec de liberatione ab animi interitu, qua tollatur peccatum deſtruens animi vitam: alioqui dicerent patres, omnia ſacramenta per ſe conferre primam gratiam, quod eſt ſaltem erroneum, vt ſectione ſuperiore fuit oſtenſum. Quapropter & à nobis, & ab aduerſariis interpretandi ſunt Patres de expiatione, & liberatione à venialibus, præſeruante ab interitu mortalium.

35. In homine mortuo obicem inueniunt.

Secundum argumentum accerſunt ex Trid. ſeſſ. 7. can. 7. definiente, omnia nouæ legis ſacramenta conferre gratiam non ponentibus obicem: Sed qui bona fide ſe reputat contritum, & ſolum eſt attritus, non ponit obicem: Ergo ſacramentum virorum dat ei gratiam: non ſecundam; ergo primam. Retorqueo: nam qui reuera mortuus eſt, & ſeſe inuincibiliter exiſtimans viuum, accedit ad ſacramenta viuorum, etſi tunc non ponat obicem nouum, conſeruat tamen veterem, quod eſt peccatum mortale, ſeu mors ſpiritualis, in qua realiter eſt. Sic nimirum is, qui reipſa corporaliter eſt mortuus, obicem habet recipiendi effectum cibi, & potus, qui eſt nutritio: & qui reipſa non habet brachium quantumuis ſe brachiatum exiſtimet, nequit recipere brachium à medicamento illo, cuius munus non eſt brachium dare, ſed ſanare. Alioquin & Baptiſmus, & Pœnitentia, prout nuper explicui, largirentur primam gratiam accedenti cum ſola attritione exiſtimata, quia tunc ille non poneret obicem. Sicut igitur iſte, iuxta omnium ſententiam, obicem haberet, nempe carentiam diſpoſitionis reipſa requiſitæ ad illorum ſacramentorum effectum; ita prorſus recipiens ſacramenta viuorum non viuus, obicem haberet, nempe carentiam vitæ ad illa ſacramenta neceſſariæ.

36. S. Thomas in ſumma non eum effectũ tribui

Tertium aduocant è S. Thoma, tribuente illum effectum aliquibus ſacramentis viuorum. Cæterum etſi demus, S. Doctorem in lib. 4. ſententiarum, aduerſariis fauiſſe; certè duobus in locis, quæ ex 3. parte, nempe illius teſtamento, ſeu codicillo proferuntur, nobis ſuffragatur. Prior locus eſt quæſt. 72. art. 7. ad 2. in hæc verba: *Si aliquis adultus in peccato exiſtens, cuius conſcientiam non habet, vel ſi etiam non perfectè contritus accedat, per gratiam collatam in hoc* (Euchariſtiæ) *ſacramento conſequetur remiſſionem peccatorum.* Quo loci S. Doctor duos ponit euentus; vnum, in quo peccator inuincibiliter ignoret ſuum peccatum lethale, nec illius habeat contritionem perfectam, aut imperfectam: alterum, in quo habeat quidem illius conſcientiam, ſed ſolam attritionem: & in vtroque euentu dicit, eum aſſecuturum peccatorum remiſſionem. At in priori (fatentibus etiam aduerſariis) dici non poteſt eam remiſſionem conſecuturum virtute ſacramenti. Propterea S. Thomas non ait, illam veniam conſecuturum à ſacramento, ſed per gratiam collatam in eo ſacramento, nempe collatam dum hoc ſacramentum recipiet: quia ſcilicet pium, & probabile placitum eſt, in vtroque euentu peccatorem illuſtrandum, & inſpirandum diuinitus, vt requiſitum dolorem concipiat, ac proinde rectè, & vltimò diſponatur ad gratiam ſanctificantem recipiendam. Alter locus eſt in quæſt. 79. art. 3. ſed eſt huic ſimillimus, & maxime geminus: ideoque ſuperuacaneũ foret eum referre, nedũ ponderare.

Quartum ſacramenta mortuorum conferunt per accidens gratiam ſecundam: Ergo ſacramenta viuorum conferunt per accidens gratiam primam. Hæc tamen ratio præpoſterè agit: nam incomparabiliter maius eſt, peccatori, & inimico gratiam concedere, quam iſtam iuſto, & amico augere: quippe in priori euentu non ſolum reperitur gratiæ infuſio, ſed etiam diuinæ offenſæ remiſſio: quæ quidem, etſi non haberet adiunctam infuſionem gratiæ, tantum bonum eſt, vt non cadat vel diuinitus ſub condignum creaturæ meritum: at in poſteriori euentu ſolum interuenit gratiæ prioris augmentum, quod de lege ordinaria, & paſſim cadit ſub condignum meritum hominum, etiam valde imperfectorum. Cum ergo viuorum ſacramenta per ſe inſtituta ſint ad conferendum gratiæ augmentum, præpoſtera illatione dicuntur conferre per accidens gratiam primam ex eo, quod ſacramenta mortuorum, quæ per ſe conferunt primam, conferant per accidens ſecundam. Eſt enim perinde ac ſi diceres: *Quiſquis per ſe loquendo valet ſuſtinere turrim, valet per accidens ſuſtinere lapillum: Ergo quiſquis per ſe valet ſuſtinere lapillum, valebit per accidens ſuſtinere turrim.* 37. Præpoſterè colligitur ex eo, quod habent ſacramenta mortuorum.

38. Etiam atteta graduum qualitatis diſſimilitudine.

Inſtant nonnulli: quia gradus ſuperiores gratiæ ſanctificãtis ſunt perfectiores, vel æquè perfecti primo, iuxta varias de graduum diuerſitate ſententias: Ergo cum ſacramenta viuorum per ſe conferant gradus ſuperiores, poterunt per accidens conferre primum. Eſt tamen inſtantia æquè præpoſtera, ſuiſque aduerſatur autoribus, imo & Catholicæ doctrinæ, ſolum enim attendunt phyſicam perfectionem graduum gratiæ; Vnde ſic diſſero: gradus ſuperiores vel ſunt perfectiores, vel æquè perfecti primo: Ergo ſi ſacramenta viuorum per ſe poſſunt conferre ſuperiores, per ſe poſſunt conferre primum. Conſequens autem aduerſatur & Orthodoxæ fidei, & aduerſariorum ſententiæ; conſequentia vero præpoſtera eſt, vt ſuperiori numero probaui, & exemplo declaraui.

39. Aliũde patet præpoſteram eſſe collectionem.

Nunc aliud adhibeo non minus appoſitum cum enim ſacramenta mortuorum per ſe vitam ſpiritualem tribuant; & ſacramenta viuorum per ſe illam augeant; perinde argumentantur aduerſari, ac ſi quis diceret: *Quod nutritione producitur, eiuſdem rationis eſſentialis eſt cum eo quod producitur generatione: ſed omne animal poteſt per ſe nutritionem efficere: Ergo omne animal poteſt aliquando generare.* Et quidem in præſenti magis patet illationis peruerſitas: eſt enim, vt numero proximo inſinuabimus, talis: *Qui per ſe loquendo poteſt inducere effectum incomparabiliter maiorem, & infinitum, poteſt per accidens inducere effectum incomparabiliter minorem, & finitum: Ergo qui per ſe poteſt inducere iſtum, poteſt per accidens inducere illum.*

40. Nouiter ea collectio deſtruitur.

Impugno rurſus argumentationem iſtam, ſacramenta mortuorum dant per accidens gratiam ſecundam: Ergo ſacramenta viuorum dant per accidens primam. Cum enim antecedens à totâ recipiatur Eccleſia, conſequens tamen autoritate vrgente deſtituitur, cùm alioqui res grauiſſima ſit; & præpoſtere infertur, vt perſpicuè demonſtrauimus: & infertur cum grauiſſimâ diſſenſione ipſorum Aduerſantium inter ſeſe; quibuſdam ſcilicet requirentibus ad eum effectum veram attritionem,

Digitized by Google

nem, aliis attritionem admittentibus exiſtimatam, aliis ſolam bonam fidem. Adde, quòd antecedens nititur in illo fidei principio, ſacramenta conferunt gratiam non ponentibus obicem: quod principium applicari non poteſt conſequenti: nam homo exiſtens in mortali ſiue quoad animam mortuus, habet obicem, ſi accedat ad ſacramenta viuorum: ſicut exiſtens in peccato nec veram habens attritionem, habet obicem, ne proſint ſacramenta mortuorum, tametſi bonam fidem afferat, aut attritionem exiſtimatam. At verò qui eſt in gratia, & verum ſacramentum recipit, & non habet obicem, proinde cum illo ſacramento, & per illud recipit augmentum gratiæ.

41. *Demum labefactatur.* Dices. Qui mortuus non eſt, non habet obicem recipiendi gratiam per ſacramenta mortuorum: Ergo qui viuus non eſt, non habet obicem recipiendi gratiam per ſacramenta viuorum. Cæterùm triplici nomine nulla eſt illatio. Primò, quia vt viuus careat obice ad recipiendam gratiam ex ſacramentis viuorum, non opus eſt ignoret ſuum ſtatum, aut bonam afferat fidem, aut exiſtimatam diſpoſitionem: vt autem mortuus non habeat obicem recipiendi gratiam ex ſacramentis viuorum, aliquod illorum trium requiritur; illudque ſufficere dicitur, tum ſine vrgenti auctoritate in re grauiſſima; tum ſine certitudine illius, quod requiritur, vt ex diſſenſione inter Aduerſarios liquet.

42. Secundò quia ſacramenta mortuorum per ſe habent conferre intenſionem gratiæ, etiam dum conferunt primam: imo iuxta pleroſque Aduerſariorum, quo maiorem inueniunt diſpoſitionem, eo magis intenſam producunt gratiam: Cùm ergo per ſe habeant vim conferendi gratiæ intenſionem, ſeu (liceat rem ſic declarare) gradum primum, & ſecundum ſimul; mirum non eſt, ſi quando primum inueniunt conferant ſecundum; quem ſcilicet potuiſſent per ſe ſimul cum primo tribuere. At ſacramenta viuorum non habent per ſe, etiam cum quantalibet diſpoſitione, vt cum ſecundo vel aliis gradibus poſſint conferre primum: Latiſſimum ergo diſcrimen eſt.

43. Tertiò quia formæ baptiſmi, & pœnitentiæ in illis euentibus ſignificant gratiam, quam tribuunt, nempe vel ex ſe remiſſiuam peccati mortalis, vel condonatiuam temporalis pœnæ, vel diminutiuam indignitatis ex peccato quâlibet condonato relictæ, iuxta varias opiniones in tractatu de Pœnitentia diſcuſſas: at forma Confirmationis, vel alterius ſacramenti viuorum aut ipſum Euchariſtiæ ſacramentum non ſignificant effectum quem illis Aduerſarij tribuunt, primam ſcilicet gratiam, & mortalis peccati remiſſionem, cum nō ſignificent mortuum reuiuiſcere ſed viuum roborari, creſcere, nutriri &c. Alioquin in omnibus ſacramentis tranſeuntibus, & etiam ſuo modo in permanenti, locum haberet, & exagitari deberet illa quæſtio, *Quem ſenſum habeat forma in tali euentu*: quę tamen de ſola forma Baptiſmi & Pœnitentiæ diſcuti ſolet.

§. III.

Nec Extremæ-vnctionis ſacramentum per accidens tribuit primam gratiam.

Dictum iam id quidem, & probatum eſt in §. præcedente: cæterum in præſenti ſcorſim affirmari, & confirmari debuit ob ſpeciales ipſius difficultates. Nam effectus ille conferendi per accidens primam gratiam, per quoddam quaſi priuilegium videri poteſt extremæ vnctioni conceſſus. Primo quoniam id præſefert communis illa ſollicitudo procurandi extremam vnctionem moribundis, præſertim iis, qui non ſuſcepto ſacramento Pœnitentiæ deſtituuntur ſenſibus: ideo namque tam ſollicite illis procuratur, vt ſi forte in peccato mortali ſint, atque in extremo periculo æternæ damnationis, per hoc ſacramentum ab vtroque malo liberentur. Secundò verba illa, quæ num. 19. referebam, nempe Iacobi *ſi in peccatis ſit remittentur ei*; & formam ipſius, *Indulgeat tibi Dominus quidquid per viſum deliquiſti* & Tridentini, *delicta, ſi quæ ſunt adhuc expianda, abſtergit* & nunc addo alia eiuſdem ibidem aſſerentis extremam Vnctionem eſſe complementum Pœnitentiæ: Ergo ſaltem per accidens habebit dare effectum illius, nempe gratiam primam. Tertiò quòd frequentiſſime accidit vt peccator nequeat aliud ſacramentum recipere, & in illis angoribus difficillimum eſt elicere contritionem: Ergo credendum eſt clementiam diuinam inſtituiſſe, vt hoc ſacramentum illi ſubueniat. 44. *Argumenta pro 1. gratia Extremæ vnctionis.*

Hæc argumenta mouere potuerunt nōnullos, vt inter ſacramenta viuorum vni Extremæ Vnctioni priuilegium iſtud aſcriberent, quos num. 24. numeraui: ſed imprimis non tenuerunt conſequentiam: negant enim illud Euchariſtię, Quia naturalis cibus nec per accidens prodeſt mortuo ad vitam: Atqui naturalis vnctio id ipſum habet: Ergo ſi Euchariſticus cibus nec per accidens ſuſcitat mortuum; nec Extrema Vnctio ſuſcitabit. Si hæc eo priuilegio gaudet, quia extrema; cur non Euchariſtia, quia nobiliſſima, & ipſum continens Chriſtum? Si pro Extrema-vnctione verba ſcripturæ, & alia verba ſacra proferuntur, iam oſtendimus n. 20. nihil, quod ad rem ſit, eis probari, quia alioqui probaretur hunc effectum per ſe illi competere: plurima vero ſunt ſcripturæ, & Patrū teſtimonia, quæ de iſto effectu Euchariſtiæ per accidens attributo, ſatis apparenter accipi valerent: ideoque non eſt in ſcriptura, & Patribus fundamentum vt illum ſoli Extremæ-Vnctioni tribuamus. 45. *Qui eis ducuntur, non tenent conſequentiam.*

Animaduerti etiam, Euchariſtiam, & Vnctionem ab Eccleſia æquiparari in rę quadam, quæ, niſi fallor, oſtendit ambas in huius controuerſiæ puncto pares eſſe, neutram effectu illo per accidens gaudere. Sicut enim Eccleſia prohibet, viaticum ægroto miniſtrari, ſi periculum illius vomendi ſubſit: pariter vetat extreme vngi phreneticum, aliumve amentem, ſi periculum adſit irreuerentiæ. Sit igitur ægrotus vomitu laborans in mortis articulo, nec adſit ſacerdos à quo poſſit accipere abſolutionem, & adſit diaconus, à quo Euchari- 46. *Coniectura ex duobus Eccleſiæ legibus impugnatur.*

S. THOM. Q. LX. v.

ſtiam. Hæc non illi dabitur propter vomitionis periculum; quæ tamen vomitio non ſequeretur per ſe, ſed per accidens; & præterea, ſi primam gratiam æger per Euchariſtiam recipere poſſet, ſanè illa vomitio nec eſſet peccatum in ſeipſa, quia inuoluntaria: nec item in cauſa, quia permitti deberet, vt æternùm, & irreparabile damnum, permiſſo illo non formali, ſed materiali, auerteretur. Cum igitur in illo euentu non ſit ægro viaticum miniſtrandum, argumento eſt, Euchariſtiam nec per accidens conferre primam gratiam.

47. Vrgetur idē argumentū.

Sit etiam qui non præmiſſo Pœnitentiæ ſacramento phreneſim incurrerit, & in extremo periculo verſetur tum vitæ, tum ſacram vnctionem, ſi ſibi miniſtretur, irreuerenter tractandi, v.gr. in illa verba contumelioſa iactandi, aut expuendi: Iſte non eſt extreme-vngendus, vt conſtat ex Rituali Romano Pauli V. in ritu illius ſacramenti, propter eiuſmodi vitandas irreuerentias; quæ tamen valde materiales eſſent, & nullo modo peccata: Vnde ſi tunc Extrema-vnctio periculum æternæ damnationis poſſet auertere, permittendæ profectò eſſent, & vnctio tali ægroto miniſtranda. Proinde neque ipſa, neque Euchariſtia effectum illum ſortiri valent.

48. Firmatur à contrario.

Firmo rationem iſtam à contrario. Nam in ſacramentis per ſe inferentibus primam gratiam, ſimiles irreuerentiæ materiales in his periculis permitti debent ex. gr. ſi catechumenus, qui heri mortaliter peccaſſe noſcitur, hodie phreneſim incurrat, & moribundus iaceat; nec baptizari poſſit, quin Baptiſmum irreuerenter tractet, baptizandus eſt. Similiter qui petito abſolutionis ſacramento repente phreneſim, & vitæ periculum incurrit, certiſſimeque eſt abſolutionem dum confertur, irriſurus, & confeſſoris labra exputurus; abſolui debet. Quia ſcilicet fieri poteſt, vt per eiuſmodi ſacramenta vterque iuſtificetur, & æternam mortem euadat: & aliunde ſunt illæ irreuerentiæ materiales. Cum igitur in eiuſmodi euentibus nec vnctio, nec Euchariſtia miniſtrari licitè poſſint, ne dum debeant, argumento eſt poſſe primam conferre gratiam.

49. Nihil proprium habet quod hoc Extrema-vnctio.

Accedit, quòd omnia argumenta, quæ ſacramentis, viuorum in commune attentis effectum iſtum negabant in §. ſuperiore, vim eandem habent in ſacramento Vnctionis, vt applicanti conſtabit. Quod enim aliqui docent, peculiarem eſſe Vnctionis rationem, ſumptam ſcilicet ex illis formulæ verbis, *indulgeat tibi Dominus quidquid deliquiſti, &c.* hoc inquam, ſi verum eſſet, contra omnes DD. oſtenderet ſacramentum illud eſſe mortuorum vel ſimul & ex æquo mortuorum, ac viuorum, tertiumque proinde diuiſionis membrum hactenus inauditum conſtituere, prout n. 17. inferebam. Quare de Vnctione idem ac de cæteris viuorum ſacramentis cenſendum cum Vaſquez, & aliis n. 26. recenſitis.

50. Solicitudo dandi Extrem-am-vnctionē fundatiſſima.

Ad primum ex argumentis, quæ n. 44. propoſui, reſpondeo ſolicitudinem illam procurandi moribundis Extremam-vnctionem, tribus ex cauſis oriri, quæ ſententiam contrariam non perſuadent. Prima eſt, iuſta, & debita æſtimatio augmenti gratiæ, quod per hoc ſacramentum ex opere operato per ſe tribuitur: & iuxta ſententiam mihi veram, eximiè magnum eſt; cum per ſingulas Vnctiones ſingula gratiæ augmenta conferantur, vt ſuo loco probandum eſt. Porro eiuſmodi æſtimationis, & ſolicitudinis ſingulare exemplum ſacramentum confirmationis omiſſum, & magnis miraculis confirmatum, lege apud Surium tom. 5. die 18. Septembris, in vita S. Maurilij Andegauenſ. Epiſcopi à cap. 14.

Altera cauſa illius ſolicitudinis eſt indigentia, quam æger habet cæleſtium auxiliorum ad reſiſtendum tentationibus, cum eiuſmodi auxilia proprius ſint Vnctionis effectus. Tertia cauſa eſt probabilitas contrariæ ſententiæ, tradentis poſſe primam gratiam per accidens ab illo ſacramento conferri: quam opinionem (quidquid de ſpeculatione ſit) in praxi tenemur amplecti, & moribundis quam diligentiſſimè procurare Extremam-vnctionem; quia probabile eſt, ſi in peccato ſint, primam accepturos gratiam, vel ex Dei ſpeciali miſeratione, vel ex opere operato: aſtringimur enim ſaltem charitatis præcepto, tantæ neceſſitati, etiamſi ſolum probabili, ſuſpectæ, vel dubiæ, viâ tam probabili ſubuenire. 51. Procuranda Extrema-vnctio ſolicitè in praxi.

Ad ſecundum, ex n. 44. reſponſio patet. Ad confirmationem, fateor ſacramentum Extremæ-vnctionis dictum à Tridentino complementum Pœnitentiæ: ſed inde elicio, non conferre primam gratiam: nam ſi Vnctio complementum eſt Pœnitentiæ, effectus Vnctionis complementum eſt effectus Pœnitentiæ: ſed iſtius eſt effectus prima gratia, & deſtructio culpæ mortalis cum culpis ipſi debitis: Ergo effectus Vnctionis erit conferre ſecundam gratiam, & dimittere culpam venialem cum culpis eidem annexis. 52. Vnctio qui ſit complemētum Pœnitentiæ.

Ad tertium reſpondeo: Probat quidem potuiſſe Vnctionem ſic inſtitui, vt per accidens iuſtificaret; non tamen porbat ſic inſtitutam. Nam crebro etiam accidit, vt peccator extremè periclitans, & iam alterius ſacramenti incapax, non habeat veram attritionem: & tamen ſacramentum Vnctionis extremæ non ita inſtitutum eſt, vt ei tunc exhibeat primam gratiam. Hoc loco diſputari poſſet, & attento duntaxat naturæ, & doctrinæ ordine, deberet, de diſpoſitione requiſita ad gratiam per ſacramenta recipiendam: ſeruiemus tamen Doctorum ordini, qui de hac re non incommodè diſſerunt infra, dum agunt de ſubiecto ſacramentorum diſp. 18. ſect. 3. 53. De diſpoſitione vbi agendum.

DISPVTATIO XII.

Quando ſacramenta gratiam conferant.

SECTIO I. *Sacramentum gratiam non confert ante ſui receptionem realem.*

§. I. *Sacramentum, quod reipſa nunquam recipitur, nunquam gratiam confert.*

§. II. *Sacramentum quod reipſa recipitur, non confert antea gratiam.*

SECTIO II. *Nec ſacramentum gratiam confert poſtquam receptum eſt.*

SECTIO III. *Sacramenta gratiam tunc ſolùm conferunt, cum primum ipſorum receptio completur.*

SECTIO IV. *Non tribuunt ſacramenta gratiam in tempore ſed in inſtanti.*

Diſceptatio

Digitized by Google

1. Diſceptatio potiſſimè eſt de ſacramento, quod recipitur ſine obice, hoc eſt ſine impedimento gratiæ tunc ſubiecto conferendæ; quod impedimentum in ſacramentis viuorum eſt carentia gratiæ, vt nuper vidimus; & in ſacramentis mortuorum eſt carentia diſpoſitionis, quam Diſput. 18. ſect. 2. explorabimus. Diſputamus etiam de gratia ſanctificante: nam auxiliantem tunc ſacramenta conferunt, cum obligatio, vel opportunitas occurrit exercendi actus, ad quos ſpeciatim ſacramenta ſingula ſunt inſtituta.

SECTIO I.

An ſacramentum gratiam conferat ante ſui receptionem realem.

2. Dvpliciter cogitari poteſt ſacramentum conferens gratiam ante realem ſui receptionem: Vno modo negatiuè, id eſt, quin aliquando reipſa recipiatur: altero poſitiuè, ita ſcilicet, vt aliquando re ipſa recipiatur, antea tamen gratiam conferat. Et in vtroque ſenſu decidenda quæſtio.

§. I.

Sacramentum, quod reipſa nunquam recipitur, nunquam gratiam confert.

3. Caietani propria ſententia de Baptiſmo nō potente reipſa tribui.

Caietanus 3. p. q. 68. art. 1. & 2. ita incipit. *Circa hos duos primos articulos hoc ſolum non irrationabiliter occurrit dicendum; quod in caſu neceſſitatis ad ſalutem puerorum ſufficere videtur Baptiſmus ſuſceptus in voto parentum, præcipue cum aliquo exteriori ſigno.* Et in §. Nec obſtat, ſubdit. *Debet autem in tali caſu parens ſigno crucis infantem cum inuocatione Trinitatis munire; ſicque Deo offerre morientem in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Longiùs progreſſus idem auctor ſuper vndecimū eius quæſtionis articulum, *In articulo*, inquit, *Vndecimo occurrit ſcribendum, & conſequenter dicendum, ſub correctione tamen; paruulos in maternis vteris periclitantes poſſe ſaluari per ſacramentum Baptiſmi non in re, ſed in voto parentum ſuſceptum cum aliqua benedictione prolis, ſeu oblatione ipſius ad Deum cum inuocatione Trinitatis.* Sacramentum Euchariſtiæ multi apud Scotum in 4. diſt. 11. q. 2. cenſuerunt conferre ſuum effectum, dum in voto ſuſcipitur per communionem ſpiritualem, quam approbat Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 8.

4. Sacramentū ni reipſa recipitur, gratiam non dat.

Aſſertio tamen eſt certiſſima, ſacramentum, quod re ipſa non recipitur, gratiam non tribuere. Quam doctrinam ideo Doctores cum hac vniuerſalitate non tradunt, quia quæſtionem ita vniuerſaliter non verſant. Cum autem de Baptiſmo, & Euchariſtia, vbi nonnihil difficultatis præſeferre poſſet, eam expreſſè pronunciant, de cæteris vt indubitatam ſupponunt.

Probatur expunctione Pontificia ſententiæ Caietanicæ.

Probatur primò quia de Baptiſmo, in quo ſpeciem aliquam veriſimilitudinis Caietanica ſententia præſefert, expuncta eſt Iuſſu Pij V. in editione Romana; & à Caſtro V. *Baptiſmus* hæreſi 6. vocatur hæreſis: à Valentia q. 1. p. 4. prorſus erronea: à Suarez errori proxima. Quapropter in aliis ſacramentis (niſi quis Euchariſtiam excipiat) non dubium quin eandem ij Doctores ſaltem æquè grauiter notarent. S. Thom. Q. LX.

5. Ex ſacra ſcriptura negante gratiā non recipiētī ſacramentū.

Secundò probatur ſcripturæ teſtimoniis, quibus & ſummus Pontifex, & SS. Patres in Caietani ſententiam inuehuntur. Ioan. 3. v. 5. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum Dei.* Quæ regula generalis à tota Eccleſia intelligitur de neceſſitate Baptiſmi pro aquæ ablutione, & verbis confecti, & re ipſa ſuſcepti: proinde exceptio non eſt adhibenda, niſi quam eadem Eccleſia diuinitùs edocta fecit: fecit autem ſolos excipiens martyres, & eos, qui proprium habent Baptiſmi votum: Ergo non licet excipere illos, qui nec martyres ſunt, nec proprium Baptiſmi votum concipiunt. At inquies: voluntas parentis ſat eſt, vt Baptiſmus à paruulo, qui poteſt baptizari, quamuis propria voluntate non optatus, in re tamen ſuſceptus proſit: Ergo etiam ſat erit, vt non potenti baptizari, Baptiſmus à parente ipſi optatus, & in voto ipſorum acceptus proſit. Negatur conſequentia, quoniam exceptionem illam Eccleſia diuinitùs edocta docuit, iſtam non docuit; ſed oppoſitam: Eodem pacto de Euchariſtiæ gratia intelligi debent, & intelliguntur illa Chriſti verba, Ioan. 6. v. 54. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c. non habebitis vitam in vobis.* Eſt enim eadem ratio: Sicut eſt par, aut etiam fortior, idem ſentiendū de cæteris ſacramentis.

6. Ex PP. Auguſtino, & Fulgentio.

Tertiò probatur ex Patribus. Auguſtinus enim lib. 3. de anima, & eius origine cap. 9. ita ſcribit. *Noli credere, noli dicere, infantes morte præuentos, antequam baptizentur, peruenire poſſe ad originalium indulgentiam peccatorum, ſi vis eſſe Catholicus.* Et Fulgentius lib. de Fide, ad Petrum cap. 27. relatus in cap. Firmiſſimè, de conſecr. diſt. 4. *Firmiſſimè tene, paruulos, qui vel in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriuntur, vel de matribus nati ſine ſacramento Baptiſmi de hoc ſæculo tranſeunt, æterno ſupplicio puniendos.* Hos duos PP. inueni contra Caietanum in propriis terminis loquentes, alij forſan alios inuenient.

7. Ex modo conferendi gratiam ex opere operato.

Quartò probatur ratione à priori; quia conferri gratiam à ſacramento Nouæ legis, eſt conferri ex opere operato; & conferri ex opere operato eſt conferri ex vi ſacramenti iuxta diuinam inſtitutionem facti; atque ſuſcepti: ac proinde non confertur à Baptiſmo ex opere operato; ideoque nec à Baptiſmo. Declaratur, & aſtruitur, quia conferri gratiam ex opere operato, eſt conferri à ſacramento ritè facto, & ſuſcepto, velut à cauſa naturali, ſiue operante ex neceſſitate naturæ: Sacramentum autem, quod re ipſa non exiſtit, ſed ſolùm à parentibus puero optatur, non valet ſic operari, vt per ſe conſtat: Ergo neque gratiam ex opere operato tribuere. Quod ſi Caietanus velit, ſacramenta conferre gratiam phyſicè; quomodo phyſicè confert gratiam ſacramentum, quod phyſicè nunquam exiſtit? Si autem Caietanus dicat, in euentu poſito gratiam non conferri ex opere operato, ſed ex opere operantis, nimirum parentis optantis baptizare puerum, & illum Deo offerentis; in

primis

Digitized by Google

Q. LX. v. S. Thom. primis vis aduerſatur aſſertioni poſitæ, nempe ſacramentum non tribuere gratiam, ſi re ipſa non ſuſcipiatur: deinde gratiam infantibus, niſi à baptiſmo non tribui, tenet Eccleſiæ conſenſus, optimè explicatus Auguſtini verbis, quæ n. 6. propoſita ſunt.

8. Et quia nec datur à ſacramento in re, nec in voto. Quintò probatur, quia Caietanus dicere non poteſt, gratiam in iis euentibus conferri à ſacramento baptiſmi in voto. Quando enim ſacramentum in voto receptum producit, non eſt opus aliquo ſigno externo; ſufficit voluntas interior, vt ſi adultus moribundus baptizari velit, & non poſſit; & fidelis baptizatus, qui poſt baptiſmum gratiam amiſit, non habens copiam confeſſarij eliciat contritionem: At Caietanus præter deſiderium baptizandi puerum, requirit externam inuocationem Trinitatis, & formationem crucis: Ergo dicere non poteſt, conferri tunc infanti gratiam per baptiſmum in voto: ſed potius dicere debet, conferri per ſpeciale ſacramentum conſtans ex voto baptiſmi, & ex ſigno crucis, & inuocatione Trinitatis: & hoc ſacramentum non ſolùm eſſe diſtinctum à cæteris Nouæ legis, ſed etiam eſſe baptiſmum Nouæ legis: octauum autem ſacramentum, & quidem propriè, & strictè dictum, legiſque Nouæ proprium reperiri, ſententia eſt apertè damnata in Trident. ſeſſ. 7. canon. 1. de ſacramentis in genere.

9. Ex Eccleſiæ iudicio, & praxi circa pueros non baptizatos. Sextò probatur, quia quòd puer, aut in lucem editus baptizari non poſſit, vel in lucem viuus non prodeat, euentus ſunt morales, & frequentiſſimi; & tamen in vtroque Doctores omnes cenſent, & Eccleſia cenſet, ſemperque cenſuit, pueros omni carere remedio: & nunquam in loco ſacro admittit ſepeliendos, niſi conſtet, re ipſa fuiſſe baptizatos. Aſſerere autem, Eccleſiæ toti remedium illud à Caietano aſſertum, aut ignotum fuiſſe, aut falsò iudicatum nullum; eſſet ſummam ignorantiam, & pernicioſiſſimum errorem Eccleſiæ Chriſti attribuere: ſicut etiam eſſet eidem tribuere ſæuitiam intolerabilem, ſi pueros eo remedio donatos ad ſacrum cœmeterium non admitteret: ſiue conferret ſimul cum gratia characterem illis impreſſum, ſiue non: ſiquidem independenter ab hoc puncto libentiſſimè ſepelit in loco ſacro tum infantes, tum adultos, non baptizatos, ſi in odium fidei occidantur.

10. Nec valet exemplum matrimoniorum clandeſtinorum. Dices, Eccleſiam Catholicam, non adhibuiſſe remedium grauiſſimis damnis emergentibus ſolitis ex matrimoniis clandeſtinis, vſque ad Concilium Tridentinum, vbi eiuſmodi contractus ad ſacramenta reddit inhabiles. Contra, nam Eccleſia iam adhibuerat remedium per ſe ſufficiens, nimirum grauem prohibitionem, ne ſic matrimonia contraherentur, & graues pœnas aduerſus ſic contrahentes. Quòd ſi homines nihilominus in ea damna incidebant, ſibi debebant imputare. At in præſenti nihil eſt ſimile, cum infantes, aut parentes, in extremam illam neceſſitatem citra propriam culpam adducti, remediumque illud prorſus ignorantes, defectum illius adhibendi, damnumque æternæ damnationis incurrendæ, ſibi imputare neque deberent, neque poſſent. Imò hinc argumentor: Si enim damnis illis contractuum clandeſtinorum, etſi malitia hominum ſecutis, tam efficax adhibuit Eccleſia remedium: profectò, ſi æterno infantium malo, quod nec ipſorum, nec aliorum vitio ſequitur; verum adhibere poſſet remedium, adhiberet proculdubio, vt per ſe claret: cùm ergo non adhibeat; ſed deſperatos illos pueros cenſeat, & remedium à Caietano indicatum, vt inutile, ac ſuperſtitioſum reſpuat; nullum omnino cenſendum eſt: & à fortiori aſſerendum, ſacramenta, niſi reipſa recipiantur, gratiam ſanctificantem non conferre. Quod enim de Baptiſmate, cuius effectus eſt omnium neceſſariſſimus, dicitur, à fortiori de Euchariſtia, & aliis, qui effectus habent minus neceſſarios, aſſerendum eſt.

Arguit Caietanus, quia fides parentum non eſt nunc inefficacior, quàm in lege naturæ: ſed tunc paruulis remedium afferebat: ergo nunc. Nimium tamen probat hæc ratiocinatio; nempe fidem parentum, vel cum nulla externa ceremonia, vel cum qualibet, nunc paruulis etiam non periclitantibus, & ſine baptiſmi voto gratiam conferre, quia totum hoc fides in naturæ lege præſtabat. Quapropter in ordine ad ſubueniendum infantibus inefficacior eſt nunc parentum fides; quoniam inefficax: idque ex voluntate Chriſti inſtituentis baptiſmum, qui per ſe longè facilior eſt, quàm actus fidei Theologicæ. 11. Caietani ratio nimis probat.

Arguit rurſus, quia paruuli legis Euangelicæ, dum in vtero continentur, poſſunt ſanctificantem gratiam recipere per martyrium, quod eſt baptiſmus aquæ in voto: Ergo & poſſunt recipere per fidem Patrum, & eiuſmodi ablutionem, à parentibus optatam, tanquam per baptiſmum in voto. Reſpondemus; quidquid ſit de antecedente, quod in materia de Baptiſmo diſcuties; nullam eſſe conſequentiam: quia martyrij priuilegium illud Eccleſia, & Doctores forſan agnoſcunt; non autem iſtud fidei parentum. Quapropter infantes, dum in maternis geſtantur vteris, dici queunt capaces gratiæ, vel remotè, mediante ſcilicet aqua, per quam baptizari queunt: vel proximè per martyrium, quia nondum nati poſſunt martyrium ſubire. 12. Nec viget exemplum martyrij.

Tandem argui poteſt aduerſus totam huius §. doctrinam: Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 8. ſtatim in principio, dicit, eos, qui dum non poſſunt Euchariſtiam percipere corporaliter, communicant ſpiritualiter ſolùm, hoc eſt, voto, & fide viua, cœleſtem Euchariſtiæ panem edunt, fructum eius, vtilitatemque ſentire: quod idem dici poſſet de baptiſmo; idem de pœnitentia, & de multis aliis. Reſpondeo non eſt Concilij ſenſus, ſentire, ſeu recipere fructum ex opere operato: ſed ex opere operantis, nempe ex ſancto illius recipiendæ voto, ſeu deſiderio, per fidem viuam, & charitatem excitato. Vocat autem Concilium eum fructum Euchariſtiæ: tum quia percipitur ex deſiderio ipſius: tum etiam quia quoad liberationem à venialibus, & præſeruationem à mortalibus, perſimilis eſt illi fructui, qui ex illo ſacramento in re ſuſcepto percipitur. Nec dubito, quin tantundem aſſeri poſſit, ac debeat de quolibet alio ſacramento, dum prudens & ſanctum eius deſiderium, votumque concipitur. 13. Euchariſtia qui proſit communicati ſpiritualiter.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Sacramentum, quod re ipſa ſuſcipitur, non confert antea gratiam

14. DOcuerunt nonnulli, ſacramentum quidem illud, quod nunquam percipitur, nunquam gratiam producere, vt nuper oſtenſum eſt: Cæterùm illud, quod re ipſa recipiendum eſt, eam interdum producere antequam recipiatur, ſi nimirum ardenti deuotione optetur, vt ſolet ab aliquibus Euchariſtia paulo antequam ipſam recipiant. Sic enim accipiunt ij DD. Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 8. dum aſſerit, eos qui ſpiritualiter communicant, percipere fructum huius ſacramenti: Talis enim fructus haud dubiè eſt gratia ſanctificans ipſius ſacramenti propria: Ergo iſtam recipiunt.

15. Sacramentũ antequam recipiatur non dat gratiam.

Sed impugnantur autores iſti primùm omnibus illis argumentis, quibus in ſectione præcedente vſi ſumus contra aſſerentes, ſacramentum cauſare gratiam, etiam ſi non recipiatur in re, ſed ſolùm in voto. Æque enim iſtos impugnant illa Chriſti verba, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Quomodo enim dici poteſt ex aqua renatus is, qui nondum ablutus eſt? Similiter illa, *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c. non habebitis vitam in vobis*: præſertim accedente totius Eccleſiæ perpetuo ſenſu. Præterea ſiue ſacramentum aliquando recipiendum ſit, ſiue nunquam, profectò dum non recipitur, nec receptum eſt, dici non valet opus operatum: Ergo nec dici poteſt gratiam conferre ex opere operato. Maximè quia diſcrimen illud ſacramenti, quod nunquam recipiendum eſt, & quod aliquando recipiendum eſt, ſine fundamento excogitatur.

Liquet ex verbis Chriſti.

16. Et ex modo agendi ex opere operato.

Rurſus ſacramentum, vt ex opere operato gratiam tribuat, debet eſſe certum, ac determinatum: Atqui dum re ipſa non recipitur, vt plurimùm tale non eſt; quia ſi ſacramentum ſit tranſiens, non exiſtit in rerum natura; nec in voto magis habetur hic numero Baptiſmus, quam alter, hæc numero confirmatio, vel extrema Vnctio, quam altera: ſi vero ſacramentum ſit permanens, nempe Euchariſticum, communiter eſt numero multiplex in ſacra pyxide: proinde cum ille, qui ſuſcepturus Euchariſtiam eſt, non magis habeat in voto hanc numericam hoſtiam, quam alteram, non eſt cur vnum potius numero ſacramentum, quam aliud gratiam ei conferat: Ergo nullum ipſam conferet.

17. Alioqui omne ſacramentum id præſtaret.

Ad hæc, ſi ſemel id aſſeratur de vno, vel altero ſacramento, de omnibus aſſerendum erit; cum non ſit vnius ratio potior, quam cæterorum. Vel ergo aſſeritur ob extremam neceſſitatem, vel ſine iſta: ſine iſta rem tanti momenti aſſerere, temeritatis plenum eſt: & quidem eo maioris, quòd in ſacramentis omnibus admittendum eſt. Si ſolùm aſſeratur propter extremam neceſſitatem, aſſeri non poteſt niſi de Baptiſmo, & Pœnitentia: in quibus tamen locum non habere probatur, quia priùs naturâ, quàm Baptiſmus in Petrum catechumenum adultum, aut vel Pœnitentia in Paulum baptizatum & peccatorem influat, vel Petrus, & Paulus habent contritionem, vel non: ſi habent, non extremè indigent influxu ſacramenti ad accipiendam gratiam: hæc enim contritis infallibiliter datur. Si vero ſolam habent attritionem, dici non poteſt ſacramentum conferre illis gratiam: quia nullum ſacramentum antequam reipſa recipiatur, efficit ex attrito contritum; vt habent omnes DD. & ſumunt ex Tridentino ſeſſ. 14. cap. 4. ſtatuente, attritionem non iuſtificare ſine ſacramento. Loquitur autem de ſacramento ſuſcepto in re; nam ibidem ait, Contritionem iuſtificare ſine ſacramento, & tamen contritio non iuſtificat ſine ſacramento in voto, vt habetur ex eodem Tridentino in eadem ſeſſ. 14. cap. 4. cuius aliud teſtimonium ab Aduerſariis allegatum iam expoſuimus ad calcem §. præcedentis.

S. Thom. Q. LX.

18. Idem probatur exẽplo characteris.

Vlteriùs, vel Baptiſmus in voto ſuſceptus, characterem imprimit, vel non. Si non imprimit: Ergo neque gratiam confert; quia non eſt cur vnum effectum tribuat, & non alterum, præſertim cum Baptiſmus ex ſe prius naturâ characterem tribuat, quam gratiam Si verò dicatur Baptiſmus antequam re ipſa recipiatur, characterem imprimere; dicendum erit alterum è duobus abſurdis, nempe, vel illum, qui characterem habet, non eſſe ſubditum Eccleſiæ, vtpote non baptizatum; vel eum, qui re ipſa baptizatus non eſt, Eccleſiæ eſſe ſubiectum, vtpote Chriſtianiſmi charactere inſignitum.

19. Denique rogare poſſumus. An ſacramentum, quod in voto ſuſceptum gratiam ſuam contulit, poſtea in re ſuſceptum, ſuam etiam conferat. Si enim dicatur conferre, profectò is, qui ſic baptizabitur, duas habebit gratias Baptiſmales, quod eſt inauditum, & prorſus exoticum. Si verò dicatur non conferre, rogo conferat ne gratiam habitualem, licet non Baptiſmalem; an vero nullam: ſi dicatur conferre gratiam, & non Baptiſmi propriam, hoc ipſum eſt perabſurdum, & à communi ſenſu abhorrens. Si dicatur nullam tribuere, longè eſt abſurdius, nempe ſacramentum, dum ſine obice recipitur, nullam tribuere gratiam.

SECTIO II.

Nec ſacramentum gratiam confert poſtea quam receptum eſt.

20. Thomiſtica ſententia, ſacramentũ dare gratiã poſtquam deſiit.

MAgiſter Dominicus Nugno Cabezudo, & cum eo nonnulli alij Thomiſtæ docuerunt, ſacramentum conferre gratiam in reali duratione, poſtquam receptum fuit: Proinde ſacramentum tranſiens conferre gratiam, quando iam non exiſtit realiter aliquid ſacramenti, ſed immediatè poſtquam extrema illius pars, ſeu poſtremum indiuiſibile extitit. Et quidem hi DD. cùm exiſtiment, ſacramentum phyſicè influere in gratiam; probant ſententiam ſuam, quia diſpoſitiones præparantes materiam ad materialem formam recipiendam, producunt phyſicè formam illam in inſtanti generationis; & tamen in eo inſtanti iam non exiſtunt, ſed immediatè ante illud extiterunt, ac proinde phyſicè agunt immediatè poſtquam extiterunt: Ergo etiam ſacramenta. Cõfirmant exemplo, vt ipſi putant, appoſitiſſimo; nam vt viuens propriè, & phyſicè moriatur, non debet in inſtanti quo moritur, viuens eſſe,

ſed

Digitized by Google

S. THOM Q. LX.

ſed immediatè ante illud extitiſſe: Ergo vt ſacramenta gratiam propriè, & phyſicè producant, neceſſe non eſt vt in ipſo productionis inſtanti phyſicè exiſtant, ſed ſufficiet, ſi immediatè antea phyſicè extiterint.

21. Perceptibilis non eſt, quia phyſicè non exiſtēs phyſicè non agit.

Hæc ſententia primùm in ſe perceptibilis non eſt. Etenim actio phyſica phyſicè & per ſe ipſam pendet à ſuo phyſico agente, non minus quam à ſuo phyſico termino; nec minus quam vnio phyſica à ſuo phyſico extremo vnibili: ſed imperceptibile eſt, id quod per ſe ipſum phyſicè pendet ab aliquo, realiter, & phyſicè exiſtere illo non realiter ac phyſicè exiſtente: Ergo &c. Minor claret, nam illud, quod ab alio per ſe ipſum pendet, eſt ipſiſſima dependentia ab illo: Illo autem phyſicè non exiſtente, non exiſtit phyſica dependentia ab illo: Ergo quod per ſe ipſum ab alio phyſicè pendet, intelligi nequit phyſicè exiſtens, illo phyſicè non exiſtente.

22. Nec enim actio minus pendet ab agente, quā à termino.

Confirmatur exemplo actionis, quæ non valet exiſtere, non exiſtente ſuo termino. Confirmatur etiam à priori: quia repugnat conceptus entis talis vt Quo, ſine conceptu entis talis vt Quod: Ergo & repugnat exiſtere agens vt Quo, dum non exiſtit agens vt Quod; Pari enim ratione, quia repugnat vnibile vt quo ſine conceptu vnibilis vt quod, repugnat exiſtere vnibile vt quo, non exiſtente vnibile vt quod. Proinde nec actio concipi valet exiſtens, quin exiſtere concipiatur agens; nec vnio concipi valet exiſtens, quin exiſtere concipiantur extrema. Sed phyſica productio gratiæ iuxta omnium ſententiam eſt agens phyſicè vt quo; ſacramentum autem iuxta DD. iſtos eſt agens phyſicè vt quod: Ergo repugnat, phyſicam eius productionem exiſtere phyſicè, dum ipſum iam phyſicè non exiſtit. Confirmatur, quia ſi perceptibile eſt, rem phyſicè agere immediatè poſtquam phyſicè exiſtere deſiit: perceptibile erit phyſicè agere immediatè antequam phyſicè exiſtere incipiat: ſiquidem in vtroque ſtatu æquè diſtat à phyſica exiſtentia: Sed hoc poſterius Aduerſariis improbatur: Ergo prius illud approbari non debet.

23. Et quia cauſa tunc agit cum debitè applicatur.

Deinde pugnat hæc ſententia cum alio Philoſophico principio, nimirum cauſam tunc operari, cum ſufficienter applicata eſt ad ſubiectum debitè diſpoſitum: ſiquidem priuſquam ſacramentum deſinat phyſicè exiſtere, ſufficienter applicatum eſt ad ſubiectum ritè diſpoſitum: Ergo dum Aduerſarij dicunt, ſacramentum non operari, niſi poſtquam phyſicè extitit, planè repugnant Philoſophico principio. Quod ſanè, præterquam quòd in phyſicis, & metaphyſicis latè probatur, vel inde ſuadetur, quia ſi cauſa tunc verè non agit, non eſt cur immediatè poſt agat. Si enim lucerna ad aërem applicata in inſtanti A, non eum illuminat in inſtanti A, cur eum illuminabit in inſtanti B. aut cur in inſtanti C. Minor autem adducti ſyllogiſmi negari non poteſt: quia ſupponimus, hominem ad ſacramentum accedere ritè diſpoſitum; ac proinde ſacramentum, dum phyſicè exiſtit, non impediri à productione gratiæ defectu diſpoſitionis: quod euidentius eſt in infanti, qui baptizatur nullam requirens diſpoſitionem.

24. Nec diſpoſitio agit dum non exiſtit.

Præterea DD. illi falſo fundamento nituntur, dum ſupponunt, diſpoſitiones ad generationem ſubſtantialem in iſtius inſtanti non phyſicè exiſtere, quia nimirum cenſent in illo inſtanti reſolutionem factam vſque ad materiam primam, hoc eſt non permanere ex præcedente compoſito, niſi ſolam materiam. Quod etſi ſuadere nituntur ex Ariſtotele, apud quem generatio eſt, *Mutatio totius in totum nullo ſenſibili remanente*; ne tamen videantur nudam fidem Philoſopho habere, contendunt non poſſe aliter generationem intelligi. Sed rogo, vtrum difficilius intellectu ſit: qualitates ne, quæ diſponunt ad generationem, exiſtere realiter cum illa; an eaſdem phyſicè agere, quando phyſicè non exiſtunt.

25. Si ageret, ab inde hic tectè argumētum ſumeretur.

Tandem etſi ſententia illa de diſpoſitionibus vera eſſet, perperam Thomiſticæ aſſertioni pro fundamento ſubſterneretur. Si enim diſpoſitiones in ipſo generationis inſtanti non perſiſterent, eſſet quia nonnullam haberent oppoſitionem, aut etiam omnimodam incompoſſibilitatem, vel cum forma nouiter introducta, vel cum nouis diſpoſitionibus, vel cum vtriſque: At ſacramentum ſeu partiale, ſeu totale, oppoſitionem non habet cum gratia, vel eius diſpoſitione: Ergo ſine fundamento dicitur non exiſtere phyſicè aliquid ſacramenti in inſtanti, quo gratia phyſicè producitur. Atque ita labitur Aduerſariorum fundamentum. Nec firmior ſtat confirmatio. Quis enim non videat, diuerſas eſſe conditiones morientis, & efficientis? Mori enim eſt primo deſinere: Proinde formaliter includit negationem actualis exiſtentiæ: phyſicè autem efficere, nihil habet ſimile; cum non ſit exiſtentiæ deſitio, ſed exiſtentis operatio. Quod ſi Nuñus contendat, eſſe ſimile; profectò ſicut repugnat, hominem exiſtere, dum moritur; ita repugnabit cauſam exiſtere dum efficit.

26. Vaſquij ſenſus, agere ſacramenta moraliter poſtquam deſiit.

Vaſquez Diſp. 131. cap. 4. cùm exiſtimet, ſacramenta cauſare gratiam ſolummodo moraliter; affirmat, illam cauſare in inſtanti immediatè ſequente completam ipſorum effectionem, & receptionem. Ducitur, quia motus corporeus, vt ablutio, & locutio, non habet indiuiſibilia terminantia, ideoque perficitur ſeu completur ſucceſſiuè, & in tempore: Sed res indiuiſibilis, vt gratia, non poteſt produci ſucceſſiuè: Ergo non producitur quando ſacramenti receptio completur: Cumque non producatur antea, vt nos probauimus, producitur immediatè poſt, ſiue in inſtanti proximè ſequenti: nam cum ſacramenta moraliter duntaxat producant gratiam, & tunc adhuc moraliter exiſtant, poſſunt eam moraliter producere.

27. Falſus in ſuppoſitione, & in ſe ipſo.

Diſplicet hîc ſuppoſitio compoſitionis continui ex partibus indeterminatis, quam ſuo loco refutaui: Diſplicet etiam inconſequentia: nam res indiuiſibilis vt Angelica entitas, & ipſa gratia, conſeruatur in partibus temporis iuxta hos DD. eſſentialiter diuiſibilibus, & ſucceſſiuis: Ergo inconſequenter negant, poſſe in eis primò produci. Quippe in iis euentibus primæ gratiæ productio, & conſeruatio, iuxta hos etiam DD. non diſtinguuntur realiter: Si ergo poſtquam res primo producta eſt, correſpondet, & coëxiſtit illis partibus, cur non poterit illis correſpondere quando primùm producitur.

SECT. 10

Digitized by Google

S. THOM. Q. 1. X.

SECTIO III.

Sacramenta gratiam tunc ſolum conferunt, cum primum ipſorum receptio completur.

28. *Sacramentum non dat gratiam dum inceptum eſt recipi.*

HÆc aſſertio tres inuoluit partes. Prima & communis eſt, ſacramentum non conferre gratiam quando recipi cœptum eſt, v. gr. dum poſita eſt ſola forma, vel ſola materia, vel iſtarum altera non integrè adhibita. Ratio claret, quoniam cauſa efficiens ſiue phyſica, ſiue moralis, dummodo ſe habeat inſtar cauſæ naturalis, & ex naturæ neceſſitate agentis, (vt ſe habere diximus ſacramenta omnia nouæ legis) nō operatur donec in ſe ſuam habeat eſſentiam exiſtentem; & ſuam virtutem ſubiecto debitè applicatam, vt apud omnes in confeſſo eſt: Atqui dum ſacramenti receptio non completur, ſacramentum ipſum, ſi eſt permanens, non habet ſuam virtutem ſubiecto debitè applicatam; ſi eſt tranſiens, non habet eſſentiam ſuam actu exiſtentem, ac proinde nec virtutem ſuam debitè approximatam ſubiecto, cùm per ſuſceptionem debite applicetur: Ergo ſacramentum, dum eius receptio inchoata eſt, & non completa, gratiam nullatenus confert.

29. *Sed cum primum eius receptio completur.*

Secunda pars concluſionis eſt, ſacramentum gratiam tunc primùm conferre, cum eius receptio completur. Quæ etiam eſt communis, nec minus patens. Quia cauſa phyſica merè naturalis, & cauſa moralis, quæ in neceſſitate agendi imitatur naturalem, tunc primùm agit in ſubiectum debitè diſpoſitum, cum primùm ad illud ſufficienter applicatur, vt eſt cōcors Doctorum ſenſus: Atqui ſacramentum eſt cauſa efficiens moralis, imitans in agendi neceſſitate cauſam phyſicam & neceſſariam, vt in Diſp. 10. ſect. 1. declaratum eſt: & per ſui receptionem completam debitè applicatur ad ſubiectum, vt per ſe innoteſcit: Ergo ſi ſubiectum rectè diſpoſitum ſit, tunc in eo gratiam producet, cum primum eius receptio complebitur. Confirmatur quia ſicut cauſæ naturali nullum aliud initium agendi deſignari poteſt, niſi illud, in quo ad ſubiectum debitè approximatur; nam ſi tunc non agit, non eſt cur in ſequenti aliquo vel tempore, vel inſtanti agat: pari ratione in cauſa morali; quæ naturalem, & neceſſariam imitatur: ergo ſacramentum, quod eſt eiuſmodi cauſa moralis, tunc primùm verè producet in ſubiecto gratiam; cùm per ſui receptionem completam erit applicatum.

30. *At agit interdum in ſubiectum affectum contrario.*

Duo videntur obiici poſſe. Vnum eſt, quòd ſacramenta mortuorum per ſe & frequenter agunt in ſubiectum affectum peccato mortali, quod eſt contrarium gratiæ ſanctificanti: Ergo non producunt iſtam in tali ſubiecto cum primùm illi applicantur. Conſequentia probatur, quia licet agens naturale carens contrario, producat effectum cùm primùm applicatur; non tamen agens naturale, quod habet contrarium: vt cum ignis agit in lapidem frigidum. Si enim in primo applicationis inſtanti produceret primum indiuiſibile caloris, & expelleret vltimum frigoris, non eſſet cur in eodem inſtanti phyſico poſterius naturâ non produceret ſecundum indiuiſibile caloris; & expelleret penultimum frigoris; & poſterius naturâ produceret tertium caloris, & expelleret ante penultimum frigoris: & in aliis naturæ inſtantibus reliquos gradus: & ſic in primo inſtanti phyſico introduceret totum calorem, & expelleret totam frigiditatem; cùm æquè applicata ſit eius virtus ad potentiam receptiuam, & dimiſſiuam quorumlibet graduum, ac infimi & ſupremi: Conſequens autem planè repugnat experientiæ: Ergo neceſſe eſt aſſeramus, agens naturale in ſubiectum affectum contrario ſui effectus, non iſtum inducere, cùm primùm applicatur, ſed poſtea. Ex quo fieri videtur, vt ſacramentum mortuorum, dum agit in ſubiectum affectum peccato mortali, non producat in illo gratiam cum primùm applicatur.

31. *Sed hoc non obſtat dum agitur de moralibus.*

Reſpondeo; quidquid ſit de agentibus naturalibus, & phyſicè agentibus, Conſequētiam non tenere in ſacramentis, quæ ſunt cauſæ morales: nam licet imitentur cauſas phyſicas in eo quòd rite applicatæ ad ſubiectum aptum, infallibiliter inducant gratiam, quaſi ex neceſſitate naturæ operarentur: tamen hoc ipſum non aliter præſtant, quam infallibiliter, & efficienter inclinando voluntatem increatam ad gratiæ collationem: illam autem ſic inclinant cū primum applicantur: proinde tunc in ſubiectum gratiam infundunt moraliter, quia diuina voluntas ſuam tunc omnipotentiam determinat ad illā producēdam phyſicè, & hæc tunc illā phyſicè producit, & inducit, & Dei offenſā expellit.

32. *Sic peccatũ expellit in omnium ſententia gratiam.*

Simile quid accidit, quando iuſtus grauiter peccans, Dei incurrit offenſam; hæc enim expellit gratiam moraliter; nempe quaſi à Deo vindictam poſtulans in autorem ſuum: cumque iſtam plenè poſtulet in primo ſui inſtanti, illo flectit moraliter, & efficaciter voluntatem diuinam; & hæc efficaciter flexa, in eodem inſtanti imperat, & exequitur ſuſpenſionem conſeruationis gratiæ: & proinde mortalis offenſa diuina cum primùm exiſtit, totam ex ſubiecto gratiam expellit moraliter. Ratio verò iſtorum eſt, quia quidquid eſt in gratia ſanctificante, rebus vt nunc, opponitur cum omni quod eſt in Dei offenſa, & è contra: proinde quæ præcedit, tota ſimul deſtruitur per aduenientem; idque in quocumque ſubiecto. Quæ quidem doctrina, ſicut veriſſima, & intellectu facillima eſt, ita mihi denuo perſuadet alteram illam, quam in pluribus Theologiæ locis aſſerui, nempe gratiam & grauem culpam, ſiue diuinam offenſam, non eſſe propriè inter ſe contrarias.

33. *Quid ſi cibus corporalis non nutrit ſtatim receptus.*

Alterum, quod obiiciendum occurrit, eſt, quamuis tota hæc doctrina verum habeat in ſacramentis tranſeuntibus, in permanenti tamen, ſiue Euchariſtico longe diuerſo, & aduerſo modo philoſophandum. Nam Euchariſtia producit gratiam ad modum cibi, & potus corporalis: Sed iſte ſuum effectum ſubſtantialem non tribuit cum primum eius receptio cōpletur, ſed longè poſtea & ſucceſſiuè, tunc ſcilicet cum ipſe comminuitur, & in ſubſtantiam aliti cōuertitur: Ergo neque Euchariſtia tribuit effectum gratiæ ſubiecto, quantumuis apto, cùm primùm completè ſumitur, ſed quando ſpecies ſacramentales conſumuntur. Conſequentia probatur: nam ex eo quòd Euchariſtia ſit inſtituta per modum cibi, & potus corporalis, & corporalis cibus & potus magis nutriant, quam ſolus cibus, inde colligimus, Euchariſtiā ſub vtraq; ſpecie plus gratiæ conferre, quā ſub altera tantùm. Cum igitur Euchariſtia cibū & potum in hoc imitetur, quæ ratio reddi poteſt, cur non illos imitetur in eo quòd nō nutriunt,

S. Thom. Q. LX. quoad ſubſtantialiter deſinant.

34. *Euchariſticus tamẽ hac lege non tenetur.* Reſpondeo, rationem eſſe, quam Dominus ipſe S. Auguſtino reddidit, dicens, *Tu mutaberis in me, non ego in te* (vt refert idem Auguſtin., lib. 6. confeſſ. cap. 10.) Nam etſi in pluribus Euchariſtia cibum, potumque imitatur; in hoc tamen illis eſt diſſimilis, quod non alimonia in alitum, ſed iſte in illam conuertitur. Quo poſito non eſt cur Euchariſtia differat ſuum effectum vſque ad ſui deſitionem: cum non debeat introduci forma aliti in Euchariſtiæ deſtructæ materiam, vt in naturali nutritione contingit. Nec item eſt opus vt non agat in primo perfectæ receptionis inſtanti Nam & ſubiectum diſpoſitum eſt, & contrariam diſpoſitionem non habet.

35. *Sacramenta tunc ſolum gratiã dant, cum plenè recipiuntur.* Tertia concluſionis eſt pars, ſacramentum non producere gratiam, niſi cum primum eius receptio completur. Quæ generatim probata eſt in ſectione præcedente de omnibus ſacramentis: & in tranſeuntibus communis, & facilior apparet. Nam ſi dicantur phyſicè producere gratiam, tunc phyſicè non exiſtunt, ideoque nec eam producunt. Si dicantur ſolum producere moraliter, dici quidem poſſunt moraliter adeſſe, paulo poſtquam phyſice deſierunt: cæterum cum gratiam producant cum primum integre recipiuntur, & productio gratiæ quantumuis intenſe, poſſit, & poſtulet eſſe tota ſimul: non occurrit vel apparens ratio vt aſſeramus, ſacramenta producere gratiam non ſolum cum primum plene recipitur ſed etiam in inſtanti vel tempore phyſico ſubſequente. In ſacramento permanenti, ſiue Euchariſtico, pars hæc non ita communis aut facilis eſt, ideoque fuſius tractanda. Caietanus enim, & Maior, & Petrus de Soto; & quidam alij docuerunt, Euchariſtiam conferre gratiam quamdiu ſpecies ſacramentales in ſtomacho perſiſtunt incorruptæ: quod probabile iudicat Suarez agens de illo myſterio diſputat. 63. ſect. 7. dummodo tamen ſuſcipientis diſpoſitio augeatur vel productione noui actus, vel eiuſdem intenſione, vel ſaltem continuatione.

36. *Nec Euchariſtia excipiẽda, ob inconſequẽtiã.* Mihi vero cum Victoria, Soto, Ledeſma, Vaſquez, Henriquèz, & aliis quibus accingitur Granadus de Euchariſtia tract. 9. diſput. 7. præſertim ſect. 2. valde diſplicet hæc ſententia. Quia vel ad hunc effectum exigi dicitur augmentum diſpoſitionis, vel non exigi. Si dicatur non exigi conſequentiſſimè dicendum erit, effectum huius ſacramenti, ſi ceteræ conditiones ſint pares, in eo ſubiecto maiorem, eſſe quod eſt ſtomachi debilioris: quæ eſt patens abſurditas: cum dici non poſſit eſſe per accidens: nam per ſe eſt vnum ſtomachum alio debiliorem eſſe; proinde Euchariſtia per ſe huic erit vtilior quam illi. Si dicatur exigi diſpoſitionis augmentum; in primis dicitur ſine fundamento, & conſequutione. Nam hic effectus eſſe debet ex opere operato: Sed Euchariſtia in primo inſtanti, cum ſola diſpoſitione ſtatus gratiæ producit gratiam ex opere operato: ergo ſi poſtea dicitur ex opere operato illam augere, citra fundamentum, & conſequentiam dicitur ad id præſtandum exigere maiorem diſpoſitionem.

37. Firmo, quia ſi diſpoſitionis exigeret augmentum, iſtud eſſet eiuſdem rationis cum illo, quod in primo inſtanti exigit: ſed illud eſt ſola gratia, & iſtam in reliquis inſtantibus auctam habet per augmentum ſcilicet in primo acceptum: Ergo ſine nouo actu vel prioris intenſione nouam tunc producet gratiam: proinde per ſe erit vtilius habenti ſtomachum debiliorem. Imo id habebit quamuis dicatur exigere incrementum actualis diſpoſitionis: nam per ſe eſt, vt longiori tempore magis & perfectiùs poſſint homines interim ſe diſponere quam breuiori: qui autem ſtomachi debilioris erit, per ſe habebit plus temporis ad ſe ſe diſponendum, quam qui robuſtioris.

Conſequenter fieret vt Euchariſtiæ miniſtri videntibus, & iubentibus prælatis, grauiſſimum damnum afferrent fidelibus tam laicis quam ſacerdotibus, dum hoſtias adducunt exiguas & tenues; cum facile poſſent maiores, & craſſiores, fieret etiam vt liceret vni, & eidem multas formulas per modum vnius ſumendas ſuadere, & exhibere: quia ſic plus accipiet gratiæ. Quod & ſi non me latet ab aliquo factum, prælatis autem & pleriſque offenſioni fuit: & maiori fuiſſet ſi noſſent damnatos qui id præſtabant Hiſpali in ſancto Inquiſitionis edicto anno 1633. vbi inter cætera quæ denuncianda iubebantur, illud erat n. 15. *Que ayan recebido muchas formas iuntas, diciendo que reciben mas gracia.* Quod obiici poſſet, Euchariſtiæ ſacramentum proportionem ſeruare cum cibo, & potu corporali, n. 33. & 34. præoccupatum eſt. 38.

SECTIO IV.

Non tribuunt ſacramenta gratiam in tempore, ſed in inſtanti.

QVæſtio celebris eſt, num ſacramenta gratiam conferant in tempore, an in inſtanti, & iuxta varias de tẽporis compoſitione ſententias variè ſoluenda: ſit tamen vt plurimorum deciſiones, licet omnino conſequẽtes, intellectu tamen ſint perdifficiles, vel potius impoſſibiles: quas breuiter percurrere operæpretium duxi, tum ne quæſtionem celeberrimam ſilentio præteriiſſe videar: tum vt ipſarum propoſitis difficultatibus, ſententiam noſtram, quę omni prorſus difficultate vacat, & principium, in quo illa nititur, commendem. 39. *Decidenda q. iuxta varias de continui compoſitione ſententias.*

Primò quidam ſicut continuo permanenti puncta omnia negant, & ſolas concedunt partes proportionales, ſiue indeterminatas, ex quibus determinatæ ſiue aliquotæ coaleſcant: ita etiam cõtinuum eſſentialiter ſucceſſiuũ omnibus priuant inſtãtibus, & illud conflant ex ſolis partibus indeterminatis, ex quibus determinatæ componantur. Quanquam non deſunt recentiſſimi quidam ſingulariter aſſerẽtes, non dari quidem inſtantia corporea, dari tamen incorporea, ſiue ſpiritualia. Secundò continuum permanens multi conſtituunt ex partibus & punctis: & inde mouentur ad conflandum ſucceſſiuũ ex partibus, & inſtantibus. Tertiò plurimi continuo permanenti ſola concedunt pũcta, & ſucceſſiuo ſola inſtantia. Quibus ego ſẽper aſſenſus, addidi, componendũ ſucceſſiuũ ſolis inſtantibus, etiamſi permanens non ſolis conſtaret punctis: quam ſententiam docti Recentiores abſoluto calculo comprobarunt. 40. *Prima ſolas cõcedit partes abſque indiuiſibilibus.* *Secunda partes & indiuiſibilia.* *Tertia, ſola indiuiſibilia.*

Dico primo. Ex opinione, quæ tempori cũcta negat inſtantia ſequitur, gratiam à Sacramentis primò produci in tempore, conſequente tamen imperceptibili; & impoſſibili. Prior pars liquet: nam ſi tempori nullum eſt inſtans, non producetur gratia in inſtanti, ſed in tẽpore. Altera claret: quia nec eſſe, nec intelligi poteſt, 40. *Iuxta 1. gratia producitur in tempore.*

Digitized by Google

poteſt, quod Petrus ex. gr. primò producatur ſimul cum Paulo, & Franciſco, vel cum ambobus ſimul exiſtat, ſi Paulus & Franciſcus non producantur ſimul inter ſe, nec primò coexiſtant inter ſe, & nec diuinitus poſſint ſimul primo produci, vel ſimul exiſtere: Atqui partes temporis inter ſe non ſimul exiſtunt, nec diuinâ vi poſſunt ſimul exiſtere, cum ſint eſſentialiter ſucceſſiuæ, & eſſentialiter aliæ poſt alias: Ergo nec eſſe, nec intelligi valet, quod prima gratiæ productio cum temporis partibus ſimul exiſtat, ſiue in illis fiat.

41\. *Recens placitum, dari inſtātia ſpiritualia, non corporea.* Recentiores quoſdam maximi ſanè nominis, & paris ingenij, curſim audiui inſinuantes, falsò hîc à nobis ſupponi, quod idem ſit tempus, ſiue idem Quando deſignandum productioni rerum ſpiritualium, & corporalium. Eſſe enim vnum Quando materiale, cui reſpōdeat productio rerum materialium, & aliud Quando, ſiue aliud tempus ſpirituale, cui reſpondeat productio rerum ſpiritualium. Dixerunt enim, entia quidem corporea produci in tempore; ſpiritualia vero in inſtanti non materiali, ſed ſpirituali. Sentiunt itaque (ſi ſenſum illorum callui) ſicut entibus corporeis reſpondet ſpatium durationis imaginarium fluidum, quod ipſorum iudicio ſolas habet partes: ita ſpiritualibus reſpondere ſpatium durationis imaginarium fluidum, ſolis conſtans inſtantibus.

43\. *Reiicitur vel quia de locis idem dici deberet.* Poſſem id refellere. Primò, quia conſequenter debet aſſeri ab iis Doctoribus aliud ſpatium imaginarium loci, ſeu permanens materiale, pro rebus materialibus: & aliud ſpirituale pro ſpiritualibus, non minus latè patens, & protēſum, ac ipſum materiale: eiuſmodi vero protenſionem cōſtantem indiuiſibilibus, ac partibus, quæ eſſentialiter ſint aliæ extra alias, eſſe contra conceptum entis ſpiritualis, quod eſt, vt ſæpius tradidimus, eſſe naturaliter replicabile in ſpatio, ita ſcilicet, vt totum ſit in toto aliquo ſpatio, & totum in ſingulis eius partibus.

44\. Secundo tamen, ſiue aliter diſſero. Sumo enim illa duo tempora, materiale, & ſpirituale; & rogo, num inter ſe coëxiſtant, nec ne? ſi coëxiſtunt, iam inſtans indiuiſibile coëxiſtit, & correſpondet durationi diuiſibili, quod ij Doctores recuſabant. Si verò illa duo tempora nō coëxiſtunt inter ſe, profectò res, quæ in illis exiſtunt, non coëxiſtunt inter ſe ipſas: quare ſucceſſiua calefactio, & Angelica eius cognitio non ſimul coëxiſtent: proinde dum ignis manum iſtam calefacit, non id Angelus cognoſcet. Quo vix poteſt abſurdius maius vel fingi. Nec dicas illa duo tempora ſibi coëxiſtere inadæquatè. Nam ſi coëxiſtentia inadæquata ſufficit ad hoc, vt illa duo tempora materiale & ſpirituale coëxiſtant, profectò ſufficiet ad id, vt res indiuiſibilis coëxiſtat parti diuiſibili: nec erit fingendum aliud ſpatium temporis, ſolis conſtans inſtantibus, iiſque mere ſpiritualibus.

45\. Tertiò, quoniam, vt num. 41. dicebam, conſequenter iis eſt aſſerendum duplex aliud ſpatium fixum, & locale, vnum materiale pro vbi rerum materialium conſtans ſolis partibus, & alterum ſpirituale pro vbi rerum ſpiritualium ſolis conſtans punctis, ſiue indiuiſibilibus. Quod eodem dilēmate deſtruitur, quo duplex tempus, materiale, & ſpirituale, nuper impugnatum eſt, vt applicanti clarebit. Adde quòd anima rationalis, vnita materiæ, tanquam naturalis actus, & forma ipſius, neceſſe eſt penetretur cū tota materia, quā informat, & actuat; ac proinde ſit realiter in eodem loco, in quo realiter eſt materia: & idem eſt de ſubſtantia, & de actibus Angeli intime præſentis alicui corpori. Caret ergo fundamento prædicta reſponſio: contra quam, obiter exceptam, hæc etiam obiter dicta ſint. *S. THOM. Q. LX.*

46\. *Iuxta a. nūc gratia in tēpore, nunc in inſtanti producitur.* Dico ſecundò. Qui tempus conſtant ex partibus, & inſtantibus, rectè dicent, aliquando produci gratiam per ſacramenta in inſtanti; nō tamen video cur ſemper, aut ferè ſemper. Prior pars conſtat, quia ſacramenti receptio iuxta illam doctrinam interdum terminabitur in inſtanti: ſed gratia tunc producitur per ſacramentum, etiam apud illos autores, cum primū ſacramenti receptio completur: Igitur interdū producetur in inſtanti. Poſterior pars confirmatur, quoniam Angeli, & gratiæ conſeruatio, quantumuis indiuiſibilis, verè coëxiſtit partibus temporis, vt iidem Doctores volunt: Ergo etiam eiſdem correſpondet prima productio. Quapropter vltimum indiuiſibile ablutionis, aut prolationis verborum, interdum ponetur in tempore: præſertim à cauſa libera, quæ incipit quando libere vult, & ſiſtit quando libere vult, & proſequitur, ac perficit quando libere vult. Potius opponi poſſet, ſemper produci in tempore immediatè præcedente poſitionem indiuiſibilis terminatiui, quoniam iſtud non eſt de ratione eſſentiali, ſed ad ſummum integrali ſacramenti. Cæterùm hîc ſupponimus, doctrinæ illius aſſertores tenere; quòd ſacramentum non conferat gratiam quoad extremum illud indiuiſibile ponatur.

47\. *Iuxta veram ſententiam ſemper in inſtanti.* Dico Tertiò. Abſolutè cenſeo gratiam à ſacramentis non produci niſi in inſtanti. Concluſionem hanc ſuadebit aliquis autoritate S. Thomæ infra q. 75. art. 7. ad 1. & 3. & q. 78. art. 4. ad 5. aſſerentis, tranſubſtantiationem fieri in vltimo inſtanti prolationis verborum: eſt enim luce clarius, idem conſequenter dicendum de productione corporis, & ſanguinis Chriſti per conſecrationem. Cæterum hac auctoritate non intrepidè vtar, quia S. Doctor omne continuum componit ex partibus, & indiuiſibilibus, vt autores illi, iuxta quorum ſententiam num. 46. philoſophabamur: quare ſicut illis non aſſentiebamur ſentientibus, gratiam produci ſemper à ſacramentis in inſtanti; ſic neque hac autoritate, ſine aliquo timore niti non poſſumus. Fundamentum aſſertionis firmiſſimum, & clariſſimum eſt, quoniam in tempore, vt præmiſimus, non reperiuntur niſi inſtantia: proinde cum gratiæ productio ſit ſpiritualis, & tota ſimul, neceſſe eſt ipſam vno inſtanti incipere, & in eodem conſummari.

DISPVTATIO XIII.

An ſacramentum cum fictione ſuſceptum, recedente fictione gratiam conferat.

SECTIO I. *Controuerſiæ ſtatus; & proprius locus; ſententiarumque diuerſitas.*

SECTIO II. *Nullum ſacramentum, excepto Baptiſmo, fictè ſuſceptum, fictione ceſſante gratiam confert.*

Digitized by Google

S. Thom. Q. LX.

SECTIO I.

Controuerſiæ ſtatus; & proprius locus, ſententiarumque diuerſitas.

1\. Sacramentũ ſuſcipi fictè eſt ſuſcipi cũ obice gratiæ.

SAcramentum non ideo dicitur cum fictione ſuſcipi, quòd vel ipſum in ſe non ſit, aut non verè ſuſcipiatur; ſed quòd ſuſcipiatur quidem ſacramentum verum, ſed ſine diſpoſitione, vel ſtatu ſufficienti ad recipiendam ipſius gratiam. Fictè itaque recipietur Baptiſmus, exẽ. Cauſa, à peccatore adulto illum verè quidem volente, habente tamen peccatum mortale, & non eius attritionem: & fictè recipietur aliquod ſacramentum viuorum ab eo, qui non habet ſtatum gratiæ: ſiue iſti receptores inuincibiliter ignorent, accedere ſine requiſita diſpoſitione, vel ſtatu, ſiuè ſecus: & idem eſt, ſi peccator ad ſacramentum Pœnitentiæ accedat ſine ſufficienti diſpoſitione ad gratiam ex abſolutione recipiendam, ſi tamen tunc verum accipit ſacramentum, quæ eſt peculiaris difficultas in tractatu de Pœnitentiæ ſacramento exagitanda. Nunc igitur diſputamus, An ſi eiuſmodi ſuſceptor ſacramenti cum obice fictionis, poſtea tollat eum obicem, ponendo ſcilicet illam diſpoſitionem; aut conſequendo illum gratiæ ſtatum, cuius defectu gratiam cum ſacramento non recepit, an inquam tunc ſacramentum gratiam ei conferat, quam dum reciperetur non contulerat: vel ſicut multi loquuntur, An ſacramentum fictè ſuſceptum, ſublata fictione reuiuiſcat ad gratiam tribuẽdã.

2\. An hoc ſublato illam tribuat, eſt huius loci propriiſſimum.

Hoc autem punctum ſi de ſacramentis in communi non attingeremus, omnino cogeremur agitare de omnibus ſacramentis in particulari; idque vel in ſingulis ipſorum Tractationibus ex profeſſo; vel ſaltem in Tractatione Baptiſmi de Baptiſmo fusè, & ex inſtituto, & de cæteris aliis ſaltem obiter, & conſectariè; quo dum vtrumque penitùs euincit, quæſtionem hanc loci huius eſſe propriiſſimam. Idque vel inde rurſus eſt euidens, quòd huiuſmodi reuiuiſcentiam quidam omnibus ſacramentis concedunt, quidam omnibus negant: quidã his negant, & illis concedunt: quidam vni concedunt, negantque cæteris. Quis ergo non videat, nullibi tempeſtiuè, niſi in hoc loco difficultatem poſſe verſari? Sed iam varias ſententias, quæ ſeptenarium attingunt, cum ſingularum auctoribus repræſentemus.

3\. Prima ſententia, de omni ſacramento negans.

Prima eſt, nullum omnino ſacramentum ſublatâ fictione gratiam tribuere. Ita Gloſſa in cap. *Tunc valere* de conſecr. diſt. 4. Alenſis, Scotus, Adrianus, & Angelus: & tanquam valde probabile id propugnat Vaſquez agens de Baptiſmo Diſp. 159. cap. 3. & 4. Fundamentum eſt, quia neque in Scriptura, neque in Conciliis, aut Patribus, aut in conſenſu Doctorum ſatis fundatur ea reuiuiſcentia, non ſolum omnium ſacramentorum, ſed neque vnius. Cæterum in proxima Sectione oſtendemus hoc fundamentum, ſaltem quoad Sanctos Patres, falſum eſſe: & ſententiam iſtam in eo nixam; tum ex reliquis DD. tum ex ipſius patronis, efficaciter confutari.

4\. Secunda de omnibus affirmans.

Secunda eſt, omnibus Nouæ legis ſacramentis eam reuiuiſcentiam competere. Dicitur fuiſſe Sancti Thom. in 4 diſt. 17. q. 3. art. 4. q. 1. Quoniam effectum iſtum ſacramento Abſolutionis attribuens, ſubiecerit verba hæc; *Sicut etiam & in aliis ſacramentis*. Hæc tamen mirabile eſt; cum in eodem lib. 4. diſt. 4. quæſt. 3. ad 3. palam id neget Euchariſtiæ, eo quod hæc non imprimat characterem: neque enim Pœnitentia characterem imprimit. Hanc tamen ſecundam ſententiam tenent Caietanus, Petrus Soto, & alij Neoterici, ſubſcribitque Bonacina Diſp. 1. q. 3. p. 3. Quia Baptiſmo id conceditur: ergo & aliis tribuendum; attentâ ſcilicet rationis paritate, Deique liberalitate. Neutram tamen cõſequentiæ probationem firmam eſſe, ſtatim oſtendam. Accedit abſurdum extra ſententia conſequens: nam ſi ſacerdos toto lõgiſſimo tempore quotidie indigniſſime celebraſſet, & tandem per diſpoſitionem remiſſiſſimam iuſtificaretur, gratiam reciperet ſumme intenſam, longeque ſanctior, & beatior euaderet homine iuſto, qui ſanctè ſemper vixiſſet, nec ita frequenter communicaſſet.

5\. Tertia de ſolis imprimentibus characteř.

Tertia ſolummodo id concedit Baptiſmo, Confirmationi, & Ordini, characterem imprimentibus, ideoque initerabilibus. Eam indicat S. Th. n. ſuperiore citatus: expreſſe tuentur Maior in 4. diſt. 4. q. 4. Richard. art. 1. q. 2. ad 2. Couarru. in c. *Alma*, parte priore §. 4. n. 13. Granad. de Euchariſtia Tract. 9. Diſp. 7. num. 14. & alij plures. Ducuntur quidam cũ S. Th. citato, quia ſacramenta hæc per characterem, quem relinquunt, poſſunt amota fictione gratiam producere: cætera vero cum characterem non imprimant, nihil habent; quo tunc poſſint gratiam producere. Sed iam Diſp. 10. vidimus, ſacramẽta non influere phyſicè in gratiam: & phyſicum characteris influxum nõ ſufficere, vt ſacramẽta phyſice influant. Alij ducũtur quoniã hæc tria ſacramenta nequeunt iterari: Ergo recedente fictione ſuam producent gratiã, ne ſcilicet ſubiectũ hac in perpetuũ priuetur. Sed contra, quia gratiæ illius effectus non eſt ad ſalutẽ neceſſarius, proinde ſine vrgentiore ratione nõ eſt aſſerendus. Quid enim mirum ſi gratiâ Confirmationis propriâ ſẽper careat is, qui vel in ipſâ Confirmationem ſacrilegus extitit; vel ſaltem ad eius effectum non rite diſpoſitus acceſſit.

6\. Quarta adiiciens ſacramentum Pœnitentiæ.

Quarta ſententia ſacramentis characterem imprimentibus addit ſacramentũ Pœnitentiæ. Ita Sylueſter, Paludanus, & alij nonnulli: Quia Pœnitentia eſt ſacramẽtũ neceſſitatis: Ergo recedente fictione tribuit gratiã. Nam & ſæpe recipitur ſine ſufficienti dolore: & contritionis actus difficilis eſt. Contra, quia difficilis etiam eſt attritionis actus, vtpote intrinſece ſupernaturalis, & ſerio proponens non amplius peccare grauiter: & tamen ad effectum Pœnitentiæ iuxta communiſſimam doctrinam omninò neceſſarius eſt ipſe, vel ipſo difficilior contritio. Quapropter in his rebus nihil noſtro diſcurſu tranſigendum; ſed ex fidei regulis, Patrum ve ſententiis decernendum: quarum pro his placitis nulla prorſus extat.

7\. Quinta de omnibus, præter Euchariſtiam.

Quinta ſentẽtia munus iſtud attribuit omnibus ſacramentis, præterquam Euchariſtiæ. Ita Suarez de Baptiſmo Diſp. 28. ſect. 4. Coninck, Filliucius, aliiq; Recentiores, & nouiſſime Lugus Diſp. 9. ſect. 6. Quoniam è ſex illis ſacramẽtis tria ſunt initerabilia ſimpliciter, quia characterem imprimunt: duo altera ſunt initerabilia ſecundum quid, nẽpe Extrema Vnctio in eodẽ morbo; & matrimoniũ ſuperſtite eodẽ cõiuge: Ergo vt ſubiectũ non in perpetuũ careat fructibus triũ priorum, & quaſi perpetuo fructibus aliorũ duum, omnia quinq. ſuam cõferunt gratiam amota fictione; itemque Pœnitentia, quia ſacramentum neceſſitatis. Sed contra, quia iam vidimus nec rationem illam pro ſacramentis

ſimplici

gitized by Google

ſimpliciter inter talibus, nedũ in iteſabilibus ſecũdũ quid, nec iſtã pro Pœnitẽtia vim habere.

8. Addunt pro ſacramento Pœnitentiæ, iſtud aliquando eſſe informe: ſed recedente informitate non eſt obligatio confitendi rurſus eadem peccata: Ergo hæc remittuntur per ſacramentum Pœnitentiæ ſublatã fictione reuiuiſcens. Alioqui numquã eiuſmodi peccata directè remitterentur per poteſtatem clauium, etiã ipſo pœnitente informitatem ſacramenti notã, atq; perſpectam habente. Reſpondemus longã eſſe, nimiſq; implexam quæſtionẽ, & nobis in Tractatu de Pœnitentiæ ſacramento decidendam; An poſſit iſtud eſſe validum, & informe. Nunc maiore permiſsã, nego minorem: nam pœnitens informitatis conſcius, tenetur totam repetere confeſſionem, quia numquam illa peccata clauibus rite ſubiecit. Et ita reſpondent aliqui Recentiores, quos eo loci nominabimus; vbi addemus euentum iſtum ſacramenti validi & informis, etiamſi permittatur, adeo tamen fere rarum, vt obligatio, de qua loquimur, vix moraliter locum habere poſſit.

9. *Sexta de ſolis Baptiſmo & Pœnitentia.* Sexta eſt opinio, ſolum Baptiſmum, & Pœnitentiam reuiuiſcere. Ita Durandus in diſt. 4. q. 4. num. 8. & diſt. 17. quæſt. 13. num. 7. & Canus Relect. de Pœnit. p. 6. Quod attinet ad Baptiſmũ nos eam infra probabimus. Quoad Pœnitentiam, probat ij DD. quia mortalia baptizatorum remitti nequeunt niſi per ſacramentũ Pœnitentiæ in re vel in voto ſuſceptum. Sed cũ iſtud valide & ficte ſuſceptum eſt, remitti nequeũt per ipſũ in voto receptũ, quia nõ eſt iã obligatio peccata illa ſubiiciendi clauibus; Ergo remittũtur per ipſũ receptũ in re; ac proinde recedẽte fictione. Hãc rationem applicant etiam Baptiſmo. Cæterum in Pœnitentia non valere, cõſtat ex n. præcedẽte: minus autẽ valere in Baptiſmo, ſectione ſequente probabitur.

10. *Septima de ſolo Baptiſmo.* Septima ſentẽtiã reuiuiſcentiã iſtã ſoli Baptiſmo cõcedit. Eum tuentur plures, quos refert & ſequitur Vazquez Diſp. 159. & nouiſſime Mæratius de Baptiſmo diſp. 12. ſect. 1. & vltima: & ipſe quidẽ longè ante alias probabiliſſimam cenſeo; ſectione tamen ſequente pro viribus confirmandam.

SECTIO II.

Nullum ſacramentum, excepto Baptiſmo, fictione recedente gratiam confert.

11. *Duplex hîc diſtinguẽda quæſtio.* De quolibet ſacramẽto poſsũt hîc duæ quæſtiones verſari. Prior, An fictione reced. reddatur ipſius ſubiecto gratia quam fictio impedierat, ſiue tunc ſacramentũ ſit eius collationis cauſa, ſiue non. Poſterior, An tunc ita cõferatur eiuſmodi gratia, vt ſacramentũ cauſa collationis ſit. Autores enim plures iã relati quãuis in priore quæſt. omnes affirment; in poſteriore tamẽ negant hi, qui tuentur, ſacramẽta nõ fore gratiæ cauſas, niſi eam phyſicè producerẽt & Baptiſmum recedente fictione phyſicè producere non poſſe. In iis eſt Suarez, & Valentia, quos allegaui diſp. 7. n. 7. & Diſp. 10. n. 30.

12. *Recedente fictione Baptiſmi datur gratia, quæ ab iſto fuiſſet collata ſine fictione.* Dico primo. Recedente fictione, quæ in Baptiſmo interceſſerat, confertur baptizato gratia cuius collationẽ in actuali Baptiſmo fictio impediuit. Hãc aſſertionẽ à fortiori tenẽt cõmuniſſime Doctores, cũ doceãt in tali euẽtu Baptiſmum eſſe gratiæ cauſam, quos pro tertia cõcluſione referemus. Hæc probatur primò autoritate grauis illius ſcriptoris inter opera S. Cypriani de Cardinalibus Chriſti operibus: nam in ſermone de Paſſione prope finem ita de Baptiſmo ſcribit. *Licet indigni ſint qui accipiunt & tamen vbi redierint ad cor, conſtat ablutionis donum, & redit effectus munerum.* Quorum verborum communis eſt ſenſus, redire effectum eorundem munerum, quæ ſcilicet per fictionem impedita, vel quaſi fugata fuerant, nempe collationem eiuſdem gratiæ, & donorum gratiam comitantium. S. Thom. Q. LX. *Ex Pſeudocypriano.*

13. *Ex Auguſtino.* Secundò probatur ex Auguſtino lib. 1. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 12. docens enim, extra Eccleſiam poſſe homines baptizari, vbi ſubſtantialiter datur idem Baptiſmus, ſubdit. *Qui tamen tunc proſit ad remiſſionem peccatorum, cum quis reconciliatus vnitati, ſacrilegio diſſenſionis exuitur, quo eius peccata tenebantur, & dimitti non ſinebantur.* Vbi ſic facillimè intelligitur idem Baptiſmus prodeſſe ad peccatorum remiſſionem, ſi hæc inducatur per eandem gratiam, per quam fuiſſet inducta, ſi Baptiſmus fictione caruiſſet. Addit paulo inferiùs Auguſtinus, eiuſmodi hominem, cum ſe correxerit, non eſſe rebaptizandum; *quia ipſa* (inquiens) *reconciliatione præſtatur, vt ad remiſſionem peccatorum eius iam prodeſſe incipiat ſacramentum, quod acceptum in ſchiſmate prodeſſe non poterat.* Idem lib. 3. cap. 13. de eodem euentu ſic habet. *Tunc incipit valere idem Baptiſmus ad dimittenda peccata, cum ad Eccleſiæ pacem venerit.* Quæ omnia verba ſenſum non habent planiorem, nec pleniorem, quam illum qui præſenti concluſioni fauet, & in primæ probationis teſtimonio declaratus iam eſt.

14. *Ratione congrue colligitur.* Tertiò, ratione probabiliter ſuadetur. Quoniam in eiuſmodi euẽtu reperitur in baptizato character, quẽ ſcilicet cũ Baptiſmo recepit: eius autem characteris comes conueniẽtiſſimus eſt gratia habitualis, ſecum adducens actuales ad vitam chriſtiano more ducendam: hæc autem eſt gratia propriè baptiſmalis; & quæ cum Baptiſmo ſine fictione ſuſcepto, confertur: Ergo hæc eadẽ confertur fictione recedente. Validè tamẽ ita cõfirmatur; quia tũc baptizato remittuntur pœnæ temporales, quæ per Baptiſmum ſine fictione ſuſceptum remiſſæ fuiſſent: Ergo & infũditur habitualis gratia, quæ tũc infuſa fuiſſet. Conſequentia patet à fortiori: nam plus annectitur, & magis indiget Chriſtianiſmi gratia ſanctificans auxiliis ad ſui conſeruationem ſpecialiter proficuis, quam remiſſione pœnarũ temporaliũ: Cum igitur hæc detur in receſſu fictionis, dabitur à fortiori gratiã baptiſmalis, ſine cui ſoli ſunt prædicta auxilia connexa. *Validiùs firmatur.*

15. *Baptiſmus tunc dare gratiam autoritate non oſtenditur.* Dico ſecundò. Non eſt autoritas compellens aſſerere, Baptiſmum, recedente fictione, eſſe illius gratiæ cauſam. Moueor, quia ſoli duo memorati PP. Pſeudò-cyprianus, & Auguſtinus, pro contraria ſententia proferuntur: ſi vero nihil habent, quod illam indubitatè contineat. Collatio namq; munerum, de qua prior loquitur, intelligi poſſet redire, tametſi Baptiſmus non eſſet illius cauſa, ſed cõditio: neq; enim redire dicitur collatio munerũ, vel actione Baptiſmi, vel à Baptiſmo fluens. Auguſtinus verò ſi locis adductis ait Baptiſmũ prodeſſe tunc ad ſalutem, & ad peccatorum remiſſionem; etiam dicit hominem tunc piã correctione, & verã confeſſione purgari: ſicut ergo correctio, & confeſſio, non eſt cauſa, ſed conditio ad remiſſionem origi- 16.

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

ginalis, idem poſſet intelligi de Baptiſmo. Quis enim neget, approximationem, aut aliam requiſitam conditionem prodeſſe ad calefactionem, aliumve effectum? Rurſus ſi dicit Auguſtinus, Baptiſmum tunc operari ſalutem; etiam dicit, priùs operari mortem: cuius tamen cauſa Baptiſmus non eſt. Si dicit ſub illo Baptiſmate peccata remitti; etiam dicit ſub illo detineri: nec tamen Baptiſmus cauſa eſt detentionis. Adde, quòd Auguſtinus ait, peccata dimitti propter vinculum charitatis ſub eodem Baptiſmate, ſub quo detinebantur propter ſacrilegium diuiſionis: Ergo ſicut iſtud peccata detinebat, & non Baptiſmus; ſic intelligi poteſt, autore Auguſtino, nec Baptiſmus peccata dimittere, ſed charitatis nexus. Præterea ſcopus Auguſtini ſolùm erat, poſſe verum Baptiſmum extra Eccleſiam conferri, cumque Baptiſmum, venienti ad Eccleſiam prodeſſe ad ſalutem: hoc autem ſtaret, quamuis Baptiſmus ad ſalutem mera eſſet conditio. Denique Baptiſmi iam præteriti efficientia in gratiam, eo tempore certa non erat: & rectè intelligetur Auguſtinus ad ſoluendum argumentum, quod ſine illa ſolui poterat, illam adhibere noluiſſe, ne ſcilicet Catholicam doctrinam ex facili redderet difficilé.

17. Tamen eam reipſa dat.

Dico tamen tertio. Baptiſmus fictione recedente cauſa eſt collationis gratiæ. Hanc aſſertionem Granadus de Baptiſmo tract. 5. diſp. 3. num. 2. vocat Theologorum communem, & certam: ſed hanc laudem propriorem eſſe primæ concluſionis, ex proxime dictis quiuis facile deprehendet. Quidquid verò ſit de gradu, vel certitudine iſtius, eam probo primùm locutione omnium fere Scholaſticorum, affirmātium; & Auguſtino tribuentium, quòd Baptiſmus recedente fictione gratiam conferat. Nam plures eorum cenſent, non requiri phyſicum influxū, ac proinde nec phyſicam præſentiam ſacramenti, vt abſolute ſit, & dicatur gratiam cauſans, & conferens: Atqui non eſt ſpecialis exigentia phyſicæ influentiæ, vel præſentiæ in Baptiſmo, dum fictione recedente datur baptizato gratia: Ergo ſentiunt plerique DD. Baptiſmum in tali euentu cauſam eſſe gratiæ.

Et communi ſenſu DD.

18. Ratione vrgente Aduerſarios.

Deinde ſpecialiter argumentor ex doctrina Scoti, Gabrielis, & aliorum Aduerſantium. Quippe ipſorum iudicio, & aſſertione Baptiſmus fictione recedente remittit ex opere operato, ac proinde vt cauſa; pœnas temporales peccatis actualibus ipſum præcedentibus debitas: Igitur eodem pacto remittit, ſiue deſtruit culpas ipſas, infunditque gratiam, ipſarum remiſſiuam. Si enim non amiſit vim, & veritatem cauſæ in ordine ad remiſſionem pœnarum: vnde precor inferemus, illam amiſiſſe in ordine ad remiſſionem culparum; & infuſionem gratiæ? Firmo ex dictis num. 60. Siquidem gratia Baptiſmalis ſecum deferens actuales, ſpecialiter auxiliantes, ad vitam Chriſtiano more traducendam, magis conueniens, & neceſſaria eſt homini baptizato, quam pœnarum temporalium remiſſio: Sed iſtam Baptiſmus recedente fictione cauſat: Ergo & gratiam Baptiſmalem.

19. Poſtremò diſputo, quia Baptiſmus, vt etiam quodlibet ſacramentum nouæ legis, non cauſat, vel confert gratiam phyſicè & tamen moraliter, & ex opere operato cauſat, & confert: ideo ſcilicet quia creata Chriſti voluntas in ſacramenti eſſentiam incluſa, voluntatem increatam inclinat, ac infallibiliter determinat ad gratiæ productionem, & collationem: Sed quando recedente fictione Deus gratiam producit, & baptizato confert, faciliime intelligitur id præſtare inclinatus, ac determinatus ab eadem creata Chriſti voluntate in Baptiſmi antea recepti eſſentiam imbibita, & dum fictio tollitur moraliter permanente: Ergo facile intelligitur Baptiſmus ex opere operato, & vt cauſa, gratiam tunc producere, & conferre.

Dico quartò, cætera ſacramenta, recedente fictione non prodeſſe ad gratiam fictione impeditam recipiendam: proinde nec eam conferre, vt cauſas, nec vt conditiones. Habet hæc ſententia patronos num 56. memoratos. Oſtēditur, quia quòd recedente fictione conferatur illa ipſa gratia, quam ſacramentum rectè ſuſceptum contuliſſet, eſt res grauiſſima, & ex ſola Dei voluntate, ac libera inſtitutione pendens: proinde non aſſerenda, niſi innoteſcat è Sacris literis, Conciliis, Traditione, vel alia quapiam fidei, vel theologiæ regula: vt optimè de Verbo, ſi Adamus non peccaſſet, carnem aſſumpturo, vel non aſſumpturo, diſſerit S. Thomas 3. p. quæſt. 1. art. 2. Sed nulla eiuſmodi regula tradit, gratiam illam remota fictione, conferri per alia ſacramenta, quam per Baptiſmum: Ergo non eſt aſſerendum conferri. Confirmatur autoritate eiuſdem S. Thomæ. Cum enim in 4. lib. ſententiarum omnibus ſacramentis eum effectum tribuiſſet, tandem in ſumma Theologiæ ſoli conceſſit Baptiſmo. Qua conſideratione doctiſſimus Sotus, & S. Thomæ addictiſſimus, credidit, & ſcripſit, ſe, dum ſoli Baptiſmo prædictum tribueret effectum, cum ſancto Doctore, doctiore iam conſentire. Et ſanè Doctor Angelicus ſic magis in ſumma Theologiæ conſentiet ſecum ipſe, vt adducta eiuſdem ratio de Verbi incarnatione probat.

20. Solus Baptiſmus fictione recedente prodeſt.

Quia pro cæteris nec eſt autoritas ſufficiens.

21. Firmo à contrario. Baptiſmus enim recedente fictione conſtat remittere ex opere operato pœnas temporales; vnde planiſſimè inferimus remittere culpas, & infundere gratiam: Atqui de nullo alio ſacramento conſtat, quòd ablata fictione remittat, vel vt cauſa, vel vt conditio pœnas temporales; aut quòd habeat effectum aliquem ſimilem, & cum gratiæ collatione connexum: Ergo nulli alij cum fundamēto poſſumus tribuere, quòd recedente fictione gratiam afferat, ſiue vt cauſa, ſiue vt cōditio.

22. Et opinionū varietas ſuſpecta.

Firmo rurſus ex ipſa varietate contrariarum opinionum, tantum fere inter ſe, quantum à nobis diſſidentium: quæ, me quidem iudice, non obſcurum eſt falſitatis indicium. Dum enim illud, quod in vno Baptiſmi ſacramento ſola pluſquam humana perſuadet autoritas, ratio merè humana nititur extendere, neceſſe eſt pro humani ſēſus varietate, variè, nec verè ſētiri.

23. Et ſola ratione id tranſigi nequit.

Firmo tandem, quia ſi humana ratione res hæc tranſigi deberet; profectò ſemel conceſſa Baptiſmo, cunctis eſſet deferenda. Quod omnes recentiores in Euchariſtia cenſent incommodum: idque valde notandum eſt, cum illud ſit omnium ſacramentorum longè nobiliſſimū, & facile princeps. ideoque videatur ante quodcumque aliud hanc prærogatiuam ſuo ſibi iure vendicare. Nec abſurditas inde illata adeo patens eſt. Nam ſi ex fructu arboris bono, ſed malè percepto, ſummam ſanctitatem, & gratiam Vnionis, humanum genus adeptum eſt, & per illum Angelico longe ſublimius redditur: quid mirum (dicet aliquis) ſi ex fructu ſanctiſſimo,

ſed

ſed indignè ſumpto, ſumptionum delicto per pœnitentiam deleto, tantam quis accipiat ſanctitatem, per quam altero iuſto longiſſimè iuſtior euadat? Quæ tamen ratio non ſatisfaciet Aduerſariis: & tamen fortiorem ipſi non habent ad illud Baptiſmi munus cum cæteris ſacramentis communicandum.

24. Quidā enim Aduerſantium (vt obiter ipſorū rationes confutem) illud adſcribunt ſacramentis imprimentibus characterem, quia ſunt initerabilia ſimpliciter & pœnitentiæ informi, & Vnctioni, & Matrimonio, quia ſunt initerabilia ſecundum quid. Nullus vero non videat huius conſequentiæ prauitatem: *Hoc bono fruuntur ſacramenta initerabilia ſimpliciter: Ergo etiam initerabilia ſecundum quid.* Quidam tribuunt ſolis Baptiſmo, & Pœnitentiæ, quia ſunt ſacramenta neceſſitatis. Contrà, quia ſi neceſſitas facit, vt Pœnitentiæ ſacramentum præſens, gratiam conferat cum ſola attritione ſupernaturali: Ergo non faciet, vt abſens, & præteritum eam conferat cum ſola naturali. Quidam hoc tribuunt omnibus ſacramentis, quia diuinam decet bonitatem. Sed profectò non minus eam deceret, ſi ad hunc effectum ſolam requireret naturalem attritionem.

25. Tandem iſtæ ipſæ rationes, ſicut intentum non probant, ita pro Baptiſmo non parùm faciunt, ſuppoſitis grauiſſimâ autoritate, & ratione, quas pro illo attulimus. Nam & characterem imprimit: & eſt maximè neceſſarius & ianua ſacramentorum: & primum in Chriſto regenerans: vnde tanquam primogenito, & primo regeneratore priuilegium iſtud conceſſum eſt. Quid verò Baptiſmus poſcat, vt effectu iſtū tribuet; & quatenus, vel qua ratione tribuat in tractatu de Baptiſmo diſputabitur.

DISPVTATIO XIV.

Vtrum antiqua ſacramenta, præſertim infantium, contulerint ex opere operato gratiam.

SECTIO I. *Sententia negans eligitur; autoritate probatur.*
SECTIO II. *Ratione item adſtruitur.*
§. 1. *Rationes debiles reiiciuntur.*
§. 2. *Firma ratio explicatur.*
SECTIO III. *Reſpondetur aſſerentibus, circumciſionem gratiam contuliſſe.*
§. 1. *Eorum argumenta proponuntur.*
§. 2. *Refellitur reſponſio Patris Suarez.*
§. 3. *Confutatur reſponſio cui Lugus acquieuit.*
§. 4. *Solida reſponſio.*
SECTIO IV. *An in lege naturæ iuſtificati fuerint infantes per ſacramentum.*

1. PRæcipua difficultas eſt de ſacramentis paruulorum: quæ ſcilicet in Dei populo poterant, ac debebant miniſtrari infantibus, dum in eam Eccleſiam cooptantur; vt in Veteri lege circumciſio, & in Naturali illud alterum, quod ſupra diſp. 1. num. 65. comprobatum eſt. Loquimur autem de collatione gratiæ ex opere operato: nam quòd hæc, & alia ſacramenta adultis meritoriè operantibus, gratiam conferrent ex opere operantis, in dubium verti non poteſt. S. THOM. Q. LX.

SECTIO I.

Sententia negans eligitur; & autoritate probatur.

HAnc tuentur communiter Doctores, cum S. Thoma 3. quæſt. 62. art. 6. copioſè autem, & erudite Bellarminus lib. 2. à cap. 10. vſque ad 18. Suarez diſputat. 10. ſect. 1. & 2. Vazquez 1. 2. diſputat. 130. cap. 2. & diſputat. 184. à cap. 3. & 3. p. diſput. .... Valentia tom. 4. diſputat. 3. quæſt. 3. p. 3. Lugo diſputat. 5. ſect. 3. Martinus diſputat. 4. & Granadus tract. 3. permultiq; alij. Cuius aſſertionis fundamentum potiſſimum, & fere vnicum, eſt autoritas: præſertim regularum fidei, cùm & res grauiſſima ſit, & à ſola Dei libera voluntate dependens. 2. Vetera ſacramenta gratiā non dabant.

Primùm probatur, diuinis literis. Paulus ad Galatas 4. v. 9. & omnia vetera ſacramenta vocat *elementa infirma, & egena*: ad Hebræos 7. v. 18. dicit mandatum ea recipiendi ſacramenta reprobatum fuiſſe *propter eius infirmitatem, & inutilitatem*, propter quam *nihil ad perfectum adduxit lex*: & ad Romanos 3. v. 20. *ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo*, nempe coram Deo, id eſt verè. Quo ex loco deriuatam eſſe in ſcholas, & in totam Eccleſiam, locutionem iſtam *ex opere operato*, ſupra coniectabamur diſp. 7. num. 16. 3. Scripturæ id clamitant.

4. Quod autem in his locis agat Paulus de illis operibus, etiam ante Chriſti aduentum, & Euangelij promulgationem, plurima ſunt, quę penitus perſuadent. Imprimis enim loco illo ad Hebr. citato dicit, reprobatum eſſe illorum mandatum, propterea quòd inutile fuerit, & nihil ad perfectum adduxerit. Deinde ad Coloſſ. 2. v. 17. ſcribit omnia vetera ſacramenta fuiſſe *futurorum vmbram*; & explicans differentiam circumciſionis & Baptiſmatis, ait; *Circumciſi eſtis circumciſione nō manufacta in expoliationem corporis carnis, ſed circumciſione Chriſti, conſepulti in baptiſmo.* Alioqui poterant Coloſſenſes dicere, & Baptiſmum ipſum eſſe manufactū in emundationem corporis carnis. Rurſus Apoſtolus in illo ipſo cap. 3. ad Rom. v. 1. diſquirens quænam Iudęis fuerit circumciſionis vtilitas, non aliam affert niſi quod propter circumciſionē *credita*, id eſt, commiſſa *ſunt illis eloquia Dei*: & hanc vtilitatem vocat *multam per omnē modum*. At ſi circumciſio gratiam illis ex opere operato contuliſſet, vtilitas hæc fuiſſet prima, & maxima, proinde minimè ſilenda: alioqui præſetuliſſet Apoſtolus inſignem ignorantiam, vel nequitiam, & vtriuſque nomine homines à ſe, & ab Euangelio vehementer auertiſſet. Confirmo, quia Pontifices, Concilia, Patres, ac Doctores, & vniuerſa Eccleſia, propter hæc Pauli teſtimonia ſibi perſuaſerunt præſentem aſſertionem, vt mox videbimus.

Secundo probatur ex Eugenio Papa IV. cum Concilio Florentino poſt ſect. vltimam, *Quintò Eccleſiaſticorum*. vbi de ſeptem nouæ legis ſacramentis ita decernitur. *Quæ multum à ſacramentis differunt Antiquæ legis: illa enim non cauſabant gratiam, ſed ſolùm per paſſionem Chriſti dandam eſſe figurabant: hæc vero mira & continent gratiam, & eam digno ſuſcipientibus conferunt.* 5. Eugenius IV. in Concil. Florent. definit.

Digitized by Google

S. Thom. Q. X. Qua in definitione bis negauit Pontifex, & Synodus antiqua ſacramenta gratiam contuliſſe: ſemel dum aiunt, non cauſaſſe gratiam: & iterum dum addunt, ſolùm ſignificaſſe conferendam. Sunt qui reſpondeant, ſolùm excludi à munere conferendi gratiam ſacramenta legis veteris, id eſt, Moſaicæ, ſeu ſcriptæ: circumciſionem autem, vt Chriſtus apud Ioan. cap. 7. verſ. 22. dixit, non fuiſſe *ex Moyſe, ſed ex Patribus*: cùm annis ferè quingentis ante Moyſen inſtituta, & Abrahamo iniuncta, & ab ipſo ſuſcepta fuerit.

6. Sed contrà, quia Pontifex, & Synodus manifeſtè agunt de ſacramentis, quorum vſus erat in lege Veteri, & in ea potiſſimum erat. Quæ enim, niſi hæc pleno ore vocentur ſacramenta veteris legis? Atqui circumciſio, quamuis inſtituta fuit ante Moyſen, fuit tamen, inſtituta pro Moſaica lege, in cuius quaſi limine data fuit, & cui potiſſimum inſeruiuit, vt notaui ſupra diſp. 2. n. 55.

7. Contrà rurſus, quoniam ex illa reſponſione ſaltem fit, vt ſacramentum paruulorum in lege naturali dici poſſit fuiſſe gratiæ cauſa. Vel igitur illud vigebat à tempore Abrahami vſque ad Moyſen; & ſic pro infantibus maſculis duplex tunc erat remedium, quod negant vniuerſi DD. vel eo tempore non vigebat pro infantibus vtriuſque ſexus; & ſic maſculis tunc non proderat remedium legis naturalis: ergo proderat remedium legis ſcriptæ, nempe circumciſio: proinde hæc ad legem ſcriptam ſpectabat.

8. Contrà præterea, quia Pontifex, & Synodus nomen legis veteris non accipiunt ſtrictè pro ſola lege Moyſi, ſed pro omni lege, quæ inter Adami lapſum, & Euangelij aduentum interceſſit. Ideo namque pronuntiant, illa ſacramenta ſolum ſignificaſſe gratiam, quoniam erant vmbra futurorum; quod munus congruebat etiam ſacramentis, & ſacrificiis legis naturalis, vt in Melchiſedec apparet. Sentiunt igitur, ac pronuntiant, nullum è ſacramentis antiquæ legis, ſeu naturalis, ſeu Scriptæ, vim habuiſſe gratiam conferendi, ſed ſolùm præfigurandi. Et ſanè Pontifex, & concilium loquuntur in ſenſu communiſſimo, & clariſſimo SS. Patrum: ubi verò nominatim agunt de circumciſione, vt à num. 12. vſque ad 21. cernere licebit.

9. Alii reſpondent, ſolùm excludi circumciſionem à munere conferendi gratiam, vt præciſè fuerat inſtituta ad conſignandum Dei populum; non autem vt includebat remedium legis naturalis, vel eidem remedio ſuccedebat. Contrà primò, quia manifeſtiſſimum illud eſt, quòd in Dei populum præciſè conſignare, non eſt gratiam conferre: ideoque Baptiſmus, vt in Dei populum præciſè conſignet, gratiam non confert. Quare non potuiſſent Pontifex, & Synodus definire abſolutè, quòd circumciſio non iuſtificabat: nam & definitionem edidiſſent omnino ſuperuacaneam, & inſtituto ſuo minimè congruam; eodemque modo ſtatuere, & abſolutè pronuntiare debuiſſent, Baptiſmum non iuſtificare, quia non iuſtificat vt præciſè conſignat: quin etiam, quamuis omnia vetera ſacramenta gratiam æquè dediſſent ac noua, potuiſſet abſolutè decerni non contuliſſe, quia non contuliſſent vt præciſè conſecrabant, ſiue habilitabant ad vſum legalium. Quæ omnia tam vehementer abſurda ſunt, quam euidenter ſequuntur.

10. Contra item, quia falsò dicitur Circumciſio incluſiſſe in ſeipſa remedium legis Naturalis, vt ſect. 2. §. 3. contra Lugum oſtendemus. Si autem illud incluſiſſet remedium, incluſiſſet profectò tanquam eſſentialem formam, & velut animam, ac proinde tanquam præcipuam, & nobiliſſimam ſacramenti partem; Male igitur negaſſent Synodus, & Pontifex, Circumciſionem contuliſſe gratiam, cum iſtam contuliſſet per ſui partem nobiliſſimam, atque adeo contuliſſet ſimpliciter: ſicut homo ſimpliciter eſt intelligens; quia per animam.

11. Contra demum, quia tametſi Circumciſio ſolum contuliſſet gratiam, vt ſuccedebat antiquiori ſacramento, & virtus illa conferendi gratiam non fuiſſet Circumciſionis forma eſſentialis, & velut anima, ſed quoddam accidens; licet, inquam, hoc totum verum eſſet, malè in ſuo decreto Synodus, & Pontifex abſolutè negaſſent, contuliſſe gratiam: quia negatio eſt malignantis naturæ: & alioquin omnia prædicata, quæ non ingrediuntur eſſentiam rei, quamuis ei reipſa competerent, poſſent eidem abſolutè negari, quod eſt pluſquam falſum. Sic enim perperam negares Vrbanum VIII. eſſe totius Eccleſiæ Pontificem; quia ſolum id habet vt legitimè electus Petri ſucceſſor, ſeu Chriſti vicarius. Prauè etiam negares, Philippum IV. Hiſpaniarum Regem ante dies viginti in Aragonia eximio cum plauſu exceptum: quia non exceptus vt Hiſpaniarum, ſed vt Aragoniæ rex.

12. Tertiò probatur ex Patribus, quorum teſtimonia magno numero proferunt Bellarminus vbi ſupra cap. 15. Suarez diſp. 10. ſect. 1. & Vaſquez diſp. 140. cap. 2. Vrgentiora ſunt quædam perſpicuè negantia ſacramentis illis, & nominatim circumciſioni, effectum conferendi gratiam, & ſanctificandi hominem, & ſolum concedentia effectum diſtinguendi fidelem populum ab infidelibus: & expreſsè Circumciſionem in hoc poſtponentibus Baptiſmo, quòd illa fuerit carnalis, Baptiſmus verò ſit ſpiritualis: illa ſolam ſcinderet, & circumcideret carnem; Baptiſmus circumcidat, & emundet animam. Si enim Circumciſio, peccati maculam deleret, & gratiam conferret, profectò æquè dici poſſet Baptiſmus carnalis, quia carnem emundat; & æquè Circumciſio ſpiritualis, quia mundaret ſpiritum. Sed quoniam Patres ita loquentes quamplurimi ſunt, octo dumtaxat proferam, quatuor Græcos, & totidem Latinos.

13. Patres Græci clarè tradi... Græcorum primus occurrit S. Iuſtinus Martyr in dialogo cum Triphone, paulò antè medium, ita de Abrahamo colloquens. *Circumciſionem non accepit ad iuſtificationem, ſed tantummodo in ſignum. Quod vel ex eo licet intelligere; cum fœminarum genus carnalem Circumciſionem aſſumere non queat, ſatis ex eo apparet, eam datam eſſe in ſignum, non autem ad iuſtitiam. Quidquid enim ad iuſtitiam, & virtutem pertinet, etiam fœminis Deus dedit, vt ex æquo ſeruare poſſent.* Idem in eodem Dialogo, non procul à fine, ſic rurſus de Circumciſione: *In ſignum data eſt, & non ad iuſtitia peragenda opus: atque hoc verba ipſa ſic accipere cogunt.* Verba ſcilicet ſacra, tum Moyſis, tum Pauli, quæ n. 3. & 4. pendenda ſunt.

14. Iræneus quaſi ex Iuſtino deſcribens lib. 4. cap. 30. ſic habet, *Circumciſionem non quaſi iuſtitia*

Digitized by Google

ſtitiæ conſummatricem, ſed in ſigno eam dedit Deus vt cognoſcibile perſeueret genus humanum. Deus enim Abrahæ dixit, Circumcidetur omne maſculinum veſtrum: & erit in ſignum teſtamenti inter me, & vos. Quod etiam dixit de ſabbato per Ezechielem, ſabbata, inquit, mea dedi eis, vt ſint in ſigna inter me, & ipſos. In ſigna ergo data ſunt hæc: nec ſane otioſa & inania erant ſigna, ſed ſuum habebant ſymbolum & argumentum, vt quæ à ſapiente artifice data: carnalis enim circumciſio præſignabat ſpiritualem, de qua Paulus dixit: Nos circumciſione non manufacta: & Propheta quidam ait: Circumcidite duritiem cordis veſtri. Quod autem per hæc non iuſtificabatur homo, ſed in ſigna data ſunt populo, oſtendit, quod ipſe Abraham ſine circumciſione placuit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, amicus Dei appellatus eſt.

15\. Chryſoſtomus in Geneſ. homilia 27. ante medium. *Attende, quòd Deus circumciſionem pro lege ſtatui voluit: non quòd ad animæ ſalutem efficere hoc poſſit aliquid; ſed vt Iudæi pueri hoc gratitudinis indicium circumferrent, quaſi ſignum & ſigillum, & ne liceret eis commiſceri Gentium commiſtionibus. Hinc B. Paulus ſignum hoc vocat dicens, Et ſignum dedit circumciſionis ſigillum: nam ad iuſtitiam ipſa circumciſio nihil conducit.* ſimilia tradit homilia 39. & 40. in eandem Geneſim: & homilia de proditore Iuda: & ad Romanos 2. homilia 6. & ad Hebræos Homilia 14.

16\. Epiphanius hæreſi 8. *Illa*, inquit, *Circumciſio fuit carnalis, quæ deſeruiit vſque ad magnam circumciſionem, hoc eſt Baptiſmum, quæ circumcidit nos à peccatis.* Idem fuſiùs hæreſi 30. *Prima illa circumciſio non fuit perfecta, ſed ſigni tantum cauſâ eſt data, & ad commonitionem ipſorum vt ſignum eſſet magnæ circumciſionis. Etenim ſi circumciſio illa data fuiſſet ſanctificationis gratia, & vt participes faceret cæleſtis hæreditatis; Ergo priuata eſt Sara tanto bono ſanctificationis, & cæleſtis hæreditatis; & idem Rebecca, Lia, & Rachel, & omnes ſanctæ mulieres; cùm non potuerint circumciſionem Abrahæ habere. Si verò illæ non ſunt priuatæ regno cælorum, quanquam non fuerint participes circumciſionis; non ergo illa conducebant hominem ad comparandam ſalutem, & vitam æternam.*

17\. Latini antiquiſſimi æquè manifeſtè. Latinorum antiquiſſimus Tertullianus lib. 1. contra Iudæos non procul à principio: *Sed Abraham, inquit, circumciſus eſt: ſed ante Deo placuit, quàm circumcideretur. Acceperat enim circumciſionem; ſed quæ eſſet in ſignum temporis illius, non in ſalutis prærogatiuam. Sed & filius, inquit; Moſis tum ab Angelo præfocatus fuiſſet, ſi non Sephora mater eius calculo præputium infantis circumcidiſſet. Vnde, inquit, circumciſionis maximè periculum eſt ſi præputium carnis quis non circumciderit. Sed enim ſi circumciſio ſalutem omni modo affert, etiam Moſes in filio ſuo non intermiſiſſet, quominus octauo die circumcideret eum, quando conſtet Sephoram coactam ab Angelo id feciſſe in itinere. Conſideremus itaque quòd non potuerit infantis coacta Circumciſio omni populo præſcribere, & quaſi legem huius præcepti condere in ſalute. Nam prouidens Deus, quòd hanc Circumciſionem in ſignum, non in ſalutem daturus eſſet populo Iſraël; idcirco filium Moſis ducis futuri inſtigat circumcidi: vt cum cæpiſſet per eum populo dare præceptum Circumciſionis; non aſpernaretur populus, videns exemplum illud in ducis filio iam celebratum.*

18\. Cyprianus contra Iudæos lib. 1. cap. 8. *Quòd Circumciſio prima carnalis euacuata ſit; & ſecunda ſpiritualis repromiſſa ſit apud Hieremiam* (cap. 4. v. 4.) *Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium veſtrorũ* &c. *Item Moyſes dicit* (Deuter. 30. v. 6.) *In nouiſſimis diebus circumcidet Dominus cor tuum, & cor ſeminis tui ad Dominum Deum amandum.* & inferius. *Paulus ad Coloſſ. Circumciſi eſtis circumciſione non manufacta. Item quod Adam primus à Deo factus incircumciſus, & Abel iuſtus, & Enoch qui Deo placuit, &c. Et Noë &c. Et Melchiſedec &c. Tũ quod illud ſignaculum fœminis non proficit: ſigno autem Domini omnes ſignantur.* S. THOM. Q. LX.

19\. Ambroſius Roman. 4. ad illa verba *ſignum accepit circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei*, ita commentatur. *Accepit Abraham Circumciſionem, ſignum iuſtitiæ fidei. Credens enim ſe filium habiturum, huius rei quam credidit, ſignum accepit; vt quod credens iuſtificatus ſit cerneretur. Non ergo Circumciſio aliquid habet dignitatis ſed ſignum eſt tantum.* Quam ſententiam edifferens in epiſtolam 72. ad Irenæum; ita ſcribit, *ſignum, circumciſio corporalis; veritas, circumciſio ſpiritualis; illa membrum amputat; iſta peccatum.* Rurſus lib. 1. de ſacramentis cap. 4. ſcribit, Chriſtiana myſteria potiora eſſe Iudaicis; idque probat, quia iſtorum nobiliſſimum fuit tranſitus maris rubri, qui non iuſtificabat; baptiſmus vero iuſtificat. Simillima tradit lib. 1. de Abraham cap. 4. & lib. de his qui myſteriis initiantur cap. 8. & 9.

20\. Hieronymus in 5. ad Galat; cum ex profeſſo reddat cauſam inſtitutæ Circumciſionis; non modò non indicat, inſtitutam fuiſſe in remedium peccati; ſed potiùs fuiſſe ad medendum ineptam, & remedij in lege noua futuri meram vmbram. Ait enim inſtitutam eſſe, vt diſcerneretur Dei populus à Gentilico: & ideo per quadraginta annos in deſerto intermiſſam & tranſmiſſo Iordane reſtitutam: quia ſcilicet in deſerto, cum nullæ adeſſent Gentes, periculum non erat, ne illis fideles admiſcerentur: id verò periculum traiecto Iordane impendebat. *Quod autem* (ſubdit Hieronymus) *à Ieſu Duce, ſecundò ſcribitur populus circumciſus, ſignificat, in eremo ceſſare Circumciſionem, quæ in Ægypto rationabiliter exercebatur, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, ſpirituali circumciſione credentes eſſe mundandos.* Vides, circumciſionem non præſentis munditiei cauſam, ſed futuræ vmbram, per Baptiſmum ſcilicet adferendæ: quod nec ſiluit Hieronymus dum Iſaiæ 1. dixit, Deo non placere Iudaicas ceremonias, ſed Baptiſmi lauacrum; *Quod ſolum* (inquit Hieronymus) *poteſt purgare peccata.* Scholaſticos DD. pro hac ſententia non enumero, quia innumerabiles.

SECTIO II.

Ratione item aſtruitur.

21\. MVlti ſententiam noſtram ita limitant, & languidè probant; vt verbo tenus eam tenere, & aſtruere videantur. Vt hæc perſpicua ſint, & noſtræ ſententiæ, & probationis ſoliditas magis elucеat, illarum rationum efficiet impugnatio.

§. I.

S. Thom. Q. LX.

§ I.

Rationes debiles reijciuntur.

22. Non quod Christi merita nondum exiſterent.

NOnnulli probant, quia ſacramenta vetera nec dabant gratiam virtute propria nec virtute accepta è Christi meritis: cum iſthæc nondum exiſterent. Sed eſt inanis diſcurſus nam ad efficientiam moralem inſtrumenti ſufficit eius exiſtentia intentionalis in agente principali, phyſicè exiſtente: & illam exiſtentiam iam tunc habebant Christi merita in mente Dei principalis agentis: alioqui nec Baptiſmus ageret nunc virtute paſſionis Christi, quæ nunc realiter non exiſtit. Sicut ergo Baptiſmus dat gratiam propter Christi paſſionem iam phyſicè præteritam,& intentionaliter præſentem: ſic poterat Circumciſio propter eandem Christi paſſionem intentionaliter Deo præſentem, etſi phyſicè futuram: ſiquidem propter illam ita exiſtentem Deus contulit Adamo, cæteriſque poſteris Christi paſſione antiquioribus gratiam auxiliarem, qua poſſent à peccato liberari.

23. Nec quia id repugnet ex opere operato.

Quidam alij probant, vel eandem rationem promouent; quia dare gratiam ex opere operato, eſt illam dare propter opus Dominicæ paſſionis iam realiter exhibitum. Contra primo quia DD. iſti ſenſum afferunt illius locutionis *ex opere operato* planè falſum, & ineptum, vt diſp. 7. n. 8. & 9. oſtendebam: & nunc obiter addo, opus operatum communiſſimè ſupponi pro ipſo opere ſacramenti, non pro alio diſtincto; qualis eſt Christi paſſio. Contrà ſecundo, quia DD. ij concedere debent, antiqua ſacramenta tribuiſſe gratiam ex opere operando. Quomodo ergo ſatiſfacient Pontifici, Concilio, Patribus, Scholæ toti clamantibus, vetera ſacramenta gratiam, non contuliſſe, ſed ſolùm conferendam ſignificaſſe. Contra tertiò, quoniam inde fieret, Euchariſtiam, & Ordinem ſanctis Apoſtolis in ſupremæ nocte cœnæ non dediſſe gratiam ex opere operato, quia nondum erat exhibita, & phyſicè poſita Christi paſſio: quod neſcio num alicui poſſit videri tolerabile. Si dicant dediſſe, quia Christi paſſio præſens iam erat moraliter: vnde colligent ad id ſatis fuiſſe, quod præſens eſſet intentionaliter.

24. Nec quia adultis non eam dabant.

Speciosior argumentatio ex Suarez, Vaſquez, Coninch, aliiſque Recentioribus colligi, & ita formari poteſt. Illud quod gratiam ex opere operato confert, eam confert omni non habenti obicem: & confert ex vi ſuæ inſtitutionis; & confert ſupra ſuſcipientis meritum: Atqui circumciſio (nam in cæteris clarius id eſt) neque dabat gratiam omni non habenti obicem;nam peccator adultus, ſi cum ſola attritione circumcidebatur, gratiam non recipiebat: neque dabat gratiam ex vi ſuæ inſtitutionis:quia ex vi iſtius,ſolum fuit ſignacilum populi fidelis: neque dabat gratiam ſupra ſubiecti meritum: nam ſi adultus in gratia exiſtens circumcidebatur, non plus accipiebat gratiæ, quam ſuis merebatur actibus. Atque hinc plerique Recentiores inferunt, Circumciſionem fuiſſe meram conditionem, qua poſita Deus, cum extraordinaria liberalitate propter extremam paruulorum indigentiam eis gratiam tribuebat.

25. Totam hanc molem infirmam reor. Primum, quia Pontifex, Concilium, & Patres ſimpliciter, & abſolutè pronuntiant, omnia Vetera ſacramenta, ac proinde Circumciſionem non contuliſſe gratiam, ſed ſolùm ſignificaſſe, per noua ſacramenta conferendam: quod eſſet omnino falſum, ſi Circũciſio reipſa dediſſet gratiam, ſiue ipſa eam dediſſet ex vi ſuæ inſtitutionis, ſiue non: ſiue omni non habenti obicem, ſiue ſecus: imo licet ſolùm fuiſſet conditio, quâ poſitâ infallibiliter gratia tunc data fuiſſet. Pontifex enim, Concilia & Patres, non ſolum aiunt Circumciſionem non fuiſſe cauſam gratiæ, ſed etiam reſpectu gratiæ ſolum fuiſſe ſignum, & quidem gratiæ per ſacramenta noua tribuendæ. Quomodo igitur hæc vera eſſent, ac non apertè falſiſſima, ſi Circumciſio fuiſſet conditio tam infallibiliter afferens gratiam in genere morali,quam approximatio ignis ad ſubiectum calefactibile, ſecum affert calorem in genere phyſico. Ea ratio cõpellitur.

Deinde, vt ſacramentum ex opere operato det gratiam, ſufficit ſi det illam virtute ſacramenti iuxta diuinam inſtitutionem facti, atque ſuſcepti: nempe inſtar cauſæ naturalis, & ex naturæ neceſſitate agentis, vt cum iis DD. ſupra monſtrauimus: Atqui totum id conſtat, licet ſacramentum non det gratiam omni non habenti obicem; ſi enim Baptiſmus primò fuiſſet inſtitutus pro ſolis paruulis; vt eis abſque ipſorum diſpoſitione conferret gratiam, poſteà verò durante hac inſtitutione pro paruulis, voluiſſet Deus, vt applicaretur adultis, & ſolum eis conferret gratiam, quam ſuis actibus mererentur: ſanè iſtud non obſtaret, ne paruulis initiò contuliſſet ex opere operato: alioqui ſi nunc Deus vellet, vt Baptiſmus adultis non conferret gratiam, niſi ex opere operantis, dicere cogeremur, non eam hactenus ex opere operato contuliſſe: quod pluſquam abſurdum eſt. 26.

Proinde ſi Deus initiò decreuiſſet, vt Baptiſmus, aut Circumciſio daret infantibus gratiam abſque ipſorum diſpoſitione, adultis verò non niſi iuxta merita ipſorum; hoc ſecundum non obſtaret, ne paruulis illam conferret ex opere operato. Nam ſicut in diuerſis temporibus diuerſæ eſſent inſtitutiones, quarum altera alteram non deſtrueret, ſic in eodem tempore eſſent aliæ duæ, vna pro paruulis, altera pro adultis: Ergo ſicut inſtitutio pro tempore poſteriori non tolleret, quominus inſtitutio pro tempore priori eſſet ad conferendam gratiam ex opere operato, ſic eodem tempore inſtitutio pro adultis ad illos iuſtificandos ex opere operantis, non faceret, ne inſtitutio pro paruulis,eſſet ad illos iuſtificandos ex opere operato. 27.

Præterea falsò, & liberè dicitur in illo argumento, proptereà Circumciſionem non ſanctificaſſe ex opere operato, quia non ſanctificabat ex vi ſuæ primariæ inſtitutionis. Quòd enim paruulos ex ſecundaria ſui inſtitutione ſanctificauerit ob illorum ſpecialem indigentiam: perſuadet quidem, neceſſarium illis fuiſſe, vt ipſos ſanctificaret ſine propria diſpoſitione: non tamen diſſuadet, ſed potius perſuadet, inſtitutam eſſe ad illos iuſtificandos ex opere operato. Ponamus enim, prius fuiſſe inſtitutam pro ſolis paruulis, idque ad eos infallibiliter ſanctificandos ſine ipſorum diſpoſitione, prout nunc eos iuſtificat Baptiſmus: poſtea verò extenſam fuiſſe ad adultos non quidem 28.

Digitized by Google

dem iuſtificandos, ſed conſignandos. Certè prior inſtitutio fuiſſet ad ſanctificandos paruulos ex opere operato nec ſequens extenſio, vel inſtitutio ſuſtuliſſet illum ſanctificandi modum erga paruulos. Ergo quamuis Circumciſio priùs inſtituta fuerit ad conſignandum populum; ſi deinde inſtituta fuit ad paruulos abſque ipſorum diſpoſitione ſanctificãdos; ſanè prior inſtitutio non prohibet, quominus poſterior fuerit ad paruulos iuſtificandos ex opere operato.

29. De tertia conditione, quæ requirebat, vt ſacramentum ex opere operato tribuens gratiam, tribuat illam ſupra ſuſcipientis meritum de hoc inquam capite non eſt cur loquamur: cùm iſtam conditionem, iuxta illius argumentationis autores, certiſſimè habuerit Circumciſio circa paruulos. Nec in hoc valent vllum aſſignare diſcrimen Baptiſmi, & Circumciſionis; cùm affirment, vtrumque ſacramentum paruulis infallibiliter attuliſſe gratiã ſine propria ipſorum diſpoſitione, ac proinde ſine vllo ipſorum merito, & per conſequens ſupra ſuſceptoris meritum: præſertim cùm in illo etiam capite, ſacramenta Baptiſmi, & Circumciſionis conueniſſe dicant, vt vtrumque validum fuerit, & ſuſceptoris paruuli ſanctificationem infallibiliter connexam habuerit, etiam ab infideli miniſtratum.

30. Iam tota illorum argumentatio, ſi bene calleatur, hæc eſt: Circumciſio non dabat ex opere operato gratiam adultis: Ergo nec paruulis: & proinde ad iſtorum iuſtificationem ſolùm erat conditio ſimpliciter neceſſaria. Conſecutio verò nulla prorſus eſt: cur enim non poſſet Deus inſtituere, vt Baptiſmus iuſtificaret vnũ populum ex opere operantis; & alterũ ex opere operato? Igitur & inſtituere potuit, vt Circumciſio iuſtificaret adultos priori modo, & altero paruulos. Aſſignent ergo, cur non id re ipſa præſtiterint; præſertim cum iſtud exigat gratia collata infallibiliter paruulis citra ipſorum diſpoſitionem. Dicent fortaſſe, Baptiſmum illum, qui ex opere operato ſanctificaret vnum populum, fore valde diuerſum à Baptiſmo, qui alterum populum non ita iuſtificaret; ſimiliter Circumciſionem. Sed contra; nam id nunc ab omnibus concedendũ: Baptiſmus enim vt reſpicit paruulos, & nullam in eis diſpoſitionem requirit, eſſentialiter differt à Baptiſmo reſpiciente adultos, & propriam ipſorum diſpoſitionem flagitante. Similiter Circumciſio, prout inſtituta ad conſignandum populum, & adultos iuſtificandos dependenter ab ipſorum diſpoſitione, ſpecie quoque differebat à Circumciſione, prout inſtituta ad paruulos, vt Aduerſarij volunt iuſtificandos citra ipſorum diſpoſitionem.

§. II.

Firma ratio explicatur.

31. De ſacramentis adultorum propriis, cùm non ſit ſpecialis difficultas; pro ratione, & probatione ſufficit autoritas, quam tota ſectione prima produximus, & legum illarum imperfectio. De duobus ſacramentis paruulorum vna debet eſſe ratio quam Circumciſioni ſpeciatim in hunc modum applicamus. Infantuli Veteris legis priùs iuſtificabantur: & poſtea circumcidebantur: priùs inquam per parentum fidem accipiebant peccati remiſſionem, infuſamque gratiam cum cæteris donis; & poſtea Circumciſionem, velut ouium dominicarum notam, ſeu ſignaculum: Ergo non iuſtificabantur per ipſam Circumciſionem. Id verò totum ex Circumciſionis inſtitutione, natura, ſignificatione, fine & vſu iuxta ſacras literas, Concilia, Patres, Scholaſticos DD. & præſertim illorum principem S. Thomam iam oſtendendũ aggredior.

S. Thom. Q. I. X.

32. Inſtituta fuit circumciſio poſtquam Geneſ. 15. v. 6. *Credidit Abram Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* Tunc enim, vt habetur Geneſ. 17. v. 10. iniuncta eſt illi, ſuiſque poſteris Circumciſio, tanquam gregis dominici, ſeu Deo credentis inſigne. Ponderat autem egregiè Paulus ad Rom. 4. 9. & ſequentibus, hanc Circumciſionis inſtitutionem in ſignum: adductis enim ex Geneſ. 15. v. 6. verbis illis, *Credidit Abram Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam*, addit; *Dicimus quod reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam. Quomodo ergo reputata eſt? in circumciſione* Græcè ἐν περιτομῇ ὄντι exiſtenti, (ſcilicet Abrahamo) *in circumciſione, an in præputio? Non in Circumciſione, ſed in præputio. Et ſignum accepit Circumciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ in præputio* Græcè τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ id eſt illius fidei, quam Abramus, dum adhuc eſſet præputiatus, habuerat.

Sed quia Circumciſio inſtituta eſt in merum ſignum.

33. Pueros verò priùs iuſtificari, quàm circumcidi ſolitos, aſtruitur primò; quia quod adultis præſtabat propria fides, & iuſtitia formaliter, id ipſum paruulis præſtabat fides parentium efficienter, vel quaſi efficienter: Ergo ſicut Abrahamus per propriam fidem cum cæteris actibus priùs iuſtificatus fuit, & poſtea tanquam dominica ouis, Circumciſione inſignitus; ita paruuli priùs per fidem parentum iuſtificabantur, & poſtea velut generoſi gregis, atque dominici ſoboles, Circumciſione inſigniebantur. Conſequentia patet, tum ex clariſſima ipſa proportione; tum etiam quia iuſtificatio, & Circumciſio Abraham, fuit norma cæterarum: proinde ſicut illa iuſtificatio Circumciſionem præceſſit ita cæteræ præcedebant: & ſicut illa Circumciſio ſignum fuit iuſtitiæ priùs acceptæ, ita cæteræ fuerunt.

Itaque verè priùs iuſtitiam, quàm circumciſionem capiebant.

34. Secundò; quia puelluli Hebræorum in deſerto per quadraginta circiter annos circumciſi non fuerunt: cuius rei varias cauſas modò non expendimus. Puellulæ verò in lege Moyſis per fidem parentum iuſtificabantur. Rurſus puelluli nullam ob cauſam poterant ante diem octauum circumcidi vt cum Hugone Victorino, & Gloſſa docet S. Thomas 3. p. q. 70. art. 3. ad 3. & latè probat Vazquez diſputat. 173. cap. 2. Ex quibus factis apertè infero, non ſolùm puerulos moribundos ante diem octauum iuſtificatos fuiſſe per fidem parentum, quia alioqui ſine remedio periiſſent; ſed etiam non moribundos, nec vllo modo periclitantes iuſtificari potuiſſe etiam recentiſſimè natos, ſicut puellulæ poterunt: & conſequenter debuiſſe parentes dare operam, vt ante diem octauum iuſtificarentur: quorſum enim tamdiu expectarent? cur miſellos infantulos in peccato relinquerent, cum ſine vllo animæ, corporiſve periculo poſſent illos quamprimùm liberare? Igitur ante diem octauum iuſtificari ſolebant.

Firmatur ex collatione Circũciſionis in deſerto.

35. Tertiò, quia ſcriptum, Concilia, & Patres, vt ſect. 1. latè præſentauimus, clamant, Circumciſionem

S. THOM. Q. LX. SS. Concilia, & PP. clamãt fuiſſe nudum ſignum.

cumciſionem fuiſſe purum ſignum, & ſpirituali ſaluti inutilem; & alia id genus proferunt, quæ falſiſſima eſſent, ſi Circumciſio fuiſſet prærequiſita conditio, ſine qua nec auferretur culpa, nec daretur gratia, & qua poſita vtrumque infallibiliter præſtaretur. Quis enim, niſi demens, pleno ore pronuntiet, hominis frigeſcentis approximationem ad prunas inutilem eſſe, vt ille liberetur à frigore, & recipiat calorẽ? Igitur circũciſio, nec vt conditio quidem præcedebat, vel afferebat puerorum iuſtificationẽ, ſed velut nota illam ſequebatur.

36. DD. aiũt ſolum iuſtificaſſe ratione fidei.

Quartò, quia ſcholaſtici DD. cum S. Thoma, cuius verba ipſiſſima ſtatim afferemus, pronunciant, Circumciſionem ſolum iuſtificaſſe ratione fidei, cuius erat ſignum, & proteſtatio: At prius erat fides, quam proteſtatio fidei: Ergo & iuſtificatio paruulorum, quam Circumciſio. Profero verba S. Thomæ 3. p. q. 62. art. 6. in corpore: *Sic ergo patet quod ſacramenta veteris legis non habebant in ſe aliquam virtutem, quæ operaretur ad conferendam gratiam iuſtificantem, ſed ſolum ſignificabant fidem, per quam iuſtificabantur.* Speciatim verò de Circumciſione q. 70. art. 4. in corpore ita ſcribit: *In circumciſione conferebatur gratia, non ex virtute Circumciſionis; ſed ex virtute fidei paſſionis Chriſti, cuius* (nempe fidei) *ſignum erat circumciſio: ita ſcilicet, quòd homo, qui accipiebat Circumciſionẽ, profitebatur ſe ſuſcipere talem fidem.* Hæc S. Thomas: proinde, ſicut prius eſt fidem habere, quam habitam proteſtari; ſic prius erat puellulum per fidem parentum iuſtificari, quam Circumciſione fidem proteſtari.

37. Nec dici poteſt fuiſſe conditio ad gratiam.

Iam verò quod plurimi tradunt, Circumciſionem fuiſſe conditionem, ſine qua fides parentum non iuſtificaret, nec plus habet fundamenti, quam impreſſionem inſignium Petri eſſe conditionem, ſine qua ſeruus, aut ouis non validè Petro venderetur, aut donaretur, cùm è contra prius ſit validè vendi, quam emptoris inſignia recipere: nec enim ideo res eſt Petri, quia Petri geſtat inſigna, ſed ideò iſta geſtat, quia Petri eſt. Ex qua ſimilitudine, quę ſumma eſt, illud etiam inferes, quod parentum fides, & infantium iuſtificatio ſimpliciter erat prior, & actus phyſice, & moraliter diſtinctus à Circũciſione, etiã ſi aliquando (quod mihi creditu difficile eſt, vt n. 61. & 76. dicã) ſimul tẽpore fierent. Sicut actus omnino diſtincti ſunt, Petrũ emere ouẽ, & ſuorum inſignium ei notã imprimere. Dici vero conſueuit, collatam fuiſſe in Circumciſione gratiam; quia non poterat iuſtificatio amplius differri, ac proinde ſaltem tunc fiebat.

SECTIO III.

Reſpondetur aſſerentibus; Circumciſionem gratiam contuliſſe.

38. DOcuerunt olim plures Catholici, omnia Antiqua ſacramenta cauſas extitiſſe gratiæ; & hodie Nouatores illa omnia quoad hũc effectum Nouis æquiparant. Sed cùm iſtius doctrinæ iam olim ab Eccleſia damnatæ, friuola ſint argumenta; ſolum illa referam, & ſoluam, quæ pro ſacramentis infantium adducuntur; & prius in hac ſectione illa, quæ Circumciſioni fauent.

§. I.

Eorum argumenta propono.

S. Thomas 3. p. q. 62. ar. 6. ad 3. q. 70. ar. 4. in corpore, tres antiquiores de Circumciſione ſententias eiſdem fere verbis commemorat, & refellit. Prima fuit aſſerentiũ, per circumciſionẽ nõ conferri ſolitã gratiã, ſed ſolũ remitti culpã. Quodquidẽ de paruulorũ baptiſmo cõtrouerſũ erat Innocẽtij III. tempore, vt cõſtat ex c. *Maiores*, de Baptiſmo, verſ. *Cæterum ex vi*, quod ibidem Pontifex indeciſũ relinquit. De Circũciſione, vel alio quouis remedio paruulorũ, idem conſequenter aſſerere debuit Arias Montanus cũ de iuſtis omnib. illius legis hoc ipsũ tradiderit: è cuius doctrinę per ſupremam Hiſpanię Inquiſitionem condemnatione, quam ſuo loco referam, conſtat huius ſententiæ falſitas. 39.

De Circumciſionis effectu variæ ſẽtentiæ à S. Th. relatæ.

I. remiſiſſe culpam, non dediſſe gratiam.

Secunda fuit, in Circũciſione, & ab ipſa Circũciſione collatã fuiſſe paruulis gratiam; non tamẽ quoad omnes effectus gratiæ poſitiuos. Quam limitationẽ adhibebant eius autores, ne cogerẽtur dicere, gratiam à Circũciſione collatam ſuffeciſſe ad legẽ implẽdam, & ideo Chriſti paſſionẽ ſuperfluam fuiſſe, iuxta illud ad Galat. 2. v. 21. de Circũciſione probatũ, *Si autẽ per legẽ iuſtitia: Ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.* Hanc ſẽtentiam inde potiſſimũ refellit S. Doctor, quia gratia tribuebat ius ad gloriam, qui eſt effectus poſitiuus, & gratiæ proprius. 40.

II. dediſſe gratiam, ſed non quoad omnes effectus.

Tertia ſententia fuit, collatam quidẽ fuiſſe gratiam per Circũciſionem quoad aliquos effectus poſitiuos, ſed nõ quoad omnes: quia nõ ſufficiebat ad reprimendam concupiſcentiam. *Quod verũ* (inquit in vtroque loco S. Thomas) *aliquando mihi viſum eſt, ſed diligenter conſiderãti apparet hoc non eſſe verum: quia minima gratia poteſt reſiſtere cuilibet concupiſcentiæ, & vitare omne peccatum mortale, quod committitur tranſgreſſione mandatorũ legis: minima enim charitas plus diligit Deum, quam cupiditas millia auri, & argenti.* 41.

III. dediſſe gratiam non quoad omnes effectus poſitiuos.

Gratiã ſanctificantẽ cum omnibus ſuis effectib. collatã eſſe per Circũciſionẽ ex infallibili promiſſione diuinâ, docuerũt Hugo Victor. Rupertus, Alexander, Bonauentura, Durandus, Maior, Marſilius, Paludanus, Sotus, Ouandus, alijq; permulti, quos referũt, & ſequũtur Suarez Diſp. 5. ſect. 1. & c. Diſp. 10. ſect. 1. & 2. Salas 1. 2. tom. 2. Tract. 13. Diſp. 11. ſect. 1. à n. 12. Valentia q. 70. p. 11. Azor. tõ. 1. lib. 4. c. 34. Pererius 4. ad Roman. Diſp. 5. & 6. Barradas tom. 1. in Euang. lib. 9. c. 1. Lorinus in Acta c. 7. v. 8. Chartagena de ſacramentis Diſp. 4. Diffic. 1. c. 1. Et quidem Ouandus ait, ſententiam hanc eſſe dogma fidei: Durandus oppoſitam repugnare dictis omnium Patrum: Sotus, quod in Circumciſione deleretur culpa originalis, doctrinam eſſe à Patribus receptiſſimam, & ab ſcholaſticis communi conſenſu admiſſam; Suarez non poſſe iam id ſine aliqua temeritate negari. 42.

Nituntur ij DD. potiſſimùm teſtimoniis Patrum. Primum, & pręcipuum eſt Auguſtini qui ſæpiùs culpam originalem colligit manaſſe in poſteros, quia Geneſ. 17. v. 14. *Maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit* (octauo die vt LXXII. legunt) *delebitur anima illa de populo ſuo: quia pactum meum irritum fecit.* Illud enim *octauo die*, cogit hæc intelligere etiam de paruulo: qui quidem non faceret irritum 43.

Auguſtini teſtimoniũ.

Digitized by Google

tum Dei pactum omiſſione Circumciſionis, ideoque non periret corporaliter ob illam omiſſioné: Ergo periret ſpiritualiter ob Dei pactum cũ Adamo violatum, ideoque propter culpam originalem: Ergo iſtius Circumciſio delebat. ſpeciatim in lib. 3. contra Iulianum cap. 18. ita ſcribit. *Reſponde, ſi potes. Cur ipſe Iſaac, niſi Baptiſmatis Chriſti ſigno circumciſus octauo die fuiſſet, periiſſet anima eius de populo: Explica ſi potes. Cur meritò tantâ pœna plecteretur, niſi ab hoc tanto ſacramento liberaretur.*

44. Innoc. III. deciſio.

Secundum, & in ſpeciem validius, petitur ex cap. *Maiores* de Baptiſmo, vbi Innocentius III. definiturus, paruulos eſſe baptizandos, præmittit Baptiſmum ſucceſſiſſe Circumciſioni, & ita pronunciat. *Cum igitur Circumciſio tàm adultis, quàm paruulis, ex præcepto Domini conferretur: ne Baptiſmus, qui ſucceſſit loco ipſius, & generaliter tamen exiſtit, cum tam viri, quam fœminæ baptizentur, minoris videatur effectûs; tam adultis, quam paruulis eſt conferendus. Sicut enim ſine diſtinctione qualibet, Moſaica lex clamabat,* Anima, cuius præputij caro circumciſa non fuerit, peribit de populo ſuo: *Ita nunc indiſtinctè vox intonat Euangelica;* Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu-ſancto, non intrabit in regnum Dei: *ab hac generalitate nec ſexum, nec ætatem excludens.* Ne tamen videatur Innocentius Circumciſionem Baptiſmo parem ſimpliciter facere, diſcrimen addit inquiens. *Quoniam etſi originalis culpa remittebatur per Circumciſionis myſterium; & damnationis periculum vitabatur: non tamen perueniebatur ad regnum cælorum; quod vſque ad mortem Chriſti fuit ab omnibus obſeruatum.*

45. Proſperi, Fulgentij, Gregorij Bernardi, & Bedæ teſtimonia.

Tertium ſumitur ex quibuſdam aliis PP. quorum primus eſt Proſper inter opera Ambroſij epiſt. 84. colum. 5. dicens, peccatum originale probari ex neceſſitate Circunciſionis in L. Veteri, & Baptiſmatis in Nouâ. Nam vt olim dictum, Infans, cuius præputij caro circumciſa non fuerit; octauo die, peribit anima eius: ita nunc dicitur, niſi quis renatus fuerit ex aquâ &c. Eodem vtuntur exemplo, & argumento, Fulgentius lib. de Incarnat. cap. 15. Gregorius lib. 4 Moral. cap. 2. Bernardus ſerm. 3. de Circunciſione, & epiſt. 77. ſed clarius in ſerm. de Aſſumptione, dicens: *In Baptiſmo ſola gratia lauat hanc maculam, quam olim raſit petra Circumciſionis.* Idem ſentit Beda lib. 1. in Lucam cap. 8. ad illum v. 21. Et poſtquam conſummati ſunt dies octo.

46. Quartum fundamentum eſt ratio. Nam applicatâ Circunciſione dabatur infanti gratia infallibiliter: Sed non dabatur ex opere operantis: Ergo ex opere operato. Maior, vt certa ſupponitur. Minor probatur, quia Circumciſio non requirebat in paruulo propriam diſpoſitionem, vt conſtat: nec in miniſtro fidem, ſed intentionem efficiendi illud, quod eiuſmodi actione populus Iſraeliticus præſtabat: nam Circumciſio facta ab infideli, cum eiuſmodi intentione, valida erat, effectumque gratiæ ſortiebatur, vt ſcribit S. Auguſtinus lib. 1. contra Creſcon. cap. 31. proinde ſicut in hac re, quæ ſummi momenti eſt par fuit Circumciſio noſtro Baptiſmati, conſequens eſt, vt par fuerit in conferenda gratia ex opere operato.

47. Item ex ſimilitudine cum Baptiſmo.

Quintum iacere poſſumus ex principiis ſupra ſtabilitis. Nam ideo Baptiſmus in paruulo producit moraliter gratiam, quia in ſua ratione eſſentiali continet digniſſimum Chriſti actum, qui ſimul cum aliis Chriſti meritis, quæ Deo præſentat, determinat moraliter increatam voluntatem ad gratiam conferendam: Atqui Circumciſio in ſua eſſentiali ratione ſacramenti formaliter includebat actum diuinum, eiuſdem gratiæ propter Chriſti merita promiſſorium; quo quidem actu, & Chriſti meritis per ipſum repræſentatis, increata voluntas ad gratiam infallibiliter conferendam determinabatur: Ergo Circumciſio moraliter gratiam producebat nec minus infallibiliter quàm Baptiſmus, ac proinde ex opere operato. S. THOM. Q. LX.

48. Demum ex remedio infantiũ legis Naturalis.

Sextum fundamentum adiicimus. In lege naturali ſacramentum paruulorum tribuebat illis gratiam ex opere operato: Ergo & in lege veteri Circumciſio. Quod argumentum ſectione ſequenti perurgebimus.

§. II.

Refellitur ſolutio Patris Suarez.

49. Sententiæ duæ relatæ inconciliabiles.

PAter Franciſcus Suarez diſp. 5. ſect. 1. §. *Vtraque iſtarum*, de duabus huius controuerſiæ ſententiis ita ſcribit. *Vtraque iſtarum ſententiarum tanto autoritatis pondere, & tam probabilibus nititur fundamentis; vt noſtri muneris eſſe videatur, neutram, ſi fieri poſſit, reiicere, ſed vtrique aliquid concedere, eaſque in concordiam redigere.* Cæterùm pace tanti Doctoris aio fieri non poſſe vt neutra deſeratur, quia contradictoriè pugnant: Nam vna docet Circumciſionem fuiſſe paruulorum remedium, atque adeo cauſam, medium, vel conditionem, vt illis conferretur gratia, & remitteretur peccatum: altera pronuntiat, Circumciſionem nõ fuiſſe remedium paruulorum, proinde nec fuiſſe cauſam, nec medium, aut conditionem, vt illis ea beneficia contingerent. Quæ maior contradictio? quæ ſententiæ minus inconciliabiles? Videamus iam quæ Doctor ille ſapientiſſimus affert ad pacem conciliandam, præſertim inter autoritates §. ſuperiore propoſitas, & illas, quas præcedenti ſectione produximus.

50. Circumciſio nec ſecundariè inſtituta in remedium.

Aſſerit primò, Circumciſionem non fuiſſe primariè inſtitutam ad ablationem culpæ originalis, ſed ad congregandum Dei populum, & à cæteris nationibus diſtinguendum: & hanc partem non poſſe negari, quia ſumma ſaltem autoritate probatur. Addit alteram, nempe ſacramentum Circumciſionis ad remittendam culpam originalem non plus habuiſſe roboris, quam ſacramentum legis naturæ. Quia non eſt credibile, datum eſſe in illa lege maſculis remediũ maioris vigoris, quàm fœminis. Sed contrà: quia licet ambæ partes aliquo modo veræ ſint, prior tamen indicat, Circũciſionem ſecundariè fuiſſe inſtitutam ad remiſſionem culpæ originalis, quod ſtatim refellemus: & poſterior ſupponit, in lege naturali culpam originalem vero ſacramento fuiſſe deletam, quod eſt grauis incommodi, vt in ſect 4. demonſtrabitur.

51. Idem vrgetur.

Aſſerit ſecundò, Circumciſionem fuiſſe remedium, in quo peccatum originale remittebatur paruulis; idque habuiſſe ex diuina inſtitutione, ſecundariè tamen & cõſequenter. Et hæc aſſertio videtur illi non poſſe nunc ſine aliqua temeritate negari, propter cõſenſũ Patrum, & ſcholaſticorũ omniũ, & præſertim Innocent. III. n 44. relati. Quod ille ſic explicat, & probat. Ante inſtitutam Circumciſionem ex Dei promiſſione, & lege remittebatur infantibus peccatum originale per quamlibet ceremoniam fidei proteſtatiuam: Talis erat Circumciſio: Ergò peccatum originale paruulorum ex diuina inſtitutione non primariâ, ſed ſecundariâ & conſequente, per Circumciſionem remittebatur. Addit exemplum. Nam ſi Deus lege ſanxiſſet, vt quiſquis ei ſacrificium offerret, peccati remiſſionem acciperet; & præter ſacrificia prius inſtituta nouum aliud induceret, ſanè iſtud ex diuina inſtitutione remiſ-

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

miſſiuum eſſet peccati, non primariè, ſed ſecundariè, & conſequenter.

52. Dicitur quidē Circūciſio fuiſſe vnicū remediū extra neceſſitatem.

Vidit Suarez, hinc ſequi, Circumciſionem nō aliter fuiſſe paruulis in lege Moyſi remedium, ac fuerit quælibet alia ceremonia fidei proteſtatiua, quæ fieret circa illos, non ſupponens à peccato liberos: proinde non fuiſſe ad illos mundādos ſimpliciter neceſſariā. Quòd ſi reſpōdeas, hoc totum verum eſſe: nam certum eſt, paruulos, qui de vita periclitabantur, non fuiſſe circumciſos octauo die, & ideo ſi morerentur, alio remedio fuiſſe mūdatos: Circumciſionē tamē dici remedium neceſſarium, quia communiter adhibebatur. Si hoc inquam, reſpondeas inſtat Suarez, non id conſonare Auguſtino, & Innocentio, pronunciantibus, Circumciſionem fuiſſe remedium vnicum, idque ſundentibus ex illo Gen. 17. v. 14. *Maſculus, cuius præputij caro circumciſa nō fuerit, delebitur anima illius de populo ſuo.* Addit, in ea doctrina non ſatis percipi, cur originalis remiſſio tribuatur Circumciſioni in pueris magis, quam oblationi in templo tribuatur in fœmellis. Ideo ſubdit Suarez, Circūciſionem, etſi ſecundariè inſtitutam in remedium originalis, fuiſſe tamen remedium neceſſarium: præcipiente ſcilicet Deo, vt extra caſum neceſſitatis non aliter puelluli primùm Deo offerrentur, & ſanctificarentur, quam per Circumciſionem.

53. Sed liberè, & ſine cohærētia.

Hoc tamen poſtremum ſine firmo fundamento dictum eſt, & ſolùm excogitatum ad occurrēdum Innocentio, & Auguſtino neceſſitatem illam ſimpliciter in Circumciſione ſignificantibus, & ex prædicto Geneſis loco ſuadentibus, & pleriſque DD. in illorum ſententiam abeuntibus: vno verbo ad vitandam temeritatem, quam in ſententia ſuæ contraria Suarez cogitat. Verùm in ea temeritatem non eſſe, luce eſt clarius: cùm nitatur & ſcripturarum teſtimoniis planiſſimè intellectis, & locis Conciliorum, & plurimorum Patrum apertiſſimis: & hodie pro ſe habeat quamplurimos, & grauiſſimos DD. & ad Innocentij, & Auguſtini, pauciorumque Patrum teſtimonia, reſpondeat cumulatiſſimè vt §. 4. conſtabit.

54. Et cōtra Eugenium IV. Florent.

Mihi longè difficilius, ne dicā præceps, videtur aſſerere Circumciſionē, & fuiſſe verum ſacramentu legis veteris, & peccati remediū, & ex Dei inſtitutione neceſſariū: cū Apoſtolus clamet, fuiſſe elemētum vacuum, & egenū: & cum Apoſtolo ſūmus Pontifex, duo Cōcilia generalia, plurimique Patres pronuntiēt, non cōtuliſſe gratiā, nec continuiſſe, ſed ſolum dandā in lege noua ſignificaſſe. Non enim aſſequor aut quo pacto cum oppoſita doctrina iſta cohæreat, vel ſerio, & pro dignitate conciliari poſſint. Si enim dicas, ſcripturā, & alias fidei regulas loqui de Circūciſione ſecundum inſtitutionē primariā: eſt iſtud inane, quia loquūtur de Circumciſione, prout apud illum populum in vſu diuinitus inſtituto erat: ſic autem erat remedium peccati, & fons gratiæ tum neceſſarius, tum certiſſimus: quo igitur modo potuiſsēt vacuitatis nomine illā deprimere, & vilipendere. Fuit quidē Baptiſmus primariò inſtitutus ad abſoluendum originale, ſecundariò ad actuale. An ideo pleno ore dicemus, eſſe vacuum gratiæ, & inane elemētum in ordine ad delendum peccatum actuale.

55. Præterea (vt aptiore vtamur exemplo) inſtituit Chriſtus, vt gratia matrimonialis conferretur per quodlibet ſignum expreſſiuum mutui conſenſus legitimi in matrimonium: præcepit rurſus vt hoc ſignū regulariter, & extra caſum neceſſitatis, conſiſteret in verbis. An iure quis dicat; verba cōſenſum iſtum exprimentia, eſſe in lege noua ſignum gratiæ ſacramentalis egenum, vacuum, inane? Sic tu ais, loqui Paulum; ſic Pontificem, Concilium, & innumerabiles Patres.

56. In quibus nec vmbra fundamenti ad illam diſtinctionem.

Accedit primò, quòd in his fidei, veræq; Theologiæ grauiſſimis regulis, nec leue quidem apparet veſtigium diſtinctionis illius inter Circumciſionem: vt inſtitutam primariè, & vt inſtitutam ſecundariè. Imò cernitur oppoſitum: nam Innocentius, & Auguſtinus, & alij ipſos ſecuti, prorſus illam æquiparant Baptiſmo: hic autem nō ſecundariè, ſed primariè inſtitutus eſt ad originale delendum. Accedit ſecūdò, quòd iſtius diſtinctionis ſectatores non audent aſſerere, Circumciſionem contuliſſe gratiam ex opere operato, ne videantur aduerſari tum Florentino aſſerenti non contuliſſe gratiā: tum Tridentino ſolis ſacramentis nouis tribuēti, quod gratiam ex opere operato conferant: & ideo prædicti Doctores aiunt Circūciſionem fuiſſe remedium, in quo pueris gratia dabatur, & peccatū originale tollebatur. Si quæras cur iſtud remedium non fuerit illorum effectiuum cauſa, rationem adhibet iam in §. 1. à n. 24. confutatam. Cuius addo nouam confutationem: nam ipſi aiunt ſacramentum eſſe ſanctificans: & Circumciſionem fuiſſe ſacramentum: Ergo fuit ſanctificans: Atqui per vos non fuit ſanctificans legaliter ſolùm, ſed etiam habitualiter: Ergo fuit cauſa veræ ſanctitatis, nimirum ex diuina inſtitutione ſecum infallibiliter gratiam afferens infantibus: nec enim Baptiſmus aliter eam nunc illis adducit.

§. III.

Confutatur reſponſio, cui Lugus acquieſcit.

57. Pater Ioann. de Lugo diſp. 5. ſect. 3. ſtatim initio Patrem Suarez aliqua ex parte imitatus, ait vtraque ſententia eo pōdere autoritatis inniti, vt nefas ſibi ducat altera deſerere: atq; adeò cogatur ambas aliquatenus amplecti, & ex his quæ ab ambabus afferuntur, inter ſe cōciliare Cōcilia, & Patres: nō tamē ſcholaſticos DD. quos videt incōciliabiles. Sed minus erunt conciliabiles ſententiæ ipſæ: quādoquidē illi nō niſi per ipſas vtpote cōtradictorias, inconciliabiliter diſſident. Itaque, ſi factionem vnam ſcholaſticorum deletas, neceſſe eſt ab vna etiam earum ſententiarum planè diſcedere. Sed nouum audiamus modum Concilia, & Patres inter ſe conciliandi.

58. Iuſtificatio & conſignatio ſolo vi in Circūciſione cōceſſiſſe, &c.

Affirmat, Circumciſionē ex ſua quidē inſtitutione nullā habuiſſe virtutē, vel originalis auferēdæ culpæ, vel habitualis conferēdæ gratiæ: ſed ſi diuinā inſtitutionē attēdamus, ſolum inſtitutam fuiſſe in characterē, ſeu notā diſtinctiuam Hebræi populi, vt noſtra ſententia tradidit, qui huic Doctori, Scriptura, Cōcilia, & Patres prorſus confirmare videntur. Addit, cum hoc ſtare, quòd in Circumciſione, & per Circumciſionē paruuli regulariter iuſtificarentur: quia remedium legis naturæ, quod illis applicari debebat aliquo ſigno proteſtatiuo fidei de Chriſto venturo, regulariter applicabatur per ipſā Circumciſionē, vt vna & eadem actione, duplici præcepto ſatisfieret: vni, applicādi paruulis proteſtationem illam ad ipſos iuſtificandos: alteri circumcidendi illos, & in Dei populum conſignandi.

59. Excepto caſu mortis ante diē octauum.

Sicut enim tunc puerpera duobus tenebatur præceptis vno purificandi ſe in templo altero primogenitum offerendi Domino: & vtrumq; ex humana introductione regulariter implebat eodem itinere, & abitu in templum: ita duobus aliis præceptis puerum iuſtificandi, & conſignandi; eadem actione Circumciſionis ſatisfaciebant regulariter: eſtò, in caſu, quo periclitaretur infans, ante, vel ipſo die octauo, iuſtificarent illum diuerſa

ſi dei

fidei proteſtatione: ſicut fœmellas ſemper iuſtificabant. Sic etiam hodie fideles, commoditatis ergo, ſatisfaciunt eodem tempore tam præcepto confeſſionis, quam communionis annuæ; cum tamen ſoli iſtius impletioni ſit ab Eccleſia tempus illud aſſignatum.

60. Quomodo ſit Concilia, & Patres cō ciliantur.

Hinc Lugus infert, quo ſenſu verum ſit, per Circumciſionem fuiſſe paruulos iuſtificatos; non ſcilicet quaſi Circumciſio ex diuina inſtitutione, ſiue primariâ, ſiue ſecundariâ, virtutem illam habuerit; ſed quia liberè aſſumebatur loco alterius actionis facilioris, qua paruuli in lege Naturæ ſolebant iuſtificari. Rurſus infert, quo ſenſu verum ſit, Circumciſionem fuiſſe egenam, & inutilem ad ſalutem; nempe ſecundùm id, quod ex ſua inſtitutione habebat. Quare dum Scriptura, Concilia, & Patres, quos ſect. 1. protulimus, negant Circumciſioné contuliſſe gratiam, deleuiſſe culpam, vel profuiſſe ad ſalutem; loquuntur de Circumciſione formaliter accepta ſecundùm illud præcisè, quod habuit ex diuina inſtitutione. Dum verò alij, quorum teſtimonia in hac ſect. §. 1. deſcripſimus, aiunt, Circumciſionem fuiſſe remedium culpæ originalis, dediſſe gratiam &c. loquuntur de Circumciſione materialiter ſumpta, ſecundùm illud, quod ex humana introductione habebat, nempe quatenus ſubſtituebatur in locum alterius ſigni proteſtatiui fidei, quod in lege naturali tam pueris, quam fœmellis effectus illos præſtabat.

61. Impugnatur ſenſus ille primo ratione.

Hanc doctrinam paucis attigerat Suarez diſp. 10. ſect. 2. §. *Poteſt verò*, & reiecerat §. ſequenti. Quam impugno primò, quia quòd in lege Veteri parentes remedium infantuli differrent vſque ad octauum diē, liberè dicitur; quia ſine teſte aliquo, aut alicuius momēti ratione: imò contra rationé, idque multipliciter. Cùm enim lex diuina concederet, vt infans ſtatim ac naſceretur, liberari poſſet à peccato, inſignis deordinationis eſſet id mero libito communiſſimè differre vſq; ad octauū dié. Quātúuis enim infantuli valeant, tamen moraliter obnoxij sūt ictibus repentinæ, & inopinatæ mortis, vt identidé experimur: vt ſileam, illam tanti mali continuationem, tantique boni liberam dilationé, non potuiſſe non eſſe contra charitatem. Quæ rationes tanti ſunt ponderis, vt præ illis omnes aliæ conſiderationes ab Aduerſariis excogitatæ, pro nihilo duci debeant. Quod ſic vrget.

62. Potiſſima Lugi ratio eſt, quod ad proteſtandam fidem Chriſti venturi, non poterat ſolemnior, & aptior vſurpari actio, quam Circumciſio, Sed contra: nam oblatio primogeniti in tēplo, ciuſque redemptio quinque ſiclis conſtans, longè aptior, & ſolemnior erat, vt per ſe claret: Ergo ſaltem inde fieret, primogenitos vel non iuſtificatos Circumciſione, nolentibus ſcilicet parentibus tunc fidem proteſtari, ſed in ipſorū oblatione, & redemptione: vel certè primogenitos iuſtificatos non fuiſſe ſigno ad id aptiſſimo, & ſolemniſſimo, & circa ipſos ex obligatione legis exhibito.

63. Præterea vel remedium legis Naturalis communiter applicabatur fœmellis antequam pueris, vel non. Si applicabatur, quæ ratio pariter, nedum perſuadet, pueros in re tanti momenti, tanto deterioris fuiſſe conditionis: Si remedium illud nó applicabatur fœmellis, antequam puellis, quæ ratio perſuadeat, non differri ſolitum vſque ad diem octuageſimum in templo (quo ſcilicet tempore & loco mater purificabatur, & pro filia (iuxta ſententiam communiorem apud Suarez de vita Chriſti diſp. 16. ſect. 1. dub. 2.) oblationem faciebat, Leuit. 12. v. 6. & 8. & quidem ſi Auguſtino credimus, oblationem faciebat pro peccato originali filiæ.

S. Thom. Q. L X.

64. Eaque Innocentius III. & Auguſt.

Secundò eſt valida impugnatio. Nam Innocent. III. & Aug. §. 1. relati, non ſolùm aſſerunt, Circumciſionem fuiſſe paruulorum remedium, ſed etiam fuiſſe vnicum, & ſimpliciter neceſſarium. Id enim ſuadent ex verbis illis Geneſ. 17. v. 14. *Maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit octauo die, delebitur anima illa de populo ſuo*: & in hoc æquiparant Circumciſionem Baptiſmo, de quo ſcriptum eſt, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei*. Cum his autem nō ſtat, quod paruuli pro libito parentum in lege Veteri potuerint per aliquod remedium à Circumciſione diſtinctum ab originis peccato liberari, & ſanctificantem gratiam recipere.

65. Reſpondet Lugus, ingenuè fatens, Auguſtinum id voluiſſe, quod retuli. Cæterum ſi Auguſt. nitatur illis vocibus *octauo die*, quas Biblia Latina, & Hebræa non habent, non eſt mirum (inquit Lugus) ſi intentum Auguſt. in hac parte non amplectamur; præſertim cum ipſe Auguſt. 16. de Ciuitate Dei c. 17. fateatur, etiam retentis illis verbis *octauo die*, poſſe illum locum exponi de diſſipatione pacti diuinitùs initi non cum primo parente, ſed cum Abrahamo circa ipſam Circumciſionem.

66. Vtpote idem prorſus ſentientibus.

Sed contra quia S. Auguſtini, & Innoc. III. vnum & idem eſt intentum, nempe Circumciſionem non ſolùm fuiſſe puerorum remedium efficax, ſed etiam vnicum, & ſimpliciter neceſſarium, vt conſtat ex eadem amborum aſſertione, eiuſque probatione, quas §. 1. repræſentaui. Quare dum hac in parte deſeritur Auguſt. cum ipſo deſeritur Innocentius, & cum eis cæteri illi PP. totque illi ſcholaſtici, qui neceſſitatem illam Circumciſionis tuentur: & proinde deſeritur totū illud autoritatis pōdus, propter quod Lugus negabat, poſſe ab illa ſententia diſcedi.

67. Et ex falſa ſuppoſitione.

Tertiò, placet etiam impugnatio, qua ſola vtitur Suarez, nempe quod hæc reſponſio ſupponat, ſacramentum infantium legis Naturalis ex opere operato gratiam illis contuliſſe: falſum enim id eſſe, probabitur in proxima ſect.

§. IV.

Solidā reſponſio.

68. S. Auguſtinus pro contraria opinione ſtat alicubi.

AD primum argumentum, quod ex S. Auguſtino n. 43. relatum eſt, reſpondeo, & ingenuè fateor, S. Doctorem illis in locis apertiſſimè ſtare pro contraria ſententia. Tria tamē, aſſero, propter quæ liceat, cum debita S. Doctoris reuerentiā, & veneratione, ab illa in præſens diſcedere. Primum eſt, quòd idem ſanctiſſimus & ſapientiſſimus Doctor noſtram alibi, nec ſemel, nec obſcurè aſſeruit. Siquidem in Pſal. 73. non longiſſimè à principio pronūcians, diuerſa eſſe ſynagogæ, & Eccleſiæ ſacramenta, rationem in hæc verba reddit. *Quia alias ſunt ſacramenta dantia ſalutem, alia promittentia ſaluatorem. Sacramenta noui teſtamenti dant ſalutē: ſacramenta Veteris teſtamenti promiſerunt Saluatorem.* Vnde ſcribens ad Hieron. epiſt. 19. mentemque ſuam clariùs aperiens, *Cur non dicā* (inquit) *præcepta illa veterum ſacramentorum nec bona eſſe; quia non eis homines iuſtificantur: vmbra enim ſunt prænuntiantes gratiā, quā iuſtificamur: nec tamē mala, quia diuinitùs præcepta ſunt.*

Sed pro noſtra alibi.

69. Alterum ſit, mirum non eſſe, quod S. Auguſt. cùm prius hanc tenuiſſet ſententiam, poſtmodum

S. Thom. Q. LX.

Nec mirum ſi contrariā tenuerit impugnans Pelagianos.

dum in oppoſitam inclinauerit. Antea ſiquidē
agebat ſine lite & pugna;poſtea verò cū exorta
eſſet contentio de Baptiſmi puerorū vtilitate,
ad iſtam omni ope & ratione tuendam,arripuit
anſā ex Circumciſionis vtilitate,& efficacitate,
quā in loco diuinæ ſcripturę iā citato ſibi videbatur
inueniſſe.Quare ſi ſancti PP.vt monet S.
Thomas,dū vnū confutāt errorem,in oppoſitū
vergere videntur;mirū non eſt,ſi S. Auguſt. vt
Baptiſmum paruulorum defenderet, ſuam illā
priorem ſententiam deſeruerit.Cōfirmo,quoniam
illo ipſo ſtudio aſtruendi peccatū Originale,&
neceſſitatē remedij,quo auferretur,docuit
idē S.Auguſt.vt n.63.iam retuli oblationē
quā olim puerpera octuageſimo poſt puellulæ
partū faciebat,fuiſſe remediū peccati originalis
puellulæ.Qua in re nec aduerſarij quidem Auguſtinū
ſequūtur.Quia vel nō credent puellarū
remediū tādiu differri viſum, aut ſolitū:vel
ſi quis contendat tamdiu dilatū fuiſſe,propter
actus illius celebritatem;ſentient,inde fieri ,vt
paruulorū remedium dilatū fuerit vſque ad diē
trigeſimū tertiū,ob eandē prorſus rationem,&
actus celebritatē:ac proinde puellulos per Circūciſionē
neutiquā ſolitos ab originali mūdari.

70. Tertiū eſt ampliſſima facultas,quā ſanctiſſimus
idē Auguſt.epiſt. III. nobis in hæc verba
concedit. *Neq;enim quorūlibet diſputationes,quāuis
Catholicorū, & laudatorū hominū,velut ſcripturas
Canonicas habere debemus;vt nobis nō liceat,ſalua
honorificētia,quæ illis debetur hominibus aliquid
in eorū ſcriptis improbare,atq;reſpuere,ſi forte inuenerimus,
quod aliter ſēſerint quā veritas habet,diuino
adiutorio vel ab aliis intellecta,vel à nobis. Talis
ego ſum in ſcriptis aliorum:tales volo eſſe intellectores
meorum.*

71. Nec ad argumentum ſancti Doctoris,n.43.
propoſitum,cum tam benigna ipſius facultate
reſpondendū eſt.Omitto autē quod Vazquez,
Lugus,&Mętatius,aliiq;Recētiores obtendūt,
locū illū Geneſ.17.v.14.ſic abAuguſtino relatū.
*Paruulus,cuius preputij caro circumciſa non fuerit
octauo die, delebitur anima eius de populo ſuo*; Si
Vulgatus interpres Latinus,& Hebraicus contextus
cōſulantur,non habere voces illas *octauo
die*,quib. Auguſt. vnicè nititur. Hanc inquam
reſponſionem omitto;quia S.Auguſt.pręcipuè
nititur vocib.illis,*delebitur anima illa de populo
ſuo* ,quas intelligit de interitu animę per mortem
æternam culpæ originali debitam.

72. Deleri de populo ,eſt corporaliter occidi.

Reſpondeo igitur cum cōmuniori interpretū
ſententia , voces iſtas, *delebitur anima illa de
populo ſuo*,non aliud ſignificare , quā *Maſculus
ille corporaliter occidetur*. Sic enim in eodē libro
Geneſ.c.6.v.7.Deus de nece corporali manifeſtiſſimè
loquens *Delebo*(inquit)*hominem à facie
terræ*:& c.6.v.4.*delebo omnem ſubſtātiam* & v. 23.
delebit Deus omnem ſubſtantiam,& c.9.v.15. *ad
delendam vniuerſam carnem* ; & ſic paſſim in
lib.illo.Et quod caput eſt,ipſe Deus ita intellexit,&
voluit executioni mandari ſuā ſententiam
Exod.4.v.24.Cū enim filius Moyſis circumciſus
non fuiſſet,*occurrit ei Dominus,& volebat
occidere eum.* Quod præcauens Sephora
mater *Tulit illico acutiſſimam petram, & circumcidit
preputium filij ſui.*

73. Nec verò mirum,ſi S.Auguſt.de morte peccati
originalis verba hæc intellexit: verſabatur
enim in acie,quando ſcilicet obuia quæq; tela
libenter arripiuntur,& in hoſtē iaciuntur,vt ſi
eius non frangāt impetū,ſaltem retardēt. Verſabatur(inquā)Auguſt.in
acie,certans pro certitudine
peccati originalis,& neceſſitate remedij
cōtra ipſū in omni lege. Vnde etiā factū,vt Leuit.12.v.6.vbi
dicitur *Cumq;expleti fuerint dies
purgationis ſuæ pro filio ſiue pro filia.deferes agnum
anniculum in holocauſtū,& pullū colūbæ,ſiue turturē
pro peccato &* intellexerit Auguſt.offerendū
auis pullū,aut agnū pro peccato originali ſobolis,cui
tamen iam illud multo antè diem trigeſimum,aut
octuageſimum à natiuitate fuerat
Originali deletum.

Ad ſecundū n.44.propoſitū,& ex c. *Maiores* 74.
de Baptiſmo ſūptū;reſpōdeo cū Cano,Vaſq;&
aliis,Innocentium hac in re prorſus inhæſiſſe
veſtigiis Auguſtini,nō tamē vt Pontificē,neq;
definiendo:Nā rogatus non fuerat,vtrū Circūciſio
gratiā olim cōtuliſſet,aut infantibus profuiſſet,ſed
an Baptiſmus nūc eis proſit.Reſpōſionē
autē daturus,quæ ad fidei dogmata ſpectaret,
nimirū affirmatiuā,præmiſit , vt præambulā
aſſertionē illā , *quod olim Circūciſio figura
Baptiſmi extiterit,& infātib.culpam abſoluerit*:innixus
eodē illo teſtimonio Geneſ.17.v.14.quo
ad idem aſtruendū vſus fuerat Auguſt. Sūmus
autem Pontifex,& Generale Conciliū, habent
quidē aſſiſtentiā diuini ſpiritus in decidēdis fidei
quęſtionib.ſed non in deciſionū præmiſſis
aut probationibus.

Innocentius III. de Circūciſione non agit vt Pontifex.

Videre hoc licet in VII.Synodo,Act. V.vbi 75.
recitatur ex lib.quodā Ioannis Theſſalonicenſis,Angelos
eſſe corporeos,& hanc eſſe Chriſtianorū
ſētentiā,poſſeq; illos pingi,quia corporei
ſūt,& circūſcribi poſſūt,& in figura humana
apparuerūt. Cūq; Tharaſius per anacephalæoſim
dixiſſet : *Oſtendit Pater,quod & Angelos
pingere oporteat, quando circumſcribi poſſunt,& vt
homines apparuerunt*:ſacra ſynodus dixit , *etiam
Domine*.Cęterum qua ſynodus erat,approbauit
Ioannis ſententiam,quoad partem illam , quæ
pertinebat ad fidei quęſtionem tunc agitatam,
liceret ne Angelos pingere ; rationē verò,vel non
approbarūt Patres,vel in approbāda nō proceſſerunt
cōciliariter,vtpote nō ſpectante ad fidei
quęſtionē tunc propoſitam.Simillimū quidpiā
accidit in ſynodo VIII.ſeu Florētina ſeſſ.18.§.
Ego affirmaui,vel iuxta aliam verſionem, *Dixi
equidem*,cuius meminimus in Tomo de Incarnatione
diſp.7.nu.17.& 19. Approbauit enim
ſententiā Ioannis theolog.definiēdo quæſtionē
quæ ad fidē ſpectabat,& tunc vltro,citroq; agitabatur,non
autē eius fundamētum Ariſtoteli
ſolitum attribui , nēpe *actiones ſunt ſuppoſitorū* :
vel ſi approbauit,nō vt ſynodus;cū nec id pronunciatu
verū ſit,nec in Ariſtotele reperiatur.

Similia exempla quàmplurima.

Ad tertiū n.45.propoſitū , reſpōdent pleriq;
etiā illorū,qui noſtrā habent ſentētiam,in ipſa 76.
Circūciſione collatā fuiſſe gratiā infātib. non
virtute Circūciſionis,ſed fidei,quæ tūc à parētibus
exercebatur.Cæterū dixi n. 61. eſſe mihi
creditu difficillimū,quòd illud fidei exercitiū
circa infātes maſculos,& proinde ipſorū iuſtificatio,ſine
vlla neceſſitate differretur vſq; ad
circūciſionē,hoc eſt ſaltē ad octauum diē.Aio
itaq; gratiā in Circūciſione,ne comitāter quidē
cōferri ſolitā paruulis vt plurimū,ſed multo
ante per fidem parentum ſicut etiam fœmellis.
Dico autē *vt plurimū*:quia ſi parētes ; vel caſu,
vel cōſilio vel incuriā,non exercuiſſent actum
fidei circa puerum,& eiuſmodi actum in Circumciſione
exercerent,tunc puero comitanter
cum Circumciſione gratia conferretur.

Nec comitāter in Circūciſione dabatur iuſtificatio communiter.

Ad quartum fundamentum n. 46. iactum; 77.
reſpondeo negatā minore, falsò enim , & ſine
probatione pronuntiat , Circumciſionem in
ſua ratione eſſentiali incluſiſſe diuinam gratiæ
pro

Gratiæ promiſſio Circumciſioni, liberè aſſignitur.

Digitized by Google

promiſſionem, qua determinaretur Deus ad gratiam circumciſio infallibiliter tribuendam. Hoc enim eſt quod in hac quæſtione controuertitur, & nos negamus. Quintum fundamentum n. 47. productum continet minorem falſam, vel etiã principij manifeſta petitionem, vt quiuis perſpiciet. Sextum fundamentum, n. 47. tactum, ſequentem poſtulat ſectionem.

SECTIO IV.

An legis Naturalis infantes vero ſacramento iuſtificati ſint.

78. Infãtes legis nat. aliquo remedio iuſtificabãtur.

INſantes illos aliquo remedio diuinitus inſtituto, atque præſcripto iuſtificari ſolitos, pro certo nunc ſtatuimus cum Auguſtin. Gregorio, Innoc. III. Beda, Bernardo, Hugone Victorino, & omnibus omnino Scholaſticis, qui punctum iſtud libris in lucem editis attigerunt, idque in tractatu de baptiſmo ſtabiliemus. Quod in præſens diſputamus, ſolum eſt, vtrum illud remedium in aliquo verè, ac ſtrictè ſacramẽto poſitum fuerit: vt inde nimirum conſtet, num aliquod ſacramentũ, & præſertim infantium, in lege Naturali gratiam contulerit.

79. Vero ſacramẽto ipſi & adulti fidem profitebãtur.

Suppono etiam ex diſp. 2 præſertim n. 65. fuiſſe in lege Naturali verum ſacramẽtum, quo tam paruuli, quàm adulti profitebantur Chriſti venturi fidem, & in Eccleſiæ corpus cooptabantur. Quod enim ait Durand. in 1. diſt. 1. q. 8. n. 7. ſacramentum infantium illius legis fuiſſe quidem ſenſibile, & externum, ſed non ſacramentum, inconſequens eſt, quia cum eſſet proteſtatio Chriſti venturi, ſine dubio prænuntiabat Baptiſmum, & gratiam per illum conferendam: cumque ex alia parte illum, qui fidem ita profitebatur, introduceret in Eccleſiam, habilem eum reddebat ad bonũ illius Eccleſiæ proprium, v. gr. ad ſacerdotalem ordinem, ad participandum è ſacrificiis, ad veſcendum panibus oblatis, Euchariſtiam præfigurantibus. Ratio, quam adhibet Durandus, cur illud ſacramentum non fuerit, nempe quia tunc nondum erat inſtituta ſacramenta, ſuſtineri non poteſt: Tum quia petit apertè principium, & oppoſitum in loco citato fusè probauimus.

80. Nec enim lex Nat. præcepta ſupernaturalia nõ habebat.

Neque verò lex illa propterea dicta eſt Naturalis, quòd ſola præcepta naturalia contineret: cum apud omnes Catholicos in confeſſo ſit, continuiſſe præcepta ſupernaturalia fidei, ſpei, & charitatis: vel quòd nullam contineret ceremoniam iure diuino ſupernaturali inſtitutam, cùm apertè conſtet habuiſſe ſacrificium panum Euchariſtiam præſignantium: ac proinde ordinationem, & ſacerdotiũ ſupernaturale ad illius ſacrificij oblationem diuinitus inſtitutum. Sed dicebatur lex naturalis, quia non erat diuinitus ſcripta, ſed dumtaxat per primos parentes tradita & per diuinæ traditionis quaſdam quaſi manus à maioribus ad poſteros deriuata: Sic enim deriuatum eſt præceptum trium Theologicarũ virtutum: ſic fides futuri Meſſiæ: ſic myſtica ſacramenti, & ſacrificij Euchariſtici præſignatio in oblationibus legis illius, cuius ſacerdos extitit Melchiſedec: *aſſimilatus Filio Dei* ſicut Hebr. 7 v. 13. dicitur.

81. Infantes Naturalis legis vero ſacramento iuſtificari ſolitos, conſequentiſſimè docuerunt quicũque pronuntiarunt, infantulis legis ſcriptæ remiſſum eſſe peccatum originale, & infuſam gratiam ſanctificantem interuentu veri ſacramenti, nimirum Circumciſionis. In qua ſententia diſertè fuerunt Scot. in 4. diſt. 1. q. 7. Paludꝗ. 5. art. 5. Palacios diſp. 2. Canus 5. p. Relectionis §. *Ad primum*, Valẽtia punct. 2. Henriq. lib. 1 c. 5. Azorius l. 4. inſtitutionum moral. cap. vlt. ſententia 7. Granad. tract. 2. diſp. 2. n. 6. Coninch tom. 1. q. 61. art. 6. in fine & nouiſſimè Ioann. de Lugo diſp. 4. ſect. 3. præſertim à n. 53. & omnium latiſſimè ſententiam iſtam vt probabiliorem tuetur Suarez diſp. 2. & 3.

82. Eius infãtes ſacramento non iuſtificabantur.

Dicendũ reor, paruulos naturalis legis iuſtificatos non fuiſſe interuẽtu ſacramenti, ſed interuentu fidei internæ adultorum: ita ſcilicet, vt hac poſita fide conferretur infallibiliter paruulis gratia, peccatumque originale deleretur. Id conſequenter aſſerere tenentur ij, qui cenſent paruulos in lege Scripta iuſtificatos non fuiſſe per Circumciſionis ſacramẽtum. Pro hac ſententia, clariſſimè ſtant S. Thom. pluribus in locis, quæ ſtatim adducam; Bonau in 4. diſt. 1. p. 1. art. 1. q. . Richard. art. 5. q. 3. Abul. Matth. 15. q. 677. Sotus diſt. 2. q. 1. art. 4. §. *Alterum vero dubium*, Ledeſm. 1. 4 q. 2. art. 3, poſt 6. concluſ. §. *Ad hoc dico cum S. Thom.* & omnium eruditiſſimè Vaſq diſp. 165. c. 3. ſequiturq Mæ rat. diſp. 5. ſect. 4. & 6. plurimique alij Recẽtiorum.

83. Suadetur è Florentino.

Primò id colligitur ex Concil. Florent. ſeſſ. 25. in decreto Eugenij IV. §. *Quartò Eccleſiaſticorum*, vbi ſtatuitur, ſacramenta Veteris legis non contuliſſe gratiam, ſed ſolum ſignificaſſe in ſacramẽtis nouis tribuendam. Qua definitione citra controuerſiam voluit Concilium ſignificare præſtantiam legis Nouæ ſupra veterem: quæ præſtantia potiſſimè ſumitur ex præſtantia, & dignitate, & efficacitate rituum, & ſacramentorũ in hominibus ſanctificandis vt apud omnes in confeſſo eſt. Atqui lex Naturalis nõ erat præſtantior veteri, ſed imperfectior, vt apud omnes etiam cõſtat: Igitur non excellebat Veteri in ſacramentorum nobilitate, & virtute, ac efficacitate ipſorum in ordine ad homines ſanctificandos. Quæ conſecutio clariſſima eſt. Atqui lex Vetus, ſiue Moſaica nullũ habet ſacramentum collatiuum veræ ſanctitatis, vt ſupra viſum eſt: Ergo neque lex Naturalis.

84. Item è SS. Patribus.

Secundò probatur autoritate ſanctorum Patrum. Gregorius Magnus l. 4. moral. c. 3. aliàs 2. ita ſcribit. *Quod vero apud nos valet aqua Baptiſmatis, hoc egit apud veteres vel pro paruulis ſola fides: vel pro maioribus virtus ſacrificij: vel pro iis, qui ex Abraha ſtirpe prodierãt myſterium Circumciſionis*. Notandã ſunt diligenter verba illa, *pro paruulis ſola fides*: propter quæ Rich. ſuprà citatus ait, Aduerſarios B. Greg. contradicere: quod ſolitâ ingenuitate faſſus Durand. quæſt. citata n. 9. *Ad primum*, inquit; *argumẽtum dicẽdum quod Gregorius fuit huius opinionis, & nõ oportet eum in hoc tenere*. Beda l. 1. in Luc. c. 8. *Nã qui vel antè tempora Circumciſionis, vel etiã poſt datã Circumciſionẽ ex cæteris gentibus extitere fideles, vt exẽplar patiẽtia Iob, & amici, liberique illius ſine victimis hoſtiarum ſe, ſuoſque ab originali peccato: ſeu certè ſola fide ſaluabãt. Quia iuſtus ex fide viuit*. Abac. 2. vbi extremis verbis proxima præcedentia corrigit. Tandem S. Bern. epiſt. 77. *In nationibus vero quotquot inuẽti fideles ſunt, adultos quidẽ fide, & ſacrificiis credimus expiatos: paruulis autem ſolam etiam fidem profuiſſe imo ſuffeciſſe credimus*. Quibus teſtimoniis nihil cogitari poteſt luculentius.

85. Tum è ſancto Thom.

Tertiò probatur non minus apertis S. Thomæ. Nam in 4. diſt. 1. q. 2. art. 6. §. *Ad ſecundam quæſtionẽ* ſic habet. *Ideo alij probabiliùs dicũt, quod paruulis*

S. THOM. Q. LX. *paruulis ſufficiebat ſola fides ſine omni exteriori ſigno.* 3. p. quæſt. 70. art. 4. ad 2. ſic reſpondet. *Sicut ante inſtitutionem circumciſionis ſola fides Chriſti futuri iuſtificabat tam pueros, quam adultos, ita etiam Circumciſione data. Sed antea non requirebatur aliquod ſignum proteſtatiuum huius fidei: quia nondum homines fideles ſeorſum ab infidelibus cœperant adunari ad cultum vnius Dei.* Vbi vides ſemel, iterum, ac tertiò S. Doctorem aſſerere, ſolam fidem ſatis fuiſſe.

86. Neque verò ſibi, nec noſtræ aſſertioni repugnat, dum immediatè ſubdit: *probabile tamen eſt, quòd parentes fideles pro paruulis natis, & maximè in periculo exiſtentibus aliquas preces Deo funderent, vel aliquam benedictionem eis adhiberent* (quod erat quoddam ſignaculum fidei) *ſicut adulti pro ſe ipſis preces & ſacrificia offerebant.* Hoc enim ait eſſe probabile: ſupponens vt illud aliud eſſe verum, nempe ſolam fidem ſuffeciſſe: parentes autem iſtud adhibere ſolitos, vel tanquam opus ſupererogationis, vel forſitan ad excitandam in ſeipſis magis fidem: vel, quod ego mihi perſuadeo, vt profiterentur iſtam etiam exterius vt diſp. 2. ſect. 3. docui in morte iſtud aliud adhibere ſolitos, non quidem vt opus meræ ſupererogationis, nec ſolum ad fidem in ſe ipſis magis excitandam: ſed ad conſignandos infantes, vt agnos Dominici gregis, idque vero ſacramento, quod in diſp. 2. ſect. 3. latè probaui, & nunc firmo quia S. Thomas in præſenti illud vocat fidei ſignaculum, quo nomine Paulus ad Rom. 4. v. 10. vocauit Circumciſionem, nempe *ſignaculum iuſtitiæ fidei.*

87. Rationibus demũ plurimis. Quarto probatur ratione. Va quæ ſolam iſtam adhibet, quòd nec ſcriptura ſacra contineat, nec doceant Concilia, nec Patres, nec perpetua traditione conſtet ſacramentum aliquod neceſſarium fuiſſe ad infantes illius legis iuſtificandos, ſine fundamento iſtud à ſcholaſticis aſſeritur. Quod vero ſancti Patres hanc virtutem, & neceſſitatem aſcripſerunt fidei adultorum: id eos feciſſe magno cum fundamento, ne ſcilicet crederetur, infantes omnes, qui in eâ lege moriebantur, ſine vllo remedio derelictos. Addere poſſumus, cauſam iſtam à Patribus iudicatam eſſe communem infantibus legis Naturalis, & Scriptæ: cumque Circumciſionem viderent egenam, cenſuerunt iuſtificatos infantes per adultorum fidem in lege Veteri; ac proinde etiam in Naturali: quod iam amplius euoluemus.

88. Altera ratio ſit. Quia tempore legis Veteris nullum erat ſacramentum ad iuſtificandas puellulas, ideoque neceſſe eſt aſſeramus, iuſtificari ſolitas fuiſſe per ſolam adultorum fidem: cumque Circumciſio non contulerit gratiam pueris, vt ſupra demonſtratum fuit, conſequens eſt, ſicut ibidem oſtendebamus, vt in lege Moyſi perſeueraret remedium, quo tam puelli, quam puellulæ iuſtificarentur, eſſetque vnum & idem, ſiue vtriſque commune: Sed iſtum in lege Veteri erat ſola fides: Ergo etiam in lege Naturali.

89. Tertiam colligere poſſumus ex Concilio Florentino, ſeſſ. 25. in decreto Eugenij IV. pro inſtructione Armenorum, §. *Quintò, Eccleſiaſticorum*, vbi dicitur ſacramenta Noua in eo præſtare veteribus, quod iſta gratiam non dabant, hæc verò dant. Si vero ſacramentum infantium in lege Naturali gratiam contuliſſet, etiam aliud eandem contuliſſet in lege ſcripta: Quomodo ergo Pontificia hæc, & Conciliaris definitio veritatem contineret?

Quartam adiungimus, in ipſa præſtantia legis Nouæ ſupra duas illas priores, fundatam. 90.
Quia quo perfectiones, ſeu virtutes in vno, & eodem ente plures, ac magis adunantur, eò plus perfectionis ineſt: Vnde eſt, vt Angelis infuſæ ſint ſpecies vniuerſales, quarum ſingulis cognoſcere poſſint omnia, quæ nos non poſſumus niſi per plurimas. Inde etiam S. Auguſtinus ad perfectionem, & præſtantiam legis Nouæ ſupra Veterem ſpectare docet, quod Noua paucioribus ſacramentis in quibus ſcilicet virtus ſit vnita, fruatur. Atqui in Noua lege vnum, & idem ſacramentum, nempe Baptiſmus, duas habet virtutes coniunctas, nempe ſanctificandi ſubiectum, & illud in Dei gregem conſignandi: Ergo in legibus antiquis longè ignobilioribus, hæ duæ virtutes erant diſperſæ: proinde iuſtificatio infantium fiebat per ſolam adultorum fidem; conſignatio verò per ſacramentum, qualis erat Circunciſio in lege veteri pro pueris, & in lege Naturali, & ſcripta pro fœmellis aliud, de quo egi diſp. 2. ſect. 3.

Hîc aliqui diſputant, qualis fides ad hunc 91.
effectum requireretur, & num parentis vnius, an vtriuſque, ſed hoc agemus in tract. de Baptiſmo, tanquam in loco proprio. Nam ſicut hîc ſolum egimus de hac fide, vt oſtenderemus, ante legem Nouam nullum ſacramentum fuiſſe gratiæ efficax: ita in diſp. de Baptiſmo diſſeremus ex profeſſo de qualitate, & variis circunſtantiis eiuſdem fidei, vt explicemus diuerſitatem remedij infantium noſtræ legis, & antiquarum.

DISPVTATIO XV.

De Sacramentali charactere.

SECTIO I. *An, & quotuplex ſit caracter ſacramentalis.*

§. 1. *Sacramentalis caracter in ſacris litteris continetur.*

§. 2. *A pleriſque PP. palàm enunciatur.*

§. 3. *Apud omnes ſcholaſticos DD. ſemper in confeſſo fuit.*

§. 4. *Caracterem à tribus ſacramentis imprimi, & non ab aliis dogma eſt fidei, & a PP. traditum.*

§. 5. *Quanam ſit ratio conſtituendi ſacramentalem caracterem, eumque triplicem.*

SECTIO II. *De caracteris ſacramentalis eſſentia, & affectionibus.*

§. 1. *Sit ne caracter aliquid homini phyſicè inhærens.*

§. 2. *Sit ne caracter qualitas.*

§. 3. *In qua ſpecie ſit qualitas caracteris.*

§. 4. *Cuius ſignum, & qua dignitas, ſit caracter.*

§. 5. *Eſt caracter ſignum naturale.*

SECTIO III. *De caracteris cauſis, & effectibus.*

GRæcum nomen χαρακτὴρ, & latinis vſurpatum character, notam ſignificat, ſiue ſcriptione, ſiue inſculptione, aut inciſione, ſiue quo alio modo imprimi, aut imponi ſolitam. Deductum fortaſſe ab appellatione chartæ, 1. Characteris ratio, & deriuatio.

Digitized by Google

tæ, niſi mauis à charactere deductum chartæ nomen, materiæ ſcilicet librariæ, ſiue ad ſcribendum idoneæ, cui literarum notæ, vel incidantur, aut exarentur, vt olim; vel ſicut longo iam tempore, inſcribantur. In hâc materia character ſumitur pro nota quadam ſacra, & indelebili, per ſacramentum impreſſa.

SECTIO I.

An, & quotuplex ſit character ſacramentalis.

2. Eum Nouatores omnes negant.

CAractèrem omnem ſacramentalem negant Ioannes Vvicleſus, teſte Thomâ Vvaldenſi, de ſacramentis Tom. 2. cap. 109. tamquam in ſcripturâ minimè fundatum. Secuti ſunt illum Nouatores, inter quos refert Bellarminus lib. 2. cap. 18. Martinum Kemnitium aſſerentem, Innocentium III. in cap. *Maiores* de Baptiſmo §. *Item quæritur*, fuiſſe primum characteris inuentorem, nec de characteris exiſtentiâ conſentire inter ſe Scholaſticos DD.

§. I.

Sacramentalis character in ſacris literis continetur.

3. Sacræ literæ illum continent.

DE Chriſto enim Epheſ. 1. v. 13. dicitur; *In quo & vos, cùm audiſſetis verbum veritatis, Euangelium ſalutis veſtræ, in quo & credentes* πιστεύσαντες; cùm credidiſſetis) ἐσφραγίσθητε *Signati, obſignati*, preſſiùs *ſigillati eſtis.* Vbi ſermo eſt de adultorum Baptiſmo, quem præceſſerat prædicationis auditio, & fides; & ſecuta fuerat obſignatio, ſiue ſigillatio per caracterem. Quòd autem fides dicitur fuiſſe in Spiritu ſancto; ſenſus eſt, ſigillatos fuiſſe à Spiritu ſancto tanquam à causâ efficiente, & velut ſigillum apprimente, ſiue imprimente.

4. Conſtat hic ſenſus ex eiuſdem Epiſtolæ c. 4. v. 30. Nolite contriſtare Spiritum ſanctum, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε, *in quo*, id eſt, à quo *ſigillati eſtis.* Additur ſtatim, *in die redemptionis*: quæ planè videtur eſſe dies Baptiſmi; planiúſque eſſet, ſi pro ἀπολυτρώσεως, id eſt, *redemptionis*, fas eſſet vnius literulæ mutatione, legere ἀπολουτρώσεως, id eſt, *ablutionis.* Nec minùs aſtruitur character, ſi cum Græcis legamus εἰς ἡμέραν, *in diem*, nempe *redemptionis.* Cùm enim Dei fideles, & ſerui premantur in hâc vitâ ſeruitute corruptionis, ſenſus erit, obſignatos fuiſſe charactere Baptiſmatis in redemptionis diem, quo illos Deus, ſi characteris affectu ad illum aſpirent, in ſempiternam vindicet libertatem.

5. Simillimus eſt locus, ſed me iudice, magis perſpicuus, & Confirmationis characterem aſtruens 2. Corinth. 1. v. 21. *Qui vnxit nos Deus, qui & ſignauit.* Græcè, σφραγισάμενος ἡμᾶς. *Sigillauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris.* Hæc enim eſſe realiter diſtincta, ſine aliqua verborum violentia, negari non poteſt: præmiſſo enim, *Qui vnxit nos Deus*, id quod ſequitur qui & ſignauit ὁ καὶ σφραγισάμενος, planè eſt, *Qui etiam*, ſiue *vlterius ſignauit*: & quod additur, *& dedit pignus ſpiritûs in cordibus noſtris*, planiſſimè eſt idem, ac ſi diceret, *& quod maius eſt dedit pignus* &c. Vbi duo manifeſtè cernuntur; vnum eſt, concinniſſima gradatio, & orationis incrementum: incepit enim ab Vnctione, quæ corporalis, & externa: progreditur charactere, qui ſpiritalis, & perfectior deſinit in gratiam ſanctificantem, quæ nobiliſſima. Alterum eſt, perſpicuus ordo, quem in Confirmationis ſacramento cernimus: vt primò vngamur, deinde charactere obſignemur; tum gratiæ augmento, quod eſt pignus ſpiritus, exornemur. S. THOM. Q. LX.

6. At inquit P. Meratius, & quidam alij Recentiores, his teſtimoniis non rectè confirmari Characteris aſſertionem: quia poſſunt exponi, & à Patribus exponuntur de ſigillatione, & obligatione per gratiam ſanctificantem: ſic prorſus, vt illa tria, quæ ſimul à Paulo ponuntur, *vnxit, ſignauit, dedit pignus ſpiritus*, vnam, & eandem gratiæ ſanctificantis infuſionem ſignificent. Et quamuis characteris in ſcriptura, nullum fundamentum eſſe concedatur, eſſe tamen clara Patrum teſtimonia; & ſufficere perpetuam Eccleſiæ Catholicæ traditionem.

7. Sed contra primò, quia ſicut hæc reſponſio ſatis eſt confirmandis Catholicis: ita inutilis eſt conuincendis Hæreticis; imò vtilis in ſua perfidia confirmandis, cùm eis concedatur verum eſſe fundamentum, in quo vnicè ipſi nituntur. Secundò, quoniam ipſam Eccleſiæ perpetuam traditionem aliunde illis probare poſſumus, quàm è SS. Patribus, ex quibus Scholaſtici characterem didicerunt: atqui ſancti PP. characterem non poſuerunt de ſuo capite, ſed ex diuinis literis, ac proinde ex adductis teſtimoniis hauſerunt. Quod ſi teſtimonia illa ſcripturarum ita licet exponere, vt characterem non aſtruant; tantumdem profectò dicent Hæretici de teſtimoniis Patrum. Si enim tua illa, *Nos vnxit, ſignauit, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris*, ſynonyma eſſe, & vnam, ac eandem gratiæ infuſionem ſignificare concedimus: quodnam reperietur in Patribus teſtimonium, cui non poſſimus parem adaptare ſynonymiam? Quapropter adduci non poſſum, vt permittam, aut credam, aſſertionem characteris ſacramentalis, in ſacris literis non contineri.

8. Nec obſtat quòd infuſio gratiæ, & characteris impreſſio, ſic à ſacrâ ſcripturâ interdum permiſtim notentur, vt pro eodem accipi videantur. Hoc enim ex eo prouenit, quòd gratiæ infuſio connexionem habeat cum impreſſione characteris, & iſtum neceſſariſſimè præſupponat; eſto character ad ſui conſiſtentiam, infuſionem gratiæ non requirat. Hæc enim connexio, licet non mutua, facit, vt gratia cum charactere, & character cum gratia nonnunquam permiſtim, & pro eodem accipi videantur. Eſt exemplum apertiſſimum in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. c. 7. Quâuis enim fides, & ſpes à iuſtificatione diſtinguantur, quia tamẽ ad ipſam neceſſariò requiruntur, etſi non è contra; propterea dicitur in iuſtificatione præter peccati remiſſionem, tria homini infundi, fidem, ſpem, charitatem: cùm tamen nec fides, ſeu ſpes iuſtificationem intrinſecè componant: & ante iuſtificationem ſæpiſſimè ſupponantur homini infuſæ. Sic igitur gratia nonnunquam videtur confundi cum characte-

Digitized by Google

S. THOM. Q. L X. re; non quod illa character ſit, ſed quòd illum requirat.

§. II.

A pleriſque PP. enunciatur.

9. SS.PP. aperte affirmant. PRoducit Bellarminus, alijque Theologi primò loco duo teſtimonia S. Dionyſij lib. de eccleſiaſt. Hierarch. c. 2. Dicit enim parum à principio, Baptiſmum eſſe ſacramentum, quod ad cæterorum ſacramentorum receptionem animos noſtros efformat. Idemque non longiſſimè à fine indicat, hanc efformationem in charactere conſiſtere, dum de illo, qui baptizatur, inquit: *Eum qui ita deducitur beata diuinitas in communionem ſui recipit, eique lumen ſuum, quaſi ſignum tradit.* Quæ teſtimonia Durandus, & Vazquez obſcuriora cenſent, quam vt eis poſſit characteris aſſertio confirmari. (Dionyſius Areopagita.)

10. Autore S. Thoma, & ipſo contextu. Sed aduerſantur, tum S. Thomæ in 4. diſt. 4. art. 1. & 2. & 3. p. 1. quæſt. 63. ar. 2. planè ſupponenti, S. Dionyſium ibi de charactere ſermonem habere; tum omnibus veteris ſcholæ Doctoribus, qui ex his Dionyſij teſtimoniis non modo characteris veritatem, ſed etiam definitionem collegerunt, cuius ei plenam fidem facit vel vnus S. Thomas in 4. Diſt. 4. q. 1. ar. 2. tam in titulo, quàm in principio, dicens, attribui S. Dionyſio definitionem iſtam characteris; *Signum ſanctum communis fidei, & ſanctæ ordinationis, datum diuinâ beatitudine à Hierarchâ*: & ad 2. quæſtionem ſic reſpondens, *Dicendum, quod illa definitio nuſquam inuenitur à Dionyſio poſita, ſed poteſt accipi ex verbis eius ſupra inductis: acciperetur adhuc conuenientius, ſi ſic diceretur: Character eſt, ſignum Communionis poteſtatis diuinorum, & ſacræ ordinationis fidelium, datum à diuinâ beatitudine.* Quam doctrinam approbat 3. p. quæſt. 63. ar. 2. ſemel, ac iterum apertiſſimè ſupponens, Dionyſium in præſenti teſtimonio ſermonem habere de charactere ſacramentali.

11. Quod ipſum mihi clarè deprehendere videor ex his, quæ Dionyſius paulò poſt ſubiicit, inquiens: *Quæ quidem omnia*, (nempe Baptiſmi ſuſceptorem, atque vnionem ſacrorum, & diuino lumine, tanquam ſignaculo inſignire) *ſignificat ſignum* (Græcè *σφραγὶς ſigillum*) *quod Pontifex dat venienti.* Si enim illa omnia nihil aliud ſunt, quam baptizatum ad ſacrorum communionem, idoneum effici, & interiùs, velut ſigillo, inſigniri, quod totum characteris impreſſione fit; & Dionyſio teſte ſignificatur per ſigillum exteriùs datum: ſanè, Dionyſio teſte, ſigillum iſtud interiorem deſignat characterem.

12. Aliter idem confirmo. Siue enim ſigillum iſtud exteriùs nihil aliud fuerit, quam Crucis ſignum, vt Lanſelius interpretatur; ſiue ex inſtituto. Veteris Eccleſiæ fuerit Epiſcopale ſigillum chartæ impreſſum; certè id baptizato dabatur, vt ſignificaret notam illius animæ impreſſam: eamque planè diſtinctam à gratiâ ſanctificante. Tradiderat quippe Dionyſius in illo ipſo capite, nec multo antea, generalem hanc regulam: *Sunt ea ſacra, quæ ſenſu percipiuntur, eorum quæ animo cernuntur, imagines*: ea verò, quæ animo cernuntur, haud dubiè ſunt, res ſpirituales, & in rebus ſacris, ſacræ, quæ corporeis oculis cerni non poſſunt. Ex quo manifeſtè conſtat, ea ſacra ſymbola externa, quæ baptizato dantur exteriùs, ſymbola eſſe donorum ſpiritualium, quæ eiſdem conferuntur interiùs. Tunc ſic: Ei, qui baptizatur tria conferuntur, Dionyſio teſte; primò, ipſa baptiſmalis in aquam immerſio: ſecundò, ſacrum Oleum: tertiò, ſacrum ſigillum. Atqui baptiſmalis immerſio planè ſignificat peccati ſubmerſionem, & extinctionem in animo baptizati intimè factam; ſacrumque oleum gratiam ſanctificantem in eius animum intimè infuſam: Ergò ſacrum ſigillum, ſacrum characterem ſeu diuinam notam, eiuſdem animo impreſſam.

Adiungit Bellarminus, cæterique Recentiores, ex cæteris Patribus Græcis, antiquiſſimum Cyrillum Hieroſolymitanum pluribus in locis, ſed præſertim catecheſi 4. dicentem: *Spiritus ſanctus tempore baptiſmi animam tuam obſignat*: & catecheſi 16. de eodem Spiritu ſancto ita ſcribentem. *Hic ad hodiernam vſque diem obſignat animas noſtras.* ſubiiciunt Baſilium, Naziazenum, Chryſoſtomum Epiphanium, Theodoretum, Damaſcenum, Theophylactum, & Oecumenium, aſſerentes; Spiritum ſanctum obſignare nos in Baptiſmo, Characteremque nobis imprimere: & S. Angelum, hâc notâ cognitos à periculis eripere, & alia in hanc ſententiam clariſſima. 13. Alij PP. Græci.

Addo Cyrillum Alexandrinum lib. de rectâ in Deum fide, folio penultimo ſic de Chriſto loquentem. *Immitit autem hic ſpiritum baptizatis, non alienum, ſed eum, qui ex illo, & per illum eſt: Neque rurſum, vt ſeruus, & miniſter, verum vt Deus ſecundùm naturam, cum ſummâ poteſtate, & autoritate.* Vides hîc apertiſſimè diuinam gratiam in Baptiſmate à Chriſto infundi: Vide nunc etiam characterem, vt effectum planè diſtinctum imprimi: *Per hunc diuinus character nobis imprimitur* ſtatimque monet Cyrillus, characterem iſtum non eſſe corporeum, ſed ſpiritualem. 14.

Ex Patribus Latinis referuntur Ambroſius lib. 1. de Spiritu ſancto cap. 6. dicens, *Spiritu ſignamur, vt ſplendorem, atque imaginem eius, & gratiam tenere poſſimus.* Aliud enim eſt illud, quo ſpiritualiter ſignamur, & aliud id, ad quod habendum, ſpiritualiter ſignamur: illud prius, eſt character; iſtud poſterius eſt gratia, & illud in omni ſacramento eſt præuium, & neceſſariò prærequiſitum ad iſtam: Quare dum ſubdit Ambroſius, *quod eſt vtique ſpirituale ſignaculum*, non refertur ad gratiam, ſed ad illud, *Spiritu ſignamur, vt gratiam tenere poſſimus*, hoc enim ſignum ſpirituale prorſus eſt. Vnde idem Ambroſius lib. de iis, qui initiantur, ita loquitur. *Repete, quia accepiſti ſignaculum ſpirituale.* 15. In Latinis Ambroſius

S. Auguſtini plurima ſunt teſtimonia, tract. 5. & 6. in Ioan. & in Epiſtolam Ioan. tract. 5. & lib. 2. contra Epiſtolam Parmen. cap. 13. & lib. 2. contra literas Petil. cap. vltimo, & lib. 2. contra Creſconium. cap. 30. & in epiſtolâ 23. & 50. & 204. Tria tantum repræſento. 16. Auguſt. ca. ſæpè.

Primum ex libro 2. contra epiſtolam Parmeniani, cap. 3. relatum in cap. *Quod quidem* 1. q. 1. *ſi fortè illum militiæ characterem in corpore ſuo non militans pauidus exhorruit: & ad clementiã Imperatoris confugerit; & impetratâ veniâ militare iã cœperit; nunquid homine liberato, atque correcto character ille repetitur? An non potius agnitus approbatur? An fortè minus habent ſacramenta* 17.

menta Chriſtiana, quàm corporalis hæc notat. Cum videamus, nec Apoſtolos carere Baptiſmate: quibus vtique per pœnitentiam redeuntibus, non reſtituitur, & ideo amitti non poſſe indicatur.

18. Alterum ex epiſt. 43. circa medium. *Nam ſi Chriſtiani Baptiſmi ſacramentum, quod vnum, atque idipſum, etiam apud hæreticos valet, & ſufficit ad conſecrationem, quamuis ad vitæ æternæ participationem non ſufficiat; quæ conſeruta reum quidem facit Hæreticum extra Domini gregem habentem Dominicum characterem.*

19. Grauiſſimũ eius teſtimonium. Tertium, & longe grauiſſimum, ex lib. 6. de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 1. vbi cum dixiſſet hæreticos, etſi peccata non dimittant, *habere tamen* (inquit) *& dare, & accipere Baptiſmi ſacramentum, ſatis eluxit Paſtoribus Eccleſiæ Catholicæ toto orbe diffuſæ per quos poſtea plenarij Concilij autoritate originalis conſuetudo firmata eſt; etiam ouem, quæ foris errabat, & Dominicum characterem à fallacibus deprædatoribus ſuis foris* (extra Eccleſiam) *acceperat; venientem ad Chriſtianæ vnitatis ſalutem, ab errore corrigi, à captiuitate liberari.*

20. Dixi, hoc teſtimonium eſſe longè grauiſſimum, quia S. Auguſtinus in eo refert non modò ſententiam ſuam, ſed etiam Concilij Generalis Africani, contra Cypriani Pſeudo-ſynodum prouincialem celebrati. Quod vtinam nunc extaret: legeremus haud dubiè tertio quoque verbo characterem Baptiſmalem indelebilem, aſſertum à Patribus illis, duce præſertim, & quaſi myſte Auguſtino. Qui ſicut reperta in Paulo hac ſententia, *Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis*; ex ea clariſſimè contra Pelagium intulit neceſſitatem gratiæ excitantis, eamque toti Eccleſiæ, & viuus, & mortuus perſuaſit: ita prorſus (vt equidem autumo) cùm in ſcripturis diuinis ſupra relatis, & in antiquioribus Eccleſiæ Doctoribus characterem Baptiſmalem legiſſet: inde optimè intulit contra Donatiſtas, Baptiſmum eſſe initerabilem, & characteris materialis exemplo id perſuaſit, vt ex tot illius teſtimoniis perſpicuum eſt. Cæteros Latinos Patres in Recentioribus Scholæ Doctoribus legito.

§. III.

Apud omnes Scholaſticos Doctores ſemper in confeſſo fuit.

21. Characterẽ Innocentius III. non primus in ſcholas intulit. HOc præcipuè dixerim aduerſus ignorantiam, vel calumniam Kemnitij Hæretici num. 2. citati, quo ſcilicet oſtendam, Innocentium III. non modò non fuiſſe primum characteris inuentorem, quod iam ſatis, ſuperque probatum relinquimus; ſed etiam nec primum illius in Scholas inuectorem. Id primùm inde conijcio, quod Magiſter ſententiarum, qui dimidio ſæculo præceſſit Innocentium, in 4. diſt. 8 cap. 4. Sacroſanctæ Euchariſtiæ tria illa deſignauit, *Sacramentum tantùm*, quod ſunt ſpecies ſacramentales, *rem tantùm*, quæ eſt gratia ſacramentalis, *& rem, ac ſacramentum ſimul*, qui eſt Chriſtus. Vnde conijcere eſt, hanc diſtinctionem iam tunc fuiſſe in ſcholis notam, & ſaltem pro aliquibus ſacramentis celebrem: Atqui in nullis æquè locum habet, ac in Euchariſtia, & tribus characterem imprimentibus: nam in ſolis iis certò reperitur res, & ſacramentum ſimul, nempe in Euchariſtia Chriſtus, & in cæteris character, vt Diſp. 5. ſect. 1. & 4. fusè proſecuti ſumus: Ergo vel inde licet inferre, characterem ſacramentalem iam tunc in ſcholis fuiſſe notiſſimum.

Magiſtri ſeu tempore iam videtur in ſcholis fuiſſe.

S. Thom. Q. LX.

Ruſus idem conijcio ex eodem ſententiarum Magiſtro in eodem lib 4. diſt. 28. cap. antepenult, ſeu lit. K. Diſputans enim de ſacramento Ordinis, qui iuxta omnes Catholicos characterem imprimit, ſic ait: *Character ergo ſpiritualis, vbi fit promotio poteſtatis, ordo, vel gradus vocatur.* Vbi cernis, in materia ſacramentorum, & ſpeciatim ſacramenti Ordinis, characterem ſpiritualem: Atqui ſacramentum ipſum, cum omnino ſit ſignum ſenſibile, atque adeo corporale, ſeu materiale; non poteſt vocari ſignum ſpirituale, vel character ſpiritualis. Proinde, dum Magiſter, characterem ſpiritualem, dum fit promotio poteſtatis, vocat ſacramentum; vel per ſacramentum intelligit rem, & ſacramentum ſimul, prout in Scholis appellatur character, & ſic apertè agnoſcit characterem illum, de quo agimus. Vel per ſacramentum intelligit illud, quod in Ordine eſt ſacramentum tantùm: Et ſic impropriiſſimè, & falsè loquitur: idque facit, vt nomine characteris ſpiritualis, iam tunc in ſcholis admiſſo, non cogatur intelligere ſignum illud internum, & ſpirituale, de quo agimus. In quo Magiſter diſcipulos habuit repugnantes, vt ex ipſius interpretibus, characterem illum internum admittentibus, illicò oſtendam. 22

23. Tandem vtor communi, & efficaci obſeruatione. Nam Innocentius III. in cap. *Maiores*, de Baptiſmo, §. *Item quæritur*, quæſtionem alteram ſibi, vt ſummo Pontifici propoſitam ita refert. *Item quæritur, vtrum dormientibus, & amentibus, ſacramenti ſaltem character in Baptiſmate imprimatur.* Vel ergo conſulentes, hæc ipſa verba protulerunt; & characterem nominarunt, vt reuera feciſſe videntur; & ſic iam Baptiſmalem characterem, antequam quæſtionem proponerent, agnoſcebant: vel ipſi characterem non nominarunt, & ſolùm quæſierunt, an ſacramentum validè conferretur: & ſic idem infertur, nam Pontifex in ſua reſponſione ſupponit, vt apud omnes notum, idem eſſe Baptiſmum eſſe validum; & characterem imprimere. 24. Eum Innocentius vt notiſſimum ſupponit.

Et ſanè Pontifex id rurſus manifeſtiſſimè ſupponit; inquiens: *Sunt autem nonnulli, qui dicunt; quod ſacramenta, quæ per ſe ſortiuntur effectum, vt Baptiſmus, & Ordo, cæteraque ſimilia, non ſolùm dormientibus, & amentibus, ſed inuitis, & contradicentibus, etſi non quantum ad rem, quantùm tamen ad characterem, conferunt.* Et paulò poſt ipſe addit, rectiùs alias ſentire, quorum iudicio, qui vel metu damni, vel fide baptizatur; *Characterem ſuſcipit Chriſtianitatis impreſſum.* Cæcus ſit, qui non videat, characterem hoc loco, tanquam rem non modò notiſſimam, ſed etiam certiſſimam, & apud Doctores indubitatam, ſupponi. 25.

§. IV.

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

§. IV.

Caracterem à tribus ſacramentis imprimi & non ab aliis, dogma eſt fidei, & à Patribus traditum.

26. Character ab Innoc. III. non definitur. CAracteris ſacramentalis aſſertionem ait Vaſquez ab Innocentio III. definitam eſſe in cap. Maiores de Baptiſmo. Verum, etſi libens fatear, tantum eſſe illius capitis pro caractere momentum, vt vel illud vnicum ſufficeret ad hanc veritatem aſtruendam, vt piè, & doctè aliqui veteres docuerunt: tamen in eo capite nihil inuenio, quod formalem caracteris definitionem ſapiat, ſed quod ipſum caracterem, vt rem omnibus notam, & ab omnibus admiſſam, planè ſupponat. Nam neque Pontifex de caracteris veritate fuerat conſultus: nec ipſe reſpondet, caracterem eſſe, vel non eſſe: ſed in vno euentu imprimi, & in alio non imprimi. Vide ſuppoſitionem iſtam fortè dici poſſe definitionem virtualem: & inde fortaſſe factum, vt Scotus, & Gabriel dixerint, caracteris exiſtentiam ſola eius capitis autoritate fulciri.

27. Sed à Flor. & Trident. Cæterum & caracterem ſacramentalem, triplicem eſſe, ſiue à tribus ſacramentis imprimi, definitum expreſsè poſtea fuit à duobus generalibus Conciliis, Florentino poſt ſeſſ. vltimam in Armenorum inſtitutione §. *Quinto Eccleſiaſticorum* de ſeptem nouæ legis ſacramentis ſic ſtatuente. *Inter hæc ſacramenta, tria ſunt Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, quæ caracterem, id eſt, ſpiritualé quoddam ſignum imprimant indelebile in anima, vnde in eadem perſona non reiterantur: reliqua verò caracterem non imprimunt, & reiterationem admittunt.* Et Trident. ſeſſ. 7. Can. 9. de ſacramentis in genere in hæc verba: *Si quis dixerit in tribus ſacramentis, Baptiſmo ſcilicet, Confirmatione, & Ordine, non imprimi caracterem in anima, hoc eſt, ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile, vnde ea iterari non poſſunt, Anathema ſit.*

28. Aſſertus etiã à SS.PP. Idem tradiderunt antiqui Patres. Nam de caractere Baptiſmi plura ipſorum teſtimonia iam protulimus. De caractere Confirmationis loquitur Auguſtinus lib. 2. contra litteras Petiliani cap. 104. contendens contra iſtius expoſitionem verba illa Pſal. 132. verſ. 2. *Sicut vnguẽtum in capite*, capienda de Vnctione charitatis, & non de ſacramento Chriſmatis: *quod quidem* (inquit Auguſtinus) *in genere viſibilium ſignaculorum ſacroſanctum eſt, ſicut ipſe Baptiſmus: ſed poteſt eſſe & in hominibus peſſimis, &c.* Et poſt multa: *Diſcerne ergo, viſibile ſanctum ſacramentum, quod eſſe in bonis, & in malis poteſt, illis ad præmium, iſtis ad iudicium, ab inuiſibili Vnctione charitatis, quæ propria bonorum eſt.*

29. Diſcernit Auguſtinus confirmationis ſacramentum verum, etiam caracterem inuoluens, ab Vnctione charitatis, tanquam viſibile ab inuiſibili: non quod illud mere viſibile ſit, ſed quia cum ſacramentum Confirmationis verum conſiſtere non poſſit, quin caracterem imprimat, omnino cenſetur cum caractere vnum morale compoſitum conſtituere: quod compoſitum à parte ſenſibili abſolutè dicitur ſenſibile, ſicut actus humanus dandi eleemoſynam, remittendi iniuriam, &c. Propterea verò dicit Auguſtinus, Confirmationis ſacramentum poſſe eſſe in hominibus peſſimis, quia in genere ſignaculorum ſacroſanctum eſt (hoc eſt indelebile) ſicut ipſe Baptiſmus: qui propter caracterem, ſæpius ab Auguſtino aſſertum inamiſſibilis eſt, ac proinde initerabilis.

De caractere ordinis Gregorius Nyſſenus agit in Oratione de ſancto Baptiſmo, non longè à principio: dicens, dum quis ordinatur in ſacerdotem, repente fieri Doctorem, præſidem, myſteriorum præſulem, non quod externè mutatus ſit, ſed quoad ſpeciem externam idem ſit qui erat: *inuiſibili quadam vi, & gratia inuiſibilem animam in melius transformatam gerens.* Vbi per inuiſibilem vim, apertè intelligit caracterem, qui imprimitur ante gratiam: & qui independenter ab iſta, verum conſtituit ſacerdotem. Huius vero dogmatis rationem, poſt vnum, vel alterum dubium ſtatim expediendum, ſectione proxima reddemus. 30.

Quæres, num doctrina fidei ſit, caracterem non imprimi, niſi per tria hæc ſacramenta, Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem. Reſpondeo partem aſſertoriam eſſe certiſſimam. De qua Pater Suarez diſp. 11. ſect. 1. §. 2. ſtatuendum eſt, *Colligitur* (inquit) *ex Conciliis Tridentino, & Florentino: quia licet expreſsè non negent, hæc quatuor ſacramenta* (Euchariſtiam, Pœnitenciam, Vnctionem, & Matrimonium) *imprimere caracterem: tamen dum de tribus aliis affirmant, de aliis tacitè negant: maxime quia dicunt inde habere alia ſacramenta, vt iterari non poſſint.* Hæc tamen ſicut veriſſima ſunt de Concilio Tridentino: ita de Florentino dici non poſſunt: nam explicitè negat, quatuor illis ſacramentis impreſſionem caracteris, inquiens, *Reliqua verò quatuor caracterem non imprimunt, & reiterationem admittunt.* Quæ eſt manifeſta reſponſionis probatio. 31. Per tria tantum ſacramẽta imprimi, fide conſtat.

Rurſus inquires, An vetera ſacramenta caracterem impreſſerint? Reſpondeo, non impreſſiſſe, quod manifeſtè tradit Chryſoſtomus. Et imprimis varia illa Baptiſmata, & agni paſchalis eius, & azymorum ſeptendialis comeſtio, & alia id genus, quæ certiſſimè in eodem ſubiecto iterabantur, cararacterem non imprimebant. Deinde ſacerdotium illud. Quamuis irreuocabiliter daretur, cum non conferret gratiam, non eſt cur imprimeret caracterem, ſed haberet ſe tunc ſacerdotium, vt nunc ſe habet prima tonſura. Poſtremò, Circumciſio, quam ait Scotus caracterem impreſſiſſe, ſicut etiam contuliſſe gratiam, non illum impreſſit: Tum quia non ornabat animam gratia: Ergo nec ipſam caractere notabat: Tum etiam quia licet gratiam contuliſſe dicatur, non eſt cur etiam characterem: nam iſtum effectum Patres ei non tribuunt: nec initerabilitas eum depoſcit: quippe cicatrix ipſa, vel carnis amputatæ veſtigium, ſatis ſuperque indicat ſacramentum illud eſſe initerabile: quæ fuit ratio Deum potiſſimè inducens ad inſtituendam impreſſionem characteris, vt iam oſtendendum venit. 32. Per Vetera non imprimebantur.

§. V.

Digitized by Google

§ V.

Quænam ſit ratio conſtituendi characterem ſacramentalem cumque triplicem.

33. Characterem nō imprimūt ſacramenta vt iterari nō poſſint.

DOctores quamplurimi tradunt, imprimi characterem per tria ſacramenta Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem, vt illa non poſſint iterari. Quæ ratio ſuadetur, quia Tridentinum ſeſſ. 7. Can. 1. de ſacramentis in genere, cùm definijſſet, in tribus illis ſacramētis characterem imprimi, ſubdidit: *Vnde ea iterari non poſſunt*. Sed hæc ratio non vrget. Quatuor enim Ordines minores iuxta probabiliorem ſententiam; & iuxta non improbabilem, ſacer Ordo ſubdiaconatus; & iuxta omnino certiſſimam Prima Tonſura characterem non imprimit, & tamen iterari non poteſt: Ergo & illa tria ſacramenta Baptiſmatis, Confirmationis, & Ordinationis poſſent eſſe initerabilia, quāuis characterem non imprimerent. Si enim Tonſura Eccleſiaſtico iure inducta, eodem iure eſt initerabilis, & non beneficio characteris; etiam Baptiſma, & quoduis aliud ſacramentum diuino iure introductum, eodem iure poſſet eſſe initerabile, quin characterem imprimeret. Nec Tridentinum ſtatuit, illa ſacramenta propterea characterem imprimere, vt iterari non poſſint; ſed ideo iterari non poſſe, quia characterem imprimunt: quæ duo non parùm differunt vt ſtatim ampliùs exponam.

34. Neque vt diſtinguas v.g. baptizatum à non baptizato.

Communis etiam eſt ratio, quam ſancti Patres inculcant, nempe characterem inprimi, vt per illum dignoſcantur exempli gratia baptizati, velut oues Dominicæ ab extraneis: & confirmati velut milites in chriſtianam conſcripti militiam, à non conſcriptis; & ordinati velut ſpecialiſſimè mancipati diuino cultui, ab aliis non ita mancipatis. Sed neque hæc ratio vigorem habet. Nam prima Tonſura conſtituit, & diſtinguit clericum à non clerico, nullum characterem imprimens: Deinde rogo, quis habeat opus charactere, vt per iſtum eos homines à cæteris diſcernat? Non Deus, aut beati: nam ſine illo charactere cognoſcerent, Petrum eſſe rite baptizatum, confirmatum, ordinatum: non damnati; nam iſti ſupernaturales reuelationes non habent: character vero ſacramentalis ſine ſupernaturali reuelatione videri, vel certò deprehendi non poteſt: Non viatores: nam iſti characterem, nec in ſe ipſo vident, nec ex aliquo effectu clare deprehendunt. Ex alia verò parte, ſi ſemel Eccleſię conſtet, Franciſcum exteriùs eſſe rite baptizatum, tametſi defectu intentionis in miniſtro, vel ſeriæ volūtatis in ſubiecto, non receperit characterem; æquè cenſetur eſſe de Chriſti grege, & compellitur eſſe intra Eccleſiæ caulas, ac ſi characterem haberet.

35. Sed vt faciliùs indicet ea ſacramēta non poſſe iterari.

Mihi ratio, cur triplex ille character à Chriſto ſit inſtitutus, & ab Eccleſia declaratus, ea fuiſſe videtur, vt inde faciliùs & clariùs intelligeretur, tria illa ſacramenta eſſe initerabilia: Eſt enim dogma iſtud ſummi momenti: prout conſtat, tum ex variis Conciliorum Generalium definitionibus, tum ex lib. 1. Decretalium integro titulo *De ſacramentis non iterandis*. Inde autem faciliimè, & clariſſimè intelligi, tria illa ſacramenta nō poſſe in eodem ſubiecto repeti, oſtenditur: Quia cum proprius effectus Baptiſmi ſit conſtituere hominem intra Eccleſiam, & ad reliqua ſacramenta idoneum reddere; & hoc faciat imprimendo Characterem indelebilem, quorſum eidem homini ſæpiùs, aut iterum tribueretur? Item, cùm effectus Confirmationis propriiſſimus ſit, conſignare hominem in Chriſti militem; & iſtum conſignet indelebiliter, per characterem, vt per teſſeram penitùs inamiſſibilem, in eodem ſubiecto quod fine repeteretur? Tandem, cum proprius Ordinationis effectus ſit conferre poteſtatem, verbi gratia conſecrandi; & iſtam impreſſo charactere tribuat inamiſſibilem; quorſum in eodem ſubiecto duplicaretur?

Dices, Gratia ſanctificans, & ſacramentalis, etiam eſt horum ſacramentorum effectus proprius: Ergo tametſi characterem imprimant, & illas dignitates, & poteſtates inamiſſibiliter conferant, iterari poſſent in eodem ſubiecto propter augendam gratiam ſanctificantem. Sic enim potiſſimus effectus Pœnitentiæ, & ad quam per ſe illud ſacramentum conſtitutum fuit, eſt à peccati morte ad gratiæ vitam reuocare; & tamen in eo, qui gratiæ vitam habet, vtiliſſime repetitur ad augendam illam. 36. Nec iterari oportet ob gratiam ſacramētalem dandam.

Sed contrà, nam & ſacramenta illa, quæ characterem imprimunt, per ſe requirunt magnum apparatum: & alia ſunt quæ nullum requirunt, & paſſim repeti poſſunt, & magnum afferunt gratiæ augmentum: Non ergo oportuit illa, quæ inprimunt characterem, propter ſolum gratiæ augmentum iterari: eò vel maximè, quòd illa ſemper apprehenduntur vt conferentia prædictas poteſtates; ac proinde ſi poſt ſemel collatas repeterentur, ſuſpicio ſubeſſet repeti, propterea quòd antea nulla fuiſſent: quod non contingit in ſacramento Pœnitentiæ, in quo ſemper ſubiiciuntur, vel noua peccata, vel ſaltem vetera, quæ non eſt certum eſſe dimiſſa: & ſaltem minuitur aliquod vinculum, vt in Tractatu de illo ſacramento declaraui. In Euchariſtia verò nullum eiuſmodi incommodum cerni, conſtat quia recipitur per modum refectionis ſpiritualis, & hanc oportet repeti, ſicut & corporalem. Cum ergo Pœnitentia, & Euchariſtia frequenter accipi valeant, & ex opere operato gratiam augeant, non oportuit ad hunc ſolum effectum iterari ſacramenta, quæ imprimunt characterem. 37.

Inſtabis. Pœnitentia, & Euchariſtia, quamuis augent gratiam ſanctificantem non tamen propriam Baptiſmi, Confirmationis, aut Ordinis, quam dicimus ſacramentalem, illam ſcilicet cui debentur actuales ſpecialiter auxiliantes ad proprios illorum ſacramentorum fines conſequendos. Ergo ad iſtam augendam poſſent illa tria ſacramenta repeti. Sed contra; quia gratia ſanctificans, quam quodlibet illorum ſacramentorum ſemel confert, ſecum affert, & toto vitæ decurſu tribuit gratias auxiliantes ad omnes effectus, & fines illius ſacramenti proprios. Sunt enim illæ gratiæ in Baptizato velut alimenta filij, in Confirmato velut ſtipendia militis, in Ordinato velut honorarium, ſeu ſalarium, quod olim Proconſuli, & nunc Proregi aſſignatur. Neque verò dictæ gratiæ conferuntur dumtaxat per illa tria ſacramenta: nam ſi quis Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſacramenta rite, & pie frequenter, 38. Etiam vt ſacramētalem ſuam ipſorū propriam.

vel

S. Thom. Q. LX.

vel pietatis officiis ac deuotionis incumbat, certiſſimè recipiet gratias auxiliares copioſiſſimas ad omnia quę in vita ſpirituali occurrũt, ac proinde ad effectus & fines proprios illorum ſacramentorum: quare non eſt cur propter eorum auxiliorum augmentum ſacramenta iſta repetantur.

39. Etiam ſublata fictione recipiendã.

Vrgebis: Moraliter ac ſæpè contingit, hæc tria ſacramenta cum fictione ſuſcipi, ſeu non conferre gratiam habitualem: Ergo ad recipiendam iſtam, & ſimul auxiliares ei debitas, & annexas, poſſent iſta ſacramenta repeti in eodem ſubiecto, ſaltem quando fictè eſſent ſuſcepta. Nec ſolùm poſſent, ſed deberent: nam eſt res duriſſima illum qui ſemel Baptiſmum, Confirmationem, vel Ordinem indignè ſuſcepit, carere per totum vitæ curriculum illo quaſi iure ad gratias ſpeciales auxiliares, quod habuiſſet, ſi ſacramenta illa dignè ſuſcepiſſet. Hæc tamen inſtantia plus æquo progreditur; cum inſigne incommodum incurrat: quale eſſet, debere fictionem publicè manifeſtari, & paſtori proprio, & Epiſcopo. Qua peccati manifeſtatione, quæ maior, aut grauior eſſe poſſet? Adde, propter eandem rationem repetendum fore matrimonij ſacramentum ab eiſdem coniugibus; ſaltem ſi ambo indignè illud ſuſcepiſſent. Quod ſi alter tantùm, quomodo ſine incommodo repeteretur ab altero, nullum inde commodum percepturo.

40. Quapropter ad inſtantiam iſtam reſpondeo, vel gratias auxiliares, proprias ſacramenti initerabilis, annexas eſſe characteri, etiam ſine gratia impreſſo: vel ſaltem iam gratiâ recuperatâ, concedi. Eiuſmodi enim gratia ſanctificans, ſi ſacramentum fictè ſuſceptum fuit Baptiſmus, ab ipſo Baptiſmo infunditur, vt ſupra Diſputat. 13. ſect. 2. oſtenſum eſt; ac proinde non eſt mirum, ſi propriè ſit ſacramentalis, & auxiliatrices habeat annexas: ſi vero ſacramentum fictè ſuſceptum, non eſt Baptiſmus, ſed Confirmatio, vel Ordo, gratia quæ poſtea infunditur per coniunctionem cum charactere talium ſacramentorum, fit gratia ſacramentalis, hoc eſt exigens peculiari titulo gratias auxiliatrices ad proprios illorum fines, & effectus: ſed hoc latiùs exponemus infra.

41. Firmatur aſſertio, & characteris ponendi ratio.

Optimè itaque intelligitur, ideo characterem illis tribus ſacramentis conceſſum, vt ſic facile & clare intelligeremus eſſe initerabilia. Quam rationem vtcumque firmare poſſumus ex myſterio, & ſacramento Circumciſionis. Nam quia per illud ſuſceptor Eccleſiam ingrediebatur; & hunc ingreſſum Deus volebat inamiſſibilem, ac proinde initerabilem; vt hoc planè, & facile conſtaret, voluit vt ſacramentum quo in Eccleſiam intrabatur, notam imprimeret indelebilem, ac proinde initerabilem, nempe ipſam cicatricem in carne relictam: cum hoc tamen diſcrimine, quòd illud ſignum indelebile fuit carnale pro Hebræis carnalibus; iſtud ſpirituale pro Chriſtianis ſpiritualibus.

42. Cur per tria ſacramenta imprimatur.

Si quæras, cur ſpeciatim per hæc ſacramenta character imprimatur; perinde eſt; ac inquirere, Cur hæc ſpeciatim initerabilia ſint. Quod facile declaratur. Per Baptiſmum enim intramus Eccleſiam: & voluit prudentiſſime Deus, vt ab hoc ingreſſu non poſſet eſſe regreſſus. Per Confirmationem conſignamur in Chriſti milites, & pari prudentia voluit, conſignationem eſſe indelebilem, cùm ſit perpetua, & initerabilis militia hominis ſuper terram. Per Ordinem accipitur dignitas, & poteſtas grauiſſimi momenti, cuius amiſſibilitas magnis exundaret incommodis, vt in Euchariſtiæ conſecratione, & Pœnitentiæ adminiſtratione. Sæpiùs enim miniſtri pro humanâ fragilitate laberentur in culpas, vel incurrerent maculas, quarum ratione poteſtatem illam amitterent; illaſque occultando maculas, aut culpas, & inualidè miniſtrando, animas perderent.

SECTIO II.

De characteris Sacramentalis eſſentia, & affectionibus.

43. Verba Concilij Florentini de Charactere.

Habenda ſunt præ oculis verba illa Concilij Florentini ſupra relati, de Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine dicentis; *Characterem, id eſt ſpirituale quoddam ſignum à cæteris diſtinctiuum, imprimunt in anima indelebile.* Quæ verba, ſicut fuerunt è diuinis literis, ſanctiſque Patribus ſupra memoratis decerpta; ſic norma ſunt, ad quam exigi debent omnia, quę de characteris entitate, eſſentiâ proprietatibus & affectionibus pronuncientur.

§. I.

Sitne Character aliquid homini phyſicè inhærenter.

44. Negat Durandus in 4. diſt. 4. q. 1. dicens, characterem eſſe dumtaxat aliquid morale homini extrinſecum, vt Doctoratum, & Primam tonſuram. Nam & hoc ſufficit ad omnia, quæ de charactere Patres dicunt; & oportet fidei myſteria non reddere obſcuriora, ſed clariora iuxta illud *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.* Idem videtur ſentire Scotus in 4. diſt. q. 10. pronuncians, characterem eſſe relationem. Nam iſtam Scotus non conſtituit in intrinſeco modo, aut entitate ſed in extrinſeca denominatione.

45. Eſt ille aliquid homini phyſicè inhærens.

Affirmo tamen, & moueor primò, quia ſacræ litteræ, quibus ſacramentalem characterem aſtruximus, & probauimus eodem prorſus modo loquuntur de charactere ſacramentali, ſicut de gratia ſanctificante: ſed hæc eſt aliquid phyſicum, & homini phyſicè inhærens: Ergo vtrumque habet ſacramentalis character. Maior in ipſis teſtimoniis conſpicitur, nam ſicut aiunt, nos per ſacramentorum gratiam vngi; ita docent, per notas trium ſacramentorum obſignari, & ſigillari: proinde ſicut illa gratia phyſicè nobis inhæret, ita & character: & ſicut illa Vnctio phyſica eſt, ita etiam hæc obſignatio, & ſigillatio.

Patet ex ſacris literis, de illo vt de gratia loquentibus.

46. Ex q; PP. & Scholaſticis.

Secundò moueor, quia ſancti PP. & DD. tam ſcholaſtici, quam expoſitiui, tota ferè ſectione ſuperiore in teſtes producti, planiſſimè loquuntur de charactere ſicut de ente phyſico, & homini phyſicè inhærente. Quibus in præſens adiicio S. Thomam q. 63. art. 2. in corpore, vbi de charactere tanquam de potentia quadam, partim ad agendum, & partim ad recipiendum,

Digitized by Google

recipiendum , ita ſcribit. *Sciendum tamen, quod hæc ſpiritualis potentia eſt inſtrumentalis: ſicut etiam ſupra dictum eſt de virtute, quæ eſt in Sacramentis.* Itaque ſicut ſacramentum eſt virtus quædam ad producendam gratiam, ſic ait Sanctus Thomas characterem eſſe quandam virtutem, partim ad recipiendum, & partim ad agendum. Proinde ſicut ſacramentum quidpiam eſt phyſicum, & in homine phyſicè receptum, ſicut ratio, ſeu virtus producendi gratiam, ſeu phyſice, ſeu moraliter; ita prorſus, autore Sancto Thoma, character ſacramentalis quidpiam eſt phyſicum, & in homine phyſicè receptum: ſiue ratio, per quam conſtituitur in eſſe virtutis, & poteſtatis ſit aliquid phyſicum, ſiue morale: nam de hac re poſtea diſputandum eſt.

47. Præcipue ex Cōciliis Florent. & Trident.

Tertiò, & præcipuè moueor, quia illa duo Concilia Generalia, Florentinum, ac Tridentinum, vt ex num. 27. conſtat, aiunt characterem eſſe ſignum; hoc autem etſi pro formali poſſit eſſe quippiam morale, pro materiali tamen eſt quidpiam phyſicum, & phyſicè permanens, vt ſcriptura, vel ramus appenſus: Sola enim inſtitutio, ſeu voluntas ſignum non eſt, ſicut nec ſola anima eſt homo. Dicunt etiam ſignum iſtud in anima imprimi: quæ duo de ente purè morali, & denominatione ipſi animæ extrinſeca dici non poſſent. Nam imprimi non eſt entis moralis, ſed phyſici: Sicut etiam eſſe delebile, & indebile: quanto magis & imprimi ſimul, & eſſe indelebile? Alioqui quoties homini daretur poteſtas aliqua, vel facultas in perpetuum dici poſſet, ac deberet imprimi in eo caracter indelebilis, ac proinde per primam tonſuram Imò non debuiſſet dici imprimi in anima, ſed in homine: nam extrinſeca denominatio totum hominem afficit.

48. At Diabolus ſuis aſſeclis characterem dat.

Oppones. Diabolus dicitur characterem impiis imprimere: nam Apocalyp. 16. verſ. 2. & cap. 19. verſ. 20. dicuntur aſſeclæ Antichriſti accipere characterem beſtiæ: & cap. 7. ſæpius dicuntur ſancti ſignandi in frontibus, & ſic eſſe centum quadraginta quatuor millia ſignati: Atqui nihil iſtorum fit per phyſicam alicuius entis phyſici impreſſionem: Ergo illa Conciliorum locutio non arguit characterem ſacramentalem eſſe ens homini phyſicè inditum. Præterea peccatum habituale, quod aliquid morale eſt, dicitur deleri, non ſolum in Scripturis Sacris, vt conſtat ex Pſalmo 50. verſu 2. *Dele iniquitatem meam*, & verſu 10. *Omnes iniquitates meas dele*: imò dicitur lauari, vt verſu 3. *lauabis me*: & in ſacramento Baptiſmi ablutione, & verbo ipſo baptizandi. Quin etiam iuſti dicuntur eſſe ſcripti in libro vitæ, & amicorum Dei; Dumque gratiam amittunt, dicuntur de libro illo deleri.

49 Non dicitur imprimere, etſi dici poſſit.

Sed hæc aſſertioni, & argumentationi poſitæ nihil officiant. Nam in primis nunquam Diabolus dicitur notam, aut characterem ſuis aſſeclis imprimere. Quod tamen ſi diceretur, intelligi deberet imprimere illis characterem phyſicè inhærentem, ipſos nempe actus, & habitus vitioſos, quibus illos inficit, & in ſuas partes adducit: quo ſenſu crediderim impios in Apocalypſi dictos accipere characterem beſtiæ. Quod autem ſerui Dei dicuntur ſignari in frontibus, alluſio eſt ad Exodi 12. verſu 7. vbi dicuntur domus fidelium ſignatæ ſanguine Agni in ſuperliminaribus; quæ non malè vocantur frontes domorum. S. Thom. Q. L X.

50. Quid in Apocal. frontium obſignatio ſit.

Porro in Apocalypſi quid illa frontium obſignatio fuerit, non eſt huius loci diſputare. Si tamen frontes propriè ſumantur, crediderim; ſermonem eſſe de Confirmationis ſigno, quod in fronte phyſicè fit: ſi vero frontes accipiantur myſticè; ſignum illud eſſe veram fidem, quæ eſt in intellectu, quaſi fronte, vbi oculi reſident: ac proinde obligationem illam non moralem duntaxat eſſe, ſed phyſicam. Nec difficiliora ſunt quæ de peccati abolitione, & hominum in libro amicitiæ Dei ſcriptione, & deletione in obiectione ſequuntur. Hæc enim omnia veram, ac phyſicam afferunt ſubiecti ſui mutationem: cum peccatum & in ſe ipſo fuerit aliquid phyſicum, & phyſicè inhæſerit, eſto duntaxat maneat moraliter; ac proinde quoad æſtimationem æquè ac ſi phyſice perſiſteret; & deleatur phyſica, & ſtricte impreſſa entitate, nimirum gratia habituali. Sic etiam iuſti dicuntur ſcribi in libro vitæ, & amicitiæ diuinæ: quia vita gratiæ, quæ diuina ſimul amicitia eſt, in ipſis phyſicè ſcribitur: & dicuntur deleri de eiuſmodi libro, quia vita ipſa, & amicitia, quæ eſt habitualis gratia, in eiſdem phyſicè deſtruitur, ac deletur.

Peccati abolitio, & hominum è libro vitæ deletio.

51. Rogabis, an Durandi ſententia cenſuram nunc mereatur, Bellarminus lib. 2. cap. 19. §. *Secunda propoſitio*, ſcribit ſe non inuenire in quo differat à ſententia Nouatorum, quam Eccleſia damnauit. Suarez Diſput. 11. num. Sect. 2. in principio pronunciat, non poſſe ab errore vindicari poſt definitionem Concilij Florentini, & Tridentini: nec tempore Durandi à temeritate propter verba Innocentij III. capite Maiores de Baptiſmo ſic loquentis. *Tunc ergo characterem ſacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit obſiſtentem.*

52. Negat Vazquez Diſput. 134. capite 2. dicens. Durandum leuiter, hoc eſt ſine idoneo fundamento notari: eiuſque ſententiam ſolum eſſe minus probabilem communi. Inſurgit Lugo Diſput 6. num. 18. quia ſi Durandi ſententia contra neutrum Conciliorum eſt, non eſt cur minus probabilis ſit; nam ſecluſâ Conciliorum autoritate non debent entia ſine neceſſitate multiplicari. Non tamen vrget: primò quia tametſi Concilia Durandi ſententiam non damnent, Doctores fere omnes eam reijciunt, & proindè conſtituunt minus probabile. Secundò quia licet Concilia reipſa illam condemnent, hoc tamen certum non eſt, ſed probabilius; idque ſufficit, vt Durandi ſenten-

tia minus, & communis magis probabilis exiſtat.

Exiſtimo tamẽ Durandi ſentẽtiã nullatenus eſſe probabilem. Quia cenſeo contrariam non ſolum in ſcriptura ſacra probabiliter contentam, & à Patribus, vt vidimus, aſſertã, ſed etiam à Conciliis definitam,& ipſam Durandi

53. Durandi de charactere ſentẽtia non eſt probabilis.

reprobatam. Primò, quia verba Conciliorum, dicentium characterem eſſe ſignum ſpirituale & in anima impreſſum, ac indelebile, planè ſonãt ens phyſicũ,& phyſicè inhærens homini: Secundo, quia Concilia illum characterem definiunt, quem Hæretici negant: Hi verò non negant externam denominationem irreuocabilem, ac proinde nec characterem inamiſſibilem in ea conſiſtentem; cum fateantur Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem eſſe initerabiles, ſolum negant characterem in anima phyſice exiſtentem: Ergo iſtum Concilia definiunt.

§. II.

Sitne Character qualitas.

Scotus in 4. diſt. 6. quæſtio. 10. docuiſſe creditur characterem eſſe relationem prædicamentalem: Quia dixit eſſe reſpectum extrinſecùs aduenientem: & Scotus cenſet,

54. Scoto quid ſit reſpectus extrinſecùs adueniens.

relationem prædicamentalem eſſe fundamento extrinſecam. Ego vero reſpectum extrinſecùs aduenientem non arbitror eſſe magno illi ac vere ſubtiliſſimo Doctori reſpectum ſubiecto extrinſecum, ſed reſpectum non ortum aut reſultantem ex natura, vel natiua virtute fundamenti, nec ab ipſa productum, ſed à virtute ipſi fundamento extrinſeca. Docuit enim vnionem hypoſtaticam eſſe reſpectum extrinſecus aduenientem, & à ſolo Deo factum: At vnio hypoſtatica neutri extremo eſt extrinſeca; & vtrique eſt extrinſecùs adueniens, quatenus neutri debetur, neutri ex naturæ neceſſitate contingit, & à neutro proxime producitur: cumque ſit reſpectus à Deo vere factus, vt Scotus apertè docet; ſequitur eſſe reſpectum abſolute intrinſecum, vt in Tomo de Incarnatione Diſput. 11. Sect. 3. pro Scoto diſſerebam: idemque illum de charactere ſenſiſſe ibidem attigi. Et ſane alioqui Scotus à Durando, quem nuper impugnauimus, & damnatum à Conciliis contendimus, nihil differret, vt per ſe quiſque perſpiciet.

55. Fateor, obſcurum eſſe, quodnam genus entis apud Scotum ſit character, cum ipſe neget eſſe qualitatem abſolutam. Sed fortaſſe duntaxat negat eſſe qualitatem abſolutam à reſpectu intrinſeco, & eſſentiali ſeu tranſcendentali ad rem illam, quam ſignificat; in quo plurimos habebit, hodieque habet Scotus ſectatores, vt illico referemus.

56. Aſſero primò, Characterem non eſſe rela-

Character non eſt relatio prædicamentalis.

tionem prædicamentalem. Quia character eſt quidpiam phyſicè homini inhærens, vt ſuperiore §. coſtitit: Sed relatio prædicamentalis non eſt aliquid ſubiecto phyſicè inhærẽs, quippe quæ reipſa non differt vel à fundamẽto, vel à termino, vel ſaltẽ ab vtroque ſimul: Ergo character non eſt prædicamentalis relatio. Secundò quia relatio prædicamentalis eſt purus reſpectus, nullam tribuens ſubiecto virtutem: Sed character non eſt purus reſpectus; dat enim virtutem & capacitatem ad recipienda ſacramenta; ius ad gratias auxiliares; poteſtatem conſecrandi, abſoluendi, ordinandi: Ergo non eſt relatio prædicamentalis. Si dixeris, non tribuere poteſtates iſtas phyſicè, ſed moraliter; hinc firmabo, non eſſe relationem prædicamentalem: nam hæc non inducitur in ordine ad effectum moraliter inducendũ. Tertiò relatio prædicamentalis omnino poſtulat exiſtentiam ſui termini actualem: Hanc non exigit character, v. gr. Baptiſmalis, dans capacitatem Confirmationis, & aliorum ſacramentorum nondum exiſtentium: Ergo &c.

Dices character cõſtituit in Baptiſmo Chriſti ſeruũ, in Confirmatione Chriſti militẽ, in 57.

Ordine Chriſti miniſtrum: Sed iſtæ ſunt relationes prædicamẽtales: Ergo & ij characteres. Reſpondet Lugus Diſp. 6. num. 26. *in rigore*, inquiens, *loquendo character non conſtituit ſeruum Chriſti, ſed ſignat*, ſicut enim in humanis ſtigma impreſſum ſeruo, non eum ſeruum conſtituit, ſed ſeruum eſſe ſignificat, ſic Auctore Lugo Character Baptiſmalis ſignat, & declarat, hominem eſſe Chriſti ſeruum, non eum ſeruum conſtituit. Sed contrà. Primò, quia non eſt hîc ſermo de ſeruitute ad Chriſtum quà Deum creatorem, ſed quà hominem redemptorem, & Eccleſiæ caput, & qui in hominem baptizatum habeat ſpeciale Dominium: Hoc non habet ante impreſſum characterem: ergo hic non ſupponit hominem Chriſti ſeruum, ſed in rigore conſtituit. Secundò quia ſi reſponſio iſta locum habere poſſet in charactere Baptiſmali; at non in ſacerdotali: per hunc enim homo formaliter conſtituitur Chriſti miniſter, nimirum potens conſecrare.

Etiam ſi cõſtituat Chriſti ſeruum &c.

Igitur argumenti minore conceſſa vel permiſſa, diſtinguo maiorem. Characteres 58.

illi conſtituunt Chriſti ſeruum, militem, & miniſtrum materialiter, & comitanter, concedo: conſtituunt formaliter, nego. Declaro diſtinctionẽ. Character Baptiſmalis formaliter ſignificat Baptiſmum ab hoc homine fuiſſe valide ſuſceptum, & ex Chriſti inſtitutione eum reddit capacem recipiendi valide cætera: & quoniam hæc ſacramenta ſunt à Chriſto inſtituta; materialiter, & comitanter eo charactere cõſtituitur homo Chriſti ſeruus: formaliter vero per relationem prædicamẽtalem, aut quaſi prædicamẽtalem, nempe moralem, ex charactere Baptiſmali reſultantem.

Character comitanter conſtituit Chriſtianũ & militem, & miniſtrũ.

Per characterem Confirmationis ſignificatur, eam ab hoc ſubiecto valide receptam: & confertur ius ad gratias ſpeciali- 59.

ter auxiliantes contra tentationes fidei: & quoniam hæc auxilia per Chriſtum dantur, & hæc fides eſt Chriſtiana, propterea character dicitur cõſtituere Chriſti militẽ, cum non conſtituat niſi vt fundamentũ relationis prædicamẽtalis, ſaltẽ moralis, ex ipſo reſultãtis. Demũ character Ordinis formaliter ſignificat hunc ab hoc ſubiecto valide receptum fuiſſe: & ex Chriſti inſtitutione dat poteſtatem, v. gr. conſecrandi: & quoniam hæc à Chriſto datur, vt Eccleſiæ principe, ideo dicitur conſtituere

Quid ſignificet quilibet ſacramentalium characterum.

tuere

Digitized by Google

tuere character Chriſti miniſtrum, quem, vtpote relatiuum, non conſtituit formaliter niſi relatio prædicamentalis moralis, poſt characterem adueniens.

60. *Character eſt qualitas.* Aſſero ſecundò, Characterem eſſe qualitatem. Eſt communiſſima ſententia, nec fere poteſt aliter probari, quam excluſione aliorum prædicamentorum. Quia ſcilicet character non eſt ſubſtantia, quantitas, relatio, actio, paſſio, vbi, quando, ſitus, aut habitus: Ergo cum ſit ens phyſicum, vt iam oſtendimus, eſt qualitas. Confirmari poteſt, quia quælibet earum definitionum qualitatis, quæ circumferuntur characteri conuenit, vt patebit ſingulas percurrenti.

61. Eæ vero ſunt, quæ ſequuntur. *Accidens abſolutum, intrinſecum, conſequens formam*: Talis enim eſt character animæ inhærens. *Accidens perficiens ſubſtantiam in eſſendo vel in operando*: maxime namque perficit character ſubſtantiam, & perfectione ſupernaturali. *Accidens abſolutum à quantitate diſtinctum*: Eiuſmodi enim eſſe characterem, nemo non videat. *Accidens phyſicum entitatiuum*: quam definitionem nos adhibuimus ex ſuppoſitione quod quantitas à re quanta phyſice non differat: vel ſi differat, iſtam, *Accidens entitatiuum per ſe intentum*. Alij verò, *Accidens per ſe penetrabile.*

62. *Sitne character intenſus.* Obiicies, characterem non eſſe intenſum: proinde iuxta penultimam definitionem, quam adhibuimus, characterem qualitatem non eſſe. Reſpondebam in prædicamento qualitatis, characterem in ſua phyſica entitate, habere gradus intentionis: non tamen dari vni intenſiorem quam alteri: ideo nullum eſſe magis ſacerdotem, aut Chriſti militem, aut de Chriſti grege, quam alterum. Adiiciebam, etiamſi character quoad phyſicam entitatem vni daretur intenſior, quam alteri, non ideo fore vnum magis ſacerdotem, aut confirmatum, aut baptizatum, quam alterum. Quia licet character quoad phyſicam entitatem eſſet inæqualis, in ratione tamen formali characteris eſſet æqualis: nempe ſignificans ſacramentum iſtud valide ſuſceptum ab hoc homine, & huic tribuens poteſtatem conſecrandi &c. quæ res in indiuiſibili conſiſtunt. Sic accideret ſi equites ex. gr. ſancti Ioannis conſtituerentur cruce albâ, de manu Magni Magiſtri ſuſceptâ: nam qui magis albam ſuſciperet, non ideo magis eques conſtitueretur.

63. *Non datur cum impari intentione.* Dices expedire, vt character quoad phyſicam entitatem cum hac inæqualitate detur: ſicut cenſentur inæqualiter gratiæ, & virtutes infuſæ. Reſpondeo, non id aſſerendum. Nam inprimis eſt contra omnes Doctores. Deinde conſequenter dicendum eſſet, vel quoties augetur gratia characterem augeri, & intendi: vel hominem qui in Baptiſmo characterem accepit remiſſiſſimum, & poſtea ſanctiſſimè vixit, & gratiam ſummopere auxit, characterem habere imperfectiorem, quam illum, qui in Baptiſmo ſummam accepit gratiam, & poſtea amiſit, nec inquam recuperauit. Atque hæc dixerim pro definitione illa Qualitatis accidens entitatiuum per ſe intentum, permiſſa diſtinctione quantitatis à re quanta, de quo alibi fuſiùs.

§. III.

In qua ſpecie ſit propriè characteris qualitas.

64. PRoprie inquam, & cum eo rigore, quo Metaphyſici ſingulas qualitates eo prædicamento contentas, ſub vna è quatuor ſpeciebus binomiis conſtituunt, nempe Habitu & Diſpoſitione; Potentia, & Impotentia; Patibili qualitate, & Paſſione; Formâ, & Figurâ. Diſſero etiam de characteris qualitate, nempe ſecundum entitatem phyſicam attentâ: nam ſi quid habeat adiunctum, cum eo conſtituet vnum per accidens, & in nulla illarum ſpecierũ erit.

65. *In nulla ſpecie qualitatis characterem eſſe qui doceant.* In nulla ipſorum conſtitui characterem, docuiſſe videtur S. Thomas dicens, reduci ad vnã earum, vt num... referam Conſequenter id aſſererent Recentiores Thomiſtæ, qui docent, phyſicam prædeterminationem ſpectare ad nouam qualitatis ſpeciem, licet impropriè ad aliquam illarum quatuor reducatur. Sed non eſt, cur nouum aſſeramus ens; ne vel hinc arripiant Nouatores, ad aſſerendum characterem eſſe merum figmentum.

66. *In omnibus & ſingulis quinam eum propriè conſtituant.* In omnibus quatuor ſpeciebus, ſecundùm varias rationes characterem collocant alij: Malè tamen; Tum quia nec omnes illæ ſpecies sũt propriæ qualitates, vt infra videbimus: Tum etiam, quia nec in charactere ſunt rationes omnes, per quas illæ, quæ ſunt veræ qualitates conſtituuntur: & licet eſſent, vna eſſet prima, & eſſentialis, ac cæterarum radix; aliæ verò proprietates: quare ſub illa tantùm ſpecie eſſet character, ſub qua eſſet eiuſmodi radix, & eſſentia.

67. *Quinam in Prima.* In prima ſpecie characterem ſtatuit Alenſis, & alij, conſentitque Suarez, Vaſquez, & Bellarminus. Sed cùm ij DD. ſentiant, characterem non ſignificare naturaliter, ſed ad placitum diuinum, profectò non explicant, quid illa qualitas in ſe ipſa ſit, vel quænam eius eſſentia, vel primarium munus, ſiquidem ad ſignificandum ex inſtituto quælibet qualitas, ſiue operatiua, ſiue non operatiua poteſt aſſumi. Vnde igitur eliciunt, aſſumptam eſſe qualitatem huius potius, quam alterius rationis? Secundò, & à priori, quia Habitus, & diſpoſitio nihil aliud ſunt, quàm facilitas intenſa, & digna nomine Habitus; & facilitas remiſſa, & eo nomine indigna: Character verò nullatenus eſt facilitas: Ergo nullatenus ponendus ſub Habitu, & diſpoſitione, ſeu ſub prima ſpecie qualitatis.

68. *In Tertia quinam.* In tertia ſpecie ſtatuunt Characterem plerique Recentiores. Quia ſpecies illa complectitur omnem qualitatem non phyſice actiuam. Contra, vel agunt de charactere, vt charactere: vel vt eſt quædam qualitas à Deo libere aſſumpta ad ſignificandum ex inſtituto, ac proinde vt eſt qualitas, eo inſtituto ſecluſo. Hoc poſteriori modo non eſt qualitas illa character: Illo priori non eſt character qualitas, ſed aggregatum qualitatis, & inſtitutionis. Dicent ſe agere de qualitate illa ſecundum ſolam phyſicam entitatem. Verùm ſi hæc ex inſtituto ſignat, vnde conſtat ex ſe non eſſe actiuam? Quòd ſi actiua eſt, ad tertiam ſpeciem non attinet.

69. *In Quarta nonnulli Recent.* In quarta illum conſtituunt multi, quos ſequitur Salas tom. 1. in 1. 2. Tractat. 2. diſp. 8. ſect. 3. n. 57. Contra verò, quia quarta ſpecies

Digitized by Google

Forma, & Figura, nō eſt propriè qualitas: Forma enim eſt pulchritudo corporea, quæ eſt ens per accidens: Figura eſt terminus extenſionis corporeæ: qui eſt aggregatum negationum vlterioris extenſionis: Character verò nihil eiuſmodi eſt.

70. *In ſecunda eſſe cenſent multi, & verè: ſed quid efficiat?* Supereſt dumtaxat ſecunda qualitatum ſpecies, in quâ reſidere characterē indicat S. Thomas q. 63. at. 2. tuētur communiter Thomiſtæ, & Recentiorum nonnulli, cùm exiſtiment characterem eſſe qualitatem, & iſtam definiūt; Accidens operatiuum. Hæc ſententia, quatenus characterem in ſecundâ ſpecie collocat, & ait eſſe potentiam productricem, mihi præ cæteris arridet; ſi tamen inueniamus phyſicum effectum, quem characteris qualitas cum fundamento dici poſſit per ſe, & ex proprio, ac primario munere producere.

71. *Quibuſdam videtur gratiam habitualem, ſed falſo.* Dicunt Recentiores, ita producere gratiam habitualem. Sed dicunt liberè, cum hæc efficientia ſuperflua ſit tùm ipſi gratiæ, tum characteris muneri, & fini, qui eſt conſignare. Deinde character non ſemper gratiam producit: Ergo non eſt phyſica producendi vis. Dices, impediri tunc defectu diſpoſitionis. Contra, hæc diſpoſitio eſt moralis: effectio verò phyſica non impeditur defectu diſpoſitionis moralis, ſed phyſicæ. Confirmo, quia in infantibus ſine vllâ diſpoſitione producitur gratia; & in adultis cum diſpoſitione: Vel ergo character vtramque producit, vel non. Si non, quomodo eſt phyſica vis gratiam producendi? ſi vtramque producit, quomodo eſt vis phyſica, ſi pendet à diſpoſitione morali in vno ſubjecto & non in aliò.

72. *Aliis gratias auxiliares; ſed malè.* Alij dicent, producere gratias auxiliantes. Sed hoc æquè eſt impertinens ad conſignandum, & poteſtatem dandam, qui eſt finis characteris. Gratiæ item auxiliantes ſunt actus vitales: hi verò non producuntur phyſicè, niſi à potentiâ vitali, habitu, & ſpecie. Demum auxiliares gratiæ producūtur ſecūdùm varias occaſiones, & opportunitates morales, & extrinſecas, tum characteri, tum eius ſubiecto: potentia verò phyſica non pendet ab eiuſmodi conditionibus in operatione ſuâ: Non ergo producit character phyſicè gratias auxiliares.

73. *Efficit notitiam ſui ſacramenti ritè ſuſcepti.* Tandem dicetur producere phyſicè cognitionem rei ſignificatæ: & per ſe primò ac eſſentialiter ad iſtud ordinari. Quam reſponſionem ſolidam arbitror; nunc tamen hanc reſponſionem ita impugno. Notitia iſta eſt intrinſecè ſupernaturalis: Vel ergo character eam cauſat in quolibet intellectu ſufficienter approximato, vel non. Si negetur, non eſt potentia phyſicè productrix illius notitiæ. Si affirmetur, ergo iſtā notitiam producet in Dæmonibus, vtpote ſufficienter approximatis: & in viatoribus ipſum characterem habentibus: quorum prius abſurdum; poſterius contra experientiam & ſanam doctrinam eſt: nam alioqui ritè baptizatus clarè noſſet, ſe ritè baptizatum eſſe & ſi dicas, in ſubiecto requiri ſtatum viatoris; iſtud eſt ex merâ Dei voluntate; & arguit potentiā non eſſe phyſicam. Adde, ſignum inſtrumentale, quale cenſetur ab his autoribus character, plerumque ſignificare ex inſtituto, nec facilè poſſe inueniri, quomodo character ſignificet naturaliter, vt fumus, aut veſtigium, prout §.... examinabitur.

Hanc impugnationem facilè dilues ſi dixeris, qualitatem characteris non eſſe aliud, quàm ſpeciem intrinſecè ſupernaturalem ſui ſacramenti, verbi gratia, Baptiſmi ab hoc ſubiecto valide recepti. Sicut enim aliæ ſupernaturales ſpecies non excitantur, aut excitant ad cauſandum ſui ipſarum, vel ſuorum obiectorum notitiam; niſi ad nutum diuinum, & tamen ſunt ſigna ex naturâ ſuâ; ita ſe habere ſpeciem iſtam, ſi in eâ character conſtituatur. Vtrum autem in ea conſtitui debeat, aut qua ratione poſſit, in §. 5. declarabitur. 74. *Nempe tā quam ſpeci impreſſa.*

§. IV.

Cuius rei ſignum, & quæ dignitas ſit character.

AD prius punctum attinet illud quod S. Thomas q. 63. art. 3. diſputat, *Vtrum character ſacramentalis ſit ſignum Chriſti*: Reſpondet affirmando, quia Chriſtus eſt ſupremus ſacerdos, & character Sacramentalis eſt quædam ſacerdotij Chriſti participatio, & cum ipſo Chriſto configuratio. Sed obiici poteſt primò, quia Baptiſmi, & Confirmationis Character non conſtituit ſacerdotem; proinde non eſt ſacerdotii Chriſti participatio; nec hominem cum Chriſto, & cum ſacerdote configurat. Secundò, eſto character id habeat, aſſignari debet, cuius rei ſignum ſit: non ſolius Chriſti; nam hic eſt vnius rationis, & characteres ſunt plures, & ſpecie diuerſi. 75. *Character non eſt ſignū Chriſti & participatio ſacerdotii ipſius.*

P. Ioannes de Lugo diſp. 6. num. 4. docet charactere ſignificari Chriſtum, tanquam eum, cuius homo deſignatur Domeſticus per Baptiſmum, Miles per confirmationem, Miniſter per ordinem. Significari etiam munus ipſum, verbi gratia, ſeruitutem, militiam, & miniſterium: item gratias Auxiliantes ſuo ſacramento ſingulariter debitas: & charactere Baptiſmali ſignificari cætera ſacramenta, quibus vtpote recipiendis reddit hominem habilem. 76.

Cōtra primò, quia ſine fundamēto requiritur, vt iſtorū omnium ſignū ſit character. Secūdò, quia cùm ab hoc autore dicatur ſignificare naturaliter, ſicut gemitus dolorem; non facile concipitur entitas ſpiritualis, & minimè vitalis, tam multas res naturaliter ſignificare. Tertiò, demus illas omnes ſignificare, quærimus quamnā illarū primò, & immediatè ſignificet, Quartò, ſi character baptiſmalis ſignificat cætera ſex ſacramēta, tamquā illa, ad quæ reddit habile ſubiectū: rogo, an id ſignificet in fœminis. Si enim affirmes, Ergo hæ iure diuino ſūt habiles ad ſacerdotiū: ſi neges Ergo baptiſmales characteres fœminarum, & virorum, ſpecie differunt. 77. *Neque vt eius, cuius homo eſt Domeſticus, Miles & Miniſter.*

Communiter dicuntur character Baptiſmi, Cōfirmationis, & Ordinis, eſſe ſignum muneris: primus quidē poteſtatis recipiendi cætera ſacramenta: Secundus verò dignitatis militis Chriſtiani: Tertius autē poteſtatis, v. gr. cōſecrādi, abſoluēdi &c. Sed eſt difficultas, & minimè leuis; quia baptiſmalis ipſe character dicitur per ſe ipſū, & in genere cauſæ formalis reddere hominē ad cætera ſacramenta idoneū: character Cōfirmationis reddere ſe ipſo, & formaliter Chriſti militem: Character ſacerdotalis reddere ſe ipſo hominem formaliter ſacerdotem 78. *Non eſt ſignū muneris.*

Digitized by Google

dotem; ac proinde ſacramentalis ipſe character eſſe munus, dignitas, & poteſtas: Atqui non ſe ipſum ſignificat. Ergo non eſt ſignum muneris, dignitatis, & poteſtatis, quæ in ſuo ſacramento tribuuntur. Adde, quòd ſi Baptiſmalis character ſignificet naturaliter, non poteſt in fœminis eſſe eiuſdem ſpeciei, ac in viris; alioquin illæ capaces erunt ſacerdotij iure diuino, vt n.77. dicebam.

79. Nec eſt ſignũ diſtinctiuũ.

Dici etiam ſolet character eſſe ſignum diſtinctiuum vnius hominis ab aliis; nimirum Chriſtiani à non Chriſtiano, militis Chriſti à non milite, ſacerdotis à non ſacerdote. Sed occurrit difficultas: quia diſtinctiuum identificari debet cum conſtitutiuo: Ergo ſi character diſtinctiuus eſt, ex.c. Chriſtiani à non Chriſtiano, erit conſtitutiuus Chriſtiani: Ergo non ſignificabit Chriſtianum vt ſic. Similiter ſi character Confirmationis conſtitutiuus eſt militis Chriſtiani; Ergo non ſignificabit militem Chriſtianum vt ſic. Denique ſi ſacerdotalis character ſacerdotem conſtituit; non ergo ſignificat ſacerdotem vt ſic. Conſequentiæ iſtæ probantur, quia character non ſignificat ſe ipſum: præſertim verò ſi ſignificat naturaliter, & obiectiuè, ſicut gemitus animalium, & veſtigium: nam neque gemitus, nec veſtigium ſe ipſum ſignificat; nec intelligi facile poteſt res aliqua eſſentialiter ſe ipſam ſignificare, quia nequit facile intelligi ſe ipſam ſpecificare.

80. Nec eſt ſignum poteſtatis.

Dices cum Vaſquez diſp. 134. num. 94. & Lugo diſp.6.num.46. characterem non eſſe poteſtatem ipſam, vel dignitatem, ſed ſignum ipſius. Contrà, quia ſi character ſacerdotalis non eſt ipſa poteſtas abſoluendi; Ergo hæc poteſtas in alio conſiſtit: In quo ergo? Non in aliquo characterem ſubſequente, nam poſito charactere ſacerdotali, poſitam eſſe conſecrandi poteſtatem, adeo certum eſt, vt in dubium verti non poſſit. Non in aliquo characterem comitante; nam iſtud chimæricè fingeretur. Non in aliquo præcedente: nam ſi hoc eſſet, priùs ſaltem naturâ, quam imprimeretur character ſacerdotalis, ac proinde independenter ab illo, eſſet homo ſacerdos, & conſecrare poſſet.

81. Occurres ex Lugo, prius natura, quam imprimatur character, hominem eſſe ſacerdotem extrinſecè, non intrinſecè: & characterem eſſe quaſi bullam Pontificiam, vel authenticam ſcripturam, qua beneficium conceſſum ſignificatur, & denuo confirmatur. Sed contrà, quia dicere hominem antequam recipiat characterem, eſſe ſacerdotem extrinſecè, & non intrinſecè, perinde eſt, ac dicere, Genitorem antequam recipiat modum relationis phyſicum eſſe Patrem fundamentaliter, non formaliter; & definitionem prius quam recipiat relationem realem, aut rationis, eſſe directam fundamentaliter, non formaliter; & alia id genus, quæ in Thomiſtis ſolemus improbare. Deinde, vel priùs natura, quam recipiat homo characterem, intelligitur potens conſecrare validè, vel non: ſi non, profectò extrinſecè non intelligitur ſacerdos: ſi pro illo ſigno potens conſecrare intelligitur, hoc eſt quod pro maximo abſurdo ducimus: eſtque plane contra omnium Doctorum ſenſum: Eſſet etiam ſuperuacaneus character: quod enim aiunt, eſſe quaſi bullam, aut ſcripturam, qua poteſtas vt data ſignificatur, & denuò datur: hoc inquam, nullius momenti eſt: Nam apud homines bulla, & ſcriptura authentica non ſupponit datam poteſtatem ita, vt actiones independenter ab ſcriptura validæ ſint. Adde, quod bulla (idemque eſt de ſcriptura) & eſt ſignum vnius rei, & eſt poteſtas alterius, vt ſtatim aperiam & ſimile quidpiam characteri competere confirmabo.

S. Thom. Q. LX.

82. Sed ſacramenti ab hoc ſubiecto validè ſuſcepti.

Pronuncio; Characterem proximè & immediatè, & eſſentialiter, ac formaliter eſſe ſignum illius ſacramenti, per quod imprimitur, nempe characterem Baptiſmalem eſſe hoc modo ſignum Baptiſmi, alterum ſacramenti Confirmationis, & tertium ſacramenti Ordinis non vtcumque, ſed legitimè facti, atque ſuſcepti. Itaque Baptiſmalis character qui eſt in Petro, ſignificat ſacramentum Baptiſmi validum à Petro ſuſceptum: & Confirmationis in Paulo exiſtens, ſignificat ſacramentum Confirmationis à Paulo verum, validumque fuiſſe ſuſceptum: & character ſacerdotalis, qui in Antonio eſt, ſignificat Antonio collatum eſſe verum, & validum ſacerdotij ſacramentum. Moueor, quia ſic explicatur eſſentia characteris, & ſine difficultate, & conſonantiſſimè ad ipſius munus: Cætera verò, quæ dici ſolent, ſi ſuperflua ſunt, ſic amputantur; ſi non ſuperflua, ſic inducuntur; quæ omnia breuiter iam oſtendo.

83. Inprimis character totaliter diſtinguitur à ſacramento, per quod imprimitur; proinde ſine vlla difficultate reflexionis in ſe ipſum, vel neceſſitate ſignificandi ſe ipſum, poteſt eſſe illius ſacramenti ſignum. Poteſt etiam eſſe ſignum illius vt validè recepti: nam etiam à toto illo, & validè recepto realiter, & totaliter diſtinguitur. Poteſt item ſignum eſſe illius ſacramenti, vt validè recepti, vel à ſubiecto ſuo generatim loquendo, vel determinatè à Petro: quia in primo euentu ſolùm eſt ſignificatio quædam vaga, quæ ſatis determinatur per hoc numero ſubiectum, in quo hic numero character eſt: & in altero euentu ſolum ſequitur, characterem Petri habere quandam differentiam indiuidualem, qua reſpiciat Petrum; in quo nulla eſt, vel vmbra difficultatis.

84. Eſſe id congruentiſſimum ipſi characteris muneri, patet: quia character eſt quaſi bulla Pontificis conferentis beneficium, vel authentica ſcriptura vendentis domum: Atqui bulla Pontificia proximè, & immediatè & eſſentialiter ſignificat, fuiſſe in ſummo Pontifice verum, ac deliberatum, & legitimum actum conceſſionis: & ſcriptura illa authentica, verum, ac legitimum fuiſſe actum venditionis, & emptionis: Ergo formaliter character Baptiſmalis, fuiſſe Petro collatum verum, ac legitimum Baptiſmatis ſacramentum.

85. Duplex tamen datur authentica ſcriptura, vna, qua donator verbi gratia dicit, *Concedo Petro hanc domum*, altera, qua dicit, *Notum facio, me dediſſe Petro hanc domum*: prior ſcriptura inuoluit, vt formam, & quaſi animam, ipſam conceſſionem. Character autem, non eſt ſimilis priori ſcripturæ; quoniam alioqui, tanquam formam inuolueret ipſum Baptiſmum: ſed aſſimilatur poſteriori ſcripturæ; nam ſicut illa eſt ſignum Beneficij conceſſi, ita character Baptiſmatis validè recepti.

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

86. Perinde ac ſignum publici ſcribæ.

Eſt itaque character ſignum ſui ſacramenti validè facti, atque ſuſcepti: ad eum modum, quo, ſymbolum, ſeu ſigillum, quo ſcripturam publicam Notarius obſignat, ſignificat, inſtrumentum illud à legitimo miniſtro fuiſſe conſcriptum. Et quidem ſignum illud vocari poteſt & ſignum inſtrumenti, & inſtrumentum ſigni, ſicut character vocatus eſt res ſacramenti, & ſacramentum. Aliter dici poteſt Baptiſmus v. gr. characterem, vt ſui ſignum imprimere, & ſignum ſui ipſius impreſſum relinquens; nempe ſicut animal relinquit ſui veſtigium: vel meliùs ſicut actus intellectus, vel voluntatis relinquit habitum.

87. Porrò cum legitimum ſacramentum intrinſecè reſpiciat Chriſtum, vt iuſtitutorem, & principaliter agentem, neceſſariò fit, vt character ſignificans ſacramentum, ſignificet Chriſtum: ſicut publicum inſtrumentum continens præbendam à ſummo Pontifice fuiſſe conceſſam, eſſentialem dicit ordinem ad Pontificem, eumque repræſentat. Quod verò baptiſmalis character ſignificet gratias ſacramentales, Baptiſmo ſpecialiter debitas, & ſignificet alia ſacramenta, ad quæ ſubiectum reddit idoneum, res dubia eſt, & minimè neceſſaria. Ad ſummum concedi poſſet, eas res ſignificare virtualiter, vt connexas cum ſacramento: cuius propriè ſignum character eſt. Vnde ſicut Baptiſmus viri non differt eſſentialiter à Baptiſmo fœminæ, ita nec Baptiſmalis character vnius, differt eſſentialiter à Baptiſmali charactere alterius: Quia character formaliter non ſignificat eſſe capacem Ordinis, ſed eſſe capacem ſacramentorum, quæ Chriſtus pro ipſius ſubiecto inſtituit.

88. Character quæ ſit dignitas, & poteſtas.

Alterum quæſtionis punctum, quæ dignitas vel poteſtas ſit ſacramentalis character, obiter iam expediuimus. Nam à num. 78. ad 82. cum communi ſententia probauimus, characterem non eſſe ſignum dignitatis, vel poteſtatis, ſed ipſam dignitatem, aut poteſtatem. Addidimus, characterem baptiſmalem eſſe ipſam dignitatem Chriſtiani conſtitutiuam, qua continetur, & eſſe intra Chriſti Eccleſiam, & conſequenter habere capacitatem ad alia ſacramenta. Characterem verò Confirmationis eſſe ipſam dignitatem Chriſtiani militis: quæ propriè reſpondet notis ſenſibilibus, quas olim ſæculares milites in corpore accipiebant, & per ipſas conſtituebantur. Demum Ordinis characterem eſſe dignitatem ipſam v. gr. ſacerdotalem, & poteſtaſtatem conſecrandi, vt inferius in tractationibus iſtorum ſacramentorum exponemus.

§. V.

Eſt character ſignum naturale.

89. Character eſt ſignum naturale.

PErſpicuè tenent hanc ſententiam inter Recentiores P. Ioannes de Salas 1.2. tom. 1. tract. 2. diſp. 8. ſect. 3. num. 6. & Pater Ioannes de Lugo in præſenti diſp. 6. num. 40. Sed explorandæ illorum probationes. Probat Salas primò, ex nomine *character*. quod ſignificat notam, ſignaculum, & ſigillum. Sed contrà, quia pecus, & miles, & ſeruus, characterem geſtant ex inſtituto ſignificantem: & tamen characterem propriè dictum: nam iſtud nomen primò, & per ſe impoſitum eſt ad ſignum ex inſtituto ſignificandum: Vnde gemitus, lacrymæ, & ſuſpiria, & alia id genus ſigna, characteris nomine non appellamus. Sec undò probat quia per characterem ſacramentalem configuramur Chriſto: Vnde Hieronymus, & Auguſtinus (antequā docuiſſet ſanctus Thomas hic art. 3.) characterem ſacramentalem appellant characterem conditoris, & characterem Chriſti: Sed Chriſtus non habuit characterem accidentalem, ſeu ſacramentalem: Ergo per iſtum non ideo configuramur Chriſto, quòd habeamus qualitatem Chriſti characteri ſimilem, ſed Chriſti ex natura ſua ſignificatiuam.

Contra quia per characterem nos Chriſto 90. configurari vel liberè dicitur, vel fieri poteſt per ſignum ex inſtituto. Etenim ſi Patres illum appellant Chriſti, & conditoris characterem; etiam ſignum, & character, ſeu nota, quam ſeruus in fronte, & pecus in dorſo gerit, character eſt domini: Vel ergo ſeruus, & pecus per characterem configurantur hero, ſeu domino ſuo, vel non: ſi non configurantur, vnde dicimus nos per characterem configurari Chriſto? Si pecus, & ſeruus domino configurantur per characteres illos adeo diſſimiles, & ex inſtituto ſignificantes, cur non etiam nos Chriſto per characterem ex inſtituto ſignificantem? Tertiò probat, quia non repugnat eiuſmodi ſignum: quam rationem cenſemus efficacem, ſi tamen ipſam euibramus, ac roboremus.

P. Lugo probat primò, quia ſi characte- 91. Lugi probationes reiectæ. ris qualitas ex ſola Dei inſtitutione ſignum eſſet, aliam haberet, quam ſigni eſſentiam, & munus: Ergo per illud ſignificandi munus, vt pote ipſi accidentarium non exactè declararetur eius eſſentia: quin etiam ad illud munus ſignificandi potuiſſet qualibet alia qualitas aſſumi. Reſpondebitur tamen facile concedendo totum; quod infertur: quia nec Doctores intendunt explicare qualitatem illam ſecundum eſſentiam phyſicam, ſed moralem, & ſacramentalem, ſeu ſignificatiuam: nec inficiamur, potuiſſe quamlibet aliam qualitatem ad iſtud ſignificandi munus aſſumi.

Probat ſecundò, quia ſi qualitas iſta ex ſe 92. non ſignificat, ſine fundamento diceretur eſſe ſupernaturalis: cum rem ſupernaturalem qualitas naturalis poſſit ex inſtituto ſignare. Reſpondebitur oportuiſſe aſſumi qualitatem ſupernaturalem; Tum vt totus ſacramenti effectus eſſet eiuſdem ordinis: Tū vt non deberetur eius qualitatis notitia malis Angelis, aut animabus damnatis: nam inde colligerent; hunc eſſe reipſa ſacerdotem, & proinde fuiſſe in Epiſcopo veram intentionem.

Probat tertiò, quia non repugnat dari qua- 93. litatem, quæ natura ſua ſignificet rem illam, quam ſacramentalis character: ſic autem intelligetur optimè formalis effectus characteris. Hæc ratio, vt iam inſinuaui, recta eſt, ſed viribus augenda.

Mihi ſic videtur aſſertio probanda. Qualitas 94. Vnica eſt Quia ſi poſſibile, aſſeri debet. ex natura ſua ſignificans obiectum à ſacramentorū characteribus ſignificari ſolitum ſi poſſibilis eſt, actu, & reipſa reperitur: Atqui poſſibilis eſt: Ergo actu, & re ipſa. Conſequentia clariſſima eſt. Maior qui poſſit negari non video. Nam eiuſmodi qualitate rem illam ſignificari,

eſt

Digitized by Google

eſt connaturalius, atque adeo perfectius, vt per ſe conſtat. Nec recuſari poteſt huiuſmodi qualitas, eo quod ſit ordinis ſupernaturalis; nam etiam gratia, cuius eſt comes, & ſacramentum, cuius eſt ſignum, eſt quoad formam intrinſecè ſupernaturale: Vnde potius ob has cauſas debet illa qualitas, ſi poſſibilis eſt, actu imprimi. Nam ob eaſdem, aut ſimillimas rationes, vniuerſa Theologia iam diu concedit, infundi nobis habitus intrinſecè ſupernaturales, nempe vt actus illius ordinis connaturaliter eliciamus. Et ſanè nimis præpoſterè diceremus, poſſibilem eſſe qualitatem ſupernaturalem, quæ ex natura ſua ſignificet rem illam, quam character ſacramentalis; & tamen nunc eam rem ſignificari per qualitatem ſupernaturalem, ex diuino dumtaxat inſtituto: Atqui DD. omnes concedunt, rem illam ſignificari per qualitatem intrinſecè ſupernaturalem, eamque eſſe characterem: Ergo ſi poſſibilis eſt qualitas, quæ natura ſua rem illam ſignificet, actu & re ipſa reperitur, vt Maior propoſitio contendebat.

95. *Eſſe autem poſſibile.*

Iam verò, qualitatem iſtam eſſe poſſibilem, vt habebat propoſitio Minor, non aliter probandum, quam ſolutione rationis num... propoſitæ. Dico ergo qualitatem iſtam eſſe ſignum inſtrumentale, ſiue cognitum, & obiectiuum, nempe tale, vt in ſe cognitum, ducat ex natura ſua in cognitionem rei ſignificatæ, licet quoad ſubſtantiam ſupernaturalis. Tale vero ſignum non repugnare, probat Ioannes de Lugo, quoniam in ordine naturali ſuſpiriâ, gemitus, & lacrymæ, ex natura ſua ſunt ſigna inſtrumentalia, ſiue obiectiua interni doloris: ſicut etiam riſus, & vultûs hilaritas, ex ſe eſt ſignum obiectiuum internæ voluptatis. Ergo in ordine ſupernaturali non repugnat qualitas, quæ ex naturâ ſuâ ſit ſignum obiectiuum rei, quam ſacramentalis character ſignificat.

96 *Lugi exempla non probant.*

Hæc tamen exempla non videntur vrgere. Nam in primis, nec ſuſpirium doloris, nec riſus voluptatis, videntur eſſe ſignum prorſus naturale: Tum quia quod tale eſt reſpectu alicuius rei, nequit eius carentiam ſignificare: quare fumus, quia ſignum eſt ignis prorſus naturale, nequit aſſumi ad ſignificandam carentiam ignis: At gemitus aſſumi poteſt ad ſignificandam carentiam doloris, & riſus ad ſignificandam carentiam voluptatis. Tum etiam quia fumus ex gr. qui dicitur ſignum eſſe ignis naturaliſſimum fortaſſe nec naturaliter ignem ſignificat ſe ſolo, & quaſi virtute ſua naturali, ſed medio experimento. Nam ſi quis vel nunquam vidiſſet ignem, vel certè nunquam vidiſſet fumigantem, ſed omnino purum: nec ab aliquo didiciſſet, fumum eſſe ſolius ignis effectum, ſane viſo fumo non ſtatim veniret in notitiam ignis. Si tamen admittam, & fumum ignis, & gemitum doloris, & riſum voluptatis eſſe naturale ſignum, adeſt eius rei non difficillima ratio: nempe quòd iſtorum quodlibet phyſicè, vel quaſi phyſicè manat à ſuo ſignificato; fumus ſcilicet phyſicè ab igne, riſus quaſi phyſicè à voluptate, gemitus, & fletus à dolore.

97. Quare ſicut fumus ex natura ſua terminat, & inuoluit actionem phyſicam ignis; ita mirum non eſt, vel ſaltem intellectu difficillimum, quòd ſit eiuſdem ignis naturale ſignum. Similiter ſicut fletus cum dolore, riſuſque cum voluptate talem habet ſympathiam, vt ab illis connaturaliſſimè fluant; ita poſſunt non difficillimè intelligi habere cum illis talem relationem, vt eos affectus naturaliter manifeſtent. S. Thom. Q. LX.

At qualitas ſpiritualis, quæ nec ſit ſpecies impreſſa, nec expreſſa, nec habitus, nec phyſicum principium, aut cauſa, nec effectus conſecrationis, non apparet quî poſſit illius poteſtatis eſſe ſignum naturale. Non enim tale eſt per ſimilitudinem formalem in natura, vel eſſentiâ, ſicut Antonius filius Sebaſtiani patris: nec per ſimilitudinem virtualem, nimirum per radicalem efficientiam actiuam, vt cauſa; nec per paſſiuam, vt effectus. Quî ergo? Ego ſanè, vt ingenuè fatear, non aſſequor.

98. *Claret, ſi dicatur eſſe ſpecies impreſſa.*

In his anguſtiis occurrebat animo, qualitatem characteris phyſicam, fortaſſe non eſſe aliud, quam ſpeciem impreſſam eius ſacramenti à quo imprimitur, quatenus ab hoc ſubiecto validè ſuſcepti: nempe eſſe ſpeciem impreſſam ex natura ſua productiuam intellectionis intrinſecè ſupernaturalis, qua ſacramentum iſtud repræſentetur, vt ab hoc ſubiecto validè receptum. Mittit me in iſtam cogitationem, partim cæterarum probationum; & opinionum obſcuritas, difficultas, impoſſibilitas, quas hactenus oſtendi, partim iſtius cogitati nota poſſibilitas, ingens facilitas, & eximia claritas; & aliæ non leues opportunitates omni incommodo carentes quas omnes nunc breuiter exponam, & ante oculos ſiſtam.

Etenim huic ſpeciei palàm congruunt omnia, quæ de charactere nunc apud ſententiam communem certiſſima ſunt: nempe eſſe ens phyſicum: eſſe ſacramenti ſubiecto phyſicè intrinſecum, ſeu phyſicè impreſſum, & inhærens: eſſe qualitatem, eamque intrinſecè ſupernaturalem. Hæc enim quatuor in ipſamet huius cogitati propoſitione quiuis facillimè deprehendet. Conuenit etiam inter Doctores, aſſignandam eſſe certam vnam è quatuor Qualitatibus illius prædicamenti, ſub qua conſtituatur character: Nullam autem aſſignari poſſe in aliis ſententiis, iam oſtenſum eſt: hic verò facile aſſignatur, nimirum potentia, ſub qua ſpecies omnes intentionales militant. 99.

Eſt etiam character, vt è Conciliis, & SS. Patribus conſtat, ſignum obiectiuum, & indelebile; &, vt paulo ante probauimus, ſi poſſit, aſſeri debet ſignum naturale. Quæ tria clariſſimè etiam competunt ei ſpeciei, quam pro charactere adducimus. Signum quippe obiectiuum eſt, quod cognitum cognoſcentem ducit in alterius rei notitiam: Species, verò de qua loquimur, cognoſci non poteſt, quin cognoſcentem ducat in cognitionem huius ſacramenti, vt ab hoc ſubiecto validè ſuſcepti. Atque hinc patet, eſſe ſignum naturale; nam ex ſe, & ſine vlla libera impoſitione, ſi cognoſcatur, cognoſcere facit rem illam à ſe diſtinctam. Iam verò eſſe ſignum indelebile, inde intelligitur, quòd eſt & ſpirituale, & intrinſecè ſupernaturale, & omni carens contrario. 100.

Oppones. Vel hæc ſpecies ex ſe eſt repræſentatiua huius tantùm ſacramenti, vt ab hoc ſubiecto validè recepti; vel etiam alterius ſacramenti, vt validè ſuſcepti ab alio ſubiecto. Prior pars dici non poteſt: nam ſpecies ſpiritualis ad vnum tantùm indiuiduum repræſentandum coarctata, eſt impoſſibilis. Poſterior pars ſi dicatur, tollit huic ſpeciei rationem characteris: nam de ratione huius eſt, eſſe ſignum huius tantùm ſubiecti, & non alterius: ſi 101.

Digitized by Google

S. Thom. Q. L X. autem illa ſpecies ex ſe poteſt repræſentare non ſolum hoc ſacramentum vt v alidè ſuſceptum ab hoc ſubiecto, ſed etiam aliud ſacramentum vt valide ſuſceptum ab alio ſubiecto, non eſt ſignum huius ſubiecti proprium.

102. Explicatur magis & firmatur. Nam in quolibet Beato reperitur ſcientia per ſe indita intrinſecè ſupernaturalis, conſtans vel prædita ſpeciebus intrinſecè ſupernaturalibus, quarum vna poteſt repræſentare v.gr. hūc Diaconatum vt valide ſuſceptum ab Antonio, & alium Diaconatum vt valide ſuſceptum ab ipſo Beato, in quo talis reperitur ſpecies: qui quidem Beatus Diaconus non eſt, ideoque non habet characterem Diaconatus: proinde ſpecies ſupernaturalis, potens repræſentare hoc, & illud ſacramentum, vt ab hoc & illo ſubiecto valide ſuſceptum, rationem characteris non ſortitur.

103. Reſpondeat quiſpiam, ſpeciem hanc ex ſe poſſe repræſentare per vnam ſui formalitatem hoc ſacramentum, vt valide receptum ab hoc ſubiecto; & per aliam aliud ſacramentum vt ab alio ſubiecto rite ſuſceptum: non tamen habere rationem Characteris, niſi ſecundùm vnam formalitatem, qua ſcilicet repræſentare valet hoc ſolum ſacramentum, vt ab hoc tantùm ſubiecto ſuſceptum valide. Sed contra quia, vel Beatus cognoſcit in hac ſpecie ſolam hanc formalitatem; vel cognoſcit aliam, qua poſſit repræſentare aliud ſacramentum, vt valide ſuſceptum ab alio ſubiecto: ſi ſolam iſtam, cognoſcit imperfectiſſimè, & nec vt Beatum decet. Si iſtam & alias, non cognoſcit hanc ſpeciem vt characterem.

104. Repræſentās hoc numero ſacramentū in hoc ſubiecto tātùm. Propterea reſpondendum videtur, hanc ſpeciem ex natura ſua eſſe aſtrictam, & omnino coarctatam ad hoc, vt ſolum poſſit repræſentare hoc ſacramentum vt ab hoc ſubiecto valide ſuſceptum. Talem enim ſpeciem, quantumuis ſpiritualem, & ſupernaturalem repugnare, vndenam conſtat?

105. Oppones iterum. Character non eſt intentionis capax; vel ſi eſt, non eſt in vno ſubiecto intenſior, quam in altero: Sed hæc ſpecies eſt intenſionis capax; nam omnes ſpecies impreſſæ id habent: & re ipſa eſt intenſior in vno, quam in altero: nam is, qui recipit gratiam intenſiorem, etiam recipit intenſiores ſupernaturales habitus, ac proinde ſpecies ipſorum inſeruientes vſui, vel ſimpliciter ſupernaturales.

106. Reſpondebunt aliqui Recentiores, ſpecies impreſſas non eſſe capaces intentionis, aut remiſſionis: deberent enim tales eſſe ad producendas cognitiones intenſiores, aut remiſſiores, quas tamen aiunt impoſſibiles, cum nullam admittant cognitionem intenſionis, aut remiſſionis capacem. Reſponſio tamen facilior eſt, characterem ſacramentalem dici incapacem intēſionis, & remiſſionis, quòd omnibus detur cū æquali perfectione, nō materialiter, ſed formaliter, nempe non reddendo vnum magis Chriſtianum, quam alterum, magis ſacerdotem quam alterum vt ſupra, n. 62. perſpicuis exemplis declarauimus. Hæc inquam nobis occurrebant: ſed quia pro eis nullum habemus autorem, ideo non tam aſſerta voluimus, quam Doctorum examini propoſita.

SECTIO III.

De Characteris cauſis & effectibus.

Est Characteris cauſa efficiens phyſica ſolus Deus per ſuam Omnipotentiam; ſicut ipſe ſolus eſt cauſa phyſica efficiens gratiæ ſanctificantis. Si enim ſacramentum, & ſacramenti miniſter, & Chriſti humanitas non efficiunt phyſicè gratiam, non eſt cur phyſicè efficiant characterem. Quapropter ſicut gratia ſanctificans non habet cauſam ſui phyſicam iſtrumentalem; ſed principalem; ita etiam character. Cauſa moralis, ſeu moraliter efficiens characterem, eſt ſacramentum, & ſacramenti miniſter, & Chriſtus, vt homo, ſeu per voluntatem creatam; & Deus qua Deus, ſeu per voluntatem increatam: ſed diuerſo modo. Nam Deus per voluntatem increatam eſt cauſa moraliter efficiens principalis, & prima: Chriſtus per voluntatem creatam eſt cauſa principalis, ſed ſecunda: miniſter vero, & ſacramentum ſunt cauſæ non modo ſecundæ, ſed etiam inſtrumentales. Quæ omnia partim conſtant ex eo quod characteris eædem ſunt cauſæ, quæ gratiæ ſacramentalis: partim planiſſimè deducūtur ex dictis in Tomo de Incarnatione Diſputat. 39. ſect. 1. ſect. 1. præſertim ſ. 2. 107. Characteris cauſa efficiens phyſica ſolus Deus.

Cauſam formalem non habet character à ſe diſtinctam, ſed ſecum identificatam: quia per ſuam entitatem talis eſt, vt à nemine cognoſci poſſit ſecundum ſuam rationem ſpecificam, & eſſentialem, quin eum ducat in cognitionem eius rei, quam ſignificat. Quocirca licet Deus qualitatem iſtam inter cæteras eligat, & imprimat ex ſpeciali intentione & volitione, vt per ipſam res illa ſignificetur, tamen eiuſmodi voluntas nō eſt forma characteris: nam & illa ipſa voluntas eſt, vt illa qualitas per ſe ipſam, atque adeo naturaliter rem dictam ſignificet: & iſta qualitas eam ſignificat, nullo habito reſpectu ad eiuſmodi voluntatem, ſiue intentionem diuinam, vt in ſuperioribus licet conſpicere. Et poteſt confirmari exemplo: nam etiam Deus vult producere fumum, vt ſit ſignum ignis: & tamen fumus reſpectu ignis naturale ſignum eſt, & per ſe ſolum, & non per illam diuinam volitionem, vt per formam. 108. Formalis nulla à Charactere diſtincta.

Dices: etiam Iris naturaliter indicat ſerenitatem futuram; & tamen ex nouo Dei placito eandem ſignificat: Ergo pariter illa ſpecies, licet ex ſe & naturaliter ſignificet baptiſmum, v.gr. validè receptum, poterit ex nouo, & ſpeciali Dei placito, & inſtituto, tanquam ex formâ eundem ſignificare. Reſpondeo, poſſe quidem, ſed non eſſe vnde inferatur actu ſic ſe habere; quia non eſt opus eiuſmodi forma, quod ipſum ita declaro. Species hæc de qua loquimur, ſi in ſe videatur, cognoſcitur eſſe ſubiecta voluntati habentis illam, ita ſcilicet, vt quoties ille velit, poſſit hunc elicere actum intrinſecè ſupernaturalem, *Ego validè recepi baptiſmum*: qui quidem actus nequit eſſe falſus, vt conſtat. Proinde quicumque videt eiuſmodi ſpeciem, videt illum hominem eſſe baptizatum. Quid igitur opus noua inſtitutione ad placitum? In Iride tamen diuerſa eſt ratio: 109.

nam

gitized by Google

nam licet Iris naturaliter indicet, futuram illico ſerenitatem; non tamen ex ſe ſignificat, mundum numquam, & per nullam potentiam diluuio perdendum: quapropter vt hanc rem indicaret, opus fuit nouâ inſtitutione; quæ proinde ſe haberet, vt forma ſigni ex inſtituto, ſiue ad placitum.

110. Materialis, qua conſtet, nulla præter ipſum.

Conſequenter aſſerimus, Characterem non habere cauſam materialem, ex qua intrinſecè componatur, à ſe ipſo inadæquatè diſtinctam. Talem enim habere cauſam, competere non poteſt niſi rei habenti cauſam formalem à ſe diſtinctam inadæquatè; vt, ex.g. compoſito ſubſtantiali humano, vel leonino: compoſito accidentali phyſico ex ſubſtantia, & albedine: & compoſito accidentali morali, vt voci, conſtanti ex ſono, & ſignificatione. Qualitas autem, in qua probabiliter characterem conſtituimus, non habet eiuſmodi formam, vt n. 108. & 109. nuperrimè expoſuimus: Ergo non habet cauſam materialem, ex qua intrinſecè conſtituatur.

111. In qua recipiantur, ſolus homo.

Materialem cauſam in qua recipiatur, & ſubiectetur character, certũ eſt, eſſe hominem, & non Angelum: quia ſolus homo ſacramenta recipit. Difficultas eſt, An ſolus homo purus characteris ſacramentalis ſubiectum ſit, an etiam Homo-Deus, ſcilicet Chriſtus. Affirmo cum communi ſententia: quia ſicut Chriſtus per baptiſmum non recepit gratiam habitualem, ita nec baptiſmalem characterem. Ius vero ad recipiendam Euchariſtiam cumulatiſſimè habebat Chriſtus per gratiam Vnionis, qua conſtituebatur, & ſubſtantialiter, ac infinitiſſimè ſanctus: & Caput, ac Princeps Angelorum, & Hominum, & totius Eccleſiæ, & ſacramentorum autor, & princeps. Itaque per illam ipſam perſonalem ſanctitatem, quæ Verbo eſt formaliter χαρακτὴρ character ſubſtantiæ Patris; eadem inquam Chriſto vt homini erat virtualiter, vel potius eminenter character ſacramentalis. Atque hæc ſubiecto characteris remoto.

112. Et in hominis anima.

Subiectum proximum characteris eſſe animam, conſtat ex Conciliis Florent. in decreto Eugenij §. *Quinto Eccleſiaſtici*, & ex Concil. Trident. ſeſſ. 7. can. 9. definientibus, per Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem *imprimi characterem in anima, hoc eſt ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile*. Quo additamento, quantum coniecturâ aſſequar, non ſolum voluit explicare S. ſynodus eſſentiam characteris; ſed etiam proportionem, & aptitudinem vt imprimatur in anima rationali, nempe ſpirituali, & immortali ſignum ſpirituale, & indelebile. Damnat itaque Concilium manifeſtè ſententiam Durandi, & aliam ſimilem Nouatorum aſſerentium characterem immediate recipi vbi recipitur ſacramentũ, vel quia non diſtingunt characterem à ſacramento; vel à quadam externa deputatione, quæ immediate afficiat totum hominem. Character itaque certiſſimè recipitur in anima ſola.

113. Non in intellectu ſimul & voluntate.

Supereſt, an recipiatur in ipſa ſubſtantia animæ, an vero in potentiis, ſi ſupponamus iſtas ab illius ſubſtãtia realiter diſtingui. Alenſis, & quidam alij docuerunt, eſſe immediate in ambabus potentiis, quæ nos Deo ſimiles conſtituunt. Sed opinio manifeſtè falſa. Primo, quia, vel ponit in ſigulis potentiis ſingulos totales characteres, duos partiales; vel in ambabus eundem. Primum per ſe apparet abſurdum; cum apud omnes conſtet ab vno ſacramento vnum dumtaxat characterem imprimi. Secundum, & inauditum eſt, & imperceptibile; quo modo ſcilicet, aut quorſum ſignum omnino ſpirituale ex duabus partibus conſtet, non ſolum re, ſed etiam ſubiecto diſtinctis. Tertium & incredibile, nempe vnam & eandem qualitatem ſimul eſſe in duobus ſubiectis reipſa diſtinctis: conſequenter enim dici debet fieri ſimul per duas eductiones re ipſa diſtinctas. Nec Alexandri ratio momentum habet: Tum quia ſine fundamento pronunciat nos eſſe Deo per characterem ſimiles: quia alioqui deberet eſſe character etiam in anima, per quam Deo reddimur ſimiles, & ita eſſet in tribus ſubiectis proximus phyſicè diuerſis. S. THOM. Q. L X.

114. Non in voluntate.

Scotus, eiuſque Diſcipuli tradunt, characterem recipi immediatè in voluntate. Primò, quia eſt diſpoſitio ad gratiam: ſed hæc eſt idem cum charitate, & proinde immediatè in voluntate: Ergo & character. Secundò; quia character eſt ſignum obligationis: Hæc eſt immediatè in voluntate: Ergo & ille. Sed non arridet: Tum quia character non eſt propriè diſpoſitio ad gratiam: Tũ etiam quia nec propriè ſignum obligationis, ſed ſacramenti ritè ſuſcepti, atque adeo poteſtatis acceptæ. Et quia eſt ſignum intellectuale, nempe ſpecies impreſſa vt ſupra vidimus, cuius proximâ ſedes non eſt voluntas.

115. Non in animâ realiter diſtinctâ à potentiis.

Marſilius & Gabriel permittentes, & Suarez ac Vazquez tenentes potentias ſpirituales ab anima diſtingui, docent characterem eſſe immediatè in ſubſtantia animæ. Quia character non eſt principium phyſice operandi: Ergo nõ reſidet in potẽtia phyſicè operatrice: Ergo reſidet in ipſamet animâ. Contrà, nam ex oppoſito antecedentis colligimus oppoſitum conſequentis. Eſt enim character ſpecies impreſſa, proinde phyſice actiuus: Non ergo in anima, ſed in intellectu proxime ſubiectari & reſidere debet.

116. Non in intellectu realiter diſtincto ab anima.

S. Thomas ar. 4. docet, eſſe characterem immediatè in intellectu. Quia character eſt poteſtas recipiendi, & dandi, ea quæ ſunt diuini cultûs: iſte conſiſtit in quadam proteſtatione fidei; iſta eſt in intellectu: Ergo etiam character. Hæc ratio fusè impugnatur à Recentionibus: Mihi propterea difficilis videtur, quia ſi character eſt poteſtas ad ea quæ ſunt diuini cultûs; iſte propriè eſt vel actus religionis elicitus; & hic reſidet in voluntate: vel imperatus; & hic eſſe poteſt vel intellectûs, vel voluntatis, vel potentiæ exterioris. Deinde non omnis cultus diuinus eſt proteſtatio fidei: nam eiuſmodi proteſtatio eſt voluntas fidem noſtram manifeſtandi: Oratio verò, quæ in petitione conſiſtit, eiuſmodi non eſt, ſicut nec voluntas Deo nos obligandi, qui ſunt ſtrictè actus religionis. Demus tamen omnem Dei cultum eſſe fidei proteſtationem: cur debet conſtitui character in potentia elicitiua actûs fidei, potius quam in elicitiua actûs religionis, ſeu diuini cultûs?

117. Sed in anima rationali vt tali.

In mea ſententia procliue eſt rem iſtam, alioqui, teſte Suarez, ſatis dubiam, ſine dubitatione definire. Aio itaque, immediatè eſſe characterẽ & in ſubſtãtia animę rationalis, quatenus tali, & in intellectu hominis quatenus tali. Quia chataracter eſt ſpecies impreſſa ſpiritalis: hæc eſt in intellectu quatenus tali: iſte qua talis, & anima rationalis, qua talis, in mea

ſententia

S. THOM. Q. LX.

ſententia ſunt formaliter idem: Eſt igitur character immediate in anima rationali, quatenus anima rationali, & in hominis intellectu, quatenus tali.

118. Finalis cauſa characteris, ſunt effectus iſtius.

Finalis cauſa charactêris ſunt effectus ipſi, ad quos ille ordinatur: quos ita percurro. Character Baptiſmalis conſignat hominem in Chriſti ouem: Et propterea habentem ius ad paſcua ſequentium ſacramentorum. Confirmationis character conſignat in Chriſti militem: ideoque ſpecialiter vendicantem gratiæ ſubſidia, & velut arma ad fidem propugnandā. Character Ordinis conſignat in Chriſti miniſtrum: ideoque habentem ius ad gratias implendo miniſterio ſpecialiter idoneas. Quapropter effectus cuiuſque characteris eſt manifeſtare ſuum ſubiectum, vt tali conditione affectum, nempe vt Chriſti ouem, vt Chriſti militem, vt Chriſti miniſtrum: manifeſtare inquam aliis obiectiuè, terminando ſui ſubiecti notitiam: pro autem ſubiecto manifeſtare tum obiectiue, terminando tali ſui cognitionem; tum effectiue, producendo ſcilicet, vt ſpecies impreſſa, eandem notitiam. Rurſus effectus Baptiſmalis characteris eſt, vt eius ſubiectum cætera ſacramenta valide recipiat: ſacerdotalis, vt aliqua valide conficiat, vt Euchariſtiam, Pœnitentiam, & vnctionem; & Epiſcopalis Presbyteralem ſaltem Ordinationem. Alios effectus characteris non ita certos inuenies; v. gr. mediante cognitione dignitatis, & poteſtatis excitare notitiam, vel memoriam, aut etiam executionem obligationis. Sed de charactere dicta ſufficiant.

Characterū effectus recenſentur.

DISPVTATIO XVI.

De Sacramentorum Inſtitutore.

SECTIO I. *Num Chriſtus omnia ſeptem Noua legis ſacramenta inſtituerit.*
§. 1. *Omnia ſeptem à Chriſto inſtituta, verum, ac certum eſt.*
§. 2. *Omnia ſeptem à Chriſto fuiſſe immediate inſtituta, certum eſt diuinâ fide.*
SECTIO II. *An Chriſtus quatenus homo, & non quatenus Deus, Noua ſacramenta inſtituerit.*
§. 1. *Inſtituit quatenus homo, non quatenus Deus.*
§. 2. *An igitur Antiqua ſacramenta propterea Nouis perfectiora ſunt?*
SECTIO III. *An pura creatura poſſet ſacramenta inſtituere.*
§. 1. *Quæſtionis ſtatus expoſitus.*
§. 2. *Multiplex opinandi modus relictus.*
§. 3. *Non poſſet pura creatura ſacramenta inſtituere, nec partialiter.*

1. Sacramentorum cauſæ recenſentur.

SAcramenti cauſas intrinſecas materiam & formam expoſui Diſputatione 3. Ex duabus aliis, quas habet extrinſecas, finalem explicui dum ſacramenti effectus: nam hi cum ſacramentorum fine ſunt idem, vt in charactere nuperrime etiam ſpeculabar. Supereſt cauſa efficiens, & recipiens; eatenus extrinſecæ, quatenus ſacramentum nec eſſentialiter, nec intrinſecè componunt. Efficiens verò, quæ prior occurrit, vel eſt inſtituens, quam in præſenti Diſputatione conſiderabimus; vel eſt Miniſtrans, quam in Diſputatione ſequenti; acturi in proxima de cauſa ſubiectiua, ſeu recipiente.

SECTIO I.

Num Chriſtus omnia ſeptem Nouæ legis ſacramenta inſtituerit.

ABſolutè quærimus, an illa omnia inſtituerit, & proinde an proxime & immediatè inſtituerit. Tum quia abſolute inſtituere eſt inſtituere propriè; nec propriè inſtituit is, qui non per ſeipſum, ſed per facultatem alteri conceſſam: alioqui Deus fuiſſet abſolute, & proprie cōditor cuiuſlibet legis iuſtę, & honeſtæ humanæ; & hæc ſimpliciter & abſolute eſſet diuina. Tum etiam quia de ſola inſtitutione propriâ, & immediatâ, fuit, & eſſe potuit aliquando controuerſia, vel dubitatio. Quis enim ambigeret, aut controuerteret, Num Chriſtus propriè, vel impropriè, immediate & per ſeipſum, vel mediatè, & per alterum, ſacramenta inſtituiſſet? 2. Abſolutè inſtituere propriè & immediatè.

Loquimur verò de ſolis ſacramentis Nouæ legis: Et quia de ſolis iis hæ Diſputationes per ſe inſtituuntur, vt Diſp. 3. nu. 1. admonemus: Et quia velut exploratum ponimus, Antiqua omnia ſacramenta fuiſſe ab ipſo Deo immediatè inſtituta. Si enim totam ſanctuarij molem, & ſingulas eius partes Deus ipſe Moyſi præſcripſit, vt in Tomo de Incarnat. Diſp. 57. num. 125. conceſſimus; ac proinde ſingulas illas partes Deus per ſeipſum immediate inſtituit: ſanè credendus non eſt ipſam alicuius ſacramenti inſtitutionem Moyſi permiſiſſe, aut commiſiſſe. Accedit, quòd circuncisionem à Deo proximè inſtitutam, diuina eloquia Geneſ. 17. v. 10. perſpicuè teſtantur. De cæteris autem ritibus, ac ceremoniis, quoties inducendæ erāt, paſſim in Leuitico dicitur locutus eſſe Dominus ad Moyſem, & hanc, & illam rem, aut ſacram ceremoniam iniunxiſſe. Quod ſi Deus per ſeipſum inſtituit ſacramenta omnia legis Moſaicæ, ſeu ſcriptæ; credendus profecto eſt eodem pacto inſtituiſſe omnia & ſingula legis Naturalis: tum ob rei grauitatem, tum ob rationis paritatem. Nam ſicut ſolus Deus autor erat legis Veteris, ſeu ſcriptæ, ita etiam legis Naturalis. Demum ſi in lege ſcripta munus illud non commiſit, aut permiſit Moyſi, tum ſapientiſſimo, tum ſanctiſſimo; multo minus credendus eſt ipſum commiſiſſe, aut permiſiſſe gubernatoribus, aut aliis hominibus legis Naturalis; quippe qui nec ſanctitate, nec ſapientiâ Moyſem æquabant. 3. Antiqua ſacram. à Deo immediatè inſtituta.

Agimus inſuper de inſtitutione omnium ſacramentorum Nouæ legis, ſupponendo (id, quod infra ſtabiliendum eſt) ſeptem eſſe vera & propria nouæ legis ſacramenta, nec plura, nec pauciora. Proinde controuerſia nobis in præſenti non eſt cum Nouatoribus, vt Caluino & aliis aſſerentibus, ſacramenta Nouæ legis duo tantum eſſe, Baptiſmum nempe, & Euchariſtiam; aut cum eodem Caluino alibi inconſtanter adiiciente tertium, videlicet Ordinationem. Conſequenter enim mentientur, Baptiſmum duntaxat, & Euchariſtiam à Chriſto immediatè manaſſe: & Caluinus, in ſuâ 4. Solum agimus cum iis, qui ſeptem Noua ſacramenta admittunt.

incon

Digitized by Google

inconſtantia conſtans, tertium ſacramentum Ordinationis adiunget. Solum ergo contendimus cum iis, qui vera, & propria Nouæ legis ſacramenta ſeptem, nec plura, nec pauciora eſſe confitentur.

§. I.

Omnia ſeptem à Chriſto inſtituta, verum ac certum eſt.

5. Non illa omnia à Chriſto inſtituta, varij Catholici dixêre.

NOn omnia ſeptem Nouæ legis ſacramenta ab ipſo Chriſto inſtituta fuiſſe, docuit Hugo de S. Victor. Tomo 3. in Eruditione Theologica de ſacramentis lib. 2. part. 15. quatenus ita ſcripſit: *Sacramentum vnctionis infirmorum ab Apoſtolis inſtitutum legitur.* Conſentit Magiſter in 4. diſt. 23. cap. 2. nec ſolum ſubſcribit, ſed etiam illa eadem verba, totum dictum caput Hugonis deſcribit: nec diſſentit Bonauentura ibidem art. 2. q. 2. Docuit idem Alenſis p. 4. q. 22. m. 1. dum aſſerit, Confirmationis ſacramentum inſtitutum fuiſſe in Concilio Meldenſi: nec Alenſi magiſtro ſuo refragatur quoad hanc theſim Bonauentura in 4. diſt. 7. q. 1. Docuit tandem idem Gloſſa de Pœnitentia diſt. 5. in principio, quatenus dixit, ritum eſſentialem ſacramenti Pœnitentiæ non eſſe in particulari inſtitutum à Chriſto; quam ſecuti ſunt multi DD. quos refert Nauarrus: eiſque videntur conſenſiſſe Eraſmus Roterodamus in Colloquiis puerorum, & Beatus Rhenanus in Scholiis ad Tertullianum.

6. Oppoſitum Thomas, Durãdus, probabilius eſſe docuerũt.

S. Thomas in 4. diſt. 1. q. 2. art. 4. §. Ad quartam q. ſolum videtur tenuiſſe partem affirmantem, vt probabiliorem; ſic enim habet. *Aliis probabilius videtur, quod ſicut hominis puri non eſt ſacramenta mutare, vel à ſacramentis abſoluere; ita nec Noua ſacramenta conſtituere, & ideo omnia ſacramenta Nouæ legis ab ipſo Chriſto inſtitutionem habent.* Durandus ibid. q. 1. num. 6. & 7. ſolùm ait, hoc eſſe probabilius.

7. Eſt tamen omnino verum, ac certum ex Trid.

Aſſerimus tamen, id omnino verum, ac certum eſſe. Probatur primò & præcipuè ex Concil. Trident. Nam in primis ſeſſ. 7. can. 1. ſic loquitur: *Si quis dixerit, ſacramenta Nouæ legis, non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta; aut eſſe plura, vel pauciora quam ſeptem, videlicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium; aut etiam aliquod horum ſeptem, non eſſe verè, ac propriè ſacramentum; anathema ſit.* Deinde ſeſſ. 21. cap. 2. declarat, hanc poteſtatem perpetuo in Eccleſia fuiſſe; vt in ſacramentorum diſpenſatione, ſalua illorum ſubſtantia, illa ſtatueret, vel minueret, quæ magis expedire iudicaret: At illa verba, *ſalua illorum ſubſtantia,* planiſſimè indicant iſtam ab ipſo Chriſto, non ab hominibus, vel ab Eccleſia inſtitutam alioquin Eccleſia poſſet eam, ſi expediens iudicaret, mutare, & penitus tollere. Præterea ſeſſ. 24. cap. 1. ſpeciatim, & ſeorſim definit, Extremam vnctionem, de qua potiſſimè lis erat, inſtitutam eſſe tanquam vere & propriè ſacramentum Noui teſtamenti à Chriſto Domino. Tandemque in eadem ſeſſ. 24. Can. 1. de ſacramento Extremæ Vnctionis, anathema pronunciat *ſi quis dixerit, Extremam-vnctionem non eſſe verè & propriè ſacramentum à Chriſto Domino noſtro inſtitutum.*

S. THOM. Q. LX.

8. Et ex Græcis PP. hic omitti ſolitis.

Secundò idem probamus ex Patribus Græcis, quos à Theologis miramur hîc prætermiſſos, & præſertim Dionyſium Areopagitam. Cuius illud in primis teſtimonium occurrit ex cap. 1. de cœleſti Hierarch. num 4. Hæc ſcilicet eſt cauſa, cur ἡ τελετάρχις ἱεροθεσία, id eſt interpretibus Guilielmo Budæo, H. Stephano, & Gabriele Vaſiano, *ipſe ſacramentorum Autor ac Princeps*, nempe Chriſtus, *noſtram ſanctiſſimam Hierarchiam ita poſteritati tradiderit*, &c. Sed quia fortaſſe dicat aliquis, non ibi ſermonem eſſe de Chriſto, & Dionyſium vti nomine abſtracto fœminino ἱεροθεσία, quod preſſiſſimè verti poteſt, *ſacrorum inſtitutio*; profero aliud eiuſdem Dionyſij teſtimonium, ex quo & præſentis ſenſus, quem interpretes adducti agnoſcunt, & ipſa etiam aſſertio confirmetur. Continetur id in libro de Hierarch. Eccleſiaſt. cap. 3. num. 6. vbi diſſerens Dionyſius de Dominica cœna, quam vocat ἀρχισύμβολον τῶν τελεσμάτων, hoc eſt *ſacramentorum principium*, vel fortaſſe *princeps*, aut etiam vtrumque, ſicut ſolem aptiſſimè nominares, *lucidarum rerum & principem, & principium*: ſtatim de Chriſto hæc ſubdit. Καθ' ὃ καὶ αὐτὸς ὁ τῶν συμβόλων δημιουργὸς, In qua (nimirum cœna) *etiam ipſe ſacramentorum inſtitutor, & autor*: id enim ſonat δημιουργὸς, vt cum dicitur δημιουργὸς νόμων legum autor, δημιουργὸς πολιτείας *Reipublicæ conditor, ſiue inſtitutor.*

Dionyſij Areop. duo teſtimonia.

9. Itemque ex PP. Latinis.

Tertio ſuadetur idem ex Patribus Latinis. Ambroſius lib. 4. de ſacramentis cap. 4. cuius eſt titulus, *Quòd Chriſtus eſt autor ſacramentorum*: ipſum autem caput ita incipit: *Ergo ſacramentorum autor quis eſt, niſi Dominus Ieſus? de cœlo iſta ſacramenta venerunt.* At inquies ibi ſolum agere S. Ambroſium de ſacramento Euchariſtiæ, quod non eſt dubium quin ab ipſo Chriſto immediate inſtitutum fuerit. Sed contra, quia licet in illo libri tractu ſolum agat Ambroſius de Venerabili Euchariſtiæ Myſterio, eaque vocet abſolute ſacramenta; cæterum non arctat ſermonem ad ſolam Euchariſtiam, vt apertiſſimè conſtat ex capite 3. ſeu proxime præcedente, vbi latiſſime probat Chriſtiana ſacramenta antiquiora eſſe Iudaicis, quia Chriſtus ante Iudaica decretus eſt, qui ſacramenta Chriſtiana inſtituit. Inde enim cap. 4. auſpicatur inquiens: *Ergo ſacramentorum autor quis eſt, niſi Dominus Ieſus.*

Ambroſij defenſum teſtimonium.

10. Auguſtini teſtimonia conſpicua.

S. Auguſtinus lib. 3. de Doctrin. Chriſt. cap 9. conferens ſacramentalia ſigna Noua cum veteribus, inquit: *Quædam pauca pro multis, eademque factu facillima, & intellectu* (id eſt, æſtimatu, vt ex num. ſequenti patebit) *auguſtiſſima, & obſeruatione caſtiſſima, ipſe Dominus & Apoſtolica tradidit diſciplina, ſicut eſt Baptiſmi ſacramentum, & celebratio Corporis, & ſanguinis Domini.* Nec alia ſubiicit Auguſtinus exempla: qui ſatis aperit ſenſum illorum Verborum. *Ipſe Dominus, & Apoſtolica tradidit diſciplina.* Non enim eſt ſenſus, quædam ſacramenta tradidit Dominus, quædam tradidere Apoſtoli, ſed eadem ipſa, quæ Dominus tradidit, eadem Apoſtoli docuere. Nam ſi bimembrem illam diuiſionem Auguſtin. feciſſet, non ſubieciſſet vtriuſque membri exemplum, ſed vnius tantum, cum certiſſimè conſtet, tam ſacramentum Baptiſmi, quam Euchariſtiæ, ab ipſo Domino immediatè traditũ.

Idem

S. THOM. Q. L X.

11. Idem Auguſtinus epiſt. 118. cap. 1. ſeipſum imitatus ita ſcripſit, Chriſtum nos oneraſſe ſarcinâ leui, nempe *ſacramentis, numero pauciſſimis, obſeruatione facillimis, ſignificatione præſtantiſſimis* (hoc erat ſupra τὸ *intellectu auguſtiſſimis ſocietatem noui populi colligauit*. Adhibet S. Doctor eadem illa exempla Baptiſmi, & Euchariſtiæ, *& ſi quod* (inquens) *aliud in ſcripturis Canonicis commendatur; exceptis iis, quæ ſeruitutem populi Veteris, pro congruentia cordis illorum, & prophetici temporis onerabant.* Vbi non indicat alia ſacramenta, quæ in Sacris litteris commendantur, non fuiſſe à Chriſto inſtituta; ſed omnia, quæ in ſacris literis commendantur, inſtituta ab illo fuiſſe, nempe omnia quæ commendantur à ſacris literis Noui teſtamenti ideo ſubdit, *exceptis iis quæ ſeruitutem populi Veteris onerabant.* Porro omnia ſeptem Nouæ legis ſacramenta in ſcripturis canonicis commendantur, vt bene citatus Vazquez oſtendit; atque inde conſtat, omnia illa teſte Auguſtino à Chriſto inſtituta fuiſſe.

12. Pſeudo Cypriani.

Autor ſermonis de Ablutione pedum apud S. Cyprianum, non procul à principio, docens baptiſmum, & Ordinationem non poſſe iterari, quia fieret iniuria Spiritui ſancto, ſi euacuari poſſet quod ille ſanctificat; *vel aliena ſanctificatio emendaret; quod ille ſemel ſtatuit, vel confirmat*, hæc addit: *Ipſe ſummus ſacerdos ſui eſt ſacramenti inſtitutor, & autor: in cæteris homines ſpiritum ſanctum habuere doctorem. Et ſicut par eſt ſpiritui ſancto, & Chriſto diuinitas; ita in ſuis inſtitutis æqua eſt autoritas, & poteſtas: nec minus ratum eſt, quod dictante ſpiritu ſancto Apoſtoli tradiderunt, quam quod ipſe Dominus tradidit, & in ſui commemorationem fieri præcepit.* Cuius teſtimonij ſi prima illa verba *ſui ſacramenti*, cum his poſtremis conferantur, videbuntur dicta de ſolo Euchariſtiæ ſacramento. Sed habet hic ſenſus claram abſurditatem, nempe ſolum Euchariſtiæ ſacramentum fuiſſe à Chriſto inſtitutum. Senſus proinde eſt, Chriſtum inſtitutorem fuiſſe omnis ſacramenti Nouæ legis: ideoque omne iſtud eſſe ſuum, quia cæteros ritus, ac ceremonias, quæ ſacramenta non ſunt, Eccleſia, ſpiritu ſancto aſſiſtente, induxit: At omne ſacramentum Chriſtus per ſe ipſum inſtituit. Cur autem Autor ille ſcribat; ritus, ac ceremonias prædictas æquè ratas eſſe, ac Euchariſtiam, in promptu eſt ratio. Nam cum iſtud ſacramentum ſit omnium facile princeps, & adeo commendatum, nullo exemplo valuit æquè commendari traditionum firmitas, ac Euchariſtiæ firmitate. Fateor tamen, in hoc autorem illum exceſſiſſe: ſicut etiam valde impropriè dixit, eſſe ſpiritu ſancto & Chriſto *parem* deitatem pro *vnam & eandem*. Et alia quædam habet in illo ſermone, quæ probant, non eſſe Cypriano dignum.

13. Et quia eiuſdem eſt inſtituere ſacramenta, & Eccleſiam fundare.

Tertio ſuadetur ratione. Quia Chriſtus inſtituit, & fundauit Nouæ legis Eccleſiam: Ergo conuenientiſſimum fuit, ac moraliter neceſſarium, vt ipſe quoque inſtitueret omnia nouæ Eccleſiæ, ſeu Nouæ legis ſacramenta. Conſequentia patet: nam inſtituentis, & fundantis Eccleſiam eſt, potiſſima illius fundamenta iacere & eiuſdem præcipuas leges ferre: ſed ſeptem ſacramenta ſunt potiſſima fundamenta Eccleſiæ Chriſti; leges verò de illorum ſubſtantia, ſiue eſſentiali conſtitutione, & adminiſtratione, & receptione, ſunt in eadem Eccleſia leges præcipuæ: Ergo conuenientiſſimum, & moraliter neceſſarium fuit, vt Chriſtus omnia ſeptem Nouæ legis ſacramenta inſtitueret.

14. Et quia non illa inſtituit purus Deus, nec purus homo.

Quartò, quia ſacramenta nouæ legis non inſtituit ſolus Deus: Non homo aliquis purus, vnus, aut multiplex: Ergo Chriſtus. Conſequentia claret, cum de Angelis nec ſit, nec eſſe poſſit controuerſia. Antecedentis prior pars oſtenditur, quia Nouam Eccleſiam non cōdidit ſolus Deus, quatenus Deus: Ergo neq; ſacramenta: quam illationem numero præcedente firmaui. Altera pars probatur, quia ſacramēta, vel ſacramentū aliquod Nouę legis ſi inſtituit aliquis homo purus, aut inſtituit ante, vel poſt Chriſti aſcenſionem. Non ante; nam tunc rudiores erant Apoſtoli, quam pro ſacramentorum inſtitutione: & aderat Chriſtus, quem ſicut decebat Apoſtolorum inſtructio, ſic & ſacramentorum inſtitutio; cuius maxima pars conſiſtebat in doctrina ad ſacramenta ſpectante. Poſterior pars liquet: Nam Chriſtus antequam ab Eccleſia viſibiliter diſcederet fundatam reliquit quoad eſſentialia, & per conſequens quoad ſubſtantiam ſiue eſſentiam omnium ſeptem ſacramentorum. Quapropter nullius inſtitutionem puro homini, vel puris hominibus permiſit.

15. Eſtque ſacramento eſſentiale eſt inſtitutum à Deo.

Quintò, quia de eſſentia ſacramenti eſt, eſſe inſtitutum à Deo: ſed Eccleſiæ ſacramēta non ſunt inſtituta à Deo ſolo, quatenus Deo: Ergo inſtituta ſunt à Chriſto ſimul Deo & Homine. Conſecutio perſpicua eſt. Minor confirmata in argumentis præcedentibus. Maior probata in Diſp. 1. ſect. 1. §. 5. Eſtque valida probatio; Tum quia, illius eſt ſacramenta inſtituere, cuius eſt Eccleſiam condere; Tum etiam quia alioquin ſacramenta vera, & propria, & legis gratiæ propria multo plura eſſent quàm ſeptem, vt ibi planum effecimus: cum tamen oppoſitum à Conciliis Florentino, & Tridentino definitum ſit.

Iam verò quod attinet ad Hugonem Victorinum, & Magiſtrum ſententiarum, Bellarminus libro 1. cap. 24. §. vltimo, ſcribit, eos per inſtitutionem intelligere voluiſſe promulgationem. Non acquieſco: Tum quia promulgatio, & inſtitutio diuerſiſſimæ ſunt, ideoque incredibile eſt à viris doctiſſimis, & ſcholaſticè agentibus ita fuiſſe vocabulum acceptu: Tum deinde, quoniam omnia ſacramenta fuerunt ab Apoſtolis promulgata: Sed prædicti DD. de ſola Confirmatione, & Vnctione, tanquam aliquid peculiare ſcribunt, eſſe ab Apoſtolis inſtitutas: Ergo per *inſtitutas* non intelligunt *promulgatas*. Tum poſtremò quia non multò poſt illorum Doctorum ætatem fuerunt inter ſcholaſticos duæ de hac re contradictoriæ opiniones, vt conſtat ex S. Thoma in 4. diſt. 1. ſ. 2. nuper allegata, & ex Durando etiam ibidem adducto. Satius igitur eſt, ingenuè fateri Hugonem, & Magiſtrum hac in re non rectè ſenſiſſe. Sicut ingenuè fatetur ipſe Bellarminus, de Alenſi, & Bonauentura, & nos oſtendemus, dum de confirmatione, & Extrema Vnctione diſputabimus. 16.

§. II.

Omnia ſeptem à Chriſto fuiſſe immediatè inſtituta, certum eſt diuina fide.

PAter Suarez Diſp. 12. ſect. 1. §. *Dico primò*, cū abſolutè pronunciet, Chriſtum immediatè, 17.

&

S.Thom. Q. LX.

& per ſe ipſum inſtituiſſe omnia ſeptem ſacramenta Nouæ legis, & adiungat, id eſſe omnino certum ex ſupra citatâ definitione Concilij Tridentini: tamen quia Concilium in ea prætermiſit particulam *immediatè & per ſe ipſum, ideo* (inquit Suarez) *abſolute non dixi concluſionem eſſe de fide. tamen hanc fuiſſe Concilij mentem vix poteſt dubitari*; quam partem ex ipſius definitionis verbis, & fine ſtatim confirmat. Cæterùm cum non aſſerat, rem eſſe de fide; & adiungat, vix poſſe dubitari, quin hæc fuerit Concilij mens, in quo palam continetur ſaltem cum difficultate dubitari poſſe; ideo multis videbitur in ea eſſe ſententia, vt exiſtimet non pertinere ad fidem, quòd Chriſtus per ſe ipſum, & immediatè omnia ſeptem ſacramenta inſtituerit. Et hanc ſententiam, ſuppreſſo, vt ſolet, nomine illi tribuit P. Vaſquez Diſp. 135. num. 2. & expreſsè P. Lugus Diſp. 7. num. 3. & quidam alij Recentiores. Cæterum ſtatim oſtendam id Patri Suarez non debere attribui.

18\. Fide certum, omnia 7. fuiſſe à Chriſto inſtituta immediatè.

Eſſe ergo dogma fidei, quod Chriſtus omnia ſeptem ſacramenta per ſe ipſum, ſiue immediatè inſtituerit, tenet expreſsè P. Vaſquez proximè citatus num. 4. cum aliis, quos tacitis nominibus allegat. Ipſe etiam Suarez aperriſſimè eſt in hac ſententia Tom. 3. in 3. p. 2. Diſp. 11. ſect. 2. § *Dicendum vero eſt*, & Tom. 4. Diſp. 39. ſect. 2. num. 2. Quibus in locis affirmat, Confirmationis, & Vnctionis ſacramenta inſtituta fuiſſe à Chriſto Domino immediatè, idque eſſe fide certum, & à Concilio Tridentino definitum de omnibus ſacramentis Nouæ legis; & ab ipſo Suarez de omnibus illis illud latè confirmatur. Illud perpetuo retinuit P. Suarez, vt nunquam in ipſa concluſione poneret, id eſſe fide certum: & poſt aſſertionem id adiunxerit, ac probauerit. Subſcribere videtur Coninck. quæſt. 64. art. 4. dub. 1. num. 7. & Lugus Diſp. 7. à n. 3. ad 6.

19\. Liquet ex Tridentino vnicè & efficaciter.

Probatur vnicè, & efficaciter ex Concil. Trident. Nam inprimis ſeſſ. 7. Can. 1. definit, omnia ſeptem nouæ legis ſacramenta fuiſſe à Chriſto Domino inſtituta, vt num. 7. retulimus: At eſſe abſolutè inſtituta à Chriſto, eſt eſſe ab ipſo propriè inſtituta: eſſe ab ipſo propriè inſtituta, eſt eſſe ab eodem inſtituta immediatè, & per ſe ipſum, non autem mediatè, & per alterum, aut per Eccleſiam: alioqui non ſolùm ſacramenta, ſed etiam ſacramentalia, & quælibet ceremoniæ ab Eccleſia inſtitutæ, dicerentur inſtitutæ à Chriſto Domino: & ſimiliter leges Eccleſiaſticæ, & ciuiles dicerentur inſtitutæ, & latæ à Deo, & eſſent leges diuinæ. Proinde ſi Concilium duntaxat definiſſet, ſacramenta fuiſſe inſtituta à Chriſto Domino mediatè, vel immediatè, inprimis impropriè locutum fuiſſet, vt iam oſtendimus; quin etiam egiſſet ſuperuacaneè, cum nemini etiam Hæretico dubium eſſet, quin omnia vera ſacramenta mediatè, vel immediatè ab ipſo Chriſto manauerint: imo ipſi etiam hæretici pro comperto ducunt, omnia vera ſacramenta Nouæ legis à Chriſto proximè, & immediatè fluxiſſe. Proinde litem, quæ ſolùm de immediata inſtitutione tunc erat, minimè diremiſſet: quantum autem ſtuduerit Concilium litem definire, ſtatim apparebit.

20\. Etenim quia potiſſimè negabant Hæretici, Extremam-Vnctionem à Chriſto inſtitutam fuiſſe, ideò ſpeciatim ſeſſ. 14. de ſacramento illo differens, ſemel, ac iterum id affirmat. Nam cap. 1. inquit: *Inſtituta eſt autem ſacra hæc Vnctio infirmorum, tanquam verè & propriè ſacramentum noui teſtamenti à Chriſto Domino noſtro. Apud Marcum quidem inſinuatur, per Iacobum autem Apoſtolum, ac Domini fratrem, fidelibus commendatum, ac promulgatum.* Vbi ponderari debent primò Verba illa, *inſtituta eſt Vnctio tanquam verè & propriè ſacramentum Noui teſtamenti à Chriſto Domino*: eſt enim ſenſus, Vnctionem, cum ſit verum nouæ legis ſacramentum, inſtitutam à Chriſto fuiſſe: quia verum legis iſtius ſacramentum, etiam conſentientibus Hæreticis, à Chriſto inſtitutum eſt. Deinde pondero ſacramentum hoc dici, apud Marcum quidem inſinuatum, & per Iacobum Apoſtolum promulgatum, & commendatum: quo planè docetur, à Marco propriè inſinuatum, à Iacobo propriè promulgatum; idque vt ſignificetur, à Chriſto Domino propriè inſtitutum.

21\. Nec minus ponderari debet, quòd ibidem, & can. 1. de ſacramento Extremæ-Vnctionis. *Verè, & propriè ſacramentum, à Chriſto Domino noſtro inſtitutum, à Iacobo autem Apoſtolo promulgatum.* Si enim Concilium non ageret de inſtitutione immediatè facta à Chriſto Domino, ineptè, & ſine fundamento partitionem illam feciſſet, negans ſcilicet Apoſtolo Iacobo inſtitutionem illius. Si enim Vnctio à Chriſto inſtituta fuiſſet per aliquem Apoſtolum, cur non per ſanctum Iacobum? Quo fundamento id Eccleſia negauiſſet? ſi enim vnus Apoſtolus ad totam ſcribens Eccleſiam, toti Eccleſiæ illud promulgauit; cur non illud ipſe, per poteſtatem à Chriſto acceptam, toti Eccleſiæ inſtituiſſet.

22\. Nec prorſus diſſentit Suarez.

Quod attinet ad mentem Patris Suarez non dubito quin omnium ſeptem ſacramentorum inſtitutionem à Chriſto immediatè factam, pro fidei dogmate habuerit, vt ex num. 18. perſpici valet. Illud non ſatis approbo, quòd P. Suarez nunquam in aſſertione poſuit iſtud eſſe fide certum, & ſtatim poſt concluſionem id poſuit, & probauit. Non inquam ſatis approbo; quia vel probationes cenſebat efficaces, vel inefficaces: ſi efficaces, cur illarum intentum in aſſertione non poſuit? ſi inefficaces, cur illud poſt aſſertionem vt exploratum aſſeruit? Porrò dum ait, vix poſſe de illa Concilij mente dubitari, reor non agere de difficultate morali, & licitâ, ſed de phyſica, hoc nimirum ſenſu, Si verba Concilij penetrētur, vix manſuram poteſtatem phyſicam dubitandi, num illa fuerit Concilij mens. Nam ſi de poteſtate morali, & phyſica diſſereret, non ſatis conſequenter agere videretur. Qui enim cum difficultate poteſt de illa Concilij mente dubitare licitè, ſimpliciter poteſt dubitare licitè: Non ergo fide certus eſt ille ſenſus Concilij: ac proinde nec certum eſt, omnia ſacramenta nouæ legis à Chriſto proximè, & immediatè inſtituta.

S. THOM. Q. LX.

SECTIO II.

An Chriſtus quatenus homo, & non quatenus Deus, Noua ſacramenta inſtituerit.

23. Quæſtio eſt, An Chriſtus vt homo ſacramenta inſtituerit, ſicut ſatiſfecit.

INquirit ſectio, num Chriſtus hæc ſacramenta non inſtituerit per voluntatem increatam, & conſtituerit per voluntatem creatam, eſto deificatam ſanctitate Verbi: ac proinde, An proximum inſtituens vt Quod fuerit ſola humanitas, quemadmodum ſola ipſa fuit proximum ſatisfaciens vt Quod, vt expoſuimus in Tomo de Incarnat. Diſput. 7. à num. 11. ad 20.

§ I.

Inſtituit quatenus homo, non quatenus Deus.

24. Quatenus homo, perque voluntatem creatam, illa proximè inſtituit.

PRior aſſertionis pars, nempe Chriſtum vt hominem, perque voluntatem creatam proximè, & immediatè inſtituiſſe Noua ſacramenta; ſuadetur primum autoritate Doctorum omnium; quos inter Angelicus quæſt. 64. art. 3. in corpore hæc habet. *Sicut Chriſtus in quantum Deus, habet poteſtatem autoritatis in ſacramentis: Ita inquantum homo habet poteſtatem miniſterij principalis, ſiue poteſtatem excellentiæ. Quæ quidem conſiſtit in quatuor. Primo quidem in hoc, quod meritum & virtus paſſionis eius operatur in ſacramentis, vt ſupradictum eſt. Et quia virtus paſſionis copulatur nobis per fidem (ſecundum illud Roman. 3.* Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius) *quam fidem per inuocationem nominis Chriſti proteſtamur. Ideo ſecundo ad poteſtatem excellentiæ, quam Chriſtus habet in ſacramentis, pertinet quod in eius nomine ſacramenta ſanctificantur. Et quia ex eius inſtitutione ſacramenta virtutem obtinent, inde eſt quod Tertio ad excellentiam poteſtatis Chriſti pertinet, quod ipſe qui dedit virtutem ſacramentis, potuit inſtituere ſacramenta. Et quia cauſa non dependet ab effectu, ſed potius è conuerſo: ideo Quarto ad excellentiam poteſtatis Chriſti pertinet, quod ipſe potuit, effectum ſacramentorum ſine exteriori ſacramento conferre.* Hactenus S. Thomas.

Expreſſe id habet S. Thom.

25. Et patet, quia Chriſtus vt homo, Eccleſiã fundauit.

Deinde ſuadetur apertâ ratione. Quia Chriſtus vt homo, eſt caput, autor, & inſtitutor, ſiue fundator Nouæ Eccleſiæ: Ergo & Nouorum Sacramentorum: quam illationem num. 13. confirmaui. Nunc aſſertionem firmo, quia Chriſto vt homini omnia dedit Pater in manus: & data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra: quod in Tomo de Incarnatione ita capiendum eſſe oſtendimus, vt Pater nullum dederit Chriſto præceptum, niſi de hominum redemptione: imo nullum ſpeciale conſilium, ſed vt Chriſtus ipſe circa materiam perfectionis eas res eligeret, quas vellet; id enim Deo fore gratiſſimum, atque adeo Chriſto perfectiſſimum, vt videre eſt in diſput. 54. ſect. 5. Proinde Chriſtus ante omne Dei decretum abſolutum de ſacramentis, præuiſus fuit ita ſtatuens, *Volo Pater vt iſtæ res & iſta verba gratiam ſanctificantem ſignificent & conferant*, quæ eſt ipſiſſima ſacramenti inſtitutio, & eſſentialis forma, vt ex diſput. 3. ſect. 5. liquet: Ergo ſacramenti proxima inſtitutio à Chriſto manauit vt homine, ſiue ab eius creata voluntate. Nec aduerſus hanc partem argumentum occurrit alicuius roboris.

Altera tituli pars, Chriſtum ſcilicet quatenus Deum, ſeu per voluntatem increatam, non immediatè inſtituiſſe noua ſacramenta probatur etiam primùm auctoritate Doctorum omnium; à quibus non tam ponitur, quam ſupponitur; præſertim dum explicare nituntur, quomodo ſacramenta Noua, licet à Chriſto vt homine inſtituta fuerint, non ſint minus nobilia quam Vetera, quæ Deus quatenus Deus, & per increatam voluntatem proximè, & immediatè inſtituit; in quo præſertim deſudat Pater Suarez, num. 34. citandus. Deinde ratione probatur: quia cum Chriſtus per voluntatem creatam Noua ſacramenta inſtituerit, vt iam probaui; non apparet fundamentum aut modus aliquis ſine incommodo aſſerendi, inſtituiſſe etiam immediatè per voluntatem increatam, vt ſtatim apparebit. 26.

Nõ inſtituit ſacramenta, quatenus Deus, ſeu per voluntatem increatam.

Quia inſtituit vt homo, nec potuit ſimul vt Deus.

Arguet quippe aliquis in hunc modum. Cum illa Chriſti volitione creata *Volo vt ablutio & hæc verba ſignificent & conferant gratiam*, conſpirauit increata volitio ad idem volendum, & ad eandem ſacramentalem materiam extrinſece informandam: Ergo Chriſtus etiam qua Deus, & per voluntatem increatam inſtituit proximè & immediate ſacramenta. Conſequentia patet: quia ſi actus ille Chriſti creatus *Volo vt hæc materia deſignet ac tribuat gratiam*, informando extrinſece materiam iſtam, eſt ſacramentalis forma, & ideo Chriſtus immediatus ſacramenti inſtitutor; profecto hic actus eiuſdem increatus *Volo vt hæc res deſignet ac tribuat gratiam*, informando extrinſecè eandem materiam, eſt ipſius ſacramentalis forma: proinde Chriſtus qua Deus erit proximus & immediatus inſtitutor ſacramentorum. 27.

At inquies, conſpiraſſe actum increatum cũ creato ad idem volendum.

Prior antecedentis pars, nempe Chriſtum qua Deum, habuiſſe illum actum *Volo vt hæc materia deſignet ac tribuat gratiam*, facile intelligitur. Quia dum Pater Chriſto vt homini omnia daret in manus, neceſſe eſt vno è duobus modis Chriſtum alloqueretur, nempe aut ita, *Quodcunque tu volueris Ego volam*: aut ita, *Si tu hoc volueris, Ego hoc idem volam*: & vtrouis modo Chriſtum vt hominem, & ad extra ſit allocutus; ad intra tamen ſiue in increatâ voluntate, non erat volitio iſta confuſa, *Quidquid tu volueris: Ego volam*; Sed hæc diſtincta, & conditionalis, *Si hoc volueris, etiam ipſe hoc volam; ſi illud volueris, & illud ipſe volam*: nam in Dei voluntate & intellectu non eſt actuum confuſio. Proinde volente Chriſto quatenus homine, vt hæc materia ſignum eſſet & cauſa gratiæ, hoc ipſum voluit qua Deus tranſeunte conditionâli in abſolutam. Atque adeo 28.

Digitized by Google

adeò cum iſta volitione Chriſti vt hominis, *Volo vt hæc materia ſignificet cauſetque gratiam*, conſpirauit increata eiuſdem quatenus Dei volitio ad idem prorſus volendum; quæ fuit prior antecedentis pars.

29. Et ad eandẽ materiam, extrinſecè informandã.

Altera vero, ſeu quod idem ille actus increatus conſpirauerit cum creato ad eandem materiam extrinſece informandam, hoc eſt quod ille quoque eandem materiam informauerit, probatur. Nam actus Chriſti creatus ideo materiam illam informat & extrinſece informat, quia vult illam eſſe ſignum & cauſam gratiæ; & ita vult, vt ipſe tali materiæ ſit extrinſecus: hoc totum habet actus ille Chriſti quatenus Dei, ſiue increatus: Ergo pari ratione materiam illam extrinſece informat.

30. Confirmatur, quia propterea recte intelligitur actus Chriſti creatus & humanus, eſſe forma illius materiæ, quoniam illo intellecto, & omni alio per poſſibile vel impoſſibile ſecluſo, non poſſumus per illam materiam, tanquam per ſignum inſtrumentale & ad placitum, non deuenire in notitiam rei ſignificatæ, nempe gratiæ, vt infallibiliter conferendæ: Atqui pari ratione, intellecto iſto Chriſti actu increato, & quolibet alio per poſſibile aut impoſſibile ſecluſo, neceſſe eſt vt interuentu prædictæ materiæ, tanquam ſigni inſtrumentalis & voluntarij, veniamus in notitiam eiuſdem gratiæ infallibiliter conferendæ: Ergo actus iſte Chriſti increatus forma eſt materiam dictam extrinſecè informans.

31. Sed contra quia alioqui lex omnis eſſet diuina.

Sed contra primò, quia ſi diſcurſus hic robur haberet; nulla eſſet lex bona, & honeſta, pure humana, ſeu nihil honeſte præciperetur lege humanâ, quod non immediate præciperetur lege diuina. Conſequentis abſurditas claret. Sequela probatur. Nam hoc ipſo quod Deus humano principi dedit poteſtatem condendi leges honeſtas, obligauit ſe ad illis conſentiendum, & illas approbandas, volendo ſcilicet illud idem, quod Principis leges volunt ſeu præcipiunt. Ergo ſi voluntas increata Chriſti conſentiens cum creata in inſtitutione ſacramenti, eſt partialis inſtitutio ſacramenti; profecto conſpirans cum creata Principis ferentis hanc legem, ſiue rem iſtam præcipientis, erit huius rei partiale præceptum ſeu partialis lex ac proinde quidquid honeſtè præcipitur lege humana præcipitur etiam lege diuina: præſertim cum ſacramenti inſtitutio vel formaliter, vel virtualiter ſit legis cuiuſdam latio.

32. Et actus Chriſti creatus præcedit increatum, vt ſufficiens forma.

Contra Secundò, quoniam in ſacramenti inſtitutione actus voluntatis creatæ, præcedit actum increatæ, vt ex dictis nemo non videat: Atqui in eo priori intelligitur actus ille creatus & informare materiam, & illam reddere practice ſignificatiuam gratiæ: Ergo intelligitur eſſe integra Sacramenti forma: proinde actus increatus ſuperueniens, non eſt totalis nec partialis forma ſacramenti. Quod vrgeri poteſt exemplo ipſo legis humanæ, quam ſubſequitur approbatio diuina, ſed non vt totalis aut partialis lex. Dices non eſſe ſuperfluum actum increatum, ſed maxime eſſentialem, quia ſine illo ſacramentum non erit efficax gratiæ. Diſtinguo rationem iſtam; ſine illo per ſacramentum connotato, concedo, quia niſi Deus velit gratiam conferre, non conferet: ſine illo in ſacramentum incluſo, nego: nam, vt ſacramentum ſit efficax gratiæ, ſatis eſt intrinſece habeat actum, qui eſſentialiter connotet diuinam promiſſionem tribuendi gratiam. Ad alia quæ diſcurſus prædictus continet, facile reſpondebitur ex dictis de lege humana & diuinâ. S. Thom. Q. LX.

§. II.

An igitur Antiqua ſacramenta propterea Nouis perfectiora ſunt?

Ex Doctrina §. ſuperioris ſtatim hæc inſurgit obiectio. Antiqua ſacramenta fuerunt immediatè inſtituta à Deo: proinde illorum forma eſſentialis, fuit actus diuinus, & increatus: Atqui Noua ſacramenta fuerunt immediatè inſtituta à Chriſto, non quatenus Deo, ſed quatenus homine; ideoque illorum forma eſſentialis fuit ſolum actus Chriſti creatus & humanus: Ergo Antiqua ſacramenta ſunt longe nobiliora Nouis. Conſequentia probatur: quia quanto perfectior eſt forma, tanto perfectius eſt compoſitum per ipſam eſſentialiter conſtitutum: Cum forma ſacramentorum Veterum fuerit longè perfectior, quam forma Nouorum, vtpote increata præ creata; ſanè & Antiqua ſacramenta Nouis præſtantiora fuerunt. Quod incommodum non effugies, etſi dicas, formam ſacramentalem non eſſe ipſum inſtitutoris actum, ſed aliquid ex ipſo reſultans. Iſtud enim perfectius erit, ſi ex perfectiori actu qualis eſt increatus, reſultet. 33 Veterũ forma actus Dei increatus, Nouorũ forma, creatus: qui ergo Vetera non perfectiora Nouis.

P. Franciſcus Suarez Diſp. 12. ſect. 1. §. *Dices*, hanc proſpiciens difficultatem, negat Antiqua ſacramenta Nouis dignitate præcellere, cuius rei duas vel tres aſſignat rationes. Primâ, quia licet Chriſtus per humanitatem inſtituerit ſacramenta; prima tamen, & principalis cauſa inſtitutionis fuit increata voluntas, ad quam Chriſtus vt homo ſuam creatam conformabat. Contra primo, quia Chriſtus vt homo non minus principaliter ſe habuit in inſtituendis ſacramentis, quam ſe habeat humanus princeps in condendis legibus: At humani principis legiſlatio diuinam non ſubſequitur, ſed præit: Ergo & ſacramentorum inſtitutio à Chriſto vt homine facta, diuinam præceſſit, non ſubſecuta fuit. Secundò quia vel voluntas increata ſimul cum creata, fuit forma, vel inſtitutio ſacramentorum, vel non. Si fuit; ergo non ſola creata, contrà ac in §. ſuperiore conſtituimus. Si non fuit; ergo formæ ſacramentorum Veterum præſtantiores extiterunt formis Nouorum; ac proinde Sacramenta Vetera Nouis. 34. Prima reſpondendi ratio repellitur.

Secundam rationem adhibet, quia circa Veterum inſtitutionem, nullam poteſtatem, vel auctoritatem habuit ille homo, per quem à Deo data ſunt, ſed nudum promulgandi miniſterium: in Nouis verò ſacramentis ſimul cũ voluntate, & auctoritate diuina; & increata, interceſſit creata, & humana Chriſti voluntas: qui etiam vt homo habuit poteſtatẽ excel- 35. Secunda cõfutatur.

S. THOM. Q. LX.

lentiæ, qua ſicut poterat leges ferre, ita & ſacramenta inſtituere. Contrà, quia ſi voluntas increata ſimul cum creata inſtituit & conſtituit ſacramenta Noua, iam Deus eſt illorum proximus inſtitutor, quod in proximo §. improbatum linquimus. Si vero voluntas increata non inſtituit ſacramenta Noua, ſane quod in iſtorum inſtitutione interceſſerit creata Chriſti voluntas, pertinet quidem ad Chriſti dignitatem, videtur tamen minuere perfectionem Nouorum ſacramentorum reſpectu Antiquiorum; cum efficiat, vt Veterum inſtitutio, atque adeo forma, Nouorum inſtitutioni, ac proinde formæ, nobilitate antecellat.

36. *Tertia reiicitur.*

At inquit Suarez. Quòd nunc detur gratia per ſacramenta, licet pertineat ad ipſorum ſacramentorum dignitatem, nihil tamen imminuit de dignitate ipſius gratiæ, cum ſemper iſtius præcipuus autor ſit Deus: Ergo ſimiliter concurſus creatæ voluntatis ad ſacramentorum inſtitutionem, augebit quidem dignitatem voluntatis creatæ, ſacramentorum tamen dignitatem non minuet. Contrà, quia ſi propterea non iſtam diminuet, quod ſemper princeps ſacramentorum inſtitutor eſt Deus per voluntatem increatam; iam non ſolum Chriſtus vt homo, ſed etiam vt Deus, illorum eſt proximus inſtitutor, vt contra §. ſuperiorem ex Doctrina Patris Suarez in hoc ſæpius intulimus. Si autem Deus per voluntatem increatam non eſt ſacramentorum recentium inſtitutor proximus, paritas adducta nulla eſt. Nam gratia non conſtituitur in ſua perfectione intrinſeca, & phyſicâ, de qua ſola nunc diſſerimus, per aliquam voluntatem, aut volitionem, aut cauſam ſui productricem: ſacramentum autem intrinſecè conſtituitur per actualem ſeu formalem volitionem ſui inſtitutiuam. Si ergo hæc nobilior eſt in Veteribus, quam in Nouis, illa iſtis nobiliora erunt, vt obiectio contendit.

37. *Obiectio maximè premit Patrem Lugo.*

Ad quam inprimis reſpondemus, magis quam alium quempiã vrgeri male hac Patrem Ioannem de Lugo, qui docet, Antiqua ſacramenta cauſas eſſe gratiæ, quæ per Noua confertur. Nam etſi Circumciſio v. gr. Abrahami non ei contulit gratiam, confert tamen iis omnibus qui in lege gratiæ per Baptiſmum iuſtificantur: Multo autem maius, & nobilius eſt eſſe cauſam tot gratiarum, vt ita loquar, de futuro, quam vnius tantum gratiæ de præſenti: Ex alia vero parte forma Circumciſionis Abrahami erat actus increatus, formaque Baptiſmi Chriſtianorum, eſt actus creatus: Ergo Circumciſio Abrahami longe nobilius, & perfectius ſacramentum extitit, quam Baptiſmus S. Petri.

38. *In Euchariſtia locum non habet.*

Deinde reſpondemus, argumenti conſequentiam locum non habere in ſacramento Euchariſtiæ, quod ex parte materiæ continet Chriſti carnem, & ſanguinem formaliter ſubſiſtentes, atque adeo Verbi diuini ſubſiſtentiam non comitanter, ſed ex vi verborum, Hoc eſt corpus meum, Hic e[ſt] ſanguis meus: nam corpus, & ſanguis Chriſti non eſt, niſi in verbo formaliter ſubſiſtens. Cúmque diuini Verbi ſubſiſtentia non [ſi]t minus nobilis, quam libera Dei volitio, fit, vt quamuis cætera ſacramenta Noua de nobilitate concederent antiquis, Euchariſtia tamen illis, ſeſe æquaret; imò præcelleret, idque dupliciter. Primo, quia Verbi ſubſiſtentiam dicit Euchariſtia in recto, Circunciſio vero liberam Dei volitionem in obliquo; & quidem ita, vt quamuis libera Dei volitio à Circunciſione, loco, & tempore phyſice diſtaret, illam conſtitueret, vt nunc Baptiſmum liber Chriſti actus, licet ita diſtet, conſtituit: At cum Chriſti corpus, & ſanguis in recto dicant Verbi ſubſiſtentiam: nequit Euchariſtia phyſice exiſtere, niſi Verbum diuinum loco, & tempore ipſi coëxiſtat. Secundò quoniam Euchariſtia confert gratiam: & hanc Vetera ſacramenta non conferebant: Ergo duplici nomine illis nobilior.

Poſtremo, & directe, & pro omnibus ſacramentis Nouis, ad obiectionem num. 35. propoſitam reſpondemus negando conſequentiam. Quia ſacramenti dignitas, & præſtantia non attenditur ex perfectione entitatiua formæ, quam includit, ſed ex perfectiore ſanctificatione quam tribuit: Atqui ſacramenta legum antiquarum ſanctificarunt extrinſece & imperfectè; ſacramenta vero Nouæ legis ſanctificant intrinſecè, & perfectè: Ergo hæc illis nobilitate præcellunt. Maior, quæ ſola negabitur, oſtenditur; quia ſacramentum formaliter eſt volitio tribuendi gratiam, ac proinde eſt doni cuiuſdam conceſſio: Hæc autem etſi diuina ſit, non pluris æſtimatur, quam res per ipſam conceſſa, vt probauimus in Tomo de Incarnat. Diſp. 6. num. 19. Confirmamus, quia quodlibet Antiquiorum ſacramentorum potuiſſet pura creatura condigne mereri: Baptiſmum autem, aut Pœnitentiam non poſſet: idque quia gratiam primam, quam ea ſacramenta tribuunt, non poſſet condigne mereri: Proinde ſacramentum formaliter acceptum, non pluris æſtimatur, quam res illa cuius eſt conceſſio. Et hanc doctrinam iterum proferemus infra Diſp. 10. num... & magis corroborabimus. 39. *Solidatũ reſponſionem prima: ſacramentum æſtimari ex præſtantia formæ.*

Si quis tamen in hac reſponſione non penitus conquieuerit, ſine abſurditate, vel incommodo poterit ei reſponderi per diſtinctionem conſequentis, in hunc modum: Antiqua ſacramenta ſunt perfectiora Nouis, diſtinguo: vel quoad formam ſacramentalem, vel quoad virtutem ſanctificandi: quoad priorem, concedo; quoad alteram nego. Noua enim virtutem habent ſanctificandi intrinſece, & propriè; Vetera vero ſolum habuere vim ſanctificandi extrinſece, & impropriè, prout in ſuperioribus fuſe declaratum, & confirmatum relinquimus. 40. *Secunda, Vetera eſſe p[r]æſtãtiora quoad formam.*

Neque verò Concilia, atque adeo nec Pontifices, aut Eccleſia, nec aliæ fidei Regulæ, vel etiam Patres, aut Doctores, pronunciant, Recentiora ſacramenta Vetuſtioribus aliter eſſe præſtantiora, quam in virtute & ratione ſanctificandi & gratiam tribuendi: quod videre licet in Concilio Florent. ſeſſ. 25. in Inſtructione Armenorum §. illo ſæpe citato, *Quintò, Eccleſiaſticorum ſacramentorum*, vbi ſolam iſtam præſtantiæ rationem adducit: itemque in Trident. ſeſſ. 24. ante Canones de ſacramento Matrimonij dicente, Matrimonium in lege Noua Veteribus coniugiis gratia præſtare. 41. *Nullã id ſidei regulã negante.*

Atque in hac reſponſione conceditur quidem, omnia ſacramenta Legum antiquarum Nouis ſacramentis præcellere in ſacra 42. *Non tamen omnibus Nouis in perfectione intrinſecâ.*

Digitized by Google

ſacramentali forma, ſecundum ſe, & quaſi materialiter ſpectatâ, vt pote realiter, ſeu materialiter identificatâ cum actu diuino, & increato: non tamen conceditur præcellere omnibus ſacramentis Nouis in omni ratione intrinſeca, & eſſentiali. Tum quia ſecundum iſtam pleraque ſacramenta Noua antiquioribus manifeſte præcellunt, ex gratia Baptiſmus Circunciſioni per expreſſam diuinarum perſonarum Trinitatem. Tum etiam, & potiſſime quia Venerabilis Euchariſtia, cum includat in recto, & formaliter Verbi diuini ſubſiſtentiam, vt numer. 38. breuiter attigimus, & in Diſputationibus Euchariſtiæ, Deo dante fusè roborabimus; ſanè hoc nomine non ſolum Antiquioribus ſacramentis dignitate, & perfectione non cedit, verum etiam longiſſime præcedit. Eſt enim illa ſubſiſtentia non ſolum ens increatum identicè, & materialiter, ſed etiam formaliter, nec æquiualenter creatum, cum ſit omnino, & ſimpliciter neceſſarium: quas rationes liber Dei actus non habet; quapropter à nobis de Voluntate Dei diſputantibus dicebatur eſſe æquiualenter creatura.

43. Nec eam præſtãtiam, etiam in forma eſſe ſummam.

Inde verò duo planiſſime conſtant. Alterum eſt, in hac reſpon one non adeo magnam præſtantiam concedi ſacramentis Antiquioribus, etiam ſub illa limitatione quoad formas ſacramentales, vt abſolute dicere poſſimus eſſe præſtantiam ſimpliciter infinitam; cum eiuſmodi forma, quatenus actus liber eſt, ac proinde quatenus eſt forma ſacramentalis, ſit æquiualenter creatura, & proinde æquiualenter finita. Alterum eſt, hanc reſpoſi onem mirificè conuenire, & conſpirare cum præcedente, quæ ſacramentalis formæ præſtantiam non ex materiali ipſius entitate, ſed ex effectu, quem ſacramenta conferunt, æſtimandam, & metiendam eſſe contendebat.

44. Datæ reſpõſiones idoneę quidem, ſed fortaſſe nonnullis ſcrupulum relinquent.

Non dubito quin hæ duæ reſponſiones, vel diuiſim, vel coniunctim acceptæ, multis, atque adeo pleriſque ſatisfacturæ ſint. Quia tamen erunt, quibus illa ſacramentorum Veterum præſtantia quoad formam ſacramentalem reipſa, licet materialiter, increatam, plurimum ſpectare videatur ad excellentiam, & præcellentiam ſacramenti per ipſam formaliter conſtituti; age ſcrupulum iſtum eis eximamus, & tertia reſponſione adhibitâ probemus, neque hanc ipſam excellentiam actus, & formæ diuinæ & increatæ, Nouis ſacramentis deeſſe. Cum enim in alia entitate ſacramento intrinſeca, & in effectu ſanctificandi, Recentiora ſacramenta Priſcis anteſtent, ſanè ſi diuinam & increatam entitatem intrinſecè in ſuis formis includere oſtendantur, planè conſtabit eſſe Antiquioribus longe præſtantiora.

45. Creatus Chriſti actus non eſt ſacramẽti forma, niſi deificatus.

Notandum eſt, creatum Chriſti actum, quo ſacramentum intrinſecè conſtituitur, ex. gratia. *Volo vt ablutio, & hac verba Ego te baptizo & gratiam ſignificent, & conferant*, non eſſe baptiſmi ſacramentalem formam nude ſumptum; ſed à diuina perſonalitate, & ab ipſa diuinitate, cunctiſque eius attributis dignificatum, & quaſi deificatum. Eſt enim actus ille condigne meritorius, & condigne impetratorius, & reipſa, ſeu de facto condigne meritus, & impetrans offenſæ diuinæ remiſſionem; quæ niſi per actum dignitatis & valoris ſimpliciter infiniti condigne mereri, & impetrari non poteſt, vt in Tomo de Incarnat. Diſput. 3. & 4. cum communiſſima ſententia, tradidimus. Porro actum illum Chriſti eſſe valoris & dignitatis ſimpliciter infinitæ, non aliud eſt quã extrinſeca denominatio à formis illis, vel quaſi formis ipſum dignificantibus, & deificantibus, nimirum à Verbi perſonalitate, diuinitate, & eius attributis, vt in eiuſdem Tomi de Incarnat. Diſput. 6. Sect. 3. confirmatum eſt.

S. Thom. Q. LX.

Verbiq; ſubſiſtentiam, & omnes Dei perfectiones attributales inuoluens.

46. Reſponſio 3. Nouorum formam, nec materialiter eſſe minus nobilem, quam Veterum.

Hinc tertio reſpondeo, ſacramenta Noua Veteribus nequidem quoad formam ſacramentalem de dignitate & perfectione concedere. Nam forma Nouorum non eſt nudus actus Chriſti creatus, ſed à deitate, & reliquis diuinis perfectionibus ſimpliciter neceſſariis dignificatus, ac deificatus, ac proinde illas formaliter inuoluens. Illæ verò perfectiones diuinæ ſimpliciter neceſſariæ, ſaltem virtute, & eminenter, vel quaſi eminẽter, aut etiã æquiualenter cõtinent liberas, ita proſus vt Deus ſecũdum perfectiones ſimpliciter neceſſarias conſideratus, non ſit ſimpliciter minus perfectus, quam ſecundum illas ſimul & liberas. Cum igitur formæ Recentium ſacramentorum formaliter inuoluant cunctas Dei perfectiones abſolutas ſimpliciter neceſſarias, dici non poteſt non includere tantam perfectionem, quantam forma Veterum ſacramentorum.

Inuoluit enim perfectiones increatas.

47. At illæ non informant, vel quaſi informant immediatè.

Dices, adhuc eſſe magnum diſcrimen. Nam actus Dei liber increatus immediate afficiebat materiam ſacramentorum Veterum: materiam autem Nouorum nulla perfectio increata afficit immediate, ſed mediante actu creato voluntatis Chriſti, vtpote per illas perfectiones diuinas ſimpliciter neceſſarias velut informato, & dignificato. Et præterea liber Dei actus increatus etiam dignificatur à diuinis perfectionibus abſolutis ſimpliciter neceſſariis: eſt enim æſtimationis, & venerationis digniſſimus, quia libere quaſi procedens à principio, vel quaſi principio intellectuali libero habente dignitatem, perfectionem, & ſanctitatem ſimpliciter infinitam. Cum igitur materia ſacramenti Veteris immediate afficeretur actu Dei libero increato, & hic perfectionibus diuinis abſolutis; materia vero ſacramenti Noui nec perfectionibus illis ſimpliciter neceſſariis, nec actu Dei libero increato immediate afficiatur; neceſſe eſt vt ſecundum formam ſacramentum Nouum Veteri cedat.

Et actum Dei liberũ etiam dignificant.

48. Neutrum tamen iſtorum adhibitam reſponſionẽ frangit.

Nego conſequentiam: quia diſcrimen iſtud in ordine ad moralem æſtimabilitatem valde materiale eſt; non enim aufert, quin vtriuſque ſacramenti forma diuinas perfectiones ſimpliciter neceſſarias formaliter inuoluat: nec tollit quin perfectiones iſtæ ſimpliciter neceſſariæ, ſiue in hoc, ſiue in alio ſacramento ſpectentur, non contineant quaſi eminenter, vel potius æquiualenter liberas, ita vt per illas abſolute non perficiantur. Proinde forma ſacramenti Noui cum contineat formaliter perfectiones Dei neceſſarias, quas forma Veteris, & eminenter,

Digitized by Google

S. Thom. Q. LX. lentiæ, qua ſicut poterat leges ferre, ita & ſacramenta inſtituere. Contrà, quia ſi voluntas increata ſimul cum creata inſtituit & conſtituit ſacramenta Noua, iam Deus eſt illorum proximus inſtitutor, quod in proximo §. improbatum linquimus. Si vero voluntas increata non inſtituit ſacramenta Noua, ſane quod in iſtorum inſtitutione interceſſerit creata Chriſti voluntas, pertinet quidem ad Chriſti dignitatem, videtur tamen minuere perfectionem Nouorum ſacramentorum reſpectu Antiquiorum; cum efficiat, vt Veterum inſtitutio, atque adeo forma, Nouorum inſtitutioni, ac proinde formæ, nobilitate antecellat.

36. Tertia reiicitur. At inquit Suarez. Quòd nunc detur gratia per ſacramenta, licet pertineat ad ipſorum ſacramentorum dignitatem, nihil tamen imminuit de dignitate ipſius gratiæ, cum ſemper illius præcipuus autor ſit Deus: Ergo ſimiliter concurſus creatæ voluntatis ad ſacramentorum inſtitutionem, augebit quidem dignitatem voluntatis creatæ, ſacramentorum tamen dignitatem non minuet. Contrà, quia ſi propterea non iſtam diminuet, quòd ſemper princeps ſacramentorum inſtitutor eſt Deus per voluntatem increatam; iam non ſolum Chriſtus vt homo, ſed etiam vt Deus, illorum eſt proximus inſtitutor, vt contra §. ſuperiorem ex Doctrina Patris Suarez in hoc ſæpius intulimus. Si autem Deus per voluntatem increatam non eſt ſacramentorum recentium inſtitutor proximus, paritas adducta nulla eſt. Nam gratia non conſtituitur in ſua perfectione intrinſeca, & phyſica, de qua ſola nunc diſſerimus, per aliquam voluntatem, aut volitionem, aut cauſam ſui productricem: ſacramentum autem intrinſecè conſtituitur per actualem ſeu formalem volitionem ſui inſtitutiuam. Si ergo hæc nobilior eſt in Veteribus, quam in Nouis, illa iſtis nobiliora erunt, vt obiectio contendit.

37. Obiectio maximè premit Patrem Lugõ. Ad quam inprimis reſpondemus, magis quam alium quempiã vrgeri male hac Patrem Ioannem de Lugo, qui docet, Antiqua ſacramenta cauſas eſſe gratiæ, quæ per Noua confertur. Nam etſi Circumciſio v. gr. Abrahami non ei contulit gratiam, confert tamen iis omnibus qui in lege gratiæ per Baptiſmum iuſtificantur: Multo autem maius, & nobilius eſt eſſe cauſam tot gratiarum, vt ita loquar, de futuro, quam vnius tantum gratiæ de præſenti: Ex alia vero parte forma Circumciſionis Abrahami erat actus increatus, formaque Baptiſmi Chriſtianorum, eſt actus creatus: Ergo Circumciſio Abrahami longe nobilius, & perfectius ſacramentum extitit, quam Baptiſmus S. Petri.

38. In Eucharistia locum non habet. Deinde reſpondemus, argumenti conſequentiam locum non habere in ſacramento Euchariſtiæ, quod ex parte materiæ continet Chriſti carnem, & ſanguinem formaliter ſubſiſtentes, atque adeo Verbi diuini ſubſiſtentiam non comitanter, ſed ex vi verborum, Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus: nam corpus, & ſanguis Chriſti non eſt, niſi in verbo formaliter ſubſiſtens. Cumque diuini Verbi ſubſiſtentia non ſit minus nobilis, quam libera Dei volitio, fit, vt quamuis cætera ſacramenta Noua de nobilitate concederent antiquis, Euchariſtia tamen illis, ſeſe æquaret; imò præcelleret, idque dupliciter. Primò, quia Verbi ſubſiſtentiam dicit Euchariſtia in recto, Circumciſio vero liberam Dei volitionem in obliquo; & quidem ita, vt quamuis libera Dei volitio à Circumciſione, loco, & tempore phyſice diſtaret, illam conſtitueret, vt nunc Baptiſmum liber Chriſti actus, licet ita diſtet, conſtituit: At cum Chriſti corpus, & ſanguis in recto dicant Verbi ſubſiſtentiam: nequit Euchariſtia phyſice exiſtere, niſi Verbum diuinum loco, & tempore ipſi coëxiſtat. Secundò quoniam Euchariſtia confert gratiam: & hanc Vetera ſacramenta non conferebant: Ergo duplici nomine illis nobilior.

Poſtremo, & directe, & pro omnibus ſacramentis Nouis, ad obiectionem num. 33. propoſitam reſpondemus negando conſequentiam. Quia ſacramenti dignitas, & præſtantia non attenditur ex perfectione entitatiua formæ, quam includit, ſed ex perfectiore ſanctificatione quam tribuit: Atqui ſacramenta legum antiquarum ſanctificarunt extrinſece & imperfectè; ſacramenta vero Nouæ legis ſanctificant intrinſecè, & perfectè: Ergo hæc illis nobilitate præcellunt. Maior, quæ ſola negabitur, oſtenditur; quia ſacramentum formaliter eſt volitio tribuendi gratiam, ac proinde eſt doni cuiuſdam conceſſio: Hæc autem etſi diuina ſit, non pluris æſtimatur, quam res per ipſam conceſſa, vt probauimus in Tomo de Incarnat. Diſp. 6. num. 19. Confirmamus, quia quodlibet Antiquiorum ſacramentorum potuiſſet pura creatura condigne mereri: Baptiſmum autem, aut Pœnitentiam non poſſet: idque quia gratiam primam, quam ea ſacramenta tribuunt, non poſſet condigne mereri: Proinde ſacramentum formaliter acceptum, non pluris æſtimatur, quam res illa cuius eſt conceſſio. Et hanc doctrinam iterum proferemus infra Diſp. 10. num... & magis corroborabimus. 39. Solidarũ reſponſionum prima: ſacramentum nõ æſtimari ex præſtantia formæ.

Si quis tamen in hac reſponſione non penitus conquieuerit, ſine abſurditate, vel incommodo poterit ei reſponderi per diſtinctionem conſequentis, in hunc modum: Antiqua ſacramenta ſunt perfectiora Nouis, diſtinguo: vel quoad formam ſacramentalem, vel quoad virtutem ſanctificandi: quoad priorem, concedo; quoad alteram nego. Noua enim virtutem habent ſanctificandi intrinſece, & propriè; Vetera vero ſolum habuere vim ſanctificandi extrinſece, & impropriè, prout in ſuperioribus fuſe declaratum, & confirmatum relinquimus. 40. Secunda, Vetera eſſe præſtãtiora quoad formam.

Neque verò Concilia, atque adeo nec Pontifices, aut Eccleſia, nec aliæ fidei Regulæ, vel etiam Patres, aut Doctores, pronunciant, Recentiora ſacramenta Vetuſtioribus aliter eſſe præſtantiora, quam in virtute & ratione ſanctificandi & gratiam tribuendi: quod videre licet in Concilio Florent. ſeſſ. 25. in Inſtructione Armenorum §. illo ſæpe citato, *Quintò, Eccleſiaſticorum ſacramentorum*, vbi ſolam iſtam præſtantiæ rationem adducit: itemque in Trident. ſeſſ. 24. ante Canones de ſacramento Matrimonij dicente, Matrimonium in lege Noua Veteribus coniugiis gratia præſtare. 41. Nullã id fidei regulã negante.

Atque in hac reſponſione conceditur quidem, omnia ſacramenta Legum antiquarum Nouis ſacramentis præcellere in ſacra 42. Non tamen omnibus Nouis in perfectione intrinſecã.

Digitized by Google

ſacramentali forma, ſecundum ſe, & quaſi materialiter ſpectatâ, vt pote realiter, ſeu materialiter identificatâ cum actu diuino, & increato: non tamen conceditur præcellere omnibus ſacramentis Nouis in omni ratione intrinſeca, & eſſentiali. Tum quia ſecundum iſtam pleraque ſacramenta Noua antiquioribus manifeſte præcellunt, ex. gratia Baptiſmus Circuncisioni per expreſſam diuinarum perſonarum Trinitatem. Tum etiam, & potiſſime quia Venerabilis Euchariſtia, cum includat in recto, & formaliter Verbi diuini ſubſiſtentiam, vt numer. 38. breuiter attigimus, & in Diſputationibus Euchariſtiæ, Deo dante fusè roborabimus; ſanè hoc nomine non ſolum Antiquioribus ſacramentis dignitate, & perfectione non cedit, verum etiam longiſſime præcedit. Eſt enim illa ſubſiſtentia non ſolum ens increatum identicè, & materialiter, ſed etiam formaliter, nec æquiualenter creatum, cum ſit omnino, & ſimpliciter neceſſarium: quas rationes liber Dei actus non habet; quapropter à nobis de Voluntate Dei diſputantibus dicebatur eſſe æquiualenter creatura.

43. Nec eam præſtãtiam, etiam in forma eſſe ſummam.

Inde verò duo planiſſime conſtant. Alterum eſt, in hac reſpon one non adeo magnam præſtantiam concedi ſacramentis Antiquioribus, etiam ſub illa limitatione quoad formas ſacramentales, vt abſolute dicere poſſimus eſſe præſtantiam ſimpliciter infinitam; cum eiuſmodi forma, quatenus actus liber eſt, ac proinde quatenus eſt forma ſacramentalis, ſit æquiualenter creatura, & proinde æquiualenter finita. Alterum eſt, hanc reſpoſi onem mirificè conuenire, & conſpirare cum præcedente, quæ ſacramentalis formæ præſtantiam non ex materiali ipſius entitate, ſed ex effectu, quem ſacramenta conferunt, æſtimandam, & metiendam eſſe contendebat.

44. Datæ reſpõſiones idoneç quidem, ſed fortaſſe nonnullis ſcrupulum relinquent.

Non dubito quin hæ duæ reſponſiones, vel diuiſim, vel coniunctim acceptæ, multis, atque adeo pleriſque ſatisfacturæ ſint. Quia tamen erunt, quibus illa ſacramentorum Veterum præſtantia quoad formam ſacramentalem reipſa, licet materialiter, increatam, plurimum ſpectare videatur ad excellentiam, & præcellentiam ſacramenti per ipſam formaliter conſtituti; age ſcrupulum iſtum eis eximamus, & tertia reſponſione adhibitâ probemus, neque hanc ipſam excellentiam actus, & formæ diuinæ & increatæ, Nouis ſacramentis deeſſe. Cum enim in alia entitate ſacramento intrinſeca, & in effectu ſanctificandi, Recentiora ſacramenta Priſcis anteſtent, ſanè ſi diuinam & increatam entitatem intrinſecè in ſuis formis includere oſtendantur, planè conſtabit eſſe Antiquioribus longe præſtantiora.

45. Creatus Chriſti actus non eſt ſacramẽti forma, niſi deificatus.

Notandum eſt, creatum Chriſti actum, quo ſacramentum intrinſecè conſtituitur, ex. gratia. *Volo vt ablutio, & hæc verba Ego te baptizo & gratiam ſignificent, & conferant*, non eſſe baptiſmi ſacramentalem formam nude ſumptum, ſed à diuina perſonalitate, & ab ipſa diuinitate, cunctiſque eius attributis dignificatum, & quaſi deificatum. Eſt enim actus ille condigne meritorius, & condigne impetratorius, & reipſa, S. Thom. Q. LX.
ſeu de facto condigne meritus, & impetrans offenſæ diuinæ remiſſionem; quæ niſi per actum dignitatis & valoris ſimpliciter infiniti condigne mereri, & impetrari non poteſt, vt in Tomo de Incarnat. Diſput. 3. & 4. cum communiſſima ſententia, tradidimus.

Verbiq; ſubſiſtentiam, & omnes Dei perfectiones attributales inuoluens.

Porro actum illum Chriſti eſſe valoris & dignitatis ſimpliciter infinitæ, non aliud eſt quã extrinſeca denominatio à formis illis, vel quaſi formis ipſum dignificantibus, & deificantibus, nimirum à Verbi perſonalitate, diuinitate, & eius attributis, vt in eiuſdem Tomi de Incarnat. Diſput. 6. Sect. 3. confirmatum eſt.

46. Reſponſio 3. Nouorum formam, nec materialiter eſſe minus nobilem, quam Veterum.

Hinc tertio reſpondeo, ſacramenta Noua Veteribus nequidem quoad formam ſacramentalem de dignitate & perfectione concedere. Nam forma Nouorum non eſt nudus actus Chriſti creatus, ſed à deitate, & reliquis diuinis perfectionibus ſimpliciter neceſſariis dignificatus, ac deificatus, ac proinde illas formaliter inuoluens. Illæ verò perfectiones diuinæ ſimpliciter neceſſariæ, ſaltem virtute, & eminenter, vel quaſi eminẽter, aut etiã æquiualenter cõtinent liberas, ita proſus vt Deus ſecũdum perfectiones ſimpliciter neceſſarias conſideratus, non ſit ſimpliciter minus perfectus, quam ſecundum illas ſimul & liberas. Cum igitur formæ Recentium ſacramentorum formaliter inuoluant cunctas Dei perfectiones abſolutas ſimpliciter neceſſarias, dici non poteſt non includere tantam perfectionem, quantam forma Veterum ſacramentorum.

Inuoluit enim perfectiones increatas.

47. At illæ non informant, vel quaſi informant immediatè.

Dices, adhuc eſſe magnum diſcrimen. Nam actus Dei liber increatus immediate afficiebat materiam ſacramentorum Veterum: materiam autem Nouorum nulla perfectio increata afficit immediate, ſed mediante actu creato voluntatis Chriſti, vtpote per illas perfectiones diuinas ſimpliciter neceſſarias velut informato, & dignificato. Et præterea liber Dei actus increatus etiam dignificatur à diuinis perfectionibus abſolutis ſimpliciter neceſſariis: eſt enim æſtimationis, & venerationis digniſſimus, quia libere quaſi procedens à principio, vel quaſi principio intellectuali libero habente dignitatem, perfectionem, & ſanctitatem ſimpliciter infinitam. Cum igitur materia ſacramenti Veteris immediate afficeretur actu Dei libero increato, & hic perfectionibus diuinis abſolutis; materia vero ſacramenti Noui nec perfectionibus illis ſimpliciter neceſſariis, nec actu Dei libero increato immediate afficiatur; neceſſe eſt vt ſecundum formam ſacramentum Nouum Veteri cedat.

Et actum Dei liberũ etiam dignificant.

48. Neutrum tamen iſtorum adhibitam reſponſionẽ frangit.

Nego conſequentiam: quia diſcrimen iſtud in ordine ad moralem æſtimabilitatem valde materiale eſt; non enim aufert, quin vtriuſque ſacramenti forma diuinas perfectiones ſimpliciter neceſſarias formaliter inuoluat: nec tollit quin perfectiones iſtæ ſimpliciter neceſſariæ, ſiue in hoc, ſiue in alio ſacramento ſpectentur, non contineant quaſi eminenter, vel potius æquiualenter liberas, ita vt per illas abſolute non perficiantur. Proinde forma ſacramenti Noui cum contineat formaliter perfectiones Dei neceſſarias, quas forma Veteris, & eminenter,

S.Thom. Q. L X. nenter, aut æquiualenter formam liberam Veteris, quæ neceſſariis non addit ſimpliciter perfectionem, conſequens eſt, vt formæ Veterum de dignitate non concedat.

SECTIO III.

An pura creatura poſſet ſacramenta inſtituere.

49. ETſi quæſtio magnam partem ſit de ſignificationibus vocum iſtarum *inſtituere ſacramenta*; non eſt obiter prætereunda, vel curſim agitanda, quia ſecum afferet Doctrinas huic inſtituto perutiles; & forſitan occaſionem noui aliquid in commune commodum afferendi.

§ I.

Quæſtionis ſtatus expoſitus.

50. Poſſet creatura ad ſignũ concurrere deſignans materiã, cui Deus formã adderet.

MVltipliciter poſſet pura creatura influere, vel cooperari ad alicuius ſigni inſtitutionem. Primùm deſignando materiam, cui Deus ſuam formam imponeret; vt ſi Deus Petro diceret, *Volo vt res quam primam pronunciabis, ſignificet ac tribuat gratiam, & conſecrandi poteſtatem.* Eius vero rei pronunciatio primùm à Petro facta, non eſſet ſigni inſtitutio, quia non eſſet ſigni forma, ſed mera deſignatio, vel quaſi oblatio materiæ, cui Deus formam inſtitutionis apponeret. Sic nimirum, vt Epiſcopo dicente, *Volo vt ex his omnibus excommunicatione ligatis, ille liber maneat, quem Maria deſignauerit*, Si Maria deſignaret Petrum, maneret quidem iſte abſolutus, ſed non à Maria, vtpote iuriſdictionis ſpiritualis incapaci, ſed ab Epiſcopo, vt à cauſa efficiente & applicante abſolutionem ſubiecto à Maria deſignato.

51. Vel conficiẽs materiã, cui Deus induceret formã.

Deinde poſſet pura creatura cooperari ad ſigni inſtitutionem conficiendo materiam, in quam Deus induceret ſigni formam: vt ſi Chriſtus diceret, *Volo, vt Pelicanus artificioſe expreſſus, meum ſymbolum ſit*; tunc enim hoc ipſo quod pictor Pelicanum depingeret, illa pictura euaderet Chriſti ſymbolum, non à pictore, ſed à Chriſto inſtitutum. Alioquin aurifices, pictores, & plaſtæ, aliique paſſim artifices, qui ſymbola Principum è variis materiis elaborant, eſſent eiuſmodi ſymbolorum inſtitutores, quod eſt ridiculum: cum nec ſint illorum effectores propriè, ſeu formaliter. Nam ſigni effector formaliter ille dumtaxat eſt, qui materiæ applicat ſignificationis formam: iis vero materiis non applicant artifices, ſed Principes. Quippe ſolus formam ſigno applicat is, qui per ipſum ſignum rem ſignificat: & ſolus rem ſignificat is, qui per ipſum ſignum loquitur: per ſymbola vero non loquuntur artifices, ſed Principes, quorum ſymbola ſunt: qua de re fuſiùs egi ſupra Diſp. 4. ſect. 4. §. 2.

52. Vel vniens cum materia diuinam inſtitutionem, ſeu formam.

Tertio creatura concurreret ad ſigni impoſitionem, vniendo cum materia ſignificatiuam formam, ſiue inſtitutionem diuinam. Ita concurrit nunc miniſter cuiuſque ſacramenti tranſeuntis: nam per illud loquitur in ſignificatione à Chriſto inſtitutâ, ſicut nos per hanc vocem Homo loquimur in ſignificatione inſtituta ab autoribus Latini ſermonis. Proinde neque tertio iſto modo foret purus homo vel purus Angelus ſigni inſtitutor, ſed effector, & vſurpator: ſicut nos ſcilicet, dum in ſenſu recepto, & communi verba ſenſibilia proferimus, non illa ſigna inſtituimus, ſed ab aliis inſtituta efficimus, & ad vſum applicamus.

Quarto creatura cooperaretur ad ſignum inſtituendum partialiter: ita videlicet, vt partem vnam formæ inſtitueret, ſeu de ſuo apponeret creatura, & partem alteram Deus: ex. gr. creatura adhiberet vim ſignificatiuam, hoc actu, Volo vt cruciformis ablutio gratiam Angelorum ſignificet: & Deus adderet vim ſacratiuam hoc actu, *Volo vt Cruciformis ablutio gratiam conferat.* Quærimus igitur, num in hoc euentu creatura pura poſſet ſacramentum inſtituere ſaltem partialiter. 53. Vel inſtituendo formæ partem.

Quinto cogitari poſſet concurrere pura creatura ad inſtituendum ſignum per hunc vel ſimilem actum. Volo, vt cruciformis ablutio gratiam Angelorum ſignificet, & hominem cui applicabitur ſanctificet, ſaltem legaliter. Et in hoc euentu quærimus, num creatura pura per eiuſmodi actum ex Dei commiſſione, & promiſſione factum, ac proinde efficacem, ſacramentum inſtitueret, non quidem partialiter; vt in euentu numeri præcedentis, ſed totaliter, vtpote totius formæ propria, & ſpecialis autor. 54. Vel totam formam de ſuo adhibẽs.

§. II.

Multiplex opinandi modus relictus.

AFfirmat abſolutè Bonau. & Richard. etſi reluctetur Vaſquez, eo quòd non exponant ſe agere de inſtitutione propria. Quaſi verò inſtitutio abſolutè prolata non ſupponatur pro ſola propria: vel quoties de re propriè ſumpta ſermo eſt, neceſſe ſit aduerbium propriè, vel quidpiam ſimile adiicere. Bonauenturæ, & Richardo conſentit Lugus Diſput. 7. ſect. 2. num. 24. non rectè allegans Patrem Suarez vt num... conſtabit. Argumentum apparentius eſt, quia in eiuſmodi inſtitutione per puram creaturam facta non apparet implicatio, vt ex num. ſuperiore licet colligere. Reſpondeo tamen eſſe implicationem, quam ex Doctrina communi, & ex alia Lugi propria, in 3. §. repræſentabimus. 55. Bonauent. Richard. & Lugus, ſentiunt, poſſe puram creaturam faciũ inſtituere.

Negat abſolutè Scotus in 4. diſt. 2. quæſt. 1. §. *Ex his* Gabriel Biel ibidem quæſt 1. art. 3. dub. 1. & Gabriel Vaſquez Diſput. 135. cap. 2. Probant Scotus, & Biel, quia ſi creatura ſacramentum inſtitueret, Deum determinaret ad producendam gratiam: quod æque repugnat, ac Deum eſſe cauſam ſecundam, & creaturam eſſe cauſam primam. Probat Vaſquez, quia rem aliquam inſtituere, eſt illam inchoare, & ab initio ſtatuere, & proinde primam illius cogitationem ſuſcipere, & primum de illa decretum habere, conſilium ve capere: Atqui pura creatura non poteſt primâ ſacramentum inchoare, ſeu primò ſtatuere: cum neceſſe ſit, vt Deus prius de illius inſtitutione cogitet: Ergo non poteſt pura creatura ſacramentum inſtituere. 56. Scotus, Gabr el, & Vaſquez abſolute negant.

Rationem

Digitized by Google

57. Illorum & Vazquij idē eſt fundamentum.

Rationem iſtam qua Vazquez vtitur, etſi reclamet Lugus, non reor ab Scotica diſtinctam. Quod enim cauſa ſecunda primam determinet ad producendam gratiam, non aliud hic apud Scotum eſſe poteſt, niſi quod ante omne conſilium, aut decretum primæ de producenda gratia, cauſa ſecunda tale inſtituat ſignum, quo poſito nequeat prima gratiam nō producere: At hoc ipſum eſt, quod cauſa ſecunda inchoet, ſiue ab initio ſtatuat ſacramentum; nempe quod ipſa primo conſilium ineat de gratiæ productione, quod prorſus implicat, cum nequeat ſecunda conſilium eiuſmodi inchoare, & capere, ſignumque tale inſtituere, quin Deus ante a decernat illi exhibere potentiam ad eiuſmodi ſignum inſtituendum, tum phyſicam, tum moralem, qua nempe eiuſmodi ſigno adiungat promiſſionem diuinam, vel aliquam aliam rationem, qua poſitâ nequeat Deus ad illius ſigni poſitionem gratiam non ponere: Ergo &c.

58. Reiicitur, quia inſtituere, non eſt primò cogitare.

Hoc tamen Scoti, Gabrielis, & Vazquij fundamentum libere iacitur. Vnde namque elicitur, aut quaſi exploratum ponitur, quòd ſacramentum inſtituere eſſentialiter ſit, aut includat primo de illius inſtitutione cogitare, primumve conſilium capere? Chriſtus enim, quatenus homo, etiam aſſentiente, Scoto Biele, & Vazquio, Noua inſtituit ſacramenta; nec tamen quatenus homo primam de illis inſtituendis cogitationem habuit. Nam ex multorum ſententia prius Deus decreuit efficaciter illorum inſtitutionem, quam præuideret à Chriſto vt homine faciendam: & ex doctrina apud Recentiores communi, & ab ipſo Vazquez admiſſa, prius quam Deus eam inſtitutionem præuideret abſolute, præuidit conditionate, & habuit iſtum voluntatis actū, *Concurram cum Chriſti humanitate ad inſtitutionis actum, ſi ipſe inſtituere voluerit.*

Nam neque Chriſtus vt homo primo ſacramenta cogitauit.

59. Nec Religioſor. ordines, qui iſtos inſtituerunt.

Præterea S. Benedictus, S. Dominicus S. Franciſcus, & S. Ignatius; abſolute dicuntur ſuas inſtituiſſe Religioſorum Ordines: & ſummi Pontifices, verbi gratia Innocentius III. & Paulus III. qui aliquos illorum ordinum approbarunt, dicunt illos inſtituiſſe & ipſi in Bullis confirmationum aiunt ſe talem Ordinem inſtituere: Atqui nullus eorum ſic inchoauit eum Religioſum Ordinem, vt ipſe primus de illo inſtituendo cogitauerit, cum ante Pontifices eam cogitationem & curam ſuſceperint ſancti illi Patriarchæ, & iſti ipſi eam diuinitus immiſſam acceperint: Igitur ad propriam, & ſtrictam alicuius rei inſtitutionem ſine idoneo fundamento depoſcitur, vt ille qui dicendus ſit inſtituere, primus omne & ante quam aliquis alius, de inſtitutione facienda conſilium, cogitationemve ſuſceperit. Firmo, quia publica ſigna, quæ à Repub. inſtituuntur, non primo excogitantur ab ipſa Repub. ſed ab vno vel altero ciue, qui rem defert ad Rempub. & hæc examinatam, & probatam, in publicum ſignum inſtituit ex. gr. ramum in ſignum vini venalis, & hunc ſonum Homo in nomen animalis rationalis.

Nec ipſa quidem publica ſigna, & politica.

60. Nec ratio illa procedit in inſtitutore partiali, nec in totali.

Poſtremò cum ſacramenti inſtitutor eſſe, vel cogitari poſſit partialis, aut totalis, vt ex n. 53. licebit agnoſcere, ſic diſſero. Vel agit Vazquez de inſtitutore totali, vel de partiali: ſi de totali, permittit in ſua doctrina probationem à priori, & efficaciſſimam, nempe quòd eſſentiale ſacramento ſit eſſe ab ipſo Deo inſtitutum; ita prorſus, vt hac de re nemo hactenus dubitauerit, vt explicite pronunciat Vazquez Diſputat. 128. numer. 32. & 36. & 37. Atqui ſi pura creatura eſſet adæquatus ſacramenti inſtitutor, iam iſtud non eſſet inſtitutum à Deo, ac proinde nec eſſet verum ſacramentum: Ergo nequit hoc à pura creatura, tanquam à totali inſtitutrice manare. Vel agit Vazquez de inſtitutore partiali: & ſic, quo fundamento flagitat, vt iſte conſilio vel decreto ſuo primus inchoet ſacramenti inſtitutionem. Accedit illa ratio, quòd Chriſtus vt homo verus extitit ſacramentorum inſtitutor: & proinde partialis, aut totalis: & vterius dicatur fuiſſe, non habuit eam conditionem, quam Pater Vazquez efflagitat videlicet vt ab ipſo omnium primo capiatur conſilium, aut ſuſcipiatur cogitatio ſacramenti inſtituendi.

S. Thom. Q. L X. 118.

61. S. Thomas & alii in hac q. diſtinctionem adhibent.

Diſtinguit Angelicus Doctor. q. 64. ar. 4. & & communiter Thomiſtæ, & cum eis Valentia q. 5. p. 1. Suarez Diſp. 12. ſect. 2. §. *Sed quamuis* Conink q. 64. ar. 4. dub. 2. Granadus Tract. 5. Diſp.... & alij Recentiores, aſſerentes, non poſſe puram creaturam ſacramenta inſtituere per poteſtatem autoritatis; nam hæc eſt propria Dei quatenus Dei: poſſe vero per poteſtatem excellentiæ; quia poſſet Deus iſtam communicare puræ creaturæ, ſicut reipſa communicauit Chriſto vt homini. Porro S. Doctorem agere de poteſtate ſacramenta inſtituendi proprie & ſtricte, nequidquam inficiatur Vazquez; Tum quia non obiter, ſed ex profeſſo quæſtionem iſtam S. Thomas dirimit, ac proinde non eſt credendus terminos improprie vſurpare: Tum deinde, quia nullum eſt verbum ex quo deprehendi poſſit acceptio impropria: Tum poſtremo, quia poſſe creaturam impropriè ſacramētum inſtituere tam eſt apertum, vt in quæſtionem vocari, vel pro aſſertione totali, vel partiali tradi à viro docto non poſſit.

62. Loquitur S. Th. conſequenter ad principiū communiter non receptū.

Dum verò S. Thomas non concedit poſſe creaturam inſtituere ſacramenta abſolute, ſed per poteſtatem excellentiæ; loquitur conſequenter ad eiuſdem quæſtionis articulum ſecundum: vbi non concedit, ſacramenta fuiſſe à Chriſto inſtituta abſolutè, ſed per excellentiæ poteſtatem. Cæterum in hoc antecedente non potuimus S. Doctori aſſentiri, cum ſit totius ſcholæ ſenſus, & vox, Chriſtum vt hominem Noua ſacramenta inſtituiſſe; nec aliquis neceſſarium exiſtimet adiungere limitationem aliquam, aut modum, quo illa inſtituerit, exempli gratia per excellentiæ poteſtatem. Inde verò fieri videtur, vt etiam pura creatura dicenda abſolute ſit poſſe ſacramenta inſtituere. Si enim poteſt per excellentiæ poteſtatem; & Chriſtus qui per iſtam ſacramenta inſtituit, abſolute dicitur inſtituiſſe, cur pura creatura non dicetur abſolute poſſe ſacramenta inſtituere?

63. Diſtinguunt etiam alij plures, ſed inconſequenter.

Eâdem fere ratione, qua S. Thomas; & Thomiſtæ, diſtinguit Suarez Diſp. 12. ſect. 2. §. *Sed quamuis*, Valētia q. 5. puncto 1. Coninck q. 64. ar. 2. dub. 2. & complures alij Recentiorum. Dum tamen diſtinctionem neceſſariam ducunt, inconſequenter philoſophantur. Supra enim docuerunt, Chriſtum quatenus hominem fuiſſe abſolute inſtitutorem ſacramentorum; eſto, vt ijdem aſſerunt, non fuerit principalis, ſed inſtrumentalis: Ergo cum

O 4 pura

S. THOM. Q. LX.

puræ creaturæ tribuant, quòd poſſit ſacramenta inſtituere inſtrumentaliter, ſine conſequentia negant, quòd poſſit inſtituere abſolutè. Mitto alios pronunciantes non poſſe puram creaturam inſtituere ſacramenta per poteſtatem ab omni alia independentem, & poſſe per poteſtatem dependentem à diuina. Eſt enim diſtinctio vel inepta, vel ſuperiori æquiualens, eodemque titulo atque illa, inconſequens.

§. III.

Non poſſet pura creatura ſacramenta inſtituere, nec partialiter.

64. Nequit pura creatura ſic ſacram. inſtituere, vt Deus non inſtituat.

PRonuncio primò, non poſſe puram creaturam ita inſtituere ſacramenta, vt Deus propriè, & ſtrictè illorum inſtitutor non ſit. Pronunciatum hoc euidenter infertur ex Diſput. 1. ſect. 1. num. 64. vbi poſuimus, pertinere ad ſacramenti eſſentiam, eſſe à Deo propriè, ſeu preſſè inſtitutum. Pro qua Doctrina plurimos ibi protulimus Doctores, & inter alios Patrem Vaſquez Diſput. 128. num. 37. pronunciantem, neminem de illa dubitaſſe. Cuius regulæ nullam exceptionem video. Quia tametſi S. Bonauentura, Richardus, & hoc tempore Lugus num. doceant, poſſe puram creaturam ſacramenta propriè inſtituere, non tamen aiunt id illam poſſe, Deo non etiam inſtituente. Tantus vero Doctorum, Scholarumque conſenſus, manifeſte conuincit, vt loco citato aiebam, eſſe de ratione ſacramenti, quòd à Deo propriè fuerit inſtitutum.

Sacramentorum eſſentiale eſſe à Deo inſtitui, nec eſt omnium.

65. Qua ſola tenetur eſſentialiter eſſe ſenſibile.

Confirmo, quia non alio fundamento communiter aſſeritur, & ſtabilitur, pertinere ad ſacramenti eſſentiam, vt ſit ſenſibile. Quare cum certiſſime poſſet Deus inſtituere ſignum aliquod veræ ſanctitatis, ſeu gratiæ incorporeum, & ſpirituale, & proinde inſenſibile, quo ſuſcepto Angeli ex opere operato ſanctificarentur; communiſſima tamen ſententia negat illud fore ſacramentum; quoniam hoc nomen non ſigno ſpirituali, ſed materiali & ſenſibili deſtinatum eſt.

66. Et à Lugo dicitur eſſentialiter eſſe gratiæ cauſa.

Firmo rurſus, quia potuiſſet Deus inſtituere ſignum quod mere ſignificaret, & non cauſaret gratiam, & ſanctitatem internam, ſed ſolum externam ſeu legalem, prout in ſententia communiſſima inſtituit de facto Circuncisionem, vel ſaltem cætera ſacramenta adultorum Veteris legis: Et tamen quia de facto ſacramentum Nouum eſt cauſans gratiam internam in ſubiecto ſuo, & ſacramentum omne Veterum Legum, iuxta Lugi ſententiam à nobis in Diſput. 1. ſect. 1. impugnatam, eſt cauſans gratiam internam in ſubiecto non ſup, nempe in hominibus Nouæ legis, ideo Lugus cenſet, attinere ad eſſentiam ſacramenti, vt ſit cauſans gratiam internam: Ergo cùm ſacramentum Nouum & Vetus à Deo inſtituta ſint, Doctrinæ conſequentia poſcit, vt aſſeratur pertinere ad rationem ſacramenti quòd ſit ab ipſo Deo inſtitutum.

67. Et alioqui ſacramenta Noua plura eſſent, quam ſeptem.

Demum confirmo ab incommodo Nam ſi pura creatura poſſet inſtituere ſacramenta, quæ Deus non inſtitueret, nunquam exponetur, aut ſolide propugnabitur, non eſſe in lege gratiæ plura, quam ſeptem ſacramenta. Sit exemplo, impoſitio veſtis ſacerdotalis cum illis verbis, *Domine qui dixiſti, Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue, fac vt iſtud portare ſic valeam, quod conſequar tuam gratiam.* Vel ſi mauis, impoſitio Albæ cum illis, *Dealba me Domine, & munda cor meum, vt in ſanguine agni dealbatus, gaudiis perfruar ſempiternis.* Hoc enim aggregatum & conſtat ex materiâ, nempe impoſitione illius ſacræ veſtis; & conſtat ex formâ, nimirum relatis verbis; & ſignificat internam ſanctitatem, ac veram gratiam; & ſacrat ſeu ſanctificat extrinſece ſubiectum, eo modo, quo Vetera ſanctificabant, nempe ita habilitando illud ad bonum Eccleſiæ proprium, quale eſt ſacrificium, vt ſine illa ſacra cæremonia non liceat iſtud offerre. Denique ad rationem ſacramenti non deſiderat ſacra illa ceremonia niſi inſtitutionem diuinam: Ergo ſi hæc non eſt ſacramento eſſentialis, ceremonia illa propriè ſacramentum eſt.

Vt ſacerdotalium veſtium accepto.

68. Quod enim reſpondetur, retorquetur.

Reſpondebis, eſſe de ratione ſacramenti plura, quæ illi ceremoniæ non competunt. Non enim eſt inſtituta pro toto Eccleſiæ corpore, cum forſan inter Græcos non vigeat illius obligatio: & quamuis vigeat, valet Pontifex efficere, vt non vigeat apud omnes Latinos, ſed Itali v. gr. vtantur hac ceremoniâ, & aliâ Hiſpani, aliâ Germani. Addas fortaſſe, nec eſſe inſtitutam pro toto Eccleſiæ tempore, vel quia non fuit ſtatim initio naſcentis Eccleſiæ; vel quia forſitan in fine non erit; vel ſaltem quia non eſt ita ſtabiliter inſtituta, vt nequeat ſummus Pontifex eius obligationem prorſus auferre.

69. Sed contrà, quoniam apud Græcos vel obligat hæc ipſa ceremonia, vel ſaltem altera æquiualens, ac proinde pro eâdem reputabilis: ita nimirum, ſicut ordinatio presbyteri eadem quoad ſubſtantiam eſt apud Græcos, & apud Latinos, eſto in materia materialiter differant: Ergo ſicut hoc non obſtante Ordinatio Preſbyteri verum ſacramentum eſt in vtraque Eccleſia, Latina, & Græca; ita prædicta ſacræ veſtis impoſitio verum erit ſacramentum. Quòd enim additur, ideo non eſſe, quia poteſt illam Pontifex quoad ſubſtantiam abrogare, noſtram aſſertionem firmat. Quippe ſolum illud à Pontifice abrogari nequit, quod eſt à Deo inſtitutum: Ergo ſi ſacramentum eſſentialiter tale eſt, vt à Pontifice nequeat abrogari, eſſentialiter habet vt à Deo inſtitutum ſit.

70. Nec deeſt illi ſignificatio gratiæ, ſufficientiſſima.

Forſitan occurres, ideo ſacram illam ceremoniam ab ſtricta ſacramenti ratione deficere, quia non ſignificat gratiam vt infallibiliter præſentem, aut futuram. Sed contrà, quia ſignificat tribuendam ab Euchariſtia infallibiliter, ex ſuppoſitione quod communicans ſit rite diſpoſitus. Atqui non aliter gratiam ſignificat ipſamet Euchariſtia: Ergo ſi hæc nihilominus eſt propriè, & preſſe ſacramentum, etiam illa ceremonia propriam ſacramenti rationem vendicabit. Cæterùm illam reſponſionis partem, *quia non ſignificat gratiam vt infallibiliter præſentem, aut futuram*, libet hîc examinare, & ad noſtræ Doctrinæ confirmationem adducere.

71. Sacramentū vt ſic non ſignat gratiā vel futuram, vel præſentem.

Quippe reſponſionis eius autores non obſcure indicant, ſacramentum in communi eſſentiale eſſe ſignum gratiæ, vel præſentis, vel futuræ: quod neutiquam approbare poſſum. Nam ſacramentum in communi eſt vnum quid ac determinatum, & minimè diſiunctiuū,

non

non minus ſcilicet quam animal in communi: proinde ſicut animal in communi non eſt ſentiens vel rationale, vel irrationale; ita ſacramentum in communi non eſt ſignum gratiæ vel præſentis vel futuræ. Cæterum hanc ipſam doctrinam Aduerſariis permiſſam, ſic ad noſtram aſſertionem roborandam facillimum eſt applicare.

72. Hoc tamen admiſſo vrgemus Aduerſarios.
Si enim Deus inſtitueret, vt poteſt, ſacram aliquam ceremoniam rebus & verbis conſtantem, pro toto Eccleſiæ corpore, & tempore inuariabiliter duraturam, quæ ſignum eſſet gratiæ ſanctis Angelis in prima ipſorum creatione conceſſæ, & homines ſacraret, ſiue habilitaret ad bonum aliquod Eccleſiæ proprium hoc inquam ſignum apud hos Doctores non eſſet ſacramentum, quia non ſignificaret gratiam, neque præſentem, neque futuram: Ergo conſequenter dicere tenentur, ſignum à Deo non inſtitutum verum ſacramentum non fore. Sicut enim de facto omne ſacramentum ſignificat reipſa gratiam, aut præſentem, aut futuram; ita omne fuit reipſa à Deo inſtitutum: Ergo ſicut abſque illa diſiunctiuâ gratiæ ſignificatione conſtare non poſſet verum ſacramentum, ita neque ſtare poſſet ſine Dei inſtitutione. Et ita facile pelluntur ex numero ſacramentorum aliæ multæ ceremoniæ, prout videre eſt ſupra Diſputat. 1. ſect. 2. §. vltimo.

73. Non opus vt Deus inſtituat ſacrã, vt Deus, ſed vt propriè inſtituat.
Duo notanda ſunt. Vnum, nõ eſſe opus ad eſſentiam ſacramenti vt Deus, quà Deus, illud inſtituat, ſed vt illud inſtituat verus Deus, qualis eſt Deus Pater, vel Chriſtus. Itaque ſat eſt ſi ſacramentum inſtituat Deus, etiamſi inſtituat quatenus homo. Quia ſacramenti rationi ſatis eſt ſi inſtituatur vere & proprie à Deo vero, & proprio: ſed hoc totum habebit, dummodo inſtituatur à Chriſto, etiam ſi quatenus homine; nam ſic, & non aliter ſacramentũ omne Nouæ Legis reipſa inſtitutum fuit, vt ſect. 2. confirmaui: Ergo &c. Alterum eſt; oportere, vt Deus proprie ſacramentum inſtituat. Nam non inſtitueret verè.

74. Ad quod nõ ſufficeret, quòd primus de ipſo cogitaret.
Quocirca, vt veram euaderet ſacramentum, non ſatis eſſet quod ait Vazquez Diſput 135. cap. 2. nempe quòd Deus primam ſacramenti cognitionem, aut voluntatem haberet. Etenim velle vt Petrus inſtituat ſignum, non eſt ſignum inſtituere: cum volitio inſtitutionis non ſit inſtitutio, vtpote quam habet pro obiecto concupito, & deinde pro effectu. Alioqui leges omnes iuſtæ, & honeſtæ, quas homines, ſiuę in Repub. ſæculari, ſiue in Eccleſiaſtica tulerunt, eſſent propriè à Deo latæ, ac proinde diuinæ, quod eſt pluſquam falſum. Sequela vero eſt euidens: nam illarum legum & cogitationem, & volutatem prius habuit Deus, quam humanus Princeps, aut humana Reſpublica.

75. Vel ex præſcẽtia & affectu poteſtatem inſtituendi concederet.
Nec item ſufficeret illud, quod autumat Lugus Diſput. 7. num. 25. nempe vt Deus daret puro homini poteſtatem inſtituendi eiuſmodi ſignum, non præciſè, ſed ex præſcientiâ, & affectu, vt illud inſtitueret: Sic enim eſt, & dicitur Deus autor noſtrorum operum bonorum. Hoc tamen, vt dixi non ſufficeret. Quia tametſi Deus tunc eſſet moralis cauſa illius ſigni, ſicut eſt noſtrorum operum bonorum, non tamẹn eſſet illius ſigni inſtitutor, aut inſtituens: ſicut per opera noſtra obedientiæ, vel dilectionis, vel alia quælibet meritoria, non eſt obediens, amans, aut merens. S. Thom. Q L X.
Vt enim denominationes iſtę non competunt, niſi ſubiecto eas formas elicienti, & recipienti: ſic denominatio inſtitutionis non competit niſi agenti, cuius actus ſit propria inſtitutio, & ipſamet ſigni forma. Alioqui ſi vera eſſet Lugi ſententia, leges omnes honeſtæ ab hominibus latæ, verè propriéque eſſent latæ à Deo, ac proinde diuinæ, vt num. præcedente inferebam.

76. Non poſſet pura creatura ſacram. inſtituere totaliter.
Pronuncio ſecundò, non poſſe puram creaturam ſacramentum inſtituere totaliter: ita ſcilicet, vt ipſa totam ſacramenti inſtitutionẽ efficeret; ac proinde totã formã ſacramẽtalem (vt ita rem explicemus) de ſuo poneret. Nam vt proxime confirmaui, de ratione ſacramenti eſt eſſe à Deo propriè ſeu ſtrictè inſtitutum: Atqui ſi pura creatura ſacramentum totaliter inſtitueret, totalem efficiens inſtitutionem, ſeu totam ſacramentalem formam de ſuo ponens; tunc inquam ſola creatura, & non Deus illud ſtrictè inſtitueret, ac proinde non in verum ſacramentum: Ergo nequit pura creatura iſtud inſtituere totaliter. Maior ex aſſertione præcedente, concluſio per ſe conſtat. Minor perſpicua eſt. Nam & ſacramenti, & cuiuſlibet alterius ſigni ſolus eſt proprie inſtitutoris, qui formã illius de ſuo ponit, ita nempe, vt actus eius ſit ipſamet ſigni vel ſacramenti forma: proinde ſi pura creatura ſic ſacramentum inſtitueret, ſola ipſa, & non Deus illud inſtitueret.
Nam alioqui Deus non inſtitueret.

77. Nec poteſt pura creatura ſacram. inſtituere partialiter.
Pronuncio tertiò, non poſſe creaturam puram ſacramentum inſtituere partialiter: ita nimirum vt pura creatura de ſuo poneret inſtitutionis & formæ partem vnam, v. c. gratiæ ſignificationem, & Deus partem alteram, v. c. vim gratiæ productricem. Quia tunc neque Deus, neque pura creatura ſignum illud inſtitueret: Ergo illud non eſſet ſacramentum. Conſequentia conſtat ex dictis in hoc ipſo §. quia de ratione ſacramenti eſt eſſe propriè, & ſimpliciter à Deo inſtitutum. Antecedens probatur, quia inſtitutor ſigni vel ſacramenti, ſolus ille abſolute & ſimpliciter eſt, qui formam de ſuo ponit: In illo autem euentu nec pura creatura, nec Deus, ſed ambo ſimul formam ponerent: Ergo nec pura creatura, nec Deus, ſed ambo ſimul, eſſent illius ſigni inſtitutores. Maior liquet; nam cauſa ſolam inducens partẽ effectus, nõ poteſt abſolute dici cauſa ipſius.
Ob idem incommodum, iite deductũ.

78. Firmo & explico ex iis ipſis, quæ opponi poſſunt.
Confirmatur, & explicatur retorquendis iis, quæ intorqueri poſſunt: Gignere enim compoſitum non eſt aliud formaliter, quam efficere partium eſſentialium ſubſtantialem vnionem: Cum autem totam iſtam efficiat pater; medio ſcilicet ſemine; & totam etiam efficiat mater: propterea pater abſolute dicitur genitor, & mater abſolutè dicitur genitrix: è contra vero ſi alter efficeret ſolum vnionem capitis, & alter ſolam vnionem cordis, & cęterarũ partiũ neuter per ſe, & abſolutè generaret, ſed binarius ipſorũ. Item quia domum ædificare eſt domeſticam formam materiæ tribuere; propterea ſi vnus artifex fundamenta dumtaxat iniiceret, alter ſolos parietes eligeret, & alius tectum imponeret; nullus illorum, per ſe, & abſolute eſſet illius domus fabricator, ſed ipſorum ternarius.

79. Auguſtinus Thomas &
Quod ex Auguſtino, Thoma, & non implicatione obiicietur, extra rem eſt. Poſſet enim Deus puræ creaturæ dare, vt inſtitueret ſignum

Digitized by Google

S. Thom. Q. LX. ratio probāt quod intendunt, ſed non intendunt, ſacramentū.

ſignum ſanctitatis non modo prognoſticum, ſed etiam practicum, & ſenſibile, & pro toto Eccleſiæ ſtatu, ac tempore; non tamen ſacramentum, nam hoc eſt eſſentialiter à Deo inſtitutum. Sic poſſet puræ creaturæ concedere facultatem condendi leges, quæ ceteras omnes puras creaturas obligarent; non tamen condendi leges diuinas, quoniam diuina lex eſſentialiter habet, vt à Deo ſit proprie, & proximè lata.

DISPVTATIO XVII.

De Sacramentorum Miniſtro.

Sectio I. *An & quatenus ſolus homo ſit miniſter ſacramentorum.*

§. 1. *Solus homo propriè dictus, iuxta legem ordinariam eſt ſacramentorum miniſter.*

§. 2. *Solus homo viator poteſt de lege ordinariâ ſacramenta miniſtrare.*

Sectio II. *De miniſtri intentione ad ſacramentorum valorem requiſita.*

§. 1. *Requiritur intentio ſeria talem exhibendi actum.*

§. 2. *Non requiri intentionem faciendi, niſi externas actiones, doctrina eſt S. Thomæ, nec incommodis expugnata.*

§. 3. *Requiritur intentio faciendi quod facit Eccleſia.*

§. 4. *Quid & quoduplex in ſacramentis ſit, velle facere quod Eccleſia.*

§. 5. *Debeat ne prædicta miniſtri intentio eſſe abſoluta, an ſufficiat conditionata.*

§. 6. *Requiraturne actualis, an ſufficiat virtualis, aut interpretatiua.*

§. 7. *Quid ſi miniſter habeat intentiones contrarias.*

§. 8. *Quid ſi coactâ intentione miniſtret?*

§. 9. *An neceſſe ſit, vt intentio miniſtri circa ſubiectum non erret.*

Sectio III. *Sacramenti miniſter, qualis cauſa efficiens illius ſit.*

Sectio IV. *An ſacramenti miniſter ſit efficiens cauſa effectuum illius.*

§. 1. *Varias confuto ſententias.*

§. 2. *Miniſter ſacramenti tranſeuntis, cauſa eſt moraliter efficiens effectuum illius.*

§. 3. *Miniſter ſacramenti permanentis, non eſt effectuum illius cauſa efficiens.*

Sectio V. *Num ſacramenti miniſter ſit effectuum illius cauſa efficiens immediata.*

§. 1. *Refello ſententiam P. Ioannis de Lugo.*

§. 2. *Eorum effectuum cauſa eſt efficiens immediata, miniſter ſacramenti tranſeuntis, non permanentis.*

Sectio VI. *An qui miniſtrat ſacramentum in mortali, peccet mortaliter.*

§. 1. *Refelluntur aſſerentes, ſolum ita peccare qui eſt conſecratus.*

§. 2. *Mortale eſt in mortali ſacramentum conficere.*

§. 3. *Non verò iam confectum in mortali adminiſtrare.*

Sectio VII *Poſſint ne cæteræ functiones miniſtrorum Eccleſiæ in peccato mortali ſine peccato præſtari.*

§. 1. *Poſſunt omnes aliæ functiones Epiſcopales in mortali citra nouum mortale exerceri.*

§. 2. *Poſſunt etiam omnes aliæ functiones miniſtrorum Eccleſiæ inferiorum.*

§. 3. *Sitne peccatum veniale prædictas functiones obire in mortali.*

De miniſtro veterum ſacramentorum, tria ſpecialiter citra Leg. ſcriptam occurrunt. Primum eſt miniſtrū debuiſſe eſſe communiter de tribu Leui. Quia ſacramenta communiter conficiebantur à ſacerdotibus & Leuitis, & vtrique erant de tribu Leui. Alterum eſt, excipiendum eſſe miniſtrum ſacramentorum infantium. Nam hæc à quolibet valide confici poterant, vt nunc Baptiſmus. Tertium eſt, excipiendum etiam miniſtrum ſacrificij & ſacramenti phaſe, ſiue agni Paſchalis. Quia tametſi à ſacerdote fieri debebat, tamen ad hoc miniſterium omnes Patresfamilias populi Iſraelitici iure diuino ſacerdotes erant, vt in Tomo de Incarnat. Diſputat. 60. num. 49. & 50. Confirmaui. Quocirca ſolum eſt ſermo de miniſtro ſacramentorum Nouæ legis. 1.

In L. Vet. miniſter eſſe debuit ex tribu Leui: non tamen ſacramentorum infantium, & Phaſe.

SECTIO I.

An & quatenus, ſolus homo ſit miniſter ſacramentorum.

Loquimur de miniſtro iuxta legem ordinariam: nam ſecundùm extraordinariam ſine controuerſia poſſent ſacramēta confici non ſolum ab Homine, ſed etiam ab Angelo. Poſſet enim Deus inſtituere in ſignum & cauſam gratiæ ſonos iſtos materiales ab Angelo prolatos, *Ego tibi gratiam confero*: vel ſimul cum ablutione aquatica iſtos, *Ego te baptizo, &c.* Dixi vero; poſſe Angelum conficere ſacramenta, & non dixi ſacramenta Nouæ legis: nam etſi communiter id affirmetur, mihi perdifficile eſt. Soni namque illi, *Ego te baptizo &c.* prolati ab Angelo non ſunt eiuſdem ſpeciei cum prolatis ab Homine. Tum quia pronomen *Ego* ſignificans Angelum, diuerſæ ſpeciei eſt à pronomine Ego ſignificāte Hominem: Tum etiam quia tota oratio interna quæ eſt forma, & quaſi anima illorum ſonorum, certiſſime differt ſpecie in Homine, & Angelo: Illi vero ſoni, non modo ſecundum phyſicam entitatem corpoream, & externam, ſed etiam ſecundum ſignificationem ſpiritualem; & internam naturalem, ſimul cum ablutione, ſunt materia adæquata formæ ſacramentalis Baptiſmi: Atqui Baptiſmus abſolute & ſimpliciter importat in recto ſolum materiam adæquatam prout in Diſput. 3. ſect. 6. confirmatum manet: Ergo eiuſmodi ſacramentum, & Baptiſmus, etſi quoad formam ſacramentalem eſſet eiuſdem ſpeciei cum noſtro, ſimpliciter tamen eſſet diuerſæ ſpeciei. 2.

De Leg. extraord. poſſet Angelus eſſe miniſter ſacramentorū.

Non eiuſdem ſpeciei cum noſtris.

§. I.

Solus homo propriè dictus iuxta legem ordinariam eſt ſacramentorum miniſter.

Martinus Lutherus in libro de Miſſâ priuatâ, & Vnctione ſacerdotum, ſcripſit, non 3.

Digitized by Google

non ſolum Hominem, ſed etiam Dæmonem, eſſe legitimum ſacramentorum miniſtrum, ſi tamen in ſpecie, ſeu figura hominis veniat, & ad hoc miniſterium ſic vocetur, vt homines in Eccleſia vocari ſolent, nempe non per ordinationis ſacramentum (nam iudice Luthero, omnes baptizati propriè ſunt Sacerdotes) ſed conſenſu communitatis, aut vocatione Superioris.

4. Errore craſſiſſimo, apertiſſimo, debiliſſimè fundato.

Hic error tam craſſus eſt, vt Synodus Tridentina, nec eum damnauerit, nec retulerit; quaſi puduerit eius meminiſſe. Tam apertus, vt ab ipſo ſuo autore Luthero, ſui immemore, damnetur, nimirum aſſerente, fundamentum poteſtatis prædicandi, & ſacramenta adminiſtrandi eſſe Baptiſmum: Atqui dæmon Baptiſmo caret: Ergo fundamento illius poteſtatis, & per conſequens ipſa poteſtate. Tam debilis, vt hac ſolum ratione fulciatur: ſacramenta non pendent à qualitate miniſtri; vnde & Iudas, qui Diaboli membrum erat, valida ſacramenta conficiebat: Ergo & ipſe Diabolus valida conficiet. Contra enim eſt, quia licet ſacramenta non pendeant à miniſtri qualitate accidentali, qualis eſt eſſe iuſtum, aut peccatorem; pendent tamen à conditione eſſentialiter requiſitâ; & talis eſt eſſe hominem, vt oſtendimus. Si minus, dicat Lutherus, matrimonium contractum à duobus viris, vel à duabus fœminis validum eſſe, quia valor eius non pendet à miniſtrorum, vel contrahentium qualitate. Hinc patet male proferri exemplum Iudæ: nam eſſe Diaboli membrum eſt eſſe peccatorem, quæ eſt qualitas accidentalis.

5. Quodlibet agens intellectuale, Scot. innuit.

Scotus in 4. diſt. 6 quæſt. 1. ſentire viſus eſt, quodlibet agens intellectuale poſſe validè ſacramenta conferre. Nam etſi ſolum loquatur de Baptiſmo, probat tamen hac ratione, quia quodlibet agens intellectuale poteſt abluere, & proferre verba formæ cum legitima intentione. Quæ ratio in omnibus ferè ſacramentis locum habet. Poteſt enim quodlibet agens intellectuale in illis adhibere materiam, & formam legitimam, & cum legitima intentione. Dico in omnibus ferè, vt excipiam matrimonium; in quod nec Angelus bonus, nec malus poteſt habere legitimum conſenſum, ac proinde nec veram adhibere materiam, nec formam. Dixi etiam Scotum ita ſentire viſum: nam reuera non ſenſit: ſolum dixi, poſſe Angelum, ſeu bonum, ſeu malum, ex Dei præcepto Baptizare validè: quod eſt veriſſimum, ſiue ille Baptiſmus foret eiuſdem omnino ſpeciei cum noſtro, ſiuè partialiter diuerſæ, prout n. 2. diſſerebam.

Sed non ſenſit.

6. Solus homo de L. ordin. miniſter eſt.

Affirmo cum omnibus Catholicis, miniſtrum ſacramentorum de lege ordinaria eſſe ſolum hominem, eumque propriè dictum, ſiue animal rationale noſtræ huius infirmæ ſpeciei. Eſt aſſertio, tametſi verbis non definita, facto tamen, & ſenſu adeò confirmata, vt pro fidei dogmate haberi poſſit. Probatur primò, quia dum Chriſtus poteſtatem facit miniſtrandi ſacramenta, cum ſolis hominibus loquitur, vt Matth. 28. v. 19. *Docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.* Luc. 22. verſ. 19. *Hoc facite in meam commemorationem.* Ioan. 20. verſ. 23. *Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Vt iure poſſimus Pauli verbis in præſens vti: Quibus enim dixit aliquando Angelorum, *Docete omnes gentes, baptizantes eos, &c. Hoc facite in meam commemorationem. Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis*: eademque eſt ratio de cæteris. Igitur è S. S liquido conſtat, homines, & non Angelos ad hoc miniſterium electos.

S. S. id perſuadet.

S. Thom. Q. LX.

7. Concilia itidem.

Secundò probamus idipſum è Cōciliis; quorum antiquior veritatem hanc velut exploratam ſupponunt. Ex recentioribus Florentinum ſeſſ. 25. in decreto Eugenij pro inſtruendis Armenis § *Quintò, Eccleſiaſticorum*, clariùs loquitur. Deſignat enim pro miniſtro, ſeu cauſa efficiente matrimonij ipſos contrahentes, agentes videlicet per ſuos conſenſus externè manifeſtatos: qui quidem contrahentes, homines ſunt, & non Angeli. Pro miniſtro ordinario ſacramenti Ordinis, & confirmationis aſſignat Epiſcopum. Pro miniſtro Euchariſtiæ, pœnitentiæ, & Vnctionis ſimpliciter neceſſario, ſacerdotem. Liquet autem gradum Sacerdotis, & gradum Epiſcopi, non Angelo, ſed homini competere. Et verò cum ipſum Concilium ibidem addat, in caſu neceſſitatis, non ſolum ſacerdotem, aut Diaconum, ſed etiam laicum, vel mulierem, imo etiam paganum, & hæreticum poſſe baptizare, dummodo ſeruet Eccleſiæ formam, & teneat eius intentionem, non aſſignat pro caſu neceſſitatis etiam Angelum: Ergo euidens eſt non eum agnoſcere, tanquam de lege ordinariâ, & à Deo ſtatutâ, potentem ſacramentum aliquod adminiſtrare.

8. Sancti etiam Patres.

Tertiò idipſum ſuadetur è SS. Patribus: Chryſoſtomus lib. 3. de Sacerdotio Colum. 3. *Si quis conſideret, quantum id ſit myſterium, vt is ſcilicet, qui homo ipſe ſit, carne, ac ſanguine etiam nunc conſtans, iiſque inuolutus, beatæ, atque immortali illi naturæ fieri propior queat, tum probe intelliget, quanto ſacerdotes honore, quanta dignitate, Spiritus ſancti gratia dignata fuerit. Operantibus enim illis tum ſacra hæc quæ dico initiantur, perficiunturque: tum etiam alia his nihilo inferiora, quæ etiam ad dignitatis, ſaluti ſque noſtræ rationem ſpectant. Etenim qui terram incolunt, atque in ea verſantur, iis commiſſum eſt, vt ea quæ in cœlis ſunt, diſpenſent: iis datum eſt, vt poteſtatem habeant quam Deus optimus neque Angelis, neque Archangelis datam eſſe voluit. Neque enim ad illos dictum &c. Quæcumque alligaueris in terra, erunt alligata & in cœlo: & quæcumque ſolueris in terra erunt ſoluta & in cœlo.*

9. S. Auguſtinus lib. 1. de doctrina Chriſt. in prologo circa medium: ponderans & Paulum ad Ananiam, & Cornelium ad Petrum, non ad Angelum, inſtructionis, & ſacramentorum cauſa miſſos, ita inquit. *Et poterant vtique omnia per Angelum fieri: ſed abiecta eſſet humana conditio, ſi per homines verbum ſuum Deus adminiſtrare nolle videretur.* Vbi cum ſermo ſit de euentibus non vulgaribus, ſed eximiis; in quibus minus mirandum fuiſſet ſi Deus Angelorum miniſterio voluiſſet vti: nihilo minus ait Auguſtinus, etſi potuiſſent illa fieri per Angelos, nimirum de potentia, quod aiunt abſoluta; nihilominus tamen, etiam in eximiis illis, & planè extraordinariis euentibus nequaquam id expediiſſe, ne videretur Deus humanam deſpicere conditionem, ſi non hominibus, ſed Angelis, illud miniſterium commiſiſſet. Multo ergo minus expediens fuiſſet Angelos conſtituere miniſtros ſacramentorum ordinarios, vt numeris ſequentibus explicabitur.

10. Variæ rationes facti

Quartò ſuaderi poteſt variis rationibus cōmuniter adferri ſolitis. Prima. Præcipui miniſtri

S. Thom. Q.LX. conuenientiam probātes.

ſtri ſacramētorum ſunt ſacerdotes: Angeli non ſunt ſacerdotes. Verùm ex his præmiſſis ſolùm infertur, Angelos non eſſe præcipuos ſacramentorum miniſtros Secunda. Principalis miniſter ſacramentorum non eſt Angelus, ſed Homo, & quatenus Homo, nempe Chriſtus: Ergo oportuit, vt minus principalis miniſter, non Angelus, ſed homo eſſet. Contrà, quia Chriſtus vt homo, eſt caput Eccleſiæ, & Angelis, & hominibus conſtantis: & Homines regit, & cuſtodit per Angelos; Cur ergo non per Angelos ſacramentis inſtruat? Tertia, Qui recipiunt ſacramenta, non Angeli ſunt, ſed homines: Ergo & qui illa adminiſtrant, homines ſunt, non Angeli. Sed contra, quia ſacramentorum adminiſtratio eſt ſupernaturalis: ad quam non requiritur conuenientia ſpecifica miniſtrantis & recipientis: ſicut nec exigitur ad influxum capitis in membra, nam iſtum habet Chriſtus vt homo in Angelos. Quarta. Hominum Eccleſia eſt viſibilis: Ergo debet ſacramenta recipere per miniſtros viſibiles homines, non per inuiſibiles Angelos. Contrà item, quoniam in ſtatu innocentiæ loquebatur Deus cum homine per corpus aſſumptum: Ergo in hoc ſtatu poſſent Angeli viſibiles reddi per corpora aſſumpta, & in eis ſacramenta miniſtrare. Quinta. Debent ſacramenta conſtare verbis: Sed hæc propriè nequeunt ab Angelis proferri. Contrà verò; quia vnde conſtat debuiſſe ſacramēta conſtare verbis ſtrictè dumtaxat ſumptis? Itaque rationes iſtæ probant facti conuenientiam, non ſummam neceſſitatem.

11. Experientia morientium abſque ſacramentis neceſſariis.

Quintò, ſic libet arguere. Si Angelus ſecundum ſtatutam & ordinariam Dei legem eſſet ſacramentorum miniſter, ſiue in quocumque euentu, ſiue in vrgente neceſſitate, numquam homines abſque neceſſariis ſacramentis morerentur ob miniſtri defectum, vel abſentiam. Tenerentur enim graui obligatione ſancti Angeli, & præſertim Cuſtodes, præſto eſſe; & extremè periclitantibus, atque indigentibus, per eiuſmodi ſacramenta ſuccurrere: cumque ſint impeccabiles, præſto adeſſent, ſi poſſent: cumque facillimè poſſent, neminem ſacramentis illis deſtitutum in hora mortis relinquerent. Cum ergo tam multi, tum inter fideles, tum & potiſſimè omnes infantes inter infideles ſine eiuſmodi ſacramentis ob miniſtrorum defectum, ſiue abſentiam, decedant: manifeſto eſt argumento ſanctos Angelos, iuxta ratam & ſtatutam Dei legem eſſe non poſſe ſacramentorum miniſtros.

12. Ratio. Quia nec decuit cum ſubordinatione, nec ſine illa.

Sextò arguimus, vel idem ampliùs euoluimus. Quia vel ſacramentorum miniſterium eſſet commune hominibus cum omnibus Angelis, bonis ſcilicet ac malis. Et hoc per ſe eſt indecens, cum ſacramentorum confectio requirat in miniſtro ſtatum gratiæ, rectamque intentionem, ſaltem efficiendi quod ſubiecto neceſſarium eſt ad animæ ſalutem. Quæ duæ res in Dæmonibus, infenſiſſimis hominum hoſtibus, deeſſe, nimis certum eſt: ac proinde miniſterium ſacramentorum non debuiſſe ex æquo eſſe commune Angelis malis ac bonis. Vel eſſet hominibus commune cum ſolis Angelis bonis. Et neque id fuiſſet expediens. Nam vel Angeli & homines miniſtri eſſent æqualiter, & independenter alij ab aliis: & ita vix homines ſacramenta miniſtrarent, nam ſancti Angeli cum ex charitate, & velocitate, ac facilitate ſint maiores hominibus, iſtos perpetuo anteuerterent. Vel Angeli & homines miniſtri eſſent ſacramētorum cum aliqua inter ſe ſubordinatione, & dependentia; & neque ita fuiſſe expediens, probatur.

Vel enim ſubordinatio conſiſteret in eo quòd alij non poſſent ſacramēta miniſtrare ſine commiſſione aliorum. Et in hac ſubordinatione vtrinque eſſet incommodum. Aut enim Angeli debent ſubordinari hominibus, & ab his accipere commiſſionem: & hoc dedecet ſanctos beatos Angelos, nempe viatoribus ita eſſe ſubiectos. Aut e contrà deberent ſancti Angeli commiſſionem dare hominibus: & hoc eſſet, Pontificiam dignitatem fuiſſe ſolis Angelis conceſſam; atque adeo neglectam hominum conditionem, quibus ea negata fuiſſet. Quod S. Auguſtinus num. 9. relatus, citra dubium pro incommodo duceret: præſertim cum naturali quadam quaſi conſecutione conueniens ſit, vt cum Eccleſiæ caput ſit Deus homo, & non Deus Angelus; eiuſdem capitis Vicarius non ſit Angelus, ſed homo. Vel ſubordinatio conſiſteret in eo quod in defectum hominis ſuccederet Angelus: & ita homines nullā haberent miniſtrandi ſolicitudinem, cum ſcirent, in ipſorum defectu Angelos non defuturos, iuxta n. 11. dicta. 13.

Vrget etiam exemplum prædicationis Euāgelicæ, quæ ſacramentorum adminiſtratione prior, atque adeo magis neceſſaria eſt: & non commiſſa Angelis, ſed hominibus, idque licet propter nimiam diſtantiam, & hominum imbecillitatē innumerabiles homines prædicationem Euangelicā nunquā eſſent auditurі, vt reuera neque hodie complures nationes audierūnt, vt conſtat in pleriſque Gentiliū Prouinciis, apud Idos, & Sinas, & alios Orbis tractus. Ad quos omnes per facile fuiſſet SS. Angelis exteriùs prædicare: nec tamen id miniſterium ipſis eſt commiſſum: Ergo nec miniſterium ſacramenta adminiſtrandi. 14. Et quia prædicatio externa non eſt Angelis demandata.

Illud etiam non leue eſt argumentum: quod nec per extraordinariam legem, ſeu priuilegium, inueniemus, SS. Angelos, aut animas beatas, aut ſeparatas, cauſas fuiſſe efficientes ſacramentorum. Legimus quidem SS. Angelos, & animas beatas ſacram præbuiſſe Euchariſtiā, vt quod... & alij de Thoma Apoſtolo referant: neque anno M.C.XX. Ioannem quemdam Indorum Patriarcham Summo Pontifici Caliſto II. & Cardinalibus in Conſiſtorio teſtatum eſſe, Quod S. Thomas Apoſtolus ſingulis annis ſacroſanctam Euchariſtiam populo diſtribueret. Et quod in Vita B. Staniſlai Koſtka noſtræ ſocietatis nempe SS. Angelos ſemel, ac iterum ſacram Euchariſtiam ei miniſtraſſe. Nunquam tamen legimus, illam conſecraſſe; ac proinde nec ſacramentum effeciſſe. 15. Neque hactenus ſacramentum à non homine factum.

Ad ipſum roboratur egregiè ex hiſtoria, quā refert Baronius Tomo 8. anno 650. nempe S. Petrum in Angjia apparuiſse, & Eccleſiam ſuo nomine dicatam, quæ die ſequente conſecranda erat, conſecraſſe; & Epiſcopum admonuiſse per internuncium, ne iterum eam conſecraret, *ſed ſuppleat*, inquit, *quod omiſimus, dominici corporis, & ſanguinis ſacro-ſancta myſteria*. Itaque anima S. Petri, cum ceremonias alias adhibuiſset, ſacramentum tamen non confecit.

Obiici

16. Quid ad Amphilochij ordinationem per Angelos factum.

Obiici poteſt id, quod Nicephorus lib. 11. hiſtoriæ c. 10. de S. Amphilophij conſecratione in Epiſcopum, his verbis commemorat: *Angelos Deus miſit, qui myſteria, & arcana benedictione, & Epiſcopali arrogationi eum dignitati, intellectuali modo, conſecrarunt.* Reſpondemus tamen, ſi vera illa eſt hiſtoria, & vt patet intelligatur, ex eadem conſtare; illud non fuiſſe ſacramentũ, quia purè intellectuale, ſiue ſpirituale. Dico, ſi vera eſt, & vt patet intelligatur illa narratio, quia mihi perdifficilis eſt creditu: Primò, quia ſingulariſſima in Eccleſia, vt patet: ſecūdò, quia citra neceſſitatem: ſi enim Epiſcopi aderant, vel ſtatim adfuturi erant, quorſum Angeli ordinaſſent. Tertiò, quia licet reuerà ordinaſſent Angeli, debuiſſent profecto homines adiicere in eccleſia ceremonias Ordinationis accidentales, vt populus eum pro Epiſcopo haberet, atque reciperet. Cumque hoc ibi non aſſeratur, ſed potiùs negetur, ſuſpecta mihi eſt eiuſmodi narratio.

§. II.

Solus homo viator poteſt de lege ordinaria ſacramenta miniſtrare.

17. Beatus, autore S. Th. poteſt ſacramenta adminiſtrare.

S.Th. q. 64. ar. 7. docturus, non poſſe Angelos de lege ordinaria miniſtros eſſe ſacramentorum, pro contraria parte ſecundò ita diſputat: Homines ſancti aſſimilantur Angelis in cœlo, vt dicitur Matth. 22. ſed aliqui ſancti in cœlo exiſtentes poſſent miniſtrare in ſacramentis, quia character ſacramentalis eſt indelebilis, vt dictum eſt. Ergo videtur, quòd etiam Angeli poſſint in ſacramentis miniſtrare. Hîc agere S. Doctorem de hominibus cum corpore & anima in cœlo exiſtentibus, ſenſit P. Suar. tum in extremo Commentario illius articuli, tū in diſp. 12. ſect. 1. §. *Atque ex his* ſed vtrobique ſine probatione. Quæ mihi videtur apertè ſumi ex illis argumenti verbis, *ſed aliqui exiſtentes in cœlo*; nam clarè indicant, non agere de ſanctis omnibus, ſed de paucis, & eiuſmodi ſunt, qui cum corpore, & anima,

18. Porrò, ad hoc ſecundum argumentum reſpondet S.Th. *Dicendum, quòd ſancti, qui ſunt in cœlo, ſunt ſimiles Angelis, quantum ad participationem gloriæ, non autem, quantum ad conditionē naturæ, & per conſequens neque quantum ad ſacramenta.* Vbi plane videtur S. Th. concedere Minorem, atque adeo illud pronunciare, quod Beatus cum corpore, & anima exiſtens poſſit ſacramenta ſecundum legem ordinariam conficere, quia eſt verè homo: Angelos verò ſanctos non poſſe; quia ſolis hominibus id competit. Et hanc ſententiam S. Doctori Pater Suar. ſupra citatus aſcribit.

19. Diſſentiunt Coninch ar. 7 n. 57. §. *Ad. D. Th.* Et Lugus diſp. 8. n. 3. ad finem. Dicentes, S. Th. non concedere Minorē, ſed omittere, quaſi parum referret eam admittere, cùm inde non fieret, etiam Angelos poſſe in ſacramentis miniſtrare, vtpote natura diſſimiles. Tū quia quoties aliqua præmiſſarum omittitur, aut permittitur, id aliquo modo ſignificari debet; præſertim, ſi ad materiam, de qua diſſeritur, pertineat, qualis eſt præſens minor. Tū etiam, quia, ſi S. Th. cenſeret, non poſſe homines integros iam beatos miniſtrare in ſacramentis, ſanè, cum id non eſſet per ſe notum, aut omnino clarum, aut probatum, diſputare ipſum, ac probare debuiſſet, quorum neutrum præſtitit: Cenſebat ergo poſſe, ac proinde Minorem conceſſit, vt iam à ſe probatam, nempè quoniam ij beati & ſunt eiuſdem naturæ cum viatoribus, & eundem habent characterem. S. THOM. Q. L X.

20. Quam ſententiam Suarez iudicat probabiliorem.

Hanc ſententiam relatus Suarez exiſtimat probabiliorem. Et probat, quoniam in eiuſmodi ſuppoſito concurrunt omnia neceſſaria ex parte miniſtri ad ſubſtantiam ſacramenti. Nam poteſt adhibere non modò propriam materiam, ſed etiam propriam formam, nimirum verba propriè humana, & cum debita intentione, & poteſt etiam habere characterem, ſi neceſſarius ſit. Sed contra, quia deeſt illi ſtatus viatoris ad valorem ſacramenti requiſitus, vt ſtatim oſtendam. Inſtat Suarez, Chriſti promiſſionem, & inſtitutionem abſolutam fuiſſe: Ergo indifferens fuit viatoribus, & beatis. Hanc tamen illationem infra etiam refellam. Alios autores pro hac ſententia non affero, quia nec difficultatem iſtam attingunt.

21. Nequit Beatus etſi animo & corpore conſtet.

Exiſtimo, Beatos, quantumuis corpore, & animo conſtantes, non habere poteſtatem vera miniſtrandi ſacramenta. Quam ſententiam, diu poſt quam tenueram, inueni in Patre Coninch ar. illo. 7. n. 56. & probo à priori: quia ſacramentorum miniſtratio inſtituta eſt pro ſtatu viæ: Ergo & adminiſtrandi poteſtas ſolis conceſſa viatoribus. Conſequentia probatur primò, quia ſoli viatores per ſe, & ſecundum legem ordinariam cum viatoribus verſantur, & commercium habent: Ergo & ſoli, ſecundùm legem ordinaria non poſſunt ſacramenta miniſtrare. Si enim Beati per ſe, & de lege ordinaria non poſſunt ad nos accedere; quorſum de lege ordinaria poſſunt ſacramenta nobis miniſtrare? Vel enim id facient, qui ad nos accedant; & iſtud aſſeri non poteſt, vt per ſe claret: vel accedendo ad nos; & hic acceſſus eſt extraordinarius, & per ſingulariſſimam Dei legem, & ſpecialem facultatem: Ergo ſi tunc validè miniſtrant, id præſtabunt, non per poteſtatem, quam communiter, & permanenter habeant, ſed per ſpecialiſſimam, & quaſi miraculosè pro ſpeciali actu conceſſam.

Quia ſacramenta ſunt inſtituta pro ſtatu viæ.

Secundò probamus à ſimili: Nam ſacramentorum adminiſtratio ſic inſtituta eſt pro ſtatu viæ, vt ſoli viatores iuxta legem ordinariam poſſint valide ſacramenta recipere. Vnde fit, vt ſi quis abſque aliquo ſacramento decedat, non poſſit, iuxta legem à Deo communiter ſtatutam, neque in terrâ, neque in cœlo illud obtinere: Ergo ſic etiam inſtituta eſt adminiſtratio ſacramentorum pro ſtatu viæ, vt ſoli viatores queant, iuxta legem ordinariam ea validè miniſtrare, ſeu conficere. Conſequentiam oſtendo; quia ſi Beatus retineret ordinariam poteſtatem miniſtrandi ſacramenta, faciliùs intelligeretur retinere poteſtatem ordinariam recipiendi, ſaltem Baptiſmum, exempli gratia, ne per totam æternitatem careret charactere, quem in via optaſſet, & congruè meruiſſet.

22. Et quia ſolus viator poteſt illa recipere.

Vrgeo, quia ſecundum legem extraordinariam poteſt comprehenſor, pro ſuo ſtatu, nempe comprehenſoris, ſacramenta validè recipere, & hoc cenſetur ſufficere pro ipſius ſtatu, nempe comprehenſoris: Ergo cùm viator ſecundùm legem extraordinariam poſſit ſacramenta viæ miniſtrare, atq; conficere, hoc cenſendum eſt ſufficere pro comprehēſoris ſtatu. Dices, ſi comprehenſor accepturus eſſet ſacramentum, ex. gr. Baptiſmi; vel accepturus eſſet in cœlo, & ſic aqua illuc eſſet afferenda: ſi in

S. THOM Q.LX. in terra, ipſe eſſet in terram redimrus: quorum neutrum eſt ſecundùm legem ordinariam. Contra, quia ſi comprehenſor collaturus eſſet Baptiſmum viatori, vel miniſtraturus eſſet in cœlo, vel in terra: ſi in cœlo, & viator, & aqua, deberent in Empyreum conſcendere: ſi in terra, Beatus in hanc deberet deſcendere: quorum neutrum eſt è lege ordinariâ.

24. Tertiò, ſi poteſtas hæc eſſet in beatis ordinaria, incredibile eſt fere, vt tot homines abſq; ſacramẽtis neceſſariis mererentur. Poſſet enim ex. gr. S. Ioan. Euangeliſta, ſi etiam cum corpore in cœlo eſt, illis facillimè ſubuenire. Si dicas, ideo non facere quia non permittitur ad terras deſcendere, vnde firmabo aſſertionem. Quia ſi nequeunt miniſtrare, niſi deſcendendo ad terram: & de lege ordinaria non permittuntur deſcendere, ſanè de lege ordinaria poteſtatem habere adminiſtrandi, ſine fundamento dicuntur.

SECTIO II.

De Miniſtri intentione ad ſacramenti valorem requiſita.

MIniſtri intentionem eſſe ſacramento tribuenti intrinſecam, Diſp. 5. ſect. 6. probatum eſt: nunc cæteras quæſtiones huius loci proprias expediemus.

§. I.

Requiritur intentio ſeria talem exhibendi actum externum.

25. *Certò poſcit ſacramenti valor liberã voluntatem exercendæ actionis.* COmperta res eſt; ad ſacramenti valorẽ neceſſariam eſſe in Miniſtro voluntatem ſiue intentionem aliquam liberam exercendæ illius actionis, qua ſacramentum conſtat vel efficitur. Si enim caſu, vel contra, vel præter ſuam voluntatem actionem illam exerceret, omnium iudicio nullum efficeret ſacramentum. Quoniam huius effectio eſt actio grauiſſima, & miniſtri Dei, & Eccleſiæ, & proinde humana: non ergo capitalis fortuita, ſed deliberata, & moralis.

26. Controuerſia quo ſunt. Prius, An vt miniſter ſacramentum efficiat validũ ſufficiat libera voluntas præſtandi actu externum v. g. abluendi & dicendi *Ego te baptizo &c.* quamuis ſine animo conficiendi ſacramentũ, aut quod Eccleſia facit, vel Chriſtus inſtituit, ſed ex ſolo affectu etiam externè manifeſtato talem exhibendi actionem, etiam ſi iocando & Eccleſiam irridendo. Affirmant Lutherus, Caluinus, & ſequaces: & quidẽ conſequentiſſime Nam ipſorum iudicio, ſacramenti vis, atq; adeò veritas, tota pendet ex fide ſuſcipientis. Poteſt autem iſte veram fidem concipere, quantumuis miniſter iocoſe, ridicule, aut hiſtrionice agat. Sed hoc fundamentum hæreticum Diſp. 18. ſect 2. deiiciemus.

27. *Nec modo liberam, ſed etiam ſeriã.* Eam intentionem non ſufficere, planè ſignificauit Zacharias Papa in c. retulerunt, de conſecr. diſt. 4 definiens, illum qui baptizauit, *in nomine Patria, & Filia, & Spiritua-ſancta*, valide baptizaſſe, ſi non illo modo fuit locutus, errorẽ inducens, aut hæreſim. Decreuit ergo Põtifex, actionem externam, quæ alioqui ſufficeret ad ſacramentum, ita poſſe per intentionẽ vitiari, vt non ſufficiat: ſi autem ita vitiatur animo inducendi errorẽ, nonne æque vitiabitur animo irridendi Deum, eoque exterius manifeſtato?

28. Eugenius IV. in Conc. Florent. poſt ſeſſ. vltimam in Armenorũ inſtructione §. *Quintò, Eccleſiaſticorum* de ſeptem nouæ legis ſacramentis ſtatuit, omnia perfici *rebus & verbis, & perſona miniſtri cum intentione faciendi quod facit Eccleſia: quorum ſi aliquid deſit, non perficitur ſacramentum.* Idẽ aſtruxit Leo X. in Bulla contra Lutheri errores, quorum duodecimus hic erat: *Si confeſſus non eſſet contritus, aut ſacerdos non ſeriò, ſed ioco abſolueret, ſi tamen credat ſe abſolutum, veriſſime eſt abſolutus.* *Id conſtat ex Concil. Florent.* *Ex Leone X. contra Luther.*

Concilium Trid. ſeſſ. 7. can. 11. *Si quis dixerit, in miniſtris, dum ſacramẽta conficiunt, non requiri intentionẽ ſaltem faciendi quod facit Eccleſia, anathema ſit.* Et ſeſſ. 14. c 6. *Nõ debet pœnitẽs adeo ſibi de ſua ipſius fide blãdiri, vt ſi etiã nulla illi adſit contritio, aut ſacerdoti animus ſeriò agẽdi, aut vere abſoluendi deſit, putet tamen ſe propter ſolã ſuã fidem, verè & coram Deo eſſe abſolutum.* Et tandẽ. *Nec is eſſet, niſi ſalutis ſuæ negligẽtiſſimus, qui ſacerdotẽ iocosè abſoluentem cognoſceret, & non alium ſeriò agentem ſedulo requireret.* 29. *Ex Concil. Trid. manifeſtiſſimè.*

Idẽ conſtat ex ipſa inſtitutione ſacramentorũ in ſacris literis contenta. Quia præcepit Chriſtus Eccleſiaſticis miniſtris, vt baptizent in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, proinde vt propriè exerceant munus ita baptizandi: Qui autẽ per iocum, & contemptum, ac fictionẽ baptizat in nomine Patris &c. nõ magis, nec aliter exercet actum in eo homine baptizandi, quam videat hominem is, qui ſolum videt hominis imaginem. Inſtituit præterea Chriſtus, vt presbyteri orent pro infirmo, vngentes eum oleo in nomine Domini: Voces autem ſine deſiderio impetrandi, vel animo petendi prolatas, perque merum iocum, aut etiam irriſionem fuſas, quis dicat eſſe preces? Vnctionem hiſtrionicam, & irriſoriam, quis dicat, in nomine Domini factam. Inſtituit etiam Chriſtus, vt Epiſcopus ipſius Chriſti nomine, & imitatione ſacerdotem in Confeſſarium ordinet dicens, *Accipe ſpiritum ſanctum &c.* Si autem per vocem hanc ſpiritum ſanctum Epiſcopus in Chriſti irriſionem expreſſe, & ſolummodo velit ſignificare, & tribuere ſpiritum ſatanicum, ecquis, niſi demens, aſſerat eam ordinationem Chriſti nomine, & imitatione factam. 30. *Ex S. ſcriptura, & ſacramentorũ inſtitutione.*

Denique Chriſtus, tanquam ſupremus Iudex ac Princeps, presbyteros ſibi ſubſtituit; eoſque cõſtituit iudices, vt ipſius nomine de baptizatorum peccatis in foro ſacramentali quæſtionẽ exerceant, & ſententiam pronunciẽt: Princeps autẽ qui poteſtatẽ inferiorib. committit ſuo ipſius nomine ius dicendi, ſanè ſi mutius iſtud illi per iocũ obiter, hiſtrionicè de cauſis cognoſcerent, ludicre teſtes admitterẽt, partes audirẽt, ſententiam ferrent; nihil horum ratum haberet. Diceret enim, tanquam rem exploratiſſimam, ſe poteſtatem iudiciariam eã lege illis tribuiſſe, vt ſeriò, & grauiter, prout regios decet miniſtros, non iocoſe, & ridicule agerent: vel (quod in idẽ recidit) dediſſe illis poteſtatẽ ad actus vere iudiciales, atque adeo ſerios, & graues: mimicos vero, & ridiculos, iudiciales neutiquam eſſe. 31. *Ex ſubſtitutione miniſtri in locum Chriſti.*

Hac ipſiſſima ratione vſum video Concilium Trid. ſeſſ. 14. c. 6. Cum enim docuiſſet, abſolutionem ſacramentalem eſſe ad inſtar actus iudicialis, quo, ab ipſo ſacerdote, velut à iudice ſententia pronunciatur, protinus intulit: *Atque ideo nõ debet pœnitens adeo ſibi de ſua ipſius fide blandiri, vt ſi nulla illi adſit contritio; aut ſacerdoti animus ſerio agendi, & verè abſoluendi deſit, putet tamẽ ſe propter ſolã ſuã fidem, verè & corã Deo eſſe abſolutũ.* Eius porro illationis, & rationis 32. *Eoque argumento Trid. vtitur.*

nis eſt fundamentum firmiſſimum: quia ſcilicet iudex inferior, vt validam ferat ſententiam, neceſſe eſt, vt in illo ſuſtineat perſonam, ſuppleat, vices, gerat munus eius Principis, cuius poteſtate iudicat: Princeps autem ſi abſolueret, non ioco, ſed ſerio abſolueret, alioqui nihil ageret: proinde qui ioco abſoluit, non gerit in eo iudicio munus Principis, ſed ſcurræ, vel hiſtionis, vel deriſoris.

33. Habet locũ in quolibet ſacramento.

Porrò autem hæc ipſa Concilij Trid. ratio, ſi rite perpendatur, & applicetur, parem habet vim in reliquis ſacramentis. Quippe in omnibus efficiendis operatur homo nomine Chriſti, ſuſtinet Chriſti perſonam, agit Chriſti miniſtrum, agit Chriſtum. Nam vt omnia breui percurrã, in Baptiſmo agit ſpiritalem patrem, ſiue in Chriſto ipſo regeneratorem: in Euchariſtia nutricem, hoc eſt rationalis illius & ſine dolo lactis effectricem: in Confirmatione Ducem, qui milites ad Chriſti militiam, & conſignat, & armis inſtruit: in Pœnitentia Iudicem ad quæſtionem de pietatis exercendam, & ſententiam pronunciandam: In Extrema vnctione Alipten, ſiue Athletarum Vnctorem ad luctam, certaméque ſupremum: In Ordinatione ſpiritaliũ progenitorum parentem, qui ſpirituales filios in Chriſto generent: In Matrimonio præbitorem cœleſtium ſubſidiorum ad tam graues iugi labores, & moleſtias perferendas. Conſtat itaque ex Pontificum & Conciliorum definitionibus, ex diuinis literis, & ipſamet ſacramentorum inſtitutione, requiri eſſentialiter in miniſtro ſeriã intentionem vt ſacramenta valide conficiat.

34. Suadetur idem ex S. Auguſtino fuſe.

Probo idipſum ex Auguſtino, cuius autoritatem Aduerſarij præferunt ex lib. 7. & vltimo de Baptiſmo contra Donatiſtas c. 53. ſeu penultimo. Nam ibi S. Doctor ita ſe gerit: Primo quæſtionem proponit, & in vtramque partem exagitat. Deinde hæc ſcribit: *Sed nobis tutum eſt in ea non progredi aliqua temeritate ſententiæ, quæ nullo in Catholico regionali Concilio, cœpta, nullo plenario Concilio terminata ſunt: id autem ſit cura ſecura vocis aſſerere, quod in gubernatione Domini Dei noſtri, & ſaluatoris Ieſu Chriſti, vniuerſalis Eccleſiæ conſenſione roboratum eſt.* Quæ ſane verba Lutherum, & Caluinum iugulant: præſens enim controuerſia poſt defunctum Auguſtinum, & longe ante exortum Lutherum & Caluinum, iam in pleno generali Concilio terminata; iam ſententia, quam tuemur, Eccleſiæ conſenſione, & vſu roborata fuit.

35. Pergit Auguſtinus ita ſcribens: *Veruntamen ſi quis forte me in eo Concilio conſtitutum, vbi talium rerum quæſtio verſaretur, non præcedentibus talibus, quorum ſententias ſequi mallem, vrgeret vt dicerem, quid ipſe ſentirem, ſi eo modo affectus eſſem, quo eram cum iſta dictarem, nequaquam dubitarem habere eos Baptiſmum, qui vbicumque & à quibuſcumque illum verbis euangelicis conſecratum, ſine ſua ſimulatione, & cum aliqua fide accepiſſent.* Vbi inprimis admoneo, non hæc dici ab Auguſtino, tanquam immobiliter affixo ei ſententiæ; nam ait, ſe ita ſenſurum, cũ duplici conditione; nempe ſi non præcederent alij, quorum ſententias ipſe mallet ſequi, quam iſtam: & præterea ſi tunc idem ſentiret; quod cum iſta dictaret. Noto deinde, loqui S. Doctorem de Baptiſmo verbis Euangelicis conſecrato: talis autem non eſſet, qui verbis ſonos quidem Euangelicos referentibus, deriſoriè tamen, vel etiam cum impio dumtaxat animo ſenſuque prolatis mimicè daretur: verba enim Euangelica non ſunt, quæ ſignificationem Euangelicam non habent.

S. Thom. Q. LX.

36. Sed illud præ omnibus hîc reor notandum, agere S. Auguſtinum in omnibus illis ſeptem libris contra Donatiſtas, qui ſancti Cypriani teſtimonio, eiuſque Concilio freti, contendebant, inualidum eſſe, & iterandum Baptiſmum, quem hæreticus miniſter conferret. Quem errorem poſtquam ſcripturis & Eccleſiæ definitione doctiſſimè confutauit, excitata obiter præſenti quæſtione, vt ab illo extremo longius recederet (quod familiare eſſe SS. Patribus prudẽter S. Th. alicubi adnotauit) ad alterum eſt viſus accedere. Subiecit enim, *vbi neque ſocietas eſſet credentium, neque ille qui acciperet, crederet, ſed totum ludicrè & mimicè & iocularitèr ageretur, tunc inquam precibus ex Deo fore quærendum, an talis Baptiſmus validus eſſet.* Quo plane ſignificat, dubium ſibi eſſe Baptiſmũ illum, qui miniſtro & ſubiecto iocularitèr tantum agentibus celebraretur: At eiuſmodi Baptiſmus neque Aduerſariis quidẽ eſt dubius, ſed planè nullus.

37. Videbat itaque S. Doctor Eccleſiam vehementer abhorrere ab improbando, & iterando Baptiſmo collato ab Hæreticis: dumque nihil illa decreuerat de Baptiſmo collato per ſimulationem, aut irriſionem, magis ſibi cum Eccleſia ſentire videbatur, illum cenſendo dubium, quã nullum. Sed hunc ipſum erroneum ſenſum ſuũ non minus modeſtè, quam prudenter aperit. Nõ enim abſolute pronunciat, ſe talem Baptiſmum pro dubio habiturum. *Sed ita* (inquit) *vt poſt me dicturos ſententias, ne quid iam exploratum, ac cognitum afferrent, humiliter expectarem: quanto magis ergo nunc ſine præiudicio diligentioris inquiſitionis, vel maioris authoritatis iſtud dixiſſe accipiendus ſum?* Quapropter cum & in hoc & præcedente puncto iam aliquid ab Eccleſiæ exploratum, & cognitum, iam Eccleſia totius diligentiorem inquiſitionem, & autoritatem afferamus, haud dubie S. Auguſtinus pro noſtra ſententia eſt.

38. Athanaſij pueri alios baptizantis factum.

Deinde nobis obiicitur ex Ruffino, & aliis Baptiſmus ab Athanaſio puero pueris ad mare colludentibus exhibitus, qui tamen ratus fuit habitus ab Alexandro tunc Alexandrinæ ſedis antiſtite. Relictis aliorum reſpõſionibus, equidem ad obturanda Nouatorum ora, reſponderim. Vel Alexander explorauit & comperit, pueros illos dum baptizarentur, concepiſſe fidem, & habuiſſe animum recipiendi verum Baptiſmum: vel id non comperit, aut non explorauit: ſi hoc non explorato, ratum nihilominus Baptiſmum illum habuit, perperam ſe geſſit, etiam iudicio Nouatorum. Si autem explorauit, & cõperit veram in pueris baptizatis fidem, & intentionem veri ſacramenti recipiendi, vnde nobis probant, non exploraſſe, & comperiſſe etiam Athanaſium habuiſſe intentionem veri ſacramenti conferendi: præſertim cum & puer eſſet admodũ pius, & zelo religionis augendæ pueros illos baptizarit, idque non obſcuro præſagio magni & incredibilis incrementi, quod vniuerſa Eccleſia ex Athanaſio iam adulto eſſet acceptura.

39. S. Geneſij Baptiſmus in ſcena.

Tandem obiicitur ex Martyrologiis & Adonis & Vſuardi, & Romano, itémque ex Surio, & aliis, Geneſium Hiſtrionem, dum corã Diocletiano baptiſmum Chriſtianorum per irriſionem poſtulaſſet, diuinitus repente conuerſum eſſe, & baptiſmum, quem miniſter per irriſionem dabat, validè recepiſſe. Reſpondeo,

S. Thom. Q. LX.

non conſtat,miniſtrum dediſſe illi baptiſmum per irriſionem; tum quia Ado, illius hiſtoriæ primus auctor, indicat fuiſſe Sacerdotē Chriſtianum: tum etiam quia licet Gentilis fuerit, profectò ſicut Angelus Geneſium monuit vt baptiſmum illum ſeriò, ritéque reciperet; ſic monere potuit,& monuiſſe credendus eſt miniſtrum,vt eum ſeriò,piéque tribueret.

§. II.

Non requiri intentionem faciendi niſi externas actiones,doctrina eſt S.Thomæ, nec incommodis expugnata.

41. Docuit S. Th. valori ſacramenti ſufficere intentionem exercendæ actionis externæ.

Alterum controuerſum eſt,num ad ſacramenti valorem ſufficiat prædicta intentio præſtandi talem actum externum, externè ſerium & grauem:an verò etiam requiratur intentio faciendi per talem actionem id quod Eccleſia facit,vel Chriſtus faciēdum inſtituit; vel alia intentio ſimilis,aut æquiualens.Nullā iſtarum exigi, ſed ſufficere intentionem exhibendi prædictas actiones ita vt exteriùs appareat rē agi ſeriò,tametſi miniſter interius agat iocosè & irriſoriè, & cum explicita intentione non faciendi ſacramentnm,aut quod Eccleſia, vel Chriſtus intendit; ipſorumque miniſtri faciunt;ſententia eſt S.Thomæ, tum in 4.diſt. 6.quæſ.1.art.2.quæſtiunc.1.

42. Perſpicua S. Doctoris verba.

Sic enim ad 2.reſpondet: *Non requiritur mētalis intentio, ſed ſufficit expreſſio intentionis per verba ab Eccleſia inſtituta: & ideò ſi forma ſeruatur,nec aliquid exterius dicitur, quod intentionem contrariam exprimat,baptizatus eſt:*tum etiam in SummaTheologiæ 3.p.q.64.ar.8.ad 2.ita ſcribentis: *Alij melius dicunt,quod miniſter ſacramēti agit in perſona totius Eccleſiæ,cuius eſt miniſter. In verbis autem quæ profert, exprimitur intentio Eccleſiæ,quæ ſufficit ad perfectionem ſacramenti, niſi contrarium exterius exprimatur ex parte miniſtri, vel recipientis ſacramentum.* Notetur illa pars vtrobique poſita,*niſi contrarium externe ſignificetur:*Ergo tametſi contrariū interne habeatur, aut intēdatur,ſi tamē externe nō indicetur,ſanè autore S.Thoma validum, erit ſacramentū.

Video multas multorum reſponſiones: ſed

43. Non niſi extortè exponuntur.

nullam,quæ ſatisfaciat. Argumento ſit, quod Ioannes de Lugo diſp.8. ſect.4. quæ tota eſt, de mente S.Thomæ circa rem iſtam,poſt cunctas aliorum expoſitiones egregiè confutatas, in hac tantùm acquieſcit,quòd reſpondeat ibi S.Thomas contendentibus requiri ad ſacramenti valorem intentionem miniſtri actualem. Hæc autem reſponſio,pace tanti viri, manifeſtiſſimè falſa eſt: nam S.Thomas in ambobus locis adductis,reſpondet ad argumentū ſecundum:argumentum verò pro neceſſitate actualis intentionis,non eſt ſecundum,ſed tertium: ad quod S.Doctor longè aliter reſpondet,nēpe ſufficere intentionē habitualē,hoc eſt virtualē.

Hanc itaque ſententiam tenet S.Thomas:

44. Eam ei tribuunt DD. tum qui falſam,tum qui veram cenſent.

quam improbantes ei tribuunt Durādus in 4. d.6.q.2.n.6.Adrianus q.4.§.*Ad rationes*,&Vaſquez diſp.138.c.4.Eandem exiſtimans probabilem eidem S.Thomæ tribuit Paludan. in illa diſt.6.q.2.a.3.Denique veram abſolutè pronunciantes,aſcripsēre S.Doctori Syluester in ſumma verb.*Baptiſmus tertio*,quæſ.12.& ſuperiore ſæculo Ambroſius Catharinus in Opuſcul.de Intentione miniſtri ſacramentorum,&Alphōſus Salmeron tom.13, qui eſt in Pauli epiſtolas primus parte tertia diſp.2.longè poſt medium à §.*Supereſt vnus.*

Et quidē hîc Autor in §.*Poſtremò ſunt*,poſtquam S.Thomæ longum teſtimonium recitauit,& alterū indicauit,hæc ſubdidit:*Non ignoro,Caietanum verba Thomæ tam aperta,& ipſa meridiana luce clariora, extortis & violentis interpretationibus obſcurare, totamque hanc rem tenebris inuoluere,vt meritò à Catholicis quibuſdam in hac parte notatus fuerit.* Tandem hanc ſententiā aſſeruit, & S.Thomæ auctoritate, & multiplici ratione confirmatam edidit Ioannes Marius Scribonius natione Gallus in ſua Theologica Sūma quā (neſcio quo ſēſu,vel iure)inſcripſit Greco nomine & charactere,ΠΑΝΤΑΛΗΘΕΙΑΝ agens de ſacramētis in genere,diſp.1.q.6.& 7. 45.

Sententiam iſtam recentes Autores multis impugnant incommodis:ſed,me iudice,nō rectè ex ea deductis.Primū eſt quod attigit Hugo Victorinus in ſumma ſentent. tract.5. c.9. Quia ſi mater dum puerum in balneum mitteret,nihil prorſus de Baptiſmo, vel Eccleſiæ ritu cogitans,ex ſola pietate diceret, *Ego te lauo in nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſancti:*ſequitur ex memorata ſententia,fore vt illum reipſa baptizaret. 46.

46. Incommodis eam recentiores nō expugnant.

Sed contra, quia licet ſententia, quam improbamus,non requirat intentionem efficiendi per illas actiones id quod Eccleſia facit,vel Chriſtus inſtituit; requirit tamen vt miniſter actiones illas exhibeat, cogitans à Chriſto inſtitutas, vel ab Eccleſia fieri ſolitas, proinde apprehendens ipſas vt à communibus, & vulgaribus diſtinctas:Mater autem in illo euentu, non illas ita cogitaret,vel apprehenderet,quæ duo facilè,rurſus explicare poſſumus, Si enim circa puerum recens natum nihil vellet pia mater,aut nutrix agere,niſi in nomine ſanctiſſime Trinitatis,& diceret vix dum nato, *Ego te ſuſcipio in nomine Patris, & Filij,& Spiritus ſancti:Ego te lacti in nomine Patris,*&c. Dumque à ſecundinis mundaret: *Ego te lauo in nomine Patris,*&c.nemo diceret validè baptizare; quia,ſ. actionem,& locutionem illam non apprehēdit à Chriſto inſtitutam,vel ab Eccleſia fieri ſolitam,ſed vt prorſus communem,& vulgarem. 47.

47. Primum incommodum diluitur.

Illuſtremus id ipſum exemplo Eccleſiaſtici præcepti: quod enim eſt reſpectu actionis ab Eccleſia præceptæ impletio præcepti,idem eſt reſpectu actionis à Chriſto in ſacramentum inſtitutæ effectio ſacramenti. Nunc ſic: Demus (quod verum eſt) Eccleſiam præcepto recitandi officium non obligare ad internam attentionem: nihilominus ſi clericus de recitatione minimè cogitans, ex ſola intentione quærendi ſententiam, quam meminit in Breuiario contineri, percurreret continuata lectione bonam Breuiarij partem, & in ea Officium huius diei matutinum, non impleret Eccleſiæ præceptum: quia licet ad implendum iſtud non requiratur,vt ille intendat, aut velit implere, imo implere poſſit cum explicito animo non implendi; requiritur tamen, vt recitationem, quæ præcipitur, non caſu, & fortuito, & quaſi vulgarem dumtaxat, & prorſus communem actionem apprehenſam exerceat, ſed conſulto, & deliberatè,& apprehenſam vt officij recitationem. 48.

Secundum incommodum. Sacerdos in altari legens epiſtolam,ſi moraliter habeat præſentem(vt plerumque habet)panem & vinum, & legat in hodierna ſolemnitate corporis Chriſti verba illa,*Hoc eſt corpus meum,*&c. ſequitur ex 49.

49. Secundum depellitur.

oppoſita

oppoſita ſententia tunc vere conſecrare. Cõtra tamen, quia quamuis ea ſententia non poſtulet intentionem efficiendi per illas actiones id, quod efficit Eccleſia, poſtulat intentionem agendi per illas in ſubiectum, ſeu circa ſubiectum; vel ſaltem illas applicandi ſubiecto, ſeu materiæ, ita ſcilicet vt vere dici poſſit eas actiones à Chriſto inſtitutas, vel ab Eccleſia exhiberi ſolitas, ſcienter & cum deliberatione ſubiecto moraliter applicare: nam hic, & non alius eſt moralis, & humanus agendi modus, quem prædicta ſentẽtia nõ negat, ſed potius affirmat exigi ad ſacramenti valorem: Sacerdos autem in euentu propoſito ſuam iſtam actionem & locutionem *Hoc eſt corpus meum*, non applicat intentione ſua ſubiecto, ſiue materiæ conſecrabili, propterea non verſatur moraliter actione ſua circa eiuſmodi materiam, ideoque non illam conſecrat. Id ipſum confirmatur in examine, & depulſione incommodi ſequentis.

50. Tertium abſtergitur.

Tertium incommodum. Si ſacerdos pronũciet formam conſecrationis ſupra decẽ hoſtias, nolens conſecrare niſi nouẽ, quas minimè determinet, ſequitur ex illa ſententia fore, vt cũctas conſecret, cum apud omnes Doctores certum ſit, nullam conſecraturũ. Idemque argumentum fieri poteſt in decem catechumenis hac vnà forma *Ego vos baptizo* &c. initiandis, & in decem pœnitentibus hac vna forma *Ego vos abſoluo* reconciliandis. Sed contra, quia ſicut prædicta ſententia, modumque moraliter agẽdi poſtulant, vt miniſter ſuam actionem intentione ſua moraliter applicet materiæ, prout n. 28. dicebam: ita requirunt, vt illam applicet materiæ certæ, ac determinatæ, cum non poſſit vagi & incertam, ſed certam & fixam immutare: proinde ſacerdos in euentu propoſito, cum actionem ſuam certæ materiæ per intentionem ſuam moraliter non admoueret, nullam conſecraret, nullum efficeret ſacramentum.

51. Depulſiones iſtæ propugnantur.

Contra prædictas trium incommodorum depulſiones obiicies ex P. Lugo, applicationẽ iſtius actionis, & operationis, tum ad materiam, tũ ad materiam determinatam, & quidẽ cum præuia apprehenſione operationis illius vt non vulgaris, & communis, ſed à Chriſto inſtitutæ, vel ab Eccleſia vſurpari ſolitæ; dices, inquam, eam applicationem, & apprehenſionem eſſe ipſam intentionem internam miniſtri, ſimul cum alio actu interno mentalis apprehenſionis: Ergo quod agens in nullo prædictorũ euentuum nõ efficiat ſacramentum validum, tandẽ reducitur ad defectum intentionis. Cæterum Aduerſarij diſtinguent conſequens: reducitur ad defectum intentionis faciendi per eiuſmodi actiones illud, quod Eccleſia facit, aut Chriſtus inſtituit, negabunt conſequentiam: reducitur ad defectũ intentionis, per quam actio moralis agentis, ſufficiẽter cognita, moraliter applicetur ad materiam, & ad materiam certam, concedent conſequentiam.

52. Neque enim cõtendimus (inquient) nõ poſſe ſacramentum impediri poſitis ſemel circa materiam quantumuis aptam eiuſmodi externis actionibus: poteſt enim impertiri nõ poſitis modo morali, & humano: hic autem includi, vt actiones illæ apprehendantur vt ſacratiuæ, quamuis neceſſe non ſit, vt miniſtri per illas ſacrare velint: cuius rei clarum exẽplum attulimus n. 20. in ſacramento Baptiſmi: & ſimile eſſet in Euchariſtia, ſi ſacerdos neſciens quænã ſint verba conſecrationis, exiſtimaret panem S. Blaſij, vel S. Nicolai Tolentinatis, benedici toto Canone ſuper panes recitato: neque enim id executioni mandans, panes illos conſecraret. Et ſimile eſt exẽplum legentis totum officiũ matutinum hodiernum, ſimul cum aliis multis Breuiarij partibus, ſolo animo quærendi quandam ſententiam, aut locutionem, vt n. 27. declaraui, nec arbitror à quopiam negandam neceſſitatẽ iſtam cognitionis. Inde verò, facile cognoſcitur includi etiam in modo moraliter agendi, vt agens intentione ſua moraliter applicet ſuam actionem ad materjam, eamque certam ac determinatam, vt iam expoſui. S. THOM. Q. LX.

53. Quartũ incommodũ propulſatur.

Quartum incommodum. Si quis æterna ſalute donare cupiens infantem moribundum, quem coram fidei perſecutore præſentem haberet, ſimularet exterius ſe illum non ſeriò baptizare dicens *Ecce vt agunt miſeri Chriſtiani*, & ſtatim cum vero animo conficiendi ſacramentum, infanti aquam infunderet, ac verba proferret, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus-ſancti*; ſequitur, inquiunt, ex recitata ſententia non validè baptizaturum.

Eius tamen defenſores forte reſpondebunt, id non eſſe incommodum, imo eſſe commodũ, ne quis animo ſubueniendi infanti grauiſſimè peccet contra fidei Confeſſionem, & ſacramenti reuerentiam: poſſe autem infanti ſubueniri, vel profitente miniſtro ſe eſſe Chriſtianum, & ſine externa ſimulatione infantem baptizante: vel certe, poſtquam ſimulatoria verba dixit, exterius contraria pronunciante, quin tyrannus retractantem audiat, & ſtatim baptizante. Imo poſſet antea exterius coram Deo, vel aliis hominibus proteſtari, ſe quamuis tyranno ſimulationem præferret, ex animo tamen, & ſerio baptizaturum.

54. Quod ſi nihil horum præſtaret, ſed modo in obiectione propoſito ſe gereret, dicere poſſunt Aduerſarij, validè baptizaturum: quia dum ipſi aiunt, Baptiſmum eſſe validũ, ſi iocoſus animus externe oſtendatur, loquũtur de Baptiſmo, qui cõferretur ex animo dũtaxat iocoſo, & irriſorio; ſeu non ſerio baptizandi: in quo euentu nihil eſſet quod Baptiſmo valorem conciliare poſſet: non ſerius animus, quia talis non eſſet: non exterior actus, quoniam hic per alterum exteriorem, qui ſimulationem proderet, eneruaretur: at externam ſimulationem dicent non præualere contra internam intentionem ſeriam, & integram: idque declarare poterunt exemplo eius, qui retenta interius fide Catholica, metu pronunciat hæreſim, non enim eſt vere hæreticus: & alia id genus exempla cuiuis occurrent.

§. III.

Requiritur intentio faciendi quod facit Eccleſia.

55. Sacramenti valor exigit intentionem faciendi quod Eccleſia.

SEntentiam de qua ſuperiores duo §. loquuntur, eiuſque præcipuum defenſorem Catharinum, grauiſſime carpunt Recentiores, vt Bellarm. lib. 1. c. 27. §. *Ad hanc Hæreticorum*, Valentia tom. 2. diſp. 8 q. 4. punct. 4. circa finem, & tom. 4 diſp 3. quæſt 5. punct 3. §. *verũ in hac re*. Coninck ad quæſ. 64 art 8. Granad. tract. 5. diſp. 4. n. 1. Mæratius diſp. 9. ſect. 1. n 5. & alij communiter. Equidem illi Doctrinæ nouã cenſuram non infligo, nec ab aliis inflictas in ſpecie refero, quod & ſentiam, eam ſententiam eſſe S. Thomæ, prout ſuperiore §. demonſtraui; & videam in tot Autoribus antiquis & recẽtibus ab vniuerſa Eccleſia toleratã. Reor tamẽ illã & omnino falsã, & oppoſitã omnino certã, &

S. Thom. Q. LX.

vtrumque firmandum eiſdem argumentis, quibus in §.1. contra Nouatores vtebar.

56. Aſtruitur ex Conciliis. Primò namque definitiones Pontificum, & Conciliorum decernentium, eſſe irritum Sacramentum ſi miniſter non agat ſeriò & ex intentione, faciendi quod facit Eccleſia, non id limitant ad euentus illos, in quibus miniſter, fictum vel iocoſum animum externè prodat: Ergo ſtatuunt fore, vt quamuis illum celet, Sacramentum inualidum efficiat. Reſpondent Aduerſarij, decreta illa ſolùm exigere intentionem faciendi quod facit Eccleſia, nempe faciendi materialiter, vt lauare puerũ, & pronũciare ſonos iſtos, *Ego te baptizo*, &c. non autem exigere intentionẽ illud efficiendi formaliter, id eſt, ex intẽtione faciẽdi per eiuſmodi actiones aliquid ſacrum, vel id quod Chriſtus inſtituit, aut quod Eccleſia talium actionum interuentu facere, vel conferre conſueuit.

57. Reſponſio falſitaté ſuæ cauſę prodit. Verum hæc reſponſio, quam vt vnicam Aduerſantes omnes adhibent, me quidem iudice, ſuam & ſuæ cauſæ, falſitatem patefacit. Nam in primis Concilium Tridentinum ſeſſ. illa 14. & cap. 6. ſupra citatis, expreſsè monet, non eſſe validum pœnitentiæ ſacramentum, ſi vel ſuſcipienti contritio non adſit, vel Sacerdoti animus ſeriò agendi, & abſoluendi deſit. Vnde ſic diſputo. Vel Sacerdos iudicat, ſe ſine intentione ſeriò agendi, & abſoluendi nihil, acturum; vel iudicat verè abſoluturum. Si hoc poſterius iudicat, nequit non habere animum ſeriò agendi, & abſoluendi: nam hoc ipſo quod habeat animum proferendi formam abſolutionis, animum habebit ſeriò agendi, & abſoluendi: quare de iſto, iuxta contrariam ſententiam, non aget ibi Concilium. Si verò miniſter iudicat, ſe, ſi nolit abſoluere, non abſoluturum, & pronunciat formam cum animo non abſoluendi, non habet animum ſeriò agendi & abſoluendi, ſed ſimulandi: Ergo de hoc definit Synodus, non verè tunc abſoluere.

58. Deinde reſponſionem ita impugno. Si ad Sacramenti valorem Eccleſia ſolùm requireret in miniſtro voluntatem abſoluendi infantem, & proferendi verbalem illam formam, nõ debuiſſet mentionem facere intentionis, ſed ſolum dicere, Sacramentum eſſe nullum, ſi miniſter non faciat, quod facit Eccleſia. Nam iſtud miniſter actu morali, ſiue humano facere non poteſt ſine illa intentione, vt per ſe claret: Eccleſia verò notoriè loquitur de effectione, quæ ſit actus moralis, & humanus: Si ergo ſolùm decerneret, requiri effectionem illarum actionum, cùm intentione faciendi quod Eccleſia facit, ſenſus eſſet, requiri vt miniſter exerceat illas actiones, cum intentione exercendi illas actiones: qui planè eſt ſenſus ineptiſſimus, & prorſus indignus Eccleſiaſticæ definitionis.

59. Confirmatur quia citra dubium ineptè loqueretur Eccleſia, ſi diceret, ad implendũ præceptum ſoluendi decimam partem frugũ, neceſſe eſſe exhibeamus decimam partem frugũ cum intentione exhibendi decimam partem frugum; & ſimiliter in cæteris præceptis, quæ per ſolam exhibitionem externi operis adimplentur. Quòd ſi hæc locutio in cæteris eſſet inepta, & in caſu noſtro non eſt, argumento eſt Eccleſiam requirere aliquid aliud, quod nimirum poſitis à miniſtro morali modo illis actibus externis, adhuc poſſit à miniſtro non poni, & debeat poni; nempe intentionem efficiendi interuentu illarum actionum id quod Eccleſia facit, aut Chriſtus inſtituit, &c.

60. Ex diuinis literis idem oſtenditur. Secundò id perſuadent ſacræ literæ, & ipſamet inſtitutio ſacramentorum. Chriſtus enim inſtituit, ex. gr. vt baptizemus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: qui verò non habet animum baptizandi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ſed irridendi Eccleſiam, vel illudendi catechumenum quantumuis exterius ea verba proferat, non baptizat in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ſed ſimulat ſe eo nomine baptizare: Ergo non facit, ſed ſimulat, ſe facere quod Chriſtus inſtituit, ac proinde nec verum ſacramentum facit, ſed ſimulat & fingit facere. Idem eſt de reliquis ſacramentis efficiendis, vt conſtabit applicanti quæ diximus in §.1.

61. Nec obeſt quod recitãs officium ſine attentione, ſatisfaciat. Dices. Eccleſia præcipit orationem in horis officij contentam: qui verò recitaret officium animo de induſtria diſtracto, imò cum intentione irridendi Eccleſiam, dum tamen exterius id non proderet, abſolutè faceret id quod Eccleſia præcipit: Ergo is, qui ex animo deriſorio, ſed occulto, exerceret actiones, quas Chriſtus pro ſacramentis inſtituit, faceret id quod Chriſtus inſtituit. Nego conſequentiam, quoniam Eccleſia, cum non cognoſcat, nec iudicet de internis, ſolùm præcipit externam officij recitationem cum externa decẽtia, & deuotione: ad quam ſequitur naturalis obligatio procurandi ſub peccato veniali mentalem attentionem. At Chriſtus cum de internis etiam iudicet, attentionem & intentionem internam cur non præceperit, & inſtituerit.

62. Tertiò ſuadetur. Quia fundamenta ſententiæ contrariæ, quæ magno numero Scribonius congerit, æquè debilia, ac multa ſunt: cum tamen ad ſententiam tamdiu iam extra gymnaſia iacentem, tamque multis & grauibus cenſurarũ vulneribus perculſam, atque confectã; velut à mortuis excitandam, ac fulciendam, ingenti quodam robore opus eſſet, vt rectè n. 71. notat ſapientiſſimus Lugus apud quem argumentorũ illa congeries penitus detecta conſpici poterit. Ego verò primum afferam aliqua ibi prætermiſſa, nec cæteris illius cumuli debiliora: deinde quædam ibidem adducta, cæteriſque grauiora: tandem alia quædam, ad quæ reliqua omnia reuocari, & conſequenter eorundem ſolutionibus dilui poterunt.

63. Vel quod Eccleſia talé intentionem non exigat in ſuis definitionibus. Primum ſit quod adducit Salmeron; quia Pontifices & Concilia, cum toties agant de ſacramento Baptiſmi ab hæreticis collato, ſolùm attendunt in ſuis decretis, vtrum in ipſius collatione ſeruet miniſter, legitimum ritũ externum, ſcilicet infundendi catechumeno naturalem aquam, & pronuntiandi ſuper illum formam baptiſmalem per hæc verba: *Te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*: nunquam tamen curant, num habeat intentionem conficiendi ſacramentum, vel quod inſtituit Chriſtus, vel quod per iſtas actiones vera facit Eccleſia: Ergo cum de hac intentione nihil loquantur, indicant non eſſe ſacramento neceſſariam. Nego conſequentiam. Quia Pontificibus, & Conciliis ſolum proponitur controuerſia, num Baptiſmus datus ab hæretico ſit inualidus eo ipſo quod ab hæretico datus ſit: Affirmãtibus nẽpe cõpluribus, & proinde cõcedentibus, hæreticũ miniſtrũ, quantumuis optet & nitatur facere quod per illas actiones Chri-

ſtus

ſtus faciendū inſtituit, atque ad id faciendum neruos omnes actionis & intenſionis intendat, irritum facere Baptiſmum: Vbi planè ſupponitur intentio faciendi ſacramentum, ſeu quod Chriſtus inſtituit & Eccleſia facit: qua ſuppoſita intentione rectiſſimè decernunt Pontifices & Concilia, valere prædictum Baptiſmum: quod eſt decernere, miniſtri hæreſim non officere ſacramentorum valori.

64. Nec Nicolai I. dictum, contrariam ſententiam inſinuantis.

Secundum argumentum ſit. Quia Nicolaus Papa I. in c. *A quodam Iudæo*. De conſec. diſtinct. 4 conſultus, valeretne Baptiſmus collatus à Iudæo, de quo ignorabatur eſſetne Chriſtianus, an paganus, reſpondit valere, ſi datus eſt in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, vel ſicut in actis Apoſtolicis habetur; in nomine Chriſti. Reſpondeo, Pontificium illud oraculum eſſe confirmationem reſponſionis præcedentis. Ei namque Baptiſmo tantum obiiciebatur miniſtri vitium, nempe dubius eius Chriſtianiſmus: proinde Pontifici ſolum proponebatur quæſtio, num dubius miniſtri Chriſtianiſmus ſufficiat ad Baptiſmum irritandum. Reſpondet autem Pontifex, iſtud ſolum vitium non ſufficere.

Non enim de hoc erat conſultus.

Quod verò ad eam præciſè quæſtionem attendendum ſit, conſtat tum quia de ſola illa fuerat interrogatus, vt vidimus: tum etiam quia Pontifex in reſponſione approbat Baptiſmum datum cum his tantum verbis *Ego te baptizo in nomine Chriſti*: quem Baptiſmum vera ſententia docet eſſe nullum; nec obſtare quòd Nicolaus illum approbet, quia non approbat reſpondens ad quæſtionem propoſitam, ſed aliam extra rem inducens, & planè obtrudens; proinde Baptiſmum illum non approbat vt Pontifex, & de Petri ſuggeſtu, ſed vt priuatus Doctor, & ex proprio ſenſu: qua de re ſermo redibit infra.

Nec item obſtat. Caput ſecundùm Eccleſia diſt. 19.

Tertium ſit, Epilogus iſte capitis *ſecundum Eccleſiæ* 19 diſt. colligens *Quidquid ad hominum profectum quilibet in Eccleſia miniſtri pro officio ſuo videntur operari, hoc totum contineri* (hoc eſt re ipſa perfici) *implente diuinitatis effectu*, id eſt Deo cooperante, vt omnes cum Gloſſa intelligunt, & rectius exponerent, Deo defectum ſupplente. Reſpondeo, teſtimonium iſtud eiuſdem eſſe farinæ cum ſuperiori: non enim fuerat rogatus Pontifex, Vtrum ad valorem ſacramenti ſufficiat, quod miniſter exteriùs videatur pro ſuo officio operari: ſed vtrum labes Hæretici iam damnati vitiaret ordinem ab ipſo collatum, vt claret ex titulo, & ſummario capitis ſic habente *Nulla læſionis portio attingit eos, qui ab Hæreticis iam damnatis ordinantur.* Illud itaque poſtremum *Quidquid ergo ad hominum profectum* &c. Vel intelligendum eſt iuxta ſubiectam materiam, vt ſi miniſter Hæreticus, & iam ab Eccleſia damnatus, comperiatur egiſſe exteriùs id, quod Eccleſiaſtici miniſtri faciunt, vitium hæreſis quantumuis damnatæ, non officiat ſacramento: Vel ſi quid amplius ille epilogus intendit, extra chorum ſaltat, nec facit, aut exigit fidem, cum in deciſione formaliter, aut virtualiter non contineatur: & alioquin abſurditatem inferat allertam, nempe validum fore ſacramentum collatum ab homine inſano, & rationis impote, exteriùs tamen operante non aliter ac cordati ſolent.

Quia vel agit iuxta ſubiectam materiam vel extra rem.

Quartum ſit teſtimonium Innocentij IV. in Commentario ad Caput *ſi quis puerum, De Baptiſmo & eius effectu.* In quo allegando quidam tripliciter peccant, Primò enim locum eius verum non aſſignant: Secundo allegant vt Oraculum ſummi Pontificium; cum tamen non ſit niſi priuati Doctoris, quod ex ipſius Innocentij Confeſſione & verbis fuſè notatur ad prologum illorum commentariorum, & inſuper ad Commentarium in Caput *Innotuit*, *de Electione*, in fine. Tertio citant vt apertum pro contraria ſententia, cum æque, vel clariùs pro communi ſit: ita enim habet in illius commentarij num. 9 *Item non eſt neceſſe, quod Baptizans ſciat quid ſit Eccleſia, nec quod gerat in mente facere quod facit Eccleſia: imò ſi contrarium gereret in mente, ſcilicet non facere quod facit Eccleſia, ſed tamen facit, quia formā ſeruat, nihilominus baptizatus eſt; dummodo baptizare intendat.*

S. Thom. Q. LX. Nec obſtat Commentarius Innoc. IV.

Quæ poſtrema verba communem potius videntur continere ſententiam. Cæterùm & oppoſitam innuere videntur hæc immediatè ſequentia. *Vnde ſi aliquis in caſu neceſſitatis conſtitutus, vel etiam ſine neceſſitate vadat ad Sarracenum, & dicat baptiza me, & doceat eum formam, & ille Sarracenus baptizet, non credens per immerſionem aliquid aliud fieri, niſi madefactionem, & non intendat eum baptizare, vel etiam madefacere ſecundum intentionem petentis Baptiſmum, id eſt vt Baptiſmus operetur quidquid operari poteſt, & ipſe baptizans tanquam miniſter conferat quod alij baptizantes conferunt, licet non credat, ipſum poſſe aliquid operari, verè baptizatus eſt.* At ſuam mentem ſtatim in fauorem communis ſententiæ declarat, inquiens: *Sed ſi hoc non intenderet, non baptizaret.*

Quid enim eſt *ſi hoc non intenderet*? Sanè ſi non intenderet, vt verè baptizatus ſit: Verè autem baptizatus non eſt dumtaxat verè madefactus, & verbis baptiſmalibus affectus, talis enim eſſet, quantumuis miniſter non intenderet, vt ille maneret verè baptizatus, dummodo illum ablueret, eiſque verbis alloqueretur. Ergo aliquid amplius in miniſtro requirit Innocentius ad Baptiſmi valorem, nempe vt intendat verè baptizare, nimirum facere illud quod nos verbis verè baptizandi ſignificamus.

Rationes innumeras tribus complector capitibus, non diluendas ſolùm, ſed etiam retorquendas Primò, Chriſtus vt occurreret animorum periculis, & ſcrupulis, potuit ad ſacramentorum valorem exigere ſolas externas actiones: dumque Apoſtolos ad baptizandum miſit, alterius intentionis mentionem non fecit: Ergo non eam exegit. Contra quia potuit etiam ad occurrendum periculis & ſcrupulis, inſtituere vt ſi externè videretur miniſter veram adhibere materiam, tametſi veram non adhiberet, ſacramentum conficeret: Item, vt ſi formæ verbis voce communiter perceptibili proferendis, aut prolatis ſubmiſſiore voce præmitteret, vel admiſceret alia corrumpentia ſenſum, verbi gratia particulam *Non*; etiam ſacramentum valeret: & tamen non fecit, cum ſimile quid Eccleſia inſtituerit in animarum paſtoribus habentibus titulum coloratum. 65. Rationes oppoſitæ retorquentur.

Non eſt igitur vnde credatur Chriſtus exegiſſe ſolam externam actionem cum voluntate illam exercendi, ſed etiam intentionem ex obiecto ſacram; ideo ſcilicet quod videret, ſacramenti confectionem eſſe actionem grauiſſimam, ideoque voluerit, eſſe valde ſeriam.

S. THOM Q.LX. Præterea cum ad baptizandum miſit, non fecit mentionem intentionis faciendi quod Eccleſia facit: & tamen hanc intentionem Concilia poſtulabant: Ergo quod Chriſtus potuerit eam non exigere, & eius mentionem expreſſam omiſerit, argumento non eſt non eam exegiſſe: Cuius rationem iam ſæpè reddidimus.

Secundò, ſacramentum eſt à Chriſto inſtitutum, ac proinde publicum: ſignum autem publicum in ſua ſignificatione non pendet ab intentione priuata miniſtri, vel alterius eo ſigno vtentis. Quapropter in contractibus humanis miniſter, vel procurator validè agit exercens pro ſuo Domino, vel principali actionem externam ſolemnem, etiam ſi priuatam habeat intentionem nihil agendi.

Quorum ratio eſt, quia contractus humanus eſt ſenſibilis, & intentio validè operandi non eſt ſenſibilis: Atqui ſacramentum eſt etiam ſenſibile: Ergo, &c. Contra, quia verba Latina ex. gr. etiam ſunt ſigna à Latina republica inſtituta: ſi quis tamen hoc ſono *calamus* non velit ſignificare, niſi Angelum, non loquetur Latine, quia non loquetur cum Latinæ reipublicæ intentione: Ergo ſignum publice inſtitutum apertè pendet ex priuata intentione perſonæ illud adhibentis: proinde ſacramentum, cum ſignum ſit publicum, pendebit in ſua ſignificatione & eſſentia, ab intentione illud efficientis.

Idem cernere eſt in contractibus humanis celebratis per famulum aliumvè miniſtrum: nam ſi iſte non intendat vendere, re ipſa non vendit: quod autem cenſetur vendere, eſt quia nec principali, nec ementi conſtat intentionis defectus; Chriſto autem conſtat. Horum ratio eſt quia nec principalis humanus, nec Princeps Chriſtus coniungitur miniſtro ſuo vt inanimi inſtrumento, ſed animato & humano: alioquin ab amente occulto celebratus contractus, aut collatus Baptiſmus, valeret: Coniungitur ergo vterque miniſtro ſuo vt rationis compote, & agente morali, & cum ipſo principali vnum agens morale conſtituenti, ac proinde idem, quod intendit, intendenti.

66. Tertiò, quando principale agens per inſtrumentum ſuum debitè applicatur paſſo bene diſpoſito, tunc virtute principalis agentis ſequitur infallibiliter effectus: Sed Deus qui in ſacramentis eſt principale agens, per actiones externas applicatur paſſo, nempe ſubiecto ſacramentorum: Ergo ſi iſtud bene diſpoſitum ſit, infallibiliter accipiet effectum, nimirum gratiam aut iſtius augmentum. Contra quia Deus in his euentibus non applicatur niſi per verum ſacramentum vt per inſtrumentum: actiones autem externæ ſine prædicta intentione ſacramentum non ſunt.

At inquis: è duobus agentibus contrariis illud quod fortius eſt, ſortitur effectum: ſed intentio præſtandi actiones externas fortius eſt agens eſt intentione non efficiendi ſacramentum; nam prior prodit in opus, & fit nomine Eccleſiæ; poſterior non prodit in opus, & fit nomine priuatæ perſonæ: Ergo prior ſortitur effectum. Contra, quia maior non eſt vera, niſi de duobus agentibus integris: externa vero actio ſine dicta intentione non eſt agens integrum, quia non eſt ſacramentum: quare neque fit nomine Chriſti, neque Eccleſiæ. Cæteris æquè debilibus omiſſis ſolùm obiici poterat, non poſſe facile explicari obiectum intentionis, quam requirimus: ſed hæc difficultas digna eſt §. ſequente.

§. IV.

Quid, & quotuplex in ſacramentis ſit, velle facere quod facit Eccleſia.

VEſtigamus, quodnam obiectum habeat intentio faciendi quod in ſacramentis Eccleſia facit; & quibus modis illud mente concipi, & voluntate intendi poſſit, ita vt ex parte intentionis miniſtri nihil deſideretur ad ſacramenti valorem. Quod attinet ad prius caput, cum in his actibus Eccleſia primo efficiat ſacramentum, deinde & interuentu ſacramenti efficiat interdum characterem & ſemper gratiam; ſane, velle facere quod facit Eccleſia, perinde eſt, ac velle facere ſacramentum, & interuentu ſacramenti producere gratiam, aut characterem, aut in quibuſdam ſacramentis vtrumq; ſimul. Nec obſtat, quod poſſit miniſter ſacramentum efficere cum expreſſa intentione neutrum horum effectuum conferendi: quia cum veram habeat, & efficacem voluntatem efficiendi ſacramentum; ſolam habet velleitatem non conferendi effectum: quare iſtum efficaciter vult, non in ipſo, ſed in cauſa. 67. Velle facere quod Eccleſia, eſt velle facere ſacramentum, & eius effectũ.

Dubitatio tantum eſt circa partem alteram quæſtionis, quibus ſcilicet modis poſſit miniſter hoc ipſum intendere cum valore & effectu ſacramenti, licet non cogitet vel ſacramenti effectum vel rationem. Præmitto requiri vt miniſter intendat ſaltem confuſe aliquid aliquo modo diſtinctum ab ipſis actionibus externis phyſicè ſpectatis. Neceſſe enim eſt vt iſtas apprehendat, vt ab aliquo diſtinctas ad animæ ſalutem, ac proinde ad iſtam aliquo modo ſpectantes: in eſſe autem pure phyſico nullatenus ad eam ſpectant: quapropter neceſſe eſt vt miniſter apprehendat & intendat ſaltem confuſè quidpiam ab illis aliquo modo diſtinctum: Vtrum autem hæc intentio ſufficiat ad ſacramenti valorem infrà decernam: nunc illas quæ citra controuerſiam ſufficerent, breuiter aſſigno. Ad hoc requiritur intentio faciẽdi aliquid ab actione externa diſtinctum.

Primùm ſufficeret intentio inducendi per actiones externas effectum ſacrum internum, vel in ſpecie conceptuũ, nempe gratiam habitualem, & in tribus ſacramentis characterem, vel etiam ſolum in genere cõceptuum, nempe quatenus effectum ſacrum. Qui enim vtrois modo ſacrum intendit effectum, intendit finem & effectum, quem intendit, & facit Eccleſia: proinde ſaltem virtualiter vult medium huic fini conſequendo neceſſarium, & ſibi obuium, in manibus poſitum, nempe ſacramentum: Ergo intendit ſacramentum facere. Sufficit velle inducere ſacrum effectũ internum.

Conſonat huic aſſerto communis ſententia docens contra Hugonem Victorinum, & alios apud Suarez diſp. 13. ſect. 2. §. *Dicendum nihilominus*, non eſſe ſacramenti valori neceſſariam intentionem expreſſam conficiendi ſacramentum: quia Pontifices, & Concilia non poſtulant niſi intentionem faciendi quod facit Eccleſia, poteſt autem miniſter ignorare quid ſit illud, quod per huiuſmodi actiones Eccleſia facit; & ſimul intendere idem facere, quidquid

Digitized by Google

quidquid illud ſit. Adde rurſus, fore ſacramentum validum, etiam ſi miniſter haberet expreſſam intentionem non conferendi gratiam aut characterem. Poſſet enim Hæreticus iudicare, neutrum iſtorum per ſacramenta conferri, & tamen habere intentionem efficiendi illud quod vera facit Eccleſia: quæ intentio ſine controuerſia ſatis eſt ad ſacramenti valorem.

Sufficiens eſt, ſed non neceſſaria, formalis intentio faciendi ſacramentum.

Deinde ſufficeret quidem formalis intentio conficiendi ſacramentum; ſed non eſt ſimpliciter neceſſaria. Priorem partem habet Suarez Quæſt.64.art.8.§. *Circa quem*, poſt medium, & plerique Doctores. Ratio eſt clara; quia ſufficit intentio faciendi quod facit Eccleſia: ſed hæc per illas actiones primò; & per ſe ſacramentum conficit: Ergo ſufficit formalis intentio conficiendi ſacramentum. Hanc verò neceſſariam non eſſe, communis etiam eſt ſenſus: quia poteſt miniſter prorſus ignorare quid ſit ſacramentum, & ſimul habere intentionem efficiendi per illas actiones quidquid Eccleſia facit: proinde formalis intentio conficiendi ſacramentum non eſt iſtius valori neceſſaria, ſed ſufficit virtualis, ſeu confuſa; quæ nimirum intendit illud, quod Eccleſia facere intendit, confuſè dumtaxat à miniſtro apprehenſum, & ideo confuſè dumtaxat ab eodem volitum, & intentum.

68. Sat eſt velle vti iis actionibus, ſicut Eccleſia vniuerſalis eis vtitur.

Præterea ſufficit ſi miniſter optimè ſciens, quid ſit Eccleſia vniuerſalis, nempe congregatio omnium fidelium, intendat vti rebus illis & verbis eo modo & ſenſu, quo ipſa vti conſueuit: non eſt tamen id ſimpliciter neceſſarium. Vtramque partem tradit Vaſquez Diſp. 138.num.31.& 32. Prior conſtat, quia velle adhibere tales actiones, & verba cum ſenſu, & modo, quo ſolet vniuerſalis Eccleſia, planè eſt velle facere quod facit Eccleſia. Poſterior etiam claret, quia poſſet miniſter neſcire quid vniuerſalis Eccleſia ſit, & velle rebus illis & verbis vti ſicut eis vtitur Eccleſia particularis, ex gr. Cæſaraugustana: imo ſicut vidit, & audiuit vti talem parochum, vel talis Eccleſiæ miniſtrum: nam hoc iſti faciunt, quod vniuerſa facit Eccleſia: proinde voluntas iſtos imitandi, voluntas eſt faciendi quod illa facit.

Imò ſicut Eccleſia particularis.

Item ſufficeret, quod miniſter vellet vti rebus & verbis illis, tanquam ceremoniis religioſis: non tamen vt actionibus Chriſtianorum propriis. Prior pars conſtat, quia miniſter hoc ipſo quod putat ſub illis verbis & rebus latere aliquem ritum, aut morem religioſum, eiſque ſic apprehenſis vtitur, confuſè habet intentionem Chriſti inſtitutoris illorum, & Eccleſiæ veræ ſic eis vtentis. Altera pars, nempe non ſufficere quod miniſter velit vti rebus & verbis iis, vt ſolum Chriſtianorum propriis, firmatur: quia poteſt aliquid eſſe proprium alicuius religionis, & non proprium eius religionis, quatenus vel talis religionis, vel religionis; ideòque non pertinere ad ſacras eius res vel ceremonias, ſed ad externum habitum: vt apud Turcas hodie media luna pro ſymbolo, vel orbis lineus, quem turbantem appellitant, pro pileo. Sicut enim Chriſtianus in Africa pileum iſtum geſtans, non ſe profiteretur Mohometanum; ita qui ſolum vſurparet res & verba ſacramentorum, vt actiones Chriſtianorum, ſed non vt religionis ſymbola, vel ceremonias, actuſve religioſos, non efficeret ſacramentum;

Vel ſicut actionibus religioſis.

Non tamen vt rebus Chriſtianorum propriis.

S. Thom. Q. LX.

Sat eſt velle agere Chriſti, vel Eccleſiæ miniſtrum.

Sat quoque foret, ſi miniſter intenderet agere vt miniſter Eccleſiæ, vel nomine Chriſti. Nam hoc ipſo vellet agere, vt inſtrumentum Chriſti, proinde agente Chriſto vt cauſa principali. Cum autem actionis externæ, & naturalis internæ; miniſter ipſe ſit cauſa principalis; conſequenter vellet miniſter aliquid iis actionibus ſuperius, & verè ſacrum; nempe conſtitutionem ſacramenti, cuius cauſa efficiens principalis ſolus eſt Chriſtus. Conſequenter etiam vellet internum effectum, gratiam videlicet, aut characterem, aut vtrumque. Nam iſtorum reſpectu miniſter eſt inſtrumentum ſolummodo; Chriſtus verò cauſa principalis.

Vel efficere ſignum cum ſignificatione à Chriſto inſtituta.

Denique ſufficeret, ſi vellet, aut intenderet miniſter conſtituere vnum aggregatum ex materia, & verbis, prolatis in eâ ſignificatione, quam illis Chriſtus appoſuit, ſiue inſtituit. Nam quemadmodum vt ego Latinè loquar, ſatis eſt ſi proferam ſonos iſtos vocales; *Prouidete P.P.CC. nequid detrimenti Reſp. capiat*, cum intentione ſignificandi illud ipſum, quod Latinorum Reſpublica per eiuſmodi ſonos ſignificandum inſtituit: pari ratione; vt ſacramenti miniſter ſacro, ſiue Eccleſiaſtico; vel potius Chriſti ſermone, & velut idiomate loquatur, ſatis eſt quod intendat proferre verba hæc Te baptizo cum ſignificatione à Chriſto Principe inſtitutâ. Hæc enim ſignificatio eſt ſacramentalis, & forma eſſentialis ſacramenti; proinde miniſter hac intentione intenderet, conficere ſacramentum.

Dices, per hos modos non ſatis explicari obiectum intentionis ad ſacramentum requiſitæ. Hanc obiectionem latiſſimè hic vrget Lugus. Reſpondeo tamen, vel ſenſus obiectionis eſt, non explicari obiectum illud quaſi definitione eſſentiali; vel non explicari, ſufficienter ad praxim. Priore modo concedo non explicari, quia obiectum illud non aliud eſt quam ipſum ſacramentum, quod nullo ex prædictis modis eſſentialiter definitur, ſed iam in Diſp.1.ſect.2.definitum eſt. Altero modo, nego non ſatis explicari, quia quantumuis miniſter ignoret eſſentialem ſacramenti definitionem, poteſt habere intentionem per aſſignatos modos explicatam. Quomodo autem miniſtri intentio, licet intrinſeca ſacramento ſit, non ſeipſam pro obiecto habeat, tranſegimus diſput.3.

§ V.

Debeatne prædicta miniſtri intentio eſſe abſoluta, an ſufficiat conditionata.

69. Conditiones tres: de præterito, præſenti, & futuro.

TRes hîc diſtinguendæ conditiones. Prima de præterito; vt *Te baptizo, ſi pater tuus fieri conſenſit*: Secunda de præſenti, vt *Te baptizo, ſi es viuus*: Tertia de futuro, vt *Te baptizo ſi pater tuus cras conſentiet*. Dices, ſecundam eſſe de præterito: & ideò ſolùm eſſe duas. Antecedens ſuadebis, quoniam hic actus, *Te baptizo ſi viuus es*, hunc habet ſenſum, *ſi baptizandi actui præſupponeris viuus, ſaltem prioritate naturæ*: neque enim Baptiſmus aliter valebit. Firmabis, quia conditionalis hæc, *Baptizo te, ſi comitanter cum actu meo baptizandi Petrus elicit contritionem*, implicat repugnan-

Impugnatur ſecunda.

tiam

tiam. Requirit enim Petri contritionem, vt conditionem ad valorem Baptiſmatis: contritio verò concomitans nequit eſſe conditio; nam hæc ſemper eſt fundamentum eius, ad quod eſt conditio; fundamentum autem prius eſſe debet re, quæ in ipſo fundatur: Ergo petere rem aliquam vt conditionem ad actum baptizandi validum, & peti vt comitantem cum illo, eſt petere implicationem. Repugnat ergo conditio de præſenti: Sed neganda hæc illatio: quia de præſenti dicitur, quæ eſt de re in inſtanti phyſico actionis præſuppoſita ſecundum naturæ prioritatem. Hæc enim non ſufficit ad præteritionem; ſicut nec naturæ poſterioritas ad futuritionem; ſed ad vtramque requiritur realis diſtinctio durationum. Vnde cum primum producitur eſſentia, non ſunt futuræ proprietates, & dum iſtæ ponuntur, non eſt præterita prima productio eſſentiæ.

Propugnatur.

Aliæ quatuor ex his quaſi compoſitæ.

Adiungere poſſemus quatuor alias conditionales ex his eiſdem tribus quaſi compoſitas. Primam de præterito ſimul & præſenti; vt *Si heri pater conſenſit, & nunc es viuus.* Alteram de præterito & futuro; vt *Si heri pater conſenſit, & mater cras conſentiet.* Tertiam de præſenti & futuro; *vt ſi viuus es, & pater cras conſentiet.* Quartam de præterito, præſenti, & futuro; vt *ſi heri Pater conſenſit, & nunc viuus es, & mater cras conſenſerit.* Omnes enim Doctores concedent, iſtas omnes combinationes, & quaſi compoſitiones eſſe moraliter poſſibiles; ſiue quælibet illarum ſit vnus actus phyſice ſimplex, ſiue ex pluribus phyſice diſtinctis compoſitus: nam hoc ad rem moralem nihil prorſus attinet: ac proinde deciſionem iſtam euidentius eſſe veram, quam actus, aut habitus naturalis in practicum, & ſpeculatiuum, & in tertium, qui ſimul practicus & ſpeculatiuus ſit.

70. Sufficit conditionata de præterito, vel de præſenti, vel de vtroque ſimul.

Dicendum primò, ad ſacramenti valorem non eſſe in miniſtro neceſſariam intentionem abſolutam, ſed ſufficere conditionalem, de præterito, vel præſenti, vel de vtroque ſimul. Tres priores partes ab omnibus Doctoribus traduntur. Probantur ex vſu ab vniuerſa Eccleſia probato baptizandi ſub illa conditione, *ſi non es baptizatus*: quæ quidem ſi bene perpendatur, ſimul videtur eſſe de præterito, & de præſenti, hunc enim habet ſenſum, *Si non eſt in te Baptiſmus*, atque *adeo ſi antea non fuiſti baptizatus*: quarum conditionum prior eſt de præſenti, poſterior de præterito. Si autem ab Eccleſia communiter capiatur in ſenſu priori, inde infertur etiam ſufficere in poſteriori; & è contra: nam eſt vtriuſque partis eadem ratio, cum ambæ ſupponant conditionem actioni baptizandi, & proinde neutra ſuſpendat baptiſmatis poſitionem, & effectum. Porro de cæteris conditionalibus in aſſertione recenſitis idem aſſerendum eſſe, rationis paritas euincit.

71. Licet eius purificatio nequeat humanitus deprehendi.

Dicendum ſecundò ſufficere eiuſmodi conditionatam intentionem, etiamſi ſit de obiecto, quod humano modo nequeat deprehendi vt exiſtens pro tempore per ipſam aſſignato, ex. gr. *Si Deus cognoſcit, te eſſe reſtituturum*, vel etiam, *ſi prædeſtinatus es.* Probatur ex præcedenti, nam illa verba *ſi non es baptizatus*, nequaquam ſonant dumtaxat, ſi non es externè baptizatus, ſed ſi non es vere, & valide baptizatus: ſed huius conditionis poſitio nequit humano modo innoteſcere, cum nequeat ita conſtare, num miniſter aliquis ſeriò Baptiſmum contulerit, aut ipſe baptizandus ſeriò receperit: Ergo ſiue conditionis poſitio, vel non poſitio poſſit humano modo nobis innoteſcere, ſiue non poſſit, ſi tamen conditio de præterito, vel de præſenti appoſita, exiſtat, validum erit ſacramentum. Validum inquam, quia non apparet diſparitas, nec vera inualiditatis ratio: non tamen licitum, quia grauem contineret irreuerentiam; & inſigniter dubium eſſet, atque adeo ſub conditione illâ, *Si non es baptizatus*, repetendum.

Hinc aſſertionem corroboro. Nam ſi quis ita baptizaſſet Petrum, *Ego te baptizo ſi es prædeſtinatus, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, vel è contra ſub iſta conditione, *Si non es prædeſtinatus, te baptizo in nomine Patris*, &c. non poſſet Petrus poſtea licite baptizari abſolutè: Ergo ſignum eſt, conditionalem illam idoneam eſſe ad ſacramentum conficiendum, & iſtud eâ ſubſiſtente conditione validum eſſe, alioqui nulla cum conditione, ſed abſolutè eſſet iterandum, vel potius primò conferendum. Solum occurri poteſt dicendo, conditionem tunc fore adhibendam, non quia dubium eſt, num prior conditio ſubſiſtat; Sed quia licet ſubſiſtat, dubium eſt num conditionalis illa ſufficiens ſit. Contra vero quia tametſi habens fateor non eſſe id omnino certum, non video tamen cur ſit dubium, cum pro parte affirmatiua ſit pondus ingens rationis, quo mentis ſuſpenſio, atque adeo dubietas expellitur.

Pro re morali duo notanda ſunt. Primum, appoſitionem conditionis de præterito, vel de præſenti, vel de vtroque, licet non irritet ſacramentum, ac proinde iſtud, eâ ſubſiſtente, ſeu purificatâ, validum ſit; tamen vitandam eſſe, quantum fieri poſſit. Quia ſi certum eſt, eam conditionem purificari, etiam in vulgari & naturali modo agendi, eſt indecens, ea conditionis appoſitio: & proinde multo magis dedecet in rebus adeo ſacris. Si incertum eſt eam conditionem ſubſiſtere, exponetur ſacramentum periculo nullitatis; quod abſque neceſſitate neutiquam licet; vtpote contra ſacramenti reuerentiam; & contra ſubiecti charitatem; & ſi miniſter paſtor eius ſit, contra iuſtitiam.

Vitandi, quoad fieri poſſit.

Alterum eſt, appoſitionem conditionis eiuſmodi, ſæpe eſſe licitam, & obligatoriam, vt in euentibus quos recenſeo. Si prudenter dubites, an puer qui tibi baptizandus committitur, iam baptizatus ſit, baptizare teneberis ſolemni illa formula, *ſi non es baptizatus, ego te baptizo*, &c. Si prudenter dubitas, an puer, quem tempore quadrageſimali confitentem audiſti, ſufficientem habeat vſum rationis, abſolues illum ita, *Si capax es, ego te abſoluo à peccatis tuis.* Si prudenter dubitas, an tu ipſe præſentem & confeſſum, iam abſolueris, formam abſolutionis pronunciabis ſub ea conditione, *Si non te abſolui.* Aduerte tamen, conditiones iſtas non eſſe proferendas ore, ſed animo retinendas: niſi de illarum dubietate, vel incertitudine, audientibus conſtet; quia iure illis offenſioni eſſet. Itaque retenta in animo conditione, ſic proferenda ſunt exterius verba, vt communiter proferuntur.

In quibus caſibus conditio præter adhibetur de præſenti.

Dicendum tertiò, intentionem conditionatam 72.

Digitized by Google

Intentio cõditionata de futuro ſufficit ad matrimonij ſacramentum.

tam de futuro ſufficientem eſſe ad matrimonij ſacramentum, ac proinde iſtud verum tunc eſſe, cum in reipſa ponitur conditio, v. gr. Si quis ita contrahat, *Volo te in meam ſi pater meus conſenſerit*, iſto conſentiente validum erit matrimonij ſacramentum. Ita plerique Doctores, quos allegat, & ſequitur Sanchez de Matrimonio tom. 1. lib. 5. diſput. 8. Coninck tum hoc loco q. 64. art. 8. dub. 2. tum infra Diſp. 29. num. 13. & conſentit Lugus de Pœnit. Diſp. 13. num. 111. Ratio eſt quia Chriſtus matrimonij ſacramentum inſtituit in contractu, non immutando naturam ipſius contractus: Sed iſte ſub conditione de futuro validus erat ante quam in ſacramentum inſtitueretur: Ergo nunc etiam; atque adeo veram accipit ſacramenti rationem.

Quia ſufficiebat ad contractum, & Chriſtus eum non immutauit.

Firmatur ex aliis ſacramentis cum conditione de præterito validis.

Confirmo, quia licet Chriſtus inſtituere potuerit, vt Matrimonium, & quodvis aliud ſacramentum ſub conditione de præterito, vel de præſenti, inepta, ſiue, impertinente collatum, non valeret: tamen quia ſimiles actus inter homines ſubſiſtente conditione validi eſſe ſolebant & nunc ſolent; inde colligimus, etiam Matrimonium, & quodlibet ſacramentum ſub eiuſmodi conditione valêre, cùm de oppoſita Chriſti inſtitutione non conſtet. Cum ergo matrimonij contractus ſub conditione de futuro validus eſſet antequam à Chriſto in ſacramentum inſtitueretur, & non conſtet ita inſtitutum, vt ſub conditione de futuro non valeat, omnino cenſeri debet valere; & purificata conditione in contractum abſolutum, & in legitimum ſacramentum euadere.

Et deſtruendo fundamento aduerſariæ partis.

Confirmo rurſus deſtructione fundamenti Aduerſariorum, ſic nempe agentium. Sacramentum non datur niſi quando materia & forma exiſtunt: Sed quando materia & forma matrimonij ſub conditione de futuro contracti exiſtunt, non datur ſacramentum, quia nõdum eſt poſita conditio; quando autem hæc poſita eſt, iam materia & forma non exiſtunt: Ergo eiuſmodi matrimonium nunquam eſt verum ſacramentum. Sed contrà, quia licet quando ponitur conditio, materia & forma non exiſtant phyſicè; tamen exiſtunt moraliter. In vltimo enim inſtanti, quo perficitur, ex.gr. Baptiſmus, non exiſtit materia, neque forma phyſicè, cum indiuiſibile ablutionis nõ ſit ablutio, nec indiuiſibile vltimum prolationis verborum, ſit verborum prolatio: Item quando vnus contrahentium (vt plerumque fit) prius elicit conſenſum, & poſtea alter, non exiſtunt ſimul phyſicè ambo conſenſus: & multò minus quando contrahunt per procuratorem; ſed ſolum coëxiſtunt ij conſenſus moraliter, Et tamen id ſufficit ad veram rationem ſacramenti: Ergo etiam in euentu noſtro. Cæterùm de conſenſu in matrimonium conditionato, latè in eius ſacramenti tractatione loquendum.

92. Ad alia ſacram. non ſufficit conditionata de futuro, propriè dicta.

Dicendum quartò, nullum aliud ſacramentum validum eſſe ſub conditione de futuro propriè tali; quæ ſcilicet ſacramenti veritatem, effectúmque ſuſpendit vſque ad impletam conditionem; ex.gr. *Te abſoluo ſi reſtitueris*; ita nimirum vt miniſter intendat, & velit non manere abſolutum pœnitentem nunc, & manere poſtea, quando reſtituerit; & nunquam, ſi nunquam reſtituerit. In hanc ſententiam adeò conſpirant Doctores omnes, vt ſolus vnus, aut alter recentiorum, dixerit oppoſitam eſſe ſpeculatiuè probabilem ſiſtendo in ratione; non vero practicè propter communem auctoritatem, vt refert Lugus de Pœnit. diſp. 13. num. 108. Qui quidem autor à num. 9. rectè probat rationes, quæ pro hac ſententia proferri ſolent, eſſe inefficaces; ideoque id non oſtendam, ne actum agam.

S. Thom. Q. LX.

Quia fuit hæc Chriſti voluntas, autoritate, & ratione nobis conſtans.

Ratio ſola, & verè ſolida eſt, Chriſti ſic inſtituentis voluntas; quæ ſufficienter deprehẽditur ex vnanimi conſenſu Doctorum. Huius vero voluntatis, & inſtitutionis ratio videtur fuiſſe; quia vix, aut ne vix quidem adhiberi potuiſſet ea conditio prudenter, aut ſine incommodo, vel enim adhiberetur in adminiſtratione ſacramenti neceſſarij ad ſalutem, vt Baptiſmi, & Pœnitentiæ: & ſic, vel miniſter, probabiliter crederet conditionem ex. gr. reſtitutionem exequendam, vel non: ſi apponendam, perperam priuaret gratia pœnitentem, donec reipſa reſtitueret, & quidem cum periculo æternæ damnationis, cum ſolum eſſet attritus: ſi non apponendam, perperam etiam ageret, conferens abſolutionem conditionatam, quam crederet nunquam effectum ſortituram. Vel adhiberetur eiuſmodi conditio in adminiſtratione ſacramenti non neceſſarij. Et iſtud potius omitti deberet, quam ſub tali conditione miniſtrari. Nam vt num. 93. notaui, ſacramentorum dignitas, & rei grauitas poſtulat, vt conditio, etiam de præterito, vel præſenti, citra neceſſitatem non apponatur.

Conſultiſſimè locutus ſum in hac extrema 100.
aſſertione de appoſitione conditionis de futuro propriè dicta, & ſuſpendente ſacramenti veritatem, & effectum, vſque ad purificationem conditionis. Quia nonnullæ videntur eiuſmodi eſſe, & revera non ſunt: ex. gr. *Abſoluo te ſi es reſtituturus*: Eſt enim ſenſus, Si nunc eſt verum dicere, Tu es reſtituturus, nunc te abſoluo; ſi vero non eſt verum, neque nunc, neque in futurum te abſoluo. Proinde ſi propoſitio *Tu es reſtituturus* vera eſt, manebit pœnitens abſolutus. Idem eſt de hac: *Baptizo te, ſi es adepturus cœleſtem beatitudinem*; & de aliis ſimilibus in quolibet ſacramento; Quas omnes quidem validas, ſed plerumque illicitas. Quod ſi fuerint de conditione, cuius poſitio conſtare, vel ſine grauiore incommodo expectari non poſſit, erit ſacramentum repetendum ſub iſta conditione, *Si non es baptizatus, ſi non es abſolutus*, &c. Porrò quæ de conditionalibus ſimplicibus dicta ſunt, facilè poterunt ad compoſitas, quas num. 89. recenſuimus, applicari.

§ IV.

Requiratur ne intentio actualis, an ſufficiat virtualis, habitualis, aut interpretatiua

CElebris eſt diſtinctio voluntatis, ſiue in- 101.
tentionis in actualem, virtualem, habitualem, & interpretatiuam. Actualis eſt ipſe actus volitionis actualiter phyſicè, & ſecundum ſeipſum exiſtens, v.g. voluntas, qua nunc expreſſè volo mouere calamum, & hos formare characteres. Virtualis eſt, ille ipſe actus volitionis, præteritus quidem, ſeu deſtructus phyſicè, ſiue

Actualis intentio citra quæſtionem ſufficit.

in

S. THOM. Q. LX. in ſe moraliter tamen perſeuerans, & exiſtens in aliquo effectu ſuo: ex. gr. ſi poſtquam explicitam habui conſecrandi voluntatem, ex hac voluntate abluo manus, hoſtiam præparo, & ſacras induo veſtes, & Miſſam, atque adeò verba conſecrationis pronuncio, quamuis tunc voluntatem, & intentionem conſecrandi non habeam actualem, habeo virtualem: quoniam omnes iſtæ actiones ab illa quæ fuit actualis manant, & hæc in illis virtualiter manet. Habitualis eſt etiam illa eadem, quæ fuit actualis, & phyſicè deſiit, non tamen exiſtit in aliquo effectu ſuo morali, nec fuit per contrariam retractata: vt ſi quis nunc velit baptizari, & huius voluntatis iam immemor, incumbat in aliquod aliud opus, aut etiam ſomno ſe tradat, habet in tali opere, vel ſomno, & poſt ipſum voluntatem, ſiue intentionem recipiendi baptiſmatis habitualem. Interpretatiua eſt quam nullo ex his modis quiſpiam habet, ſed probabiliter exiſtimatur eam actualiter habiturus, ſi in eius rei, de qua agitur, cogitationem veniret; verbi gratiâ, ſi Epiſcopus ſciret ſe habere conſobrinum huius diœceſis in altera, vellet vt ibi ordinaretur: dum id non ſcit, habet voluntatem interpretatiuam.

Hanc voluntatem, ſiue intentionem ad ſacramenti valorem idoneam eſſe, certò eſt certius. Eſt quippe voluntas, ſeu volitio & intentio perfectiſſimè, nedum propriiſſimè: ſic prorſus vt ſi quæ aliæ ſunt ad ſacramentum validè inducendum aptæ, id habeant propter ſimilitudinem, dependentiam, aut connexionem cum iſtâ, prout in ſequentibus apparebit.

Virtualis intentio triplex.

Virtualis intentio, ſeu voluntas, tam eſt multiplex, vt vix appareat vna eius explicatio, ideoque ſatius ſit illius ſpecies, aut quaſi ſpecies percurrere, quæ tres occurrunt. Prima eſt ille idem actus volitionis, qui phyſicè extitit, & deſiit; moraliter tamen perſeuerat, & exiſtit in aliquo, effectu ſuo, v. gr. ſi poſtquam explicatam habui conſecrandi voluntatem, ex hac voluntate abluo manus, hoſtiam præparo, & ſacras induo veſtes, & miſſam, atque adeò verba conſecrationis pronuncio, non habens voluntatem conſecrandi actualem, habeo virtualem: quoniam omnes iſtas actiones ab illa, quæ fuit actualis volitio manant, & illa in iſtis moraliter manet. Secunda eſt, volitio, ſeu voluntas illius rei, in qua continetur id, cuius volitio, vel intentio depoſcitur. Et hæc eſt duplex; vna, quando illud continetur vt effectus in cauſa neceſſaria, & talis eſt formalis volitio ſubſtantiæ ignis, eſt inquam virtualis volitio caloris: altera, quando illud in eiuſmodi re continetur confusè, & ſic formalis intentio omnis hominis, & virtualis intentio Petri.

Et iſtud potiùs omitti deberet, quam ſub tali conditione adminiſtrari. Nam, vt num. 93. prænotaui, ſacramentorum dignitas, & grauitas efflagitat, vt conditio, etiam de præterito, vel præſenti citra neceſſitatem non apponatur.

Multæ conditiones falsò videntur de futuro.

Conſultò, & expreſsè locutus ſum in hac extrema aſſertione de appoſitione conditionis de futuro propriè dictâ, & ſacramenti veritatem, ac effectum vſque ad purificationem ipſius conditionis ſuſpendente. Quia plures videntur eiuſmodi eſſe, & re verâ non ſunt; exempli gratiâ, Abſoluo te ſi es reſtituturus; eſt enim ſenſus, ſi nunc eſt verum dicere, *Tu es reſtituturus*, nunc te abſoluo: ſi verò illud verum non eſt, neque nunc, neque in futurum te abſoluo. Proinde ſi propoſitio, *Tu es reſtituturus*, vera eſt, manet pœnitens nunc abſolutus. Idem eſt de iſta, *Si conſecuturus es cæleſtem beatitudinem, te baptizo*, &c. Déque aliis ſimilibus in quolibet ſacramento conficiendo. Quas omnes cenſemus quidem ad ſacramenti valorem idoneas; plerumque tamen illicitas. Quod ſi fuerint de conditione, vel re, cuius purificatio; vel poſitio conſtare ſeu deprehendi, vel ſine graui damno, vel periculo expectari non poſſet; erit ſacramentum repetendum ſub hac vel ſimili conditione, *Si non es baptizatus, Si non es abſolutus, Si non fuit appoſita conditio*. Porrò quæ de conditionibus ſimplicibus dicta ſunt, facillimè poterunt ad compoſitas, quas num. 89. recenſuimus, applicari.

§. VI.

Sufficiatne intentio virtualis, habitualis aut interpretatiua.

Celebris eſt diſtinctio volũtatis, ac proinde intentionis, in Actualem, Virtualem, Habitualem, & Interpretatiuam: ſed hîc breuiter explicanda. Actualis eſt ipſemet actus volitionis actualiter. phyſicè, & ſecundam propriã, ſuam entitatem exiſtẽs: ex. c. voluntas hæc, qua nunc formaliter volo mouere calamum ad formandos characteres. Eiuſmodi voluntatẽ, ſiue intentionem ad ſacramenti valorem idoneum eſſe, certò eſt certiùs: nam eſt voluntas, & intentio propriiſſimè, & perfectiſſimè: ſic prorſus, vt ſi quæ alia ſit ad ſacramentum validè inducendum habilis & apta, id habeat propter ſimilitudinem, dependentiam, connexionem, aut identitatem aliquam cum iſtâ, prout in ſequentibus cernere erit. 73.

Actualis intentio citra quæſtionem ſufficit.

Virtualis intentio duplex hic vtilior.

Virtualis intentio, ſeu voluntas, vna tãtùm adduci & explicari ſolet in præſenti: duplex tamen adducenda, & explicanda. Prior eſt, ille idẽ volitionis actus, qui phyſicè iam extitit, ſi quando iam phyſicè deſiit, moraliter perſeuerat, & exiſtit in aliquo effectu ſuo, vel potius actione, morali tamen, & eiuſdem agentis, ſeu priùs phyſicè & actualiter volentis. Ex. gr. Habui, ante horæ quadrantem, voluntatem explicitam faciendi ſacrum, & conſecrandi: ex hac voluntate laui manus, accepi hoſtiam, ſacras indui veſtes, peregi dimidiam miſſæ partem, & nunc pronuncio verba conſecrationis, immemor prorſus voluntatis, aut intentionis conſecrandi, animo ſcilicet ad alia diſtracto. Nunc inquam habeo voluntatem, & intentionẽ virtualem conſecrandi; quoniã omnes iſtæ actiones, & ſunt morales, quia liberæ, & humanæ: & moraliter manãt ab illa prima volitione actuali eiuſdem agentis; ac proinde illa in his moraliter manet; ſiue maneat per ſolam applicationem potentiarum, qua illa voluntas, dum actu exiſtebat, inchoauit, ſiue per actum aliquem imaginationis, aut appetitus, intellectus, aut voluntatis; cuius rei diſceptatio ad Voluntarij, & Inuoluntarij Diſputationes attinet.

Vna, ipſa actualis moraliter manens in eiuſdem agentis actione morali.

Prior citra controuerſiã ſufficit.

Hæc Virtualis intentio, nemine Doctorũ diſſentiente, ad ſacramenti valorem ſufficiẽs eſt, &c. Quia ſacramenti confectio, licèt ſit admodum

Digitized b

ſtum ſacra, eſt tamen actio accõmodata ad moralẽ agendi modum inter homines; atq; adeo nõ plus voluntarij poſtulans, quam actus moralis, & humanus: Hic autẽ non eget intẽtione actuali, ſed contentus eſt eiuſmodi virtuali: Ergo etiam ſacramenti valida effectio. Minor probatur primò à priori, quoniã actiones à volũtate præterita hic & nunc pendentes cũ illa conſtituũt vnũ moraliter, ideoq; per illã in eſſe actionum humanarũ, atq; adeo moralium conſtituuntur. Secundò quia hic eſt communiſſimus agendi modus tam in ſacris, quam in non ſacris. Qui enim animo vẽdendi ſuas merces, matutino tẽpore in foro venit, tota die valide vendit, mente licet aliò diſtractus: & qui ex animo confeſſiones audiendi, & rite diſpoſitos abſoluendi, pro ſacro tribunali ſedet, etſi non retineat actualem voluntatem abſoluendi, valide abſoluit. Tertiò, quia voluntatẽ actualẽ eiuſdẽ rei retinere, præſertim diutiùs, res eſt difficillima, & minimè humana: proinde ad actiones verè humanas nõ requirenda. Vnde illi ipſi, qui recitantem ex obligatione diuinum Officium, obligant ad attentionem grauiter, non obligant ad actualem, ſed aiunt ſufficere virtualem.

Altera vix locum in ſacramentis habet.

Altera eſt voluntas virtualis, quæ moraliter inducit alteram, ſi iſtius obiectum cogitetur. Ex gr. amo Deum ſuper omnia, ſi peccata mea Deo contraria cogitẽ, moraliter fiet, vt de illis doleam. Doleo de peccatis, quia pœnam afferũt æternam, virtualiter volo ſeruare præcepta, quib. non ſeruatis pœnã illam incurram. Concipio actuale propoſitum ſeruandi omne præceptum graue: virtualiter propono ſeruare præceptum amandi Deũ ſuper omnia, audiendi feſto die ſacrũ, non peierandi, non occidendi, &c. Genus iſtud voluntatis virtualis non videtur habere locum in effectione ſacramenti, quia nunquam hæc exiſtet ſine aliqua alia nouiter adueniente, vel per ipſam inducta, vel per alteram. Explicanda tamen fuit hæc Virtualis voluntas: tum vt conſtaret non hic habere locum; tum præcipuè, quoniam Diſp. ſequenti n.... eius meminiſſe iuuabit.

Habitualis quænam ſit.

Habitualis eſt, illa ipſa, quam actualiter habui, & iam non habeo, nec actum ab ea profectum exerceo, nunquam tamen ipſam contraria aliqua reuocaui, ſeu retractaui. Habui v. gr. voluntatem actualem baptizandi, & huius voluntatis minimè pertæſus, ad res omnino diſtinctas animum diſtraho, vel etiam ſomno me tradordum ad res illas diſtractus, vel etiam ſomno occupatus ſum, habeo voluntatem conferendi Baptiſmi habitualem; ita fortaſſe dictam, quia cum actualis illa produxerit habitum, & hic per contrarium actũ non ſit deſtructus, ſolus iſte ex illa manet. Hanc voluntatem ad ſacramenti valorem non ſufficere, cuncti ſentiunt, & meritò.

Ad ſacramẽtum valide efficiendum eſt inſufficiens.

Quoniam vt miniſter valide ſacramentum efficiat, neceſſe eſt operetur ex voluntate ſacrum, ſeu ſacramentum conficiendi morali, & humana: Sed eiuſmodi non ſunt actiones, quæ ſolum præſupponunt in miniſtro voluntatem habitualem: Ergo ſunt inſufficientes ad ſacramenti valorẽ. Minor, quæ ſola negabitur, ita fulcitur.

Actiones illæ, de quibus agimus, nec in ſeipſis inuoluunt volitionem efficiendi ſacramentum, nam alioqui non tunc diceretur eſſe voluntas habitualis, ſed actualis: nec ab iſta fluunt, aut pendent; nam alioqui, nec tunc eſſet voluntas habitualis, ſed virtualis: nec fluunt, aut pendent ab habitu per volitionem actualẽ producto, tum quia ſiue iſte maneat, ſiue per nõ vſum eſſe deſierit, voluntas illa eſt habitualis, tum etiã quia talis habitus non eſt principium eliciendi aut exercendi actiones ſacramentales, ſed eliciendi volitiones earum actionum: Ergo eiuſmodi actiones in tali euentu nec moraliter ſunt, nec humano modo pendent ab intentione ſacramenti conficiendi. Non enim ita fluunt aut pendent immediatè, vt per ſe liquet: non interuentu actionum ex ipſa fluentium, quia nullæ tales reperiuntur: non interuentu habitus ab illa relicti, vt iam oſtendimus: Ergo &c.

S. THOM. Q. LX.

74.

At ſufficit ad ſacrificiũ applicandũ.

Illud obiectari ſolet, quod vt ſacrificium valide applicetur pro anima v. gr. Petri, ſatis eſt dum ſacrificium conficitur, voluntas habitualis illud pro Petri anima applicandi: Ergo etiam ſufficiens erit ad ſacramentum conficiendum voluntas habitualis illud conficiendi. Antecedens probatur ſola expoſitione: quia ſi Petrus ſacerdos applicet hodie pro Paulo in purgatoriis flammis exiſtente miſſas omnes quas hoc menſe celebrabit, & poſtea nullam faciens nouã applicationẽ illas celebret, cũ effectu applicabũtur, & proderunt Paulo; cũ primũ celebrabũtur.

Hoc permiſſo, non valet illatio.

Permiſſo nunc antecedente, cuius examen ad Euchariſticas Diſputationes, tanquam ad proprias ſedes differimus, neganda eſt conſequẽtia, quoniã illa miſſarum applicatio, celebrationes præcedens, eſt donatio quædam, quæ iam tunc acceptatur, ac proinde poſita miſſarũ celebratione ſuum ſortitur effectum. At ſacramenti effectio eſt humana, & moralis volitio conficiendi rem quandam ſacram, ideoque neceſſe eſt includat formalem volitionem, vel ſaltem ab iſta fluens per ipſam moraliter conſtituatur, quorum neutrum habet intentio, ſeu voluntas habitualis. Et verò dum ſacrificium actu conficitur, iam exigitur voluntas ipſum conficiẽdi pluſquam habitualis, nempe actualis, aut virtualis: Cum ſacrificij confectio non pendeat ab applicatione, ſine illa eſſe, & intelligi poteſt: At ſacramenti confectio, ſi nec intentionem actualem, nec virtualem ſacramenti conficiendi contineat, nec eſſe nec intelligi poteſt moralis actio ſiue intentio ſacramenti efficiendi.

Interpretatiua intentio ſeu voluntas explicatur.

Interpretatiua voluntas, & intentio vocatur ea volitio quam Petrus ex. gr. non habet actualiter, nec virtualiter, nec habitualiter, præſumitur tamen actualiter habiturus, ſi in eius obiecti cogitationem veniret, aut ſaltem certior vel conſcius eius conuenientiæ fieret. Talem habet parochus huius parochiæ, vt parochus alterius miniſtret ſacramenta ſubdito pertinenti ad hanc parœciam, ſed procul hinc degenti, nec ſine ingenti incommodo, labore, & difficultatib. valenti à ſuo parocho illa recipere. Talẽ habet etiam Chriſtianus, qui nunquam elicuit actualem voluntatem recipiendæ extremæ-vnctionis; & nunc repente deſtitutus ſenſibus, morti eſt proximus. Nam & ille parochus, ſi de neceſſitate ſui ſubditi certior fieret, explicite & actualiter vellet illũ ab altero parocho ſacramẽtis inſtrui: & moribundus iſte, ſi ſui periculi conſcius eſſet, extremam-vnctionem peteret.

Inſufficiens eſt ad ſacramenti adminiſtrationem.

Non ſufficit in miniſtro voluntas hæc vt ſacramentum validè conficiat, vt omnes Doctores vnanimi conſenſu fatentur. Et ratio eſt clara, quia voluntas interpretatiua eſt multò minùs voluntas, vt ita dicam, ſeu multo imperfectior, & improprior volũtas, quam habitualis, vt

S. THOM. Q. LX.

quiſque facile ex ipſarum deſcriptionibus deprehendet: At qui voluntas habitualis non ſufficit in miniſtro ad validam ſacramenti confectionem, vt nuper oſtendebamus. Ergo à fortiori non ſufficiet voluntas interpretatiua. Cur autem, & quando ſufficiat in ſubiecto ad validam ſacramenti receptionem, in Diſputatione ſequenti, ſect... erit ex profeſſo examinandum.

75. *Voluntas in cauſa quid.*

Quæri ſolet, An ad ſacramentū validè conficiendum ſufficiat in miniſtro volūtas, in cauſa. Vt ſi Petrus ſciat ſe dum in ſomno vel ebrietate eſt, ſolere aquam infundere, & Baptiſmatis verba proferre ſupra quoſcumque obuios infantes: & ſciens adeſſe infantem, nondum Baptiſmate tinctum, ſomno ſe tradat, vel ebrium reddat. Quod ipſum, vt rectiſſime notat Pater Lugus, dupliciter Petrus præſtare poteſt; nempe cum ſola præſcientia, & non ex intentione conferendi Baptiſmum in ſomno vel ebrietate; vel etiam cum præſcientia, & ex intentione baptiſmum in ſomno vel ebrietate conferendi.

Neque hæc ad ſacramēti adminiſtrationem valet.

Reſpondemus cum omnibus Doctoribus, eiuſmodi intentionem non ſufficere. Ratio eſt quam paulo ſuperius non ſemel attigimus; quia ſcilicet ſacramenti adminiſtratio, ſeu Cōfectio, de qua loquimur, eſt actio humana, & moralis: Eiuſmodi non eſt illa, quæ à dormiente, vel ebrio, vel alio quolibet ſui impote exercetur: Ergo ad ſacramenti valorem eſt inſufficiens. Confirmatur, quia dormiens, vel ebrius, & quiuis alius homo, dum ſui impos eſt, perinde ſe habet in ordine ad politicas, & humanas actiones ac ſi non eſſet homo, ſed beſtia. Vnde ſi in eo ſtatu debitum remittat, nulla eſt remiſſio, etiam ſi ex animo remittendi, rationis ſeſe vſu priuauerit. Item ſi in eo ſtatu debitum petat, etiam coniugale, non tenetur debitor, vel coniux reddere. Quin et à tyranno minitanti mortem niſi Chriſtum abneges, citra culpam conſentiet ore tenus: nam illud non eſt etiam ore Chriſtum negare, cum non ſit loqui: locutio enim non eſt niſi ad rationis compotem.

Quia non eſt actio humana.

Eſt enim velle agere, vt non homo.

Propter hæc, & his ſimilia, dum num. 102. virtualem exponerem intentionem, ad eam requiſiui non ſolum vt actualis præterita permaneret in alia actione actuali, ſed etiam humanâ, & morali, atque adeo hominis ſui compotis. Vnde poſſumus præſentem reſponſionem hoc firmare dilemmate. Vel voluntas in cauſa, valori ſacramenti ſufficiens eſſet per ſeipſam ſolam: & hoc dici non poteſt, cum ſecundum ſe non ſit actio humana: Vel eſſet ſufficiens per dependentiam & emanationem, & informationem ab actuali, quæ ante amiſſum rationis vſum extitit; & neque hoc dici valet, quoniam actiones, quæ in ebrietate v. gr. fiunt non pendent moraliter ab iis, quæ in vſu rationis præceſſerunt: alioqui non eſſet cur voluntas in cauſa non eſſet, ac diceretur voluntas virtualis. Ratio autem breuiſſima, & clariſſima iſtorum omnium eſt, quia velle ebrietatem vt in ea baptizes, perinde eſt ac velle ſtatum in quo loquaris vt plittacus, abluas vt ſimia.

Alioqui voluntas in cauſa, dici deberet actualis.

Voluntariè diſtinctus, validè miniſtrat.

Sciſcitaberis, an validum ſacramentum conficeret is, qui haberet quidem actualem voluntatem illius conficiendi, voluntariè tamen & libere, & data operâ vellet mentem alio diuertere, & de ſacramento, aut eius confectione, dum ſacramentales actiones exerceret nihil cogitare, & ex hac voluntate ad alia diſtractus, eiuſmodi actiones exerceret. Reſpondeo, validum efficeret ſacramentum. Quia voluntas efficiendi ſacramentum, non deſtruitur, aut reuocatur per voluntatem agendi animo prorſus ad alia diſtracto. Quod vel inde conteſtari poteſt, quod ex illa voluntate conficiendi ſacramentum deriuantur, & pendent actiones, ex. gr. abluendi manus, parandi hoſtiam, inducendi ſacras veſtes, miſſam inchoandi, & proſequendi, & conſecrationis verba ſupra debitam materiam pronunciandi. Quapropter voluntas illa mentem diſtrahendi ad res alias, erit quidem voluntas conficiendi ſacramentum illicitè, non tamen conficiendi inualidè. Adde quòd alioqui non infrequens eſſet inualida ſacramenti confectio; cum pro humana fragilitate non infrequens ſic exerceatur cum voluntaria mentis euagatione, & totali diſtinctione.

§. VII.

Quid ſi miniſter intentiones habeat contrarias.

Controuerſia hæc à pleriſque DD. omiſſa; nec ab aliquo, niſi vt vnica, diſcuſſa; in multas diſtingui debet. Prima, & potiſſima eſt, Quid ſi miniſter contrarias intentiones habeat ſimul, ſiue in eodem tempore? Secunda, Quid ſi contrarias habeat intentiones in temporibus diuerſis? Tertia, magiſque ad ſpeculationē curioſa, quam ad praxim neceſſaria, Quid ſi miniſter duobus in locis eodem tempore diuinitus exiſtens, circa idē ſubiectū in eiſdē quoq diuinitus replicatum, cōtrarias haberet intētiones. 76.

Triplex huius controuerſiæ punctus.

In eodem tempore & loco, num idem miniſter habere poſſit intentiones propriè contrarias.

In primo euentu non videtur miniſter habere poſſe intentiones propriè contrarias: ſiue naturaliter, quia propriè contraria ſaltem natiuis relicta viribus, ab eodem ſubiecto ſe viciſſim trudunt, ſiue ſupernaturaliter, quoniam obiectum voluntatis vnius deſtruit obiectū alterius, prout in libris de anima contra Nominales probari conſueuit. Solū ergo dicitur miniſter habere in eodē tempore intentiones latè contrarias, quales ſunt vna de vno obiecto abſoluta & efficax, & altera de oppoſito conditionata, & inefficax, ex. gr duæ iſtæ; Volo conferre Baptiſmum, quē Chriſtus inſtituit: Nolo conferre Baptiſmū, quē Romana Eccleſia confert. Dicitur porro vna illarum intentionum conditionata, & inefficax, quoniam non vult illius obiectum, niſi ſub conditione, quod ſit compoſſibile cum obiecto alterius, quod vult abſolutè, omnino, & ſine eiuſmodi conditione, ac proinde efficaciter.

Si vna ſit conditionata, & altera abſoluta, hæc præualebit.

Hoc poſito reſpondent Recentiores, illam tunc voluntatem præualere, quæ ſit abſoluta, & efficax, non illam, quæ ſit conditionata, & inefficax. Cuius rei clariſſimā poſſumus rationē reddere Nā illæ duæ voluntates ita ſe habēt, vt vna ſit fortior, & altera ſit debilior. Non poſſunt ſuos ſortiri effectus, vtpote oppoſitos, & incompoſſibiles: Nec eſt cur ambæ ſuis effectibus careant, cum non ſint ambæ ſteriles, nec ſubiectum, cui ſatis applicantur, incapax: Debet ergo ſuum ſortiri effectum intentio fortior, qualis eſt quæ abſoluta & efficax. Habēt enim ſeſe inſtar duorū agentium naturalium actiuitate diſparium, v. gr. caloris, & frigoris ad idem ſubiectum applicatorum: ſi enim calor, ſeu ratione ſummæ intenſionis, ſeu denſitatis ſui ſubiecti ſit actiuiſſimus, frigus vero debiliſſimum, præualebit omnino calor.

Illa

Digitized by Google

Illa dumtaxat erit differentia, quod frigus, etſi debilius, poterit in ſubiectum illud inducere aliquid frigiditatis, compoſsibile cum calore non ſummo: voluntas autem inefficax nihil ſui ſubiecti inducet, quia nihil illius obiecti compoſsibile eſt cum obiecto voluntatis efficacis: proinde illa quæ inefficax eſt, totaliter eſt inefficax; nec ſolum minoris, quam altera roboris, ſed etiam planè nullius.

Quì deprehendetur, vtra ſit abſoluta?

Si quæramus quanam ratione deprehendendum ſit, vtra eiuſmodi intentionum ſit efficax & præualeat: reſpondet Ioannes de Lugo diſp. 8. n. 12. iſtud à poſteriori ſic deprehendi, vt volũtas dandi Baptiſmum à Chriſto inſtitutum ſit efficax, ſi miniſter ita ſit affectus, vt ſi ſciret Baptiſmum a Chriſto inſtitutum eundem eſſe cum illo quem Romana Eccleſia confert, non iſtum retineret intentione ſuæ cõtra vero nolitio dandi Baptiſmum ab Eccleſia Romana conferri ſolitum, ſit efficax, ſi miniſter ita ſit affectus, vt ſi noſſet Baptiſmum Romanum eũdem eſſe cum Chriſtiano, etiam tunc iſtum ſua intentione excluderet. Hanc regulam tribuit Pater Lugo Patri Ægidio de Coninch q. 64 ar. 4. dub. 2. quasi Leſſium imitanti lib. 2. de Iuſtit. c. 40. dub. 10. n. 76.

Non ex ea, quam haberet, ſi notitiã aliam aſſequeretur.

Hæc tamen regula à P. Coninch non traditur; à P. Leſſio pro materia voti ſolùm breuiſſimè tangitur, & cuiuſcumque ſit, minimè ſatiſfacit. Nam inprimis non eſt ſermo de miniſtro ita ſecum ſtatuente, *Si ſcirem Baptiſmum Chriſtianum eundem eſſe cum Romano, nentiquã iſtum excluderem*, vel quod moraliter eſt idem, *Si Baptiſmus Chriſtianus idem eſt cum Romano, minime iſtum excludo*: nec è contra, *Si Romanus Baptiſmus idem eſt cum Chriſtiano, non iſtum conferre volo.* Nam in priori euentu formalis eſſet voluntas conferendi Baptiſmum Romanum, atque adeo voluntas conferendi Chriſtianum, efficax eſſet: ſicut e contra in poſteriori euentu, nolitio dandi Baptiſmum, quem Romana confert Eccleſia, manifeſtiſſime præualeret. Sermo igitur eſt de miniſtro neutram conditionalem concipiente.

Illa enim & nobis, & ipſi miniſtro ignota eſt.

Deinde quidnam miniſter liberè voluiſſet, ſi prædictam habuiſſet notitiam, eſt nobis, & ipſimet miniſtro valde dubium vtpote obiectum ſcientiæ conditionatæ, quæ ſoli Deo naturaliter competit, & à quibuſdam etiam ipſi Deo negata fuit. Et vero creati arbitrij libertas tanta eſt, vt cum hac numero notitia in hoc inſtanti velit hoc obiectum, & cum eadem, aut etiam cum diuerſa interdum velit oppoſitum, & interdum iſtud idem: idque non ſolùm metaphyſicè, & poſſibiliter, ſed etiam reipſa, & moraliter. Vnde ergo deprehendet miniſter, habiturum ſe fuiſſe intentionem tribuendi Romani Baptiſmatis, ſi noſſet iſtud à Chriſtiano neutiquam diſtingui?

77. Nec deprehendenda ex affectu ſerio vel non ſerio: nam & hic eſt circulus, & error.

At inquies, id deprehendet ex affectu ſuo ſerio, vel non ſerio, conferendi verum Baptiſmum. Contrà quia ſi miniſtro conſtet ſe habuiſſe certum, & obfirmatum affectum tribuendi veri Baptiſmatis, conſtabit habuiſſe intentionem ad id ſufficientem: nec opus erit recurrere ad eam, quam habiturus eſſet, ſi hoc vel illud nouiſſet. Qui verò ita reſpondeat, non ſolum circulo vtetur, dum affectum actualem ex conditionali, & iſtum rurſus ex illo captabit; ſed etiam aliunde prauè philoſophabitur. Quia ſcilicet morale eſt, vt quis habeat ſufficientem affectum conferendi veri Baptiſmatis: qui tamen ſi ſciret iſtud eſſe idem cum eo, quẽ Romani conferunt, præ odio in Eccleſiam Romanam, mutaret animum, & nollet valide baptizare. S. THOM. Q. LX.

Adhuc ex conſtante affectu illo non rectè inferetur ſacramenti valor, aut nullitas.

Poſtremò quamuis miniſter ita eſſet affectus, vt certiſſime nobis conſtaret habiturus animum conferendi Baptiſmum ab Eccleſia Romana conferri ſolitum, ſi ſciret iſtum eundem eſſe cum illo, quem Chriſtus inſtituit, adhuc non inde conſtaret voluntatem conferendi Baptiſmatis à Chriſto inſtituti, præualere. Petrus enim ita affectus eſt erga Mariam facie decoram, vt ſi ſciret eſſe deformem, quãlis reuera eſt certiſſime nollet cum ea matrimonium contrahere, & tamen dum exiſtimat eſſe pulchram, valide cum ea contrahit. E contra verò Paulus ita eſt affectus erga Mariam, & Antoniam, vt ſi ſciret iſtam, quæ ſe ſimulat Mariam, eſſe Antoniam, certiſsimè vellet cum ea contrahere: & tamen dum ſimulationis inſcius, contrahit cum Antonia exiſtimans eſſe Mariam, inualide contrahit. Ergo prædicta regula, etiam ex hoc capite, recta non eſt. In quo ergo conſiſtit, aut quî deprehendemus, hanc voluntatem eſſe efficacem, & præualentem.

78. Voluntatem præualere, ſi ne eſſe magis vniuerſalem?

P. Lugus ait, conſiſtere in eo, quod habeat in ſe modum volendi magis vniuerſalem, & minus contractum, quam altera: quod hic ſe illuſtrat exemplis. Primo, ſi hodie velis Miſſam craſtinam applicari Petro, ita vt hanc intentionem præferas quibuſcumque aliis ex huius obliuione concipiendis, & huius immemor cras Miſſam applices Paulo, præualebit hodierna intentio. Secundo ex L. *Si quis* in principio ff de legatis: Si in priori teſtamento reuoces omne aliud ſubſequens, omne iſtud erit inualidum, niſi contineat clauſulam reuocatricem prioris. Tertio ſi votum emittas non vouendi niſi conſulto Confeſsario, & voti huius immemor, Confeſsario inconſulto votum emittas, iſtud erit nullum.

Non ſemper in eo cõſiſtit

Cæterum Doctrina hæc, etſi vera, & ad ſequentem difficultatem expediendam vtilis, nõ tamen ad præſentem. Agimus enim de duabus voluntatibus actu exiſtentibus, quarum neutra per alteram reuocetur: exempla vero quæ Lugus profert ſunt de duabus voluntatibus non ſimul exiſtentibus, & vna alteram reuocante. Agimus item de duabus voluntatibus æquè vniuerſalibus, aut æquè particularibus: v. gr. *Volo conferre Baptiſmum, quem tribuit Eccleſia Chriſti vera. Nolo tamen conferre quem tribuit Eccleſia Romana.* Cum enim eadem ſit Eccleſia vera & Romana, & Baptiſmus iſtius, & illius, æquè omnino patent illæ duæ intentiones. Idem eſſet, ſi Petrus ſciret eſſe Paulo vnicam filiam Mariam, & hac ſe ſimulante aliam, diceret Petrus Volo te in meam, non tamen volo Petri filiam Illa enim volitio, & hæc nolitio, æque particulares, & contractæ eſſent. Quænam igitur in re vel modo conſiſtet maior vniuerſalitas.

Neque hæc maior vniuerſalitas rectè in reflexione ponitur.

Hanc interrogationem odoratus, vt opinor, Pater Lugo, docet num. 123. conſiſtere maiorem vniuerſalitatem in reflexione quadam formali, vel virtuali, quam vna voluntas habet ſupra alteram ad reuocandam illam, & non è contra. Videtur tamen compertiſſimus terminorum abuſus, voluntatem reuocatoriam alterius vocare vniuerſaliorem illa, & in hac maiori vniuerſalitate rationem reuocatricis

Digitized by Google

tricis conſtituere. Nam etſi reuocatoria ſæpe ſit vniuerſalior, quam reuocata, vt in illo teſtatoris actu, *Volo vt hoc meum teſtamentum valeat non obſtante quocumque alio, non continente expreſſam huius reuocationem*; frequenter tamen ſunt ambæ intentiones æque vniuerſales, aut æque ſingulares, vt ex num. præcedente liquet.

Sed eſto ſic ſe haberet; quî dignoſcetur reflexa à non reflexa.

Permittamus tamen, illam reflexionem, vel vniuerſalitatis maioris, vel quocumque alio nomine donari; quî tandem dignoſcemus vtra voluntas ita reflectatur ſupra alteram, ſaltem dum ex obiecto directo æque vniuerſales, aut particulares ſunt. Nam quando ſunt inæquales, & vna reuocatoria plurium, vt in exemplis num. 124. propoſitis cernere eſt, nulla eſt difficultas: præualet enim vniuerſalis, quoniam explicite reuocat cæteras. At quando ſunt duæ ex obiecto directo æquæ vniuerſales, vt Volo dare Baptiſmum Chriſtianum, Nolo dare Baptiſmum Romanum, & ambæ moraliter coëxiſtunt, quomodo deprehendemus, vtra reflectat ſupra alteram, ad eam reuocandam? Nam illa ſeruatâ formulâ, poteſt nolitio reflectere ſupra volitionem, & ipſam reuocare; & æque poteſt volitio ſupra nolitionem. Quo ergo indicio comperiemus, volitionem v. gr. reflectere ſupra nolitionem, & non è contra? Hic difficultatis punctus, Hoc opus; Hic labor eſt. Cui ſi mens humana ſucumbat, nihil mirum; *Prauum enim eſt cor hominis & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud?*

Res quidem ardua: ſed circa illam tria pronunciamus.

79. I. veſtigandum id trimembri diſtinctione.

Nihilominus tria pronuncianda occurrunt. Primum eſt, In illo euentu trimembrem diſtinctionem adhibendam illius orationis, Volo conferre Baptiſmum Chriſti, Volo conferre Baptiſmum Romanæ Eccleſiæ. Vel enim eſt ſenſus & animus, Omnino volo conferre Baptiſmum à Chriſto inſtitutum, quoniam omnino volo iuſtificare infantem: Nolo conferre Baptiſmum, quem Romani tribuunt, quoniam infanti iuſtificando vel inutilem, vel non neceſſarium cenſeo: & tunc præualebit voluntas conferendi Baptiſmum à Chriſto inſtitutũ. Vel eſt ſenſus & animus, Omnino nolo conferre Baptiſmum ab Eccleſia Romana conferri ſolitum, licet ſolus iſte vtilis eſſet; Volo tribuere quem Chriſtus inſtituit, vtpote à Romano diuerſum: & tunc præualebit nolitio conferendi Baptiſmatis à Chriſto inſtituti. Vel eſt ſenſus & animus, Vtrumque omnino volo, & intendo; nempe & conferre Baptiſmum quem inſtituit Chriſtus, & non conferre quem Romani conferunt; nec magis illum intendo, & volo, quam auerſor iſtum; & ſic intentiones erunt æquales, & neutra propriè præualebit contra alteram: Baptiſmus tamen erit nullus, quoniam obiectum illarum intentionum erit chimæricum.

II. Communiter iudicandum in fauorem ſacramenti.

Alterum pronunciatum ſit. In eiuſmodi euentibus communiter iudicandum eſſe pro valore ſacramenti, ſeu voluntatem eius conficiendi cenſendam eſſe præualentem, atque adeo efficacem: præſertim ſi ſacramentum ſit neceſſarium, & miniſter Catholicus. Videtur enim moraliter impoſſibile, ideoque incredibile, quòd ſit in numero Catholicorum adeo peruerſus miniſter, qui ſalutem æternam ex. gr. infantis moribundi, ſibique ad baptizandũ oblati, non omnino, & abſolutiſſimè intendat: ac proinde magis ſeriò, & efficaciter, quam aliud quodlibet cum illa ſalute pugnans. Si vero miniſter hæreticus eſſet, & præterea perditiſſimis moribus, difficilius eſſet pro valore ſacramenti ſententiam ferre. Timeri enim poſſet, ne ſicut in illius miniſtri animo præualet animus hæreticus animo tenendi veram fidem, & perditiſſimi mores velleitatibus rectè viuendi; ſic animus hæreticè baptizandi præualeret intentioni conferendi Baptiſmum à Chriſto inſtitutum.

III. Si valor eius non eſſet moraliter certus, dandum iterum ſub conditione.

Tertium ſit pronunciatum. Si ſacramentum eſſet neceſſarium, ex. gr. Baptiſmus, aut Pœnitentia; & non eſſet moraliter omnino certum, præualuiſſe voluntatem conficiendi verum & validum ſacramentum; conferendum iſtud eſſet denuo ſub conditione, verbi gratia ſi non es valide baptizatus, &c. Quoniam æternæ ſalutis periculum tenemur modo nobis poſſibili auertere; & in euentu poſito modus iſte poſſibilis eſt. Nec eſt ſacramento iniurius, quoniam nec exponit illud periculo repetitionis; & eſt medium neceſſarium ad euitandum æternæ ſalutis probabile periculum. Imo potius eſt ipſi ſacramento honorificus tum ob dictas rationes; tum quia tendit ad ipſum quaſi vindicandum, vt ſi fortaſſe prius inualidum fuit, poſtea validum exiſtat. Et hactenus de prima difficultate.

80. Diuerſorum temporum quæ intentio efficax, tripartita diſtinctione quærendum.

Secunda erat, Quid ſi miniſter contrarias intentiones habeat in diuerſis temporibus? Ex. gr. ſi nunc habeat intentionem conferendi cras Baptiſmum à Chriſto inſtitutum; craſtinâ vero die iſtius intentionis oblitus Baptiſmum adminiſtret intendens conferre Arianum. Reſpondeo. Vel prima voluntas eſt omnino abſoluta, atque adeo virtualiter ſaltem reuocatoria cuiuſuis contrariæ non ipſam explicitè reuocantis: & ſic prima erit præualens, & Baptiſmus validus. Vel prima voluntas non ita abſoluta & efficax fuit: & ſic poſterior erit præualens. & Baptiſmus nullus. Vel vtraque fuit omnino abſoluta; ſic tamen vt neutra alterius mentionem, aut expreſſam reuocationem inuoluat: & ſic etiam præualebit poſterior, & Baptiſmus erit inualidus. Quia prior voluntas eſt quaſi non fuiſſet. Sic enim qui hodie vult, & intendit craſtinum ſacrum applicare Petro, non curans aut cogitans de reuocatione contrariæ voluntatis, quæ ſubſequi poteſt: is inquam ſi cras hodiernæ intentionis immemor ſacrum applicet Paulo, valide applicat: quoniam prior intentio cum non fuerit reuocatoria ſequentis, per iſtam reuocatur; & perinde ſe habet, ac ſi nunquam extitiſſet. Addiderim, ſi moraliter non fuerit certum, ſacramentum neceſſarium validum fuiſſe, reperi debere ſub conditione, prout expoſui, & confirmaui num. proximo.

Quid de miniſtro in duobus locis, & de ſubiecto in duobus etiã replicato.

Tertia difficultas num. 76. propoſita, eſt; Quid ſi miniſter duobus in locis eodem tempore diuinitus exiſtens, circa idem ſubiectum in eiſdem quoque diuinitus replicatum, intentiones contrarias haberet: ex gr. ſi in vno loco vellet conferre Petro Baptiſmum à Chriſto inſtitutum; & in altero vellet conferre eidem Petro Baptiſmum Ariano ſenſu, nimirum intelligendo nomine Filij, & Spiritus-ſancti perſonas non diuinas, & increatas, ſed creatas: quo ſenſu vitiari eſſentialiter formam, & nullum reddi Baptiſmum, liquet ex Diſput. 5.

ſect. 2.

Digitized by Google

Sect. 1. præſertim §. 1. & 2. Supponit autem præſens difficultas contra Thomiſtas, poſſe idem corpus in duobus locis eodem tempore diuinitus conſtitui: & contra Noſtrorum plurimos, poſſe in illis actus vitales contrarios elicere; quæ duo in Phyſicis latè firmaui.

Philoſophãdum eodem modo, ac de duobus miniſtris, & duobus ſubiectis.

Reſpondemus, in illo euentu philoſophandum eſſe de illo miniſtro ſicut de duobus realiter diſtinctis, & ſibi inuicem ignotis: & ſimiliter de illo ſubiecto, quaſi de duobus prorſus diuerſis, & ſibi inuicem omnino incognitis. Nam vtrumis æquiualeret duobus omnino diſtinctis, & ſe inuicem prorſus ignorantibus. Quod oſtendit vel euentus ipſe qui ſupponitur, & in quæſtione proponitur. Miniſter enim ex. gr. ſic haberet Cæſaraugustæ intentionem conferendi Baptiſmum ſenſu Catholico, ac ſi ipſe tunc alibi non exiſteret: ſimiliter Conſtantinopoli ſic haberet intentionem baptizandi ſenſu arcano, ac ſi tunc non alibi reperiretur; quippe qui (vt ſupponimus) Cæſaraugustæ ignoraret ſe exiſtere Conſtantinopoli, & Conſtantinopoli ignoraret ſe exiſtere Cæſaraugustæ: & idem de ſubiecto cenſendum eſſe nemo non videat, maximè verò ſi eſſet infans. Quare Baptiſmus Cæſaraugustanus validus eſſet, Conſtantinopolitanus inualidus: quia ſic ſe haberet, ſi miniſter, eſſet realiter geminus, & ſubiectum item realiter duplex. Idem autem ſubiectum hîc eſſe baptizatum, & iuſtificatum, & alibi non eſſe, non magis repugnat, quam Chriſtum in cœlo ſenſibus vti, & non in Euchariſtia.

§ VIII.

Quid ſi coacta intentione miniſtret.

81. Volitionem non hic accipimus pro preſsè coacta: quæ impoſſibilis.

VOlitionem, atque adeò intentionem eſſe non poſſe ſtricte coactam, hoc eſt ab extrinſeco Principio prouenientem, paſſo non conferente vim, ex Tractatu de Voluntario, & Inuoluntario præmittimus. Volitio ſiquidem omnis creata, & per conſequens intentio, formaliſſime eſt propria, & ſtricta voluntatis actio, vel ſaltem ipſam eſſentialiſſime includit: proinde repugnat, eam eſſe in voluntate, hac non efficiente, & phyſicè operante, & per conſequens Vim non conferente. Quocirca voluntatem, ſiue intentionem coactam, pro ſtrictè, ac preſſe coacta non hic accipimus.

Nec pro ſtricte violenta, ſeu neceſſaria: quæ poſſibilis, & actualis.

Nec item voluntatem coactam ſumimus pro volitione ſiue intentione violenta, ſeu voluntati ipſi neceſſaria, & minime libera: Qualis eſt in quolibet beato dilectio ſummi boni claré viſi: & eſſe poſſet in viatore circa bonum creatum, determinante, atque adeo neceſſitante Deo creatam voluntatem ad illius boni proſecutionem, vt ſuo loco ſæpe confirmauimus: & paſſim reperitur in viatoribus circa bonum creatum apprehenſum dumtaxat vt conueniens; & circa malum creatum apprehenſum dumtaxat, vt inconueniens, vt conſtat in actibus primo primis, tam ex obiecto honeſtis, quam inhoneſtis. Conſtat enim ad ſacramenti valorem in miniſtro requiri intentionem ſimpliciter & abſolute liberam.

Sed pro ea, quam ab obiecto ingrato habet tamen ab aliquo extrinſeco principio, ſibi diſplicente in eam inductum: v.gr. quam habet nauta proiiciendi merces in mare: nollet enim eas proiiciendi voluntatem habere, in eam tamen à tempeſtate, ſibi ingrata, inducitur: & quam concipit viator exhibendi latroni pecunias, in eam adductus intentatæ necis periculo.

Coactæ ergo intentionis nomine intelligimus impropriè & laxè coactam, illam ſcilicet, quam eius ſubiectum nollet quidem habere, habet tamen ab aliquo extrinſeco principio, ſibi diſplicente in eam inductum: v.gr. quam habet nauta proiiciendi merces in mare: nollet enim eas proiiciendi voluntatem habere, in eam tamen à tempeſtate, ſibi ingrata, inducitur: & quam concipit viator exhibendi latroni pecunias, in eam adductus intentatæ necis periculo.

S. Thom. Q.LX. . . . in dictus concipit.

Sufficit illa in miniſtro ad ſacramẽti valorem.

Prior aſſertio. Sufficiens eſt ad ſacramenti valorem miniſtri intentio coacta. Non exprimi ſolet hæc aſſertio a Doctoribus: ex ipſorum tamen, & Eccleſiæ totius ſenſu planiſſimè infertur. Neque enim maior libertas requiri debet in miniſtro ad Baptiſmum ex. c. validè miniſtrandum, quam in adulto ad illum validè recipiendum: In iſto ſufficit voluntas coacta, vt omnes DD. tradunt, & Eccleſiæ praxis habet, & Pontificia definitio quam Diſp. 18. proxime ſequente, num. 93. deſcripturi ſumus: Ergo & in miniſtro ſufficit coacta voluntas ad Baptiſmum validè miniſtrandum. Ratio eſt quia voluntas coacta, eſt vere libera, & actus ſimpliciter humanus, iam meritorius, iam demeritorius: Ergo ſufficiens in miniſtro ad validum ſacramentum conficiendum.

Non tamen ad matrimonij, metu iniuſte incuſſo extorta.

Poſterior aſſertio. Excipitur à ſuperiori regulâ ſacramentum matrimonij, ad quod validè contrahendum, atque adeo conficiendum, ſiue adminiſtrandum, eſt inſufficiens voluntas coacta, non quidem omnis, ſed orta ex metu graui, & ad ipſam extorquendam iniuſte incuſſo. V.gr. ſi Petrus nullo iure teneatur ducere Mariam, tu vero certam illi minireris necem, niſi Mariam ducat. In hac exceptione conueniunt DD. cum quibus in Tractatu de Matrimonio magis eam explicabimus.

§. IX.

An neceſſe ſit vt intentio Miniſtri circa ſubiectum non erret.

82. Error ſubiecti ſuum habet locum in conſecratione Euchariſtiæ.

DIfficultas iſta vix locum habet in ſacramento permanente, ſiue Euchariſtiæ, cum iſtius valor, & effectus minime pendeant à miniſtro ipſam prius confectam exhibente. Dico autem vix locum habere; quia ſimpliciter habere poteſt. Si enim ſacerdos exiſtimet, eum qui poſt miſſam communicare vult, eſſe Petrum; & ex intentione vt Petrus communicet, ſecundam conſecret hoſtiam, is vero, qui communicare vult, non ſit Petrus ſed Ioannes, cui ſacerdos ipſe abſolutionem negauit, aut Communionem interdixit; videtur in hoc, & ſimili euentu non habere intentionem ſufficientem conſecrandi prædictam hoſtiam. Cæterùm dicendus eſt ſufficientem habere: quia tenetur ſub graui ſacrilegio velle conſecrare materiam omnem moraliter, & rite præſentem, qualiter habet hoſtiam illam. Et niſi expreſsè noluit eam conſecrare, niſi ille qui communionem petiit, Petrus eſſet, cenſendus non eſt voluiſſe graue ſacrilegium committere. Quare difficultas potiſſimum eſt de ſacramentis tranſeuntibus.

Nil fit, ſi miniſter formaliter, aut virtualiter intentionem reſtringat ad ſubiectum, quod falsò adeſſe putat.

Neque in his habet locum ſi miniſter formaliter, aut virtualiter ſuam intentionem determinet ad hanc perſonam, v.gr. ad Petrum, excludendo alias, vel ad perſonam huius qualitatis, vt equitem, excludendo perſonas quæ huius qualitatis non ſint. Eſt enim extra con-

S. THOM. Q. LX.

controuerſiam, nullum fore ſacramentum, ſi pro perſonis ita à Miniſtro determinatis, alia ſupponantur. Quia ſacramenti confectio pendet ex intentione & voluntate miniſtri: cumque iſte non velit huic perſonæ ſacramentum miniſtrare, non vult hic & hunc ſacramentum efficere, ac proinde non efficit. Nec opus eſt, vt dum actiones exercet, perſonas alias excludat actu & formaliter: ſat enim eſt ſi virtualiter, iuxta ea, quæ de voluntate & intentione conficiendi ſacramentum dicta ſunt in §. 6. huius ſectionis.

Quæ reſtrictio vtplurimum non licet.

Verum quidem eſt reſtrictionem iſtam vtplurimum non licere; ſed debere miniſtrum habere intentionem conferendi ſacramentum ei perſonæ quam habet præſentem, & circa quam exercet actiones, quibus ſacramentum confici ſolet. Nam hic eſt communis miniſtrorum vſus, à quo ſine cauſa recedere non licet. Vnde innoteſcit, non eſſe communiter neceſſariam illam rigidam reſtrictionem: Si autem neceſſaria non eſt, inde colligitur nec eſſe conuenientem: quia ſine neceſſitate non expedit nec licet Miniſtris exponere ſe periculo reddendi ſacramentum irritum; vt re ipſa redderet qui nolens abſoluere niſi Ioannem, abſolutionem pronunciaret ſupra Franciſcum, exiſtimans eſſe Ioannem.

Eſto quandoque licita poſſit, & debita eſſe.

Dixi reſtrictionem illam non licere vtplurimum: nam interdum & licita & debita eſſe poteſt. Exempla ſint, ſi Parochus præſentes haberet quatuor Infántes, Petrum, Ioannem, Franciſcum & Antonium; & baptizatis iam tribus prioribus, timeret pro Antonio ſupponi vnum ex iam baptizatis, deberet ſuam reſtringere intentionem ad Antonium, excludendo cæteros. Tantundem præſtarè deberet Epiſcopus confirmans in ſimili euentu & metu. Item ſi noſſet aliquos accederè ſolitos ad recipiendum ſacrum ordinem ſine legitima approbatione, poſſet ad iſtam frænandam audaciam intentionem ſuam reſtringere ad ſolos approbatos, eamque reſtrictionem cunctis intimare; ac ſeriò denunciare. Demum confeſſarius qui certo ſciret, Petrum non eſſe diſpoſitum ad abſolutionem recipiendam, & timeret cum ſimulata voce, vel habitu ſacrilegè confiteri & abſolutionem petere, poſſet, ac deberet ſuam intentionem ita coarctare, vt vellet abſoluere præſentem, dummodo non eſſet Petrus. Quod ſi comperiret Petrum eſſe, monere eum deberet de nullitate abſolutionis vt ille ſibi proſpiceret: niſi forte Petrus iam ſciret abſolutionem eſſe nullam, eò quod in confeſſione grauiter deliquiſſet.

Valet ſi miniſter velit ſacramentũ dare præſẽti, quiſquis ſit, etſi falſo putet, eſſe Petrum.

Nec demum eſt difficultas quando miniſter intendit conferre ſacramentum ei perſonæ, quam præſentem habet, quæcunque illa ſit, etſi falsò exiſtimet eſſe Petrum, cum ſit Paulus; aut eſſe pauperem, cùm diues ſit. Præualebit namque illa voluntas conferendi ſacramentum huic præſenti, cum non inuoluat conditionem, aut reſtrictionem ad ſolum Petrum.

83. Quid ſi intentionem nec reſtringat, nec dilatet.

Solum ergo eſt difficultas quando miniſter intentionem ſuam neque ita reſtringit, vt ſolùm velit conferre ſacramentum huic numero perſonæ v gr. Petro, vel perſonæ huius tantum qualitatis, ex.gr. militi; neque ita dilatat, vt conferre velit præſenti, quiſquis iſte ſit; & interim habet errorem, exiſtimans perſonam quam præſentem habet, eſſe Petrum, cum ſit Paulus; aut eſſe ciuem, cum ſit eques.

Sentiens irritari ſacramentum, pauci.

Prior ſententia ſit, eum errorem impedimento eſſe valori ſacramenti. Quam ſentētiā quantum ad errorem perſonæ, ſignificat Hoſtienſis, & eum referens Sylueſter in ſumma Baptiſmus 3. quæſt. 15. dum aiunt, ſi miniſter exiſtimet Infantem, quem in manibus habet, eſſe marem, & ſit fæmella, Baptiſmum eſſe nullum. Idem autem dicturi eſſent de confirmatione puellulæ quam Epiſcopus cogitat eſſe puellulum & è conuerſo. Idem de Confeſſario abſoluente Puellam, dum cogitat eſſe Puerum &c. & vniuerſi dicturi eſſent, ſacramentum reddi nullum non ſolum errore ſexus, ſed etiam errore perſonæ eiuſdem ſexus; vt ſi miniſter putet ſubiectum eſſe Petrum cum ſit Paulus.

Quo fundamento nitantur.

Suaderi poteſt quia formæ ſacramentorum tranſeuntium continent tacitum vel expreſſum pronomen *Tu*, vt *Te baptizo*; *Te confirmo*; *Te abſoluo*; *Accipe poteſtatem*; *Accipe Spiritum ſanctum*: *Indulgeat tibi Dominus* &c. Dum autem adeſt error; ſiue ſexus ſiue perſonæ, pronomen. *Tu*; non dirigitur ad perſonam præſentem, ſed ad alteram quæ præſens exiſtimatur. Ergo tunc non fit ſacramentum. Confirmatur quoniam hic error non modo circa ſexum, ſed etiam circa perſonam in ſacramento Matrimonij eſt ſubſtantialis, & valorem impedit: Ergo etiam in quolibet alio ſacramento.

Non irritari plerique, & vere docent.

Altera ſententia, & communiſſima, prorſuſque certiſſima eſt, errorem miniſtri circa ſubiectum ſacramenti, non impedire huius valorem, excepto matrimonio. Qua de re magis ex profeſſo diſputant Suarez Diſput. 15. ſect. 3. §. *Sed dubitabis*, & Vaſquez Diſp. 138. cap. 7. Certiſſima vero & vnica ratio eſt, quia ſenſus verborum miniſtri in quinque primis ſacramentis eſt *Confero ſacramentum tibi qui præſens ades; quicunque ſis*. Difficultas autem minime leuis eſt in adhibenda partis huius tali ratione; quæ locum relinquat alteri parti, ſiue exceptioni; præſertim ſupponendo, vt plerique docent, & nos hîc ſaltem permittimus, eiuſmodi errorem ex natura rei pugnare cum valore matrimonij. Itaque oſtendendum eſt, in prioribus illis ſacramentis intentionem miniſtri ſenſumque verborum extendere ſe ad perſonam præſentem quæcunque ſit: in matrimonio autem ad hanc numero perſonam reſtringi.

Mæratij friuola ratio.

Mæratius Diſp. 9. ſect 3. §. *Dicendum poſtremo*, rationem iſtam profert. Quia cum errore circa perſonam ſtat in miniſtro expreſſa intentio conferendi ſacramentum ei, quem præſentem habet, quiſquis ſit: cui intentioni per accidens adiungitur error quod præſens perſona ſit hæc aut hæc, cum alia ſit. Contra, quia ſi cum errore circa perſonam ſtare in miniſtro expreſſam illam intentionem, eſt expreſſam illam ſemper inueniri, falſum eſt, vt quilibet agnoſcet: ſin eſt, eſſe compoſſibilem cum illo errore, verùm quidem eſt, ſed nihil probat: nam eſſe compoſſibilem, non facit coëxiſtere actualiter, aut virtualiter, aut habitualiter, aut interpretatiuè, prout rem conſideranti conſtabit. Imo ſi cum illo errore non pugnat expreſſa intentio dandi ſacramentum perſonæ præſenti, quæcunque ſit; multo minus

nus

nus pugnat expreſſa intentio cōferendi huic tantum, quæ eſſe exiſtimatur, & non alteri. Cur igitur huius poſſibilitas non impediet valorem, potiùs quam illius poſſibilitas adducet.

Marſilij etiã infirma.

Marſilius probat, quoniam actiones ſunt circa ſingularia prout ſubiecta ſenſibus: ideoque ſonus verborum *Te baptizo*, eſt *baptizo quicumque ſis*. Sed contra, nam vt bene arguit Vaſquez; hac admiſſa ratione declarari non valet quomodo error circa perſonam impediat valorem matrimonij, nempe contracti per actiones quæ ſunt circa ſingularia, ſenſibuſque ſubiecta. Si enim ob hanc rationem hæc verba, Te baptizo reddunt ſenſum iſtum. Baptizo te qui es præſens, quicumque tandem ſis; cur ob eandem rationem verba hæc volo te in meam, non reddent hunc ſenſum, volo te in meam quæ præſens ades, quæcumque demum ſis? addo, inde etiam fieri, vt quamuis miniſter ſuam intentionem ad aliam certam perſonam reſtringeret, exiſtimans eſſe præſentem, ſi tamen circa iſtam, quæ præſens eſſet, actionem & formam ſacramentalem proferret, verum ſacramentum efficeret: nam eius actio & loquutio circa rem ſingularem & ſenſibus ſubiectam verſaretur.

Soti & Ledeſmæ, & Suarez inſufficiens.

Sotus, Ledeſma, & Suarez probant, quia ſi miniſter non intenderet conferre ſacramentum perſonæ præſenti quæcumque eſſet, exponeret ſe temere, vtpote ſine cauſa, periculo faciendi ſacramentum nullum. Sed hæc ratio probat quidem expedire vt illa ſit intentio miniſtri, vt licite operetur; præſertim ſi doctus ſit, & hanc obligationem expenderit aut ſaltem nouerit. Quid tamen ſi nunquam illi talis obligatio in mentem venerit. Vnde namque tunc eliciemus, eum habere intentionem baptizandi perſonam iſtam præſentem, quam putat eſſe Petrum, cum ſit Paulus.

84. *Recentium aliorum etiam inidonea.*

Recẽtiores aliqui probãt, quia miniſter debet habere intentionem conferendi ſacramentum eo modo quo ſolet conferri: Modus autem ſolitus eſt, vt conferatur & perſonæ quæ præſens adeſt, & circa quam ſacramentales actiones exercentur, & verba proferuntur. Sed non eſt idonea probatio: quia non diſputamus de ſacramenti adminiſtratione licita, ad quam ſpectat obligatio talem habendi intentionem: ſed de adminiſtratione valida; ad quam parum aut nihil attinet illa miniſtri obligatio, cum ille ſimpliciter poſſit non ſtare eiuſmodi obligationi: vel cum eam ignoret, dubitare poſſemus, an ei ſtet, & rationem inueſtigemus cur cenſendus ſit eam intentionem habere. Secundo quia præſens quæſtio locum habuit in exordio naſcentis Eccleſiæ, dum nondum eſſet conſuetudo, vel communis vſus in effectione ſacramentorum. Tertio, quia pariter eſt modus communis & vſitatus recipiendi ſacramentum ſine fallacia & deceptione. Cur igitur hæc in ſubiecto non ſufficiet ad ſacramentum inualidandum? quin etiam cõmunis & ordinarius & debitus modus contrahendi matrimonium, eſt ſincere procedendo tum circa ſubſtantiam perſonæ, tum circa inſignes eius qualitates, cuiuſmodi cenſentur eſſe ingens paupertas & deformitas: ſed cum errore & deceptione circa iſtas conſiſtit valor matrimonii: Ergo ratio quæ ſumitur ex modo communi ac debito, nullius eſt ponderis.

S. Thom. Q. LX. Vaſquij ratio.

Vaſquez Diſp. 138. numero 91. cum aliis quos tacitis nominibus allegat, rationem reddit, quia error circa illa quæ ſubſtantialia ſunt actui vel contractui, eum irritant; non autem error circa illa, quæ ſunt accidentalia: Sed perſona ſubſtantialis eſt in ſacramento Matrimonij, non in aliis: Ergo error circa ſubiecti perſonam impedit valorem ſacramenti Matrimonij, non aliorum. Ex qua ratione recte deducitur, ſenſum miniſtri in aliis ſacramentis eſſe iſtum: Confero ſacramentum tibi præſenti quicumque ſis; quia ſiue ſit Petrus ſiue Paulus, ſiue quis alius, hoc non attinet ad ſacramenti ſubſtantiam: è contra vero ſenſum contrahentis matrimonium eſſe iſtum: Cõtraho tecum, ea tamen lege vt tu quæ præſens ades, ſis Maria, & non aliter: quia nimirum perſona pertinet ad ſubſtantiam actionis contrahendi matrimonium.

Et ipſa debilis.

Cæterum illa minor propoſitio quam affert Vaſquez. Perſona ſpectat ad ſubſtantiam mamonii non autem aliorum ſacramentorum, ſuam ingerit difficultatem. Nam ſpectare ad ſubſtantiam actionis non eſt aliud quam requiri ad illius valorem: proinde ſenſus illius minoris eſt, perſonam quam contrahens cogitat, eſſe requiſitam ad valorem matrimonii, & non eſſe requiſitam ad valorem aliorum ſacramentorum eam quam miniſter cogitat. Hæc autem eſt difficultas quam verſamus, & concluſio quam tuetur, quæ nec per ſe nota eſt nec à Vaſq. probatur. Sicut enim miniſter ex. gr. Baptiſmi dici baptizo te, ita miniſter matrimonij dicit volo te: Cur ergo perſona, quam miniſter Baptiſmi cogitat, non pertinet ad ſubſtantiam, nec requiritur ad veritatem Baptiſmatis, & tamen perſona quam miniſter matrimonii cogitat, pertinet ad ſubſtantiam, & requiritur ad veritatem matrimonii? vel ſi perſona hæc, ad matrimonii ſubſtantiam veritatemque requiritur, cur non item perſona hæc ad ſubſtantiam & veritatem Baptiſmi.

Eius defenſio infirma.

Dices eſſe diſcrimen: nam in ſacramento matrimonii materia circa quam proxime & immediate verſatur intentio miniſtri: eſt ipſa perſona cui dicit *Te volo*: materia vero immediata cæterorum miniſtrorum eſt Gratia, quia ſenſus verborũ eſt *Confero gratiam tibi*, proinde perſona quam alloquetur, non eſt materia proxima, ſed ſubiectum materiæ proximæ, gratiæ nimirum ſanctificantis. Hoc tamen diſcrimen ſufficiens eſſe non poteſt. Nam etiam dum aliquid donatur aut promittitur, obiectum immediatum donatoris aut promiſſoris eſt res quæ donatur vel promittitur, donatarius autem & promiſſarius eſt merum illius ſubiectum: & tamen error circa perſonam donatarij, vel promiſſarij, promiſſionem aut donationem paſſim inualidat.

Sancij probatio.

Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 18. numer. 12. ſimul probat & diſcrimẽ aſſignat. Quia matrimonium reſpicit perſonarum contrahentium conditiones indiuiduales, eo quod iſtæ per ſe & ſuapte natura conducant ad indiuiduam vitæ conſuetudinem inter coniuges retinendam, in quo matrimonij eſſentia conſiſtit. At in aliis ſacramentis non attenduntur indiuiduales ſubiectorum conditiones, vtpote quæ nihil conferunt ad ſacramenti finem, ideoque per accidens ſe habet ad intentionem miniſtri vt applicantis tale ſacramentum: ac per conſe-

Digitized by Google

S. Thom. Q. LX.

quens eius intentio eſt applicare ſacramentum perſonæ preſenti, quæcumque tandem illa ſit.

Nec ipſa quidem ſufficiens.

Inſtare tamen poſſumus : quia matrimonium contrahentium cõditiones indiuiduales propterea pertinent ad matrimonij ſubſtãtiam, quia plurimum conferunt ad indiuiduam vitæ conſuetudinem perpetuo retinendam : & ideo qui matrimonium contrahit, perſonam eligit, cum qua poſſit eiuſmodi conſuetudinem retinere. Atqui ad inualidandum contractus alios non eſt neceſſaria iſta vitæ inſeparabilitas vt conſtat in donatione & promiſſione, quarum valor impeditur errore circa donatarium vel promiſſarium : Ergo hæc ratio non poteſt eſſe adæquata. Deinde ſi adæquata eſſet, ſimilem poſſemus in Baptiſmo cogitare, per quem ſcilicet ad Eccleſiam intratur in perpetuum. Vnde ſicut ciues aut equites non curantur ſine delectu aliquo; ſic nec adulti qui baptizari cupiunt, ſine delectu aliquo admittuntur : Ergo ſicut error circa perſonam ciuis aut Equitis, certiſſime impedit valorem creationis; ita error circa baptizandi perſonam impediret valorem Baptiſmi : quod tamen dici non poteſt.

85. I. concluſio. Diſcrimen illud in moralibus fundatur.

Mihi quidem tria dicenda videntur. Primum eſt, magnum eſſe fundamentum in rebus ipſis moralibus, & communi hominum more vt aſſeramus, in cæteris ſacramentis miniſtri intentionem non coarctari ad perſonam quæ creditur adeſſe, ſed ad perſonam quæ adeſt ; in matrimonio autem ad illam quæ cogitatur coarctari. Quia ſcilicet in cæteris ſacramentis non admodum refert ad ſacramenti finem & effectum, ſit ne qui illud recipit Ioannes, an Franciſcus ; in matrimonio autem refert quam plurimum. Nam ideo contrahens non contentus conditionibus eſſentialiter requiſitis ad contrahendum, quas in plurimis reperit, determinatè eligit perſonam iſtam : ſubiectum vero cuiuſlibet alius ſacramenti, ſi conditiones habeat ad illius valorem requiſitas ſine alio delectu admittitur : Non fere aliter ac pauper cui elemoſyna tribuitur. Vnde ſicut errans circa perſonam, exiſtimans hanc eſſe pauperem cum diues ſit, vere illi dat eleemoſynam & rei donatæ dominio ſe abdicat ; ita qui errat circa ſacramentorum ſubiectum, vere illi ſacramentum confert, excepto matrimonio.

II. Iis ſolis non ſatis ſtabilitur.

Alterum eſt hunc moralium rerum curſum ſe ſolo non ſatis videri ad iſtud diſcrimen ſolide conſtituendum. Partem iſtam ſuadent plura illorum quæ hactenus obiecimus : & nunc firmamus, quia ſacramentorum inſtitutio, valor & nullitas eſt de iure diuino, proinde non pendens eſſentialiter ex illo hominum agendi more, qui moraliter varius & incertus eſſe poteſt. Talis autem eſt is de quo agimus : nam error circa perſonam donatarij cõmuniter impedit valorem donationis : & tamen error circa perſonam baptizandi non impedit valorem Baptiſmi, quantumuis iſte ſit & dici poſſit magna quædam donatio.

III. Chriſti ergo voluntate inductũ.

Tertium & ex dictis conſequens eſt, Chriſtum ita inſtituiſſe ſacramenta, vt in cæteris intentio miniſtri ſit conferendi ſacramentum perſonæ præſenti quæcumque illa ſit, niſi miniſter oppoſitam intentionem eliciat ; in ſacramento autem matrimonii talis ſit, qualis in contractu eſſe ſolet, nempe reſtrictam ad perſonam iſtam quæ cogitatur eſſe, niſi etiam oppoſitum exprimatur. Probatur quoniam ex conſenſu Doctorum omnium conſtat, eiuſmodi eſſe intentionem : conſtat etiam ex numero præcedenti non eſſe talem ex ſolo hominum more, aut inſtituto : conſequens igitur eſt talem eſſe ſola Chriſti inſtitutione.

SECTIO III.

Sacramenti miniſter, quænam aut qualis cauſa efficiens illius ſit.

Certiſſime eſt miniſter cauſa efficiens ſacramenti.

NOn dubium quin ſacramenti miniſter ſit illius cauſa efficiens. Tum quia miniſter baptizat, confirmat, &c Tum etiam quia in eo conſiſtit eſſe ſacramenti miniſtrum, quòd ſit efficiens illius cauſa. Videndum qualis nam cauſa ſi efficiens ſacramẽti ſit : proxima nec ne, an remota, phyſica, an moralis; princeps, an inſtrumentalis; idque ſacramenti tam formaliter, quam materialiter ſumpti. Quas omnes quæſtiones à Doctoribus omiſsas, vt iuxta fundamenta ſuperius poſita diluam, repeto ſolum Euchariſticum ſacramentum eſſe phyſicè permanens, cætera verò phyſice eſſe tranſeuntia, ſiue in actione & vſu conſiſtentia. Repeto etiam, ſacramentum materialiter ſpectatum non aliud eſſe, quam totum illud, quod ad ſacramentaliter ſignificandum aſſumitur, formaliter verò ſumptum, eſſe formam ipſam ſacramentalem, ſeu ſacramentaliter ſignificatiuam, in Chriſti inſtitutione conſiſtentem, vt videre licet diſp 3. ſect 4.

Qualis verò, à DD. omiſſum.

Dico primò. Miniſter cuiuſlibet ſacramenti, cauſa eſt ipſius efficiens proxima, & immediata. Primò quoniam illa Catholicorum omnium locutio, Miniſter baptizat, Miniſter à peccatis abſoluit & propria eſt, & ſine metaphora : ſecus autem eſſet, ſi miniſter non eſſet immediata ſacramenti cauſa efficiens. Secundò quia in ſacramentis tranſeuntibus idem prorſus eſt conficere, & conferre; in ſacramento permanenti idem eſt conſecrare, & Euchariſtiam conficere : Sed miniſter ſacramenti tranſeuntis immediate illud confert : & miniſter permanentis, immediate conſecrat : Ergo vterque ſacramentum immediate conficit. Tertio quia non eſt aſſignabilis cauſa efficiens, quæ inter miniſtrum & ſacramentum mediat, & ipſius cauſa immediata ſit.

86. Cauſa eſt efficiens proxima, ſiue immediata.

Dico ſecundò. Sacramenti phyſicè tranſeuntis, tam formaliter, quam materialiter ſpectati, miniſter eſt cauſa efficiens proxima, & immediata : ſacramenti vero phyſicè permanentis, ſolùm materialiter attenti, ſeu ſpectati. Prior pars oſtenditur : qui miniſter ex cauſa, Baptiſmatis immediatè facit ablutionem, immediate pronunciat ſolemnem verborum formam, & cum ipſe tunc proprie loquatur ſermone & locutione à Chriſto inſtituta, ipſe immediate coniungit cum illis verbis ſignificationem quã Chriſtus adiungendam inſtituit, vt fuſe declaraui ſupra Diſput. 3. ſect. 2. & 3. Cum igitur miniſter ſacramenti tranſeuntis, & totam materiam immediate efficiat, & totam formam immediate inducat, ipſe cauſa eſt efficiens illius ſacramenti, tum materialiter, tum formaliter

Sacramenti tranſeuntis, & materialiter & formaliter.

liter ſpectata. Poſterior pars etiam liquet. Nam aggregato ex Chriſti ſubſtantia, & panis ac vini ſpeciebus, quod ſacerdos immediatè conficit, non ipſe immediatè adiungit ſacramentalem formam, ſeu vim gratiæ ſignificatricem & collatricem, ſed Chriſtus ipſe; prout in eadem diſp. 3. ſect. 2. §. 4. ratione, & exemplis comprobari.

Permanentis verò, ſolùm materialiter ſumpti.

Dico tertiò. Miniſter ſacramentorum phyſicè tranſeuntium, cauſa eſt ipſorum efficiens phyſica. Hæc aſſertio probanda non aliter eſt, quam diſtinctione, & coniunctione ſingularum rerum, quibus ſacramentum eiuſmodi coaleſcit. Sacramentum itaque tranſiens, ex. p. cauſa, Baptiſmus, cum ſit quoddam ens artefactum, & in genere ſigni voluntarij, tria continet, nempe materiam totalem, ſiue aggregatum ex ablutione, & verbis, & formam totalem, ſcilicet vim ſignificatiuam, & collatiuam gratiæ, in Chriſti actu exiſtentem, & iſtius materiæ, & formæ vnionem, quam eſſe diximus intentionem miniſtri. Proinde ſacramentum tripliciter attendi poteſt. Primò formaliter, vt ſacramentum eſt; & hoc modo ſolùm dicit formam ſacramentalem totalem, quæ in actu Chriſti conſiſtit: ſicut nomen iſtud latinum *homo* formaliter ſpectatum, ſolam dicit ſignificandi vim à Latinis inſtitutam. Vt autem miniſter ſit cauſa phyſicè efficiens ſacramenti, non opus eſt, vt phyſicè efficiat formam ſacramentalem totalem: ſicut, vt ego ſim cauſa efficiens phyſica vocis Latinæ *homo*, non debeo eſſe cauſa efficiens phyſicè Latinam eius impoſitionem: & vt Petrus ſit cauſa phyſicè efficiens Pauli, neceſſe non eſt, vt phyſicè efficiat ipſius animam: & ſimiliter ſi materiam, & albedinem præexiſtentes, & ab alio productas Petrus phyſicè vniret, Petrus eſſet cauſa materiam phyſicè dealbans, ſiue cauſa phyſicè efficiens illius albi.

Tranſeuntis eſt cauſa efficiens phyſica.

Sacramentũ tripliciter attendi poteſt in ordine ad causã.

Secundò ſpectari poteſt ſacramentum materialiter; quâ ratione ſolùm dicit in recto materiam adæquatam, ex. gr. Baptiſmus ablutionem, & verborum formulam, eo quòd Baptiſmus, & quodlibet ſacramentum, artefactum quoddam ſit, & in genere ſigni voluntarij, ſiue artificialis, & eiuſmodi concretum in recto non dicit, niſi materiam adæquatam, vt ſupra diſp. 3. ſect. 6. declaratum eſt. Sacramenti autem tranſeuntis ita ſpectati, miniſter cauſa proximè efficiens, & phyſica, ſine vlla dubitatione eſt: nam proximè, & phyſicè efficit verbi gratia ablutionem cum ipſius verbis, chriſmationem cum verbis ipſius, &c. Hoc autem ſat eſſe, vt miniſter abſolutè dicatur eſſe cauſa proximè, & phyſicè efficiens ſacramenti, ſuadebit quiſpiam; quia miniſter prout præcisè efficit prædictam materiam, ita ſe habet reſpectu ſacramenti, ſicut artifex, ex. gr. ſe habet, reſpectu ſymboli, dum elaborat, ac phyſicè efficit effigiem, quam Princeps pro ſymbolo habet: ſed artifex abſolutè dicitur efficere illud ſymbolum. Ergo & miniſter ſacramentum. Exiſtimo tamen, locutionem iſtã eſſe valdè impropriam; vt ſi Petrus erigat parietem, & Paulus illi inducat albedinem, dicaturque Petrus effeciſſe album.

Tertiò igitur ſumi poteſt ſacramentum materialiter ſimul, & formaliter, hoc eſt vt in recto dicit aggregatum ex materiâ totali, & formâ ſacramentali, ſicut album materialiter ſimul, & formaliter ſpectatum, dicit in recto aggregatum ex ſubiecto, & albedine. Vt verò miniſter ſit, & dicatur cauſa proximè, & phyſicè efficiens ſacramenti, non opus eſt, vt ſit cauſa phyſicè efficiens ipſius hoc tertio modo ſpectati, nempe ſecundùm omnia, quæ ſacramentum ita ſpectatum, includit. Eſt enim ſacramentum quoddam totum: vtque aliquis ſit cauſa phyſicè efficiens totius, non opus, ſit cauſa phyſicè efficiens partium; vt conſtat in homine phyſicè efficiente hominem. Quod exemplum vno quidem modo eſt par: quia ſicut homo non producit alterius animam, ſed ſupponit à ſolo Deo productam, & per ſe exiſtentem; ſic miniſter non producit ſacramentalem formam, hoc eſt Chriſti inſtitutionem, ſed ſupponit à Chriſto factam, & quaſi præexiſtentem: ſicut ergo illud non obeſt, quin homo ſit cauſa phyſicè, & proximè effectiua hominis; ita nec iſtud obeſt, quo minus miniſter ſit cauſa phyſicè, & proximè efficiens ſacramenti. Alio autem modo exemplum eſt impar; etenim miniſter ſacramenti tranſeuntis, non ſolùm phyſicè efficit vnionem materiæ, & formæ ſacramentalis, ſed etiam ipſam materiam, vt ſtatim ponderabimus: Ergo licet formam non efficiat phyſicè, nihil obeſt, quin ipſum efficiat ſacramentum.

S. Thom. Q. LX.

Quartò ergo ſumi poteſt ſacramentum tranſiens, partim materialiter, & partim formaliter; prout ſcilicet in recto dicit materiam cum ordine ad formam ſacramentalem, & in obliquo formam ipſam; ita ſcilicet, vt conceptus ipſe attingens in recto materiam, attingat in obliquo formam: Hoc autem fieri non poteſt, niſi in materiâ, vel cum materiâ concipiatur ordo aliquis verus ad formam: neque in præſenti poteſt alius concipi cum ſacramentali materiâ, niſi vnio eius cum formâ, materia verò vnita, cum forma eſt vnita, ac proinde conceptus directus aggregati ex materia, & vnione, conceptus eſt obliquus ipſius formæ. Et hic eſt modus proprius concipiendi concretum accidentale, ſiue phyſicum, vt album, ſiue morale, & artefactum, vt nomen, & ſacramentum. Porrò ex materiâ totali, & ex formâ totali ex. gr. aggregatum ex ablutione, & verborum formulâ, & ſignificatione, ſeu Chriſti inſtitutione, tria in recto dicit nempe materiam totalem, formam totalem, & vtriuſque vnionem; ſicut album materialiter ſimul, & formaliter acceptum, in recto dicit concretum ex ſubiecto, & albedine, ac proinde ſubiectum, & albedinem, & vnionem.

Dico tertiò. Miniſter ſecramenti phyſicè permanentis, non eſt phyſica, ſed moralis cauſa ipſius. Ratio eſt clara; quia nec eſt cauſa phyſica materiæ ſacramentalis, nempe corporis, & ſanguinis Chriſti, & ſpecierum panis, & vini; nec eſt cauſa phyſica formæ ſacramentalis, ſeu virtutis ſignificatiuæ, vtpote conſiſtentis in ipſa Euchariſtiæ inſtitutione à Chriſto factâ, prout ſupra vidimus: nec demum eſt cauſa phyſica vnionis inter materiam, & formam ſacramentalem; nam iſta vnio, vt ſupra diſp. 4. ſect. 2. §. 4. explicauimus, non conſiſtit in intentione miniſtri, ſed Chriſti: Ergo miniſter non eſt cauſa phyſicè efficiens ſacramenti permanentis, ſiue Euchariſtici.

Permanentis vero efficiẽs moraliter.

S. Thom. Q. LX.

SECTIO IV.

An Miniſter Sacramenti ſit efficiens cauſa effectuum illius.

Quæſtio hęc ſacramentis omnibus eſt communis.

QVæſtio hæc in hoc tractatu ſolet omitti, ſolúmque in Diſputationibus de Pœnitentiæ ſacramento partialiter diſcuti ſub hoc titulo; *An Sacerdos verè abſoluat à peccatis.* Eſt tamen quæſtio miniſtris omnium Sacramentorum communis. Cùm enim quædam ſacramenta imprimant characterem; & quędam efficiant peccati mortalis remiſſionem, & gratiam; & quædam augmentum gratiæ; quæſtiones ſunt agitatu digniſſimæ, num ſacramenti miniſter ſit horum effectuum cauſa efficiens, ex. gr. Num Baptiſmi miniſter ſit cauſa efficiens charactêris, & gratiæ, & remiſſionis peccati: Num Confirmationis miniſter ſit cauſa efficiens characteris, & augmenti gratiæ, & ſic de cæteris: quas omnes quæſtiones hâc vnâ complectimur, ſítne miniſter cauſa efficiens effectuum Sacramenti.

§. I.

Varias confuto ſententias.

87. Miniſtrum nô dare gratiam, ſed datã declarare, error.

IN Sacramento Pœnitentiæ, miniſtrum cauſam eſſe remiſſionis culpæ, & iuſtificationis, negarunt olim Hugo Victorinus, Magiſter Sententiarum, Alenſis, Gabriel, Marſilius, Maior, Ocham, Antiſiodor. Argentinas, & Abulenſis, quos fideliter adducit Vaſquez tom. 4. in 3. p. q. 94. art. 3. dub. 2. num. 6. Dixerunt quippe miniſtrum non abſoluere pœnitentem à culpâ, ſed declarare abſolutum; & conſequenter dicere debuerunt; baptizantem non verè animam abluere, ſed ablutam declarare, & ſic in pleriſque ſacramentis. Sed eſt ſententia iſta prorſus erronea. Tum quia negat Sacramento Pœnitentiæ illum effectum, quem negari non poſſe vidimus Diſp. 9. ſect. 1. Tum quia illum negat miniſtro; quoniam oppoſita expreſsè definita, vt num. 41. conſtabit.

Miniſtrum charactere inſtructum cauſam eſſe gratiæ, non alium.

Paludanus, & Capreolus in 4. diſt. 1. q. 1. ſcripſere, miniſtrum illum, qui ad miniſtrandum charactere inſtruitur, cauſam eſſe habitualis gratiæ: illum verò, qui ad miniſtrandum charactere non inſtruitur, non eſſe illius gratiæ cauſam, niſi remotè, & applicando cauſam. Ducuntur, quia miniſter nequit influere in gratiam, niſi influendo phyſicè; nec poteſt influere phyſicè, niſi per virtutem phyſicam in ſe ipſo receptam, & hæc non eſt alia præter characterem: Ergo, qui ad ſacramenti miniſtrationem charactere inſignitur, eſt gratiæ cauſa, cæteri verò non item. Itaque iuxta hos Doctores, miniſter Confirmationis, & Vnctionis, & Ordinis in gratiam ſanctificantem, vt cauſa influit, quoniam ad eiuſmodi miniſterium characterem accipit, non verò reliqui, etiamſi re ipsâ charactere præditi ſint, quia non illum habent ad ſacramenta miniſtranda.

Falſa eſt omnino ſententia.

Doctrina tamen hæc à verò deſciſcit. Primò, quia S. S. & Concilia, & Patres eodem modo tribuunt actiuitatem, & influxum in gratiam miniſtris charactere non inſtructis, ac inſtructis, cùm de vtriſque indiſcriminatim loquantur. Secundò, quia falsò ſupponit, & ſacramenta, & miniſtros aliquando in gratiam phyſicè influere; nec poſſe ſatis influere, niſi influant phyſicè; nec poſſe influere phyſicè, niſi per virtutem phyſicam in ſe ipſis receptam. Hæc enim tria falſa eſſe, Diſput. 10. ſect. 2. & ſect. 3. fuit oſtenſum. Tertiò, quia falsò etiam ſupponit characterem eſſe qualitatem phyſicè productiuam gratiæ: nam id abſque fundamento dici, Diſp. 10. demonſtratum eſt.

Sotus in 4. diſt. 5. q. 1. ar. 1. §. *Huic tamen ſententiæ*, & quidam alij Recentiores, paulò aliter dicuntur diſtinguere; nempe, miniſtrum, qui conſecratus eſt ad ſacramentum miniſtrádum, cauſam eſſe gratiæ; non autem illum, qui non eſt ad id muneris conſecratus. Proinde ſacerdotem, dum baptizat, abſoluit, aut extremè vngit, & Epiſcopum, dum ordinat, imò & ſacerdotem, dum Euchariſtiam impertit, in gratiam influere, quia conſecrati ſunt ad eiuſmodi miniſteria: è contra verò laicum, aut infidelem ſi baptizet, aut Euchariſtiam porrigat, non eſſe gratiæ cauſam, cum ad eiuſmodi miniſteria conſecrati non ſint: alioquin puer, vel ſimia, ſi Euchariſtiam diſtribueret, in gratiam influeret, quod eſt ridiculum.

Itemque cõſecratum dare, non vero inconſecratum.

Hæc doctrina falsè tribuitur Soto; nam licet in illo §. *Huic tamen ſententiæ* diſtinctionem illam in modum obiectionis inſinuet, & ſtatim §. *Circa hoc argumentum*, dicat, *Poſſet ergo quis forſan tenere, quod miniſter Baptiſmi, quando non eſt ſacerdos, non concurrit ad gratiam propterea, quod non eſt diuinitus ad id inſtitutus*; è veſtigio ſubdit: *At verò contrarium multò certius eſt, imò arbitror certiſſimum.* Cuiuſuis tamen hæc diſtinctio ſit; impugnatur primò, quia nullus miniſter ad ſacramentum miniſtrandum deputatur, aut conſecratur, niſi per characterem, vt omnia luſtranti fiet perſpicuum: Atqui falſum eſt, miniſtrum charactere deſtitutum, non eſſe gratiæ cauſam, vt paulò ante diximus: Ergo & illum qui non eſt ad miniſtrandum conſecratus. Secundò, quia, vt benè Sotus ibidem arguit, eiſdem verbis, & in eodem ſenſu probatis vtitur miniſter baptiſmi, ſiue conſecratus ſit, ſiue non; ſcilicet *Ego te baptizo*: Atqui miniſter conſecratus illis vtitur in hoc ſenſu; *Ego te abluo & corpore, & ſpiritu*, nam ideo dicit: *In nomine Patris, &c.* ergo etiam miniſter non conſecratus; alioqui formulam illam falsò proferret. Si ergo miniſter conſecratus cauſa eſt gratiæ, etiam miniſter non conſecratus.

Illud in Soto vehementer diſplicet, quod, cum ipſe teneat, ſacramenta phyſicè concurrere ad hominem gratum efficiendum; tamen in loco proximè citato §. *Hæc autem quæſtio*, in medio, ita ſcribit. *Haud tamen diſplicet, miniſtrum cauſam eſſe* (vt quidam autumant) *morali ſimilem, hoc eſt familiari. Quemadmodum enim quis facit poteſt item ſeruo redimendi captiuum, dando illi redemptionis pretium: Sic ſe quodammodo habet miniſter ſacramenti, conferendo ſacramentum, quod Chriſtus in hoc remedium conſtituit.* Illud, inquam in Soto mihi vehementer diſplicet; quoniam vt ipſe paulò ante docet, nempe in §. *Circa ſecundum autem*, quod

gratia

gratia conferatur à miniſtris, clariùs è ſcriptura colligitur, quàm quòd conferatur à ſacramentis; ſed, vt conferatur à ſacramentis, eis aſcribit Sotus influxum phyſicum: ergo inconſequentiſſimè iſtum denegat miniſtris, vel è contra, ſi vt verè miniſtri gratiam conferant eis ſufficit influxus moralis: ergo etiam ſufficit ſacramentis.

Mitto rationem, quâ Vazquez in Sotum vtitur, nempe, quòd miniſter vnum conſtituit inſtrumentum cum Baptiſmo; ergo, vel vterque phyſicè, vel neuter influit. Mitto, inquam, quia reſpondebitur facilè in miniſtro ſacramenti verbi gratia infideli non eſſe ponendam virtutem intrinſecam ſupernaturalē, ſine quâ Sotus exiſtimat non poſſe phyſicè influere.

§. II.

Miniſter ſacramenti tranſeuntis cauſa eſt moraliter efficiens effectuum illius.

Miniſter ſacramenti tranſeuntis, certo eſt cauſa effectuum eius.

Veriſſima eſt aſſertio, miniſtrum ſacramenti cuiuſque tranſeuntis cauſam eſſe effectuum ſacramenti, nec poteſt, niſi pluſquam temerariè negari: nam & in aliquo eiuſmodi ſacramentorum in ordine ad potiſſimos effectus definita eſt, vt numer. 18. referam: & de cæteris in ordine ad ipſorum effectus eſt eadem omnino ratio. Suadetur aſſertio primùm è diuinis litteris palam tribuentibus miniſtro efficientiam in effectus illos, ex. gr. Ioan. 20. v. 23. *Quorum remiſeritis peccata remittentur eis.* Remittunt ergo ſacerdotes peccata, quod eſt eſſe cauſas remiſſionis: nec verò remittunt interuentu non imputationis, nec interuentu ſolius condonationis extrinſecæ, ſeu interuentu internæ renouationis, & infuſione gratiæ; quod eſt etiam eſſe cauſas gratiæ ipſius. Igitur è diuinis literis conſtat eos eſſe cauſas effectuum iſtorum Pœnitentiæ; & conſequenter Baptiſmi, ac proinde etiam eſſe cauſas ſecundæ gratiæ, quam hæc, & cætera ſacramenta conferant: & proinde characteris, quod Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo imprimunt. Confirmatur; quia clariùs dicidicitur in ſacris litteris miniſter, quàm ſacramentum conferre gratiam ac proinde cæteros ſacramenti effectus. Atqui ſacramentum eſt cauſa moraliter efficiens illorum. Ergo & miniſter.

Cōſtat enim id è S. ſacra.

Et ex ipſis ſacramentorum tranſeūtium formis.

Secundò probatur ex ipſis ſacramentorum formis eſſentialibus, quibus miniſtri ſacramentorum vtuntur: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* quæ verba planè ſignificant internam animæ ablutionem. *Confirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris &c.* quæ internam etiam animæ ſalutem ſignificant. *Abſoluo te à peccatis tuis*, quæ manifeſtè ſignificant peccati ablutionem: *Accipe poteſtatem conficiendi corpus, & ſanguinem Chriſti: Accipe ſpiritum ſanctum, Quorum remiſeris peccata, remittentur eis &c.* Hæc enim omnia non ſunt, niſi eius, qui in eiuſmodi actu verè inducit eos effectus. Quod enim Veteres aliqui dixerunt, ſenſum verborum, *Te abſoluo*, eſſe iſtum: *Te abſolutum declaro*, mirum eſt illis excidiſſe: Tum quia locutio eſſet impropriiſſima, & in ſenſu proprio numquam vera, quod indignum tantæ rei inſtitutione à Chriſto factâ pro totâ Eccleſiâ: Tum etiam, quia pariter dicendum eſſet, ſenſum illorum verborum: *Te baptizo: Te confirmo: Accipe ſpiritum ſanctum*, iſtum eſſe *Te declaro in animâ ablutum, confirmatum, ſpiritu ſancto ornatum, &c.* ſi enim abſolutionis miniſter non verè abſoluit pœnitentem, cur dicetur miniſter baptiſmi verè abluere animam infantis, aut etiam adulti, qui vel cum ſolo originali, vel cum hoc, & actuali mortali, attritus dumtaxat baptizatur?

S. Thom. Q. L X.

Et ex aperta eccleſiæ definitione.

Tertiò probatur expreſsâ Eccleſiæ definitione. Nam in Trident. ſeſſ. 14. cap. 6. ſub finem, ſic de Abſolutione in foro conſcientiæ dicitur. *Non eſt ſolum nudum miniſterium, vel annunciandi Euangelium, vel declarandi remiſſa eſſe peccata, ſed ad inſtar actus iudicialis, quo ab ipſo velut à iudice, ſententia pronunciatur.* Et infra Can. 9. *ſi quis dixerit, Abſolutionem ſacramentalem ſacerdotis non eſſe actum iudicialem, ſed nudum miniſterium pronunciandi, & declarandi remiſſa eſſe peccata confitenti &c. Anathema ſit.* Quod ſi miniſter ſacramenti dicens *Te abſoluo*, non ſolum declarat culpas remittentis eſſe remiſſas, ſed verè illas remittit; profectò Baptiſmi miniſter, dicens *Te baptizo*, non ſolùm declarat ablutam eſſe animam, ſed verè illam abluit: Et miniſter Ordinis, inquiens *Accipe poteſtatem, Accipe ſpiritum ſanctum*; non ſolùm declarat gratiam aut poteſtatem collatam eſſe; ſed illas verè ipſe confert. Idem autem eſſe miniſtro horum ſacramentorum in ordine ad alios ipſorum effectus, tum de cæteris ſacramentis in ordine ad effectus illorum proprios, in dubium verti non poteſt. Nam etſi non ita clare id exprimatur per formulas; tamen alij effectus ſunt veri effectus horum, aliorúmque ſacramentorum; & miniſter per hæc, & per alia ſacramenta agit, ac proinde inducit omnes vtrorumque effectus.

Et ex ipſa ratione.

Quartò probatur ratione. Quia ſacramentum phyſicè tranſiens, exempli gratia Baptiſmus, eſt quædam actio miniſtri, vel potius quædam actionum, & rerum aggregatio, à miniſtro proximè, & immediatè facta, prout ſectione ſuperiore declaratum fuit, & oſtenſum. Sed iſta operatio, vel operationum aggregatio à miniſtro immediatè facta, inducit moraliter, ac efficienter, & immediatè proprios ſacramenti effectus, nempe characterem, & gratiæ actualitatem, & culpæ remiſſionem; vt etiam in ſuperioribus fusè confirmauimus: Ergo miniſter efficienter inducit eſtque vera ipſorum cauſa moralis efficiens. Præmiſſæ, vt dixi, probatæ iam ſunt. Conſequentia probatur; quia cauſa efficiens actionis effectum aliquem inducentis, etiam eſt cauſa efficiens illius effectûs: ſed miniſter ſacramenti tranſeuntis eſt cauſa efficiens eiuſdem ſacramenti, quod eſt completa quædam actio inducens effectus ſacramentales, nempe characterem, gratiam, remiſſionem. Ergo & ſacramenti tranſeuntis miniſter cauſa eſt efficiens eorundem effectuū. Minor, & illatio clarent. Maior conſtat; Tum in phyſicis: nam ignis, qui eſt cauſa efficiens calefactionis, cauſa phyſica eſt caloris; & homo, qui eſt cauſa efficiens precum, moralis cauſa eſt conceſſionis.

Sed occurres, eſſe diuerſam rationem. Nam in exemplis adductis, ex ipsâ efficientis actione, ſeu phyſicâ, ſeu morali ſequitur immediatè

Digitized by Google

diatè effectus: proinde iſte ſe habet, vt terminus per illam actionem productus: & qui eſt cauſa efficiens actionis, eſt cauſa efficiens termini: At ex ipia miniſtratione non ſequitur immediatè gratia, vel alius effectus ſacramenti: nam iſtud includit ex gr. ablutionem, verba, & internam intentionem; & quamuis ablutio ſit pura actio, non tamen verba, nec intentio, cum includant qualitates productas: & præterea nec manat proximè effectus ex iſtorum aggregato, ſed ex iſto, & formâ ſacramentali, quod aggregatum non ſe habet vt actio, ſed, vt terminus.

Verum in re ſaltem morali parum momenti habet hæc ſpeculatio. Nam non eſt dubium, quin merens cauſa moralis ſit præmij; & ſit interuentu ipſius meriti; & iſtud includat terminum actione productum: imò & æſtimationem, vel taxationem factam ab ipſo, apud quem meretur: ſicut etiam ſacramentum includit ſacramentalem formam, quæ eſt Chriſti actus, & ſacramenti valor: Ergo illa conſideratio terminorum in facto eſſe, & adiectæ formæ ſacramentalis, in re morali non obſtat, quin effectus ſacramenti poſſit, ac debeat miniſtro tribui tamquam efficienti.

Quin etiam in rebus phyſicis conſideratio talis non obſtat, quin effectus tribuatur eum terminum efficienti. Nam commune eſt proloquium, *Qui dat formam, dat conſequentia ad formam*: Quare, qui dat materiæ formam ignis, cenſetur dare formam caloris. Vnde apud Philoſophos inualuit, *Grauia, & leuia mouentur à generante*; id eſt, ab illo recipiunt propenſionem, qua grauia neceſſariò, & ſtatim grauitant; & leuia neceſſariò, & ſtatim leuitant. Petrus item, qui Paulo lethale vulnus infligit, priùs quidem produxit in gladio vnum impulſum, deinde in Pauli corpore alium, & medio iſto ſciſſionem, & hanc ſciſſionem ſubſecuta eſt mors. Nec dubium, quin Petrus Paulum phyſicè occiderit.

Cauſa cauſæ quando ſit cauſa cauſati in Phyſicis.

Quòd ſi requiras huius rei generalem regulam, hæc recta videtur. Tunc efficiens priorem effectum eſt cauſa efficiens alterius, quando prior ex ſe, & intrinſecè ſpectatus, talis eſt, vt alterum phyſicè, ac neceſſario inducat. Sic igitur producens ignem cauſa eſt caloris, & ſol producens aurum cauſa eſt grauitatis, & vniuerſum producens eſſentiam eſt cauſa proprietatis: & infligens lethale vulnus eſt cauſa efficiens mortis quoniam & productio eſſentiæ ex ſe inducit productionem proprietatis, & vulneris illius inflictio ex ſe, & phyſicè ſpectata, necem inducit.

Atque etiam in Moralibus.

Ad hunc modum in Moralibus: illud agens producendo vnum effectum eſt cauſa alterius, quando priore poſito, attenta præciſa illius conditione, & nulla prorſus alia re ſuperaddita, poſterior natus eſt ſequi. Sic Princeps, & Iudex præcipiens, reum capite plecti, cauſa moralis eſt necis. Quòd ſi attento rerum ſtatu, poſterior effectus, nulla ratione poſſit ex priore non ſequi, tunc ſanè cauſa efficiens prioris, ſtrictiùs quodammodo erit cauſa efficiens poſterioris. Et ita ſe habet in præſenti; nam poſita actione miniſtri ſacramenti conſiſtentis ſacramentum tranſiens, ex gr. poſita Baptiſmali ablutione, & verborum legitima formula, & intentione cum iſtis coniungente ſacramentalem formam, nequeunt non ſequi effectus ſacramenti: Igitur miniſter ſacramenti tranſeuntis cauſa eſt efficiens effectuum ipſius.

Oppones tamen S. Chryſoſtomum, & alios Patres, quos Diſp. 8. num 40. repræſentabam, expreſſe negantes, miniſtros ſacramentorum eſſe noſtræ iuſtificationis cauſas, ſed ſolùm Deum. Reſpondeo: ſi SS. PP. in vno, & eodem ſenſu ſemper eſſent locuti, clariſſimè ſecum pugnaſſent.

Patres quo ſenſu negēt, miniſtros eſſe gratiæ cauſas.

Dico igitur vt in illa Diſputat. 8. num. 40. & Diſp. 10. num. 3. & in Tomo de Incarnatione Diſp. 39. num. 18. & alibi dixi, ſanctos Patres, dum negant miniſtrum eſſe cauſam gratiæ, agere de cauſa phyſicè in gratiam influente; hæc enim ſolus eſt Deus, vt in Diſput 10. contendebam. Dum verò concedunt miniſtris actiuitatem in gratiam, agunt de cauſa, non phyſicè attingente effectum, ſed moraliter: qualiter eum attingit miniſter ſacramenti tranſeuntis. Rationem alicuius momenti quâ poſſit hæc pars impugnari, nullam video. Quomodo autem in ſacramento Pœnitentiæ eadem ſit ſententia miniſtri, & Dei, pertinet ad tractatum illius ſacramenti.

§. III.

Miniſter ſacramenti permanentis non eſt cauſa effectuum illius.

Spectari debet Euchariſtiæ miniſter in præſenti, vel tanquam merè efficiens ipſius; & hoc modo ſe habet reſpectu illius ſacramenti, quod ipſe conſecrat, & alter diſtribuit. Vel tanquam purè diſtribuens, ſeu porrigens: quo pacto ſe habet is, qui ſacram Euchariſtiam ab alio conſecratam fidelibus impertitur. Poſſet quidem ſpectari tanquam ſimul conſecrãs, & pòſt exhibẽs, vel ſibi ſoli, vt ſacerdos in miſſæ ſacrificio; vel etiã paulò poſt aliis, vt frequẽter accidit, vbi formæ nõ ſunt reſeruatæ, vel fuere conſumptæ. Non tamen eſt opus conſideratione horum euentuum; nam è primis duobus petemus facilè iudicium cæterorum. Solum itaque ſpectandus Euchariſtiæ miniſter, tanquam illam vel purè conſecrans, vel purè tribuens ſeu porrigens.

90.

Euchariſtiā merè conſecrans non eſt cauſa efficiens illius.

Reor Miniſtrum merè conſecrantem Euchariſtiam, non eſſe cauſam gratiæ ipſius. Videtur communiſſima ſententia, quam Pater Ioannes de Lugo Diſp. 8. n. 9. explicitè pronunciat. Probat verò; quia licet miniſter ille concurrat ad conficiendum Euchariſtiæ ſacramentum per verba conſecrationis; tamen nec ipſe, nec eius ſtatus, nempe viatoris, conſtituit, aut intrat poteſtatem moralem, qua ſacramentum gratiam confert. Nam ſi Deus, vel homo beatus Euchariſtiam conſecraret, idem eſſet ſacramentum, & eandem gratiam produceret.

Recentiores id inconſequenter aſſerunt.

Conſequentiam hîc requiro. Nam in ſententiâ communiore, quam ipſe Lugus amplectitur, verba Conſecrationis intrinſeca ſunt, & eſſentialia ſacramento Euchariſtiæ: Ergo manent in eo, & cum eo moraliter, ac proinde cum cæteris eius partibus concauſant gratiam: ideoque ſacerdos, qui ſacramentum illud conſecrauit, per illa ſua verba moraliter loquens, moraliter gratiam cauſat. Sic enim preces iam pridem ad Regem fuſæ, & nunc moraliter permanentes; Re-

gem

gem hodie inclinant, & illarum autor per ipſas; preces autem eiuſmodi ad Regem fuſæ, & moraliter perſeuerantes, illumque tandè inclinantes, verba quædam ſunt: vnde is, qui olim eas fundebat phyſicè nunc fundit moraliter, & medijs illis Regiam flectit voluntatē, & gratiā, non poſtulat, eiuſue conceſſionem moraliter cauſat. Ille etiā qui multis abhinc annis egregiis facinoribus magnum præmeruit præmiū, v. gr. Coronationem, aut triumphum: nūc eiuſdem interuentu meriti moraliter perſiſtentis, præmium iſtud moraliter efficit, &c.

Firmo, quia iuxta memoratos autores, & nominatim Lugum Euchariſtiæ ſacramento ſunt intrinſeca, & eſſentialia conſecrationis verba, quæ miniſtri verba ſunt: ſed eiuſmodi verbis eſt intrinſeca, & eſſentialis miniſtri intentio: Ergo & Euchariſtiæ ſacramēto. Quod enim Lugus ait diſp. 1. de Euchar. n. 89. intentionem miniſtri eſſe quidem intrinſecam aliis ſacramentis; in hoc tamen, ſolùm intrinſecè requiri ad ponendas partes ſacramento intrinſecas; hoc inquam inconſequens eſt; Nam ſacramento ſunt intrinſeca verba, vt concedis: Atqui verbis eſt intrinſeca, & eſſentialis intentio nempe ſignificandi iſtud ipſum, quod Chriſtus ſignificari voluit, ac inſtituit: Igitur intentio miniſtri conſecrantis Euchariſticum ſacramentum, huic eſt intrinſeca, & eſſentialis.

Inconſequenter itaque in illa opinione dicitur, miniſtri intentionem hic intrinſecè ſolùm requiri ad ponendas partes ſacramento intrinſecas. Requiritur enim eiuſmodi intentio, vt eſſentialis verbis, quæ ſunt ſacramento eſſentialia: proinde requiritur, vt ſacramento eſſentialis; & per conſequens non requiritur, vt aliquid extrinſecum, ſed intrinſecum. Nec minus inconſequenter in illa opinione aſſeritur, fore idem Euchariſtiæ ſacramentum, ſi à ſolo Deo produceretur. Nam hoc ſacramentum, vt hi DD. aſſerunt, conſtat eſſentialiter verbis: ſed factum à ſolo Deo non conſtaret verbis. Ergo non eſſet idem ſacramentum. Et ſanè id explicitè tradit Lugus de Euchar. Diſp. 1. n. 56. Quod autem eandem produceret gratiam, nihil obeſt; cùm agentia ſpecie diſtincta poſſint eundem ſpecie effectum producere.

Aſſerti ratio, quia dum Euchariſtia agit, conſecrator non agit.

Ratio igitur, quare miniſter merè conficiens Euchariſtiam, non ſit cauſa effectuum, quos hæc in ſuſcipiente producit, eſt, quia dum Euchariſtia illos producit effectus, miniſter, qui illam confecit, non agit moraliter per ipſam: Ergo non eſt illorum effectuum cauſa. Conſecutio manifeſta eſt. Antecedens probatur: quia ſi tunc miniſter moraliter ageret, eſſet, vel quia Euchariſtia conſtaret intrinſecè ex illius miniſtri actione, ac proinde per iſtam ille tales effectus produceret. Qua ratione, qui baptizat, per ſuos actus Baptiſmo eſſentiales, in gratiam, & characterem Baptiſmalem influit. Vel quia ex miniſtri conſecrantis actione, in ſubiecto ritè diſpoſito tales effectus per ſe, ac neceſſariò ſequerentur, qua ratione ſequuntur character, & gratia ex actione miniſtri; vel ob vtrumque ſimul; vt contingit in miniſtro Baptiſmi, dum iſte ſuos edit effectus, ſiue cùm primum confertur, ſiue dum poſteà reuiuiſcit. Nam in priori euentu maxima pars actionum miniſtri perſiſtit ſolùm moraliter; & in altero illæ omnes; & in vtroque miniſter per illas operatur.

Primum horum trium dici non poteſt. Nam Euchariſtia, eſt ſacramentum phyſicè permanens, & non conſtat intrinſecè verbis conſecrationis, ac proinde nec actione miniſtri ipſi conficientis. Non ſecundum: nā hoc ipſo, quod Euchariſtiæ ſacramentum permanens eſt, poteſt & phyſicè, & moraliter exiſtere, & diu permanere, quin applicetur ad efficiendum; ideoque ex illius Euchariſtiæ conſecratione, ſiue effectione, non per ſe, ac neceſſariò tales effectus ſequuntur. Inde patet, nec tertium dici poſſe, ac proinde nec miniſtrum, qui merè Euchariſtiam conficit, cauſam eſſe effectuum illius.

Reor etiam, miniſtrum, qui Euchariſtiam 91.
merè tribuit, ſiue porrigit, effectuum illius non eſſe cauſam. Ita ſentiunt plurimi, & graues autores, quos numero 261. referam, aſſerentes, ideo miniſtrum, dum in peccato mortali miniſtrat Euchariſtiam, non peccare mortaliter, quia non eſt cauſa efficiens gratiæ; & ideo cauſam non eſſe, quia ſolùm eſt applicans actiua paſſiuis. Sic namque in Phyſicis ignis phyſicè comburit domum, non verò is, qui phyſicè ignem admouet domui, quia ſolùm ſe habet vt conditio, vel potius vt cauſa efficiens conditionis, quæ eſt approximatio combuſtiui ad combuſtibile.

Euchariſtiā merè exhibens, eius effectus non cauſat.

Hæc tamen ratio probat quidem, miniſtrum Euchariſtiæ, dum hanc tribuit, non eſſe gratiæ cauſam phyſicam, de qua in præſens non agimus: minimè verò perſuadet, non eſſe cauſam moralem, de qua diſſerimus. Nam qui ex intentione combuſtionis domus, huic admouet ignem, ſanè moralis cauſa cenſetur combuſtionis: & qui ex intentione necis humanæ venenum homini propinat, moralis eſt cauſa humanæ necis: & complura ſunt id genus exempla. Quare quod miniſter Euchariſtiam exhibens, duntaxat ſit applicans actiua paſſiuis, argumēto non eſt, non eſſe illius gratiæ cauſa moralē.

Non quòd ſolùm applicet actiua paſſiuis.

Mihi diuerſa occurrit ratio, cur miniſter Euchariſtiam exhibens non ſit cauſa effectuum illius. Quia ſcilicet ille tantum eſt cauſa effectuum alicuius cauſæ, qui talem exhibet actionem, quam per ſe, ac neceſſariò ſequantur effectus talis cauſæ: v. gr. qui domui faces admouet, cauſa eſt combuſtionis; quoniam hæc poſitam facum applicationem, per ſe, ac neceſſariò ſequitur. Similiter, qui pro vino, aut alio ſalubri poculo, mortiferum propinat, cauſa eſt necis: quoniam hæc in homine potum ſalubrem appetenti, & iſtius potus venenum inuincibiliter ignorāte, per ſe, ac neceſſariò ſequitur.

Contra verò, ſi cibus iſte talis eſſet conditionis, vt in ore non detentus afferret ſalutem, & detentus afferret necem: ſanè qui hoc ſcienti, & poſcenti talem cibum in os inferret, non eſſet cauſa neque necis, neque valetudinis conſecutæ: quia neutra determinatè ex illius actione per ſe, ac neceſſariò ſequeretur: vtervis enim effectus imputandus eſſet ſumenti, quia vel ſumptum cibum detinuiſſet in ore, vel confeſtim traieciſſet: Atqui ſic ſe habent is, qui ſacram Euchariſtiam merè exhibet, & qui recipit: Ergo, &c. Minor oſtenditur: quia licet cogitemus, aut ſupponamus eum, qui ſacram Euchariſtiam recepturus accedit, in gratia eſſe, & illam illius ori iam eſſe illatam; ſanè illa indifferens eſt ad conferendam illi; vel animæ ſalutem, ſi dum illa ad ſtomachum peruenerit, iſte in gratia perſiſtat; vel animæ mortem, ſi non

S. THOM. Q. LX.

perſiſtat: Ergo ſiue iſte ſalutem, ſiue mortem referat, neutrius cauſa eſt is, qui ſacram Euchariſtiam ipſi exhibuit.

93\. *Maxime quia miniſtri actio nõ eſt Euchariſtiæ manducatio.*

Poteſt hoc ipſum aliter exponi, & theſis ipſa firmari. Nam Euchariſtici ſacramenti applicatio ad gratiam in animo cauſandam, eſt & corporis manducatio, & ſanguinis potatio, ſiue ſumptio, & ambæ dignæ, ſiue in gratia factæ: Chriſto ſcilicet dicente Ioan. 6. v. 51. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Et rurſus: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Itaque corporis applicatio eſt vera ipſius comeſtio: ſanguinis applicatio, vera ipſius potio, ſeu potatio. Rurſus neutra eſt applicatio ad producendam gratiam, niſi dum ipſa perficitur, ſubiectum ſit in gratiâ. *Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit*: Atqui miniſter merè porrigens Euchariſtiam, non efficit eius ſumptionem, ſeu manducationem, & potationem; nam hæc non perficitur quoad cibus, vel potus ſtomachum attingat: multòque minùs miniſter ille efficit ſumptionem dignam, & in gratiâ: Ergo miniſter, qui merè Euchariſtiam porrigit, non efficit eius applicationem, gratiæ producendæ neceſſariam.

SECTIO V.

Num ſacramenti miniſter ſit effectuum illius cauſa immediata.

§. I.

Refellitur ſententia P. Ioannis de Lugo.

94\. *Primò negans miniſtrum eſſe cauſam immediatam.*

DOctiſſimus hic auctor, partim in præſenti, Diſp. 8. à num. 7. ad 10. partim de Euchariſt. Diſp. 1. num. 89. circa difficultatem hanc tria pronunciat. Primum eſt, ſacramenti miniſtrum non eſſe moralem gratiæ cauſam immediatè, ſed mediatè, ſeu per ſacramentum. Quia cauſa Deum proximè mouens, & quaſi determinans ad conferendam gratiam, non eſt miniſter ratione ſui, ſed ſacramentum, & ſtatus viatoris, quæ duo totaliter à miniſtro differunt.

Debili fundamento fulta.

Contra; quoniam, vt homo ſit alicuius effectus cauſa moralis inſtrumentalis, immediata, & proxima, nequaquam debet per ſuam entitatem, & ſubſtantiam determinare cauſam principalem ad poſitionem effectûs. Cauſa enim inſtrumentalis moralis proxima, ſaltem ſi rationalis ſit, communiter mouet, ac determinat principalem prece, merito, vel alia ſimili actione, quæ penitus, ac totaliter ab ipſius ſubſtantia differt. Ipſum etiam inſtrumentum artificiale, vt malleus, & culter, per impulſum à ſe ipſo diſtinctum, influit in artificioſum opus. Imò & ſacramentum ipſum, ſi in recto ſpectetur, non ſe ipſo, ſed per formam diuinitùs additam, Deum mouet, ac determinat ad gratiæ productionem. Ergo, quòd ſacramenti miniſter adæquatè diſtinguatur à ſacramento, & à viatoris ſtatu Deum determinantibus, non inde fit, miniſtrum non immediatè mouere.

Alterum Lugi pronunciatum eſt, ſtatum viatoris partialiter concurrere cum ſacramento ad gratiam, & eſſe illius concauſam immediatam. Quia poteſtas in miniſtro requiſita ad conficiendum validè ſacramentum, morali cõcurſu proximè in gratiam influit: ſed ſtatus viatoris ex Dei lege integrat in miniſtro poteſtatem validè miniſtrandi ſacramentum, & conferendi gratiam: Igitur ſtatus viatoris vnà cum ſacramento, cauſa moralis eſt proximè in gratiam influens. Addit, non ideò miniſtri perſonam immediatè influere in gratiæ collationem. Nam ſtatus viatoris non eſt idem cum miniſtro, ſed accidens ipſius. *Status viatoris immediatè concurrere dictus.*

Sed falsò, & intempeſtiuè.

Sed contra, quia vel ſtatus viatoris ingreditur, ſeu componit eſſentiam ſacramenti, vel non. Si ingreditur, non mouet ſimul cum ſacramento. Sed cum aliis partibus ſacramento eſſentialibus: ſicut anima non mouetur cum homine, ſed cum materia, quæ eſſentialis etiam eſt homini.

Sed age, permittamus impropriam illam locutionem; ſanè, ſi ſtatus viatoris eſt ſacramento intrinſecus, & eſſentialis, hoc ipſum decerni debuiſſet, dum prædicata ſacramento eſſentialia diſquirebantur; & hoc ibi conſtituto, extra controuerſiam eſſet, ſtatum viatoris, ſicut cætera ſacramento eſſentialia, cauſam eſſe effectuum ſacramenti. Si verò viatoris ſtatus ſacramenti eſſentiam non ingreditur, eſt dumtaxat conditio tenens ſe ex parte cauſæ efficientis, proinde non Deum mouebit immediatè, ſed mediatè nempe interuentu ſacramenti.

Confirmatur dilemma iſtud alio planè efficaciſſimo. Vel enim voluntas recipiendi abſolutionem, Deum immediatè mouet ſimul cum ſacramento ad primam gratiam pœnitenti conferendam, vel non immediatè mouet. Item, vel prima gratia in ſubiecto prærequiſita ad ſacramentum viuorum ex. gr. ad Ordinem, ſimul cum iſto Deum immediatè, ac moraliter mouet ad ſecundæ gratiæ collationem, vel non. Si mouet, pertinebit, ac ingredietur ſacramenti eſſentiam, quo nihil vel ex priori conſequentius, vel in ſe falſius. Si non mouet: Ergo neque viatoris ſtatus. Nam quemadmodum hic, ſic etiam illæ ex Dei placito requiruntur ad gratiæ collationem: ſed illæ ob hanc rationem Deum non mouent: Ergo nec ille: vel ſi ille mouet, etiam iſtæ.

95\. *Id negatum in Conſecrante Euchariſtiam.*

Tertium eiuſdem Autoris pronunciatum eſt, ſtatum Viatoris miniſtri conficientis Euchariſtiam non influere in gratiam, quam Euchariſtia confert. Quia licet in miniſtro integret poteſtatem Euchariſtiæ cõficiẽdæ, Deumque proximè moueat ad ibi conſtituendum Chriſti corpus, & ſanguinem; non tamen integrat in Euchariſtia virtutem conferendæ gratiæ, nec Deum proximè determinat ad iſtam conferendam.

Sed prorſus citra conſequentiam.

Iſtud placitum in ſe quidem verum eſt; quoniam Euchariſtiæ ſacramentum nihil re ipsâ includit, quod ſit actus, aut actio, vel ſtatus miniſtri ipſum conficientis, vt ex ſect. præcedente §. poſtremo conſpici poteſt: in illo tamen Doctore placitum id non eſt conſequens. Etenim apud illũ verba cõſecrationis, quæ propriè verba illius miniſtri ſunt, eſſentiam Euchariſtiæ ingrediuntur: At non ingrediuntur, vt verba beati, nec vt verba abſtrahentis à beato, & viatore, ſed determinatè, vt verba viatoris: Ergo vt verba viatoris ingrediuntur eſſentiã Euchariſtiæ, ac proinde ſtatus viatoris eã ingreditur.

Aliter

Digitized by Google

Aliter id ipſum ediſſero. Quia verbis illis ſacramento eſſentialibus, eſſentialis eſſe dicitur miniſtri loquentis intentio; vt ſect. 2. latiùs proſequebar: non intentio miniſtri, niſi viatoris: Ergo viatoris ſtatus, iuxta illam ſententiam, neceſſe eſt conſtituatur ſacramento Euchariſtico, ſeu permanenti eſſentialis, & conſequenter integrans, ex Dei inſtitutione, in illo ſacramento virtutem gratiæ productiuam. Virtus enim productiua, & gratiæ cauſa integra, eſt integrum ſacramentum: ſed iſtud integrare dicitur viatoris ſtatus: Ergo conſequenter dici debet integrare virtutem, & cauſam moralem, gratiæ productiuam, non minùs ſcilicet, quàm in aliis ſacramentis illam integrare dicitur. Quod verò Lugus ait, miniſtri intentionem, licet alia ſacramenta componat intrinſecè, tamen ad Euchariſtiam extrinſecè dumtaxat requiri, vt ponat partes ſacramento intrinſecas, id inquam refutauimus ſupra.

At inquit Doctor. Intentio ſecundùm ſe non conſtituit Euchariſtiam in ratione ſigni ſenſibilis, nec ipſa ſentitur, niſi per verba: Non ergo conſtituit Euchariſtiam in ratione ſigni ſenſibilis. Sed contra: quia coniunctum ex Chriſti ſubſtantia, & ſpeciebus, autore Lugo, non eſt ſignum ſenſibile gratiæ, niſi per verba: Sed hæc in ratione verborum ſacramentalium conſtituuntur eſſentialiter per intentionem: Ergo & ſacramentum Euchariſticum in ratione ſigni ſenſibiliter ſignificantis gratiam, per ipſam intentionem conſtituitur.

Eſt in eiuſdem autoris, & communiore ſententia pariſſimum exemplum in dolore, qui dicitur intrinſecè, ac eſſentialiter ſacramentum pœnitentiæ, ac proinde ratione ſigni ſenſibiliter ſignificantis gratiam. Neque enim internus dolor ſentitur, niſi per verba: cum his tamen conſtituit pœnitentiam in ratione ſigni ſignificantis ſenſibiliter gratiam. Et quidem magis pertinet ad rationem verborum intentio ſignificandi, quam ad rationem confeſſionis dolor: Iſte vero per confeſſionem factus ſenſibilis, conſtituit Pœnitentiam in ratione talis ſacramenti, ac proinde in ratione talis ſigni ſenſibiliter ſignificantis, ac proinde in ratione taliter cauſantis gratiam.

§. II.

Eorum effectuum cauſa eſt immediata miniſter ſacramentorum tranſeuntium, non permanentis.

96. Cauſalitas phyſica purè eſt via phyſicè.

INter cauſalitatem phyſicam, & moralem; hoc intereſt: quòd cauſalitas phyſica eſt purè via, non includens phyſicum terminũ, ex. gr. actio, & paſſio prædicamẽtalis. Quia cauſalitas phyſica eſt, per quã cauſa phyſica terminũ phyſicè cauſat iſtũ verò cauſa efficiẽs cauſat phyſicè per puram viam phyſicæ actionis, & cauſa materialis per purã viam phyſicam paſſionis. At verò cauſalitas moralis non eſt actio, vel via purè phyſica, ſed opus integrũ à cauſa morali productũ, vt oratio, meritũ, præceptũ. Dicitur enim cauſa, & cauſalitas moralis, per quandam ſimilitudinem, & proportionem cum phyſica: proinde, ſicut cauſalitas phyſica eſt, ex qua immediatè ſequitur effectus phyſicus; ita cauſalitas moralis eſt illa, ex qua immediatè ſequitur effectus moralis. Et talis eſt ex. gr. oratio, qua iuſtus à Deo impetrat peccati remiſſionem, quæ eſt liber Dei actus.

Moralis terminum phyſicum includit.

S. THOM. Q. L X.

Duplex genus actionis inſtrumentariæ, tũ phyſicæ, tum moralis.

Porrò, ſicut eſt duplex cauſa inſtrumentalis phyſica; vna, quæ influit in effectũ, non recipiẽdo in ſe vim aliquam phyſicam cũ illo proportionatam, quo pacto ſpecies viſibiles in ipſam viſionẽ ocularem influit, altera quæ concurrit ad effectũ recipiendo priùs in ſe virtutẽ cũ illo proportionatam, & ita creatus intellectus, recepto priùs gloriæ lumine, influit in clarã Dei viſionem. Ad hunc, inquam, modum gemina diſtinguenda eſt actio cauſæ inſtrumẽtalis moralis, prior, quæ neque ex ſe eſt proportionata effectui, nec in ſe recipit virtutẽ ſuperadditam, quæ cũ ipſo proportionetur; & tales ſunt preces hominis plebeii à Rege obtinentis reuocationem ſententiæ capitalis: poſterior, quæ licet ex ſe proportionem cum effectu non habeat, aliunde tamen virtutem recipit cum illo proportionatam, cuiuſmodi eſt actio, qua vilis aliquis ſatelles, viro principi, poſt cædem patratam, fugienti diceret, *ſiſte gradum*, *Tengale al Rey*: Præſertim, ſi Rex inſtituiſſet, vt hæc verba in iis euentibus regiam ipſam voluntatem inuoluerent. Talis enim actio, vel iuſſio, prout ab illa perſona fluens, virtutem, & proportionem non haberet ad virum principem ſiſtendum: eam tamen vim acciperet à Rege, qui verbis illis ſuam autoritatem, voluntatemque adiunxiſſet, cum eiuſmodi effectu proportionatam.

97. Miniſter ſacramenti tranſeuntis, cauſa immediata effectuũ illius.

Pronuncio, miniſtrum ſacramenti tranſeuntis, eſſe cauſam effectuum illius inſtrumentalem proximam, ſiue immediatam. Docuit hanc ſententiam Vaſquez Diſp. 135. numero 56 inquiens, non ita eſſe capiendam, quaſi miniſter ex æquo cum ſacramento concurrat, & miniſter, ac ſacramentum ſint duo inſtrumenta diuerſa, ſed ex miniſtro, & ſacramento vnum inſtrumentum conficiatur, ſicut ex ſerra, & eius motu, ita ſcilicet, vt ſacramentum ſit actio præuia miniſtri, ratione cuius miniſter ſe habet inſtar phyſici, & naturalis inſtrumenti, & per quam ipſe impetrat à Deo effectum: ſicut humanitas Chriſti, aut tactus, aut verbum ipſius ad ſanandum, non erant duo inſtrumenta, ſed vnum cum ſua præuia operatione. Hac enim ratione, & oratione probat ſuam ſententiam Vaſquez, & alij complures Recentiorum.

Non id rectè à Vaſquez probatum.

Mihi non arridet hæc probatio: Quia non aptè comparat; vel potiùs æquiparat miniſtrum, & eius actionem, cum inſtrumento, & eius præuia operatione. Vel enim agit de inſtrumento phyſico, & iſtud non habet actionem præuiam, vt ſpecies viſiua ad viſionem; vel de inſtrumento artificiali, & nec iſtud habet operationem præuiam actioni ſecandi, ſed impulſum in ſe præuiè receptum, quorum ſimile hic nihil inueniens, vt ſileam artificem; qui ſerram impellit, cauſam eſſe principalem ſciſſionis, & qui mouet calamum, cauſam eſſe principalem ſcriptionis: & proinde fieri ex doctrina Patris Vaſquez, miniſtrum, cuius actio eſt ſacramentum, cauſam eſſe principalem effectuum illius, quòd eſt dictu nefas. Vel tandem agit de inſtrumento morali: & neque iſtud eget ſemper præuiâ operatione, nam poteſt ipſum in operatione morali conſiſtere, vt conſiſtit ſacramentum tranſiens, & ſimiliter deprecatio, & quodlibet opus meritorium.

Præterea miniſtri Baptiſmi v. gr. vel confirmationis

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

mationis, in eius eſſentiali miniſtratione non orat deum, vt gratiam cõferat: imò quãuis gratiam ſubiecto nõ cupiat, eam inducet. Nõ ergo rectè dicitur, eam actione ſua ſacramentali impetrare. Sic ceſſat exẽplum humanitatis Chriſti, ſeu verbo ægrum ſanantis, ſeu tactu mortuum excitantis: nam illæ corporales actiones, ſi formaliter ſpectentur, preces quædã erant, à Chriſti ſanctiſſima humanitate dignificatæ, ac proinde illam ipſam inuoluentes, & cum illa vnam cauſam, ſeu principalem, ſeu inſtrumentalẽ conſtituentes. Actio verò miniſtrandi Baptiſmum, nec miniſtrum, nec eius ſanctitatem inuoluit: Quomodo ergo cum ipſo vnam cauſam moralem inſtrumentalem conſtituit.

98. Propria id ratione cõprobo.

Ego aſſertionem hac ratione fulcio. Moralis actio miniſtri ſacramenti tranſeuntis, immediatè attingit, ac inducit moraliter gratiã: Ergo eiuſmodi miniſter cauſa eſt immediata gratiæ. Antecedens probatur ex n. 74. quia totum ſacramentum tranſiens, ex. gr. abſolutio, eſt quædam moralis actio, per quam ſacramenti miniſter moraliter operatur: ſed eiuſmodi ſacramentum immediatè attingit, & inducit moraliter gratiam: Ergo & actio miniſtrantis ſacramentum tranſiens, immediatè attingit, & inducit moraliter gratiam; quod fuit enthymematis antecedens.

Inde verò fieri, vt miniſter immediatè attingat, & inducat morali inductione gratiam, vt conſequentia intendebat, liquet. Nam agens phyſicum ideo terminum immediatè attingit phyſicè, quia illum attingit, & inducit phyſicè actio ipſius phyſica: Ergo agens morale, qualis eſt ſacramenti miniſter, immediatè attingit, & inducit gratiam, quam eius actio moralis immediatè inducit, & moraliter immediatè cauſat. Confirmo, quia cauſalitas medians inter cauſam, & effectum, minimè prohibet, ne cauſa iſtum immediatè cauſet; imò, quia vtrique immediata eſt, facit vt cauſet immediatè: ſubiectum enim, media paſſione recipit formam, agens media actione, producit terminum & tamen agens, & ſubiectum immediatè cauſant. Ideo quoque materia immediatè vnitur cum forma, & forma cum materia, quia vniuntur vnione ambabus immediata.

Exemplo id ipſum illuſtro & firmo.

Addo huic probationi clariſſimum exemplum. Miniſter Euchariſtici ſacrificij cauſa eſt immediata Euchariſtici ſacramenti; quia ſcilicet eſt cauſa immediata verborum conſecrationis, quæ ſunt actio moralis, & immediata effectio illius ſacramenti: Cùm igitur ſacramentum quodlibet tranſiens, ſit moralis actio ipſius miniſtri, & immediatè cauſans, & inducens morali modo gratiam; conſequens eſt, vt ſacramenti tranſeuntis miniſter, cauſa etiã moralis immediata ſit eiuſdem gratiæ; & proinde etiam characteris, quem tria è ſacramentis tranſeuntibus imprimunt.

Hinc eandem rationem ita declaro: Illa eſt cauſa moralis immediata gratiæ, cuius opere, ſiue operatione morali Deus immediatè mouetur ad gratiam tribuendam: ſed Deus opere, ſiue operatione morali miniſtri ſacramenti tranſeuntis immediatè mouetur ad gratiam tribuendam. Ergo eiuſmodi ſacramenti miniſter cauſa eſt moralis immediata ipſius gratiæ. Maior claret; nam agere moraliter, & cauſare moraliter rem aliquam, non aliud eſt, quàm aliquid ponere, quod poſitum ſe ipſo illam inducat; proinde cauſare moraliter immediatè gratiam, erit ponere opus, quod ſe ipſo inducat moraliter ipſius gratiæ collationem: ſed ſacramentum tranſiens, quod eſt miniſtri opus, & moralis actio ſe ipſo illam inducit. Ergo eſt illius cauſa moralis immediata.

Nec obſtat quòd Deus ad gratiam concedẽdam, ſeu conferendam non moueatur actione illa morali miniſtri prout ſolũ habente entitatem, & moralitatẽ à miniſtro productã, & deriuatam, ſed prout habente ſuperadditam ſacramentalẽ formam, nempe ipſam Chriſti voluntatem. Hoc, inquam, non obſtat, quin mi- 74.
niſter proxima ſit cauſa reſpectu gratiæ: quia non obſtat, quin abſolutè ſit cauſa proxima, & immediata moralis reſpectu ſacramenti tanquã moralis actionis, ſecundũ totum id, quod ſacramentum dicit phyſicũ, & morale in recto: eſto non ſecundùm id, quod dicit ſupernaturale in obliquo. Nam etiam vilis lictor cauſa eſt immediatè ſiſtens virum principem, patrata cæde fugientem, ſiſtens inquam verbo illo: *ſiſte gradum* etiam ſi non ſiſtat verbo illo, vt præciſè à ſe prolato, ſed vt regiam ipſam voluntatem, ſeu iuſſionem inuoluente: quòd eſt exemplum pariſſimum, ideoq; præmiſſum, & explicatũ n. 96.

Nec item obſtat, quòd moralem illam miniſtri actionem, etiam, vt Chriſti volitione informatam, nẽpe integrum ſacramentum tranſiẽs, ex g. abſolutionem, immediatè conſequatur in Dei voluntate volitio dandi gratiam; & poſt hanc volitionem ſequatur gratiæ productio. Nec iſtud, inquam, obſtat, quin miniſter immediatè gratiam cauſet: Tum quia, ſi obſtaret, etiã obſtaret, ne ſacramentum immediatè illam induceret, cum priùs inducat volitionem: Tum etiam, & à priori; quia gratia, & volitio illam conferendi, & phyſica eiuſdem collatio, licet phyſicè differant, moraliter tamen ſunt idem effectus, de quo hic ſolo diſſerimus: & hinc aſſertionem roboramus. Etenim moralis actio miniſtri, quæ eſt ipſum ſacramentum tranſiens, immediatè inducit hunc effectum voluntarium, & liberum: Ergo miniſter, qui tali actione operatur, immediatè inducit eum effectum. Alioqui nec ſacerdos eſſet cauſa moralis immediata venerabilis ſacramenti: nec eſſet alia cauſa moralis immediata effectuum Dei, præter ipſam diuinam, & increatam voluntatem.

Miniſter Euchariſtiæ, nõ immediatè cauſat effectum eius.

Altera tituli pars, quæ negat miniſtrum ſacramenti phyſicè permanentis ſiue Euchariſtici, cauſam eſſe moralem immediatam gratiæ, conſtat. Nam vel eſt ſermo de miniſtro merè conſecrante Euchariſtiam, vel de miniſtro illam exhibente, & porrigente: Neuter eſt cauſa gratiæ, vt ſectione ſuperiore §. 1. fusè confirmatum fuit. Ergo neuter eſt gratiæ cauſa proxima, ſiue immediata. Et ratio proxima eſt, quia ſacramentum Euchariſtiæ non eſt moralis actio miniſtri; proinde miniſter per illam non agit moraliter in gratiam, & ideo nec immediatè agit.

Miniſterium ſacramenti tranſeuntis nobiliſſimũ.

Hinc elucet nobilitas miniſterij ſacramentorum tranſeuntium, quod reuera eſt moralis productio, & collatio ſanctificantis gratiæ; & proinde in ſacramentis mortuorum iuſtificatio, in ſacramentis viuorum, iuſtificationis augmentatio. Itidem cernitur, quàm verè ſacerdos dicat: *Ego te abſoluo*, vel *ſis abſolutus*: nam eiuſmodi verba ſic inuoluunt diuinam voluntatem abſolutricem, atque illa, quæ lictor principi dicit; *Siſte gradum* continent regiam

gitized by Google

regiam voluntatem, & iuſſionem, vt ita dicam, ſiſtricem, ſeu cuiuſuis ſubditorum detentricem.

Inde tamen claret, hanc miniſterij dignitatem, & verborum eiuſmodi veritatem, non conſtare apud Autores tribuentes ſacramentis influxum in gratiam phyſicum, & negantes moralem. Neque enim ſacramentum, aut miniſter apud illos autores producit gratiam poteſtate, vt ita dicam, autoritatis, vel dignitatis; ſed potentiâ obedientiali, quæ par eſt in lapide, & ligno, atque in ſacramento, proinde non inuoluit, nec includit, niſi nudam entitatem ablutionis v. gr. & ſoni verbalis: proinde miniſter quatenus mere phyſicè agit, non agit autoritatiuè, ſed ſicut lapis, aut lignum agerent per ſe, & per ſuas proprietates, ſi obedientialiter gratiam producerent. At verba illa *Te abſoluo*, modum ſonant agendi nobiliorem, & verè moralem.

SECTIO VI.

An qui miniſtrat ſacramentum in mortali peccet mortaliter.

Sacramentorũ miniſter alter conſecratus, alter non.

AD quædam miniſtranda ſacramenta deſtinatur, & conſecratur miniſter ſpeciali conſecratione; v. gr. ad conferendam confirmationem, & ſacramentum Ordinis deſtinatur quis conſecratione in Epiſcopum, ad conficiendam Euchariſtiam, abſolutionem, & vnctionem, conſecratione in ſacerdotem. Ad reliqua duo ſacramenta non requiritur in miniſtro ſpecialis conſecratio: ſiquidem laïcus, validè baptizat, & matrimonij ſacramentum validè conficit, & ſibi ipſe validè miniſtrat. Hinc ſolet hac in quæſtione diſtingui duplex ſacramenti miniſter, vnus ad ſacramentum adminiſtrandum ſpecialiter conſecratus, alter non ſpecialiter conſecratus.

99. Vterque vel mere conficit, vel mere applicat, vel vtrumque facit.

Diſtinguendi etiam ſunt tres modi, quibus adminiſtratur ſacramentum. Primus mere efficiendo ſacramentum ipſum, vt cum ſacerdos Euchariſtiam conſecrat, dum nec ſibi, nec aliis porrigit; Alter merè conferendo, vt cum Euchariſtiam antea confectam, & conſecratam ſumendam porrigimus: Tertius conficiendo ſimul, & conferendo, ita, vt ipſa confectio ſit propriè collatio, vt contingit in Baptiſmo, & cæteris ſacramentis tranſeuntibus: non autem in permanenti, ſiue Euchariſtico, nam eius confectio, & collatio totaliter inter ſe differunt, & tempore, loco, ac perſonis plerumque ſeparantur. Hæc enim hoſtia conſecrata fuit à Sacerdote Ioanne heri, & hodie ſumenda porrigitur Petro à ſacerdote Franciſco. Hinc oritur diſtinctio miniſtri ſacramentum merè conficientis, & ſimul conficientis, & conferentis.

§. I.

Refelluntur aſſerentes, ſolùm ita peccare, qui eſt conſecratus.

Qui cenſeāt ſolum conſecratum, peccare grauiter.

SAnctus Thomas q. 64. art. 6. ad 3. Caietanus ibi 5. *In reſponſione ad primum.* Sotus, & Richardus, quos refert & ſequitur Suarez Diſput. 16. ſect. 3. & 4. & Granad. Tract. 5. diſp. 5. n. 6. aiunt peccare mortaliter eum, qui ſacramentum miniſtrat in mortali, ſi ad illud miniſtrandum ſit conſecratus, vt ſi ſacerdos baptizet, abſoluat, extremè vngat, vel Euchariſtiam porrigat; & Epiſcopus aliquid iſtorum præſtet, aut confirmet, aut ordinet: non autem peccare mortaliter, ſi non ſit ad id muneris conſecratus, vt laicus in defectu clerici baptizans, & contrahentes matrimonium, quatenus illud ſacramentũ efficiunt, & ſibi ipſis cōferunt. S. THOM. Q. LX.

Primum iſtorum fundamentum ex iure ſumptum.

Hanc ſententiam refellendam ſuſcipio deſtructione fundamentorum, quibus aſtruitur. Primum ſumi valet ex iure Canonico: Gregorius enim IX. in cap. vlt. de temporibus ordinat. loquens explicitè de Sacerdotibus, & aliis clericis, periurij, vel falſi teſtimonij reis, quorum crimen notorium non eſt, ita inquit: *Si non pœnituerint, monendi ſunt, & ſub interminatione diuini iudicij obteſtandi, vt in teſtimonium ſuæ damnationis, in ſuſceptis etiam Ordinibus non miniſtrent.* Atqui ſacramenta conficere, vel etiam conferre, eſt in ſuſceptis ordinibus miniſtrare: obteſtatio verò ſub interminatione diuini iudicij, planè ſupponit, eos, ſi miniſtrent, grauiter delicturos: Ergo miniſter conſecratus ad ſacramenti miniſtrationem, grauiter peccat, ſi miniſtret in mortali; ſecus verò, ſi non ſit ad munus iſtud conſecratus, quia Pontifex de ſolis clericis agit. Idem Pontifex in cap. vlt. de cohabitat. cleric. & mulier. pariter reſpondet, clericos concubinarios, quorum crimen notorium non eſt, non eſſe in diuinis Officiis vitandos, *etſi quemlibet*, inquit Pontifex, *pro mortali peccato, quoad ſe ipſum conſtet eſſe ſuſpenſum.*

Refellitur ab incredibili.

Sed contra, quia duriſſima res videtur, & prorſus incredibilis, quod Hoſtiarius; ſi peccato mortali infectus miniſtret in ſuo ordine, claudens, vel aperiens templi valuas, mortaliter peccet: idemque eſt de Acolytho deferente cereum, de exorciſta exorcizante energumenum, de lectore munus ſuum obeunte, & de Foſſario, qui olim erat ſpecialis clericorum Ordo, ſepulturam excauante, aut defuncto terram iniiciente: & de Cuſtode Martyrum, qui etiam ſpecialem Ordinem clericalem olim cōſtituebat, ad ſepulcra martyrum agente excubias, vel aliter eorum reliquias cuſtodiente. Mitto, inde etiam fieri, vt Diaconus ſolemniter cantans Euangelium, & ſubdiaconus epiſtolam in mortali, peccet mortaliter; hoc enim plures DD. non ducunt abſurdum. Illa ſolum exempla, quæ pertinent ad Ordines minores, qui verè clericales ſunt, conſultiſſimè intulimus; quia vix cenſemus fore quempiam, cui non videantur abſurda.

Video, reſponderi poſſe, nomine clericorum non hîc intelligi clericos minorum ordinum, ſed maiorũ, vt ſacerdotes, Diaconos, & ſubdiaconos, qui per Antonomaſiam clerici vocatur. Iſtos autem peccare tunc mortaliter, ſi in mortali miniſtrent, quia tenebantur in miſſa cōmunicare iuxta Canonem 9. Apoſtolorum, quem citat, & renouat Anacletus Papa epiſtola 1. c. 2. relatus in c. *Epiſcopus*, de conſect. diſt. 1. & ſic tandem reſpondet Lugus diſp. 8. n. 147 in fine. Sed contra, quia lex illa Anacleti ſolùm loquitur de miniſtris aſſiſtentibus Epiſcopo ſacrificanti in diebus ſolemnibus: quòd ſi ageret de quibuſuis miniſtris, vel etiam ſolo Diacono, & Subdiacono aſſiſtentibus cuilibet ſacerdoti ſacrum facienti, non vigebat tempore Greg. IX. nempe circa annum Chriſti 1227.

Quocirca reſpondeo, neutro in loco, Pontificē, verbis, quæ Aduerſarij proferunt, loqui vt 100.

S. THOM. Q. L X. Et quia Pōtifex non ibi loquitur vt Pontifex. Pontificem, quia de illo non fuerat conſultus. Etenim in priore Canone ſolùm ex eo quæſitum erat num ſacerdos, & alij clerici, qui adulterij, vel homicidij, vel periurij, vel falſi teſtimonij crimen incurriſſent, arcendi eſſent ab exercitio ſuſceptorum Ordinum, & à receptione vlteriorum.

Reſpondet autem Pontifex per diſtinctionem. Vel ſunt notorij, vel non: ſi notorij non ſunt (exceptis homicidis) arceri non debent: cuius diſtinctionis alterum membrum ibi ſubintellectum, eſt, ſi notorij ſunt, arceri debent. Et ita propoſitæ quæſtioni plenè, & vt Pontifex ſatisfacit. Vnde, quod addit, illos, qui notorij non ſunt, ſi non pœnituerint, monendos eſſe, & ſub diſtrictione diuini iudicij obteſtandos, vt non miniſtrent, non addit, vt Pontifex, quia de hoc non erat rogatus. Similiter in altero Canone quæſitum ex ipſo fuerat, num eſſent in diuinis officiis vitandi clerici concubinarij, & reſpondet; ſi notorij non ſint, vitandos non eſſe; & (quod ibi ſubintelligitur) ſi notorij ſint, eſſe vitandos. Et ſic pleniſſimè reſpondet.

Illud verò, quod intermiſcet, *etſi quemlibet pro mortali peccato quoad ſe ipſum conſtet eſſe ſuſpenſum*, prorſus eſt extra rem; ac proinde non à Pontifice, vt tali. Quæ verò Pontifices ſuis reſponſionibus immiſcent, ſi propoſitis quæſtionibus neceſſaria non ſint, ea, inquam, non dicere, vt Pontifices, plurimis exemplis confirmaui ſupra Diſputat. 14. num. 14. & 75.

II. fundamētum, quia conſecratus agit Dei miniſtrum. Secundò probant illam ſententiam ratione. Quia miniſter ad ſacramentum miniſtrandum conſecratus, exhibet ſe in illo miniſterio tamquam animatum Dei inſtrumentum ex officio ad eam functionem deputatum: Ergo tenetur ſe conformare agenti principali, vt ſit ſanctus *quoniam ille ſanctus eſt*: Alioqui grauem irreuerentiam committet in Deum principaliter operantem. Debet etiam conformari ſacramento, quod eſt res ſanctiſſima, & proximum, & immediatum producendæ ſanctitatis inſtrumentum; alioqui irreligioſè illud tractabit, & graui irreuerentiâ afficiet. Hæc autem ratio locum non habet in eo, qui non eſt conſecratus in inſtrumentum: Ergo ille, qui conſecratus eſt, grauiter peccabit, non iſte.

101. Conuellitur, vt infirmum. Ego verò diſcrimen iſtud admittere non poſſum. Nam neque eſt per ſe notum, vt quiſque facilè cernet: Nec ab Aduerſariis probatur autoritate. Tum quia Canones adducti vim non habent, vt iam probaui; Tum etiam, quia ſi vim haberent Canonum, & probarent Clericos ita miniſtrantes peccare mortaliter, non id probarent ex clericali ordine, ſed ex ipſa rei grauitate. Nec demum probatur ratione, imò validè poteſt impugnari. Nam vel miniſter conſecratus indignè miniſtrando peccat mortaliter, quia non ſe conformat agenti principali ſanctiſſimo, vel inſtrumento proximo ſancto, vel vtrique id totum præſtat miniſter non cōſecratus: Ergo vehemēter peccat, vel vterque.

Dices, conſecratum peccare, quia non ſe conformat cauſæ principali ſanctiſſimæ, & inſtrumento proximo ſancto, cum quibus conſecratus cooperatur. Contra primò, quia agere conſecratum, vel addit grauem irreuerentiam in Deum, vel in ſacramentum, vel in conſecrationem. Non in Deum, vel in ſacramentū, vel in conſecrationē, non in Deū, vel in ſacramentū, quia miniſter cōſecratus in peccato miniſtrans, ſi cætera ſint paria, minùs peccat, quàm non conſecratus; ipsâ enim conſecratione eſt magis idoneus: vnde, ſi ſacerdos, & laicus eſſent in peccato, & alter eſſet repente baptizaturus puerum moribundum, ſacerdos deberet baptizare: quia licet ambo ſint in peccato, & malè diſpoſiti, ſacerdos tamen diſpoſitione laicum excedit, quia conſecratus.

Sed inquies: Conſecratus in peccato miniſtrans, miniſtrat ex officio, & tamquam miniſter publicus cauſæ principalis ſanctiſſimæ: at iſtum in peccato agere, eſt iniuria grauis tum Dei, tum ipſius actionis. Contra, quia licet quis non ſit conſecratus, ſi baptizet, æquè eſt inſtrumentum Dei cauſæ principalis, & in actionem ſanctificatricem, ac ille, qui eſt conſecratus. Imò, qui non eſt conſecratus, maiorem videtur irreuerentiam committere; quia licet ambo miniſtrent parùm inſtructi, minùs tamen inſtructus miniſtrat is, qui conſecratus non eſt, quam is, qui eſt conſecratus.

Occurres tandem, illum qui conſecrationem habet, peccare, quia non ſe conformat conſecrationi in vſu eius. Contra, quia conſecratio, quam habet non eſt aliud, quam quoddam ſacramentum, verbi gratia Ordo: Ergo ſi ordinatus in peccato baptizans peccat mortaliter, quia non ſe conformat conſecrationi, quam habet, ideo peccat, quia non ſe conformat ſacramento, quod habet: Ergo etiam peccat, quia non ſe conformat ſacramento, quod ipſe efficit, & gratiæ, quam producit, & agenti principali Deo, cum quo producit: ſed hæc tria cadunt in miniſtrum etiam non conſecratum: Ergo vel iſte grauiter, peccat indignè miniſtrando, vel ille grauiter non peccat: aut ſi conſecratus peccat grauiter, etiam grauiter peccat, qui conſecratione caret. 102.

Si enim non ſe conformare Deo principali agenti, & vni ſacramento, ſiue, inſtrumento ſanctitatis, & ipſi productioni gratiæ; ſi hæc, inquam, triplex difformitas non eſt mortalis, vt in miniſtro non conſecrato fateris; ſanè ſola difformitas cum ſacramento, non eſt peccatum mortale; alioqui miniſter conſecratus non ideo peccaret grauiter quia non ſe conformat principali agenti, vt paſſim Aduerſarij loquuntur. Si ergo nec tres illæ difformitates ſimul ſufficiunt ad culpam mortalem; nec iſta quarta ſola ſufficit; liberè profectò, & ſine fundamento dicetur, iſtam cum illis ſufficere. Cùm enim in illis tribus difformitatibus ſit vna ad vnum ſacramentum, iſta quarta ſolum eſt difformitas ad alterum quæ vel non addit malitiam ſpecie, ſed numero diſtinctam, vel ſi addit ſpecie diſtinctam, non grauem, ſed leuem. Nam cùm difformitas ad Deum, ad gratiam, & ad vnum ſacramentum, non cōſtituat malitiam mortalem; cur eam conſtituet difformitas ad Deum, ad gratiam, & ad duplex ſacramentum?

Tertiò diſputo, quia neque hâc viâ conſequuntur Aduerſarij finem, quem intendunt; nempe, vt fidelis contrahens matrimonium in mortali, non peccet duplici peccato, vno, indignæ adminiſtrationis, & altero indignæ receptionis; itemque, vt laicus in mortali baptizans, non peccet mortaliter: Ergo fruſtrà diſtinguunt inter miniſtrum conſecratum, & non conſecratum. Antecedens oſtendo. Quia vel agunt de conſecratione requiſitâ in miniſtro 103. Nec Aduerſarij vitant duplex peccatum contrahentis matrimoniū in peccato.

Digitized by Google

ſtro ad valorem ſacramenti, vt eſt ſacerdotium ad validè abſoluendum: vel etiam de non requiſita, ſed maximè idonea, vt eſt ſacerdotium ad baptizandum. Si agunt de conſecratione requiſita ad miniſterij valorem: Ergo fidelis in mortali contrahens matrimonium, peccat mortaliter, non ſolùm peccato indignæ receptionis, ſed etiam indignæ adminiſtrationis. Habet enim conſecrationem, nempe Baptiſmum, & eius characterem, eſſentialiter requiſitos, non ſolùm ad matrimonij ſacramentum validè recipiendum, ſed etiam ad validè miniſtrandum.

104. Ideo namque baptizatus cum non baptizata contrahens, non recipit ſacramentum, quia deberet iſtud partialiter effici à non baptizata: hæc verò nequit ſacramentum illud efficere. Si verò agunt de conſecratione non eſſentialiter requiſita ad ſacramenti valorem, quæ maior abſurditas, quam aſſerere, presbyterum peccare grauiter, ſi baptizet in mortali, quia conſecratus eſt, & laicum non peccare, quia conſecratus non eſt? Eſt enim, aſſerere, neutrum quidem peccare grauiter, eò quod non ſe conformet agenti principali ſanctitatis, inſtrumento proximo ſanctitatis, & ipſi effectui ſanctitatis; quæ in illo miniſterio ſe habent omnino per ſe: ſacerdotem verò peccare, quia non ſe conformat conſecrationi, quæ ad illius miniſterij valorem ſe habet omnino per accidens.

105. Aduerſariorum inconſequentia duplex. Addo primò, non poſſe in hac ſententia conſequenter agi. Debet enim dici, & reuerà dicitur cum S. Thoma. q. 64. ar. 6. ad 3. ſacerdos, & laicus in mortali baptizans moribundum, non peccare mortaliter, & dicitur ita peccare, ſi Euchariſtiam exiſtens in mortali, moribundo miniſtret ſacerdos, non verò laicus: vt videre eſt in Suarez, partim loco citato, partim Diſp. 42. ſect. 3. §. *ſed obiicies*, à medio. Si enim ſacerdos, vt cum S. Thoma docent, miniſtrans Baptiſmum moribundo, non ſe gerit, vt miniſter Eccleſiæ, ſed ſuccurrens indigenti, & in hoc æquiparatur laico, qui ſiue Baptiſmum, ſiue Euchariſtiam moribundo tribuat in mortali, non peccat mortaliter; Cur ſacerdos Euchariſtiam ita miniſtrans moribundo, ſe gerit, vt Eccleſiæ miniſter, & non vt egenti ſuccurrens.

106. Altera item ipſorum inconſequētia. Dicitur etiam Diaconus, ſi in mortali exiſtens, ſolemniter aſſiſtat ſacerdoti ſacrum facienti, non peccare mortaliter: Atqui ad munus iſtud conſecratus eſt. Et dicitur peccare mortaliter, ſi ita Euchariſtiam de licentiâ Epiſcopi miniſtret: Atqui ad munus iſtud conſecratus non eſt. At, inquies, miniſtrat ipſam Dei carnem, & ſanguinem. At etiam laicus, dum moribundo defert Euchariſtiam, & tamen in mortali deferens non peccat mortaliter. Dices, non eſt conſecratus ad rē grauiſſimam. Contra primò, quia ſi nec ſufficit conſecratio ſola, nec miniſterium grauiſſimum ſolum, quo fundamento dicitur ſufficere vtrumque ſimul? Vnde id probatur? Quoue fundamento, vt per ſe notum relinquitur? Secundò, miniſterium Diaconi, ad ſacrificium ſolemne aſtantis, grauiſſimum eſt, & ad iſtud eſt ille conſecratus: nec tamen in mortali miniſtrans peccat mortaliter: Ergo illa doctrina conſequēs non eſt. Tertio, qui conſecratus non eſt, & tamē in mortali miniſtrat, indecētius, & irreuerentiùs miniſtrat, quàm conſecratus; quia cum minore diſpoſitione, vt n. 101. iam expoſui: proinde ex hoc etiam capite doctrina illa cohærentiam deſiderat.

S. THOM. Q. L X.

107. Nec vulgare incommodū. Addo rurſus, fieri ex hac ſententia, vt ſi quis abſque peculiari conſecratione acciperet poteſtatem conficiendi Euchariſtiam, & non recipiendi; eum non peccaturum mortaliter, licet in mortali conſecraret. Imò, ſi fœmina phyſicè concurſura eſſet ad incarnationem, nō peccaturam mortaliter, ſi in mortali concurreret, quia ſcilicet non haberet ad hoc munus ſpecialem conſecrationem. Conſequens autem eſt planè abſurdum.

§. III.

Mortale eſt in mortali ſacramentum conficere.

108. Mortale eſt in mortali ſacramentū efficere. PEccare mortaliter miniſtrum quemlibet, ſiue conſecratum, ſiue non conſecratum, ſi ſacramentum in mortali conficiat, verbi gratia ſi baptizet, vel confirmet, vel Euchariſtiam conſecret &c. expreſsè aſſeritur à Vaſquez Diſp. 136. cap. 2. & 3. Baſilio Poncio Leginenſi, lib. 1. de matrim. cap. 8. num. 11. Ledeſma de matrim. q. 42. art. 3. ad vltim. Nauarro in cap. 1. de Pœnit. diſt. 6. §. *Sacerdos*, & nouiſſimè à Lugo diſp. 8. num. 149. quorum plerique rectè probant, nonnulla teſtimonia, quæ in probationem afferuntur, eſſe inefficacia, quæ, & nos ideo prætermittimus.

109. Non rectè id ex Nicolao I. probatur. Probet verò fortè quiſpiā ex Nicolao Papa Primo ad conſulta Bulgarorum c. 14 & 15. Cū enim Græcus homo presbyterum ſe finxiſſet, & multos baptizaſſet, conſulitur Nicolaus, vtrum homines illi, qui hoc ab illo Baptiſma receperunt, Chriſtiani ſint, an iterum baptizari debeant. Reſpondet autem, ſi materiam, & formam ſolitam ille adhibuit, Chriſtianos eſſe, quia Chriſtus eſt principaliter baptizans.

110. Habentur hæc Reſpōſa in Tom. 3. Conciliorū. *Et ideo* (ſubdit Pontifex) *malus bona miniſtrando, non aliis, ſed ſibi detrimenti cumulum ingerit.*

Sed hîc nihil video roboris, nam & reponſio Pontificia ſtat integra ſine his verbis, *ſed ſibi*; ſolùm enim quæſtio erat, num ille Baptiſmus validus eſſet: ad quam cumulatè reſponderat Pontifex dicens, validum eſſe, & ſuſcipienti non nocuiſſe; num autem miniſtro nocuiſſet, extra rem erat. Vt ſileam, rationem iſtam aptatam euentui propoſito, eſſe claram, quia laicum ficta ſacerdotij dignitate baptizare, manifeſtè mortale eſt, & hic non agimus, niſi de eo, cui defectu dignitatis non prohibetur miniſtrare? Si verò ratio illa vniuerſaliter accipiatur, vel intelligitur de omni malo, & ſic malus vrgente neceſſitate miniſtrans, etiam ſibi nocebit, quod eſt abſurdum, vel intelligitur de malè miniſtrante, & eſt ridicula ratio, nimirum illicitè miniſtrantem ſibi nocere, & quæſtio ſupereſt, num in mortali exiſtens, illicitè miniſtret.

Plerique probant ex eodem Nicolao in eiſdem reſponſis, cap. 71. dicente: *Quoniam mali, bona miniſtrando, ſe tantummodò lædunt.* Sed hi DD hoc teſtimonio ſe ipſos læduntagit enim Pontifex de malis Euchariſtiam exhibentibus, & tamen hi DD. cenſent, Euchariſtiam in mortali exhibere, non eſſe mortale, vt nos etiam ſtatim aſſeremus. Dicimus ergo, Nicolaum 111.

Digitized by Google

laïum agere, non de quouis miniſtro malo, ſed de ſacerdote, qui ſiue comprehenſus eſt in adulterio, ſiue de hoc fama ſola repertus eſt. Reſpondet autem Pontifex, non eſſe, cur ab iſto miniſtrante non recipiatur Euchariſtia, quia non hæc à malo miniſtro polluitur. Quod autem addit, *Mali bona miniſtrando ſe tantummodo lædunt*, in primis extra reſponſionem eſt: deinde licet ad eam pertineat, veriſſimum in illo caſu eſt, quia ſacerdotem ita notatum miniſtrare, ſcandalum erat; præſertim autem apud Bulgaros, quibus reſpondet Pontifex: erant enim recens conuerſi ad fidem, & eiuſmodi facto poterant vehementer offendi, & ſcandalum pati. Quæ ratio valde notanda eſt: nam propter eam idem Pontifex in eiſdem reſponſis cap. 7. rogatus, an liceat peccatori, crucem reliquiis ornatam oſculari, vel ſecum geſtare, neutrum permittit, cùm tamen neutrum ſit per ſe inhoneſtum; ſed oportuit neophytis prohiberi, quò plus reuerentiæ erga res ſacras conciperent.

112. Nec item ex Gregor. IX.

P. Vazquez Diſput. 136. cap. 1. num. 12. ſcribit, aſſertionem definitam eſſe in iure canonico, & probat duobus Gregorij IX. teſtimoniis num. 95. repræſentatis. Sed ibidem oſtendimus, nullius eſſe roboris; nunc illud addimus, quod ſi ſolida forent, probarent aduersùs Patrem Vazquez, quemlibet in quolibet ordine miniſtrantem in mortali, peccare mortaliter: nam loquitur apertè, & in propriis terminis Pontifex de ſacerdotibus, & aliis clericis: quod miror non eſſe à Patre Vazquez notatum. Addit Vazquez vnum è teſtimoniis Nicolai I. quæ num. 108. deſcripſi, & inualidum eſſe probaui. Nec locum aliquem in Iure inuenio, qui theſim poſitam firmare queat.

Nec ex loco aliquo Iuris.

113. Rectè ex Auguſtino.

Reor itaque probandam primùm ex Auguſtino lib. 2. contra epiſtolam Parmeniani, cap. 10. circa medium. Aiebant enim Parmenianus, & aſſeclæ, Baptiſmum à miniſtris fictè, id eſt, indignè conferentibus, nullum eſſe; quæritque ex eis Auguſtinus, cur non rebaptizarent illos, quos ſciebant ita baptizatos? & addit. *Si autem dicunt, ſpiritus quidem ſanctus daturis fingentibus deerat iuſtificandis, ſed accepturis credentibus aderat abluendis, per ineffabilem efficaciam potentiæ ſuæ vtrumque valens facere, illos fugare, iſtos fouere, illos culpare, iſtos mundare: quam pro ſe quæſtionem ſoluant, ſimul cernunt ſolutam eſſe pro nobis*. Itaque autore Auguſtino, ſicut ſpiritus ſanctus rectè recipientes ſanctificat, ita malè conferentes culpat.

114. Id verò clariùs tradit paulò poſt, inquiens: *Hoc bene in omnibus talibus quæſtionibus intelligendum admonemus, ſcilicet, quia omnia ſacramenta, cum obſint indignè tractantibus, proſunt tamen per eos dignè ſumentibus.* Idem Auguſtinus in eodem libro 2. cap. 28. in fine regulam iſtam generalem ad baptiſmum applicans, inquit. *Ille verò, qui accipit* (nempe baptiſmum) *ſi homo bonus ab homine malo, ſi fidelis à perfido, ſi pius ab impio perniciosum erit danti, non accipienti. Illud quippe ſanctum, malè vtentem iudicat, benè accipientem ſanctificat.*

115. Et ratione ab ipſo inſinuatâ.

Deinde probandam reor aſſertionem ratione, quam his extremis verbis attigit S. Auguſtinus. Quia ſcilicet is, qui in peccato mortali exiſtens, ſacramentum aliquod efficit, indignè vtitur actione ſanctiſſimâ, qualis eſt ſacramentum ipſum; eſt enim opus ſanctiſſimum ex humanâ, & diuinâ actione compoſitum: eſt totum ad ſanctitatem producendam ordinatum: eſt ipſius ſanctitatis ex opere operato collatiuum: eſtque ipſa actio ſanctitatem moraliter producens, hominemque ſiue peccatorem ſanctificans, ſiue ſanctum ſanctitate augens, eſt actio, per quam Deus, vt cauſa princeps ſanctitatis, & homo, vt illius inſtrumentum, inducit ſanctitatem, & iuſtificationem; quæ eſt, & Dei operatio, & creaturæ cooperatio diuiniſſima, iuxta illud S. Dionyſij Areopag. de Cœleſt. Hierarch. cap. 3. *& quod omnium diuinorum diuiniſſimum eſt, Dei cooperatorem fieri*. Hanc verò cooperationem ſanctiſſimam, & diuiniſſimam in peccato mortali, hoc eſt, mente à Deo alieniſſimâ, & immundiſſimâ exercere, grauis eſt irreuerentia in Deum cauſam præcipuam, & in ipſam operationem ſanctiſſimam. Quæ ratio non minùs procedit in miniſtro non conſecrato ac in miniſtro conſecrato, vt per ſe innoteſcit.

Atque hæc videtur eſſe probatio S. Thomæ. 116.
q. 64. art. 6. *Aliquis in agendo peccat, ex hoc quod operatur non ſecundum quòd oportet*: ſed oportet miniſtros ſacramentorum iuſtos eſſe, quia debent domino conformari: Ergo mali exhibentes ſe miniſtros Dei, & Eccleſiæ in diſpenſatione ſacramentorum, ſine dubio peccant. *Et quia hoc peccatum* (ſubdit S. Doctor) *pertinet ad irreuerentiam Dei, & contaminationem ſacramentorum, quantum eſt ex parte ipſius peccatoris* (licet ſacramenta ſacerdotum ſe ipſa incontaminabilia ſint) *conſequens eſt, quod tale peccatum ex genere ſuo ſit mortale.* Quæ probatio, ſi efficacitatem habet in miniſtro conſecrato, non minorem habet in non conſecrato. Nam iſtius peccatum non minus pertinet, quantum eſt ex parte ſuâ ad contaminationem ſacramenti, quàm peccatum miniſtri conſecrati: imò quodammodò magis, quatenus ſcilicet procedit à miniſtro, qui nec habet conſecrationem conſiſtentem in gratiâ ſanctificante, neque conſiſtentem in ſacramento ad miniſtrandum aliud conſecrante. Quam rationem fuſiùs explicaui n. 99. & 100.

Et à S. Th. vt apparet, propoſi.â.

117. Quare quod S. Thomas in reſponſione ad 3. ait, miniſtrantem baptiſmum in mortali, non peccare mortaliter, non ſatis aſſequor: nam & exhibet ſe Dei miniſtrum; & eius peccatum tendit ex ſe ad ſacramenti contaminationem. Quòd autem non ſe exhibeat miniſtrum Eccleſiæ, ſeu conſecratum, non video, cur illum à culpâ excuſet.

118. Excuſandus tamen eſt, qui ſacramentum neceſſitatis vt baptiſmum, aut pœnitentiam, exiſtens in peccato mortali, miniſtraret moribundo, ita vt moraliter non poſſet conteri, niſi cum periculo, vt ille abſque eiuſmodi ſacramento decederet. Tunc enim in extremâ illius neceſſitate non ſolùm licitè poterit, ſed etiam debebit, omiſſâ contritione, ſacramentum illi miniſtrare; & idem cenſeo de ſacramento extremæ vnctionis, quia probabile eſt, cum ſolâ attritione, exiſtimatâ contritione ſumptum, conferre primam gratiam. Nec obſtat, quod ſtatus gratiæ diuino iure requiratur in miniſtro ad ſacramentum conficiendum: nam arctiore iure diuino requiritur, vt extremè indigenti ſubueniatur, & damnum æternum euitetur: Vnde in hoc periculo non requiritur gratiæ ſtatus. Quippe etiam materialis integritas confeſſionis diuino iure exigitur: ſed quia ius etiam diuinum magis vrgens, obligat

Excuſatur, qui ſacramẽtum neceſſitatis in mortali conficit pro iam iam morienti.

extremè

extremè indigenti ſubuenire, propterea in extrema neceſſitate dimidiari poteſt confeſſio, cuius integritas in illis anguſtiis non obligat.

119. *At quomodo pœnitens in mortali accedit ad Pœnitentiã licitè.* Occurrit obiectio maximè leuis. Conſtat enim ex Tridentino ſeſſ. 14. cap. 4. & nunc Doctores omnes certum eſſe pronunciant, ad ſacramentum pœnitentiæ non requiri contritionem, ſed ſufficere attritionem, eamque ſcitam. Pronunciant pleriqùe Doctores, & inter eos Vaſquez, dolorem ſacramento ſufficientem, ac proinde attritionem, eſſe partem illius ſacramenti eſſentialem; atque adeo cum confeſſione, & abſolutione concurrere efficienter, ſeu phyſicè, ſeu ſolùm moraliter, ad gratiæ productionem, & peccatoris iuſtificationem: & per conſequens pœnitentem peccatorem interuentu ſacramenti concurrere efficienter in gratiam, & eſſe inſtrumentum iuſtificationis. Nunc ſic: Eiuſmodi pœnitens, dum exiſtit in peccato ſcienter concurrens ad gratiam, non peccat mortaliter: Ergo ita concurrere non ſemper eſt mortale.

120. Nec dicas, iſtum ideo non peccare, quia in illo inſtanti phyſico, & reali, in quo influit, iam eſt in gratiâ. Non, inquam, hoc dicas quia prius natura concurrit, quàm ſit in gratia. Prioritas autem naturæ plurimum habet, momenti in eiuſmodi euentibus. Nam indigna Baptiſmi receptio propterea eſt peccatum ſubiiciendum clauibus, quia eſt poſt Baptiſmum, & tamen ſolùm eſt poſterius natura Baptiſmo. Rurſus, cum quis per contritionem iuſtificatur, ideo per contritionem in primo inſtanti non meretur, quia licet in illo inſtanti reali, & phyſico ſit gratus, non tamen prius natura, quam eliciat contritionem. Ergo ſimiliter hic plurimum conducet ad indecentiam. Confirmo, quia concurſus inſtrumentarius illius pœnitentis in gratiam, non procedit ab homine gratiam præhabente: Ergo ab homine, qui tunc non intelligitur eſſe gratus: Ergo ille concurſus eſt prior natura, quàm ſit gratia; & proinde eſt à peccatore. Hic autem non peccat peccato irreuerentiæ contra Deum, aut ſacramentum: Ergo.

121. *Videant, qui cenſent, illũ eſſe ſacramenti cauſã efficientem.* Reſpondeo primò, rationem hanc eſſe difficilem iis, qui dolorem faciunt eſſentialem ſacramenti partem. Conſequenter enim negare debent, aut omnem inſtrumentarium concurſum in gratiam, illicitum eſſe exiſtenti in peccato; contra quam nos, & ipſi docent; aut pœnitentiæ ſacramentum non poſſe non ſolùm licitè, ſed neque validè recipi à peccatore cum attritione ſcita: quia non poteſt eſſe attritio ſcita, dum mortaliter peccatur; eſtque mortale peccatum accedere ad ſacramentum Pœnitentiæ cum attritione ſcita; quæ & eſſent contra Tridentinum, vt ab omnibus Doctoribus admittitur; & ſunt apertè implicantia contradictionem, vt ex dictis facilè deprehenditur. Reſpondeo deinde pœnitentem non concurrere efficienter ad gratiam, quia ſola abſolutio eſt eſſentialis ſacramento, vt ſupra oſtendimus.

§. III.

Non verò iam confectum, in mortali miniſtrare.

122. HÆc aſſertio locum non habet in ſacramentis tranſeuntibus: cum enim in actione, & vſu conſiſtant, eorum confectio ſimul eſt collatio, miniſtratio, ſiue exhibitio. Duntaxat habet locum in Euchariſtiæ ſacramento, quod prius per verba conſecrationis efficitur, & poſtea miniſtratur, quando ſumendum porrigitur. Cùm autem Euchariſtiam in mortali conficere, citra controuerſiam mortale ſit, vt §. ſuperiore conſtitit; controuerſum Doctoribus eſt, an illam in mortali conferre, ſit mortale. Affirmant Suarez Diſp. 16. ſect. 3. tum generaliter in §. *Dico ergo*, tum ſpecialiter id manifeſtè ſupponens in §. *Sed quæret aliquis*, ad ipſum finem; & Diſp. 17. ſect. 4. §. *ad fundamentum*, in fine; & latiùs in Diſput. 72. ſect. 4. §. *Quartò, ex parte.* Valentia Diſput. 3. q. 5. puncto 3. § *Secundò intelligitur.* Coninck q. 64. art. 6. dub. 1. num. 35. Filliucius Tract. 4. num. 271. Petrus de Ochagauia q. 19. num. 8. Villalobos p. 1. Tract. 4. dub. 14. n. 2. & alij tam communiter, vt Granadus Tractat. 5. diſp. 5. n. 12. illis aſſentiens, adiungat, ſibi, præter Vaſquium, non lectos Doctores alios, qui aliter ſentiant. *S. Thom. Q. LX. Euchariſtiã in mortali dare plerique ducunt mortale.*

Cæterum non eſſe graue peccatum, Euchariſtiam in mortali miniſtrare, ſiue ſumendam porrigere, meritò ſentiunt, non ſolum Vaſquez diſp. 116. n. 38. ſed etiam Dominicus Mannus q. 64. art. 6. Diffic. 1. concl. 2. Ledeſma tom. 1. ſummæ cap. 6. diff 1. concluſ. 8. Ioannes de la Cruz in director. Confeſſ part. 1. q. 4. dub. 3 concl. 1. Petrus de la Reyna in ſummula ſacram. Tract. 4. num. 6. Ioannes de Lugo Diſp. 8. n. 155. & probabile exiſtimant Petrus Cabrera q. 64. art. 6. & Franciſcus Siluius ibidem, ſubſcribitque nuper Diana parte 2. Tract. 14. Reſol 21. 123. *Sed alij rectiùs id negant.*

Probatio deducenda eſt ex Doctrinis ſupra confirmatis. Sacramenta enim in mortali conficere, ex eo ſolùm capite mortale eſt, quia eſt efficienter concurrere ad gratiam, & ſanctitatem: ſed Euchariſtiam ſumendam tribuere, non eſt efficienter ad gratiam concurrere: Ergo non eſt peccatum mortale. Maiorem ſtabiliui in duobus §. præcedentibus. Minorem ſuadent prædicti Doctores quia miniſter, dum Euchariſtiam confert, ſolum eſt applicans actiua paſſiuis, ac proinde cauſa moralis non eſt. Hanc tamen rationem latè impugnaui ſect. 3. §. 1. & in proximè ſequentibus veram attuli; quia ſcilicet ille ſolùm eſt moralis cauſa effectuum alterius cauſæ; ex cuius actione immediatè ſequitur illorum productio: ſic enim, qui faces admouet ſegeti, moralis cauſa combuſtionis eſt; & tamen phyſicè ſolùm applicat actiua paſſiuis: At ex ipsâ miniſtri actione Euchariſtiam tribuentis non ſequitur per ſe, ac immediatè productio gratiæ: nam Euchariſtiæ in os acceptio, vel illatio, non eſt ea conditio, vel applicatio, quæ ad Euchariſtiæ effectum requiritur, ſcilicet manducatio, vt ibi latiùs expoſui. 124. *Quia nõ eſt gratiam tribuere, aut efficere.*

Confirmatur à ſimili. Quia ſi dum Chriſtus infans erat, ſciret Hebræus aliquis fore, vt infans ille Deus homo, ſi in domum inſignis peccatoris inferretur, illum iuſtificaret; ipſeque Hebræus in peccato exiſtens infantem illum in vlnas ſublatum in eam domum adduceret, ſanè tali actu non peccaret mortaliter: Ergo miniſter, dum Chriſtum in ora fidelium inducit, vt eis gratiam augeat, licet id præſtet exiſtens in mortali, non peccabit mortaliter. Quod enim aliqui reſpondebunt, iſtum eſſe 125. *Firmatur à ſimili.*

conſecrã

Digitized by Google

conſecratum ad hoc munus, & non illum; hoc, inquam nullius roboris eſſe,& potiùs retorqueri poſſe,demonſtratum eſt in §. 1.huius ſectionis.

126. Itemque ab incommodo. Confirmatur ab incommodo. Nam ex oppoſito fieret, vt miniſter in peccato mortali exiſtens, qui toto matutino tempore ſacram impertiret Euchariſtiam, vt in Paſchate, & in feſtis quamplurimis contingit, tot peccata mortalia committere, quot hoſtias ſumendas tribueret. Quælibet enim eſt integra Euchariſtici ſacramenti miniſtratio, & vt talis prævidetur: Ergo quælibet eſt mortale peccatum: ac proinde iſtud numero tam multiplex, ac hoſtiæ, quas ille miniſter fidelibus tribueret. Video quoſdam tam inſufficienter reſpondere, vt tandem ſuccumbant, & ſequelam admittant cum conſequenti: quod planè duriſſimum eſt; cùmque probabili ratione vitari poſſit, vitandum eſt. Nec ſatisfacies, inquiens, idem deuorandum eſſe in ſacerdote, vel toto die confeſſiones audiente, vel plurimos baptizante: Tum quia hæc, ſi paria ſunt, neceſſariò ab omnibus admitti debent, ideo vitari non poſſunt: Tum præterea, quia paria non ſunt; nam vno die pauciſſimi poſſunt abſolui præ illis, qui communione impertiri;& plurimos vno die baptizari paucis datur, iiſque apoſtolicis, ideoque à tali periculo alienis.

127. Nec nobis aduerſatur Auguſtinus ſupra relatus n. 113. & 114. Obiicies Auguſtinum ſupra num. 113. dicentem, ſacramenta omnia prodeſſe bene recipientibus, & obeſſe, ac nocere miniſtris indignè illa tractantibus. Reſpondeo id eſſe veriſſimum, ſed nobis non opponi, qui aſſerimus, etiam Euchariſtiam ſic nocere, illam in mortali tractantibus, ſicut nocet Baptiſmus, & cætera ſacramenta, nempe indigne tractantibus conficientibus. Si enim cætera ſacramẽta conficere, eſt ea tractare, profectò conficere Euchariſtiam, ipſam tractare eſt. Adde, quòd ſi diceret Auguſtinus, omnia nocere in mortali conferentibus, intelligendus eſſet de Euchariſtiâ, quatenus iſta communiter tribuebatur intra Miſſarum ſolemnia, & conſequenter à miniſtro ipſam recipiente.

128. Nec Euchariſtiæ dignitas. Obiicies cum P. Coninck, Eum, qui ſacram Euchariſtiam præbet ſumendam, miniſtrare corpus ipſum, & ſanguinem Dei. Reſpondeo, miniſtrare quidem, hoc eſt, ori admouere, & in os ingerere; qui motus quidam localis eſt, & non collatiuus ipſius formaliter, hoc eſt quoad fructum. Proinde, ſicut non peccaret mortaliter ſacerdos, qui exiſtens in mortali, loco moueret Euchariſtiam ex vnâ parte ſacrarij ad alteram, etſi moueret corpus, & ſanguinem Dei; cur peccabit mortaliter, iſtam ori aliorum admouens?

SECTIO VII.

Poſſint ne cæteræ functiones miniſtrorum Eccleſiæ in mortali ſine peccato præſtari.

HVius quæſtionis reſolutio non alibi traditur, & ex præcedente, quaſi conſectarium deducitur.

§. I.

Poſſunt omnes aliæ functiones Epiſcopales in mortali citra nouum mortale exerceri.

EX doctrinâ ſuperiori inferimus Primò, Epiſcopum, Abbatem, & quemlibet alium legitimum miniſtrum, ſiue ordinarium, ſiue ex diſpenſatione, minorum Ordinum, non peccare mortaliter, quamuis eos conferat in peccato mortali; ſi minores ordines, quod in Tractatu de Ordine diſceptatur, licet veri Ordines ſint, non ſunt tamen propriè ſacramenta, & proinde gratiam non tribuunt: ideoque miniſter, dum illos confert, non eſt inſtrumentum ad gratiam conferendam. Quare, ſicut eos Ordines in mortali recipiens, non peccat mortaliter iuxta illam opinionem, quia verum ſacramentum non recipit; ita nec eos conferens, quia verum ſacramentum non conficit. 129. Non eſt mortale dare in mortali Ordines minores, ſi tales non ſunt ſacramenta.

Secundò, & à fortiori, inferimus, neque grauiter delinquere Epiſcopum, propterea, quòd mortali peccato infectus benedicat Abbatem, aut Abbatiſſam, aut Eccleſiam benedicat, vel etiam conſecret; Itemque propterea, quòd ſacra ornamenta benedicat, aut conſecret aram, calicem, aut patenam, aut hæc omnia præſtet. Quia nulla iſtarum actionum per ſe neque omnes ſimul ſumptæ, ſunt ſacramentum, aut ſacramenti confectio, aut gratiæ collatio. Proinde neque ipſe Epiſcopus Hoſtienſis grauiter peccaret conſecrando illum, qui iam erat Epiſcopus in ſummum Pontificem; quoniam eiuſmodi conſecratio, ſicut non eſt effectio ſacramenti, ita neque eſt collatio gratiæ. 130. Nec Abbatē aut Eccleſiā benedicere vel conſecrare.

Tertiò inferimus, eum, qui extra gratiæ ſtatum exiſtens, conſecrat Epiſcopum, peccare mortaliter; non vero duos alios, qui conſecranti aſſiſtunt, ſiue ſint Epiſcopi, vt de iure communi eſſe debent, ſiue inferiores dignitates, vt ex priuilegio poſſunt. Ratio prioris partis eſt, quia Epiſcopatus eſt vere, ac propriè ſacramentum, conſiſtens in impoſitione manuum cum illis verbis, *Accipe ſpiritum ſanctum*, per quæ certiſſimum eſt conferri gratiam ex opere operato, vt ex Tridentino conſtat, & alibi probabimus: proinde Epiſcopus Epiſcopum ordinans, ſacramenti, & gratiæ cauſa eſt efficiens: & conſequenter debet id muneris in gratiâ præſtare, idque ſub mortali. Poſterior pars de Aſſiſtentibus probatur; quia non videntur ij eſſe cauſæ efficientes illius Ordinis: Tum quia poſſunt aſſiſtere non Epiſcopi, nec eſt credibile, poſſe iſtos conferre gradum, quem nec formaliter, nec eminenter habent: Tum etiam, quia in Pontificali ſolus ille, cui aſſiſtunt, vocatur Conſecrans, idque frequentiſſimè; quâ de re fuſiùs in Tractatu de Ordine. 131. Eſt vero Epiſcopum in mortali conſecrare, ſint ordinare.

Quartò inferimus cum Vaſq. Diſp. illâ 136. n. 48. & aduersùs Lugũ diſp. 8. n. 156. Epiſcopum conſecrantem Chriſma, vel benedicentẽ oleum infirmorum, in peccato mortali non peccare mortaliter. Quia nec eſt miniſter concurrens ad producendam gratiam ſubſtantialem, vt qui Euchariſtiam conſecrat; neque ad producendam ſanctitatem habitualem, vt qui baptiſmum 132. Non Chriſma, vel oleũ infirmorum conſecrare.

Digitized by Google

baptiſmum exhibet;neque efficit rem affectam virtute producendi ſanctitatem , ſicut ſacerdos Euchariſtiam conſecrans , aut legitimè proferens ſonos iſtos , *Te abſoluo* , quibus ſcilicet adiungit ſacramentalem formam,quæ eſt ſacratiſſimus Chriſti actus,ac potens,ac intendens gratiam inducere.

133. Quippe Epiſcopus Chriſma conſecrans, aut oleum benedicens , ſolùm præparat materiam ſacramentorum remotam , non aliter ; ac ille , qui gelu reſolueret in aquam , iſtamque ex materia inidoneâ redderet materiam remotam idoneam ad baptiſmum conferendum ; & ſicut is , qui liquorem in vuis contentum , ex eis exprimeret , habilitaret illum, efficeretque idoneam materiam Euchariſtiæ non proximam , ſed remotam. Quare , ſicut liquefaciens glaciem , aut exprimens vuarum liquorem in peccato mortali , etiam cum animo poſtea baptizandi illâ aquâ,& conſecrandi eum liquorem , non peccaret mortaliter ; ita nec Epiſcopus in peccato mortali conſecrans Chriſma ad confirmandum,& benedicens oleũ ad extremè vngendum.

134. Opponit Lugus. Etſi per Chriſmatis conſecrationem ,oleique benedictionem non perficitur,& conſummatur ſacramentum ,inchoatur tamen ; quia ſine ſacratione non eſt materia valida: Ergo ſicut Euchariſtiæ conſecratio debet ſub pœnâ peccati mortalis in gratiâ fieri, quia licet tunc ſacramentum non applicetur, ponitur tamen materia proxima ipſius;pari ratione , & obligatione , Chriſmatis conſecratio , & Olei benedictio debet in ſtatu gratiæ exhiberi. Confirmat , quia Chriſmatis conſecratio eſt de eſſentiâ ſacramenti Confirmationis ; & Olei benedictio de eſſentiâ ſacramenti extremæ Vnctionis ; Ergo Deus in iſtis ſacramentis confert gratiam intuitu illarum:Ergò Epiſcopus per illas , ſiue ipſarum interuentu concurrit , ac influit in collationem gratiæ.

135. *Quæ actio male æquiparatur conſecrationi Euchariſtiæ.* Contra primò ,quoniam Euchariſtia verum eſt ſacramentum:proinde Euchariſtiæ conſecratio , confectio , atque poſitio, non eſt effectio , vel poſitio ſolius materiæ , ad ſacramentum idoneæ , ſed eſt effectio totius ſacramenti. Perperam ergo dicitur , aut ſupponitur , eſſe dumtaxat poſitio materię ſacramentalis.Porrò, cum Euchariſtiæ conſecratio , vera ſit effectio ſacramenti , vel hoc titulo debet in ſtatu gratiæ fieri , ſicut effectio cuiuſlibet alius ſacramenti : propterea ſcilicet , quia eſt effectio rei ſacratiſſimæ , conſtantis , non ſolum materiâ, ſed etiam formâ totali ſacramentali , proinde gratiam & formaliter ſignificante , & virtualiter , ac eminenter continente. Chriſmatis autem,Oleiue ſacratio,nec eſt effectio ſacramenti , nec materiæ ſacramento intrinſecæ , adhuc partialis,ſed materiæ ſacramento extrinſecæ,& remotæ ;ſiquidem Chriſma,& oleum nec partialiter ſunt ſacramentum , ſed Chriſmatis, & Olei vnctio : ſicut nec aqua eſt partiale ſacramentum , ſed ablutio. Quòd ſi Chriſma , & Oleum non intrant ſacramenti eſſentiam,non iſtam ingredietur ipſorum conſecratio ; ſed prærequiretur eſſentialiter ,vt materia remota; ſicut ad baptiſmum requiritur veritas aquæ, & ad Euchariſtiam vini ex vuis expreſſio.

136. Vnde ſicut cauſa ſecunda naturalis aquæ non conficit partialiter baptiſmum ; & ſicut homo vinum ex vuis exprimens , non conficit partialiter Euchariſtiam, nec eius intuitu Deus confert gratiam ſacerdoti ſanguinem dominicum ſumenti,ita conſecrator Chriſmatis , & olei non efficit partialem ſacramentorum materiam , nec illius reſpectu Deus producit illorum gratiam. Alioquin profectò quoties vnctio miniſtraretur ab aliis,grauiter obligaretur Epiſcopus , qui olei benedixiſſet,eſſe in ſtatu gratiæ ; cùmque quotidie miniſtretur, quotidie peccaret grauiter hoc titulo; & quidem ſæpiùs , quia ſæpius in toto Epiſcopatu, quotidie miniſtratur vnctio. *S. Thom. Q.LX.*

Contra ſecundò , quia verba conſecrationis, auctore Lugo,licet ſint ſacramento intrinſeca , tamen dum Euchariſtia ſumitur , non concurrit efficienter ad gratiam , nec Deus illorum intuitu gratiam confert , ac proinde nec is , quæ Euchariſtiam conſecrauit , influit in eiuſmodi gratiam : Ergo Epiſcopalis iſta Chriſmatis , Oleique ſacratio, cùm nec ſit eſſentialis ſacramento ,ſed ſolùm materiæ remotæ ipſius , quanam rogo conſecutione dicuntur gratiam conferre , & Epiſcopus per ipſas? ſi pars ſacramenti , ipſumque conſtituens in eſſe ſigni ſenſibilis gratiæ , (qualiter autore Lugo , conſtituunt verba Euchariſtiam) neceſſe non eſt influat in Euchariſtiæ gratiam , & proinde nec per illam is , qui Euchariſtiam conſecrauit ; quo fundamento , vel conſecutione dicitur,conſecratio Chriſmatis,& Olei, quæ non eſt ſacramenti pars , nec parti ſacramenti intrinſeca , ſed remotæ materiæ conditio,quomodo inquam dicitur & gratiam conferre ſacramentorum Confirmationis , & Vnctionis , & Epiſcopus interuentu illius. 137.

Contra Tertiò , quia licet Euchariſtia non eſſet ſacramentum , id eſt , inſtitutum ad gratiam ſignificandam , aut etiam producendam; eſſet tamen confectio rei ſanctiſſimę;eſſet enim poſitio ſanctitatis tum ſubſtantialis , tum habitualis Chriſti ſub ſpeciebus , imò verò eſſet Chriſti productio , ac proinde actio perſimilis ei , quam B. Virgo in inſtanti Incarnationis exhibuit ; & ex parte nobilior , quatenus ſcilicet B. Virgo ſolùm concurrit in vnionem vnctionis , non in vnionem partium humanitatis ; Conſecratio verò totum quod eſt in Chriſto producibile,producit. 138.

Proinde ſacratiſſimæ actioni , & eius termino , & agenti principali , grauis inferretur irreuerentia à miniſtro illam exhibente in mortali ; ſicut etiam à fæminâ,quæ Deum in mortali conciperet. At Conſecratio Chriſmatis,& benedictio Olei,non aliud eſt , quàm externa illa ceremonia , externas actiones ,& Eccleſiæ orationes continens ; quæ nec ipſæ per ſe,nec ſubiectum illarum , nec ex ipſis aggregatum; ſunt pars ſacramenti , vel ſacramento intrinſecum , ſed requiſitum,vt materia remota. Nihil ergo habent ſimile cum Euchariſtiæ conſecratione , vt propterea cum fundamento dicantur exigere ſtatum gratiæ in Epiſcopo ; ſicut requirit conſecratio Euchariſtiæ in ſacerdote ; etiamſi Euchariſtia non eſſet ſacramentum gratiam conferens. 139.

Quintò inferimus,non eſſe culpam grauem, ſi Epiſcopus in mortali exiſtens det populo benedictionem ſolemnem. Quod etſi non ſpeciatim , generatim docet Suarez Diſput. 16. ſect. 3. §. *Atque hinc* ; nec dubito, quin idem ſenſerit Vazquez , & plerique Doctores. Ratio verò 140. *Nec graue eſt in mortali populum ſolemniter benedicere.*

Digitized by Google

S. THOM. Q. LX.

verò eſt, quia per benedictionem, quà præciſè talem, non aliud agit Epiſcopus, quàm benèprecari populo publicè, & ſolemniter: quod etſi cum aliquâ diſſonantiâ fiat ab exiſtente in peccato, tamen ſecluſo ſcandalo, vt quando peccatum occultum eſt, non fit cum graui indecentia: Tum quia orare prohibitum non eſt peccatori; Tum etiam, quia tunc Epiſcopus erat ex Officio; ac proinde non tam ſuo nomine, quàm Eccleſiæ, quæ abſolutè ſancta eſt, Tum demum, quoniam illa ipſa oratio in ſtatu peccati, & nomine Eccleſiæ facta, ipſimet Epiſcopo prodeſſe poteſt ad reſipiſcendum, & in gratiam cum Deo per pœnitentiam redeundum: Nec obſtat, quod paulò ante benedictionem, aut per ipſam benedictionem concedat indulgentias: nam eiuſmodi conceſſio non liberat à culpa, ſed à temporali pœna: & fieri poteſt ab Epiſcopo non conſecrato, ſed electo, & ſolam habente primam tonſuram. Quare non eſt actio tam ſancta, vt grauiter obliget conceſſorem ad non exercendam, niſi in ſtatu gratiæ.

141. Neque in mortali concionari. Sextò inferimus, Epiſcopum non peccare mortaliter, eo quòd in mortali exiſtens exerceat munus concionandi, quod ipſi potiſſimè, & ex officio incumbit. Hæc eſt proculdubio ſententia Patris Vaſquez Diſput. 136. cap. 5. cum generaliter, & abſque limitatione doceat, non eſſe grauem culpam in ſtatu peccati mortalis concionari, & Patris Suarez Diſput. 16. ſect. 3. §. *Hinc verò* illud idem tradens, non obſtante, quod retuliſſet, hoc eſſe munus Epiſcopi propriiſſimum: Et eodem pacto ſe gerit Granadus Tract. 5. Diſp. 5. n. 11.

142. Probatur, quia licet prædicatione ſuadeat Concionator ſanctitatem, habet ſe tamen ad iſtam valdè remotè; proponens nimirum rationes, & exempla, & alia incitamenta, vel ad procurandam primam gratiam per ſacramenta mortuorum, vel ad augendam, & conſeruandam per ſacramenta viuorum, & per alia bona opera. Quapropter in nullo iſtorum agit concionator miniſtrum proximum, vel cauſam efficientem iuſtificationis, aut maioris iuſtificationis: ſed ſolùm exercet opus miſericordiæ, charitatis, vel iuſtitiæ; quorum nullum in mortali exerceri prohibetur, ſaltem, ſi abſit ſcandalum, aut diuini Verbi contemptus, vt numero Superiore attigimus: de his enim euentibus acciperem illud Pſalm. 49. v. 16. *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis, teſtamentum per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinam, & proiecisti ſermones meos retrorſum.* Sequitur enim: *Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas*, & alia crimina, quæ erant planè notoria

143. Demum hoc, vel ſimili ſecluſo incommodo, ſuaderem concionatori, vt munus iſtud exerceret, & quanto poſſet ardore in peccata inueheretur, & amorem diuinum, ac omnem virtutem commendaret. Sperarem enim fore, vt hoc ipſum ei magnopere prodeſſet.

* * *

§. II.

Poſſunt etiam omnes aliæ functiones miniſtrorum Eccleſiæ inferiorum.

IN his functionibus prima occurrit aſſiſtere matrimonio. Nam etſi poteſt aſſiſtere Parochus non ſacerdos, cum tamen iſte, per ſe loquendo, & communiter ſacerdos ſit, deque eius licentia non poſſit alius, niſi ſacerdos aſſiſtere, propterea libet eam functionem ſacerdotalem vocare. Porrò graui obligatione teneri Parochum, aliumve ſacerdotem de eius licentia, non præſtandi hanc aſſiſtentiam in ſtatu peccati mortalis, planè mihi videtur deduci ex ſententia, & fundamento P. Ioannis de Lugo, quem num. 273. refellebam. 144. Eſſe mortale matrimonio aſſiſt. in mortali ex RR. doctrina infertur.

Etenim per hanc aſſiſtentiam æquè habilitantur corpora contrahentium, in materiam remotam matrimonij, ac per Chriſmatis conſecrationem, oleique benedictionem habilitantur Chriſma, & Oleum in materiam remotam Confirmationis, & Vnctionis. Proinde, ſi Deus in his duobus ſacramentis gratiam confert per Chriſma, & Oleum, vt conſecratum, & benedictum, quia vt per materiam idoneam, etiam conferet in matrimonio per contrahentium actus, vt Parochi præſentia præditos, quia vt per materiam legitimam: Ergo ſi ob illas rationes grauiter obligatur Epiſcopus ad non conſecrandum in mortali Chriſma, nec benedicendum Oleum; propter eandem, vel potius vrgentiorem, grauiter obligatur Parochus ad non ita aſſiſtendum matrimonio. 145.

Nos tamen ex dictis in ſectione ſuperiore iam ſeptimò inferimus, non obligari grauiter. Quam ſententiam tradit expreſsè Paludanus in 4. diſt. 5. quæſt. 2. num. 22. Suarez Diſput. 16. ſect. 4. §. *Ad fundamentum*, circa medium.

Conſequenter ita decerneret Vaſquez Diſput. 136. cap. 2. & 3. & tenent plerique Recentiores, & nouiſſimè Ioannes de Lugo Diſput. 8. num. 155. 146. Sed ex noſtra oppoſita deducitur.

Aſſertionis ratio eſt, quia miniſter ſacramenti matrimonij ſolum eſt is, qui eſt cauſa proximè efficiens contractum: At huiuſmodi eſt ſolus vterque contrahens; Parochus verò, vel alius ſacerdos de Parochi licentia matrimonio aſſiſtens, ſolùm eſt teſtis legitimus, ab Eccleſia deſtinatus ſimul cum aliis duobus, pro libito producendis, quoniam præſentia habilitat perſonas, vt validè poſſint contrahere; hoc eſt, reddit illas cauſas idoneas ad illum contractum efficiendum, & materiam remotam idoneam, nempe ad illum recipiendum. Neutrum autem horum per ſe, nec vtrumque ſimul, eſt contrahere; quia non eſt conſenſum præbere, nec admittere: vno verbo; quia non eſt dicere, *Volo te in meum*; *Volo te in meam*, in quibus actibus totus contractus conſiſtit. Præterea matrimonij ſacramentum efficere, non eſt dumtaxat eum inire contractum; ſed eum inire, & ei ſacramentalem ſignificationem adiungere: quam ſignificationem ij ſoli adiungunt, qui per eiuſmodi contractum loquuntur; ſoli verò loquuntur ambo contrahentes: proinde ſoli iſti ſunt cauſæ efficientes ſacramenti matrimonij. Quare

ſoli verò loquuntur ambo contrahentes: proinde ſoli iſti ſunt cauſæ efficientes ſacramenti matrimonij. Quare ſoli ipſi tenentur in ſtatu gratiæ tunc eſſe, non verò Parochus, ſicut nec alij duo teſtes.

147. *Neque dicere, Ego vos coniungo, &c.*

Conſequenter aſſerimus, non peccare mortaliter ſacerdotem, dum in mortali dicit illa verba: *Ego vos coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Non enim illa continent partem aliquam ſacramenti, ſed ſolam ceremoniam Eccleſiaſtico iure introductam; non quidem ad habilitandos contrahentes, aut ipſorum contractum validum efficiendum, ſed ſolùm, ad illum nomine Eccleſiæ velut acceptandum, & coniugibus nomine Eccleſiæ beneprecandum. Quocirca verba illa iam ſupponunt totum contractum, & ſacramentum factum, & gratiam collatam; ideoque aſſiſtens non cauſat per illa gratiam. Idemque eſt de qualibet alia benedictione, quam Parochus, aliuſve ſacerdos coniunctis iam, ſeu coniungendis impertiat. Vnde obiter inferes, idem eſſe de benedictione aquæ, vel fontis Baptiſmalis, quæ eſt propriè ſacerdotis functio: deque benedictione ſolemni ſalis, & aliarum rerum.

Aut res alias benedicere.

Nec totam confeſſionẽ audire.

Octauò inferimus contra Suarez, & alios, apud Antoninum Dianam part. 1. Tract. 5. de circunſtantiis aggrauantibus reſolut. 47. & cum Henriquez lib. 6. cap. 18. numero 6. in Gloſſa littera v. Diana citato, & Lugo Diſp. 8. numero 138. non peccare lethaliter ſacerdotem, ex eo, quòd totam confeſſionem in peccato mortali audiat, cum animo tamen eliciendæ contritionis antequam abſolutionem tribuat. Probat Lugus: quia tunc ſacerdos habet ſemetè paſſiuè, excipiendo ſcilicet confeſſionem à pœnitente: proinde non ſe habet, vt miniſter, ſeu cauſa efficiens ſacramenti: Sicut Parochus aſſiſtens matrimonio, merè paſſiuè ſe habet, ac proinde non vt illius ſacramenti miniſter.

148. Contra, quia confeſſionem cum deliberatione audire, non eſt merè paſſiuè ſe habere; ſiue phyſice res ſpectetur, cùm audire inuoluat actionem audientis; ſiue moraliter, cùm ex deliberatione audire inuoluat volitionem liberam hic, & nunc audiendi. Nec obſtat, quod ſi ſacerdos indeliberatè audiat moribundum ex improuiſo petentem abſolutionem, poſſit iſtam ſtatim impertire. Nam in primis quemadmodum quilibet Chriſtianus præſumitur liberè velle extremam vnctionem pro mortis articulo, ideoque repentè deſtitutus ſenſibus, quamuis tam de proximo nec petierit, nec cogitauerit, cenſetur vnctionem liberè velle, & extremè vngitur; ita quilibet ſacerdos pro ſuo iudicis munere cenſetur liberè velle audire quemlibet fidelem moribundum; & ita hic, & nunc ex improuiſo confitentem liberè audit, & meritò abſoluit. Idem habet Iudex ſæcularis, nam ſi repente, & indeliberate audiat criminis confeſſionem, aut aliam probationem cenſetur liberè audire; quia pro ſuo iudicis munere tenetur ad hoc attendere. Proinde nec ipſe, nec Confeſſarius in aliquo euentu ſe habet merè paſſiuè in audienda criminis confeſſione.

Ex alia verò parte Deus hominem iuſtificat per illam confeſſionem, non qualemcumque, ſed à confeſſario auditam: Ergo per confeſſionẽ, vt auditione habilitatam: & proinde miniſter, dum confeſſionem audit, ad ſacramentum actiuè concurrit. Et quidem apud Lugum confeſſio, intrinſeca eſt ſacramenti pars; Chriſma verò, vel oleum etiam conſecratum, ac benedictum, duntaxat eſt ſacramenti materia remota, non pars intrinſeca: Atqui iuxta Lugi ſententiam conſecratio Chriſmatis, & benedictio Olei, ſunt quædam inchoationes ſacramenti Confirmationis, & vnctionis, ideoque non poſſunt in peccato mortali citra nouum mortale fieri; prout num. 142. retulimus: Ergo multò magis auditio confeſſionis dici ab illo debuit eſſe ſacramenti inchoatio, & proinde confeſſarium grauiter obligans ad gratiæ ſtatum ei præmittendum.

Mihi verò ratio, cur grauiter ad iſtud non obliget, duplex eſt. Vna, quia pœnitentiæ ſacramentum, ſi ſecundum eſſentialia, vel intrinſeca ſpectetur, ſolum cõſiſtit in abſolutione: proinde ſacerdos per ſolam abſolutionem efficienter influit in collationem gratiæ, quam illud ſacramentum tribuit; non autem per auditionem confeſſionis, quantumuis hæc auditio eſſentialiter prærequiratur: ſicut nec ipſe pœnitens gratiam producit per confeſſionem & contritionem, quantumuis eſſentialiter prærequiſitas. 149.

Quia confeſſio, vel auditio non eſt ſacramẽti pars.

Altera eſt ratio, quia licet omnes iſtæ actiones eſſentiam illius ſacramenti conſtituerent; poſſet ſacerdos in mortali exiſtens, audire omnia peccata cum propoſito eliciendæ contritionis; & poſt iſtam elicitam, vt vno verbo ſe accuſaret de omnibus culpis iam ſupra commemoratis: tunc autem prior accuſatio non ſe haberet vt pars ſacramenti, ſed hæc poſterior, vtpote & integra, & abſolutioni vicinior. Ambæ tamen caderent ſub ſigillum, quoniam ambæ factæ, & exceptæ, cum ordine ad abſolutionem: Sic nimirum, vt quando pœnitens ſcriptam confeſſionem confeſſario tradidit legendam, & poſtquam lecta eſt, ait pœnitens, ſe ſe de illis omnibus accuſare; tunc, inquam, & criminum lectio, & poſterior confeſſio, & auditio ſub ſigillum cadunt, vt omnes norunt.

Imo quãuis auditio alias quia eſſet pars.

Nonò inferimus ex præcedente ſectione, & ſpeciatim ex proxima aſſertione, non eſſe culpa grauem, quòd ſacerdos in mortali exiſtens, audita cõfeſſione, priuſquàm abſolutionem pronunciet, pœnitentiam iniungat. Quia tametſi reor, impoſitionem iſtam cenſendam ſacramenti partem, ſi ipſa pœnitentiæ impletio pars ſacramenti cenſeatur; tamen ex diſp. 2. ſect. 2. conſtat, neutram eſſe ſacramento intrinſecam, aut eſſentialem, quia neutra gratiam ſignificat, ac proinde neque tribuit; & per conſequens confeſſarius, vt pœnitentiam imponens non eſt miniſter ſanctificationis; quare neque grauiter aſtringitur ad illud munus in ſtatu gratiæ exercendum. 150.

Nec item pœnitentiam imponere.

Quæres tamen, quid aſſerendum in ſententia communi conſtituente ſatisfactionem intrinſecam ſacramenti partem. Pater Ioannes de Lugo Diſp. 8. num. 160. diſtinctione vtitur, & ſub conditione loquitur. Si enim pœnitentiæ impletio cõfert ex opere operato gratiam, affirmat eius impoſitionẽ, tanquam ſententiæ partẽ, non poſſe citra mortale exerceri, niſi in ſtatu gratiæ: ſi verò pœnitentiæ impoſitio non confert ex opere operato gratiam, ſed ſolum liberat à tẽ- 151.

S. Thom. Q. LX. porali pœnâ, pronunciat poſſe in peccato mortali citra nouum mortale exerceri. Quia tunc impoſitio, nec per ſe ipſam, nec per pœnitentiam, quam imponit, gratiam confert, ac proinde nec miniſter per ipſam impoſitionem.

Etiam ſi pœnitentiæ impoſitio, & impletio forent ſacramento intrinſecæ.

Mihi quidem pugnantia videntur, ſatisfactionem eſſe ſacramento intrinſecam, & ex opere operato gratiam non tribuere. Hoc tamen permiſſo, negandum videtur, culpam eſſe grauem, quòd Confeſſarius pœnitentiam in mortali exiſtens, imponat. Quia non obligatur grauiter ad ſtatum gratiæ, niſi dum in gratiam influit: Non influit, antequam pronunciet abſolutionem: Ergo nec ante obligatur grauiter ad gratiæ ſtatum.

Declaro id ſimul, & firmo, & rationi oppoſitæ occurro. Sicut enim peccatorum commemoratio poteſt fieri in ordine ad abſolutionem, & tamen non eſſe pars intrinſeca ſacramenti; ſi nimirum pœnitens abſolutioni proximus, de omnibus commemoratis vnico verbo ſe accuſet: ita impoſitio pœnitentiæ non eſt ſacramentalis ante abſolutionem, cùm poſſit confeſſarius abſolutionem differre, vel pœnitens recuſare, nec teneatur pœnitentiam implere, niſi abſolutus: proinde pœnitentiæ impoſitio ante poſitionem abſolutionis non efficitur ſacramentalis; poſita verò abſolutione ſacramentalis efficitur ita, vt ipſamet voluntas abſoluendi ſit ſaltem virtualiter voluntas pœnitentiam imponendi.

Porrò id ipſum dici debet de contritione, & Confeſſione; quia forma ſacramentalis dicenda eſt indiuiſibiliter cadere ſuper eas omnes. Quare ſicut confeſſio, quæ doloroſa eſſe debet, poteſt citra peccatum mortale fieri abſque dolore, & proximè ante abſolutionem concepto dolore moraliter continuari, & doloroſa fier: ita pœnitentiæ impoſitio, quæ iuxta hanc ſententiam pars eſt ſacramentalis, non eſt eiuſmodi ante abſolutionem, quia tunc & moraliter continuatur, ac proinde æquiualenter ponitur, & ſimul cum aliis materiæ partibus recipit formam ſacramentalem Quocirca non eſt cur antea Confeſſarius aſtringatur grauiter ad gratiæ ſtatum.

151. Nec agere diaconum, ſubdiaconū, aliumve miniſtrum inferiorem.

Decimò inferimus, Diaconum, & Subdiaconum, ad ſacrificium Miſſæ ſolemniter miniſtrantes in mortali, non peccare mortaliter; & à fortiori clericos minorum Ordinum in iſtis miniſtrantes. Ita ſentit Vaſquez Diſp. 136. c. 4. Suarez Diſp. 16. ſect. 3. §. *De aliis verò*, & plerique hoc tempore. Ratio eſt, quia grauis obligatio, qualis eſt non exercendi ordinem in mortali citra nouum peccatum mortale, non eſt imponenda ſine vrgente fundamento Auctoritatis, aut rationis: Neutrum autem hîc cernitur; nam textus, qui afferri ſolet, non eſt Pontificia definitio, vt n. 100. probaui.

Ratio verò, quæ ab irreuerentia ducitur, non vrget. In primis enim nullum iſtorum Ordinum exercitium eſt concurſus, aut influxus cauſæ in ſanctificationem. Deinde miniſterium Subdiaconi, fortè non eſt miniſterium ſacramenti, cùm ſit probabile, ſubdiaconum non eſſe diuino iure inductum, ac proinde nec eſſe ſacramentum. Poſtremò minores Ordines ſacramenta neutiquam ſunt, vt in Tractatu de Ordine probabitur. Si autem actio, quæ ſimul eſt vſus, & exercitium ſacramenti, & moralis effectio, ſiue influxus in ſanctitatem, non ita clarè oſtenditur continere grauem irreuerentiam, ſi fiat in mortali, prout è ſect. 5. cognoſcere licet: profectò miniſteria iſtorum ordinum, cum pleraque non ſint ſacramentorum vſus, & nulla ſint influxus in ſanctitatem; non eſt vnde conſtet, continere grauem irreuerentiam, ſi in mortali exerceantur.

§. III.

Sitne veniale peccatum obire prædictas functiones in mortali.

CVm ſtatuerimus, non eſſe mortale exercere in mortali functiones, quæ ſacramenti effectiones non ſunt, etiam ſi alioqui ſacræ, vt Euchariſtiæ adminiſtratio, confeſſionis auditio, Chriſmatis conſecratio, & aliæ functiones Epiſcopales, Sacerdotales, & aliorum Ordinum inferiorum; videndum ſupereſt, an eas in mortali exercere, ſit peccatum veniale. Quam difficultatem, etſi cum hac vniuerſalitate non inueniam à Doctoribus agitatam; quid tamen in ea ſenſerint, clariſſima duo Theologiæ lumina, non difficile coniiciam. 152. Dictas functiones in mortali obire, eſtne ſaltem veniale.

P. Franciſcus Suarez ſentire videtur, omnes eiuſmodi functiones per ſe loquendo, ſi fiant in mortali, eſſe culpas veniales. Nam Diſp. 16. ſect. 3. §. *Atque hinc.* expreſsè affirmat peccatum Epiſcopi conferentis primam tonſuram, aut conſecrantis Eccleſiam, aut benedicentis ſacras veſtes in mortali, non eſſe mortale, ſed veniale. Et §. *De aliis verò* poſt medium, aſſerit, actionem Diaconi, & Subdiaconi ſolemniter miniſtrantium in ſtatu peccati mortalis, non eſſe per ſe materiam ſacrilegij grauis, niſi fiat ex contemptu, vel conſuetudine: quo ſatis indicat eſſe per ſe materiam ſacrilegij leuis. Addit in §. *Tertiò quæri etiam,* ſic exercere functiones Ordinum minorum, fortaſſe communiter excuſari à veniali propter ignorantiam, aut incogitantiam: per ſe *tamen nonnulla* (inquit) *videtur eſſe illa irreuerentia, quando hoc miniſterium fit publicè, & ſolemniter, tamquam à publico Eccleſiæ miniſtro: hoc enim modo eſt propriè actus Ordinis, ad quem, eſt miniſter conſecratus; & ideo non videtur poſſe omnino excuſari à culpa, qui hoc miniſterium indignè exercet in peccato mortali.* Suarez affirmat.

P. Gabriel Vaſquez ſentit, nullam functionem, de quibus agimus, in ſtatu mortali exercitam, eſſe adhuc peccatum veniale. Nam Diſputatione illa 36. num. 45. §. *Ego tamen*; etſi ſolum agit de miniſterio ſolemni Diaconi, & Subdiaconi, quos ait nec venialiter peccare, dum illud in mortali obeunt; tamen num. 40. à fortiori videtur idem aſſerturus de cæteris miniſteriis, quæ nunc recenſui: Tum quia, ſi benè ſpectentur, grauiora non ſunt; Tum etiam, quia ſiue grauiora ſint, ſiue ſecus, in iis procedit ratio, qua Vaſquez de miniſterio Diaconi, & Subdiaconi ſuam aſſertionem probat, vt conſtabit, n. 156. Vaſquez negat.

Mediam ingredior viam, & pronuncio, functionum prædictarum quaſdam in mortali exercere, eſſe peccatum veniale, quaſdam verò alias, nullum. Hac mihi viſus incedere P. Ioannes de Lugo Diſp. illa 8. num. 152. vbi poſtquam iſtarum functionum pleraſque recenſuit, & à mortali cunctas excuſauit: ſubdit 153. Mediā viā gradiēdum.

contra

Digitized by Google

contra P. Vazquez: *Aliqua tamen illarum videntur continere culpam ſaltem venialem*: Quo ſatis innuere videtur, aliquas nec venialem continere. Quænam verò illæ ſint, & conſequenter quænam iſtæ, Lugus non explicat, eritque ſine dubio non exiguum operæ pretium, aliquâ id generali regulâ definire.

Hæc verò regula petenda videtur ex eiuſmodi functionum maiore, vel minore dignitate. Quemadmodum enim ex maximâ illâ dignitate actionis conferendi gratiam, & conficiendi ſacramentum, optimè inferimus, grauem ei fieri irreuerentiam, dum in mortali exercetur, non verò aliis functionibus non producentibus ſanctitatem: pari ratione ex maiori dignitate quarundam iſtarum præ aliis inferri debet, grauiorum exercitium in peccato mortali peccatum veniale eſſe, aliarum verò non item.

154. Quædam enim illarũ annexæ nũc ſunt Ordini ſacro: quædam non.

Vt hæc diuerſitas deprehendatur, præmitto; Inter functiones miniſtrorum Eccleſiæ, quæ citra culpam mortalem in ſtatu peccati mortalis exerceri poſſunt, quaſdam eſſe, quæ ſecundum præſentem Eccleſiæ ſtatum annexæ ſunt ſoli Ordini ſacro, & alias, quæ Ordini ſacro ſecundùm eundem ſtatum annexæ non ſunt. Primi generis ſunt actiones omnes propriè Epiſcopales, vt conſecrare chriſma, oleum infirmorum benedicere, conferre Ordines minores, conſecrare aras, & calices, benedicere, aut conſecrare templa; veſtes ſacras; ſolemniter impertiri populo benedictionem Epiſcopalem in Eccleſiâ; & aliæ, quæ nequeunt à non Epiſcopo, licitè ſaltem, obiri. Item actiones omnes propriè ſacerdotales, vt ſolemni ritu benedicere nuptias, ſalem, aquam, confeſſionem præcisè audire, pœnitentiam præcisè imponere &c. In diacono ſolemniter canere Euangelium: in ſubdiacono ſolemniter; & cum veſtibus omnibus ſacris ſubdiaconi cantare Epiſtolam. Poſterioris generis ſunt cantare Epiſtolam ſine iſtâ ſolemnitate, miniſtrare in Ordine minore, etiam cum ſolemnitate, vt ſi Acolythus veſte ſacrâ inductus, cereum geſtet, vel vrceolos miniſtret &c.

155. Annexas in mortali obire Veniale eſt.

Eſto iam generalis regula duas habens partes. Prior ſit; Veniale peccatum eſt exercere in mortali aliquam ex dictis functionibus, quæ ſecundùm præſentem Eccleſiæ ſtatum ſoli Ordini ſacro annexa ſit. Etenim eo ipſo, quòd ſacro annectitur Ordini, ſacram præſefert dignitatem, eamque ſacram tum in ſe, tum in ſuo principio, cui ſoli annectitur, vt conſecrare Chriſma, oleum infirmorum benedicere, conferre tonſuram, minoreſque Ordines, cantare ſolemniter Euangelium, vel etiam Epiſtolam cum manipulo. Idque vel inde patet, quod excommunicatus, aut ſuſpenſus, actiones iſtas obiens, fit irregularis: Euidens igitur eſt ſignum, eas functiones ab Eccleſiâ haberi, vt ſacras, & in agente poſtulante ſacrationem ſub mortali; & proinde veram ſanctitatem; non ſub mortali, vt ſupra vidimus: Ergo ſub veniali.

156. Oppones ex Vazquez cit. Exercere in mortali functiones iſtas, non eſt contra præceptum aliquod: Ergo non eſt peccatum. Antecedens probat, quia Eccleſiaſticum præceptum de hâc re, non reperitur, vt etiam Recentiores fatentur, cùm aliter explicent caput vltimum de temporibus Ordinationum; & præterea, ſi præceptum Euchariſticum hâc de re inueniretur, obligaret grauiter; ſicut grauiter obligat ſuſpenſum ad non cantandum ſolemniter Euangelium, aut Epiſtolam: nam ſi vel ſemel id faciat, incurrit irregularitatem, quæ eſt grauis pœna; & proinde ſupponens grauem culpam, & iſta grauem prohibitionem. Eſtque ratio, quia materia eſt grauis, ideoque illius prohibitio Eccleſiaſtica, etiam eſt grauis. Si verò dicatur eſſe ſolùm prohibitio naturalis; hæc in materiâ graui non minùs obligat, quàm Eccleſiaſtica: Ergo hîc obligaret grauiter.

Reſpondeo, peccatum iſtud non eſſe contra præceptum Eccleſiæ, vel humanum, aut diuinum merè poſitiuum, nam eiuſmodi præcepta, quoties cadunt ſupra materiam capacem obligationis mortalis, ſub mortali obligant: & quidem ſæpe id eo fine faciunt, vt malum quod lege naturali leuiter dumtaxat obligante, non vitatur, vitetur lege poſitiuâ grauem addente obligationem. Sic voluntaria diſtractio mentalis in recitatione officij, non eſt, authore Vazquez, niſi peccatum veniale, contra præceptum naturale: quis autem neget, poſſe à Deo prohiberi ſub mortali? Imò poſſum ipſe mihi grauem eiuſmodi prohibitionem imponere, vouendo ſcilicet ex intentione grauiter me obligandi, non recitare horas cum voluntariâ mentis euagatione. Sic Eccleſia communicationem in menſâ cum excõmunicato maiori vitando prohibet nunc ſub pœnâ excommunicationis minoris: atque adeò ſub ſolo veniali. Poſſet autem ſub mortali: quis hoc neget? Argumento eſt, quòd eiuſmodi excommunicato minori grauiter prohibet receptionem ſacramentorũ, vtpote ſub pœnâ irregularitatis, quæ citra dubium grauis eſt: de quo puncto fuſiùs agam in Tomo ſequenti in tractatu de cenſuris, Diſp. 5. ſect.... n. 157.

Poſterior pars regulæ generalis ſit; Non eſt veniale peccatum, exercere in mortali aliquam ex dictis functionibus, quæ ſecundùm præſentem Eccleſiæ ſtatum, ſoli Ordini ſacro non ſit annexa. Exempli gratia Parochum aſſiſtere matrimonio, Acolytum, etiam ſuperpelliceo indutum, deferre cereum accenſum in ſolemni ſacro, vel vrceolos miniſtrare; ſubdiaconum ſine manipulo epiſtolam canere &c. Ratio eſt, quia ſecundùm præſentem Eccleſiæ ſtatum functiones iſtæ ſunt Eccleſiaſticis, & laicis communes; neque ad illas Eccleſia poſtulat Ordinem aliquem, aut etiam primam Tonſuram: Non ergo eas reputat, vt ſimpliciter ſacras; proinde illas exercere in ſtatu peccati, & ſine ſanctitate, nullum peccatum eſt. 158. Nõ annexas in mortali obire, nullũ eſt peccatũ.

Firmo, quia functiones alias ad ſacrum Ordinem aſtringi, & iſtas non aſtringi, magnum quoddam & inſigne diſcrimen eſt; adeoque magnum, vt illæ ſacris perſonis propriæ, iſtæ non ſacris communes; & proinde illæ ſacræ, iſtæ non ſacræ ducantur: Igitur in exigendâ miniſtri, vel cauſæ efficientis bonitate & puritate, ſunt longiſſimè diuerſæ; & maximè impares. Atqui priores non requirunt in miniſtro ſtatum gratiæ, niſi ſub leui obligatione, & culpâ veniali: Ergo iſtæ ſub nulla illum requirunt. Magna hoc loco lis inter PP. Suarez, & Vazquez, num actiones iſtas in mortali ſemel exercere, ſit culpa leuis; & exercere ſæpiùs, ſit 159.

grauis:ea tamen in Diſp.de Peccatis in genere decidenda eſt.

DISPVTATIO XVIII.

De ſacramentorum ſubiecto.

SECTIO I. *An ſolus homo, & viator ſit ſubiectum ſacramentorum.*

§. 1. *Solum hominem ſubiectum eſſe ſacramentorum, difficultate non caret.*

§. 2. *Sacramentorum ſubiectum ſolus homo eſt.*

§. 3. *Solus autem homo viator.*

SECTIO II. *De intentione in ſubiecto adulto requiſita ad valorem ſacramenti tranſeuntis.*

§. 1. *E variis autoribus duæ colliguntur ſententiæ.*

§. 2. *Certiſſimè requiritur, vt ſubiectum non repugnet.*

§. 3. *Non ſufficit, quod non repugnet, ſeu negatiuè ſe habeat.*

§. 4. *Non modò ſufficit ſi velit actualiter, ſed etiam ſi ſolum virtualiter.*

§. 5. *Quin etiam ſatis eſt, ſi velit habitualiter.*

§. 6. *Ad recipiendam Extremam Vnctionem, Confirmationem, & Euchariſtiæ fructum, ſat eſt voluntas interpretatiua.*

§. 7. *Sufficiat ne ad ſacramenti valorem intentio conditionata, coacta, errans circa miniſtrum, & alteri intentioni oppoſita.*

SETIO I.

An ſolus homo, & viator ſit ſubiectum ſacramentorum.

1. HAnc difficultatem indeciſam reliquimus Diſp.1.num.76.dum ſacramentum in cõmuni definiremus: polliciti in hoc loco, tanquam proprio decidere.

§. I.

Solum hominem eſſe ſacramentorum ſubiectum, difficultate non caret.

Solum hominem ſacramentorũ capacem, clarum cenſent Recentiores.

SOlum hominem eſſe ſacramentorum capacem, pro explorato ducunt Recentiores. Suarez enim Diſp.14.ſect.1.§. *Dico primò*, rem ait eſſe certam, & euidentem, ſuppoſitis fidei principiis. Vaſquez Diſp.138.numer. 93. adeò manifeſtam, vt diſcuſſione non indigeat. Granadus Tract. 5. Diſp. 6. num. 1. illud eſſe in primis certum, ſolum hominem eſſe propriè, & abſolutè ſubiectum ſacramentorum. Excipit hic autor Euchariſtiam: quam ſi beſtia in ſtomachum traiiceret, diceretur accipere ſacramentum, eſtò, materialiter dumtaxat, & ſine ordine ad ſpiritualem fructum.

2. Sed ea res ad claritatẽ non pertingit.

Ego verò non video tantam huius rei certitudinem, quæ ad claritatem, & euidentiam pertingat. Vel enim agimus de ſolis ſacramentis Nouis; & in his eſt Euchariſtia, quam (vt nuper Granadus aiebat) ſi bellua deuoraret, ſacramentum reciperet. Quod autem ſine ordine ad ſpiritualem ipſius beſtiæ fructum, probat quidem, belluam eſſe incapacem fructus ſacramentalis, non tamen eſſe incapacem ipſius ſacramenti: nam neque bellua poteſt ingredi locum ſacrum in ordine ad actum aliquem religionis exercendum, vel fructum aliquem ſpiritualem percipiendum; & tamen abſolutè poteſt ingredi locum ſacrum.

3. Nec obſtat, quod ſolus homo ſit fructus ſacramenti capax.

Et quidem vel per ſacramentorum ſubiectum intelligit Granadus ſubiectum capax entitatis illorum; & ſic Euchariſtiæ ſacramentum etiam à bruto ſimpliciter, & abſolutè recipi valet; vel intelligit ſubiectum capax fructus ſpiritualis; & ſic non debuit excipere Euchariſtiam, vtpote, quam bellua nequit cum eo fructu recipere. Præterea, vel eſſe receptibile à ſolo homine, eſt eſſentiale ſacramento in communi ſumpto, vel non. Si non eſt, vnde certò conſtat, poſſe à ſolo homine recipi? Si verò eſſentiale eſt, debuiſſet Granadus id in ſacramenti definitione exprimere; nam & facilè poſſet; & ſacramentum plenè explicaſſet; & illud diſtinxiſſet à ſigno gratiæ diuino, & ſenſibili, quo poſſet Angelus ex opere operato iuſtificari, vt ſtatim ex P. Suarez referam.

4. Nec quod ſacramenta pro ſolo homine ſint inſtituta.

Neque verò ſatisfacit illud, quod aiunt Vaſquez, & Suarez, ideò ſolos homines, eoſque viatores, eſſe ſacramentorum capaces, quia pro ſolis hominibus viatoribus illa inſtituta fuerunt. Non enim adeò manifeſtum eſt, ſacramenta omnia Vetera pro ſolis hominibus, tanquam ſubiectis inſtituta fuiſse, vt extra difficultatis aleam ſit, cùm oppoſitum appareat verum in templi Veteris dedicationibus, & id genus ceremoniis. Secundò, quia licet omnia ſacramenta pro ſolis hominibus inſtituta ſint; adhuc tamen explicandum ſupereſt, ſolos homines eſse ipſorum capaces, cum animantes rationis impotes poſſint, & Agnum paſchalem, & Euchariſtiam in os accipere, & dentibus molere, in ſtomachumque traiicere. Sed pergo ad alteram dilemmatis partem.

5. Vel in præſenti agimus de omnibus ſacramentis etiam Veteribus: & in iſtis continetur Agnus Paſchalis, qui erat ſacramentum permanens, ſicut nunc Euchariſtia; itemque Panes Propoſitionis, & panes Azymi: quare quodcumque iſtorum bellua deuoraſset, ſacramentum, vt apparet, recepiſset. Rurſus, altaris dedicatio, & aliæ plures ceremoniæ, quas Deus ipſe immediatè inſtituit, & cum ſignificatione, (vt fertur) gratiæ Noui teſtamenti, & cum effectu res illas conſecrandi, ſiue ad diuinum cultum habilitandi; tales, inquam ceremonias non fuiſse verè, & propriè ſacramenta, vndénam certum, & euidens eſt? Potius enim videtur clarum, habuiſse omnia prædicata, & requiſita ad ſacramentum.

6. Nec quod ſacramenta contineant fidei confeſſionem.

Quod enim Granadus ait, ſacramenta Vetera continuiſse gratiæ Nouæ profeſſionem, quã certum, eſt à bellua non poſse fieri: hoc inquã fallit in Agno Paſchali, in Pane propoſitionis, & in Azymo, & in quocumque ſacramẽto permanenti, quod nec in ſe ipſo erat profeſſio fidei, vt per ſe conſtat; nec in omni ſui receptione, vt ſi à belluà deuoraretur. Deinde licet ſacramẽta phyſicè tranſeuntia, eſsent fidei, gratiæve futura profeſſio, nõ opus eſt fuerint profeſſio facta ab eorum ſubiecto, ſed ſatis eſt, ſi fuerint profeſſio facta à miniſtro: ſacerdos enim

aram

aram erigens, & dedicans, hoc actu, & ſacramento phyſicè tranſeunte, commodiſſimè, & aptiſſime profiteri poterat & fidem ſuam præſentem, & gratiam in Nouo teſtamento futuram.

7. *Nec claret ipſorum ſuſceptione, conſtitui ſubiectũ Dei cultorem.* Quod verò tradit Suarez, ſacramentum, etſi legaliter dumtaxat ſuſceptorem ſanctificet, ſemper tamen eum conſecrare in Dei cultorem, qualis non poteſt eſſe ara, vel altare, illud, inquam, & per ſe notum non eſt, & ſine probatione dicitur: vnde verò conſtat? Occurres ex Suarez, inde conſtare, quòd ritus, ac ceremoniæ quibus altaria, vel res ſimiles conſecrantur, non ſunt ſacramenta, ſed ſacramentalia. Contra, quia licet in lege Noua veriſſimum iſtud ſit, propterea, quod eiuſmodi ceremoniæ, vel non ſunt gratiæ ſigna, vel ſaltem non ab ipſo Deo inſtituta; in lege tamen Veteri vtrumque dicuntur habuiſſe; nihil ergo ritibus illis deerat ſacramento eſſentiale.

8. Dicet, fortaſſe quiſpiam pro Suarez, defuiſſe illis hoc ipſum, quod eſt, poſſe, ac debere, recipi ab homine, ideoque Patrem Suarez, in ſacramenti definitione conſultò adhibuiſſe, ſacramentum eſſe ſanctificatiuum hominis. Sed contra, nam hoc eſſet præpoſterè agere, priùs enim probari deberet, prædicatum aliquod eſſe ſacramento eſſentiale, & poſtea definitioni eius intexendum. Adde, quod nec ipſe Suarez in hoc ipſo conſequenter agit. Definit enim, ſacramentum eſſe hominem ſanctificans, & tamen in loco proximè citato concedit, poſſe Angelum ex opere operato ſanctificari per aliquod ſignum ſenſibile, diuinitus inſtitutum, &c. Vel igitur ſignum iſtud eſſet ſtrictè ſacramentum, vel non? Si eſſet, perperam definitur ſacramentum, *Sanctificans hominem*: Si non eſſet, nihil aliud ipſi deeſſet, niſi eſſe ab homine receptibile: & hoc prædicatum eſſe ſacramento eſſentiale, ſine probatione manifeſtum non eſt, & ſine probatione relinquitur.

§. II.

Sacramentorum ſubiectum ſolus homo eſt.

9. *Solus tamen homo ſacramentorum eſt capax.* Nihilominùs exiſtimo, ſolùm hominem eſſe propriè ſacramentorum ſubiectum. Quod vniuerſim probari poteſt conſenſu Doctorum omnium: quorum aliqui non ſolùm id expreſsè affirmant, ſed etiam addunt, rem eſſe perſpicuam, vt retulimus: alij verò tamquam certam videntur ſupponere. Tanta verò Autoritas inquirere, & aſſignare cogit rationes, quibus credibile ſit, omnes, aut pleroſque Doctores in eam ſententiam adductos. Id autem, vt clariùs præſtem, aſſertionem ipſam in quatuor diuido partes, aſſignata cuilibet tum ſua maiore, vel minore certitudine, tum etiam propria ratione.

10. *Quod attinet ad ſacramenta tranſeuntia, è fidei principiis claret.* Prima ſententiæ pars ſit: Certum eſt, & poſitis fidei principiis euidens, ſubiectum ſacramentorum Nouæ legis tranſeuntium, eſſe ſolum hominem. Quia nullum ipſorum poteſt validè conferri, niſi homini; quod facile patebit illa omnia percurrenti. Baptiſmus enim eſſentialiter includit verba hæc, *Te baptizo*, &c. quorum ſenſus eſt, ego te abluo à peccato originali: at hic ſenſus conſtare non poteſt, ſi illud, *Te*, referatur ad Angelum, vel ad leonem, vel ad arborem, vel ad lapidem, ſed ad ſolum hominẽ. Idem eſt de Confirmatione conſtante his verbis; *Confirmo te*, &c. Idem de Pœnitentia conſtante iſtis, *Te abſoluo*, de Vnctione conſtante iſtis, *Per iſtam ſanctam Vnctionem vt indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti per viſum, per auditum*, &c. de Ordine conſtante iſtis, *Accipe poteſtatem conficiendi corpus, & ſanguinem Chriſti* &c. De matrimonio conſtante his, *Volo te in meum, volo te in meam.* Nihil enim iſtorum poteſt, niſi homini dici. *S. Thom. Q. LX.*

11. *Et de permanente eſt probabilius.* Secunda pars eſto, Probabilius eſt, & mihi verum, etiam ſolum hominem eſſe in lege Noua ſubiectum ſacramenti phyſicè permanentis, nempe Euchariſtici. Quia ſacramenti ſubiectum non eſt quælibet res potens in ſe recipere nudam entitatem ſacramenti, ſed illa, quæ poteſt illius fructum recipere: ſed Euchariſtiæ fructum non poteſt recipere, niſi homo: Ergo licet brutum poſſit intra ſe recipere entitatem Euchariſticam, ſolus tamen homo erit ſubiectum eius ſacramenti. Maior, quæ ſola difficultatem ingerit, oſtenditur, quia ſacramentum ita eſt potens ſacrare, ſicut alimentum potens alere: proinde ſicut ſubiectum alimenti non eſt quælibet res, etiam animata, niſi illa, quæ per ſe loquendo, poteſt per illud ali, atque nutriri; ita ſacramenti ſubiectum illud ſolum erit, quod à ſacramento ſacrari poteſt: ſed ſolus homo per Euchariſtiam poteſt ſacrari: Ergo ſolus ipſe eſt ſacramenti Euchariſtici ſubiectum.

12. Quare ſi leo, vel equus Euchariſtiam voraret, non magis diceretur ſumere ſacramentum, quàm ſi voraret lapidem diceretur ſumere alimentum. Dices, eſſe diſcrimen; nam Euchariſtia ex ſe poteſt aliquem ſacrare, nempe hominem, ideoque abſolutè eſt ſacramentum: lapis vero non eſt alimentum: Contra: demus lapidem eſſe nutritiuum Struthionis, vel alterius bruti: non ideo tamen homo lapidem glutiens, diceretur ſumere alimentum: quia nequit homo lapide nutriri; proinde nec leo diceretur ſumere ſacramentum, quia nequit illo ſacrari.

13. *Etiam in l. Veteri.* Tertia ſit ſententiæ pars. Probabilius etiam eſt, ſolum hominem in lege Vetere ſubiectum fuiſſe ſacramentorum phyſicè permanentium, vt Agni Paſchalis, Panum Propoſitionis, & Azymorum. Ratio; quia ſacramenti ſubiectum, vt paulò ante diximus, eſt illud ſolum, quod à ſacramento poteſt ſacrari; ita ſcilicet, vt ſacramentum ſe habeat vel tamquam cauſa formalis, quæ ſubiectum actuet, & per ſe ipſum conſecret, ac habiliter ad bonum Eccleſiæ proprium; vel tamquàm cauſa efficiens, cuius actionis capax ſit ille, qui ſacramentum ſuſcipit, qui propterea dicatur ſubiectum ſacramenti, tamquam ab iſto vel formaliter, vel efficienter actuari, vel immutari potens. Atqui per ſacramenta illa Vetera phyſicè permanentia ſolus homo ſacrari poterat, non Angelus, aut ſubſtantia rationis incapax: Igitur eiuſmodi ſacramentorum ſolus homo ſubiectum erat. Quapropter, ſi Paſchalem Agnum iam aſſum, aut Panes Propoſitionis, aut Azymos brutum aliquod comederet, non diceretur ſacramentum ſumere; quod in proximis aſſertionibus abundè explicatum, & ſtabilitum eſt.

14. *Et etiam quoad ſacramenta illius legis tranſeuntia.* Quarta demum ſit ſententiæ pars. Probabilius ſaltem eſt, ſolum etiam hominem fuiſſe ſubiectum ſacramentorum Veterum phyſicè tran-

tranſeuntium, ſiue in vſu, & actione conſiſtentium, vt dedicationis altaris, & aliarum id genus ceremoniarū. Voco partem hanc ſaltem probabiliorem; quia contrariam ab intrinſeco ſaltem non auderem improbabilitatis acerſere; & hanc cenſeo probabiliorem, ſaltem ob autoritatem communem, cui ſequentem adiungo rationem.

15. Sacri ritus, & Ceremoniæ, quæ Dei inſtitutione, & iuſſu, circa res irrationales, aut etiam inanimes in Antiquis legibus fiebant, ex. gr. altaris dedicatio, Agni immolatio, & his ſimiles, non erant ſacramenta: Ergo res inanimes, circa quas eæ ceremoniæ, ritusque fiebant, non erat ſubiectum ſacramentorum; ac proinde ſolus homo in his legibus erat ſacramentorum tranſeuntium ſubiectum. Conſequentia manifeſta eſt, cum illorum ſacramentorum ſubiectum non eſſet Angelus vtpote impos per illa conſecrari, ſiue habilitari ad bonum illius eccleſiæ.

16. Antecedens oſtendo, quia ſacramento eſſentiale eſt eſſe ſignum gratiæ, vt conſtat ex Diſp. 1. ſect. 1. Sed ij ritus non erant gratiæ ſigna: Ergo nec ſacramenta. Minor, quæ ſola poteſt eſſe difficilis, probatur; quia tametſi plurimæ legum Antiquarum res, gratiam in lege Nouâ tribuendam ſignificabant, non eſt tamen, cur eam ſignificarent Altaris dedicatio, Agni Paſchalis immolatio, & aliæ ceremoniæ, quæ circa res rationis expertes exercebantur. Idque vel ideo probabile efficitur, quòd eiuſmodi ritibus, ac ceremoniis commodiſſimè, & quaſi connaturaliſſimè poſſumus aſſignare res alias, quarum ſigna prognoſtica eſſent, & non ſanctitatis, & gratiæ.

17. Sint exemplo, & probationi, quæ ſequuntur. Agnus quidem Paſchalis præſignabat Chriſtum, ſiue in cruce, ſiue in Euchariſtiâ: proinde Agni immolatio præſignabat Chriſti immolationem, vel in cruce cruentam, vel in Euchariſtiâ incruentam. Altaris dedicatio præſignabat dedicationem in lege Nouâ futuram perfectionis altaris, non ad ſuſtinendas carnes hircorum, aut vitulorum, ſed quaſi Agni immaculati Chriſti. Sic enim vetus Mannâ, quod in Arcâ teſtamenti ſeruabatur, ſignificabat vel Euchariſtiæ gratiam, vel Euchariſtiam ipſam; Arca verò neutrum, ſed vel homines, vel ſacras pyxides, à quibus venerabilis Euchariſtia ſuſcipienda erat.

§. III.

Solus item homo viator.

18. *Solum viatoré eſſe ſacramentorū capacé non adeò clatet.* SVarez numero 1. citatus, perſpicuè docet, eſſe hoc ex fidei principiis certum, ac euidens; & Vazquez ibidem adductus, eſſe adeo manifeſtum, vt examinatione opus non habeat. Sed neque hîc videtur tanta certitudo, quæ numeros expleat claritatis. Tum quia teſte Suarez, quem Diſputatione 17. num. 17. retuli, poteſt Beatus ſacramentum aliquod validè miniſtrare: Ergo etiam poteſt validè aliquod recipere: præſertim ſi ſit phyſicè permanens, vt erat olim Agnus Paſchalis, & nunc Euchariſtia.

19. Quod enim Suarez, & Vazquez aiunt, ſacramenta fuiſſe inſtituta pro ſolis viatoribus; nempe vt à ſolis ipſis reciperentur; hoc inquam impugnatur, quia non ita nō ſunt inſtituta, vt à ſolis viatoribus validè miniſtr tur: Ergo, nec vt a ſolis ipſis validè recipiantur. Accedit, quod ſacramentum permanens Nouæ legis, nempe Euchariſticum, certiſſimè inſtitutum eſt, vt à ſolis hominibus viatoribus in os, & in ſtomachum accipiatur; & tamen poteſt & à beato, & à non homine: Ergo & beatus ſacramenti ſubiectum eſſe.

Ob hanc fortè rationem Granadus in illo Tract. 5. diſp. 6. num. 1. ſolùm ait, certum eſſe, ſacramenta non poſſe recipi, niſi ab homine; Euchariſtiam verò materialiter poſſe à bruto deuorari: non verò ait, ſacramentum ſuſcipi poſſe à ſolo viatore, quaſi cenſeat, Euchariſtiam & materialiter, & formaliter poſſe recipi ab homine iam beato. 20.

Aſſertio tamen ſit ſolum hominem viatorem ſubiectum eſſe ſacramenti ſiue tranſeuntis, ſiue permanentis. De ſacramento tranſeunti facilè ex dictis perſuadetur. Quia ſolum illud eſt ſacramenti ſubiectum, cui ſacramentum poteſt validè conferri: ſed ſacramentum tranſiens, nimirum Baptiſmus, Confirmatio, Abſolutio, Vnctio, Ordo, Matrimonium, ſoli viatori poteſt validè conferri: Ergo ſolus viator eſt capax ſacramenti tranſeuntis. Maior, & Illatio clariſſimæ ſunt. Minor ex fide conſtat. Quare ſicut optimè dicitur peccator, dum retinet voluntatem grauiter peccandi, non eſſe capax ſacramenti pænitentiæ, quia nequit iſtud ei in eo ſtatu validè conferri; ita Beatus dicendus incapax ſacramenti tranſeuntis, quia nequit iſtud validè ſuſcipere. 21. *Eſt tamen reipſa verū.* *Probatur de ſacramentis tranſeūtibus.*

Confirmatur ampliùs, & explicatur; quia ſacramenti ſubiectum eſt illud, cui ſacramentū poteſt ſacrationem ſuam tribuere; & proinde ſacramenti tranſeuntis ſubiectum in lege Nouâ eſt, cui ſacramentum conferre poteſt gratiam ſanctificantem, ſeu ſacrationem internam & ſacramenti ſubiectum in Antiquis legibus erat illud, cui poterat ſacramentum conferre ſacrationem extrinſecam, ſeu legalem: Atqui Nouum ſacramentum tranſiens ſoli Viatori poteſt conferre ſacrationem internam, cum pro ſolo Viatore inſtitutum ſit; & Vetus ſoli Viatori ſacrationem externam, cum ſolùm ſit inſtitutum pro ſtatu hominum, in quo nullus erat beatus: Ergo ſacramenti tranſeuntis ſolus viator ſubiectum eſt. 22.

De ſacramento permanenti in lege Veteri res eſt clara, cùm eſſet inſtitutum pro ſolo ſtatu, in quo nullus homo beatus futurus erat. De ſacramento verò permanenti in lege Nouâ ſiue Euchariſtico, quamuis maior videatur difficultas, probatur tamen etiam ex dictis. Etenim eſſe ſubiectum ſacramenti, eſt eſſe velut materiam, aut cauſam materialem, in quam attentâ conditione ſtatûs, ſeu legis, & Eccleſiæ, in quâ reperitur, poteſt ſacramentum agere, vel ſanctificando intrinſecè, vt in lege Nouâ, vel extrinſecè, vt in Veteribus: prout num. 13. & num. 14. variè declaratum fuit: ſed licet Beatus in os, & ſtomachum acciperet Euchariſtiam, non poſſet hæc in illum agere, producendo ſacrationem internā: Ergo ſacramenti permanentis ſubiectū in lege Nouâ non eſt homo beatus, ſed viator. 23. *Et etiam de permanenti.*

Obiicies ita. Viator baptizatus in mortali recipiens Euchariſtiam, dicitur eſſe ſubiectum ſacramenti, & ſumere ſacramentum; cum tamen iſtud in peccatorem non poſſit gratiam inducere: 24. *Nec obſtat quod peccator ſacramētū Euchar. recipiat.*

Digitized by Google

ducere: Ergo licet Beatus nequeat ab Euchariſtia recipere gratiam: tamen illam in os, & ſtomachum accipiens; dicetur ſacramentum ſumere, & ipſius eſſe ſubiectum. Nego conſequentiam; quia Viator baptizatus eſt in ſtatu, lege, ſiue Eccleſia, quibus attentis poteſt, & moraliter ſolet recipere gratiam à ſacramento; cui ſtatui valdè contingens, & per accidens eſt hominem eſſe peccatorem; proinde licet ſit impedimentum ad recipiendam gratiam à ſacramento, non eſt tamen impedimétum ſtatus, ſiue legis; ac proinde neque moraliter inuertibile, ſed potiùs auertibile, & quod auerti debet, tanquam illi ſtatui nociuum, & minimè neceſſarium: ideo relinquit fidelem baptizatum viatorem ſimpliciter capacem ſacramenti, & ſimpliciter ſubiectum ſacramenti: Beatus autem, attento ſtatu, ſeu lege, & Eccleſia, vbi reperitur, incapax eſt recipiendi effectum ſacramenti, & proinde minimè ſubiectum ipſius, & propptereà, licet illud in ſtomachum ſumat, non recipiet ſacramentum.

15\. *Exemplo res illuſtratur.* Eſt exemplum omni ex parte appoſitiſſimũ in homine, viuo quidem, ſed ita ægro, vt humoribus, aut morbo impediatur, ne cibum concoquat, eoque nutriatur. Is enim, ſi iuſculum ſorbeat, vel pulmentum dentibus molat, & in ſtomachum demittat, veriſſimè dicetur cibum ſumere, alimentum ſumere: quántumuis morbo prohibitus, ne illo nutriatur; quia ſcilicet ſtatus huius vitæ per ſe, & ex natura habet, vt ille homo iuſculo, & pulmento nutriri poſſit, eſto impediatur morbo, qui tali ſtatui contingenter, & per accidens, ac violenter aduenit: E contra verò homo iam immortalis, ſeu iuſculum ſorbeat, ſeu pulmentum dentibus molat, in ventremque tranſmittat, minimè dicetur ſumere alimentum, quia ſpectato ſtatu fixo vitæ immortalis, nutriri alimento non poteſt. *Quod homo iam immortalis non dicitur ſumere alimentum.* Pari ergo ratione, ſi viator peccator Euchariſtiam ſumat, ſacramentum ſumet, eritque ipſius ſubiectum, quia poteſt ab illo ſanctitatem accipere, ſi ſpectetur ſtatus fixus viatoris fidelis, cui ſtatui per per accidens obrepit morbus ſpiritualis, ſeu peccatum, quo ſacramentum impeditur, ne gratiam peccatori impertiat: ſi autem Beatus Euchariſtiam in os, & ſtomachum trahat, non dicetur ſacramenti ſubiectum eſſe, vel ſacramentum ſumere, quoniam attento ſtatu, & lege, & Eccleſia in qua ſtabiliter eſt, nequit à ſacramento fructum internum, & ſacramenti proprium reportare. Et per hæc, & cætera, quæ quæ diximus, occurſum eſt rationibus, num. 17. propoſitis.

SECTIO II.

De intentione in ſubiecto adulto requiſita ad valorem ſacramenti tranſeuntis.

26\. Contraho quæſtionem tum ad ſubiectum adultum, vt de valore Baptiſmi, Confirmationis & Ordinationis paruulorum, in ſuis diſputem locis; tum ad ſacramentum tranſiens, vt non agam de Euchariſtico; nam cum iſtud antequam à ſubiecto recipiatur, verum ſacramentum ſit, conſtat nullam intentionem ad ſui valorem in ſubiecto depoſcere.

§. I.

E variis autoribus duæ colliguntur ſententiæ.

Colliguntur, inquam, non ſolum, quòd in illis ſparſæ huc ſimul repræſententur, ſed quòd ex illorum dictis per quandam conſequentiam inferantur. Cum enim præſens quæſtio de ſacramentis omnibus, vel de ſacramento in communi, vel cum iſta latitudine non tractetur, ſed ſolum de vno, vel altero ſacramento, ex iis, quæ de vno, vel altero docent inferimus, quod iidem conſequenter eſſent dicturi. 27.

Prior ſententia ſit, ad valorem eiuſmodi ſacramentorum non requiri in adulto intentionem, aut voluntatem recipiendi ſacramentum, ſed ſufficere, ſi exteriùs conſentiat in ſacramentum, quamuis interiùs diſſentiat. Hanc doctrinam de ſubiecto Baptiſmi tradidit expreſsè Gloſſa, non in cap. *licet*, prout Ledeſma citat, ſed in cap. *Maiores*. de Baptiſmo. v. *perdurare*. Conſequenter autem eandem tradere debuiſſet de Confirmatione, & Ordinatione characterem etiam imprimétibus. Quod enim Gloſſa paulò ante ad aliud inſtitutum dixerat, nempe Baptiſmum eſſe ſacramentum neceſſitatis, hæc inquam ratio non probat ſolum Baptiſmum cum illa contraria voluntate validè recipi, ſed etiam confirmationem, & Ordinationem. Tum quia Confirmatio eſt quoddam Baptiſmi quaſi complementum, & tam ipſa, quàm ordinatio characterem imprimit: Tum etiam, & præcipuè, quia per Baptiſmum cum illa fictione ſuſceptum non occurritur neceſſitati potiſſimæ, nempe iuſtificandi ſubiectum à culpa Originali, ſed potiùs additur culpa grauiſſima actualis; ſolumque imprimitur character, quæ eſt Chriſtiani dignitas: pariſſima verò ratione per Confirmationem ficte ſuſceptam, non occurritur præcipuæ neceſſitati, nempe corroborandi, & ſtabiliendi gratia cor, ſed fœdatur crimine ſacrilegij, ſolum imprimitur character, quæ eſt dignitas Chriſtiani militis. 28. *Docentes ſat eſſe exteriorem conſenſum, etiam cum interno diſſenſu.* *Item dicent de Confirmatione, & Ordine.*

Denique per Ordinationem ſimili cum fictione receptam non infunditur gratia, quæ tanti momenti eſt ad Ordinem ritè exercendum; ſolumque imprimitur character, qui eſt dignitas, verbi gratia Presbyteri, vel Epiſcopi: Ergo ſi quis externè conſentiens, & internè diſſentiens in Baptiſmum, dicatur validè baptizari, ſanè cum ſimili fictione dicendus eſt validè Confirmari, & Ordinari. Confirmatur, quia ſicut externè conſentientes in Baptiſmum, licet internè diſſentiant, Eccleſia compellit ſtare legibus Chriſtianorum, ita cum pari fictione Confirmatos, & Ordinatos compellit ſtare legibus Confirmatorum, ita vt non debeant iterum confirmari, & Presbyterorum ita, vt non poſſint vxorem ducere, vel cum ducta cohabitare: Ergo ſi dicatur Baptiſmus ab interiùs renuente validè ſuſcipi, tandem dicendum de Confirmatione, & Ordine. 29.

Quin etiam idem dicendum de Pœnitentiæ ſacramento, præſertim ſi dicatur eſſentialiter conſiſtere in ſola abſolutione. Confeſſus 30.

Digitized by Google

enim culpas coram Confeſſario, & ab eo po-
S. Thom. Q.LX. ſtulans abſolutionem, tametſi interiùs habeat abſolutionis nolitionem, ſatisfacit annuæ cõfeſſionis præcepto. Prætereà ſi ſubiecto interiùs nolente baptiſmum, & exteriùs illud poſcente, verba hæc, *Te baptizo* &c. ſignificant ex Chriſti inſtitutione gratiam Baptiſmi: Igitur ſubiecto nolente interiùs, ſed exteriùs abſolutionem, verba hæc, *Te abſoluo*, ſignificabunt ex Chriſti inſtitutione gratiam Pœnitentiæ. Proinde, ſi illud baptiſmi ſacramentum verum eſt, & iſtud Pœnitentię verum erit: eſto in neutrius receptione gratia recipiatur, ſed peccati ſtatus augeatur.

31. Denique idem dicendum ab iis autoribus de Extremâ Vnctione, & Matrimonio, quiſque deprehendet: Nam & cum illâ fictione extremè vnctus non iterum vngetur in eodem morbo: & cum illâ fictione contrahens matrimonium non permittetur aliam ducere. Quod ſi matrimonium eſt contractus; etiam dicetur baptiſmus eſſe contractus, quo ſcilicet obligatur quis in perpetuum ad obſeruandas leges Chriſtianiſmi: ſicut per matrimonium aſtringitur ad ſtandum legibus matrimonij. Cur igitur ficta petitio baptiſmi dicetur ſufficiens ad verum baptiſmum; & non ficta petitio matrimonij ad verum matrimonium.

32. Sed ne forſan exiſtimer hoſtem fingere, quẽ perſequar, aut ſcopum figere, quem feriam, totam hanc ſententiam conſequenter traderent ij Doctores, quos Diſputatione 4. ſect. 1. §. 2. recenſui, pronunciantes ad ſacramenti valorem ex parte miniſtri ſufficere intentionem, ſeu voluntatem efficiendi actus externos, verbi gratia abluendi, & verba ſolemnia proferendi, ita vt exteriùs appareat rem agi ſeriò, licet, interius miniſter agat iocosè, & irriſoriè, & cum formali volitione, & intentione non faciendi ſacramentum, aut illud quod Chriſtus inſtituit, aut quod vera Eccleſia, eiuſque miniſter agit. Qui enim hoc aſſerunt, conſequenter dicere debuiſſe videntur, ad valorem ſacramenti tranſeuntis dumtaxat requiri in ſubiecto adulto voluntatem, ſiue intentionem recipiendi ſacramentum quoad actiones, ſeu paſſiones eius externas, ita ſcilicet, vt exteriùs appareat, ipſum ſeriò ſe gerere, & ſeriò velle, quamuis interiùs non ſeriò, ſed iocosè agat, & proinde cum formali volitione non recipiendi verum ſacramentum, ſiue illud, quod Chriſtus inſtituit, & quod vera Eccleſia per ſuos miniſtros confert. Etenim ſi ficta illa voluntas ſeriò miniſtrandi ſufficit ad ſacramẽti valorem ex parte miniſtri: Cur ſimiliter hæc voluntas fictè recipiendi ſufficiet ad valorem ex parte ſubiecti?

Poſterior ſententia ſit. Ad ſacramenti tran-
33. Aientes, ſat eſſe ſi ſubiectum ſacramenti conſcium, negatiuè ſe habeat. ſeuntis valorem ſufficere, ſi ſubiectum ſcienter illud recipiat, eiuſque nolitionem non eliciat; non enim requiri, vt velit, ſed ſatis eſſe, ſi negatiuè ſe habeat: eſto dicant eius ſententiæ patroni, talem euentum, in quo adultus expreſsè cogitet de ſacramento recipiendo, & tamen circa illud negatiuè ſe gerat, eſſe moraliter impoſſibilem. Hanc ſententiam de ſubiecto Baptiſmi docuit Caietanus, infra quæſ. 68. art. 7. addens, eſſe Angelici Doctoris in 4. Diſt. 6. q. 1. quæſtione. 3. Martinus verò Ledeſma in 1. Quarti. quæſt. 9. ar. 7. cum à §. *His non obſtantibus* doctrinam iſtam Caietani refellat, vt S. Doctori, & veritati contrariam; ipſe tamen, paulò poſt (mirum dictu) in eodem articulo 7. §. *dubitatur ſecundò*, in eandem expreſsè conſenſit, ſupponens etiam, ſicut Caietanus, euentum eſſe moraliter impoſſibilẽ, quã tamẽ impoſſibilitatẽ (vt ingenue fatear) ego planè nõ video. Cur enim is, qui videt miniſtrum paratum ad baptiſmũ ſibi conferẽdum, nequeat habere iſtum actum, *Neque volo, neque nolo baptizari, ſed perinde me habere, ac ſi ratione, & ſenſu, vel ſaltem libertate carerem.*

Porrò, quod Caietanus, & Ledeſma de Bap- 34.
tiſmo tradunt, idem conſequenter tradere debuiſſent de Confirmatione, & aliis ſacramentis tranſeuntibus, in quibus etiam videtur diſpoſitio illa merè negatiua eſſe moraliter poſſibilis. Nam is, qui videt Epiſcopum volentem ſibi conferre ſacramentum Confirmationis, eodem pacto ſe habere poteſt, ac ſubiectum Baptiſmi nuper deſcripſimus. Is etiam, qui iam ſua peccata, cum ſufficiente dolore Confeſſario aperuit, & videt eum de conferendo abſolutionis ſacramento cogitantem, Cur nequeat interiùs hunc formalem actum elicere, *Neque volo, neque nolo abſolui*. Idemque à fortiori eſt de Ordine, & Extremâ Vnctione. In matrimonio quidem videtur id impoſſibile, quia matrimonium eſt ipſa contrahendi volũtas exteriùs manifeſtata: proinde conſiſtit in ipſâ intentione conficiendi ſacramentum, & ſimul recipiendi. Verum tamen ſi contractus matrimonij poteſt inter Chriſtianos exiſtere ſine ratione ſacramenti, poſſent ambo coniuges velle efficere contractum, & alter eorum nec velle, nec nolle recipere ſacramentum, ſed negatiuè ſe gerere.

§. II.

Certiſſimè requiritur, vt ſubiectum non repugnet.

HAc de re videtur S. Auguſtinus ita dubi- 35. An requiratur vt ſubiectum nõ repugnet, dubitauit S. Auguſtinus.
taſſe, vt non ſit auſus quæſtionem dirimere. Etenim lib. 7. de Baptiſmo: cap. 53. in fine ita ſcripſit: *Vbi autem neque ſocietas vlla eſſet ita credentium, neque ille, qui acciperet* (baptiſmum) *ita crederet; ſed totum ludicrè, & mimicè, & ioculariter ageretur, vtrum approbandus eſſet baptiſmus, qui ſic daretur, diuinum iudicium, per alicuius reuelationis miraculum, concordi oratione, & impenſis ſupplici deuotione gemitibus implorandum eſſe cenſerem; ita ſanè, vt poſt me dicturos ſententias, ne quid iam exploratum, & cognitum afferrent, ſimiliter expectarem: quanto magis ergo nunc ſine præiudicio diligentioris inquiſitionis, vel maioris autoritatis, illud dixiſſe accipiendus ſum.* Hæc omnia modeſtiſſimus Auguſtinus, dum res nondum explorata eſſet.

Cæterùm, ad ſacramenti valorem certiſſimè 36. Certiſſimè tamen id requiritur.
requiri, vt ſubiectum non habeat, vel retineat contrariam voluntatem, definitum poſtea fuit in cap. *Maiores*, de Baptiſmo. Rogatus enim Innocentius III. vt conſtat ex rubricâ, vel ſummario §. *Item quæritur, vtrum dormientibus, & amentibus, ſacramenti ſaltem character in baptiſmate imprimatur*: refutat in primis quorundam ſententiam aſſerentium; ſacramenta, quæ Characterem imprimunt, validè conferri dormientibus, & amentibus, quamuis antea repugnantibus. Approbat verò diſtinctionem, quam alij adhibent, inter repugnantes, & coa-

ctè

Digitized by Google

ſt è volentes: atque illos recipere Baptiſmum inualidè, iſtos validè. Deinde ſubdit. *Ille verò qui nunquam conſentit, ſed penitus contradicit, nec rem nec characterem ſuſcipit ſacramenti: quia plus eſt expreſſè contradicere, quam minimè conſentire.* Et inferius: *Dormientes autem, & amentes, ſi priuſquam amentiam incurrerent, aut dormirent, in contradictione perſiſterent, quoniam in eis intelligitur contradictionis propoſitum perdurare; etſi ſic fuerint immerſi, characterem non ſuſcipiunt ſacramenti.* Et paulò poſt ita concludit: *Tunc ergo characterem ſacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contraria non inuenit obſiſtentem.*

Nam de Baptiſmo definitum ab Innoc. III.

37. Idemque eſt de cæteris ſacramentis tranſeuntibus.

Porrò quod hîc expreſsè decernit Pontifex de ſacramento Baptiſmi, tenendum etiam eſſe de cæteris ſacramentis tranſeuntibus, meritò cenſent Doctores omnes Catholici. Nam etſi ratio, quam Innocentius adhibet, ſpecialiter vrgeat in Baptiſmo, quia ſcilicet, *id eſt Religioni Chriſtianæ contrarium, vt ſemper inuitus, & contradicens, ad recipiendam, & ſeruandam Chriſtianitatem aliquis compellatur*: tamen ea ratio, vel non eſt Pontificia definitio, neque ad fidem ſpectans; vel ſi eſt, non ſolitariè, ſed adiuncta alia, nempe ſi talium Baptiſmus valeret, fore illos compellendos ad Chriſti legem recipiendam, & obſeruandam. Atqui ſi hoc eſt Chriſtianæ Religioni contrarium, etiam contrarium eſt, vt qui ſemper inuitus, & repugnans fuit ſuæ ordinationi v. gr. in Subdiaconum, vel Diaconum, vel Presbyterum, vel Epiſcopum, compellatur eum ſtatum recipere, & eius leges ſeruare: non dico ſolùm leges ab Eccleſia ſuperadditas, vt Caſtitatis perpetuæ, ſed illas, quæ iure diuino talibus ordinibus annectuntur, præſertim Epiſcopatui, qui ex ſe obligat ad perfectionem.

38. Ratio probabilis, ſed non generalis.

Si autem hominem cum prædictâ reſiſtentia validè ordinatum non obligari ſui ordinis legibus, non eſt incommodum; cur erit incommodum cum ſimili repugnantia validè baptizatum Chriſtianiſmi legibus non aſtringi? Eo vel maximè, quod baptizatus in infantia, vel poſt infantiam ſponte, cùm iam ſit Eccleſiæ ſubditus, compelli poſſet in aliquo euentu ad ſuſcipiendum ordinem ſacrum, & conſequenter ad eius leges obſeruandas: & proinde inuoluntariè ordinatus compelli poſſet ad illarum obſeruationem ob reuerentiam ſuſcepti ordinis: at non ſubditus, non poteſt inuoluntariè fieri ſubditus: quare propter adductam rationem etiam ordo ſacer erit nullus, ſi conferri intendatur ei, qui aliquando repugnantiam habuit, eamque non retractauit.

39. Optima, & vniuerſalis ratio.

Ratio tamen à priori, & omnibus ſacramentis competens, hæc eſſe videtur; quia poſitiua illa reſiſtentia per ſe eſt impeditiua gratiæ quatenus ſanctificantis, & quatenus ſacramentalis, & validi vſus poteſtatis, quam ſacramentum, ſi validum eſſet, conferret. Ergo impedit valorem ipſius ſacramenti. Antecedens videtur clarum: quia gratia ſanctificans, quæ per ſacramentum datur, vel eſt prima, & reddit ſubiectum ſanctum, & hæredem gloriæ, vel eſt ſecunda, & reddit magis ſanctum, & hæredem maioris gloriæ: Quemquam autem reddi talem, non modò præter, ſed etiam contra propriam voluntatem; & frui gloriâ propter gratiam, quam prorſus inuitus accepit, per ſe apparet abſurdiſſimum: Ergo illa voluntas per ſe eſt impeditiua gratiæ ſanctificantis, quæ per ſacramentum tribuitur. S. Thom. Q. LX.

Hinc apparet eſſe impeditiuam gratiæ prout ſacramentalis: nam hæc eſt ipſamet ſanctificans, prout inuoluit ius ad auxilia ſpecialia, quibus exerceatur poteſtas, vel impleatur obligatio per ſacramentum inducta: nam hæc auxilia ſunt annexa gratiæ ſanctificanti, per ſacramentum collatæ: proinde ſi hæc non reperitur, illa non debentur: Cùm igitur illa voluntas per ſe impediat receptionem gratiæ ſanctificantis, per ſe impedit receptionem gratiæ ſacramentalis. Quod verò etiam per ſe impediat validum vſum poteſtatis, quam ſacramentum, ſi validum eſſet, tribueret, patet, quia planè impedit negatiuè, ſpolians hominem iure ad auxilia ſpecialiter adiuuantia ad eius vſus valorem: tum quia etiam impedit poſitiuè; nam qui inuitè eſt v. gr. Sacerdos, non magis volet validè conſecrare, quàm voluit validè ordinari. 40.

41. Pro matrimonio ſpecialiſſima.

In matrimonio ſpecialiſſima eſt ratio, nempe quod eius materia, & forma eſſentialis eſt mutuus conſenſus internus externè manifeſtatus; proinde conſiſtit eſſentialiter in ipſa contrahendi intentione, ſeu voluntate; cum hæc verò eſt incompoſſibilis abſoluta, & efficax nolitio, ſiue intentio non contrahendi; quapropter hæc penitus impedit matrimonij valorem. Num autem volitio ineundi contractum cum nolitione efficiendi ſacramentum, ſufficiat inter baptizatos ad matrimonij valorem, quod ſacramentum non ſit, pertinet ad Diſputationes de Matrimonio, in quibus examinabitur. Nunc ſolum addo, rationem paulò ante adductam, cunctis ſacramentis communem, habere hîc ſuam ſpecialitatem: qui enim omnino inuitus, reſiſtenſque contraheret matrimonium, cogeretur vitam agere moleſtiſſimam, nec facilè adduceretur ad matrimonij leges obſeruandas.

§. III.

Non ſufficit, quod non repugnet, ſeu negatiuè ſe habeat.

42. Non ſat eſt quod ſubiectum negatiuè ſe gerat.

Eſt hæc ſententia Doctorum omnium Catholicorum, exceptis Thoma de Vio, & Martino de Ledeſma, quorum meminimus ſupra num. 33. Probatur à Recentioribus communiter ex Concilio Carthagin. III. can. 34. & ex Arauſicano Can. 12. quos Canones exſcribemus num. 71. & 72. & adiungi poſſet Concilium Carthaginenſe IV. can. 76. & Rituale Romanum Pauli V. quorum teſtimonia ibidem allegabo. In his enim omnibus ſtatuitur, vt ſi quis antequam in phreneſim incidat, vel obmuteſcat, popoſcerit, aut deſiderauerit Baptiſmum, aut Pœnitentiam, & eius rei teſtimonium aſtantes exhibeant, baptizetur, vel abſoluatur, non autem, ſi eiuſmodi deſiderium non habuerit, aut de ipſo non conſtiterit.

43. Friuolæ quorundam probationes.

Verùm hæc teſtimonia theſim propoſitam non probant. Non enim ait Eccleſia, Baptiſmum, ſine ſubiecti intentione, ſeu voluntate non valere: ſed viſa eiuſmodi intentione, aut volitione conferri debere. Probat itaque Baptiſmi, & Abſolutionis ſacramentum, præcedente ſubiecti intentione, & volitione eſſe validum,

Digitized by Google

validum , & licitum: at non euincit Baptiſmum , eo deficiente conſenſu , inualidum eſſe. Nam etſi validus eſſet , prohiberetur conferri non viſo ſubiecti conſenſu : quia licet eſſet validus , eſſet tamen ad ſalutem inutilis,ac proinde illicitus. Deprehenſa verò illa ſubiecti voluntate , iure præcipit Eccleſia Baptiſmum tribui : quia magno cum fundamento præſumit , fore non ſolùm validum , ſed etiam vtilem: ſperat enim , eum , qui ſic Baptiſmum poſcit, eſſe ritè diſpoſitum ad recipiendum non ſolum characterem,ſed etiam gratiam , & peccati remiſſionem.

44. Granadus de Baptiſmo Tract. 4. Diſp. 1.numero 5. Probat ex Innocentio relato in cap. *Maiores*, de Baptiſmo , vbi cùm definiiſſet, eos , qui cum poſitiua renitentia baptizantur, inualidè baptizari , ſubdidit ; *Secus autem , ſi priùs Catechumeni extitiſſent, & habuiſſent propoſitum baptizandi*: Sed contra , quia Pontifex ſolùm definit , non valere Baptiſmum cum poſitiua reſiſtentia receptum , & valere receptum cum poſitiua voluntate : Concluſio verò loquitur de Baptiſmo recepto ſine vtraque. Porrò Innocentij mentem illam eſſe, quam dixi,probabitur infra n....

45. Solida prima ex Auguſtino. Probo primùm ex Auguſtino lib. 4. de Baptiſmo cap. 24.in fine.Cum enim docuiſſet,Baptiſmum paruulorum valere ad ipſorum conſecrationem,dum pro eis reſpondere non valentibus alij reſpondent,ſubdit de adultis:At ſi pro eo,qui reſpondere poteſt,alij reſpondeant non itidem valet.Dices,verba hæc,*non itidem valet ad conſecrationem*,idem eſſe Auguſtino,atque ad iuſtificationem,ſed contra,quia S. Auguſtinus probè ſciebat , poſſe eſſe conſecrationem abſque iuſtificatione : vnde ipſemet in lib. 7. de Baptiſmo c.53.à medio,Baptiſmum validum,& in peccato receptum appellat Baptiſmum conſecratum.Et prætereà lib. 1, de Baptiſ. c.12.vbi ſentit,ſacramentum eſſe validum,ſed illicitum; ait non valere ad ſalutem. Dices:Auguſtinus n. 35.citatus dubium rel inquit , num iocularirer accipiens Baptiſmum;validè recipiat.Sed contra , quoniam ibi iam eſt voluntas accipiendi Baptiſmum & ſi iocularirer : hic autem agitur de homine nullam habente Baptiſmi voluntatem:quaptopter etiamſi illud Auguſtino dubiũ fuerit , illud potuit non eſſe.Addo locum alterum eiuſdem Auguſtini libro illo 7. de Baptiſmo c.53.paulò poſt principiũ.*Quid enim proſit animus veraciter dantis fallaciter accipienti non video.*Si enim non ſufficit , quod miniſter habeat intentionem conficiendi,& conferendi ſacramentum,ſed vlterius requiritur , quod ſubiectum veram habeat intentionem,& voluntatem illud recipiendi,profectò non ſufficiet,Auguſtino autore,quòd merè negatiuè ſe habeat.

46. Et altera ex ratione. Probo deinde ratione , quam ad aliud inſtitutum attuli ſupra,n.38.& ad præſens , ita applico.Per Baptiſmum collatum ex.gr.dormiẽti, aut merè paſſiuè ſe habenti, ſi tale ſacramentũ valeret,vel baptizatus fieret Eccleſiæ ſubditus, vel non.Si non fieret,quæ maior abſurditas? Si fieret,quod maius incommodum , quam quod adultus abſque ſuo conſenſu obligetur ad eum ſtatum, & ad eius leges obſeruandas ? Vt benè Innocentius III.n.37.relatus arguebat. Probo item in cæteris ſacramentis ; quia vel per talem confirmationem ex.cauſa,confertur gratia, vel non?Si confertur, ingẽs profectò eſt abſurditas,quòd homo adultus ſit Dei amicus,& habeat ius ad beatitudinẽ,citra propriã volũtatẽ. Si verò tale ſacramentũ non confert gratiã ſubiecto ritè diſpoſito ex parte ſtatus , nempe vel attrito ad receptionem Baptiſmi , vel iuſtificato ad receptionem Confirmationis; vnde colligemus , tunc ei conferri validum ſacramentum ? Vel enim iſtud eſt collatiuum characteris , vel non. Si eſt , æquè diſpoſitum , vel indiſpoſitum inuenit ſubiectum ad gratiam , atque ad characterem : vnde, vel vtrumque confert , vel validum non eſt : quòd verò vtrumque conferat , inſignem continet abſurditatem,vt paulò ante diximus : Ergo nullatenus validum eſt.

Oppones primò cum Caietano , & Ledeſma , Innocentium III.in cap. *Maiores* de Baptiſmo §. *Item quæritur* , in ipſo fine aſſerentem, valere Baptiſmum in eo, qui non habet voluntatem contrariam obſiſtentem. Ille verò , qui negatiuè ſe gerit, non habet voluntatem contrariam obſiſtentem : Ergo in eo Baptiſmus validus eſt. Maior claret ; nam verba Pontificis hæc ſunt : *Tunc ergo characterem ſacramentalis imprimit operatio , cùm obicem voluntatis contraria non inuenit obſiſtentem.* Reſpondent Suarez , Granadus, Lugus , & communiter Recentiores, quæſtionem ſolùm fuiſſe propoſitam Pontifici de iis , qui reluctantes baptizantur: & ideo Pontificem non meminiſſe ſtatus medij,nempe illorum , qui merè negatiuè ſe habent. 47. Innocentij III. locus difficilis.

Sed huius reſponſionis prior pars falſa videtur ; quia Pontifex , in §.*Item quæritur*,quæſtionem ſibi propoſitam ita refert. *Item quæritur , vtrum dormientibus , & amentibus ſacramenti ſaltem character in Baptiſmate imprimatur: vt excitati à ſomno , vel ab ægritudine liberati non ſint denuo baptizandi.* Quæ ſanè quæſtio generalis videtur , & communis iis,qui vel reluctantes , vel negatiuè ſe habentes , baptizantur. 48. A Recentioribus non recte explicatus.

Altera verò reſponſionis pars , ſi præcisè, vt ſonat , accipiatur , apertè falſa eſt ; Tum quia Pontifex in eodem §. *Item quæritur.* verſ. *Propter quod* , ita ſcribit. *Quia plus eſt expreſsè contradicere , quàm minimè conſentire* : ſeu ſtatum medium neque contradicendi , neque conſentiendi : Tum etiam, quia ſtatum iſtum pleniſſimè ſonant verba illa extrema : *Cum obicem voluntatis contraria non inuenit obſiſtentem.* Dum enim quis neque diſſentit : neque conſentit Baptiſmo , tunc is non inuenit contrariæ voluntatis obicem ; nempe contrariam voluntatem obſtantem,ſiue obſiſtentem.

Reſpondeo tamen ; Pontificem,ſaltem quatenus Pontificem , dumtaxat conſultum fuiſſe , & reſpondiſſe de iis , qui renitentes baptizantur. Primò , quoniam Innocentium ſic accipiunt communiſſimè Doctores , vno dumtaxat , vel altero excepto , nempe Caietano , & Ledeſma, & hoc ſecum pugnante , vt numer. 33. notaui : non eſt autem credibile , Pontificium reſcriptum à cũctis Doctoribus prauè intellectum. Secundò , quia ſtatus ille medius, neque volendi , neque nolendi , in adulto eſt rariſſimus ; ideóque inueriſſimile eſt , quæſtionem de illo fuiſſe Pontifici propoſitam , & ab ipſo definitam. Tertiò , quoniam Innocentius , cùm ex profeſſo diſputet , & probet reſponſionem ſuam de ſtatu poſitiuè diſſentientis ; tamen de ſtatu medio nihil ſeorſim diſputat. Solum obiter,& aliud agens , dum ait , poſitiuè 49. Vera reſpõſio,non loqui vt Pontificem.

Digitized by Google

ſitiuè repugnantem inualidè baptizari, rationem iſtam affert, *quia plus eſt expreſsè contradicere, quam minimè conſentire.* Quaſi ita diſputet Pontifex. Plus reſiſtentiæ habet, qui expreſsè repugnat, quam qui negatiuè ſe gerit: Ergo quamuis daremus iſtum validè baptizari non tamen illum, qui expreſsè repugnat.

50. Dices, non iſtam eſſe Pontificis argumentationem, ſed hanc. Fortius reſiſtit is, qui repugnat expreſsè, quàm is, qui ſe habet negatiuè; ſed iſte non reſiſtit efficaciter valori baptiſmi: Ergo, qui repugnat expreſsè, reſiſtit efficaciter. Sed contra primò, quia Minor illa propoſitio, *Sed qui negatiuè ſe habet, non reſiſtit efficaciter valori baptiſmi, hoc eſt, validè recipit baptiſmum,* hæc inquam propoſitio, de paruulis fuerat a Pontifice definita formaliter, & proinde de adultis qui cum perpetuâ nati fuerunt amentiâ virtualiter: de adultis verò, qui ſui compotes ſunt nullatenus fuerat definita, cùmque nec per ſe nota, nec intellectu facilis ſit, ſine fundamento diceretur fuiſſe a Pontifice, vel tamquam vera ſuppoſita, vel tacitè vſurpata. Contra ſecundò, quia ſi Pontifex Minorem illam vſurpat; potiùs exiſtimandus eſt ita diſſerere: Plus reſiſtit, qui poſitiuè repugnat, quam qui negatiuè ſe gerit: ſed adulti, perpetuò amentes, dum negatiuè ſe habent, non reſiſtunt valori ſui baptiſmi efficaciter: Ergo adulti, ſuique compotes, qui expreſsè repugnant, efficaciter reſiſtunt, ac proinde baptiſmum validum non recipiunt: quæ concluſio ſcopus eſt illius §. iuxta communiſſimam Doctorum, noſtramque ſententiam.

51. Inſtabis, Pontificem in ipſo fine eiuſdem §. totam doctrinam ſuam ſic terminare: *Tunc ergo characterem ſacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contraria non inuenit obſiſtentem*: ſed in habente ſe merè negatiuè non inuenit obicem contrariæ voluntatis: Ergo imprimit characterem: Atque adeo hæc, & non ſuperior concluſio, finis eſt, & ſcopus dicti §. quo argumento Caietanus, & Martinus de Ledeſma ſententiam iſtam amplexi fuere. Sed contra, quia cùm Pontifex in toto illo §. diſputet, & varias efformet argumentationes, profectò verba illa, *Tunc ergo*, non continent nouam doctrinam; ſed ſummatim colligunt illam, quæ vel in præcedentibus probata eſt, vel ex illis manifeſtè colligitur: alioquin ageret Pontifex ineptiſſimè, vt per ſe quiuis deprehendet: At illum, qui merè negatiuè ſe habet, validè baptizari, nec in eo §. vel capite fuerat oſtenſum, nec ex ibi oſtenſis manifeſtè deducitur: Ergo verba illa; *Tunc ergo* &c. propoſitionem iſtam, ſenſumve non continent. Quare, cùm ibi ſolum ſit ſermo de adultis; & iſti, cùm de ipſorum baptiſmo agitur (rebus moraliter ſpectatis) vel poſitiuè conſentiant, vel poſitiuè diſſentiant, optimè docet Pontifex, tunc imprimi characterem per ſacramentalem operationem, cum hæc non inuenit voluntatis diſſenſum; quia nempe moraliter (vt aiunt) loquendo poſitiuum inuenit conſenſum.

52. Firmo, quia Pontificis animus abſque dubio continetur in ſummario, ſeu rubricâ prædicti §. *Item quæritur*: illa verò rubrica ſic habet: *Amentes, & dormientes baptizati, ſi ante dementiam, vel dormitionem baptizari volebant, characterem ſuſcipiunt, aliàs ſecus* &c. Poſſet autem, quiſpiam pro concluſione ſic agere: Atqui ſi merè negatiuè ſe habebant, non volebant baptizari. Ergo non validè baptizantur. Non tamen licet ſic diſſerere; quia non exiſtimo plus eſſe in ſummario, quàm in eo §. cuius ſummarium eſt: in hoc autem nihil decerni de ſtatu negatiuo, iam oſtendi. Ratio verò, cur ſummarij autor, nomine Palea, qui fuit Gratiani diſcipulus, ita rubricam poſuerit, eſt, quoniam optimè calluit, Pontificem dumtaxat conſuli, & reſpondere de re moraliter euenientе, qualis non eſt merè negatiuè ſe habere illum adultum, de cuius baptiſmo inter fideles agitur. Ideóque, dum in rubricâ dicitur, *ſi volebant baptizari, aliàs ſecus*, iſtud *aliàs* idem eſt, ac ſi poſitiuè nolebant: ſic enim ſynopſis cum congruet, ne dicamus aliud in titulo, aliud in pyxide contineri.

S. Thom. Q. LX.

Palea dictus Gratiani diſcipulus.

53. Etiam ſi ibi egerit de negatiuè ſe habentibus.

Quod ſi permitteremus, Innocentium in eo §. *Item quæritur*, voluiſſe etiam agere de eiuſmodi ſtatu merè negatiuè ſe habentium, & de iis pronunciaſſe, quòd validè baptizantur; dicerem, non id aſſeruiſſe, vt Pontificem, ſed vt priuatum Doctorem, quia non fuerat de hoc interrogatus; quapropter ipſe de ſuo priuato ſenſu illud adiéciſſet, idque obiter, & verè aliud agens ab eo quod agendum ſuſcepiſſet. Porrò in reſcriptis tam ſummorum Pontificum, quàm Generalium Conciliorum, attendendum eſſe, quæ illis quæſtio proponatur, & huius deciſionem ad fidem ſpectare; quia ab illis, quatenus fidei Regulis exhibentur; non verò doctrinas aliquas, ſi forte admiſceant, ſæpiùs in Theologiâ probauimus: Videantur, quæ attulimus ſupra Diſp. 14. n. 74. & 75. nam pertinent ad hoc ipſum Innocentij reſponſum, vbi præter fidei definitionem, adiungit de ſuo, & Auguſtini ſenſu doctrinam aliam, quam ibi non admiſimus.

54. Oppones ſecundò. Eugenius IV. apud Concilium Florent. ſeſſ. 25. in Armenorum inſtructione §. *Quinto Eccleſiaſticorum*, ſic ait. *Hæc omnia ſacramenta tribus perficiuntur, rebus tamquam materiâ, verbis tamquam formâ, & perſonâ miniſtri conferentis ſacramentum cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia: quorum ſi aliquid deſit, non perficitur ſacramentum.* Atqui non meminit intentionis ſubiecti recipientis ſacramentum: Ergo ſine hâc ſacramentum erit validum.

55. P. Ioannes de Lugo Diſputatione. 9. num. 121. imitatus Patrem Suarez Diſput. 14. ſect. 2. §. *Ex his*, in fine; reſpondet, ſubiecti intentionem ab Eugenio ſubintelligi ex parte materiæ: ſic enim in Baptiſmo materia proxima eſt ablutio, non quæcumque, ſed hominis viui; alioquin non eſt materia debita. Sic etiam eſt ablutio hominis volentis, ſi habeat propriam voluntatem; alioquin non erit debita materia. Sed hæc non ſatisfaciunt; Tum quia ſicut neceſſe eſt, vt ſubiectum propriam habens voluntatem velit recipere, verbi gratia baptiſmum, quem vera confert Eccleſia: ita neceſſe eſt vt miniſter intendat eundem baptiſmum conferre, quem vera Eccleſia confert: ſed hæc intentio non ſubintelligitur ex parte agentis, ſed exprimitur: Ergo non eſt cur ſubintelligatur ex parte recipientis. Exemplum hominis viui nō eſt appoſitum: nam ſubiectum debere eſſe viuum, & per ſe notum, & extra controuerſiam eſt; non autem debere propriam habere ſacramenti intentionem.

Reſpondeo.

S. Thom. Q. LX.

Non ait Eugenius IV. omnia ſacramenta tribus rebus conſtare, ſed indigêre.

Reſpondeo. Non affirmat Pontifex, hæc omnia ſacramenta tribus illis ita perfici, vt ſolis iis tribus poſitis ponatur,ſeu conſtet ſacramentum, ſed ſacramentum illis tribus rebus vſque adeo indigere, vt ſi aliquid illorum deſit, ſacramentum verum non exiſtat: quam expoſitionem adhibuimus ſupra Diſput. 3.ſect. 1. Sapientiſſimè verò non adhibuit Pontifex intentionem ſubiecti, quia doctrinam tradebat omnibus ſacramentis communem: intentio verò ſubiecti non requiritur ad omnia ſacramenta, vt liquet in Baptiſmo, Confirmatione, & Euchariſtia, quæ poſſunt cum valore, & fructu conferri infantibus.

Baptiſmus paruuli paſſiuè ſe habentis, non adulti validus.

Oppones Tertiò. Baptiſmus validè confertur paruulo merè paſſiuè ſe habenti, & proinde non habenti eius intentionem, aut voluntatem: Ergo etiam adulto. Conſequentia probatur, quia Baptiſmus, ſiue in paruulo, ſiue in adulto, eiuſdem eſt ſpeciei; ac proinde eiſdem conſtat partibus: Atqui in paruulo non conſtat ſubiecti intentione: Ergo neque in adulto: Igitur in iſto citra propriam eius intentionem validus erit.

Nec ideo ſpecie differunt.

Nego conſequentiam. Ad probationem ægrè reſpondebunt Recentiores nonnulli, qui cenſent ſubiecti intentionem in aliquibus ſacramentis eſſe de ipſorum eſſentia: quos inter Lugus Diſp. 9. num. 120. difficultatem iſtam ſubodoratus,reſpondet, Baptiſmum ſemper habere eaſdem partes, formaliter loquendo, ſcilicet materiam, formam, intentionem miniſtri, & conſenſum baptizati, ſi eſt,vel fuit capax illum præſtandi. Verùm hæc reſponſio non eſt ſuperiore ſolidior. Probat quidem Baptiſmum paruuli non eſſe diuerſum ab eo, quem Chriſtus inſtituit; nam cum inſtituit pro ſubiecto voluntatem eius habente, ſi poſſit eum habere: non autem probat, paruuli & adulti Baptiſmos non eſſe ſpecie diſtinctos, & vt tales à Chriſto inſtitutos; cum alter habeat partem quandam eſſentialem, quam alter eſſentialem non habet. Ego vero cenſeo cum pleriſque DD. ſubiecti intentionem non eſſe ſacramento eſſentialem,quod in Diſp.19.n.12. in fine, contra plurimos Recentiores breuiſſimè oſtendam. Si tamen ſenſus Baptiſmi paruuli ſit, *Baptizo te paſſiuè habentem*, ex hac parte diſtinguetur ſpecie a Baptiſmo adulti, præter ordinem eſſentialem vnius ad volitionem, & alterius ad merè paſſiuum ſtatum.

Nam ſubiecti intentio neutri intrinſeca.

§. IV.

Non modò ſufficit ſi velit actualiter, ſed etiam, ſi ſolùm virtualiter.

Actualis intentio perſpicuè ſufficit.

Repetenda eſt quadripartita voluntatis & intentionis diſtinctio in Actualem, virtualem, Habitualem, & Interpretatiuam, ſuperiùs à nobis explicatas in Diſp. 17. ſect. 2. toto §.6. Et ex dictis ibidem num. 131. confirmandum id, quod in titulo ſupponimus, nempe ad ſacramentum validè recipiendum ſufficere in ſubiecto voluntatem, ſiue intentionem actualem quia ſcilicet hæc eſt intentio propriiſſimè; & omnis alia, per identitatem aliquam, aut côiunctionem, emanationem, aut dependentiam ab iſta, eſt & appellatur voluntas, & intentio.

59\. Merè etiam virtualis ſufficiens eſt.

Pars altera, quã in titulo pro aſſertione côſcribimus, nempe ſufficere voluntatem, ſiue intentionem merè virtualem, communis etiã eſt Doctorum omnium, & ſufficienter probatur ex dictis in illa ipſa Diſputatione 17. ſect. 2. n. 103. Nunc à fortiori confirmatur, quia iuxta Doctores omnes Catholicos plus requiritur intentionis in miniſtro ad ſacramentum valide conficiendum, quam in ſubiecto ad valide recipiendum: Sed in miniſtro ad valide conficiendum ſufficit intentio merè virtualis vt ibidem oſtenſum, & apud omnes exploratum eſt: Ergo à fortiori ſufficit in ſubiecto virtualis intentio ſeu voluntas ad illud valide recipiendum.

60\. Etiam cum voluntaria mentis euagatione.

Moueri poteſt hoc in loco difficultas perſimilis ei, quam Diſput. 17. num. 114. excitaui; num ſcilicet is qui actualem habuit intentionem recipiendi ſacramentum ex. gr. Baptiſmatis, & ex hac voluntate, & motiuo exercuit actiones ad illud recipiendum diſponêtes, cupiens tamen animum ad alia diuertere, & tempore ſacramenti per hanc voluntatem omnino mente diſtractus, cenſendus ſit retinuiſſe virtualem voluntatem, atque adeo ſacramentũ validum recepiſſe. Affirmandum: quoniam illa voluntas cogitationem aliò auocandi non eſt voluntas non recipiendi ſacramentum verè, ſed non recipiẽdi attẽtè, vt loco allegato diximus.

61\. Imò hæc interdum honeſtari poteſt.

Hîc addimus, poſſe voluntariam illam animi diſtractionem tam in miniſtro, quam in ſubiecto honeſtari, ſi nempe illorũ vteruis, aut vterque per actualem attentionem animo perturbetur, agitante nimirum & vrgente viuidiore imaginatione, ſcrupuloſiore conſcientia, vel vtraque ſimul Quòd ſi diſtractionem eiuſmodi procuret, ne perturbatione correptus ſacramẽti valorem in diſcrimen adducat, illa ipſa diſtractionis voluntas formalis, erit virtualis côficiendi aut recipiendi ſacramentũ validũ: vſq; adeo non deſtruet veram, & ſufficientem iſtius conficiendi, vel recipiendi, intentionem.

62\. Satne eſt attritio in eo qui de ſacramento nihil vnquã cogitauit.

Difficilior eſt quæſtio, Num cenſendus ſit virtualiter atque adeo ſufficiẽter ad ſacramenti valorem, intendere, ſeu velle ſacramentum, ex. gr. Baptiſmum, adultus is, qui de ipſo, aut eius obligatione, nihil vnquam audiuit, habet tamen attritionem de peccatis, quatenus per hæc demeremur æterna gloriã, & meremur æternã pœnam. Affirmat P. Coninck q. 64 art. 8. n. 103. quia talis attritio virtualiter includit voluntatem, ſeu propoſitum obſeruandi omnia præcepta, quorũ obſeruatio neceſſaria eſt ad gehennæ damnum euadendum, & gloriæ bonum comparandum: cumq; in iis contineatur præceptum ſuſcipiendi Baptiſmatis, conſequens eſt, vt illius recipiendi voluntas in attritione illa virtualiter contineatur.

Quo fundamento Coninck affirmet.

63\. Quomodo à Lugo impugnetur.

At Lugus Diſp. 9. num. 129. difficilem cenſet eam Doctrinam adeo generalẽ, propter duplex incommodum, quod ex illa infert. Vnum eſt, Iudæos omnes, qui proximè antequã illis prædicaretur euangeliũ, legẽ Moyſi ſeruabant, potuiſſe dormiẽtes, aut in phreneſim lapſos validè baptizari: quoniã habuerunt propoſitũ ſeruãdi omnia præcepta diuina, quorũ vnum iam erat Baptiſmi recipiendi. Alterũ eſt, infideles illos, qui inuincibiliter ignorant verã fidem, poſſe in ſomno, vel ſaltem in phreneſi, vel amentia perpetua baptizari valide, quia fortaſſe deſiderium habuere procurandi ſuã æternam ſalutẽ, & faciendi quidquid ad eam comparandam neceſſarium eſt; in quo voto virtualiter continetur Baptiſmi admiſſio, & receptio.

Vidit

Digitized by Google

64. Probante quidem sacramentum, si non cōstaret de attritione, conferendum illicitè.

Vidit proculdubio P. Lugus, ex illa Ægidij reſponſione, & Doctrina generali non fieri, vt eiuſmodi homines poſſent baptizari licitè: nam ad hoc requiritur, vt ipſorum voluntas nō ſolù recipia ſit, ſed etiā eſſe conſtet, idq; nō leuibus inditiis, aut cōiecturis, & quaſi diuinationibus, ſed eiuſmodi, quæ iudicium moraliter certum, aut ſaltem probabile inducant. Ideo Lugus ſolùm obiicere poteſt, & arbitror, ſolùm obiicit, inde fieri, vt illi homines, ſi veram attritionem, de qua Ægidius loquitur, vel actum alium ei æquiualentem haberent: validum reciperent Baptiſmū. Quæ mihi Doctrina non modò difficilis non eſt, ſed potius cōmuni conſentiēs & ipſa cōmunis. Nam hæc aſſerit, ad ſacramentū valide recipiendū ſatis eſſe intētionē virtualē: Illa vero, de qua Ægidius diſſerit, eſt intētio virtualis: Ergo iuxta Doctrinam communem ſufficiens ad ſacramentum valide ſuſcipiendum.

Non tamen inualidè: nam virtualiter attendenti.

65. Et libere exigitur ſpecialior intētio.

Reſpondet Lugus, ad Baptiſmum neceſſariā eſſe voluntatem aliquam magis ſpecialem: cuius rationem ex Suarez reddit, quia Baptiſmus eſt Eccleſiæ ianua, in qua fit prima, & ſolemnis profeſſio fidei. Sed contra hoc ſemper vrget, ac premit ratio proximè adducta. Nam illa voluntas vere eſt virtualis reſpectu Baptiſmatis: Ergo ſufficiens vt illud valide recipiatur: alioqui nihil nobis in hoc negotio fixum, nulla in hoc puncto regula certa. Si enim exigitur voluntas non modo virtualis, ſed etiam in hoc genere magis ſpecialis, rogo quanto magis ſpecialis aut quam ſpecialis eſſe debeat, & quanam in re, vel modo ſpecialitas iſta conſiſtere debeat; quod eſt planè indeſignabile, atque adeo ſumme perplexum.

Vt conſtat in ſubiecto Vnctionis.

66. Quod exemplum detorquet Lugus.

Nititur tamen Lugus aſſignare differentiam inter voluntatem generalem Catholice viuēdi quæ ſufficit vt baptizatus validè recipiat Extremam-Vnctionē, & inter attritionem, quam cenſet inſufficientē vt Iudæus recipiat valide Baptiſmū. Nā Catholicus volēdo Catholicè viuere & mori, vult more Catholicorū gubernari, ipſorūq; ritus, & ſacra ſuo tēpore, exercere, atq; ſuſcipere. Iudæus verò profitebatur Iudaiſmū, iuxta illum viuere, & gubernari volebat, quia iam illam religionē examinauerat, & probauerat, & illius ſeſe legibus, & inſtitutis cōmiſerat: nihil autē cogitauerat de lege Euangelica, & proinde non propoſuerat illius vti legibus, & ritibus. Quamuis enim propoſitū habebat ſeruandi omne diuinū præceptum, & per conſequens recipiendi Baptiſmū, ſi eſſet iſtius obligatio: non tamen habebat propoſitum recipiendi Baptiſmatis, niſi præuio legis illius examine: quapropter hoc nō præmiſſo inualide Baptiſmum reciperet, vtpote qui non habuiſſet voluntatem virtualem illius recipiendi, niſi Chriſtianiſmi examinatione, & approbatione præmiſſa. Sic etiam Gentilis, qui diceret, *Volo Catechiſmum audire, & ſi conuictus fuero, & lex Chriſtiana mihi placuerit, baptizabor*: iſte inquam repente in phreneſim incidens, aut ſōno oppreſſus, non valide baptizaretur: Ergo ſimiliter, &c.

67. ... tè quidē, ... inefficaciter.

Egregius quidem excurſus, & præclaro illo ingenio dignus: me tamen iudice inefficax. Etenim vera illa Iudæi attritio, de qua nobis ſermo, & virtuale propoſitum ſeruandi omnia Dei præcepta, & vitandi omnē culpam, quæ ipſorum obſeruationi repugnet: Ergo eſt virtuale propoſitū vitandi negligentiam mortalē, quæ poſſet impedire diligentē Catechiſmi auditionem, & examinationē: & vitandi etiam culpam illam mortalē quam incurrit is qui ſufficiēter auditam, & examinatam Chriſti legem, non recipit, eiuſq; legibus, & ritibus non vtitur: Proinde illa ipſa attritio eſt virtuale propoſitū audiendi Catechiſmum ſufficienter ad contrahēdam Baptiſmi obligationē grauem, & iſtam cōtractam adimplendi, atq; adeo Baptiſmum recipiēdi. Eſt enim virtuale propoſitū implēdi omnem grauē obligationem: ſed eiuſmodi eſt audire ſufficiēter Catechiſmū, & ſufficiēter audito recipere Baptiſmū: Ergo attritio illa nō eſt virtualiter voluntas cōditionata recipiēdi Baptiſmum, ſi lex Chriſtiana placuerit, ſed abſoluta ipſum poſt debitam diligentiam, & examinationem, recipiendi.

Quocirca latiſſimum eſt diſcrimen Iudæi tunc attriti, & Gentilis nunc dicentis *Volo audire Catechiſmum, & ſi cōuictus fuero, baptizabor*. Iudæus enim habebat abſolutā nō peccādi voluntatem; ideoq; abſolutā, etſi virtualem, examinādi ſufficienter legem Euangelicā, & implēdi obligationem ex tali examine reſultantem, atq; adeo Baptiſmū admittendi. Gentilis autem qui diceret *Volo Catechiſmū audire, & ſi me conuicerit baptizari*, haberet quidem abſolutā voluntatem audiendi, & examinandi legis Chriſtianæ; eiuſdem tamen approbandæ, & Baptiſmatis admittendi ſolùm haberet voluntatem cōditionatā, *ſi conuictus fuero, ſi lex ipſa placuerit*: Non igitur eſt euentus priori ſimilis. 68.

Hinc reſponſio petitur ad alterum abſurdū, quod Lugus n. 63. citatus attulit; illos videlicet infideles, qui fidem Chriſtianam inuincibiliter ignorant, poſſe baptizari, ſaltem ſi in perpetuam amentiam, aut phreneſim inciderent; quia fortaſſis habuere propoſitum procurandi ſuam æternam ſalutem actuale; atque adeo admittendi Chriſtianiſmum, & recipiendi Baptiſmum virtuale. Vel enim obiectio infert, poſſe illos baptizari licitè, & hoc eſt falſum, quia non conſtat de illo propoſito. Vel ſolùm infert poſſe baptizari valide: & hoc ſubdiſtingui debet. Etenim vel habuere propoſitum pertingens ad virtualitatem, & firmitatem attritionis, vel non: Si non habuere, nequaquam baptizarentur valide, vt cuiuis cōſtat: ſi habuere, eadem eſt ipſorum ratio quæ Iudæorum nuper explorata, ac proinde valide baptizarentur: eſto miniſter peccaret, quia ſine ſufficiente cognitione talis voluntatis Baptiſmum illis temerè conferret. 69. Infideles Chriſtianæ religionis, ſi phreneſim, aut amentiā incurrat, & attritus baptizari ne poteſt. Si conſtet attritio, licitè, ſi non cōſtet, ſolùm validè.

Dices primò, Ergo ſi miniſtro certè conſtaret illos fuiſſe paulo ante dementiā, vel phreneſim perpetuam, attritos, licite ipſos baptizaret. Dices ſecundò: Ergo quāuis ſolùm probabiliter id ei conſtaret: etiam baptizaret eos licitè, vtpote probabili vtens opinione. Dices tertiò: Ergo licitè quoque Baptiſmum illis exhiberet, non quidem abſolutè, ſed ſolum ſub conditione, quamuis ſolùm iudicaret, fuiſſe forſitan attritos. Reſpondeo primam, & ſecundam conſequentiam eſſe optimam; & vtrumque conſequens in hac ſententia concedendum. Ad tertiam conſequentiam reſpondeo, ſi illud *fortaſſe* veram attingit probabilitatem, illationem illā non differre à ſecunda, & idcirco cum ſuo conſequente admittendam: ſi vero veram probabilitatem non attingit, illationem eſſe diſtinctam, ſed nullam, & cum ſuo conſequente negandam. 70. Quid ſi miniſtro nota eſſet attritio.

T §. V.

Digitized by Google

S. Thom. Q. LX.

§. V.

Quin etiam ſatis eſt ſi velit habitualiter.

Baptiſmo ſufficere intentionem ſubiecti habitualem, conſtat ex Concil. Carthag. III.

71. HÆc aſſertio, quantum ad Baptiſmum attinet, conſtat ex Concilio Carthagin. III. can. 34 qui ſic habet. *Vt ægrotantes, ſi pro ſe reſpondere non poſſunt, cùm voluntatis eorum teſtimonium hi qui ſui ſunt, periculo proprio dixerint, baptizentur.* Conſtat etiam ex cap. *Maiores* de Baptiſmo, §. *Item quæritur* verſ. *Dormientes autem*, vbi cùm ſtatuitur, dormientes, & amentes, ſi ante ſomnum, & amentiam Baptiſmo ſuo reſiſtebant, inualidè baptizari: tum adiungitur: *Secùs autem ſi priùs Catechumeni extitiſſent, & habuiſſent propoſitum baptizandi: vnde tales in neceſſitatis articulo conſueuit Eccleſia baptizare.* Demum conſtat ex Rituali Romano Pauli V. in præceptis de ſacramento Baptiſmi.

Et ex Innoc. III. & Paulo V.

Pœnitentiæ ſufficere, liquet ex Cõcil. Carthag. IV.

72. Quod attinet ad Pœnitentiæ ſacramentum aſſertio liquet ex Concilio Carthagin. IV. can. 76. ita ſtatuente: *Is, qui pœnitentiã in infirmitate petit, ſi caſu dum ad eum ſacerdos inuitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim verſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et ſi continuo creditur moriturus, recõcilietur per manus impoſitionem, & infundatur eius Euchariſtia:* & ex pluribus aliis partim conciliis, partim Summorum Pontificum decretis, quæ in Tractatu de illo ſacramento referam: & tandem ex Rituali Romano Pauli V. in præceptis de ſacramento Pœnitentiæ.

Aliiſque Eccleſiæ decretis, & nouiſſime Pauli V.

Cæteris ſufficere commune eſt; & probatur.

73. Iam verò de Confirmatione, Extrema-Vnctione, Ordine, & Euchariſtiæ fructu, Doctores idem pronunciant. Nam de fructu Euchariſtico manifeſtiſſimè id continetur in verbis Cõcilij Carthagin. n. præcedente deſcriptis; non enim præciperetur Euchariſtiam conferri eiuſmodi hominibus, quantumuis illico morituris, niſi ſupponeretur poſſe illis gratiam conferre. De ſacramentis autem Confirmationis, Extremæ-Vnctionis, & Ordinis, idem conſequenter aſſeri debet propter paritatem, vel potius identitatem rationis, qua Pontifices & Concilia in Baptiſmo, & Pœnitentia duci exiſtimantur, & omnes Doctores ducuntur: nempe quòd voluntas recipiendi Baptiſmum, & Pœnitentiã non eſt iis ſacramentis eſſentialis, aut intrinſeca: ſed neque voluntas recipiendi Confirmationem, Extremam-Vnctionem, aut Ordinem, ſacramentis illis eſſentialis, aut intrinſeca eſt: Ergo etiam ad ipſorum validam receptionem ſufficit voluntas habitualis.

74. Vnde obiter monuerim, inconſequenter agere Doctores quamplurimos, dum ex vna parte docent, actus pœnitentis, dolorem, & confeſſionem, eſſe ſacramento intrinſecos, & eſſentiales; & ex alia tradunt, ideo ad Pœnitentiæ ſacramentum ſufficere in ipſo pœnitente voluntatem habitualem, quia voluntas recipiendi hoc ſacramentum non eſt ipſi ſacramento eſſentialis: ideoque dum exiſtit ſacramentum neceſſe non eſſe, vt eius recipiendi voluntas exiſtat actualiter, aut virtualiter, ſed ſatis eſſe, quod exiſtat habitualiter. Si enim dolor ex. gr. ſacramento intrinſecus, & eſſentialis eſt, quomodo ſacramentum conſtituet, aut ad ſacramenti valorem ſufficiet, dum ſolum exiſtet habitualiter? v. c. in illo qui ſentiens ſe morti propinquum, dolet de peccatis, & confeſſarium accerſit, & poſt horam deſtitutus ſenſibus, incipit cum morte luctari, & tunc abſoluitur.

Obiicies ex Lugo Diſp. 9. num. 123. ad Pœnitentiæ ſacramentum non ſatis eſſe voluntatem ſiue intentionem habitualem illius recipiendi, ſed requiri, & ſemper inueniri ſaltem virtualem. Nam qui ſe aduertens morti vicinum, petita abſolutione deſtituitur ſenſibus, & à ſuperueniente ſacerdote certiore facto petitionis abſoluitur, non habet dum abſoluitur ſolam voluntatem habitualem, ſed virtualem. Quippe ſacerdotis admonitio, ſiue (vt loquuntur) informatio de facta petitione abſolutionis, effectus eſt voluntatis illius actualis, qua petiit abſolutionem: iſtius autem informationis effectus eſt abſolutio: Igitur intentio, ſeu voluntas quam pœnitens habuit, virtualiter tunc manet, nimirum in his effectibus. 75.

Sed contrà, quia voluntas, aut intentio, quam aliquis habuit actualiter, non dicitur propriè manere virtualiter in actibus, vel actionibus alterius, ſed in actibus vel actionibus eiuſdem, qui voluntatem aut intentionem illã habuit actualiter, vt ex Diſput. 17. num. 73. planè deducitur, & num. 74. contra eundem Lugum in ſimili aduertimus; & adiecimus nec ab ipſo dici voluntatem, aut intentionem manere tunc virtualiter propriè, ſed aliquo modo: proinde ſi propriè & abſolutè loquamur, ſolum permanet habitualiter. Vide tamen quæ dicemus ſtatim num. 77. & 78. quibus Doctrina noſtra non leuiter confirmabitur. 76.

Ad matrimonium validè contrahendum, & ſacramentum illud validè miniſtrandum, ſatis eſſe interdum intentionem miniſtri habitualem, dixi Diſput. 17. num. 74. cumque idem ſit miniſter & ſubiectum; & actus miniſtrandi idẽ realiter cum actu recipiendi, conſequens eſt, vt etiam ad illud ſacramentum valide recipiendum, ſufficiat interdum in ſubiecto voluntas habitualis; tunc nimirum quando ſufficit ad validè miniſtrandum. Quod autem opponit Lugus, manere tunc coniugum intentionem in actionibus vnius, vel vtriuſque procuratoris, virtualiter, & ipſius Lugi temperata locutione, & alio exemplo deiecimus. 77.

In præſens pro confirmatione addimus, inde fieri, vt intentio vtriuſque contrahentis virtualiter permanens, non ſufficiat: ſi nempe vterque vel alter, poſt miſſos procuratores, cõſenſum reuocet, & procuratores credentes non reuocatum, ſuo munere fungantur. Nam in iſtorum actionibus, autore Lugo, principalium intentiones, ſeu contrahendi voluntates, manent virtualiter, cum iſti actus ſint illorum effectus; & tamen nihil operantur. Non ergo dicendum eſt, emanationem illam actionum quæ ab actuali intentione vnius agentis deriuantur in altero, ſufficere vt talis intentio tum virtualiter maneat. Quomodo enim manet in euentu iſto virtualiter, cum nec maneat habitualiter vtpote per contrariam reuocata? 78.

* * *

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

Ad recipiendam Extremam-Vnctionem, Confirmationem, & Euchariſtiæ fructum, ſat eſt voluntas interpretatiua.

79. Voluntatem interpr. ſat eſſe ad recipiendam Vnct. ex vſu Eccleſiæ certam.

VOluntatem hanc expoſuimus Diſp. 17. n. 110. Eam ſufficere ad valide recipiendam Extremam-Vnctionem, communis eſt ſententia, quam ſpeciatim explicant, & propugnant Suarez Diſp. 14. ſect. 2. §. *Dico tamen primo*, in fine, Coninck q. 64. ar. 8. n. 104. & Lugus Diſput. 9. n. 122. & ſufficienter id aſtruit ipſe vſus totius Eccleſiæ, conferentis Extremam-Vnctionem cuilibet baptizato Catholico, qui ſenſibus repente deſtituitur, dummodo non conſtet, cũ vel in peccato mortali impœnitentem exiſtere, vel noluiſſe, vt Extrema-vnctio ſibi in extremo etiam articulo conferretur.

80. Et ex coniecturis Vnctioni intrinſecis.

Addere poſſumus coniecturas ex propria ſacramenti huius conditione deductas. Eſt enim vnctio ſupernaturalis: proinde non mirũ ſi naturale in hoc imitetur, quod ſubiectũ ad ipſam vel mere paſſive ſe habeat; vel ſaltem prudẽtiſſime præſumatur volens recipere Vnctionẽ, ex qua nihil dãni, plurimũque cómodi expectare poteſt. Eſt etiam hoc ſacramentum per ſe inſtitutum pro omnibus, & ſolis de vita corporali grauiter, & ex morbo periclitantibus: magna vero illorum pars ad hoc periculum præter opinionem adducuntur; & iam adducti vel ſui compotes non ſunt, vel morbi moleſtiis, & angoribus ita opprimuntur, vt vix cœleſtia cogitent: proinde conueniens admodum fuit, vt ad valorem ſacramenti pro ipſis inſtituti neceſſaria non eſſet intenſio virtualis, nec habitualis, de quibus ſæpiſſimè conſtare non poſſet; ſed ſatis eſſet Interpretatiua, quæ moraliter certiſſima eſt, niſi de ſubiecti indiſpoſitione, vel cõtraria volũtate conſtet, vt proximè dicebamus.

81. At exigit Iacobus vt æger presbyteros aduocet.

Obiici poſſet Iacobus in ſuæ Canon. cap. 5. v. 14. vbi deſcripturus ritũ Extremę-vnctionis, ita inquit: Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini &c. quo loci pro verbo *inducat*, Græcè habetur προσκαλεσάσθω *aduocet*. Apoſtolus autem non conſulit ægroto vt inducat, vel aduocet interpretatiuè: Tum quia hæc interpretatiua aduocatio non aliud eſt, quam vita ipſa Catholicè acta, & hanc Iacobus eo ſermone non præcipit, aut conſulit: Tum etiam quia deſtituto ſenſibus nullum iniungi valet præceptum, aut præberi conſilium. Præcipit ergo vel conſulit Apoſtolus, vt ipſemet ægrotus, atque adeo non per ſolam voluntatem interpretatiuam, inducat & aduocet miniſtrum Extremæ-Vnctionis.

82. Non capiẽdus ſtrictè, ſed more humano, & paſſiuè.

Nego conſequentiam. Præſcribit enim Iacobus hanc vnctionem ſupernaturalem, ad modũ moralem, & humanum, quo per literas ſuaderet aliquis vnctionem aut medicum naturalem. Ille verò dum ita ſcriberet; *Laborat quiſpiam veſtrum grauiſſimè dolore laterum, aduocet talem medicum &c.* nõ cenſeretur prę̨ſcribere, vt ęgrotus ipſe per ſeipſum aduocaret, vel etiã aduocari præciperet eiuſmodi medicum, ſed vel ægrotus ipſe, vel alius quilibet. Solum enim ſuaſor ille intenderet, vt ij ad quos ſcriberet, ſcirent præſentaneum illius morbi remedium; & conſilium daret, vt illud applicarent. Pari ratione S. Iacobus Nam ſicut ſuaſor ille per literas non loqueretur cum iis, qui ſenſu deſtituti iam eſſent; nec ideo vellet illos priuari remedio, quod per epiſtolam aſſignaret; ita prorſus hoc loco S. Apoſtolus,

83. Viatico refectus cur interrogetur an ex tunc Vnctionem petat.

Vrgeat tamen aliquis in hunc modum. Eccleſia, poſtquam ægro viaticum præbuit, eum admonet ſupereſſe Vnctionis extremæ ſacramentum; & interrogat num iſtud ex tunc velit, ac ſibi conferri poſtulet, ſi morbus ingraueſcat, & in morbis proximum diſcrimen adducat. Reſpõdeo. Nõ id Eccleſia propterea præſtat, quod exiſtimet neceſſariam eſſe volitionem illam formalem, aut aliqua alia intepretatiuâ maiorẽ; alioqui dicenda eſſet neceſſariam ducere formalem petitionem, quod apud omnes pluſquã falſum eſt: ſed aliis quatuor de cauſis. Prima; quia dum intentionis & voluntatis haberi facile poteſt, debet; eo ſcilicet, quod præſumptio in defectum euidentiæ ſubſtituatur. Altera, vt æger intelligat, Eccleſiam eſſe de ipſius ſalute ſolicitam, & paratam omni ope illi ſubuenire. Tertia, vt ipſe per illam ſacramenti volitionem, & petitionem, tametſi conditionatam, iam ſe quodammodo præparet ad maiorem gratiam è ſacramento recipiẽdam. Quarta vt ſignificet, num velit ſibi ſacramentum illud adminiſtrari mature, & antequam ſenſibus deficiatur, quod magna cum laude ab ægrotis præſtari cernimus.

84. Quæ, & quã conſtare debeant de ægro vt extreme vngatur.

Non illud ſilebo, quod Pater Suarez in fine illius §. quem n. 79. citauimus, ita ſcribit: *Quando æger non poteſt* (ſuũ ſcilicet declarare conſensũ) *ſi aliunde conſtet eſſe bene diſpoſitum, ſeu ſigna pœnitentiæ dediſſe, præſumit Eccleſia, illum habuiſſe ſaltem generalem illam voluntatem, quam explicuimus* (nempe interpretatiuam) *eamque ſufficientem reputat ad hoc ſacramentum præſtandum.* Quæ verba ſic accipio, non quaſi opus ſit de his omnibus conſtare, v. gr. quod pœnitẽtiæ ſigna dederit; nam hoc ſufficit ad præſtandam abſolutionem, cũ tamen minus requiratur ad tribuẽdã vnctionẽ. Nec de aliis, quæ Suarez enumerat requiritur alia certitudo, vel notitia, quam præſumpta, nempe quod ægrotus ſit ad ſacramentũ bene diſpoſitus: nã ſi non conſtet male diſpoſitum eſſe, & quod non habuerit generalem illam voluntatem, quam vocant interpretatiuam, præſumendus eſt bene diſpoſitus, & illam habuiſſe, Qui enim non probatur malus, præſumitur bonus. Nec plura de prima concluſionis parte, quæ pertinet ad Extremæ Vnctionis ſacramentum.

85. Ad fructum Euchariſticũ ſat eſt volũtas interpretatiua.

Alia tituli pars erat, voluntatem interpretatiuam ſat eſſe ad Euchariſtiam cum fructu ab adultis percipiendam. Quod affirmant Suarez, Coninck, & Lugus n. 79. laudati, & plerique omnes. Probatur ex vſu Eccleſiæ quondam tribuere ſolitæ Euchariſtiam infantibus recens baptizatis, vt fatetur Concilium Tridentinum ſeſſ. 21. c. 4. & quod magis ad rem noſtram eſt, nunc ægrotis ſenſu deſtitutis, qui nõ illam petierunt, dum tamen non illam recuſauerint, & conſtet illos eſſe bene diſpoſitos in anima per præſumptam diſpoſitionẽ; & etiam in corpore citra periculũ vomitionis, vel alicuius irreuerentiæ, quantumuis materialis, vt ex Eccleſiæ præceptis, ſeu decretis, Diſp. 11. n. 46. monuimus.

96. Nec tamen iuſtus adultus caſu eam percipiens, gratiam augeret.

Oppones. Ergo ſi iuſtus adultus panem ab alio clàm conſecratũ, tamquam cómunem mãducaret, ex opere operato gratiæ incrementum acciperet.

S. Thom. Q. LX.

acciperet. Reſpondemus, obiectione hac vrgeri poſſe illos, quorum iudicio ſacramenta gratiam producunt phyſicè. Cũ enim Euchariſticũ eſſet phyſicè applicatum ſubiecto phyſicè diſpoſito, videtur effectũ ſuũ phyſicũ debere in illo producere. Nos verò illationem oppoſitam facillimè refellimus: quia ſicut Euchariſtia nõ efficit gratiam, niſi moraliter, ita non illam tribuit, vel auget adultis, niſi manducantibus illam moraliter, hoc eſt eo modo quo Saluator inſtituit manducandam, nempe cum voluntate, ac proinde cum cognitione illius: ſic enim, & nõ aliter illis prodeſt Baptiſmus: eſtò pueris, & amẽtibus, ac ſenſu deſtitutis adultis, qui illũ petiere, proſit. Et hactenus de tituli parte poſtrema.

87. Ad confirmationem ſat eſt volũtas interpret.

Mediam tituli partem, qua dicimus, ſufficere voluntatem interpretatiuam Confirmationis ad hoc ſacramentum cum valore ſuſcipiendum, virtualiter videtur negare P. Ioannes de Lugo Diſp. 9. ſect. 7. dum hoc ſoli Vnctioni, & fructui Euchariſtico tribuit. Cæterum illam expreſsè affirmat P. Coninch q. 64. ar. 8. n. 105. & probat, quia hoc ipſo quod baptizatus Catholicè viuit, cenſetur aliquo modo deſiderare vt ſibi conferantur ſacramenta omnia, quæ ſunt omnibus Chriſtianis valde vtilia; cuiuſmodi eſt Confirmatio. Quam rationem explicare poſſumus quoniam hoc ipſo quod iſte vult eſſe per Baptiſmum in Eccleſia Catholicè militante, ſi rogaretur num accipere vellet, citra pretium, aut laborem, ab Eccleſiæ miniſtris ea Chriſtiani militis ſubſidia, & præſidia, quæ nihil obſunt, & plurimum proſunt, citra dubitationem incunctanter annueret. Illa tamen ratio, & hæc ipſius explicatio, perſuadent quidẽ, eſſe in eiuſmodi homine Confirmationis voluntatem interpretatiuam, quod nemo non cõcedet: non tamen probant, eam voluntatem ad Confirmationis valorem ſufficere, quod vnicè intendimus.

88. Potiſſime probatur à paritate fructus Euchar.

Mihi ratio petenda videtur à paritate fructus Euchariſtici. Si enim voluntas interpretatiua ſufficit adultis in gratia exiſtentibus ad proprium Euchariſtiæ fructum percipiendum: Ergo etiam ad valide recipiendum ſacramentum Confirmationis. Antecedens num. 85. & 86 manet probatum: conſecutio probatur, quia ſicut Euchariſtia cum fructu conferri valet infantibus, ita etiam valet Confirmatio: ſicut illa ſacramentum eſt viuorum, ita hæc: ſicut illa gratiam nutrit, & fouet, ita hæc munit, atque defendit: ſicut ſenſibus deſtitutus, ſi Euchariſtiam omittat; non peccat, ita neque ſi omittat Confirmationem. Cur igitur Euchariſtia cum fructu percipietur ab illam cum voluntate interpretatiua recipientibus; & non cum valore & fructu Confirmatio.

89. Eſto confirmatio per ſe nunquam grauiter obliget.

Inquies forſitan, diſcrimen eſſe; quia Euchariſtia per ſe grauiter obligat in mortis articulo: propterea dum indiſpoſitio, aut nolitio non conſtat, conferenda eſt: Confirmatio vero per ſe nũquam grauiter obligat. Contra verò quoniam hoc diſcrimen dumtaxat probat, obligationem eſſe conferendi Euchariſtiam adulto, illam interpretatiue optanti; non autem conferendi Confirmationem: non autem probat iſtã non fore tunc validam. Quia ſine graui obligatione voluntas interpretatiua ſufficit, tum ad percipiendum Euchariſtiæ fructum, vt liquet in infantibus tum ad valide recipiendam Extremam Vnctionem, vt claret in moribundis, qui ſenſu repente priuantur: Ergo etiam ſufficiet ad valide recipiendam Confirmationem.

§. VII.

Sufficiat ne ad ſacramenti valorem intentio conditionata, coacta, errans circa miniſtrum & alteri intentioni oppoſita.

Has omnes quæſtiones in faſcem colligaui, quoniam ipſarum deciſiones ex Doctrina præcedentis Diſputationis breuiter, & ferè per corollarium deducendæ ſunt, & confirmandæ: & quidem eo manifeſtiùs, atque robuſtiùs; quod in ſubiecto minus voluntarij quam in miniſtro requiritur, vt ſacramentum validum exiſtat. 90.

91. Sat eſt conditio de præterito, vel de præſenti.

Circa primam q. ſit prior aſſertio: Sufficit ſacramenti recipiẽdi voluntas ſub conditione de præterito, vel de præſenti: præterquã in ſacramento Pœnitẽtiæ, ſaltẽ regulariter. Prior pars eſt clara, quia circa hoc eadem eſt ratio voluntatis conferendi, & voluntatis recipiendi: Sed voluntas conferendi ſacramentum ſub conditione de præterito, vel de præſẽti, ſufficit ad ſacramenti valorem, vt in diſp. 17. ſect. 2. §. 5. ſtabiliuimus: Ergo etiam ſufficit ſimilis voluntas illud recipiendi. Alteram partem adiecimus, excipiendo ſacramentum Pœnitentiæ, ſaltem regulariter. Quia regulariter eſt graue peccatum apponere in eo ſacramento talem conditionẽ: ſacramentũ autẽ Pœnitentiæ nullum eſſe cenſetur, ſi pœnitens in eo grauiter peccet: Ergo, &c. Quod autem aliquando poſſit pœnitens eiuſmodi conditionẽ adhibere licitè, & proinde cũ ea recipere ſacramentũ validè, non video cur implicet in tanta varietate euentuum, & circunſtātiarum poſſibilium.

Præterquam Pœnitentiæ, ſaltem regulariter.

92. Non ſat eſt conditio de futuro: præterquã matrimonio.

Poſterior aſſertio. Non ſufficit voluntas ſub conditione de futuro: præterquam ad valorem ſacramenti Matrimonij. Sic enim ſe habet ex parte miniſtri voluntas conditionata conficiendi ſacramẽtum, vt nuper ex diſp. 17. ſect. 2. §. 5. referebam: eſtq; eadẽ ratio de voluntate cõditionata illud recipiẽdi; prout quiſq; per ſe, & facile deprehendet: proinde ſicut voluntas conficiẽdi ſub conditione de futuro non ſufficit ad valorem ſacramenti præterquam matrimonij; ita etiam voluntas ſacramentum recipiendi cum eiuſmodi conditione.

93. Sufficit intẽtio coacta.

Ad ſecundam quæſtionẽ reſpondeo, voluntatem recipiendi ſacramenti coactam (qualem ſcilicet diſp. 17. ſect. 2. § 8. expoſuimus) ſufficientem eſſe ex parte ſubiecti ad ſacramenti iſtius valorem; excepto ſacramento matrimonij. Pars vtraq; eſt communis. Prior, quantum attinet ad Baptiſmũ, continetur in Concil. Tolet. IV. can. 56. Poſtquam enim dictum ibi fuit, homines ad Baptiſmum non eſſe compellendos, ſiue cogẽdos, adiungitur: *Qui autem iam pridem ad Chriſtianitatẽ venire coacti ſunt, ſicut factum eſt tẽporibus religioſiſſimi Principis Siſebuti, quia iam conſtat, eos ſacramẽtis diuinis ſociatos, & Baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, &c. oportet, vt fidem etiam, quam vi, vel neceſſitate ſuſceperunt, tenere cogantur, &c.*

Ex Concilio Tolet. IV.

94. Ex Innoc. III illud etiã referente.

Accedit Innoc. III in c. *Maiores* de Baptiſmo, dum apertè decernit, eos qui graui metu compulſi, voluntate coacta Baptiſmũ ſuſceperunt, validè baptizari & charitatẽ recipere: & ſubdit Pontifex: In quo caſu debet intelligi decretum Concilij Toletani, vbi dicitur, quod qui iam pridem ad Chriſtianitatem coacti ſunt, ſicut factum eſt temporibus religioſiſſimi Principis

Si

Digitized by Google

Si ſebuti, &c. Porro eandem eſſe rationem Baptiſmi, Confirmationis, & plerorumque aliorum Nouę legis ſacramentorum, nemo non videat. Quia ſcilicet voluntas coacta vere eſt voluntas, & ſimpliciter libera, & actus humanus, iamque meritorius, iam demeritorius, ac proinde ex parte ſubiecti ſufficiens ad ſacramentorum valorem.

95. Non ſemper matrimonio vtilis volũtas coacta.

Altera concluſionis pars excipit ab hac regula ſolum matrimonij ſacramentum. Huius enim valorem impedit voluntas ſubiecti coacta; non quidem omnis coacta, ſed extorta per metum grauem, ad ipſam extorquendam iniuſte incuſſum. Qua in re Doctores omnes conſentiunt vt videre eſt apud Sanctium tomo 1. de Matrim. lib. 4. Diſp. 12.

96. Subiecti error circa miniſtrũ obſtat ne valori ſacramenti.

Tertia quæſt. prætermittitur à Doctoribus, An ſcilicet error ſubiecti circa miniſtrum ipſi ſacramentum adminiſtrantem, impediat ſacramenti valorem: vt ſi pœnitens volens confiteri Petro, & exiſtimans iſtum, qui confeſſiones hic excipit, eſſe Petrum, cum non ſit niſi Paulus, ei confiteatur, & ab ipſo abſoluatur. Certum verò eſt, ſi ipſe formalem, aut virtualem habeat nolitionem recipiendi abſolutionem niſi à Petro, ſacramentum fore nullum, vt in ſimili quæſtione de intentione miniſtri circa ſubiectum docuimus Diſp. 17. num. 140. Quocirca ſolum eſt quæſtio de euentu, in quo ſubiectum talem nolitionem non habeat; erret tamen circa miniſtrum, à quo ſacramentum optat recipere.

97. Non obſtat niſi valori matrimonij.

Reſpondeo talem errorem non obſtare valori ſacramenti: interdum tamen obſtare valori ſacramenti matrimonij. Hæc aſſertio palàm infertur ex Diſputatione. 17. ſect. 2. §. 9. vbi ſimilem tradidimus de intentione miniſtri errantis circa ſubiectum eſt enim eadem omnino ratio, prout eam expendenti, & applicanti, fiet conſpicuum. Nec minus inde infertur exceptio pro ſacramento matrimonij: in qua ſupponimus, ipſos contrahentes eſſe huius ſacramenti miniſtros, & ſuſceptores. Quoties igitur error circa perſonam impediet matrimonij valorem, eum impediet ſaltem realiter error ſubiecti circa miniſtrum: ſiquidem vterque contrahentium & eſt miniſter & eſt ſubiectum. Quando autem eiuſmodi error impediat, ibidem attigimus: pluribus explanaturi, dum de illo ſacramento, Deo dante diſputabimus.

De intentionibus oppoſitis ſubiecti cenſendũ vt de miniſtri.

Quartæ, & poſtremæ quæſtiunculæ reſpondemus. In euentu, quo ſubiectum habet intentiones oppoſitas, indicandum eſſe de ſacramenti valore, aut nullitate ex intentione abſoluta, efficaci, ſeu præualente: & hanc ipſam deprehendendam eſſe iuxta doctrinam de miniſtro contrarias intentiones habente, traditam ſupra Diſp. 17. ſect. 2. §. 7.

DISPVTATIO XIX.

De numero Sacramentorum Nouæ legis.

Sectio I. *Vtrum Sacramenta Noua legis pauciora, quam ſeptem ſint.*

§. 1 *Septenarium pertingere plerique Heretici negant; fides Catholica affirmat.*

§ 2. *Obiectionem ex Recentiorum doctrinâ profero, ac deſtruo.*

Aug. Bernal, de Sacram. in genere Pars I.

Sectio. II. *An plura, quàm ſeptem ſint Noua legis ſacramenta.*

§. 1. *Non eſſe plura quam ſeptem, catholica fidei pronunciatum eſt.*

§ 2. *Ablutio pedum vnde ſpeciatim probatur ſacramentum non eſſe.*

§. 3. *S. Ambroſij de pedum ablutione ſenſus exquiritur.*

§. 4. *Religioſi ſtatus ſuſceptio cur ſpeciatim non habeat ſacramenti rationem.*

SECTIO I.

Vtrum ſacramenta Nouæ legis pauciora, quàm ſeptem ſint.

Diſquirimus in præſenti, num hæc ſacramenta numerum ſeptenarium plenè, ac perfectè attingant: quęſituri ſectione ſequente, num eiuſmodi numerum excedant: quo ſcilicet ſuus illis ſeptenarius perſpicue conſtet. 1.

§. I.

Septenarium pertingere, plerique Heretici negant: fides Catholica affirmat.

2. Nouatorum leuitas, mira e rca numerũ ſacramentorum.

Inter noſtri æui ſectarios, qui Nouæ legi non omnia ſacramẽta inuident, mira eſt, & miſera de numero varietas, fœminea inconſtãtia, Gręcula leuitas Lutherus iam vnũ tantũ admittit; iam duo; iam tria; iam dicit, ſeptem non eſſe improbanda. Pudenda inconſtantia, & leuitas, & vel ſole clarior nota falſitas in æſtimandis, & conſtituendis iis rebus, quibus tanquam fundamentis, membris, ac partibus, Eccleſiæ Chriſtianæ ſtatus totus innititur, & conſtat. Vel enim hæc ſeptẽ vera ſunt ſacramenta, vel non. Si vera ſunt, quo ſpiritu Apoſtolico negauit primò Lutherus admittenda ſeptem? ſi vera nõ ſunt, quo poſtea pronũciauit, ſeptem non eſſe improbanda? Num exigui momenti, vel diſcriminis eſt; eſſe tria, & eſſe ſeptem? An verò Apoſtolicus ſpiritus varius, incertus, mendax, fallax, ſibique ipſi aduerſarius eſt?

Lutherus nominatim.

3. Caluinus item.

Caluinus primò aſſeruit, duo tantum eſſe ſacramẽta, Baptiſmum nempe, & cœnam. Poſtea docuit, intelligendum id eſſe de ſacramentis toti Eccleſiæ communibus: eſſe enim tertiũ Miniſtrorum proprium, nimirum Ordinationem. Non moror, frigidiſſimam eſſe expoſitionem iſtam, & prioris lapsûs ineptã excuſationẽ in homine reformatorem agente, ideoque dogmaticè debente agere, nullãque doctrinã tradere mutilam, nedum rerum adeò grauium tertiâ parte diminutam. Rogo tamen, ſi Lutherus nõ tria tantũ ſacramenta, ſicut Caluinus, ſed ſeptẽ admiſit, quomodo à Caluino vocatus vir Apoſtolicus? Ob alia credo, quę, Caluino iudice, rectè docuit. Cur ergo Romanus Põtifex, ob tam multa, quę, Caluino aſſentiẽte, rectè docet, non eſt Caluino Apoſtolicus? Rurſus interrogo. Dũ ſanctorũ aliqui Patrum in ſacramentis nõ numerat Ordinationẽ, & Matrimoniũ, cur non intelligũtus agere de ſacramẽtis toti Eccleſiæ cõmunibus, nõ de Ordinatione, quæ miniſtrorũ, nec de Matrimonio, quod Cõiugatorũ propriũ eſt? Caluino cõſenſit Zuinglius in ſacramẽto-

 tum

ternario, ſed diſſenſit in tertio ſacramento; pro Ordinatione ſubſtituens Pœnitentiam.

4. *Melancthonica rurſus.* Melancthon maiori vſus leuitate, primò admiſit cum Luthero duo tantùm ſacramenta, Baptiſmum, & Cœnam. Deinde tria tantùm cum Zuinglio adiiciens pœnitentiam. Poſtea quatuor, cum Caluino approbans Ordinationem. Tandem propendebat, vt pro quinto aſſereret Matrimonium. Fuerunt etiam, qui ſex, & non plura in album ſacramentorum ſcribant. Denique Lutherani Politici, ſeu Moll. omnia ſeptem admittunt, ſecuti ſcilicet Lutherum aſſerentem, ſeptem non eſſe improbanda, ideóque ſtultè à Lutheranis rigidis propterea nominati Hæreſiarchæ. Plura huius generis vaniſſima, & leuiſſima fusè refert Bellarminus lib. 2. c. 23. & alij, qui de re ſacramentariâ contra Nouatores ſcribunt.

5. *Catholicorũ in ſeptenario conſtantia.* Catholicæ verò fidei dogma, ſeptem eſſe Nouæ legis ſacramenta Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam-vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: Hoc inquam fidei catholicæ dogma, à SS. Patribus ſparſim aſſertum, & perpetuâ traditione, & vſu in Eccleſiâ catholicâ ſemper fixum, ac firmum habitum, demum ad inſtruẽdos Armenos definit ſynodus Generalis Florentina in Decreto Eugenij IV. poſt vltimam ſeſſionem §. Quintò Eccleſiaſticorum ſacramentorum; & ad condemnandos recentiores Hæreticos ſynodus Tridentina in ſeſſ. 7. can. 1. vbi definitur, hæc omnia eſſe ſacramenta Nouæ legis, & non eſſe pauciora, quàm ſeptem; qui totus eſt huius §. ſcopus.

6. *Septenarij illius conuenientia à Pontifice ex S. Th. mutuata.* Rationem conuenientiæ profert Concilium Florentinum proximè citatum, in hæc verba. *Per baptiſmum ſpiritualiter renaſcimur: per Confirmationem augemur in gratiâ, & roboramur in fide: renati autem, & roborati, nutrimur diuinâ Euchariſtiæ alimoniâ: quod ſi per peccatum, ægritudinẽ incurrimus animæ, per Pœnitentiã ſpiritualiter ſanamur: ſpiritualiter etiam, & corporaliter, prout animæ expedit, per Extremam-vnctionem: per Ordinem verò Eccleſia gubernatur, & multiplicatur ſpiritualiter: per matrimonium corporaliter augetur.* Sumptus porrò eſt hic diſcurſus ex S. Thomâ quæſt. 65. ar. 1. & 2. Vbi eo ipſo probat conuenientiam ſeptem ſacramentorum; & prædictam ipſorum ſeriem tuetur.

Porrò Catholici huius Dogmatis fuſa probatio pertinet ad tractationes omnium ſacramentorum in ſpecie: nam in cuiuſque principio probandum eſt illud eſſe verum Nouæ legis ſacramentum: vbi etiam ſpeciales ſingulorum difficultates complanandæ, & obiectiones diluendæ. Generalem ſequẽtem dumtaxat proferre, & promouere eſt animus; vt eius perfacili ſolutione plurimos, non parùm ſtrictos huius materiæ nodos diſſoluam.

§. II.

Obiectionem ex Recentiorum doctrina profero, & deſtruo.

7. *Res duæ ſe ipſas intrinſecè non reſpicientes, ſi ad vnã re-* Doctrina Recentiorum, tam in his, quam in aliis Diſputationibus, hæc eſt. Quando duæ res ita ſe habent, vt ſecundùm ſe ſpectatæ, neutra ad alteram intrinſecè referatur; ſi vna ad conſtituendum aliquod artefactum, aut ens per accidens, requirit alteram, requiſita hæc tali enti, vel artefacto intrinſeca eſt. Exemplo metaphyſico ſit entitas genitoris, quæ geniti entitatem iam exiſtentem, intrinſecè non reſpicit; ſicut neque entitas geniti genitoris entitatem exiſtentem: entitas autem genitoris ad conſtituendum patrem omnino requirit exiſtentem genitum: ſicut etiam hic ad conſtituendum filium omnino requirit exiſtentem genitorem: ideoque genitus intrinſecè pertinet ad conſtituendam relationem, & genitor ad conſtituendam relationem filij. Morali exẽplo, & huius materiæ proprio ſit, dolor confeſſione manifeſtatus, quem ideo dicunt eſſe intrinſecum ſacramento Pœnitentię, quoniam ipſe, & abſolutio non ſe intrinſecè reſpiciunt, hæc tamen illum omnino requirit ad conſtituendum ſacramentum. Ob ſimilem rationem Doctiſſimi Patres Suarez Diſp. 14. ſect. 2. §. *Atque ex hu*, in fine, Lugus verò Diſp. 9. num. 121. ſatis innuunt, ſubiecti adulti intentionem eſſe ſacramento intrinſecam: idemque Lugus Diſputatione 8. num. 8. concedit, poteſtatem adminiſtrandi ſacramentum, imò & ſtatum viatoris in miniſtro, eſſe ſacramento tranſeunti intrinſecam. *quirantur, ipſa intrinſecè conſtituunt.*

Ex his, in quibus Suarez, & Lugus multos habent ſectatores, ita aduerſus ſacramentorum ſeptenarium, rationem inſtituo. Confirmatio (idem eſt de quouis ſequentium ſacramentorum excepto Euchariſtico) vt ſit verum ſacramentum, omnino requirit in ſuo ſubiecto Baptiſmum: Ergo Confirmatio exempli gratia, in ratione ſacramenti, Baptiſmum intrinſecè includit: Ergo Confirmatio non eſt ſacramentum integrum, niſi includens Baptiſmum; atque adeo non eſt ſacramentum à Baptiſmo adæquatè diſtinctum: & ſimiliter neque Pœnitentia, neque Extrema-vnctio, neque Ordo, neque Matrimonium. Proinde vel Baptiſmus non ponitur in numero cum Confirmatione, & his aliis ſequentibus: vel Confirmatio, & hæc alia non ponuntur in numero ſacramentorum cum Baptiſmo: & per conſequens non conſtituunt cum Baptiſmo ſacramentorum ſenarium, & cum Baptiſmo, & Euchariſtiâ ſeptenarium. 8. *Inde concluditur Baptiſmum eſſe omni alio ſacramento intrinſecum.*

Negabis primam conſequentiam, dicens, Baptiſmum eſſe externam conditionem eſſentialiter prærequiſitam ad Confirmationis, & ſequentium illorum ſacramentorum valorem; nõ verò eſſe illis eſſentialem, aut intrinſecum. Hoc tamen à Doctoribus nuper allegatis, conſequenter dici non poteſt. Nam æquè requiritur ad eiuſmodi ſacramentorum valorem Baptiſmus, ac ad iſtius valorem requiritur in adulto intentio: ſed hæc, iuxta illos Doctores, non eſt externa conditio, ſed aliquid Baptiſmo intrinſecum: Ergo etiam Baptiſmus Confirmationi, & per conſequens Pœnitentiæ, Vnctioni, Ordini, & Matrimonio. Quocirca ſacramenta non erunt ſeptem, ſed ſex, nimirum Euchariſtia, Confirmatio Pœnitentia, Extrema-vnctio, Ordo, & Matrimonium, quia Baptiſmus erit intrinſecus, atque adeo de intrinſecâ ratione iſtorum quinque, poſt Euchariſtiam enumeratorum. 9. *Nec dici poſſe eſſe ſolum externam conditionem.*

Imò potiùs ſequitur, duo tantum eſſe ſacramenta integra, Baptiſmum, & Euchariſtiam; vtpote quæ ſe ſolis, & independenter ab aliis, & inter ſe, ſacramenta integra ſunt: quinque verò alia ſolum eſſe inchoata, & imperfecta 10. *Inde etiam contenditur, duo tantum eſſe ſacramenta integra.*

quia

tized by Google

quia nullum ipſorũ eſt ſacramentũ integrum, niſi Baptiſmũ intrinſecè includat, quem tamen, vtpote vnicũ, non poſſunt omnia illa quinque intrinſecè includere. Exemplo res illuſtrabitur in ſententia ſatis recepta mihique veriſſima, quæ gradus intentionis conſtituit intrinſecè inæquales; & conſequenter ait, primum gradum abſque ſecundo, vel aliis ſuperioribus eſſe qualitatem phyſicè integram, ſeu prædicamentalem: non autem ſecundum: niſi cum primo; nec tertium, niſi cum primo, & ſecundo: nec item quartum, niſi cum tertio, ſecundo, & primo, & ita reliquos ſuperiores. Quod exemplum ad rem noſtram ita mihi videor examuſſim applicare: præſertim ſi ſupponamus (quod mihi pene certum eſt) vel ſi lubeat fingamus, qualitatis gradus non inter ſe, ſed ſolùm cum ſubiecto phyſicè vniri.

11. *Exemplo multarum intenſionum roboratur.* Sit enim diuinitus in vno, & eodem ſubiecto vnus tantum gradus coloris primus, & ſimul cum eo ſint quinque ſecundi gradus caloris. Non erunt in eo ſubiecto ſimul quinque calores: quoniam iſtorum quinque graduum ſecundorum nullus ſe ſolo, & ſine primo eſt calor; eſto cum primo calor ſit proprius, integer, & completus. Atqui pariſſima ratione Confirmatio, Pœnitentia, Extrema-vnctio, Ordo, & Matrimonium ita ſe habent, vt nullum ſe ſolo, & ſine Baptiſmo ſit integrum ſacramentum, cum Baptiſmo autem quodlibet illorum ſacramentorum integrum, completum ac perfectum ſit: Ergo ſicut in illo euentu non eſſent ſex calores, ita ſacramenta hæc, Euchariſtico diſtincto, non erunt cum Baptiſmate ſex, atque adeo cum Euchariſtia non erunt ſeptem.

12. *Nos tamen id omne facile diluimus.* Ego vero nodum iſtum facillimè ſoluo. Quia quando res vna intrinſecè & eſſentialiter reſpicit alteram, per illam non conſtituitur; ex. gr. cognitio reſpicit intrinſecè obiectum, nō iſto conſtituitur; & ſic de cæteris: ſed Confirmatio, Pœnitentia, & quodlibet ſacramentorum ſequentium intrinſecè reſpicit Baptiſmum: Ergo non iſto conſtituitur. Minor probatur, quia voluntas Chriſti inſtituētis quodlibet ex dictis ſacramentis, ac proinde forma conſtitutiua cuiuſlibet illorum, eſſentialiter reſpicit Baptiſmum: Ergo & quodlibet eiuſmodi ſacramentorum eum eſſentialiter reſpicit. Antecedens liquet, nam volitio illa Chriſti inſtituentis fuit hæc, *Volo, vt Chriſmatio, & eius verba conferant gratiam baptizato, ſeu renato: Volo, vt abſolutio conferat talem gratiam baptizato*, & ſic cætera ſacramenta. Hoc enim pertinebat ad Chriſti ſapientiam, & prouidentiam cum omnino vellet, illa ſacramenta nulla eſſe ſine præcedente Baptiſmo: & quando valida eſſent, ab ipſo totaliter diſtingui. Sic etiam diluo cæteras difficultates: ideo namque non eſt de eſſentia Baptiſmi negatio præcedentis, quia Baptiſmus eſſentialiter reſpicit eam negationem; nam eius forma adæquata eſt, *Volo, vt ablutio, & verba conferant talem gratiam nondum baptizato.* Ideo intentio ſubiecti non eſt ſacramento eſſentialis, quia Chriſti inſtitutio, & formæ ſenſus eſt, ex. gr. *Volo vt hæc ceremonia ſubiecto adulto volenti, gratiam tribuat, & poteſtatem conſecrandi.* Lege Diſputationis ſequentis numerum 87.

SECTIO II. S. Thom. Q. LX.

An plura, quàm ſeptem ſint Nouæ legis ſacramenta.

PRopriiſſimus eſt huius loci punctus iſte, 13.
cùm alibi nec diſcuti ſoleat, nec opportunè valeat.

§. I.

Non eſſe plura, quàm ſeptem fidei pronunciatum eſt.

Sacramenta non eſſe plura, quam ſeptem, fidei eſt pronunciatum. SAcramenta legis Nouæ non eſſe plura, quàm ſeptem illa, quæ communiſſimè circumferuntur, & ſacramenta pleno ore nominantur, totius eſt Eccleſiæ Catholicæ conſenſus, tanquam ad fidem ſingulariſſimè ſpectans, cùm ſacramentorum veritas, & conſequenter numerus, ipſius Eccleſiæ fundamentum ſit. Eorum numerum non eſſe ſeptenario communiter accepto maiorem, ſatis indicauit Concilium Florentinum in illa ſæpius citata inſtructione Armenorum, quæ poſt ſeſſ. vltimam ſub nomine Eugenij IV. reperitur: *Ex Concilio Florentino.* vtpote quæ Armenos de pleriſque fidei dogmatibus inſtruens, eiſque ſacramentorum Doctrinam tradens, affirmat infra quinto Eccleſiaſticorum, ſeptē eſſe Eccleſiæ ſacramenta, quibus ſingillatim et poſitis, nullum aliud adiungit, cum enim dogmaticè procedat, & totius Eccleſiæ Doctrinam proponat, non poteſt diminutam tradere Doctrinam, ac proinde nec ſacramentorum mancam diuiſionem. Quare ſeptem dumtaxat recenſens virtualiter definit non eſſe plura. Si rationem quæras, cur non id formaliter ſiue expreſſe definierit, ea videtur eſſe, quia res erat adeo citra controuerſiam, vt nullus hæreticorum, plura eſſe ad illud vſque tempus vlla ratione docuiſſet.

14. *Ex Tridentino.* Concilium Tridentinum longo poſt tempore, in ſeſſ. 6. can. 1. non ſolum definiuit ſacramenta nouæ legis eſſe vulgata ſeptem, ſed etiam non eſſe plura. Circa iſtam definitionem duo ſunt diligenter obſeruanda. Primum eſt non definiri à Concilio, ſeptem eſſe ſpecies ſacramentorum infimas, ita ſcilicet, vt ſub nullo illorum ſeptem, quæ recenſet, contineantur aliquæ ſpecies; v. gr. ſub Euchariſtia hoſtiam & Calicem; ſub ordinatione ſubdiaconatum, Diaconatum, presbyteratum, Epiſcopatum, aut ſi velis quatuor etiam ordines minores: *Quod non definit ſeptē eſſe ſacramentorum ſpecies infimas.* imo in ipſo presbyteratu duas ordinationes ſpecie differentes, vnam ad conſecrandum, & alteram ad abſoluendum: & in diaconatu duas alias ad duas diuerſas functiones & ſub Extrema-Vnctione ſex vel ſeptem vnctiones eſſentialiter diuerſas. Hæc enim inter Catholicos Doctores controuerſa ſunt; neque à Conciliis deciduntur: ſolum ſtatuitur, non eſſe plura ſacramenta quam ſeptem illa, quæ nominibus Baptiſmatis, Confirmationis, Euchariſtiæ, Pœnitentiæ, Extremæ Vnctionis, Ordinis, & Matrimonij, quæ ſtatim Concilium enumerat, communiter comprehenduntur.

Alterum obſeruatu dignum eſt, hoc ipſum à

tized by Google

ſacramentorum, ſpeciatim quærimus rationem, cur pedum ablutio inſtituta non ſit, & ſimul Patrum illorum mentem. Præſertim autem agemus de illa ipſa lotione pedum, quam Chriſtus exhibuit. Si enim illa ſacramentum non fuit, inde conſtabit cur cæteræ non fuerint.

24. An ideo nō, quia merum obſequium apud omnes nationes celebre.

Primo fortaſſe quiſpiam aſſeret, ideo Lotionem illam ſacramentum non extitiſſe, quia non habuit myſterium, ſed merum obſequium, & miniſterium, exhibitum accumbentibus ad menſam. Fuit enim familiariſſima pedum ablutio priſcis hominibus, Græcis, Latinis, Hebræis, ante & inter epulas, etiam ipſo Chriſti tempore, vt colligitur ex eius verbis apud Lucam. cap. 7. Simoni exprobrantis *Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dediſti, &c.* Qua de re videatur citatus Gretſerus. Porro accubituris ad menſam tunc abluebantur pedes, vel voluptatis ergo, vel ſanitatis, vel vtriuſque ſimul, vel potius, & propinquius munditiei, propterea ſcilicet, quod in lectulis, ac proinde nudis pedibus accumberent.

25. Sublimiore tamen fine à Chriſto præſtitum.

Negari tamen non poteſt, pedilauium illud alio ſublimiore fine à Chriſto præbitum, & ſaltem ad exemplum inſignis humilitatis. Prior pars liquet ex Chriſti verbis *Quod ego facio, tu neſcis modo,* & aliis poſtea proferendis. Neque enim Petrus neſciebat, Chriſtum abluere tunc pedes; & finem, quo ſolebat inter epulas ablutio fieri: conſequens ergo eſt, vt finem alium, quem ea Chriſtus actione intendebat, Petrus ignoraret. Altera pars claret etiam ex aliis Chriſti verbis poſt lotionis actum prolatis: *Scitis quid fecerim vobis, &c. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Quocirca vel Chriſti, & Apoſtolorum pedes ante primum accubitum ad menſam abluti fuerant miniſterio patrisfamilias, & famulorum illius magnæ domus: vel ſi tunc ablutio omiſſa fuit, Chriſtus illam de induſtria recuſauit vt ipſe poſtea propter alium ſublimiorem finem Apoſtolicos pedes ablueret.

26. Nam ideo non, quia tantum inſtitutum in humilitatis exemplum.

Hinc aliqui forſitan dicent, ideo pedilauium ſacramentum non fuiſſe, quia non fuit exhibitum in alicuius rei ſacræ ſignum, ſed in humilitatis exemplum. Chriſtus enim ad illius initium Petro dixit: *Quod ego facio, tu neſcis modo, ſcies autem poſtea*: nimirum poſt lotionis finem: tunc enim Petro cæteriſque dixit: *Scitis quid fecerim vobis. Vos vocatis me Magiſter, & Domine: & benefacitis, ſum etenim: ſi ergo ego laui pedes veſtros Dominus, & Magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita, & vos faciatis. Amen Amen dico vobis. Non eſt ſeruus maior Domino ſuo: neque Apoſtolus maior eo, qui miſit eum. Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea.* En, inquiunt, ſcopus vnicus illius actus! en quod Petrus antea neſciebat, & poſtea ſciuit; nempe exercitam eſſe lotionem in humilitatis exemplum. Et ſane non obſtat illa Chriſti comminatio. *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Dicent enim, non ideo minas illas intentatas, quòd lotio ſacramentum eſſet; ſed quia Chriſtus tanti faciebat illam exempli exhibitionem, vt Petrum grauiter obligauerit, ad eam admittendam.

27. At Chriſtus in humilitatis exemplo non ſtetit, ſed vlterius proceſſit.

Verùm certo certius eſt, Chriſtum non ſtetiſſe in humilitatis exemplo, ſed vlterius progreſſum eſſe; & lotione aliquid aliud ad animæ puritatem pertinens, ſignificare voluiſſe. Id enim perſuadent Chriſti verba: *Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Et vos mundi eſtis*: virtualiter inferens. Ergo non indigetis niſi pedum ablutione: non ea tamen corporali, quia præceſſerat, *Et vos mundi eſtis, ſed non omnes: ſciebat enim quis eſſet, qui traderet eum, propterea dixit, Non eſtis mundi omnes*, nempe omnes duodecim, quia ſciebat vnum eſſe immundum proditorem: Agebat ergo de pedum lotione ſpirituali, & interna, quam corporali, & externa ſignificare, & quaſi adumbrare ſtudebat.

28. Verè quia non inſtitutum in gratiæ ſignum ab Eccleſia vſurpandum.

Aſſero tamen, inde ſpeciatim inferri, lotionem non eſſe ſacramentum, quod inſtituta non fuerit vt gratiæ ſignum ab Eccleſia deinceps vſurpandum: ſed ſolùm in illo ſingulari actu adhibita, vt ſignum, ſeu figura magnæ cuiuſdam purificationis, aut puritatis ſpiritualis ad Euchariſtiam offerendæ. Rationem poſitam in priore parte ſolidam eſſe, patet ex diſp. 1. ſect. 1. §. 7. vbi oſtendimus, pertinere ad eſſentiam ſacramenti eſſe diuinitus inſtitutum pro toto Eccleſiæ tempore. Lotionem autem pedum non ſic inſtitutam fuiſſe, colligimus

Chriſti facto id ſuadente.

1. ex Chriſti facto: nam etſi docuit, ablutionem illam eſſe tunc ſignum internæ puritatis, vel purificationis; non tamen ſuaſit, vt poſtea adhiberetur in huiuſmodi ſignum; cum tamen ſuaſerit, & inculcauerit exhibendam in humilitatis exercitium, vt numero 26. vidimus.

29. Auguſtino idem indicante.

Atque hoc manifeſte indicauit S. Auguſtinus Epiſt. 119. cap. 18. reſcripturus enim Ianuario, quærenti quando deberet implere præceptum illud, *Et vos debetis alter alterius lauare pedes*, ita loquitur. *De lauandis vero pedibus, cum Dominus hoc propter formam humilitatis, propter quam docendam venerat, commendauerit, ſicut ipſe conſequenter expoſuit: quæſitum eſt, quonam tempore potiſſimum res tanta etiam facto doceretur; & illud tempus occurreret, quo ipſa commendatio religioſius inhæreret.* Supponit igitur Auguſtinus, non commendaſſe Chriſtum lotionem in poſterum faciendam, niſi in exercitium humilitatis.

30. Eccleſia Rō. & aliis non admittentibus, niſi vt humilitatis opus.

Secundo colligimus quoniam Eccleſia Romana, quæ ceterarum parens, & magiſtra eſt, multæque aliæ Eccleſiæ, lotionem pedum non admiſere vt myſterium, ſed vt charitatis, & humilitatis opus. Aliquos ita ſenſiſſe refert S. Ambroſius lib. 3. de Sacramentis cap. 1. Cùm enim retuliſſet, non eſſe apud Romanā Eccleſiā vſum lauādi pedes baptizatis; addit nonnullos excuſare, propterea quòd pedilauium non ad myſterium, ſed ad miniſterium attineat. Auguſtinus item numero præcedente allegatus, hæc de lauandi pedibus obiicit. *Sed ne ad ipſum ſacramentum Baptiſmi videretur pertinere, multi hoc in conſuetudinem recipere noluerunt: nonnulli etiam de conſuetudine auferre non dubitarunt: aliqui etiam vt ſacratiore tempore commendaretur, & à Baptiſmi ſacramento diſtinguerent, vel diem tertium Octauarum* (quas pro Baptiſmo celebrant) *quia ternarius tertium* (ſubſtituo *rerum*) *in multis ſacramentis maxime excellit, vel etiam ipſum octauum, vt hoc facerent, elegerunt.* Cum ergo Chriſtus pedilauium non ſuaſerit, nec Romana Eccleſia admiſerit, niſi vt charitatis ac demiſſionis exercitium; cōſequēs eſt, neque vt myſteriū à Chriſto fuiſſe inſtitutū.

In

Digitized by Google

31. Concilij Eliberini de pedibus baptizandorum non lauandis teſtimonium.

In iis, qui pedilauij conſuetudinem vel non admiſerunt, vel admiſſam ſubſtulerunt, aut aliquo pacto mutarunt, fuit Concilium Eliberinum Cap. 48. de iis, qui baptizantur, ita ſtatuens. *Neque pedes eorum lauandi ſunt à ſacerdotibus, vel Clericis.* Dixi vel non admiſiſſe, vel admiſſam ſuſtuliſſe: quia cùm in eodem capite prohibetur, ne batizandi nummos in concham mittant, additur, *vt fieri ſolebat*) quod non dicitur de pedibus abluendis: quare dubium eſt, num ea conſuetudo tunc ſublata fuerit, an non admiſſa.

32. Legendum ne, *vel clericis*, an *ſed clericis*.

Dixi etiam, vel aliquo pacto mutauiſſe: quia Canonem illum plures ita legunt. *Neque pedes eorum lauandi ſunt à ſacerdotibus, ſed clericis*: quaſi prohibeâtur pedes lauare ſacerdotes, qui baptizant, & iubeantur id facere Clerici, qui aſtant. Quod autē Ioſephus Vice-Comes lib. 3. de Antiquis baptiſmi ritibus cap. 19. ſcribit, veram lectionem niſi conſulto Græco textu poſſe comperi, per incogitantiam homini excidit, cùm Paulo antea ſcribat (id quod res eſt) Concilium illud eſſe Hiſpanum. Quod vero ſubdit, veriſimilius legi *vel clericis*, quia Concilij animus erat falſam opinionem excindere quæ ſiue Epiſcopi, ſiue alij Clerici abluerent, de baptiſmate exiſtere poterat; hoc inquam, & ſine probatione continet, fuiſſe illum Concilij ſcopum: & ſine veritate innuit, æque excitaram falſam opinionem, lauante pedes alio clerico, atque ſacrante Epiſcopo: nam lauante non miniſtro Baptiſmi, vix poterat oriri ſuſpicio, pertinere pedilauium ad Baptiſmi eſſentiam: facile tamen poterat exercente illud ipſo Baptiſmi miniſtro.

33. Legendum *vel clericis*, duo ſuadent, non perſuadent.

Mihi duo ſuadent non legendum, *ſed clericis*, ſed *vel clericis*, ideoque lotionem illam penitus prohiberi. Primum eſt, affectus & inſignis deuotio Eccleſiarum omnium Hiſpanarum erga Romanam: cuius exemplo, vel ſuaſu, vel vtroque ſimul, crediderim Eliberinos Patres ad illum condendum canonem adductos. Alterum eſt, quòd in hac lectione, *Neque pedes eorum lauandi ſunt à Sacerdotibus vel clericis*, nulla eſt ſermonis aſperitas: ſi tamen legeretur à ſacerdotibus ſed clericis, aſperaretur extrema pars defectu præpoſitionis A. cum legi debuiſſet. *Neque pedes eorum lauandi ſunt a Sacerdotibus ſed à clericis.* Neque enim præpoſitio ſuauiter reticetur poſt aduerſatiuā *ſed*; cum tamen poſt copulatiuam, & leniſſime reticeatur. Hæc inquam duo ſuadent illam lectionem, ſed quia non perſuadent, in medio rem iſtam linquimus.

34. Etſi lotio à Chriſto facta ſignarit animi puritatem, non tamen lotio ab aliis facienda.

Tertio ſuadetur, quia pedum ablutio quam per ſe Chriſtus exercuit, optime intelligitur habuiſſe ſignificationē ſacri, & ſignificaſſe animi puritatem quin aliæ lotiones in Eccleſia deinceps exhibendæ, eam ſignificationem eſſent habituræ. Cùm enim Chriſtus pedes diſcipulorum lauerit proxime ante Euchariſtiæ inſtitutionem, ablutio illa commodiſſime præſignabat ſacramenta animorum purgatiua, quæ ſumptionem illius venerabilis ſacramenti erāt in reliquo Eccleſiæ tempore præceſſura. Non ergo fuit ſacramentum ablutio, ſed ſacramentorum figura: ſicut nec māna ſacramentum fuit quia non inſtitutum pro toto illius Eccleſiæ tempore; eſto fuerit figura Euchariſtici ſacramenti: idemque eſt de deſcēſu columbæ in Chriſtum, præſignante deſcenſum ſpiritus ſancti in nos per gratiam habitualem; deque multis aliis ſignis & figuris.

Tria vero genera purgationum animi, lotio illa præſignabat. 35. Triplicem enim purgationem lotio illa præſignabat.

Primo Baptiſmum.

Primo Baptiſmum vtpote ad Euchariſtiam cum fructu recipiendam eſſentialiter prærequiſitum: & quem Euchariſtiæ ſumptio ſemper ſubſequitur inadultis, & olim etiam in infantibus ſolebat: & quem pedum ablutio tam apte adumbrat, vt videatur Petrus eam adumbrationem, neſciens quid diceret, attigiſſe verbis illis: Domine non tantum pedes, ſed etiam manus & caput. Idque videtur Petro tribuere Ambroſius citatus dum hanc Petri ſententiam referens, cum illa quam Chriſtus eueſtigio protulit, Qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet, ſubdit: Quare hoc quia in Baptiſmate omnis culpa diluitur. Quaſi diceret Ambroſio iudice Chriſtus. Tu quidem Petre admitteres iam etiam Baptiſmum: ſed iſto tibi non eſt opus, qui iam lotus & mundus es. Quod ergo Petrus per ablutionem pedum intellexit, Chriſtus præſignauit, non vt Petro iam baptizato, ſed aliis baptizandis neceſſarium.

36. Secūdo Pœnitentiam.

Deinde pro adultis qui poſt Baptiſmum grauiter delinquunt, ſignificauit, opinor, pedilauium Pœnitentiam requiſitam ad dignam Euchariſtiæ receptionem. Proinde licet Chriſtus Pœnitentię ſacramentum nondum inſtituerit, adumbrauit: quod pręter ipſam rei conuenientiam, odorari mihi videor in Concilio Tridēt. ſeſſ. 14. cap. 1. dicente, Chriſtum illud ſacramentum tunc præcipue inſtituiſſe, quando iam rediuiuus dixit: Accipite ſpiritum Sanctum quorum remiſeritis, &c. nam illa verba tunc præcipue inſtituit, ſonant a ſibi quidē inſtituiſſe. ſed minus præcipue; non quidem quoad eſſentiam, cum hæc in indiuiſibili conſiſtat, ſed inſtituiſſe in figura nempe in pedum ablutione.

37. Idque Pſeudo Cyprianus ſenſit.

Quæ cum perſcripſiſſem, reperi hunc fuiſſe ſenſum Pſeudo Cypriani. Docet enim Chriſtum lauiſſe pedes, *vt ſignaretur fides Chriſtiana remedium, ad quod curreret quoties, ſe cognoſceret offendiſſe.* Rurſus de lotione quam Petrus non intellexerat; *per quam*, inquit, *rectè cognitam & intellectam adhærentes animæ ſordes quotidianâ ſatisfactione lauantur.* Addit, Chriſtum non claudere Baptizatis peccatoribus miſericordiæ fontes, *ſed obiicit*, inquit *fugientibus, & cogit regredi deſperaturos*, oſtendens eis Pœnitentiæ viam. Tandem ait: *Quoties cum aſpectus germinu toties inhærens lutum peccatorum, quæ poſſumus ſolicitudine lauamus.* Atque vnicus hic ſenſus tanquam integer ſcopus, illi ſermoni pro argumento præfigitur.

38. Tertiò purificationem à venialibus, Euchariſtiæ præuiam.

Poſtremo ſignificabat illa pedū Apoſtolicorum ablutio purificationem à peccatis venialibus, quam viri ad perfectionem aſpirantes pręmittūt ante Euchariſticas epulas. In eo nāq; ſimiles ſunt Apoſtolis tunc cœnantibus, quòd etſi vtrique iuſti, & perfectionis auidi, noxis tamen venialibus obnoxij. Deinde cum Apoſtoli nudis irent pedibus, vel ſeminudis, vtpote ad ſummū ſandaliis vtentes, neceſſe erat, etiam paulo antea lotos, aliquid pulueris vel ex ipſis ſandaliis contraxiſſe. Quod ſymbolum egregie refert viros ad perfectionem anhelantes, de quibus eleganter Leo I. ſerm. 4. de Quadrag. *Dum carnis fragilitate auſterior obſeruantia relaxatur; Dumque per varias actiones, vita huius ſolicitudo diſtenditur neceſſe eſt de mundano puluere, etiam religioſa corda*

do

da ſordeſcere. Neque hinc abeunt pij, docti que viri, dum aiunt inſufflaſſe Chriſtum in Apoſtolos, quaſi di pelleret ab eis leues culpas, inſtar puluiſculi, quem leui flatu ſolemus diſpellere.

39. *Idque S. Bernardus cenſuit.* Hanc de venialibus frequentem Pœnitentiam lotione pedum à Chriſto ſignificatam ſenſit omnino S. Bernardus ſerm. cit. in cœna Domini. Primo enim probat eius Pœnitentiæ neceſſitatem, ad habendam partem in regno Chriſti & Dei; ſine dubio id intelligens de cœleſti gloria, ad quam nihil coinquinatum ingreditur. Deinde addit: *Et vnde ſcimus quod ad diluenda peccata, quæ non ſunt ad mortem, & à quibus plene cauere non poſſumus, ante mortem, ablutio iſta pertineat? Et eo plane quòd offerenti manus & caput pariter ad abluendum, reſponſum eſt. Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet. Lotus eſt qui grauia peccata non habet; cuius caput, id eſt intentio, & manus, id eſt operatio, & conuerſatio munda eſt: Sed pedes qui ſunt animæ affectiones, dum in hoc puluere gradimur, ex toto mundi eſſe non poſſunt, quin aliquando vanitati, aliquando voluptati, aut curioſitati pluſquam oportèt cedat animus vel ad horam.* Cumque monuiſſet, non eſſe contemnendas leues iſtas culpas, nec ablui poſſe niſi per Chriſtum, adiunxit. Nec ideo pro eis neceſſe eſt nimis eſſe ſolicitos: ignoſcet facile, imo & libenter, ſi tantummodo nos agnoſcamus, nimirum per Pœnitentiam. Ad iſtam igitur autore Bernardo, pertinuit Chriſti pedilauium, tanquam ſignum ad rem ſignificatam.

40. *Lotionem ſacramentũ non eſſe, ratione cõſtãt.* Ad extremum ſpecialiter infertur pedum ablutionem ſacramentum non eſſe: quia vel agimus de ablutione annexa Baptiſmo, vel de aliis. Si de annexa Baptiſmo, vel de ea, quæ Baptiſmum præcedebat; hæc non poterat ſacramentum eſſe, cum Baptiſmus ſit ianua ſacramentorum, nec delere culpas veniales, cum ſupponeret originalem à Baptiſmo delendam. Si agimus de ablutione proximè ſubſequente Baptiſmum; hæc non auferret culpas veniales: Etenim aut in Baptiſmo fuiſſet illarum diſplicentia; & ita per ipſum delerentur, etiam quoad pœnæ reatum: ſi non fuiſſet, profectò immediatè poſt neque in pedilauio eſſet. Si vero agimus de ablutione non pertinente ad Baptiſmum; nullus eſt Patrum, qui ſuadeat eius vſum ad venialia tollenda; nullus apud Eccleſiam vſus eſt illius ad auferenda venialia, vel mortalia: nec ipſi Pontifices, dum pedes abluunt, aliud intendunt quam quod ſæculares principes, nempe Chriſtum imitari; non animas illorum quibus pedes lauant, à peccatorum ſordibus mundare. Ad Pſeudo-Cyprianum & S. Bernardum initio relatos, iam reſpondimus. Ambroſij mens ſequentem flagitat diſcuſſionem.

§. III.

S. Ambroſij de pedum ablutione ſenſus exquiritur.

41. *Ambroſij verba innuẽtia lotionem ſacramentũ eſſe.* Sanctus Ambroſius lib. 3. de ſacramentis c. 1. loquens cum recens baptizatis, quorum ipſe pedes ſtatim à Baptiſmo abluere inceperat, & alij clerici perrexerant; illos, qui dicebant, in ablutione non eſſe myſterium pertinens ad animæ ſanctificationem, ſed obſequium, & miniſterium ad exemplum & humiliationem, latè impugnat: & inter alia ita ſcribit. *Sed quia Adam ſupplantatus à Diabolo eſt, & venenum ei effuſum eſt ſupra pedes, ideo lauas pedes, vt in ea parte, in qua inſidiatus eſt ſerpens, maius ſubſidium ſanctificationis accedat, quo poſtea te ſupplantare non poſſit.* En pedilauium appellat Ambroſius, & myſterium, & ſanctificationem, & affirmat exhiberi, vt eius interuentu beneficium maioris ſanctificationis accedat. Non ergo ſentit Ambroſius cum Pſeudo-Cypriano, & Bernardo ſupra memoratis, pedilauium eſſe ſanctificationis meram figuram, ſed cauſam, atque adeo ſacramentum. S. THOM. Q. LX.

42. *Non illam cenſuit ſacramẽtum; ſed ſacramentale eſſe.* Aio tamen, S. Ambroſium non habuiſſe pedilauium pro ſacramento, ſed pro ſacramentali. Primo quia ſi attente legatur, in toto illo lib. 3. non agit de veris ſacramentis, ſed de ceremoniis, ſeu ſacramentalibus. Dumtaxat enim diſſerit de Vnctione baptizati in capite, de pedum ablutione, de inuocatione ſeptiformis ſpiritus, de luto ſupra cæci oculos poſito: Atqui res omnes iſtæ, quas Ambroſius cum pedilauio diſputat, ſunt Ceremoniæ ſacramentales: Ergo & ipſum pedilauium pro ſacramentali ab Ambroſio ducitur. Firmo vrgentiſſime: quoniam ipſe Ambroſius apertè indicat, ſe in libro illo non egiſſe de ſacramentis, nam eum his verbis terminat. *Satis ſit quod dictum eſt hodie: & craſtino die, ſi Domino placet, de ſacramentis ipſis tractabimus.* *Probatur ex eius libri materia.*

43. *Ex eiuſdem Ambroſij verbis.* Secundo quoniam ibidem refert Ambroſius, pedilauium recens baptizatorum non recipi ad conſuetudinem ab Eccleſia Romana: & ſubdit. *Hoc dico, non quod alios reprehendam,* nempe Eccleſiam Romanam, *Cuius typum,* inquit, *& formam in omnibus ſequimur:* & turſus *In omnibus cupio ſequi Eccleſiam Romanam.* Quomodo autem ſentiret Ambroſius, ab Eccleſia Romana non recipi rem adeo grauem, vt ſacramentum verum, & proprium Nouæ legis? Quomodo diceret, ſe in omnibus ſequi Romanæ Eccleſiæ typum, & formam, ſi ſacramentum eſſe contenderet, & pro ſacramento vſurparet illud, quod Romana Eccleſia nec pro ſacramento, nec pro re ſacra reciperet? Quomodo optaret in omnibus ſequi Romanam Eccleſiam, ſi tam inſigni errore illam infectam crederet? Quomodo hæc diceret, non vt illam reprehenderet, quam adeo dignam reprehenſione conſpiceret? Certe in paucis lineis Ambroſius non minus ſecum ipſe quam cum veritate, & æquitate pugnaſſet.

44. *At opponet & fuſe probabit Ambroſium Romano Pontifici palam reſtitiſſe.* Opponet, credo, Ioſephus Vicecomes lib. 1. de Antiquis Baptiſmi ritibus. cap. 19. S. Ambroſium palàm reſtitiſſe Romano Pontifici, tum in vſu pedilauij, tum in eo ducendo pro re ſacrâ, & à Chriſto inſtituta. Ergo &c. Nego antecedens. Probabit Ioſephus quadrupliciter: Primò, quia S. Ambroſius *Super vſu pedilauij longum negocium à Pontifice pertulit.* Ego tamen huius negocij nec vmbram apud Hiſtorias inuenio: nec Vicecomes Pontificem, aut teſtem nominat: vt videatur illud negocium è ſolis Ambroſij verbis, perperam, vt oſtendam, intellectis, coniectare. Secundò, quia S. Doctor ſtrenuè ſuam defendit cauſam, & obtinuit. *Sed 1. probatio irrita.* Contra, quia Vicecomitis iudicio peruicit Ambroſius, & lotionem eſſe ſacram, & à Chriſto inductam. Vel ergo cauſam iſtam obtinuit probatione vera, vel falſa: ſi falſa, de- *Secunda item.*

ceptus

ceptus eſt, alioſque decepit. Si verò, probauit, pedilauium eſſe diuini iuris, & Eccleſiam Romanam, eiuſque imitatrices in re grauiſſimâ errare.

Nec non tertia.

Tertiò, quia S. Ambroſius Eccleſiam Romanam, quæ ab eo more abhorrebat, quodammodò arguit. At quomodo arguit, cùm ob illam ſcribat, *Hoc dico, non quod alios reprehendam.*

45. Quid ad quartam?

Poſtremò & fortiùs aget Ioſephus, quia cum ſtatim dicat Ambroſius, *In omnibus cupio ſequi Eccleſiam Romanam*; tùm adiungit, *ſed tamen & nos homines ſenſum habemus. Ideo, quod alibi rectiùs ſeruatur, & nos rectè cuſtodimus. Ipſum ſequimur Apoſtolum Petrum, ipſius inhæremus deuotioni. Ad hæc Eccleſia Romana quid reſpondet?* Exclamat hîc Vicecomes: *Egregia ſane hominis in ſuâ ſententiâ firmitas: & digna Ambroſio in probandâ conſuetudine ſapientia.*

Malè illam Vicecomes pro ſe commendat.

Verùm ſi mens Ambroſij fuiſſet, vt ille autor cogitat, pedilauium eſſe ſacrum, & iure diuino præceptum, non illa fuiſſet egregia ſententiæ firmitas, ſed erroris tenacitas: nec in eâ probandâ conſuetudine tanquam diuinitùs inductâ, eluxiſſet ſapientia Ambroſio, ſed fallacia deceptore aliquo digna, vtpote in errorem inducens.

46. Vaſquez friuole diluit.

Hinc obiter, & efficaciter impugno reſponſionem Patris Vazquez Diſputatione 139. num. 12. S. Ambroſium, cùm pedilauium ab Eccleſiâ Romanâ non admiſſum cerneret, probabili dumtaxat coniecturâ cenſuiſſe, illud eſſe ſacrum, & à Chriſto inductum. Vel enim credebat Ambroſius, illud ab Eccleſia Romana tale non cenſeri; vel cenſeri: ſi cenſeri, quomodo dum ſacrum eſſe probat, Romanam impugnare viſus Eccleſiam? Si vero credebat, pro ſacro ab illa non cenſeri: quæ coniectura contra ſenſum, & vſum Romanæ Eccleſiæ, cuius typum, & formam in omnibus tenebat Ambroſius, poterat ipſi eſſe, aut videri probabilis?

47. Veræ ſolutionis præparatio.

Fateor equidem Ambroſij verba, quæ num. 44. deſcripta manent, videri poſſe duriuſcula: ſi tamen cum duritie, quam præſeferunt capiantur, quiſque etiam agnoſcet, ipſimet Ambroſio palàm aduerſari, prout ex num. 42. abundè conſtat. Ego verò lenem, ac mitem eorum ſenſum, & totam Ambroſij mentem, tam ſibi, quàm Romanæ Eccleſiæ ſummè conſonam, ex illis deprehendo verbis de Romanâ Eccleſiâ pedilauium non exercente: *Vide ergo, ne propter multitudinē declinarit.*

Cēſuit Ambroſius à Romanis omitti ob multitudinem abluendorū.

Hanc enim ſolâ rationem aſſignat Ambroſius; nempe, quod tanta eſſet apud Romanos baptizandorum multitudo, vt non poſſent omnibus lauari pedes, proinde ne viderentur vel perſonæ accipi, vel baptiſmus mutilus tribui, propterea lotionem cunctis negatam. Sic nimirum, vt laicis negatur vſus calicis; non quod ſacer non putetur, ſed ob effuſionis periculum: quod exemplum omni ex parte eſſet oppoſitum, ſi cum Soto diceres, in Calice non ſacramentum, ſed ſacramentale contineri.

48. Ambroſij verba benigne expoſita.

Iam, cauſâ illâ vt vnicâ deſignatâ, refert Ambroſius aliquos excuſantes Romanam Eccleſiam aliâ ratione, quòd videlicet pedum lotio non ad myſterium, ſed ad obſequium pertineat. Quam ille rationem refellens, contendit, non eâ poſſe niti Romanos; quia ſi niterentur, non poſſent impugnationem diluere. Propterea ſubdit: *Ad hæc Romana Eccleſia quid reſponderet?* Nempe ſi tali ratione niteretur. Nō enim legendum eſſe *quid reſpondet?* ſed, *quid reſponderet?* perſuadet tū ipſa conſecutio, tum Ambroſij nō ſolùm deuotio erga Romanā ſedē, & vrbem, ſed etiam ſemonis concinnitas, & vrbanitas.

Alia difficilior a, emollita.

Quod autem commemorans Romanos à pedilauio abſtinere, addit. *Sed tamen & nos homines ſenſum habemus. Ideo quod alibi rectius ſeruatur, & nos rectè cuſtodimus*; molliorem habet ſenſum, quàm præſeferat: nimirum, ſentiente Româ, non ibi lauandos pedes ob multitudinem baptizatorum; nos ſenſum habemus, quo cenſeamus, lauandos eſſe Mediolani, vbi non tanta eſt multitudo. Ideo rectè cuſtodimus id, quod alij rectiùs, non quidem quàm Romani, ſed quàm nos ipſi, gerunt. Hunc reor ſenſum in Ambroſio neceſſarium, ne plus ipſe ſibi, vt ſæpiùs monui, quàm Eccleſiæ Romanæ, cui erat addictiſſimus, aduerſetur.

49. Si ſacramētum in lotione poſuit Ambroſius ad Aug. fuit correctus.

Verum ſi S. Ambroſius exiſtimaſſet (quod nunquam concedam) Eccleſiam Romanam falsò cenſuiſſe, nullum in pedum ablutione eſſe myſterium; adiicerem, S. quidem Doctorem, tanquam hominem, non ſatis re compertâ exceſſiſſe: cæterum in hac ipſa exiſtimatione correctum fuiſſe a S. Auguſtino in Epiſtolam 119. non ſolùm cap. 18. cenſente, Chriſtum eam commodaſſe lotionem propter ſolum humilitatis exemplum; ideoque multos non illam baptiſmo iungere, ne videatur ad illum pertinere; ſed etiam cap. 19. verbis illis *Quod autem inſtituitur præter conſuetudinem* (nempe vniuerſalem ſeu catholicam in rebus ad ſacramenta pertinentibus) *vt quaſi obſeruatio ſacramenti ſit, approbare non poſſum.*

§. IV.

Religioſi ſtatus ſuſceptio cur ſpeciatim non habeat ſacramenti rationem.

50. Si religioſi ſtatus ſacramento contineretur, eſſet in actione religioſum conſtituente.

SI religioſus ſtatus rationem contineret ſacramenti, haud dubie contineret in ſui ſuſceptione perſonam religioſam conſtituente. Sic enim Chriſtianus ſtatus rationem ſacramenti continet in Baptiſmo; & ſtatus coniugatorum in ipſamet actione contrahendi coniugium. Sicut enim in Baptiſmo ſuſcipit homo dignitatem, & onera Chriſtiani; & in contractu matrimonij, obligationem, & onera coniugati; ita in profeſſione, vel alia actione religioſum conſtituente, qualis eſt in ſocietate Ieſu emiſſio trium votorum ſimplicium poſt biennium probationis, ſuſcipit homo religioſum ſtatum, eiuſque onera & obligationes. Proinde ſicut Chriſtianus in Baptiſmo, & coniugatus in contractu matrimonij, recipiunt gratiam ſpecialem ad illa ſuſtinenda onera: ita religioſus ſtatus, ſi ſacramentum contineret, certiſſimè contineret in ſui ſuſceptione, vbi gratia ſpecialis conferretur ad ſatisfaciendum religioſæ obligationi. Idcirco verſatur quæſtio de religioſi ſtatus ſuſceptione.

51. Eiuſmodi actio ſacramentum nō eſt.

Certa quidem res eſt, eiuſmodi ſuſceptionem ſacramentum non eſſe; & adeo certa, vt neque vertatur in dubium, neque in ſcholaſticam quæſtionem adducatur; ſolumque obiter attingatur ab vno vel altero ſcholaſticorū, & præſertim à Suarez quæſtio. 65. art. 4. §§. antepe

Digitized by Google

Antepenultimo & vltimo. Ratio propria eſt, quia religioſi ſtatus ſuſceptio non fuit à Chriſto in ſacramentum inſtituta, prout ex §. 2. conſtat. Tria vero poſſunt opponi, quorum partim explicatione, partim ſolutione, partim etiam retorſione, conſtabit magis & magis huius rationis, & facti conuenientia.

52. S. Dionyſius cum ſacramentis coniungit Monachi effectionem.

Primum accipimus ex ſancto Dionyſio Areopagita in lib. de Euchariſtica Hierarch. Cumenim in cap. 1. diſſerat de Euchariſticæ Hierarch. eſſentia; & in cap. 2. de ſacramento Baptiſmi; & in 3. de ſacramento Synaxeos; in 4. de myſterio ritus ſacri vnguenti, in 5. de ſacra Ordinatione, in 6. de his qui Ordinibus initiantur, in 7. diſputat de myſterio conſecrationis monaſticæ; eamque æquè diligenter deſcribit, exponit, & contemplatur, ac cæteras præcedentes Diaconi, ſacerdotis, & Epiſcopi Ordinationes. Inter alias vero cæremonias vltimam illam apponit, quòd ſacerdos Monachum inſtituens, veſtibus ſæcularibus exutum, & nouis aliis indutum, cruce conſignat: Igitur inſtitutionem monachi non minus cenſet Dionyſius eſſe ſacramentum ac cæteras priores ordinationes.

53. Late illam vocat myſterium, & ſacramentum.

Reſpondeo, ſanctum Dionyſium dum ibi de Monachiſmo Diſputat, latè vſurpare nomina myſterij & ſacramenti, nimirum pro initiatione vel ſacra inſtitutione, vel potius & breuius pro ſacra cæremonia hominem diuinis obſequiis addicente, quales ſunt prima tonſura, & quatuor minores ordines quæ ſacramenta non ſunt. Patet reſponſionis veritas: nam idem Dionyſius ſtatim in cap. fusè diſputat de cæremoniis & ritibus, qui in Eccleſia circa defunctos exhibentur, eoſque ritus vocat myſterium, & ſacramentum: defunctis autem ſacramentum verum, ac proprium applicari non poteſt.

54. Cum Chriſtus inſtituerit ſtatum religioſum, cur non per ſacramentū.

Secundum inde accipimus, quod ſtatum religioſum quantum ad eſſentiam & ſubſtantiam, Chriſtus proximè & per ſe ipſum inſtituit, vt apud omnes Catholicos in cōfeſſo eſt, & videri poteſt apud Suarez tom. de Religione tractat. 7. lib. 3. cap. 1. & 2. Ergo illi adiunxit rationem & perfectionem ſacramenti. Conſequentia probatur à ſimili ex ſtatu verbi gratia ſacerdotali, quem ipſe Chriſtus immediate inſtituit, eique rationem ſacramenti adiunxit. Quod ſi dicas, religioſum ſtatum ante Chriſti tempora fuiſſe; nempe in Elia & Eliſæo, non id obſtabit. Nam etiam ſacerdotij & Matrimonij ſtatus antiquior extitit, vterque tamen à Chriſto euectus ad ſacramenti rationam: Ergo tametſi religioſus ſtatus Chriſto antiquior fuerit, ſed non ſacramenti perfectione nobilitatus; ad hanc nobilitatem per Chriſtum eleuatus fuit.

55. Potuit quidē commodiſſimè, ſed noluit.

Probat quidem hoc argumentum, potuiſſe commodiſſime inſtitui ſacramentum pro religioſo ſtatu; ita ſcilicet vt ſicut contractus matrimonij per ſacramenti rationem euehitur in ſignum coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ, & ſimul in ſignum practicum gratiæ; ſic etiam religioſi ſtatus receptio, quæ vera eſt traditio, & quidam quaſi contractus, per ſacramenti rationem attolleretur in ſignum ſpecialis coniunctionis animæ cum Deo, & in ſignum practicum gratiæ, ſpecialiter adiuuantis ad illam ipſam ſpecialiorem coniunctionem fouendam, conſeruandam & promouendam. Cæterum non probat vel iſtud moraliter fuiſſe neceſſarium, vel ita re ipſa factum: quod ex differentia ſtatuum matrimonij, & religionis ſtatim oſtendemus.

56. At videtur debuiſſe, ſicut præſtitit in matrimonio.

Tertium namque & vltimum argumentum eſſe poteſt: Quia matrimonij contractus ideo eleuatus eſt ad gradum, & perfectionem ſacramenti, vt ex opere operato conferret gratiā habitualem, cui forent annexæ gratiæ ſpecialiter auxiliantes ad ſuſtinenda & ferenda onera matrimonij, quæ ſunt & in ſe ipſis grauiſſima, & vſque ad obitum alterius coniugis perſeuerant: Atqui religioſi ſtatus onera ſunt etiam grandia, & vſque ad mortem perſonæ religioſæ perſiſtunt: Ergo non ſatis ei prouidiſſet Chriſtus, niſi religioſo ſtatui rationem ſacramenti adiunxiſſet.

57. Diſpar tamen eſt ratio imo & oppoſita.

Reſpondeo tamen, adeo diſparem eſſe rationem in hac re, ſtatus religioſi, & coniugalis, vt penitus opponantur. Etenim matrimonij ſtatus, cum plura & grauia ſecum onera adducat; tum illud affert non leue, quòd coniugati mentem in curas temporales diſtractam, vix patitur in rerum cæleſtium cogitatione verſari. Certè diutiùs ſacris ſe precibus committere, vel ipſe matrimonij vſus non ſinit: cum Paulus 1. ad Corinth. 7. verſ. 5. permittens coniugatis tori ſeparationem ad tempus, rationem adhibeat *vt vacetis orationi*: tanquam perdifficile ſit cum vſu matrimonij longum orationis vſum componere. Quapropter idem Apoſtolus in eodem cap. verſ. 35. conſequentiſſime ſcripſit, ſe dum cælibatum ſuadet, exhortari ad id quod *facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandi*, vel vt Græcus exhibet contextus: *adhærendi Domino indiſtractè*. Cum ergo coniugatorum onera tam multa ſint, & mentem à diuinis vehementer abſtrahant; conuenientiſſimum fuit, vt cum illo ſtatu acciperent ſacramentum, conferens ex opere operato gratiam ſpecialem ad illa onera patienter, ſine animæ damno, & potius cum fructu ſufferenda.

Coniugij namque onera mentem à Deo diſtrahunt.

58. Religioſus ſtatus cum Deo mentem coniungit.

At religioſi ſtatus ratio eſt è diametro oppoſita. Nam & per tria vota eſſentialia hominem liberat à cura placendi vxori, adminiſtrandæ rei familiaris, totiuſque familiæ gubernandæ: & per corporalem receſſum à ſecularium conuictu laqueos euadit, & occaſiones ab eo recedendi per culpas mortales: & ex propria & intrinſeca ratione habet non alligari, nec attendere mundanis legibus, quo mirum eſt quantum iuuetur ad diuinam gratiam conſeruandam. Secum etiam affert exercitationes ſpirituales aſſiduas, lectionem ſacram, diuinarum rerum meditationem, orationem vocalem & mentalem; & ſacramentorum vſum frequentiſſimum. Quæ omnia, & ſingula cum per ſeipſa ſubſidia magna ſint ad conſeruandum, fouendum & promouendum ſanctitatis ſpiritum; tum annexas habent gratias auxiliares plurimas & abundantiſſimas ad omne iſtud præſtandum; & proinde ad religioſi ſtatus onera ſuauiter, & cum ingenti animarum fructu ſuſtinenda.

Et per ſe affert plurima animi præſidia.

Non opus fuit religioſum ſtatum in ſacramento

59. *Non ſolum ipſi ſufficientia, ſed etiam ad ſubueniendum aliis.*

mento inſtituere propter gratiam ipſi neceſſariam; cum ſecum ipſe ſubſidia & gratias afferat non ſolum ipſi ſufficientes, verum etiam abundantes. Id vero vel inde conſtat quod religioſi viri, non ſolum ſuæ ipſorum perfectioni, ſed etiam ſecularium ſaluti & perfectioni attendunt & vehementer inſeruiunt; iam pro illis orando, iam pœnas corporales, quas pœnitentias vocant, ſubeundo; iam etiam, niſi monachales ſint, ipſos docendo, à vitiis, & imperfectionibus deducendo, omnique ope ſpirituali iuuando, etiam in extremo ſpiritu: imo etiam ſpiritu Apoſtolico, iam inter Hæreticos, iam inter Ethnicos, iam inter alios infideles, Chriſtianam fidem prædicando, & Eccleſiæ fines amplificando.

DISPVTATIO XX.

De comparatione ſeptem ſacramentorum inter ſe.

SECTIO I. *Comparantur ſeptem ſacramenta in gradu dignitatis, & perfectionis.*

§. 1. *Non ſunt dignitate paria, ſed imparia.*

§. 2. *Euchariſtia Sacramentorum facilè Princeps.*

§. 3. *Dignitatis ordo inter cætera ſacramenta.*

SECTIO II. *Comparantur ſeptem ſacramenta in efficientia gratiæ.*

§. 1. *An, & quo ordine ſacramenta ſpecie diuerſa ſubiectis eodem modo ſe habentibus conferant inæqualem gratiam.*

§. 2. *Eiuſdem ſpeciei ſacramenta ſubiectis eodem modo ſe habentibus imparem gratiam tribuunt.*

§. 3. *Inæqualiter diſpoſitis inæqualem dare, nec fuit omnibus indubitatum, nec à Tridentino aſſertum.*

§. 4. *Eſt tamen verum, debetque iam eſſe indubitatum.*

§. 5. *Oppoſitiones affero, & diſſoluo.*

1. *Sacramenta Noua, alia aliis inſtitutionis tempore priora.*

HAbent ſacramenta Noua inter ſe ordinem antiquitatis, quatenus quædam aliis alia priùs inſtituta fuere, ſed hic ordo cognoſcendus eſt ex tractationibus illorum omnium in ſpecie, vbi diſquirendum eſt, quo tempore ſingula Chriſtus inſtituerit. Nunc ſufficiat illa comparare inter ſe, quantum attinet ad ordinem perfectionis & actiuitatis in gratiam. Inter ſe inquam: nam cum ſacramentis antiquiorum legum ſatis comparata ſunt ſupra diſp. 2. ſectio. 3. §. 2. & tota Diſp. 14. vbi ea Veteribus prætulimus.

Omnia Veteribus prædeſtinatione priora.

Nunc obiter addimus, eſſe illis ordine diuinæ Prædeſtinationis priora, ſiue antiquiora. Quod expreſſit S. Ambroſius in lib. 1. de ſacramentis cap 4 inquiens: *Illud præmitto, quod diuiniora, & priora ſacramenta ſunt Chriſtianorum, quam Iudæorum.* Et cap. 6. dicens: *In diluuio quoque fuit iam tunc figura Baptiſmatis: & adhuc vtique non erant myſteria Iudæorum. Si ergo huius Baptiſmatis forma præceſſit, vides ergo ſuperiora (q. d. anteriora) myſteria Chriſtianorum, quàm Iudæorum.* Et clariſſimè in lib. 4. c. 3. in hæc verba: *Ergo, Primò intellige, ſacramenta hæc, quæ accipis, anteriora eſſe, quàm ſint Moyſis ſacramenta, quæcumque Iudæi habere ſe dicunt: & priùs cæpiſſe Populum Chriſtianorum, quàm cæpiſſe Populum Iudæorum: ſed nos in Prædeſtinatione, illum in nomine.*

S. Ambroſio ſæpe atteſtāte

Ratio ſumitur ex ordine decretorum Dei, quem in Tomo de Incarnat. Diſp. 18. digeſſimus. Nam præuiſo Adàmi peccato, & hominum genere infecto, ſtatim decretus eſt Chriſtus Redemptor, & continuò præuiſus inſtituens Eccleſiā, & ſacramenta, per quæ ſuam redēptionem copioſè applicaret. Tum ob Chriſti merita decretæ ſunt auxiliantes gratiæ omnibus omnium ætatum hominibus: decretaque Eccleſia Vetus, tanquam præluſio Nouæ; & ſacramenta Vetera tanquam vmbræ, ſeu figuræ, & præluſiones Nouorum. *Ircóque ordine decretorum Dei.*

SECTIO I.

Comparantur ſeptem ſacramenta in gradu dignitatis, & perfectionis.

TRia hic occurrunt ſcitu digniſſima. Num omnia ſacramenta ſint dignitate paria. Nū omnia ſint imparia. Quem dignitatis ordinem inter ſe habeant. 3.

§. I.

Non omnia ſunt dignitate paria ſed imparia.

BEllarminus lib. 2. cap. 28. ſtatim initio ſcribit, Nouatores, dum aiunt, omnia ſacramenta eſſe paris dignitatis, conſequenter agere ad ſuas falſas Doctrinas. Mihi tamen, ſalua tanti Doctoris pace, & honorificentia, inconſequenter videntur agere Quod enim Lutherus probat, ideo non poſſe eſſe vnum ſacramentum altero dignius, quia omnia conſtant eodem verbo Dei, falſa eſt ratio. Nam ſi vnum ſacramentum maiorem gratiam tribuit, quàm alterum, diuerſam Dei promiſſionem continet, & proinde diuerſum verbum Dei. Cúmque illud Dei verbum non ſit aliud, quia actus creatus Chriſti inſtitutoris, & eiuſmodi actus pro nobiliori obiecto nobilior ſit; conſequens eſt, vt vnum ſacramentum altero nobilius, & eſſe poſſit, & debeat. 4. *Nouatores inconſequenter omnia ſacramenta dignitate paria dicunt.* *Nominatim Lutherus.*

Non enim omnia regia Diplomata dignitate paria ſunt: eſto omnia contineant regium verbum; ideoque tanquam regia ſuſcipi, & ſuſpici debeant. Si enim gratias continent, ſeu largiuntur impares, hoc nomine dignitatem, & perfectionem nanciſcuntur inæqualem. Quare licet Noua ſacramenta intrinſecè conſtarent actu increatæ voluntatis, non eſſent dignitatis æqualis: nam ipſæ increatæ volitiones, pro maiori nobilitate ſuorum obiectorum ſunt nobiliores, vt in Diſputationibus de Voluntate Dei ex inſtituto ſcripſimus. 5. *Exemplo regiorum diplomatum oſtenditur.*

Adde, quod in Euchariſtia non ſolùm eſt Dei verbum, ſiue ſermo, ſed etiam ipſa Chriſti ſubſtantia 6. *Et quia in Euchariſtia Chriſtus ipſe, Luthero concedente, re ipſa exiſtit.*

ſtantia, quod nunquã Lutherus negare potuit, etiamſi maximè optarit: Igitur vel hoc titulo ſacramentum Euchariſticum cæteris dignitate præſtat. Nec obeſt, quod Lutherani, tanquam veri Vbiquitæ, Chriſti ſubſtantiam creatam vbique exiſtere dicant; & conſequenter dicturi ſint, exiſtere in aliis ſacramentis. Non enim dicturi ſunt exiſtere in illis tanquam ipſorum eſſentiam, vel partem, ſed tanquam locatum, vel quaſi locatum in loco: at in Euchariſtiâ Chriſtus eſt, tanquam ipſam intrinſecè conſtituens, & in ordine ad homines ſpiritualiter nutriendos: qua ratione nuſquam alibi reperitur.

7. **Caluinus etiam inconſequenter agit.**

Nec ipſe Caluinus, & eius ſectatores conſequentiam ſeruant in cæteris ſacramentis Euchariſtico exæquandis: etiam poſt relictam cohærentiam in explicanda Chriſti præſentia in illo ſacratiſſimo Myſterio. Docent enim, & admirantur, Chriſti ſubſtantiam, cùm tam procul à nobis in cœlo ſit, pertingere, peruenire, & penetrare ad nos, & verè vniri, quæ locis disiuncta ſunt; idque eſſe myſterium incrutabile, & à nobis imperceptibile; ſubdunt verò, coniunctionem iſtam ſolum fieri per fidem; in quo planè ſe ipſos deſerunt, cum huiuſmodi coniunctio per fidem inexplicabilis non ſit, & per quodlibet ſacramentum, etiam autore Caluino fiat. Verum ſi quid habet in Euchariſtia peculiare, vt plane Caluinus indicat, hoc ſane nomine Euchariſtia cæteris præcedet ſacramentis. Neç obſtat quod Caluinus omnibus ſacramentis munus deterat obſignandi promiſſiones diuinas ad fidem alendam. Nam Regia diplomata Regias diuerſorum munerum promiſſiones ſeu conceſſiones confirmantia, diuerſæ ſunt dignitatis, & imparis perfectionis vt num. 2. contra Lutherum dicebam.

8. **Non eſſe omnia ſacramenta dignitate paria, fides tradit.**

Sit iam prior Theſis. Fidei pronunciatum eſt, ſeptem ſacramenta non eſſe dignitate, & perfectione æqualia. Conſtat in Primis è Concilio Trident. ſeſſ. 7. can. 3. Si quis dixerit, hæc ſeptem ſacramenta ita eſſe inter ſe paria, vt nulla ratione aliud ſit alio dignius, anathema ſit. Vbi non definitur omnia eſſe inter ſe imparia, ſed non omnia paria eſſe; quod valde diuerſum eſt, etiam apud Nouatores, cum ipſi tria communiter admittant, Baptiſmum, Euchariſtiam, & Ordinem. Poſſet enim Euchariſtia dignitate ſuperare Baptiſmum, licet hic Ordini eſſet dignitate par. Quum autem Heretici aiunt Concilium Trident. edidiſſe Canonem iſtum vt perſuaderet, Ordinem cæteris ſacramentis antecellere quia pingues habet præbendas, id Catholici ne cogitaſſent quidem, niſi legiſſent in hæreticis calumniam iſtam ſtruentibus: qui dum affectu ſuo Catholicos metiuntur, mirum non eſt ſi tam ſplendide mentiantur, & vel ſic aperiant, quo tandem agantur ſpiritu.

Et Tridentino calumniam ab Hæreticis paſſo.

9. **Ratione firmatur aſſertio.**

Deinde probatur quia ſacramentorum dignitas & perfectio vel attenditur ex rebus, aut partibus, quibus illa intrinſece conſtant; vel ex effectu quem in ſubiecto producunt: ſed in neutro ſunt dignitate paria: Ergo abſolute paria non ſunt. Maior & illatio clarent. Minor quoad priorem partem æque manifeſta eſt. Nam Baptiſmus ex. gr. conſtituitur intrinſece ex ablutione & illis verbis *Te baptizo in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti*; & ex voluntate Chriſti inſtituentis vt illud aggregatum gratiam ſignificet, ac tribuat: Euchariſtia vero conſtat intrinſece ex ipſo Chriſti corpore, & ſanguine, & ſpeciebus panis, ac vini, & ex inſtitutione Chriſti volentis vt vtrorumque coniunctum talem ſignificet, conferatque gratiam: Atqui corpus & ſanguis Chriſti longiſſimo perfectionis, nobilitatis, & ſanctitatis interuallo ſuperat totum illud quo Baptiſmus intrinſece conſtituitur: Ergo &c. Æquè etiam patet quoad partem alteram. Quia ſi componantur Baptiſmus & Matrimonium, ille productiuus eſt gratiæ qua remittitur peccatum originale, & homo ex Dei inimico redditur amicus, quod eſt bonum vel pene vel omnino infinitum: at Matrimonium vim non habet remittendi offenſam diuinam, at reconciliandi diuinam amicitiam: Ergo in actiuitatis perfectione longe ſuperatur à Baptiſmo. Porro in paritatem ſacramentorum in effectu gratiæ ſect. ſequente promouebimus.

S. Thom. Q. L X.

10. **Omnia ſeptē ſunt dignitate imparia.**

Altera Theſis. Omnia nouæ legis ſacramenta ſunt inter ſe perfectione, ſeu nobilitate imparia. Non attinet hæc Theſis ad fidem, nec apud Doctores inuenitur: à nobis tamen proponitur, vt præcedentem, quæ ad fidem ſpectat, reddat multo clariorem. Probatur quia ſacramenta omnia nouæ legis inter ſe ſpecie diſtinguuntur: Atqui nullum eſt fundamentum vt aſſeramus, aliquas iſtarum ſpecierum eſſe inter ſe perfectione pares: Igitur omnes dicendæ ſunt impares. Concluſio cunctis placebit: nam eſt ingentis leuitatis abſque fundamento ponere æqualitatem, alioqui captu difficillimam. Maior colligitur ex Diſput. ſuperiore, num. 6. Minor aſtruitur collatione ſingulorum ſacramentorum cum ſingulis.

Quia ſpecie diſtincta.

11. **Et Euchariſtia conſtat gratia ſubſtantiali.**

Euchariſtia longe nobilior eſt cæteris: nam etſi non conferat gratiam primam, ſeu mortalis peccati remiſſiuam; continet tamen in ſeipſa & actualiter gratiam vnionis, quæ habitualem etiam vt primam, ſeu mortalis culpæ remiſſiuam, infinitiſſime excellit. Cætera ſacramenta ſic ſe habent, vt quædam conferant primam gratiam: & hæc meo iudicio maniſeſtiſſime perfectiora ſunt non eam conferentibus, vt ſequente §. declarabitur & ſtabilitur. Neque vero illa inter ſe, neque hæc inter ſe, paris dignitatis ſunt. Quia producunt per ſe vel gratias habituales impares; vel cum ordine ad auxiliares gratias perfectione impares, vtpote effectrices actuum perfectione inæqualium, vt fidei, patientiæ, Religionis & quod ſpeciatim ac minutatim exponere, munus eſt proprium §. 3. & ſect. 2.

Cætera producunt accidentales impares.

§. II.

Euchariſtia ſacramentorum facile Princeps.

12. **Euchariſticū ſacramentū cæteris præſtare, fidei ſanctio.**

EVchariſtiæ ſacramentum dignitate cæteris anteſtare, tum Catholicis extra controuerſiam eſt, tum aduerſus Hæreticos definitur in Concilio Trident. ſeſſ. 13. cap. 3. ſub hoc titulo, de excellentia ſanctiſſimæ Euchariſtiæ ſuper reliqua ſacramenta. Quod non ſolum ita accipiendum, vt Euchariſtia nobilitate ſuperet reliqua ſacramenta diuiſiue, id eſt

eſt quodlibet reliquorum ſeorſim ſumptum; ſed etiam copulatiue, id eſt omnia reliqua ſimul accepta. Nam & reipſa, certoque certius ita eſt, & ratio quam adhibet Concilium, id perſuadet.

13. Quam Concilium Trid. aſtruit ex reali præſentia Chriſti in illo.

Probat enim ſancta Synodus eam Euchariſtiæ præſtantiam, quia illud in ea excellens & ſingulare reperitur, quod reliqua ſacramenta tum primum ſanctificandi vim habent, cum quis illis vtitur: at in Euchariſtia ipſe ſanctitatis autor ante vſum eſt. Vbi tres excellentias Euchariſtia ſupra quodlibet aliud ſacramentum, & ſupra omnia ſimul accepta, nobis videtur S. Synodus agnoſcere & explicare. Primam quòd in aliis ſacramentis ſit quidem virtus gratiæ productiua, ſed non ipſe fons gratiæ Chriſtus; in Euchariſtia vero non ſolum ſit virtus productiua gratiæ, ſed etiam ſubſtantialiter exiſtat ipſe Chriſtus, qui totius ſanctitatis eſt fons. Alteram, quòd reliqua ſacramenta ſint tranſeuntia, & in vſu conſiſtentia; & proinde illam ipſam vim gratiæ productiuam non habeant niſi tranſeunter, ſicut ipſa tranſeunter duntaxat exiſtunt: at Euchariſtia ſit ſacramentum permanens, ideoque vim gratiæ productricem permanenter habeat. Tertiam, quòd Euchariſtia non ſolùm contineat in ſe ipſa Chriſtum, quando illa ſumitur, vt aliqui Nouatores loquebantur, ſed etiam ante ſumptionem & vſum: cum alia ſacramenta nec ante vſum, nec in ipſo vſu, Chriſtum re ipſa & ſubſtantialiter contineant.

14. S. Hierotheus Euchariſtiam vocat, ſacramentum ſacramentorũ.

Non oportet pro tam aperta aſſertione Patrum teſtimonia congerere. Sed illud omitti non poteſt Sanctiſſimi Hierothei, vel ſi mauis Apoſtoli Pauli, quod Magnus Dionyſius Areopagita, tanquam Magiſtri ſui refert lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 3. ſtatim initio; nimirum pronunciare ſoliti. Euchariſtiam eſſe τελετῶν τελετὴ id eſt ad verbum *Sacramentum ſacramentorum*; ſic nimirum, ſicut Salomonis Epithalamium appellatur *Canticum Canticorum* id eſt perfectiſſimum, ac præſtantiſſimum: & intima templi penetralia vocantur *ſancta ſanctorum*, id eſt ſanctiſſima: & hominis regimen vocauit Nazianzenus *artem artium, & ſcientiam ſcientiarum*, id eſt ante cæteras excellentiorem. Cæterum illud ipſum teſtimonium ex Areopagita relatum, magis enucleabimus in Tractatu de Euchariſtia diſp.... ſect. 53.

15. Sed qui perfectiſſimum, cum non det primam gratiam?

Nunc aduerſus fidei aſſertionem occurrit obiectio. Baptiſmus enim, & Pœnitentia per ſe tribuunt primam gratiam, Deique delent offenſam, & reſarciunt amicitiam; quod eſt bonum ſeu beneficium infinitum: Sed Euchariſtia non tantum beneficium confert, cum nec per ſe tribuat primam gratiam, vt Catholici omnes tradunt; nec etiam per accidens, vt nos Diſp. 11. ſectione 2. propugnauimus: Ergo Euchariſtia non eſt ſacramentum Baptiſmó, aut Pœnitentia magis, aut æque perfectum. Conſequentia probatur, quia ſacramentum conſtituitur virtute ſacrandi; proinde illud eſt perfectius, quod maiore pollet ſacrandi virtute: Sed virtus dandi primam gratiam, & delendi diuinam offenſam, & conſtituendi hominem ex Dei inimico amicum, & ex peccatore iuſtum, ac ſanctum, eſt maior quam virtus tribuendi gratiam ſecundam, & reddendi hominem ex Dei amico magis amicum, & ex iuſto ac ſancto, iuſtiorem & ſanctiorem: Ergo Baptiſmi & Pœnitentiæ ſacramenta, quæ prius illud beneficium præſtant, perfectiora ſunt cæteris ſolùm iſtud poſterius conferentibus, ac proinde ipſo Euchariſtico ſacramento.

Dices exceſſum iſtum inde compenſari, quod Euchariſtia continet in ſe realiter ipſam Chriſti ſubſtantiam, quæ perfectione ſuperat, ac eminenter continet gratiam primam, Diuinæque offenſæ deſtructionem, & amicitiæ reparationem. 16. An quia Chriſtũ realiter continet. Sed contra, quia ſacramenta Vetera, quamuis includerent in eſſentia ſua diuinum, & increatum actum, qui perfectior eſt habituali gratia, eamque virtute, & eminenter continet, tamen quia gratiam iſtam reipſa non dabant, ſed ſolum ſignificabant, ideo imperfectiora fuere Nouis, quæ gratiam & ſignificant & conferunt. At vetera cõtinebant actũ increatum, nec ideo Recentibus nobiliora. Cum igitur Euchariſtia ſacramentum non conferat infinitum illud primæ gratiæ beneficium quod Baptiſmus, & Pœnitentia per ſe conferunt, neceſſe eſt vt iſtis de perfectione & nobilitate concedat.

17. Inquies, actũ illum non pluris æſtimari, quam rem eo conceſſam.

Forſan inquies, actum aliquem liberum etiam diuinum, in morali æſtimatione non pluris fieri quam rem eius interuentu conceſſam, aut exhibitam. Nam ſi Rex vendat frumentum decem aureis, & mercator item decem aureis; ſane qui dat Regi decem aureos, mercatur ex Rege & frumentum & regium actum quo velit frumentum exhibere; non minus quam ſi mercatori præbeat decem aureos, ex eo mercatur ac emit & frumentum & volitionem iſtius exhibendi: quippe & Regis & Mercatoris actus in morali æſtimatione non pluris habentur quam frumentum: adeoque nos apud Deum mereri poſſumus gratiam, & proinde liberum actum increatum, quo Deus eam nobis conferre velit; quoniam actus iſte moraliter non pluris quam illa æſtimatur: quod in Tomo de Incarnatione Diſputat. 6. numero 19. memini me fuſiùs exponere. Cum ergo ſacramenta Vetera gratiam non tribuerent, mirum non eſt, ſi Nouis eam tribuentibus non ſeſe æſtimabilitate æquauerint, cum ſolum tribuerent bonum illud ſignificandi gratiam, & non illam conferendi.

18. Contra, nam & Chriſtus in Euchariſtia non pluris fiet ſuo gratiæ dono

Contra verò quia ſi realis identitas actus liberi increati cum ipſo Deo, materialiter ſe habebat in Ordine ad moralem æſtimationem ſacramenti Veteris, propterea quod quatenus iſtud conſtituebat, ſolum æſtimabatur ex beneficio quod præſtabat: tantundem in præſenti dicam, & inde obiectionem proueham. Nam etſi Chriſtus in Euchariſtia ſit, tamen vt Euchariſtiam conſtituit, non continet gratiam primam ſed ſecundam: Ergo ſicut Dei actus increatus, tametſi realiter Deus ſit, & virtute ac eminenter contineat gratiam; non pluris æſtimatur beneficio ſignificandi gratiam, ideoque ſacramentum Vetus illo conſtitutum, minus perfectum fuit Nouo gratiam conferente; pari ratione Chriſtus, licet in ſe ſpectatus Deus & homo ſit, & eminenter contineat primam gratiam; tamen quia prout Euchariſtiam conſtituit, primam gratiam non continet

tinet, propterea ſacramentum ex illo & ſpeciebus compoſitum, non eſt perfectione par Baptiſmo & Pœnitentiæ gratiam primam conferentibus.

19. *Sacramenti præſtantia petitur ex eo quod in recto dicit: non ex eo, quod in obliquo.*

Reſponſio videtur eſſe: Quia ſacramenti perfectio, nobilitas & præſtantia, ſolum attendenda eſt & metienda ex illa perfectione ſeu ratione quam importat in recto, non ex illa quam dicit in obliquo, niſi iuxta perfectionem effectus, ad quem illa ſacramentum conſtituit. Nam illud quod ſacramentum dicit in recto, eſt abſolutum: vnde eius nobilitas ex illo abſolute ſumpto penſanda eſt: id vero quod in obliquo importat, eſt reſpectiuum, totumque ordinatur ad effectum, tantique fit quanti effectus; & proinde ex iſtius perfectione & nobilitate ſpectandum, metiendum ac æſtimandum eſt. Proinde Vetera ſacramenta, cum in recto nihil importarent perfectius illo quod Noua important; & ſolum conferrent ſanctitatem legalem, ad quam veluti referebatur increatus actus, quem in obliquo dicebant; propterea fuerunt perfectione inferiora Nouis. Cum autem Euchariſtia importet in recto Chriſtum, qui eminentiſſime continet virtutem conferendi primam gratiam, & reipſa confert aliis ſacramentis virtutem vt illam præbeant; ideo ſimpliciter eſt longe perfectior cæteris Nouæ legis ſacramentis.

Niſi iuxta præſtantiam effectus, quẽ illud præbet.

20. *Exemplo appoſitiſſimo res ob oculos ponitur.*

Poſſumus hanc reſponſionem exemplo accommodatiſſimo illuſtrare. Sit enim, aut fingatur animo, Princeps, qui viribus adeò præſtet, vt ſi vellet, ſolus poſſet hoſtes ſuos omnes nullo negotio proſternere: ſed tamen vrbem quandam expugnaturus, nolit ſuas illas vires exerere, ſed ad communem pugnandi rationem ſeſe accommodans, & attemperans, exercitum diuidat in turmas plurimas, alias aliis robuſtiores: eaſque inter duces partitus, ſibi vnam, quæ fortiſſima non ſit, ductandam accipiat. Non dubium quin aggregatum ex iſta & Rege, nobilior turma ſit quam aliarum quælibet: vtpote continens Regem, qui & in ſe nobilior eſt, & cæteris robore ſupra modum præſtans, & aliis ducibus ac militibus, & toti exercitui, omnia belli ſubſidia ſuppeditauit: eſto ipſe ſibi nec ſocios fortiſſimos acceperit, nec hoſtium robuſtiſſimos ſuſceperit debellandos. Ita Chriſtus, qui ſe ſolo, & abſque ſacramentis poſſet animas ſanctificare, vt ſanctus Thomas quæſt. 64. art. 3. perſpicuè docet: nihilominus varia ſanctificationis munera partitus eſt inter ſacramenta; velut inter militum totidem turmas: & Baptiſmo & Pœnitentiæ detulit partes debellandi hoſtes robuſtiſſimos; Atque ad id præſtandum omnia præſidia & ſubſidia contulit: quod autem in Euchariſtia munus ſibi reſeruauerit minus arduum, non ideo coniunctum ex ipſo & ſpeciebus deſinit eſſe ſacramentum longiſſimè perfectius quocumque alio.

21. *Altera reſponſio: vetera non fuiſſe nobiliora materialiter, ſed formaliter.*

Sit altera reſponſio. Dum ſacramenta Vetera dicuntur fuiſſe imperfectiora Noſtris, diſtinguo: fuerunt imperfectiora ſimpliciter nego; quia perfectio rei ſimpliciter attenditur ex ratione quam abſolute & in ſeipſa continet: cumque Vetera ſacramenta continerent actum increatum, & Noſtra non niſi creatum, ideo Vetera Noſtris abſolute non fuerunt imperfectiora. Si autem ſenſus eſt ſacramenta Vetera reduplicatiuè quatenus ſacramenta, fuiſſe noſtris imperfectiora, concedo: quia Vetera ſolùm ſanctificabant legaliter, intrinſecè, impropriè; Noſtra verò intrinſecè proprie. Neque vero Concilia vel Patres aiunt, ſacramenta Noua Veteribus eſſe perfectiora abſolutè ſed in effectu conferendi gratiam.

22. *Euchariſtiæ præſtantia præ cæteris.*

Hinc patet, Euchariſtiam eſſe abſolute ſacramentum perfectius quolibet alio Nouorum: quia continet in ſeipſa Chriſtum qui longè ſuperat perfectionem rerum omnium, quibus alia Noua ſacramenta conſtant: eſto reduplicatiuè quatenus ſacramentum, ſeu formaliter ſanctificatiuum, Baptiſmo & Pœnitentiæ de perfectione concedat. Huc etiam applicari poteſt exemplum numero 20. propoſitum: nam etſi demus turmam illam, in qua Rex fortiſſimus iret, quatenus hic & nunc ſe attemperaret ad pugnandum infra regias vires, non eſſe cæteris turmis præſtantiorem, nobiliorem, ac robuſtiorem; abſolute tamen eſſet: nam abſolute contineret Regem, qui & in ſe eſſet nobilior, & robuſtior, & aliis cuncta belli præſidia contuliſſet. Quod autem diximus, Vetera ſacramenta ſpecificatiue fuiſſe noſtris perfectiora; intelligi volumus de Noſtris, Euchariſtico excepto, quod ipſam Chriſti perſonam in ſe ipſo realiter continet.

Vetera tamẽ Euchariſtico nobiliora materialiter non fuerunt.

§. III.

Quiſnam ſit ordo dignitatis inter ſex alia ſacramenta.

23. *S Thomæ ſacramenta comparantis ſermo.*

S. Thomas quæſtio. 65. art. 3. cum Euchariſtiam reliquis ſacramentis in perfectione prætuliſſet; addidit, cætera ſex inter ſe in variis rationibus poſſe comparari. *Nam in via* (inquit) *neceſſitatis, Baptiſmus eſt potiſſimum ſacramentum. In via autem perfectionis, ſacramentum Ordinis. Medio autem modo ſe habet ſacramentum Confirmationis. Sacramentum vero Pœnitentiæ, & Extremæ-Vnctionis ſunt inferioris gradus à prædictis ſacramentis: quia ſicut dictum eſt, ordinantur ad vitam Chriſtianam non per ſe, ſed quaſi per accidens, ſcilicet in remedium ſuperuenientis defectus. Inter quæ tamen Extrema vnctio comparatur ad Pœnitentiam ſicut Confirmatio ad Baptiſmum, ita ſcilicet, quod Pœnitentia eſt maioris neceſſitatis, ſed Extrema-Vnctio maioris perfectionis.* Hæc omnia S. Thomas.

24. *Non omnia in ratione nobilitatis comparat.*

Suarez verò ad illius articuli finem ſcribit, S. Doctorem primum perfectionis locum tribuere Ordini, ſecundum Confirmationi, tertium Baptiſmo, quartum Extremæ-Vnctioni, quintum Pœnitentiæ, & vltimum Matrimonio. Me tamen iudice Sanctus Doctor non comparat omnia hæc ſacramenta in ratione perfectionis: ad ſummum ait, Ordinem eſſe ſacramentum perfectius aliis quinque; & inter iſta vnum, vel alterum eſſe altero, vel aliis perfectius: Ordinem tamen perfectionis ac dignitatis

inter omnia ſex non aſſignauit, quipe qui in multis illorum non meminit perfectionis, ſed neceſſitatis, & coniunctionis cum vita Chriſtiana.

25. *Comparatio hæc loci huius propria.* Subdit Suarez, ordinem perfectionis inter ſacramenta diſcēdum eſſe poſt ſingulorum explicationem. Quaſi verò Doctorum ſit ſtilus, poſt omnia ſacramenta ſigillatim expoſita, comparationem illorum inſtituere. Quare cùm ſtilus iſte non vigeat, & ordo ille à Doctoribus non aſſignetur, nec comparatio inſtituatur, eam ex profeſſo ſuſcipimus perſequendam.

26. *Euchariſtiā dignitate proximè ſequitur Ordo.* Secundum dignitatis locum poſt Euchariſtiam obtinet Ordo. Ita S. Thomas & Suarez proximè citati, quamquam neuter vel alius, cuius meminerim, rationem aſſignet. Cum autem ſacramentum Ordinis multiplex ſit, vt Epiſcopatus, Presbyteratus, Diaconatus, & iuxta communiſſimam ſententiam ſubdiaconatus, & iuxta ſatis communem Ordines omnes minores; non aſſerimus quodlibet ſacramentum Ordinis perfectius eſſe Baptiſmo, vel alio quolibet aliorum quatuor: ſed inter Ordines eſſe aliquod ſacramentum perfectione ac dignitate cæteris illis præcellens.

27. *Quia in effectu, & in ſeipſo, cæteris quinque eſt nobilius.* Ratio vnica & efficax videtur eſſe, quia ſacramentum Ordinis, Exempli gratiâ, ſacerdotalis, vt in effectu quem tribuit, & in ſacramentali forma, quam induit, perfectius eſt quolibet ex aliis quinque ſacramentis; & in materia totali quam in recto dicit, nullo illorum imperfectius eſt: Ergo ſimpliciter eſt illorum nobiliſſimum. Conſequentia claret. Antecedentis prima pars, quæ pertinet ad effectum, probatur; quia ſacerdotalis Ordo confert characterem, ſeu poteſtatem ad producendum in Euchariſtia Chriſtum; ad tribuendam in Pœnitentia primam gratiam, Deique deſtruendam inimicitiam, & inſtaurandam amicitiam: At ex quinque aliis ſacramentis nullum niſi Baptiſmus & Pœnitentia poſtremum iſtud bonum conferunt; Et hæc ipſa duo nec producunt Chriſtum, qui eſt effectus omnium nobiliſſimus, nec dânt poteſtatem eius producendi.

28. *Nec Baptiſmo, aut Pœnitentiȩ primam conferētibus gratiam, cedit.* Itaque licet Baptiſmus, & Pœnitentia primam gratiam proximè conferant, atque (vt ſic loquar formaliter, ſiue actualiter; non ideo tamen ſunt perfectiora Ordine: quippe qui eminenter confert gratiam primam, cum det poteſtatem ad eam conferendam: imo ipſam quodammodo actualiter confert, cum ſacerdotalis character ſit Ordinis Res & ſacramentum ſimul, & primam gratiam proximè, & actualiter conferat. Cumque Baptiſmus & Pœnitentia nec producant Chriſtum, nec eius producendi præbeant poteſtatem, ideo ſacramento Ordinis ſunt ſimpliciter Dignitate inferiores.

29. *Explicatur Ordinis pręſtantia quo ad formam.* Hinc patet altera pars antecedentis, pertinens ſcilicet ad ſacramentalem formam, quam ſacramentum Ordinis inuoluit. Quippe forma ſacramentalis eò perfectior eſt, quò perfectiorem reſpicit, & producit effectum: Sed Ordinis ſacramentum, per ſuam formam ſacramentalem, perfectiorem effectum reſpicit & producit, quam cætera quinque ſacramenta. Ergo illius forma ſacramentalis nobilior eſt formis ipſorum. Iam tertia pars antecedentis, ſpectans ad materiam, per ſe claret: quia materia Ordinis ſacerdotalis nobiliſſima eſt, vt manuum impoſitio, verba illa Chriſti, *Accipe ſpiritum ſanctum &c.*

Tertium dignitatis gradum Baptiſmus vendicat, atque adeo perfectione præcellit Confirmationi & aliis ſequentibus. Quia producit characterem Chriſtianitatis, perfectiorem charactere Confirmationis; confert primam gratiam; delétque Diuinam offenſam, adſtruit diuinam amicitiam; in quo palàm præſtat Confirmationi, Vnctioni, & Matrimonio, & ſe æquat Pœnitentiæ. Cæterum iſtam ſuperat in duobus: vno quod remittit ex opere operato omnem pœnam temporalem peccatis quibuſcunque debitam, quod Pœnitentia non efficit: altero, quòd confert ſpeciale ius recipiendi gratias auxiliares ad totius legis Chriſtianæ obſeruationem: Pœnitentia vero ſolùm tribuit ſpeciale ius recipiendi gratias auxiliantes aduerſus illud genus peccatorum, quod per ipſam hîc & nunc deletur. 30. *Ordinē proxime ſequitur Baptiſmus.*

Quartum in ordine perfectionis eſt Pœnitentia, proxime ſequens Baptiſmum; Confirmationi autem, Vnctioni, & Matrimonio præcellens. Quia per ſe producit gratiam primam, atque adeo deſtructiuam diuinæ offenſæ, ſimpliciter infinitæ, & reconciliationem diuinæ amicitiæ; quod reliquorum trium nullum præſtat. In entitate etiam, qua Pœnitentiæ ſacramentum intrinſecè conſtituitur, eiſdem tribus nobilitate præcellit: eſt quippe actus veri iudicis, & ſententia ipſa iudicialis. Et quamuis characterem non producit, ſicut Confirmatio: producere tamen gratiam primam, præſtantius multo eſt, quam & characterem, & gratiam ſecundam ſimul producere. Adde quòd Confirmatio ſolum videtur, vel ſaltem à pleriſque cenſetur conferre ſpecialiter gratiam auxiliantem ad fidei propugnationem: Pœnitentia vero ad vincenda quælibet peccata, quæ clauibus rite ſubiiciuntur. 31. *Baptiſmum Pœnitentia.*

Quintum nobilitate eſt Sacramentum Confirmationis: & proinde nobilius Extrema Vnctione, & Matrimonio. Nam, & imprimit characterem, quem illa non imprimunt: & confert augmentum gratiæ copioſum, reſpondentem ſcilicet ei, quod Apoſtoli in die Pentecoſtes acceperunt; vt ait Melchiades Papa in Epiſtola ſua decretali num. 2. At Extrema-Vnctio, & Matrimonium gratiam adeo copioſam non exhibent. Neque vero Melchiades proxime citatus Confirmationem Baptiſmo præfert, aut æquat: ſolum ait, vtrumque ſacramentum eſſe magnum, venerabile: & Confirmationem conferri non poſſe (nimirum abſque diſpenſatione) niſi ab Epiſcopo, cum Baptiſmus à quolibet homine poſſit. Id vero non arguit, Confirmationem ſimpliciter Baptiſmo vel perfectiorem, vel parem. Alioquin ordo Diaconatûs Baptiſmum, atque etiam Euchariſtiam dignitate, ac perfectione præcelleret. 32. *Poſt tertiā Cōfirmatio.*

Sexto in loco reſidet Extrema-vnctio; & per conſequens in extremo & infimo Matrimonium. Nam Extrema-Vnctio per ſingulas vnctiones ſingulas confert gratias, cum 33. *Confirmationem Extrema-vnctio, & hanc Matrimonium.*

Digitized by Google

cum Matrimonium vnicam duntaxat conferat. Et quidem iſtam confert ad onera Matrimonij perferenda: Vnctio vero tribuit gratiam tum ad omnes Diaboli tentationes vincendas; tum ad patienter & ſuauiter ſuſtinendam mortem. Leuat etiam ipſas morbi moleſtias: & ſi quidem animo expediat, affert corpori ſanitatem.

SECTIO II.

Comparantur Noua ſacramenta in efficientia gratiæ.

TRiplex hîc occurrit comparatio. Prima, inter ſacramenta ſpecie diſtincta. Secunda, & Tertia, inter ſacramenta eiuſdem ſpeciei.

§. I.

An, & quo ordine diuerſa ſpecie ſacramenta ſubiectis eodem modo ſe habentibus inæqualem gratiam conferant.

34. *Tò diſpoſitis* infantes, & adultos amplectitur.

SVbiectis inquam *eodemmodo ſe habentibus*, non autem *eodem modo diſpoſitis*: quia verba hæc ſonare videntur diſpoſitionem conſiſtentem in actibus, vel habitibus, qualem Infantes non habent ad Baptiſmum; & tamen poſſunt validè, & cum fructu Baptiſmum, & varia ſacramenta recipere. Dixi ergo *ſubiectis eodem modo ſe habentibus* vt complectar tum homines adultos, qui parem diſpoſitionem actuum, & habituum ad ſacramenta diuerſarum ſpecierum afferunt; tum etiam Infantes, qui neutram afferunt diſpoſitionem, ſed eodem modo ſe habent: ex. gr. Duo adulti æque diſpoſiti ad Confirmationem; duoque Infantes ad Baptiſmum.

35. In hac q. ab aliis omiſſa, nec certò definibili, per coniecturas incedemus.

Suarez Diſp. 7. ſect. 5. ſtatim in principio, controuerſiam iſtam à quæſtione 62. dum in illa verſabatur, remiſit ad hanc 65. velut ad propriam ſedem; vbi tamen nullam illius fecit mentionem. Sed nec alij Doctores (ſi rite recordor) eam exagitant: ideo procul dubio, quia non apparent principia, quibus certo definiri poſſit. Propterea Vaſquez ad quæſt. 65. art. 3. num. 4. latis habuit hæc ſolummodo verba ſcribere. *Quodnam verò ſacramentum hominibus eodem modo diſpoſitis maiorem gratiam conferat, certum non eſt: videtur tamen hoc tribuendum eſſe ſacramento Euchariſtiæ, vt maiorem nobis gratiam conferat.* Libuit tamen aliquid non tam aſſerendo, quam coniectando proponere; & coniecturam noſtram Doctiorum examini relinquere.

36. Non omnia ſacramenta gratiam cōferunt in ratione beneficij parem.

Illud vero tamquam certum præmittimus, quòd non omnia ſeptem ſacramenta ſubiectis æque diſpoſitis parem conferunt gratiam in genere beneficij ſpectatam. Baptiſmus enim, & Pœnitentia conferunt gratiam primam: Cætera non conferunt primam, ſed ſecundam, ſiue illius augmentum. Prima vero gratia, tametſi quoad intenſionem, & phyſicam entitatem imperfectior ſit, in ratione tamen beneficij longè ſuperat ſecundam, quantauis intenſione & entitatiua perfectione nobiliſſimam. Quia prima delet diuinam offenſam, & conciliat perditam cum Deo amicitiam; quorum neutrum præſtat gratia ſecunda. Quantò autem maius beneficium illud ſit, vel inde intelligi poteſt, quod non cadit, nec valet cadere ſub condignum meritum puræ creaturæ: iſtud vero alterum, nempe gratiæ augmentum, & poteſt & paſſim cadit, vt conſtat ex tractatibus de Incarnatione, & Merito.

S. Thom. Q. LX.

Baptiſmus n. & Pœnitentia longe maiorem.

37. Idque ſubiectis minus perfectè diſpoſitis.

Inde illud æquè certum colligitur, quòd aliqua ſacramenta, nempe mortuorum, ſubiectis habentibus diſpoſitiones imperfectiores, gratias tribuunt in genere beneficij longè perfectiores, quam alia ſacramenta ſubiectis habentibus diſpoſitiones multo nobiliores. Etenim Peccator ſolum habens attritionem, accipit ex Baptiſmo & Pœnitentia primam gratiam: iuſtus verò licet habeat perfectiſſimam diſpoſitionem ad Confirmationem, Euchariſtiam, vel quodlibet aliud viuorum ſacramentum, ſolum recipit ex eo gratiam ſecundam; quod beneficium cum gratia prima nequit multis partibus comparari.

38. Sacramenta Viuorū plus intenſionis gratiæ dant, quam mortuorum.

Ex his coniicio, ſacramenta viuorum intenſiorem conferre gratiæ qualitatem, ſeu plures gradus illius, quam ſacramenta mortuorum. Ratio eſt duplex: Vna quaſi phyſica, quia ſcilicet iuſtus recipiens ſacramenta viuorum, hoc ipſo quod iuſtus eſt, magis eſt diſpoſitus ad recipiendos plures gradus iuſtitiæ, ſiue gratiæ. Altera eſt moralis: quia beneficium conferendi primam gratiam, inuoluit abolitionem offenſæ, & conciliationem amicitiæ diuinæ; proinde eſt bonum longè maius qualibet gratiæ intenſione: cum igitur in hoc tanto bono tribuendo Baptiſmus & Pœnitentia præſtent viuorum ſacramentis; par eſt vt hæc illis excellant in conferendis pluribus intenſionis gradibus: & cum iſti apud nos ſint entitatiuè inæquales, non modicus aſſignatur exceſſus ſacramentis viuorum ſupra ſacramenta mortuorum in conferenda intenſione, ſi gradus tribuant & plures, & præſtantiores.

39. Nec obeſt, quòd gratiæ Baptiſmali annectuntur plura auxilia.

Oppones. Gratiæ Baptiſmali annectuntur auxilia ad totam Chriſti legem ſeruandam; quæ latitudo auxiliorum nullius alterius ſacramenti gratiæ annectitur: Sed auxilia eò ſunt plura, quò gratia, cui annectuntur, intenſior eſt: Ergo intenſiorem iſtam præbet Baptiſmus, quam aliud ſacramentum. Reſpondeo, tot illa auxilia fortè non annecti ſoli gratiæ Baptiſmali, ſed ſaltem partialiter charactteri. Quod ſi ſoli annectuntur gratiæ, annectuntur vt præſidia, quibus & defendatur, & vt ſubſidia quibus ex remiſſa intendatur. Alioqui probaret obiectio contra veriſſimam ſententiam, Baptiſmum adulto minus diſpoſito tantum gratiæ conferre, quantum magis diſpoſito: nam gratiæ, quam ei præbet, auxilia illa annectuntur.

40. Nec quòd illa tollit culpam, & pœnam.

Opponesin ſuper. Baptiſmus per ſe remittit culpam originalem, & actualem; nec ſolum pœnam æternam, ſed etiam temporalem; quos omnes effectus nullum aliud ſacramentum præſtat: Effectus autem iſti naſci videntur ex effectu, ſeu forma gratiæ maiore, ſeu plures habente gradus: Ergo talis eſt gratia, quam Baptiſmus confert. Reſpondeo, effectus illos eſſe priuilegia gratiæ Baptiſmalis, etiam remiſſiſſimæ; nam conceduntur ſubiectis, quantumuis inæqualiter diſpoſitis, quibus non

Digitized by Google

confertur gratia ſanctificans æqualiter intenſa, vt ſect. 2. §. 3. & 4. confirmabitur.

41. Inter ſacramenta viuorum Euchariſtia plus gratiæ confert.

Supereſt exponamus, quod nam è ſacramentis viuorum, atque adeo quod nam ex ſeptem ſacramentis, vberiorem gratiæ intenſionem tribuat; cùm iam conſtet vberiorem tribuere ſacramenta viuorum, quàm mortuorum. Quo in munere placet cum Vaſquez num. 35. citato, primas deferre Euchariſtiæ. Tum quia continet Chriſtum, totius gratiæ fontem, ideoque eſt ſacramentorum longe præſtantiſſimum. Tum etiam quia præbet gratiam noſque ſpiritaliter nutrit per modum cibi & potus ſeu conuiuij: cibi autem & potus proprium eſt viuentis ſubſtantiam eximiè fouere, ſingulariter corroborare, & maximè augere.

42. Poſt Euchariſtiam Ordo.

Poſt Euchariſtiam Ordo videtur gratiam tribuere intenſiorem. Non ſolum quia nobiliſſimum eſt inter cætera ſacramenta viuorum; ſed etiam quia conſtituit Eccleſiæ Miniſtros, & ſpirituales Patres ac Rectores, & in ordine ad actus nobiliſſimos & difficillimos: proinde conuenientiſſimum eſt, vt illis conferat plurimum ſanctitatis, vt ſanctiſſima Myſteria à ſanctiſſimis tractentur.

43. Deinde Cõfirmatio.

Ordini videtur in conferendâ gratiæ intenſione, ſeu quantitate ſuppar eſſe, & quaſi proxime aſſidere Confirmatio. Reſpondet enim aduentui Spiritus-ſancti in die Pentecoſtes; in quo aduentu fideles, qui cum Apoſtolis aderant, plurimum gratiæ receperunt.

Poſtea Vnctio.

Ordinem, vt arbitramur, ſequitur Extrema-Vnctio: cum eius ſingulæ Vnctiones ſingulas gratias conferant; eſto remiſſas, ac tenues, & ſolum deletrices culparum leuium. Proinde poſtremum locum in intendenda gratia tenet,

Tum Matrimonium.

Matrimonium inter ſacramenta viuorum.

44. Baptiſmus plus cõfert, quam Pœnitentia.

E duobus mortuorum Baptiſmus videtur plus gratiæ conferre, quam Pœnitentia. Tum quia Baptiſmus eſt initerabilis, & Pœnitentia iterabilis; ideoque, ſi cætera paria incedant, rationi conſonat vt Baptiſmi initerabilitas maiore intenſione gratiæ quodammodo compenſetur; præſertim cum dixerimus, Baptiſmum eſſe Pœnitentia nobiliorem. Tum etiam quia Pœnitentia per ſe habet reparare gratiam; & huius reparationi vel ex rei natura, vel ex Dei lege annectitur reuiuiſcentia totius gratiæ & meriti deperditi; atque adeo Pœnitentia quoad hanc partem Baptiſmo antecellit: cumque ille antecellat perfectione, par eſt vt etiam excellat in intenſiore gratiâ tribuendâ.

§. II.

An eiuſdem ſpeciei ſacramenta ſubiectis eodem modo ſe habentibus imparem gratiam tribuant.

45. Affirmans Paludani ſententia.

IN hac quæſtione, cuius ſenſum percipies, ex num. 34. Paludanus in 4. diſt. 4. q. 1. art. 2. pronunciat, omnes infantes, qui cum ſolo Baptiſmo decedunt, inæqualem gratiam ab eo recipere. Cenſet enim cum Gregorio Magno in quadam homilia de Angelis, tot eſſe homines prædeſtinatos, quot Angelos, non plures, nec pauciores. Exiſtimat etiam cum S. Thoma, omnes Angelos eſſe inter ſe ſpecie diſtinctos, & in gratiæ, & gloriæ gradibus inæquales. Autumat denique, omnes homines inter ſe etiam eſſe impares in gratiæ, gloriæque gradibus; duaſque ſeries, vnam hominum, alteram Angelorum, cum omnimoda proportione ſibi reſpondere.

Hinc aſſertionem ſuam his verbis probat. *Quia ſi ſunt tot Angeli beati, quot homines, (excepto Chriſto & Matre eius, qui ſunt ſuper omnes Angelos) baptizati mortui ſi æqualem gratiam habent, & per conſequens gloriam, plures vni Angelo æquantur: & ſic vel latera ciuitatis non ſunt æqualia, aliquibus Angelis non habentibus homines æquales in gloria: vel ſunt plures homines beati quam Angeli, quod eſt contra dictum Gregorij.* Hæc omnia Petrus de Palude. Fundamentum, & ratio.

46. Sacramenta eiuſdem ſpeciei non dant infantibus gratiã imparem.

Aſſero primo, ſacramenta eiuſdem ſpeciei non tribuere infantibus gratiam inæqualem. Hæc ſententia probari ſolet improbatione fundamentorum omnium, quibus Paludanus innititur. Ego ne ſanctis Doctoribus palam repugnare videar, probo primo improbatione minoris. Demus enim S. Gregorio, tot eſſe homines prædeſtinatos, quot Angelos: demus S. Thomæ, omnes Angelos inter ſe eſſe gratia & gloria impares: vnde precor elicitur, aut quo fundamento ſupponitur, vnum hominem vni tantum Angelo eſſe in gratia & gloria parem? Quod enim Paludanus cogitat duo illa cœleſtis Ciuitatis latera, duoſve illos prædeſtinatorum ordines, vnum Angelorum inter ſe penitus diſparium, alterum hominum etiam inter ſe prorſus inæqualium; ſic tamen vt vltimus hominum ſit par vltimo Angelorum, & ſic de reliquis; iſte inquam ſecundus Hominum ordo libere admodum, & ſine fundamento rationis, autoritatiſve ſupponitur. Nam etſi nonnulli PP. innuant, homines prædeſtinatos ſucceſſuros Angelis damnatis; non tamen ſucceſſuros in eiſdem gratiæ & gloriæ gradibus, quos illi habuiſſent: nec ſucceſſuros plures, quam illi perierunt.

Etiam admiſſis Patrũ illorum dictis, Paludani fundamentum debile eſt.

47. Accedunt grauiſſima incommoda, & abſona.

Confirmo. Quoniam alioqui ſi in fine mundi nullus hominum eſſet ſupremo Angelo par in beatitudine, & vltimus prædeſtinatorum eſſet infans cum ſolo Baptiſmo deceſſurus, deberet habere gloriam maiorem, quam cæteri Angeli, & illam totam à Baptiſmo recipere; cùm tamen infans, vel adultus prædeſtinatorum infimus, pene infinitè minorem à Baptiſmo recepiſſet. Econtrà verò ſi electorum infimus, eſſet infans, qui iam per Baptiſmi gratiam æquaret infimum Angelorum, & in infantia deceſſurus confirmaretur, nihil prorſus gratiæ ex confirmatione reciperet. Quæ ſunt incredibilia, dictuque indigna.

48. Et permiſſo toto fundamento, malè infertur dicta concluſio.

Secundò argumentor: quia licet Minor illa cum maiori concederetur, adhuc dicendum non eſſet idem ſpecie ſacramentum, v.gr. Baptiſmum, Infantibus tribuere gratias impares: Sed illum exceſſum, quo vnus alterum ſuperaret, non conferri virtute ſacramenti, ſed Diuinæ prædeſtinationis ſiue electionis. Hoc enim pacto debēt oppoſiti Doctores, etiam in adultis conſequenter philoſophari. Nam ſi duo adulti iam iam ſenſibus deſtituendi, parem habeant gratiam, & ambo tandem eliciant ſingulos, actus bonos æque intenſos & perfectos, vni actui reſpondebit maior gratia & gloria quam alteri, ne pares in gratia decedant, & in gloria ſint: ille tamen exceſſus non conferetur intuitu meriti, ſed electionis, ſeu prædeſtinationis diuinæ.

Nam exceſſus ille tribui dicẽdus non vi ſacramenti, ſed prædeſtinationis.

49. At à ſacra-

Reſpondebis forſitan, etiam illum exceſſum tribuendum virtute ſacramenti: nam ab iſto ſignifica

Digitized by Google

mento ſignificabitur.

ſignificabitur; ac proinde tribuetur. Etenim idem ſpecie ſacramentum pro diuerſa diſpoſitione diuerſam gratiam ſignificat, & confert, exigente id diuerſa illa diſpoſitione: Ergo etiam cum pari diſpoſitione diſparem gratiam ſignificabit, & conferet, exigente id illa cœleſtium ciuium æquali inæqualitate.

50. Contrà, nam exurgit in merito graue incommodum.

Sed contrà, quia conſequenter dicere teneberis, in illo euentu diſparium actuum, exceſſum dandum eſſe ratione meriti, quia totum illud præmium huic actui deſignabitur, exigente ſcilicet id illa ipſa cœleſtis vrbis proportione. Quod tamen falſitatis arguitur primò, quia licet cuilibet actui bono & in gratia facto deſignari poſſit gratiæ & gloriæ præmium ſupremum, medium, infimum; hæc tamen inter ſe parùm diſtant, ſicut in mercibus parum diſtant inter ſe pretium 12. & 24. & 26. poſſet autem contingere, vt vel gratiæ, vel actus vtriuſque iuſti plus inter ſe diſtarent, quam iſta pretia inter ſe: Ergo ad illam Paludani paritatem diſparem tuendam, deberet vni actui deputari præmium pluſquam ſummum, atque adeo non vt præmium.

51. Aliud illius doctrinę abſurdum.

Secundo quia ſi duo illi iuſti eſſent in ſanctitate pene pares, & deberent in ſanctitate decedere quam minime poſſent impares; & qui minus haberet gratiæ, eliceret actum charitatis intenſiſſimum, altero iam nullum elicituro, ſanè huic actui deſignandum eſſet præmium infimo longe inferius. Imo ſi ante iſtum actum eſſent ſanctitate pares; nullum huic actui foret præmium aſſignandum. Quæ nemo non videat eſſe vt minimum duriſſima.

52. Sacramentum agit vt cauſa naturalis: & hæc æquè in ſubiectum æquè diſpoſitum.

Tertio, & à priori. Quia ſacramentum in conferenda gratia more ſacramenti, ſiue ex opere operato, ſe habet inſtar cauſæ naturalis, prout ſupra Diſputatione 7. ſect. 1. expoſuimus voces illas *ex opere operato*: Sed cauſæ naturales eiuſdem ſpeciei in ſubiectis eodem modo ſe habentibus parem producunt effectum: Ergo & ſacramenta eiuſdem ſpeciei parem in infantibus producent gratiam. Quapropter ſicut Infantes, qui cum ſolo Baptiſmo decedunt, in hoc ipſo pares ſunt, quod ſolum Baptiſmum aſſequantur; ita mirum non eſt, ſed valde conſequens; quod in gratia & gloria ſint pares. Idem eſt de infantibus decedentibus cum Baptiſmo & Confirmatione: nam vt pares ſunt in recipiendis duobus hiſce ſacramentis; ita conſequens eſt vt ſint etiam pares in recipiendis ipſorum effectibus, nempe gratiæ & gloriæ gradibus: idemque prorſus intelligendum eſt de duobus adultis, quacumque ratione vel occaſione cum æquali gratia decedentibus.

53. Qui cẽſeant agere inæqualiter etiã in adultos æquè diſpoſitos.

Scotus in 4. diſt. 4. quæſt. 8. Gabriel q. 2. art. 2. concluſione 7. & Caietanus quæſt. 64. art. 1. §. In reſponſione ad 11 ſignificant, etiam adultos æqualiter diſpoſitos, dum ſacramenta eiuſdem ſpeciei recipiunt, inæquales comparare gratias, non quidem virtute ſacramenti, ſed precibus vel deuotione miniſtri exceſſum aliquem impetrantis. His duntaxat autoribus ſolet hæc ſententia tribui: ſed me iudice tribui poſſe videtur S. Thomæ quæſtion. 64. art. 1. ad 2. Nam cum de ſanctificatione hominis dixiſſet *Nihil tamen prohibet, quòd deuotio viri iuſti ad hoc aliquid operetur*: & adiunxiſſet, effectum ſacramenti non dari meliorem à meliore miniſtro protinus addidit: *Aliquid tamen annexum impetrari poteſt recipienti ſacramentum per deuotionem Miniſtri. Nec tamen miniſter illud operatur, ſed impetrat operandum à Deo.*

Aſſero tamen ſecundo nec propter miniſtri deuotionem aut orationem ſubiectis ſacramentorum eiuſdem ſpeciei æquè diſpoſitis, vel eodem modo ſe habentibus, immediate confertur exceſſus aliquis gratiæ ſanctificantis. Ita expono & exprimo communiſſimam Doctorum ſententiam, ſcilicet de ſola immediata collatione: nam de hac ſola quæſtio eſt, & Aduerſarij loquuntur: & de mediata, nequit eſſe dubitatio: poteſt namque miniſtri pietas & deuotio ſubiecto ſacramenti congruè mereri, & impetrare gratiam auxiliantem efficacem, qua ſcilicet eliciat actum, quo ſe diſponat meliùs ac ad maiorem ſacramenti effectum; vel ſi iuſtificatus iam eſt, condignè mereatur, atque adeo recipiat maius gratiæ & ſanctitatis augmentum. — 54. Non tamen id verum de immediata gratiæ collatione.

Nunc aſſertio duobus modis adſtruitur. Vno, quia gratia ſanctificans non confertur immediate niſi per ſacramentum & ex opere operato, vel per meritum cõdignum & ex opere operantis: Miniſtri autem deuotio vel oratio, nec eſt ſacramentum, nec ſacramenti pars, vt per ſe claret: nec eſt meritum condignum gratiæ pro alio; nam pura creatura, ſaltem rebus vt nunc, & de lege ordinaria, nihil condigne meretur alteri, ſed ſibi ſoli gratiam & gloriam: Ergo per miniſtri deuotionem aut impetrationem, non immediate confertur ſubiectis ſacramentorum eiuſdem ſpeciei exceſſus aliquis gratiæ. — 55. Nam ea collatio non fit immediatè niſi per ſacramentum, et opere operato, vel per meritum condignum ipſius ſubiecti.

Altero modo probatur ab incommodis quæ partim proponit Ioannes Maior in 4. diſt. 4. quæſt. 3. & partim Franciſcus Suarez hoc loco Diſputatione 7. ſect. 5. §. *Dico ſecundo*. Quia ſacramentum concomitanter ſe habet cum illa miniſtri deuotione & oratione: quare ſi hac poſſet immediate obtinere ſubiecto ſacramenti augmentum aliquod gratiæ, poſſet extra ſacramentum, gratiam vel eius augmentum obtinere cuilibet iuſto, etiam dormienti: proinde ſi plures iuſti ſimul & feruentiſſime pro vno dormiente orarent, iſtius gratia in ſomno ipſo vehementer augeretur. Imo poſſet iuſtus peccatori congruè mereri, vt nihil agenti, vel etiam dormienti infunderetur prima gratia, & per conſequens remitteretur Dei offenſa. Quæ ſunt tam clarè abſurda, quam ex aſſertione contraria planè ſequuntur. — 56. Adduntur oppoſitæ ſẽtentiæ incõmoda.

§. III.

Inæqualiter diſpoſitis gratiam inæqualem dare, nec fuit omnibus indubitatum, nec à Tridentino aſſertum.

Pater Franciſcus Suarez Diſputatione 7. ſect. 5. §. *Secunda ſententia*, proponens illam, quæ affirmat, ſacramentum eiuſdem ſpeciei ſubiectis inæqualiter diſpoſitis non dare gratias inæquales, nulli Doctorum eam attribuit. Pater Ioannes de Lugo Diſputatione 9. num. 11. in fine, *Pro hac* (inquit) *ſententia nullum inuenio Autorem*. Pater Gabriel Vazquez Diſputatione 131. num. 68. longam hac de re diſputationem carpit, quaſi omnem auerſatus inquit. *Nemo enim vnquam dubitauit, homini* — 57. Sacramẽtum inæqualiter diſpoſitis inæqualem gratiam dare, ſunt qui negent.

Digitized by Google

mini melius diſpoſito maiorem ſemper gratiam tribui per idem genus ſacramenti. Cæterum vt non agam de neceſſitate prolixę diſputationis, qualem de hoc puncto apud neminem legi; incredibile mihi viſum fuit, ſententiam illam nemini vnquam vel in dubium fuiſſe vocatam; cum rationes habeat minime contemnendas: & mediocri diſquiſitionę duos eius aſſertores reperi, qui ſequuntur.

58. Nimirum Alex. Halenſis.

Alenſis p. 4. quæſt. 21. M. 3. poſtquam ex Damaſceno tradidiſſet, peccatorum remiſſionem omnibus æqualiter dari virtute Baptiſmatis; expreſſè negat, alios effectus adultis inæqualiter diſpoſitis conferri virtute Baptiſmatis inæqualiter, & Damaſcenum, qui oppoſitum ſignificat, exponit de gratia, quæ confertur ex vi deuotionis, quaſi dicat ex opere operantis; *non de illa* (inquit) *quæ eſt meritis Christi, quæ confertur virtute Baptiſmi æqualiter, & indifferenter ſe habet ad omnes. Et eodem modo* (ſubdit) *reſpondendum eſt ad aliam autoritatem, ſ. vnicuique ſecundum propriam virtutem.*

59. Ioannes item Maior.

Maior in 4. Diſt. 4. quæſt. 3. propoſitione 5. ita pronunciat. *Sed prætermiſſis meandris, ſit quinta propoſitio: Qualibet gratia baptiſmalis eſt æqualis cuicunque alteri gratiæ baptiſmali.* Quam probat eadem ratione, quam Alenſis prius adhibuerat. *Nempe quia paſſio Chriſti exhibita, eſt cauſa gratiæ baptiſmalis in noua lege: quæ æqualiter applicatur omnibus.* Et ſtatim proponit, & ſoluit rationes varias aduerſus quintam iſtam aſſertionem. In qua ne vtiquam ſibi aduerſatur paulo antea dicenti, Non omnes adultos dum baptizantur, recipere æqualem gratiam, idque probanti, quia non afferunt æqualem deuotionem. Non enim ait inæqualitatem illam, & exceſſum prouenire à ſacramento, vel eſſe ſacramentalem; ſed prouenire ex maiore deuotione: Quod etiam Alenſis loco proximè citato, multo antea pronunciauerat.

60. Ex Tridentino plerique adſtruunt.

Plerique Recentiores, vt Suarez, Vazquez, Coninch, Lugus, Granadus, aſſertionem iſtius inæqualitatis per ſacramentum collatæ probant ex Trident. ſeſſ. 6. cap. 7. aliique longius progreſſi affirmant, eam ibi definitam. Probatur quia S. Synodus ab eius ſeſſionis cap. 4. vſque ad 8. agit de ſola iuſtificatione adultorum per Baptiſmum: & cum in cap. 7. recenſeat iuſtificationis iſtius cauſas, Deum finalem; Chriſtum meritoriam; Baptiſmum inſtrumentalem, & iuſtitiam intrinſecam formalem; de hac ita ſubdit. *Qua videlicet ab eo donati, renouamur ſpiritu mentis noſtræ; & non modo reputamur, ſed vere iuſti nominamur & ſumus, iuſtitiam in nobis recipientes, vnuſquiſque ſuam, ſecundum menſuram, quam Spiritus ſanctus partitur ſingulis prout vult, & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem.* Si ergo prima gratia per Baptiſmum adultis confertur iuxta cuiuſque diſpoſitionem: Ergo iuxta maiorem Diſpoſitionem confertur maior, & iuxta minorem minor. Quod autem dicitur de gratia exhibita per Baptiſmum, dicendum eſſe de gratia collata per quodlibet aliud ſacramentum nemo erit qui non videat.

Quidam ibi definitum ſentiunt.

61. Sed nec definitur, nec attingitur.

Ego vero nunquam in animum induxi, ſententiam iſtam à Concilio vel definitam, vel aſſertam, vel etiam obiter memoratã. Nam etſi libens fateor, Concilium cap. 4. & 5. & 6. de ſola adultorum per Baptiſmum iuſtificatione diſſerere, tamen in cap. 7. in eo totum eſt Concilium, vt declaret, quid nã illi iuſtificatio ſit, & quas habeat cauſas, tum extrinſecas, tum intrinſecas, vt conſtat vel ex ipſa inſcriptione illius capitis *Quid ſit iuſtificatio impij, & quas habeat cauſas.* Et quamuis Patri Vazquez permittam, nomine impij ſignificari eum peccatorem, qui nondum intra Eccleſiam eſt (poſſem enim id negare & plurimis ſcripturæ teſtimoniis refellere) certè Concilium non ibi explicat, Quanta ſit, ſed quid ſit ea iuſtificatio.

Vtpote non ibi docente quanta ſit, ſed quid ſit iuſtificatio.

62. Aliter enim de iſta, ac de diſpoſitionibus impij diſputat.

Quoniam autem impij nondum baptizati iuſtificatio proprias ac ſpeciales requirit præparationes, & cauſas extrinſecas; eius autem intrinſeca forma, quidditas, & eſſentia, iuſtificatis omnibus communis, ſiue eiuſdem rationis eſſentialis eſt; propterea Concilium diſputans de præparationibus eiuſmodi impiorum, de iſtis agit, tanquam diſtinctis ab Eccleſia, cui per Baptiſmum aggregantur: Dum autem explicat intrinſecam iuſtificationis formam, quoniam hæc in omnibus iuſtificatis eſt eiuſdem rationis, eam declarat quatenus talem, quod ita euoluo.

63. De illis in tertia perſona, de iuſtitia in prima pluralis.

In cap. 5. & 6. de impiis non baptizatis ad iuſtificationem aſpirantibus, Concilium loquitur in tertia perſona V. cauſa in cap. 5. quod eſt de vocatione. *Nullis eorum exiſtentibus meritis vocantur.* In cap. 6. quod eſt de præparatione *Diſponuntur autem ad ipſam iuſtitiam:* & ita ſæpius: nec vnquam de his agit in prima perſona, verbi gratia *vocamur, diſponimur, præparamur,* at in cap. 7. *de impij iuſtificatione, eiuſque cauſis,* cùm venitur ad cauſam formalem, quæ ſiue detur in ſacramẽto, ſiue extra, eoſdẽ habet effectus renouandi interiorem hominem, Deique cõſilium conſtituendi; iam de ipſa Concilium loquitur tanquam communi omnibus, qui iuſtificantur, & de iſtis in prima perſona.

64. Tridentini verborum expenſio.

Sic enim doctrinam iſtam ſtatim abſoluunt: *Demum vnica formalis cauſa eſt iuſtitia Dei; non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua videlicet ab eo donati, renouamur ſpiritu mentis noſtræ; & non modo reputamur, ſed vere iuſti nominamur & ſumus, iuſtitiam in nobis recipientes vnuſquiſque ſecundum menſuram quam ſpiritus ſanctus partitur ſingulis prout vult, & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem.* Quibus verbis vti poſſet Concilium, etiamſi in præcedentibus capitibus de infantium quoque iuſtificatione diſſeruiſſet. Nulla enim falſitas, improprietas vel inordinatio in hoc ſermonis decurſu inueniretur: Atqui verba hæc poſtrema tunc minime intelligi poſſent de iuſtificatione propria infantium, vt per ſe eſt euidentiſſimum. Igitur neque nunc opus eſt accipiantur de ſola iuſtificatione adultorum per Baptiſmum. Sicut enim tunc ſynodus his poſtremis verbis neceſſario diſſereret de gratia adultorum, & non infantium; ita nunc optime & commodiſſime intelligitur diſſerere de iuſtificatione illorum, qui gratiam recipiunt ex ſacramento.

65. Nullam habuit occaſionem huius imparitatis definiendæ.

Accedit quòd Tridentina Synodus nullam occaſionem, nedum neceſſitatem habuit eius inæqualitatis definiendæ, vel in memoriam reuocandæ; cum nec apud omnes eſſet catholicos indubitata, nec Eccleſiæ cum Hæreticis controuerſa. E contrà verò vt definiret vel in memoriam adduceret, conferri adultis extra

ſacramentum

Digitized by Google

ſacramentum maiorem gratiam pro maiore diſpoſitione, non ſolum occaſionem, ſed etiam neceſſitatem habuit S. Synodus, nempe aduerſus Nouatores: qui ſicut omnia ſacramenta paris dignitatis, ita omnes iuſtos paris ſanctitatis efficiunt vtpote extrinſecè iuſtos ipſa Dei iuſtitia & ſanctitate.

66. Si tamen definiiſſet, exponi poſſet de diſpoſitione perſeuerãte poſt ſacramentum.

Quod ſi daremus, in extremis illis verbis Concilium agere de gratia, quæ datur adultis iuſtificatis per Baptiſmum, ſenſus eſſe poſſet, quem aliqui pridem excogitarunt; dari ſcilicet ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem perſeuerantem immediatè poſt Baptiſmum, ac proinde tum meritoriam vlterioris gratiæ. Nam huius doctrinæ propoſitio grauiſſima eſt, & Concilio digna, vtpote Catechumenos excitans & ſtimulans, ad afferendam, & conſeruandam perfectiorem & perfectiorem diſpoſitionem.

67. Quòd ſi de illa, vt præcedente; non niſi de præcedente Baptiſmum.

Denique (vt neque hoc ſileamus, & ab erroris nota ſententiam, quæ diſparitatem iſtam negat, indicemus) tametſi S. Synodus hanc inæqualitatem ibi definiiſſet, de ſolo definiiſſet Baptiſmate, quare non continuo de fide eſſet in cæteris ſacramentis, eſto per probabiliſſimam illationem, vt concluſio Theologica deduceretur.

68. Verborum Trident. propria expoſitio.

His tamen quæ numero 6. & 67. propoſitã conditionate manent, in medio relictis, nos illa Tridentini verba *partitur ſingulis prout vult, & iuxta propriam cuique diſpoſitionem*, ita partimur vt in priori membro *partitur ſingulis prout vult*, differant Patres de iuſtificatis per Baptiſmum, hoc ſcilicet ſenſu: his hominibus partitur Deus gratiæ menſuram prout ipſe vult; ſiue in hoc attendat propriam cuiuſque diſpoſitionem tantam vel tantam, ſiue diſpoſitionis quantitatem non curet; nam hoc in præſenti non ſtatuimus. In altero autem membro, *& iuxta propriam cuiuſque diſpoſitionem*, agant de iuſtificatis extra ſacramentum; Doctrinam vſurpantes in tota Eccleſia receptiſſimam nempe iis conferri gratiam inæqualem iuxta inæqualitatem diſpoſitionis.

69. Non accuſanda, quaſi cunctis DD. aduerſans.

Neque vero quis temeritatis inſimulet expoſitionem iſtam quaſi Doctoribus omnibus, qui poſt Tridentinum ſcripſerunt, aduerſariam. Neque enim omnes qui de hac re diſputant, ſentiunt inæqualitatem illam fuiſſe à Concilio definitam; imò pauciſſimi hoc aſſerunt: nam plerique contenti ſunt ſi probabiliter illam ex Concilio deducant. Quanto autem hæc expoſitio claritate præcellat ei, qua Pater Vazquez Diſput. 135. num. 49. declarat particulam illam *prout vult*. ibidem cernere licet.

§. IV.

Eſt tamen verum; debetque iam eſſe indubitatum.

70. Inæqualiter diſpoſitos inæqualiter per ſacramenta ſanctificari, certum eſt.

VErum quidem eſſe, quod eiuſdem ſpeciei ſacramenta ſubiectis inæqualiter diſpoſitis inæqualem gratiam præbeant, hoc eſt magis diſpoſitis maiorem, & minus diſpoſitis minorem, perſuadet vel doctorum conſenſus, quem ad alteram tituli partem probandam commodius infra producam. Solum præmoneo non eſſe hic ſpectanda Patrum teſtimonia, quæ de omni ſacramento loquantur; cum Patres nõ diſputẽt de ſacramentis in genere, ſed in ſpecie: & quæ de his aſſerunt, de omnibus debeat intelligi: quod etiam obſeruandum eſt in teſtimoniis ſcholaſticorum, præſertim antiquioris æui.

71. Probatur eximio Damaſceni teſtimonio.

Probatur primum ex Damaſceno lib. 4. fid. c. 10. ita ſcribente. *Quamuis autem peccatorum remiſſio omnibus æquè per Baptiſmum detur: ſpiritus tamen gratia pro fidei ac præcedentis purgationis modulo, ac ratione comparatur.* Quod teſtimoniũ ob interpretationis laxitatem tantum lucis ac roboris deperdit, vt prope modum corrumpatur; cum non parùm inſinuet, ſicut peccatorum remiſſio per Baptiſmum datur; ita ſpiritus gratiam à ſolo fidei; & diſpoſitionis modulo, non à Baptiſmo prouenire. Id vero inde naſcitur, quòd in contextu Græco non ſunt duo verba *datur* & *comparatur*, ſed vnicum *δίδοται* datur; quod in ſolo priore colo expreſſum, in altero per hypozeugma intelligitur: itaque ſi verbum verbo reddas, ita Damaſcenus loquitur. *Ipſa igitur peccatorum remiſſio omnibus æquè per Baptiſmum datur. ipſa vero gratia ſancti ſpiritus, iuxta proportionem fidei & præpurgationis.*

Sed ipſa interpretatione obſcurato.

72. Damaſceni exemplis illuſtrat Clictoueus.

Hunc locum allegant & variè illuſtrant omnes fere Scholaſtici: ex quibus proficiens Clictoueus, ita commentatur. *Si multi ad vnum corpus lucidum oculos conuertant, hi quidem propinquiores ipſi perlucido corpori, illi vero diſtantiores in omnibus æquè depellitur tenebrarum obſcuritas: luminis autem infuſio fit ſecundum proportionem propinquitatis, & diſtantiæ ab ipſo lucido. Nam propinquiores plus luminis, cæteri vero minus participant. Similiter ſi complureſ ad eundem acceſſerint ignem, diuerſa tamẽ ad illum intercapedine cõſtituti, hi quidẽ maiore interſtitio, illi vero minore ab eo diſtantes, in omnibus illis æqualiter eſt frigoris expulſio, quandoquidem nihil in iis priſtinæ frigiditatis permaneat: Sed non æquè in omnibus eſt caloris inductio: nam viciniores igni amplius, alij vero minus caliditatis ſuſcipiunt.*

73. Probatur idẽ ex S. Thoma.

Secundò probatur conſpicuâ autoritate S. Thomæ infra quæſt. 69. art. 8 Cum enim dixiſſet, paruulos propterea quòd eodem modo ſe habeant ad Baptiſmum, parem ex eo gratiam recipere, ſubdidit. *Adulti vero qui per propriam fidem ad Baptiſmum accedunt, non æqualiter ſe habent ad Baptiſmum: quidam enim cum maiori, quidam cum minori deuotione ad Baptiſmum accedunt; & ideo quidam plus, quidam minus de gratia nouitatis accipiunt. Sicut etiam ab eodem igne accipit plus caloris, qui plus ei appropinquat, licet ignis quantũ eſt de ſe, æqualiter ſuũ calorẽ ad omnes effundat.* Vbi preſſiſſimè loquitur S. Doctor de effectibus Baptiſmi tanquam principij efficiẽtis, vt ex ignis exemplo conſtat; atque adeo nullum relinquit tergiuerſationi locum.

74. Ratione etiam quia ſacramentũ agit inſtar cauſæ naturalis.

Tertiò ſuadetur à priori. Quia Chriſtus inſtituit vt ſacramentum in conferenda gratia ſe habeat inſtar cauſæ naturalis: ita enim intelligendos eſſe terminos illos *ex opere operato* cõmonſtraui diſput. 7. ſect. 1. Ergo quò meliorem diſpoſitionem ſacramentũ inuenerit, eò maiorem gratiam producet. Conſequentiam tribus modis explicare, & confirmare poſſumus.

75. Primus eſt quia cauſa naturalis quantò perfectiorem diſpoſitionem ad formam ſubſtantialem, ex. c. leoninam in ſubiecto reperit, tantò perfectiorem in eo producit formam; hoc enim conſequens eſt in ſententia concedente ſubſtantiales formas intra eandem ſpeciem ſubſtantialiter inæquales; nam in ſubiecto perfectius

fectius diſpoſito ad formam Leoninam, perfectior hæc producetur ab agente naturali. Alter modus eſt, quia quantò ſubiectum agenti naturali magis approximatur, tantò intenſiorem qualitatem ab eo recipit. Tertius eſt modus, quia agens naturale tanto intenſiorem inducit ſuam qualitatem in ſubiectum, quantò minus intenſam in eo reperit contrariam: Ergo &c.

76. Oppugnantur adductæ illationes, vt malæ.

Dices, nullas eſſe illationes. Quia diſpoſitio v.gr. ad formam leonis, eſt ipſius formæ proprietas; ideoque mirum non eſt, ſi perfectiorem diſpoſitionem forma perfectior excipiat: attritio verò quæ diſponit ad gratiam Baptiſmalem, non eſt iſtius proprietas. Rurſus maior approximatio ſubiecti ad cauſam naturalem, magis applicat agenti ſubiectum, quod agens fortiùs agit in propinquum quam in diſtans: Attritio vero non eſt huiuſmodi applicatio cum ſacramentum non agat niſi in ſubiecto receptum. Quod ſi attritio dicatur eſſe approximatio, confundetur approximatio cum diſpoſitione, cùm in rebus naturalibus omnino diſtinguantur; & proinde iam relinquetur ſimilitudo cauſæ naturalis, ex qua præſens ratio ducitur. Poſtremò, contrarium gratiæ, quam Baptiſmus inducit, eſt peccatum mortale: At iſtud poſitâ attritione, quantumuis remiſſa & tenuiſſima, per Baptiſmum in inſtanti expellitur: Ergo poſita in ſubiecto attritione etiam perfectiſſima, non inuenit Baptiſmus minorem intenſionem contrariam formæ ab ipſo introducendæ.

77. Sed vt inoptimæ, propugnantur.

Hæc tamen illationi factæ non obſtant. Probant enim, ſacramentum in conferenda maiore gratia ſubiecto melius diſpoſito non eſſe ſtrictè cauſam naturalem; quod libenter admittimus, cùm aſſeramus, propriè non eſſe niſi cauſam moralem. At non probant non ſe habere inſtar cauſæ naturalis, quod diximus à Chriſto inſtitutum. Vt autem ſe habeat inſtar naturalis cauſæ, ſatis eſt, ſi quantò perfectiorem inuenerit diſpoſitionem, tantò nobiliorem inducat effectum. Alioqui, quoniam cauſa naturalis à diſpoſitione morali non pendet, & ſacramentum pendet, iam negandum eſſet habere ſe inſtar cauſæ naturalis.

78. Imò & promouentur.

Imo inde rationem adductam promoueo. Siquidem non obſtante multiplici illa diſſimilitudine, attritio eſt ſimpliciter diſpoſitio, vt Baptiſmus in peccatore actuali producat gratiam: Ergo maior attritio eſt ſimpliciter melior diſpoſitio: Ergo Baptiſmus hac poſita in ſubiecto, maiorem in eo gratiam producet. Conſequentia claret: Tum à priori quia ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita ſe habet magis ad magis: Sed attritio ſimpliciter eſt diſpoſitio ſubiecti ad gratiam; & magis perfecta attritio maior diſpoſitio: Ergo diſponit ad magis intenſam gratiam. Tum etiam quia Deus in rebus perſimilibus hunc eundem inſtituit ordinem, & ſeruat ſtylum. Nam quia Contritio extra ſacramentum vltimò diſponit ad gratiam, ideo quantò perfectior eſt contritio, tanto perfectior inducitur gratia ex opere operantis; Ergo cum attritio ſimpliciter diſponat ad gratiam per ſacramentum, ſanè quò perfectior attritio fuerit, eo perfectior inducetur gratia ex opere operato. Item gratia habitualis moralem actum honeſtum dignificat ſimpliciter, & quo maior & intenſior eſt, eo magis eum dignificat: Ergo cum ſufficiens diſpoſitio ſimpliciter inducat gratiam; conſequens eſt, vt diſpoſitio maior, & perfectior, gratiâ inducat maiorem ſeu perfectiorem.

79. Theſis propoſita tempore nunc negaretur, vtpote contra omnes DD.

Hactenus dicta perſuadent priorem tituli partem, nempe veram eſſe inæqualitatem iſtam Debere autem hoc tempore iam eſſe indubitatam, vt habet poſterior tituli pars, vel ex conſenſu & conſpiratione Doctorum, ſufficientiſſime perſuadetur. Nam & inter antiquiores ſcholaſticos vnus tantum aut alter oppoſitum docuit, & inter Recentiores nullus. Quare ſi quis hoc tempore ſententiam oppoſitam tueretur, non videtur temeritatis notam euaſurus.

§. V.

Oppoſitiones affero & diſſoluo.

80. Sacramentũ maiorem conferens gratiam, maiorem ſignat.

PRima, & potiſſima ſit, quòd ſacramentum nouæ legis ideo confert gratiam, quia gratiam conferri ſignificat: proinde eatenus gratiam confert, quatenus ſignificat; vt in diſputationibus præcedentibus abunde manet ſtabilitum: per conſequens quando ſacramentum maiorem confert gratiam; maiorem conferri ſignificat; & quando minorem confert, etiam ſignificat conferri minorem. Quam illationem cogimur nos approbare, cum procedat à ſimpliciter & ſimpliciter, ad magis & magis; quo diſputandi genere noſipſi num. 78. communem ſententiam ſtabiliuimus: Atqui forma illa vel ratio, qua ſacramentum nouum vt ſic ſignificat gratiam in præſens conferri, eſt forma ipſa ſacramentalis, qua ſacramentum nouum vt ſic conſtituitur, prout nos etiam in ſuperioribus tenuimus, & confirmauimus: Ergo forma ſeu ratio qua Baptiſmus iſte ſignificat, hic & nunc tribui talem, ac tantam gratiam, eſt eſſentialis forma, per quam hoc ſacramentum in eſſe huius ſacramenti conſtituitur.

Huius ſyllogiſmi nulla pars à nobis negari poteſt; cum propoſitiones noſtræ ſint, & illationes conſpicuæ. Inde vero ſic poſſunt aduerſarij ſententiam ſuperiorem adoriri. Ergò 81.

Ergo ſi gradus gratiæ eſſentialiter differunt, etiam Baptiſmata.

ſacramentum toties & eatenus diuerſæ rationis eſt, quoties & quatenus diuerſam gratiam confert: quippe toties & eatenus diuerſam gratiam ſignificat; ac proinde per formam ſacramentalem toties ac eatenus diuerſam. Ergo ſi gradus gratiæ ſunt diſtincti eſſentialiter, vt à multis Recentioribus ponuntur, profecto Baptiſmus conferens duos gratiæ gradus, ſpecie diſtinguetur à Baptiſmo conferente vnum: ſi gradus diſtinguuntur intra eandem ſpeciem indiuidualiter, Baptiſmus conferens duos gradus, erit indiuidualiter perfectior Baptiſmo tribuente vnum tantum: imo ſi gradus ſint prorſus æquales, Baptiſmus ſignificans & conferens duos, inæqualiter perfectior erit Baptiſmo vnum duntaxat gradum conferente. Quæ omnes illationes etiam euidentes ſunt: inde autem tria videntur elici abſurda.

Si indiuidualiter, etiã Baptiſmata: imo etſi illi non inæquales ſint.

82. Quæ verò deinde inferuntur, diluuntur.

Primum eſt, Chriſtum non inſtituiſſe Baptiſmum vnico actu ſuæ voluntatis, ſed tot actibus, quot erant conferendi Baptiſmi adultis vſque ad mundi conſummationem. Reſpondeo tamen non id ſequi: nam vno actu potuit Chriſtus velle, atque adeo reipſa voluit, vt ablutio & verba ſignificarent gratiam adultis conferendam pro menſura diſpoſitionis ipſorum

Digitized by Google

Falſo infertur Chriſtum non vno actu inſtituiſſe omnem baptiſmum.

ipſorum; nimirum vt ſubiectis diſpoſitis vt duo ſignificarent gratiam vt duo, diſpoſitis vt tria gratiam vt tria, & ſic deinceps. Proinde ille idem actus eſt forma omnium Baptiſmatum: quatenus quidem taxans gratiam vt vnum, eſt forma huius Baptiſmi, & quatenus gratiam vt duo eſt forma alterius &c.

83. Ac recipiens plus gratiæ, recipiet nobilius ſacramentum.

Alterum abſurdum eſt; eum qui melius eſt diſpoſitus; & per Baptiſmum recipit maiorem gratiam, etiam recipere meliorem perfectioremque Baptiſmum: perfectiorem inquam eſſentialiter, ſi gratiæ gradus inter ſe differunt eſſentialiter; vel perfectiorem indiuidualiter, ſi gratiæ gradus inter ſe indiuidualiter inæquales ſunt; imo licet æquales ſint, vt ex num. 81. conſtat: ac per conſequens in manu adulti eſſe perfectiorem & perfectiorem recipere Baptiſmum, & proinde perfectiorem ac perfectiorem Euchariſtiam.

84. Formaliter in ſacramentis, concedo; abſolute, nego.

Reſpondeo cautè hic eſſe loquendum. Poteſt quidem ac debet dici, recipere perfectius Sacramentum formaliter, ſeu reduplicatiue, vt Sacramentum: nam in hoc nulla eſt abſurditas, cum ſolùm ſignificetur recipere ſacramẽtum perfectius quoad formam, ſeu ſignificationem ſacramentalem. Nequit autem abſolutè dici recipere meliorem Baptiſmum, quia ſonaret hæc locutio recipere Baptiſmum præſtantiorem illo, quem Chriſtus inſtituit. Multo minus dici poteſt recipere meliorem Euchariſtiam: nam hæc potiſſime æſtimatur ex Chriſto, quem in ſe realiter includit, etiamſi nullam gratiam actu & re ipſa conferat, nec ad conferendam applicetur.

85. Saltem nullum recipiens gratiã, nullum recipiet ſacramentum.

Tertium abſurdum eſt, hominem illum qui actu & re ipſa nullam gratiam à ſacramento recipit, non recipere ſacramentum verum & proprium, ſed improprium, apparens & adumbratum. Probo ſequelam, quia ſi ſubiectum eſt diſpoſitum vt vnum, adulti Baptiſmus ex. gr. eſt ſacramentum ſignificans gratiam vt vnum; ſi ſubiectum eſt diſpoſitum vt tria, Baptiſmus & ſacramentum ſignificans gratiam vt tria; ſi ſubiectum eſt diſpoſitum vt octo, Baptiſmus eſt ſacramentum ſignificans gratiam vt octo: Ergo ſi ſubiectum non eſt rite diſpoſitum, Baptiſmus nullam ſignificabit gratiam: Ergo nullum erit ſacramentum. Hæc autem eſt patens abſurditas: nam tria ſacramenta, quamuis nullam conferant gratiam, imprimunt characterem; & matrimonium, quamquam in peccato contractum, vere eſt Chriſtianorum proprium; & Euchariſtia totam ſacramenti eſſentiam habet ante ſumptionem: proinde ſaltem quinque iſta proprie ſacramenta ſunt, etiamſi ſubiecto gratiam ſanctificantem reipſa & actu non tribuant.

86. Negatur eiuſmodi ſequela & ratio redditur.

Nego ſequelam: rationem autem etſi libentius ex aliis diſcerem, hanc reddendam arbitror. Ille Chriſti actus, qui fuit ex. gr. Baptiſmi inſtitutio, fuit voluntas vt ablutio & verba, quoties ſubiectum Baptiſmi eſſet proximè capax, actu & re ipſa ſignificarent gratiam: ſic tamen, vt ſi ſubiectum eſſet diſpoſitum vt vnum ad gratiam, ſignificarent vnum gratiæ gradum: ſi vt duo, duos, & ita deinceps: ſi vero ſubiectum eſſe quidem capax ſacramenti, ſed indiſpoſitum ad gratiam, ſignificarent actu & reipſa illi conferri primum gradum conditionatè, ſi eſt diſpoſitum vt vnum, & duos gradus ſi eſt diſpoſitum vt duo. nam conditionalis nihil ponit in eſſe.

Sic autem obtinemus, & illud eſſe verum ſacramentum quia ex Chriſti inſtitutione ſignificat, & quantum eſt ex ſe tribuit gratiam; & eum, qui tale ſacramentum indigne recipit, grauiter peccare, quia Baptiſmum v. g. vel extremam vnctionem effectu illo gratiæ priuat. Sic abſolutio, cum per ſe ſignificet gratiam primam, tamen dum iſtam in ſubiecto reperit, non eam ſignificat niſi conditionalem, nempe ſi non eam in ſubiecto reperiſſet. 87.

Exemplum adiungitur.

88. Subiecti diſpoſitio cur non intrinſeca ſacramento.

Hinc obiter elicies contra plurimos Recentiores, perſpicuam rationem ob quam diſpoſitio ſubiecti ad gratiam non ſit ſacramento intrinſeca. Non ſcilicet ex eo ſolum quod ſine tali diſpoſitione verum conſtat ſacramentum, & de tribus characterem imprimentibus fides prædicat: ſed etiam quia ſacramentum eſſentialem dicit reſpectum ad eam ſubiecti diſpoſitionem: ſignificat enim conferri gratiam illam, ad quam eſt in ſubiecto diſpoſitio; ſicut ſignificat conferri gratiam adulto ſufficientem intentionem habenti, prout ſupra diſp. 19. ſect. 1. præſertim toto numer. 11. confirmaui. Et vero cum ſubiectum cauſa efficiens ſit ſuæ intentionis, & hæc apud aduerſantes, intrinſeca ſacramento ſit, erit ſubiectum cauſa efficiens ſacramenti; ſed hæc eſt cauſa efficiens characteris, & gratiæ; vt diſp. 17. ſect. 4. §. 2. cum omnib. diximus: ergo ſubiectum ſibi ipſi ſacramentum & gratiam transferre.

89. Sacramentũ vt producat aliquam gratiam, ſolum requirit in ſubiecto non obicem.

Secunda iam ſit oppoſitio. Sacramenta vt ſuum effectum producant, ſolum requirunt in ſubiecto carentiam obicis vt conditionem: Ergo abſente obice ſacramenta eiuſdem generis v. g. plures Baptiſmi, vel plures abſolutiones, parem producent effectum. Diſtinguo antecedens: Sacramenta ſolum requirunt carentiam obicis, vt ſuum effectum producant abſolutè, tranſeat; vt talem ac tantum producant, nego. Nam & agens naturale, vt in ſubiectum abſolutè agat, ſolùm requirit impedimenti carentiam: vt tamen magis ac magis agat plurimum iuuatur, vel potius omnino determinatur à meliore & meliore ſubiecti diſpoſitione, modo ſupra declarato. Alioqui probaret obiectio, hæc ſacramenta ſpecie diuerſa diſparem gratiam largiri.

Vt tamen producat tantam, amplius requirit.

90. Quo ſenſu diſpoſitio ſubiecti non eſt menſura gratiæ per ſacram. dandæ.

Tertia & vltima oppoſitio. Diximus diſp. 7. ſect. 1. ſubiecti diſpoſitionem non eſſe menſuram gratiæ per ſacramenta recipiendæ: Ergo ſubiecta magis perfecta, & diſpoſita non recipiunt ab eiuſdem ſpeciei ſacramentis gratiam intenſiorem. Reſpondemus antecedens, eatenus eſſe verum; & à nobis aſſertum, quatenus non recta eſt hæc illatio; ſubiectum ſacramenti diſpoſitum eſt vt quatuor: Ergo recipit ab ipſo gratiam vt quatuor: nam plerumque diſpoſitio & gratia ſunt intentione inæquales. Rurſus quia non valet illatio, confertur gratia vt quatuor: Ergo diſpoſitio eſt meritoria vt quatuor: interdum enim diſpoſitio meritoria non eſt, vt attritio in recipiente primam gratiam. Et demum quia non valet eſt diſpoſitio meritoria vt quatuor: Ergo confertur à ſacramento gratia duntaxat vt quatuor.

Digitized by Google

Etenim per ſacramentum confertur gratia ſupra meritum diſpoſitionis. Cum iis tamen omnibus illud optime ſtat, quod gratia, ſi cætera paria ſint maior vel minor cōferatur à ſacramēto pro ſubiecti diſpoſitione maiore vel minore.

91. Quo etiam ſenſu ſit menſura gratiæ.

Imo ſacramentum ex ſe non eſſentialiter limitatam virtutem ſignificatiuam, & cauſatiuam gratiæ ſcilicet ad cauſandum tantam gratiam determinatæ, & non maiorem, ita vt inſufficiens ſit ad maiorem, quam producit in ſubiecto aliquo, etiamſi contingeret in ipſo, vel in altero ſubiecto reperiri diſpoſitionem ex parte ſubiecti Perfectiorem ſeu maiorem ad ſacramentum ipſum. Quin potius, Fontis inſtar, ſacramentum habet dignitatem & vim propriam ſignificando & conferendo gratiam, quam moraliter eminenter continet, & digne ſuſcipienti ipſam confert, Potentialiter, & quantum ex ſe eſt in quacumque intentione ſacramentalis gratiæ; dum modo ſubiectum ſit diſpoſitum, & talis gratiæ capax, ſecundum propriam diſpoſitionem de lege requiſitam, aut conducentem in homine adulto ad recipiendum ſacramentum cum gratiæ fructu. cum autem diſpoſitio actualis, quando requiritur in homine, ſemper ſit finitæ cuiuſdam & determinatæ perfectionis, gratia in ſacramento ſemper cōfertur in menſura certa, & definita à Deo de facto cum aliquo reſpectu ad actualem ſubiecti diſpoſitionem, & huius quantitatem perfectionis moralis.

Cum hac communi Doctrina, quæ conformis etiam eſt Tridentino, ſeſſ. 6. c. 7. bene conſiſtit, quod ſacramenta diuerſa & inæqualia perfectione, verbi gratia Euchariſtia, & Vnctio, Ordo, & Matrimonium, ferant per ſe & ex operato inæquales gratiarum effectus; quando cætera ſunt paria in iis ſubiectis quibus conferuntur. 92.

Finitur Tractatus de Sacramentis in genere.

TRACTATVS

TRACTATVS SECVNDVS
DE
SACRAMENTO EVCHARISTICO.

PROOEMIVM.

EΥΧΑΡΙΣΤΙΑΝ Græcis idem eſſe, ac Latinis, *Bonam gratiam*, per Græcæ linguæ ignorationem, apud quamplurimos inualuit; ſolum enim eſt propriè, & apud Græci ſermonis indigenas, *gratitudo*, vel *gratiarum actio*, perque antonomaſiam apud Chriſti fideles venerabile Altaris Sacramentum. Quod equidem non ideò ſolum, reor, ita nuncupatum, quòd illud Chriſtus, teſtibus Euangeliſtis, inſtituit Εὐχαριστήσας, *gratiis actis*, ſiue *gratias agens*; verum etiam, & potiſſimè quod Sacramenti huius confectio ſumma eſt, Deóque gratiſſima gratiarum actio, nimirum pro beneficiis omnibus diuinis, præſertimque grandioribus magiſque mirandis, cum ipſorum omnium ſit, vt imago nobiliſſima, ita etiam excellens commemoratio, iuxta illud Pſalm. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.* Hinc natum arbitror, id, quod non ſine ingenti animi voluptate deprehendi, nempe apud Græcos Patres, Verbum, Εὐχαριστεῖν, quod propriè ſolum ſonat *gratias agere*, vel *gratitudinem exhibere*, per excellentiam idem eſſe, ac *Euchariſtiæ ſacrificium offerre.* Mitto nunc cæteros, & vnum profero teſtem, multorum inſtar, ſanctum Iuſtinum Martyrem Apolog. 2. pro Chriſtianis circa finem, vbi ſic habet, (interprete Sigiſmundo Gelenio.) *Nos*, &c. *Nos vero ſic ablutum, & inſtitutum*, (loquitur de Neophyto baptizato) *ad fratres, quos vocant, adducimus, Vbi cœtus fiunt, vt tam pro nobis, quam pro recens illuſtrato precemur, quo inueniamur per veram Doctrinam, & bona opera digni obſeruatores mandatorum*, cuſtodeſque; & vt æternam ſalutem aſſequamur poſt precationem nos ſalutemus oſculo mutuo. Deinde affertur præcipuo fratri (nempe ſacerdoti) panis, & calix aqua dilutus, quibus acceptis, laudem, ac gratiarum actionem Patri omnium offert per nomen Filii, ſanctique ſpiritus. Atque ita Euchariſtiam aliquandiu celebrát, poſt preces, & Euchariſtiam, totus cœtus accinit Amen. Abſoluta gratiarum actione Præſulis, & ominatione totius plebis, Diaconi, quos vocamus dant ſingulis præſentibus partem panis, & Calicis diluti, ſuper quos facta eſt gratiarum actio, atque etiam abſentibus deferre ſinunt. Hoc autem alimentum apud nos vocatur Euchariſtia, ad quod nemo admittitur niſi qui credit veram eſſe noſtram Doctrinam ablutus regenerationis lauacro in remiſſionem peccatorum, & ſic viuens vt Chriſtus docuit. Non enim vt vulgarem panem, & vulgare poculum, hæc ſumimus; ſed quemadmodum per verbum Dei caro factus eſt Ieſus Chriſtus ſeruator noſter, Carnem, & ſanguinem pro ſalute noſtra habuit, ſic etiam per Verbum precati onis, & gratiarum actionis ſacratam ab ipſo alimoniam illius incarnati Ieſu, Carnem, & ſanguinem eſſe didicimus. Nam Apoſtoli in ſuis ſcriptis, quæ vocantur Euangelia, ſic ſibi mandaſſe Ieſum tradiderunt, *ſumpto pane, actiſque gratiis dixiſſe: Hoc facite in mei memoriam, hoc eſt corpus meum: Similiter ſumpto poculo, actiſque gratiis, dixiſſe; Hic eſt ſanguis meus, & ſolis ipſis communicaſſe*, &c. Hæc omnia iam olim

clariſſimè tradidit Romanis Principibus & orbi, vir ille ſapientiſſimus, & fortiſſimus Chriſti Martyr vehementer aduerſa Hæreticis Nouatoribus huius æui. Cætera quæ ad nomen Euchariſtiæ pertinent ſatis iam vulgata.

Euchariſtiam vero ipſam idem eſſe Eccleſiæ, quod Orbi ſolem, nemo non videat. Modo illam ſpectet, vel ſeptem ſacramentorum, ſeu totidem Planetarum facile Principem, vel ſingulorum perficientem effectus, vel quidquid in Eccleſia ſpiritalis vitæ, atque vigoris eſt, ſua decorantem gratia, ſua colluſtrantem luce, ſuo calore fouentem. Triplex quoque illud experimentum nimis quàm notum: Vtrumque ſolem ægris nocere oculis, inque ſuos radios audacter intentis: Vtrumque ſanis ac modeſtè aſpicientibus benigne affulgere: Vtrumque ſuo ipſius lumine conſpici. Quocirca de ſacroſanctis Euchariſtiæ Myſteriis, ſiue docendus auditor, ſiue docturus Magiſter, ſiue doctrinam vulgaturus ſcriptor, diuinum ipſum Myſterium cenſui prius mihi ſuppliciter venerandum, eiſdemque inuocandum Verbis, quibus Cælipeta ille Dionyſius Eccleſiaſt. Hierar. cap. 3. Euchariſtici ſolis contemplationem aggrediens eiuſdem ſupplex implorat opem, deprecatur lucem, inquiens; *Tu verò Ω θειότατη. ἱερατελετη! O ſacrum diuiniſſimumque ſacramentum!* mentis noſtræ oculos eximio, nec vmquam obſcurabili lumine comple, quò retectis iis, quæ te ſymbolicè ambiunt, & circunſtant, ænigmatum indumentis, manifeſtum nobis, atque conſpicuum euadas.

Eſt tamen nobis operæ pretium prius agere de ſacrificij eſſentia. Quamuis diſputatio hæc propriiſſime ſpectet ad controuerſias de Religione in 2.2 S. Thomæ quæſt. 85. ſed modò eſt perneceſſaria ad eſſentiam ſacrificij noſtri Euchariſti comperiendam, & à S. Thom. ibi non inſtituitur, nec alibi diſceptatio nobis fuit, ideo præmittitur ex inſtituto.

DISPVTATIO XXI.

De eſſentia, & definitione ſacrificij in communi.

Sectio I. *Sacrificium eſſe actionem ſenſibilem in Dei honorem exhibitam.*
Sectio II. *Non omnem actionem bonam in Dei honorem exhibitam eſſe proprie ſacrificiū.*
Sectio III. *De ratione ſigni in ſacrificio repertâ*
Sectio IV. *Quænam oblatæ rei mutatio ſit de eſſentia ſacrificij.*
Sectio V. *Ad eſſentiam ſacrificij ſpectat phyſica deſtructio rei oblatæ.*
Sectio VI *Qualiter, & à quo principio effectiuè pendeat eſſentialiter ſacrificium.*
Sectio VII. *Sitne eſſentiale ſacrificio inſtitui auctoritate publica, nimirum Dei, vel Reipub. vel Humani Principis.*
Sect. VIII. *Recta definitio ſacrificij in cōmuni.*

EXordium ſumimus à ſacrificio in communi, vt deincepsfacilius ſacrificiū Miſſæ, & vniuerſam Euchariſtiæ materiam perluſtremus.

SECTIO I.

Sacrificium eſſe actionem ſenſibilem in Dei honorem exhibitam.

Satrificium eſt realis Actio, ſine controuerſia.

NOn aſſerimus hanc eſſe integram ſacrificij definitionem, ſed hæc tria prædicata eſſentialia eſſe ſacrificio, quæ eſt communis ſententia. Et quod attinet ad prædicatum actionis traditur ab omnibus Doctoribus dum ſacrificium definiunt. Nam quidam pro genere adhibent cultum Religioſum; alij Actum Religionis, & fere omnes, oblationem. Expreſſius autem, & in propriis terminis traditur à Suarez hoc loco Diſp. 73. ſect. 5. concluſ. 2. Ioanne Baptiſta Scortia de ſacrificio Miſſæ lib. 1. c. 1. n. 1. & Granado hic tract. 14. Diſp. 1. n. 4. & hæc ſit prima huius partis probatio, nempe communis hominum ſenſus ita ſacrificij vocem accipientium, & rationem concipientium. Vnde ſacrificium appellant nominibus actionem ſignantibus; vt Græci θυσίαν τελετὴν, προσφορὰν, id eſt, *mutationem; conſummationem oblationem.* Latini vero immolationem, oblationem, ſacrificium, quod interpretantur ſacri effectionem.

Secunda ſumitur ex authoritate ſpeciali tū Ariſtotelis, qui lib. 6. Politicorum c. 1. inter alia quæ recenſet reipublicæ neceſſaria Primū, inquit, eſſe cultum illum, quē ſacrificiū appellāt. Cultus autē actionē ſignificat. Tū & S. Thom. q. 85. art. 3. in corpore, dicētis: ſacrificiū eſt quidā ſpecialis actus laudē habēs ex eo quod in diuinā reuerentiā fit Et in reſpōſionē ad 3. ſacrificia, inquit, proprie dicuntur quando circa res Deo oblatas aliquid fit &c. Et paulo poſt. Vnde omne ſacrificiū eſt oblatio, ſed nō e cōuerſo.

Tertio: Quia ſacrificiū eſt aliquid trāſiens & per modū viæ; g. conſiſtit in actione. Conſequentia nota eſt. Antecedens probatur, quia ſacrificio deſtinatur, & tribuitur certum tempus, quo tranſacto, tranſit ſacrificiū, non tranſeunte aliqua re ex permanentibus. Secundo quia circa vnam, & eandem rem permanentem fit multiplex ſacrificium; nam omnes concipiunt eſſe eandem rem oblatam in miſſa, & in cruce, & tamen ſacrificium eſſe diſtinctum. Qua ratione S. Aug. ſerm. 44. de Sanctis, circa principium; de vno, & eodem S. Martyre ſic loquitur: *Quot ante mortem pro Deo pertulit ſupplicia, tot ei de ſe obtulit ſacrificia* Tertio quia Euchariſtia, quatenus ſacrificium, in eo diſtinguitur ab Euchariſtia vt ſacramento, quia, vt ſacramentum Euchariſticum, eſt quid permanens, vt ſacrificium, autem, eſt quid tranſiens, ergo &c.

2. Oppones, ſacrificium, & hoſtia ſunt idē, ſed hoſtia conſiſtit in re permanente v.g. in pane, vel pecude, quæ Deo offertur, nō autē in actione tranſeunte; Ergo etiam ſacrificium. Confirmatur

matur, quia in omni ſtatu, & lege verũ agnoſcere ſacrificiũ dicuntur homines de ſacrificio comedere, nõ de actione, ergo ſacrificium in actione non conſiſtit. Roboratur, Quia totum ſacrificium offertur per actionem ac ſe ipſo realiter diſtinctam; ſed actio non offertur per actionem à ſe ipſa realiter diſtinctam; Ergo ſacrificium non eſt actio.

Non eſt idẽ quod Hoſtia, proprie loquendo.

Reſpondetur hoſtiam propriè dictam non eſſe idem, ac ſacrificium; ſed potius realiter ab ipſo diſtingui. Quia per ſacrificium offertur hoſtia, & hæc eſt materia ſacrificii. Cæterùm quia ſacrificium verſatur eſſentialiter circa hoſtiam, & hæc eſt illius materia, & quaſi obiectum, ideo per, tropum hoſtia donatur nomine ſacrificij: ſæpe enim obiectum per metaphoram donatur nomine actus, in ipſum tendentis. Sic à Salomone in Cant. ſponſa dilecta, ſæpe vocatur dilectio. Sic primo Æneidos dicitur mea cura palumbes. Et Chriſtus apud Matthæum, & Ioannem res quæ verbo ſignificatur verbum dicitur. Hoc igitur tropo ſacrificium ſumitur pro re ſignificatâ, dum hoſtia dicitur ſacrificium; dum homines dicuntur de ſacrificiis comedere; dum ſacrificium dicitur offerri per oblationem, ſeu actionem ab ipſo diſtinctam.

3. Senſibilis eſt actio ſacrificia.

Quod attinet ad ſecundam partem; Ratio cur actio ſacrificij ſit actio ſenſibilis eſt quia ſacrificium eſt primus; & principaliſſimus cultus, quo humana reſpublica Deum afficit; proinde eſt cultus Dei apud homines publicus, & externus, ac proinde ſenſibilis. Confirmatur, quia ſacrificium, vt infra videbimus, includit actionem vere deſtructiuam alicuius ſubſtantiæ non ſpiritualis, & ſenſu imperceptibilis; ergo ſubſtantiæ corporeæ, atque ſenſibilis, & conſequenter includit eſſentialiter actionem ſenſibilem.

Obiicies, Poſſibilis eſt ſubſtantia ſpiritualis pure conſtans ex materia, & forma, & vtriuſque vnione, vt nouiſſime concedunt plurimi cum Arriaga. de Ani. Diſputat. 1. ſect. 5. ſed huiuſmodi ſubſtantia per actionem deſtructiuam vnionis poſſet in Dei ultum te ipſa deſtrui, occidi, mactari; ergo propriè ſacrificari: ſed huiuſmodi actio deſtructiua vnionis ſpiritualis eſſet etiam ſpiritualis, ergo ſacrificium in communi non eſt eſſentialiter actio ſenſibilis.

Reſpondebis eam vnionem non fore naturaliter deſtructibilem virtute naturalis agentis creati.

Sed contra; quia ſi non aſſignas repugnantiam in illa ſubſtantiali compoſitione, nunquam repugnantiam aſſignabis in eo quòd deſtrui poſſet virtute naturali ſuperioris Angeli; Et quamuis non poſſet, non ſoluis argumentum; poſſet enim illa vnio diuinitus deſtrui ad præſentiam actionis naturalis, ſpiritualis ab aliquo Angelo elicitæ; ſicut nunc diuinitus deſtruitur tota ſubſtantia panis, & vini ad præſentiam verborum conſecrationis; Ergo poſſet illa ſpiritualis actio in ſacrificium diuinitus inſtitui.

Ideo fortaſſe dices, compoſitionem ex materia, & forma purè ſpirituali eſſe impoſſibilem. Sed neque ſic te expedies: poſſet Deus inſtituere, vt eliciente quolibet ſpiritu creato circa accidens alicuius Angeli actum iſtum ſpiritualem, iſte eſt Seraphinus, deſtruatur Angelus, & ſub eius accidentibus Seraphinus crearetur, idque totum fieret in honorem Dei, vt ſupremi Domini; ergo reperiretur ſacrificium in actione pure ſpirituali conſiſtens.

Quocirca. Reſpondeo conceſſa vel permiſſa illius ſubſtantiæ poſſibilitate per naturales etiam creati agentis vires deſtructibilis, idque actione pure ſpirituali; iſtam quidem poſſe diuinitus inſtitui in Dei cultum, atque etiam, ſi velis, in ſacrificium Angelicum, ſeu pro republica Angelica; non autem pro humana, de cuius ſacrificiis dumtaxat loquimur. Similiter enim in materia de ſacramentis aſſeruimus, inſtitui poſſe ſacramentum pure ſpirituale pro Angelis; non autem pro hominibus.

Sicut de facto pro republ humana eſt inſtituta.

5. Et in Dei honorem immediate.

Tertia concluſionis pars non ſolum continet ſacrificium eſſe actionem exhibitam in honorem Dei vtcunque, ſed immediate. Probant nonnulli quia alioqui benedictio templi, vel altaris, & ſolutio decimarum, & aliæ eiuſmodi actiones eſſent proprie ſacrificia. Sed contra. Quoniam benedictio templi vel altaris non continet deſtructionem, ad ſacrificium requiſitam, & idem eſt de pleriſque actionibus, quas iſti obiiciunt: male igitur aſſertionem probant ab incommodo.

Solida eſt probatio; Quia ſacrificium eſt ſupremus latriæ perfectæ cultus, ſed hic exhibetur Deo immediate, ergo & ſacrificium. Maior claret, quia ſacrificium exhibetur Deo in ſignificationem noſtræ ſubmiſſionis erga ipſum, vt autorem vitæ, & mortis, idque per actum perfectiſſimæ adorationis; ſed perfectiſſima adoratio eſt propria, & immediata locutio adorantis cum adorato, vt in materia de Incarnatione declaratum eſt, ergo ſacrificium eſt immediata locutio cum Deo, & conſequenter actio quædam immediate exhibita in eius honorem.

Obiiciet aliquis. Gentilos habebant veros ſacerdotes, & vera ſacrificia; hæc autem non exhibebantur in cultum Dei, ſed Dæmonis, aut falſorum Deorum, ergo non eſt de ratione ſacrificij, vt exhibeatur in cultum Dei. Reſpondebis ſacerdotes gentilium non fuiſſe propriè ſacerdotes, ſed adumbratos, nec vera obtuliſſe ſacrificia ſed adumbrata, & ſimulata, quales erant Dij quibus offerebantur. Et quidem in hac reſponſione nihil abſurditatis inuenio; pro qua poſſemus addere quod S. Thomas, omneſque Theologi concedunt, omne ſacrificium eſſe effectionem rei ſacræ; inter gentiles autem non videtur fuiſſe effectio rei ſacræ, ſed profanæ, & execrandæ. 6.

Obiectio ex ſacrificiis Ethnicorum ſoluitur.

Quia ſacrificia illa adumbrata, ſicut dij illi ſunt ficti, & falſi.

Quia tamen hæc reſponſio communi Doctrinæ aduerſatur, & nos ipſi in tomo de Incarnatione tradidimus poſſe veram adorationem exhiberi Deo falſo; & ſacrificium vt diximus, eſt adoratio; propterea neceſſe eſt concedamus inter gentiles fuiſſe veros ſacerdotes, & iſtorum vera ſacrificia. Sed addimus ſacrificium eſſe in Dei cultum id eſt continere cultum vere diuinum, illum ſcilicet, qui ſoli Deo competit, nempe ſignificationem noſtræ ſubmiſſionis erga habentem dominium vitæ, & mortis, vt infra declarabitur. Quod autem hoc dominium gentiles tribuerent non habenti non auferebat rationem veri ſacrificij: quemadmodum ſi quis exiſtimans hunc priuatum hominem regem eſſe, pro rege illum coleret cultum vere regium illi exhiberet, & in hoc ſenſu ſacrificium gentilium dici poterat effectio ſacri, nempe deſtructi, vel

Quia continent verum cultum illum, qui ſoli Deo cõpetit.

vel immutati actione continente cultum ſoli Deo congruentem. Aliter reſpondet Lugo de Euchariſtia diſputatione 19. ſect. 1. num. 13.

SECTIO II.

Non omnem actionem bonam, & in Dei honorem exhibitam eſſe proprie ſacrificium.

7. HÆc fuit ſemper communior exiſtimatio; & eſt hodie celebris aſſertio Catholicorum, contra omnes noſtri temporis Nouatores, qui ſicut ad obſcurandum, & deſtruendum verum, atque vnicum catholicæ Eccleſiæ ſacerdotium aiunt, omnes fideles eſſe proprie ſacerdotes; eadem vtuntur calliditate ad euertendum verum, & vnice proprium ſacrificium euchariſticum nouæ legis, aſſerentes omnem actionem bonam, & honeſtam; præſertim ſi in Dei honorem & cultum exerceatur, eſſe proprie ſacrificium: memores forſan illius verſiculi:

Cui nemo malus eſt, quis bonus eſſe poteſt?

Impugnatur primo vel ex ipſis gentilibus, nam iſti certo ſibi perſuadebant Deos ſuos bonos operibus, & oblationibus in eorum cultum exhibitos verè honorari, placari propitiari, & eiſdem tanquam gratiarum actionibus oblectari, vt in ipſorum libros paſſim inuenitur; atque gentiles exiſtimabant non omnes eiuſmodi actiones eſſe proprie ſacrificia ergo &c. Minor oſtenditur quia proprie ſumptum ſacrificium nullum vſquam homines exiſtimarũt offerri, niſi à ſacerdote proprie ſumpto; ſed inter gentiles non omnes, qui prædictas actiones exercebant cenſebantur eſſe proprie ſacerdotes; ſed illi dumtaxat, qui vel ſorte, vel ſuffragiis, vel aliâ ratione publice eligebantur; ergo neque omnes eiuſmodi actiones exiſtimabantur eſſe proprie ſacrificia.

Actio & oblatio honorifica Deo latius patet, quam ſacrificium.

8. Secundo impugnatur ex lege naturæ; nam illa ipſa gentilium exiſtimatio, ritus, & conſuetudo habuit exemplar perſpicuum tempore legis naturæ in Dei populo ad cuius imitationem ſine dubio extitit; in lege namque naturali non omnes homines, quamuis fideles erant ſacerdotes; ſiquidem Gen. 14. Melchiſedech introducitur proferens panem & vinum ſacrificandum, ſcilicet in Dei honorem, & gratiarum actionem pro victoriis Abrahamo conceſſis; redditurque ratio, *Erat enim ſacerdos Dei altiſſimi*. At ſi omnes illius legis homines proprie ſacerdotes eſſent, inepte fuiſſet addita eiuſmodi ratio; fuit autem addita conſultiſſime: tum ob alias cauſas, tum ob duas, vt exiſtimo, ad inſtitutum noſtrum ſpectantes: vnam vt Melchiſedech ille cum ibi dicatur eſſe rex, non putaretur in oblatione panis & vini functionem alienam, & propriam ſacerdotum vſurpaſſe, quod in lege ſcripta poſtea tentauit Ozias Iudæorum rex; alteram & ex priori conſequentem, ne quis putaret oblationem illam non fuiſſe ſtricte ſacrificium, tamquam non exhibitam à legitimo ſacerdote. Igitur ex ipſa lege naturæ conſtat non omnem actionem bonam etiam ſenſibilem, & in Dei cultum exercitam proprie ſacrificium eſſe.

Tertio impugnatur ex lege ſcripta, nam ſcriptura illius temporis aperte diſcriminat ſacrificia ab aliis bonis operibus Deo honorificis 1. Reg. 15. *Melior eſt obedientia, quam victimæ.* Oſeæ 6. *Miſericordiam volo & non ſacrificium*: atqui vel obedientia, vel eleemoſyna in Dei cultum elicita ſi eſſet proprie ſacrificium inepte diſtingueretur à ſacrificio; Ineptiſſime vero diceret quiſpiam obedientiam, & eleemoſynam ſi non exerceantur in Dei cultum non eſſe ſacrificia, Deum autem tunc noluiſſe, vt in ſui cultum exhiberentur, vt per ſe patet. 9.

S.S diſcriminat ſacrificiũ & actũ obedientiæ.

In eadem lege Moyſis omnes fideles exercere poterant & exercebant honeſtas actiones in honorem Dei; atqui non illi omnes erant ſacerdotes, ſed ſolum qui erant de tribu Leui; vt paſſim habetur in diuinis litteris, ergo, &c. Denique lex ipſa Moyſis diſtinguit à propriis ſacrificiis plurimas oblationes in Dei cultum exercitas, vt pſal. 39. Sacrificium, & oblationem noluiſti. Vnde primogenita hominum proprie offerebantur Deo non autem ſacrificabantur, ergo &c.

Quarta impugnatur ex ipſa gratiæ lege, ex qua Vazquez diſputatione 83. cap. 1. num. 3. ita diſſerit. In Eccleſia Dei poſt mortem Chriſti nullum aliud eſt proprium ſacrificium, niſi corporis & ſanguinis ipſius; at ſi quælibet actio in Dei honorem elicita proprium eſſet ſacrificium ſequeretur nullum huiuſmodi eſſe in Eccleſiâ, ne plura dicerentur eſſe ſacrificia, quod eſt abſurdum, ergo non quælibet eiuſmodi actio proprium ſacrificium eſt. Maiorem autem illam in Eccleſia Dei vnicum ſacrificium proprium eſt non vult probare Vazquez, vt aliqui Recentiores probant, teſtimoniis SS. Patrum, eo ſcilicet quod teſtimonia obſcura ſint, & res alioqui notiſſima. 10.

Ex P. Vaſquez argumentũ contra Hæreticos.

Cæterum in hoc ſyllogiſmo non videtur meminiſſe Vazquez controuerſiam ſibi eſſe cum hæreticis, quatenus aſſerentibus, omnem actionem in Dei cultum exhibitam eſſe in Eccleſia Dei verum ſacrificium, delinquit enim argumentatio in ambabus præmiſſis; nam pro maiori tanquam rem notiſſimam proponit contradictoriam illius, quam impugnat, quo manifeſte petit principium & petit vt rem notiſſimam. Pro minori vero iſtam habet, ſi omnis huiuſmodi actio eſſet proprium ſacrificium nllum tale eſſet in Eccleſia, ne ſcilicet eſſet multiplex ſacrificium proprium, quod eſt abſurdum ſic argumentor. Vel eſt abſurdum nullum in eccleſia Dei fore proprium ſacrificium, & hoc eſt quod hæretici clam moliuntur, dum nullam actionem in Dei cultum exhibitam à propria ratione ſacrificij repellunt, vt initio ſectionis aduerti, Vel abſurdum eſt eſſe in Eccleſiâ Dei multiplex ſacrificium propriũ, & hoc ipſum eſt quod hæretici palam dicunt, nempe in Eccleſiâ Dei multiplex eſſe proprium ſacrificium, Ergo in minori, eiuſque probatione, vel pro abſurdo colligitur illud, quod hæretici maxime volunt, vel principium petitur.

Deficit vtrũ illius argumentatio.

Sit ergo quarta impugnatio quia in lege gratiæ non omnes fideles ſunt proprie ſacerdotes, nec omnes actiones, quantumuis honeſtæ, & externæ quas in Dei cultum quiſque fidelium exhibet proprie ſacrificia ſunt. Conſequentia patet ex antea dictis antecedens oſtenditur ex libris compluribus, quos in omni ſæculo antiquioris Eccleſiæ de ſacerdotio 11.

Doctrina catholica probatur rationibus validiſſimis.

ſacerdotio illius conſcripſere Patres, vbi iam aperte ſupponunt; iam conceptis verbis affirmant eiuſmodi ſacerdotium eſſe paucorum, & paucis, ac ſolutis viris conferendum, & propter eum finem ſolum dabatur ætate prouectis; vnde illis quibus conferebatur vocabantur preſbyteri, & ſeniores. Addit alicubi S. Auguſtinus initio naſcentis Eccleſiæ non fuiſſe vocatos ſacerdotes, ne vel in hoc nomine apud Iudeos celeberrimo cum ipſis conueniremus: Quæ etiam fuit cauſa vt Primario ſacerdotes non appellarentur Pontifices, ſed Epiſcopi; ne ipſe Chriſti populus vocaretur ſynagoga ſed Eccleſia.

12. Quinto impugnatur, quia multa requirantur ad ſacrificium quæ non requiruntur in qualibet actione honeſta; in Dei cultum exhibita, ergo &c. Antecedens probant Recentiores cum Vaſquez vbi ſupra quia ſacrificium, auctore S. Thoma eſt actus proprius virtutis Religionis, ſed non omnis actus in Dei cultum exercitus eſt proprius actus virtutis Religionis, ergo nec ſacrificium. Hanc tamen probationem facile eludent Hæretici, nam vel ſancti Thomæ contemnent auctoritatem; vel n admittant dicent ab actu elicito Religionis imperari multiplicem actum in Dei honorem, & actum imperantem eſſe proprie ſacrificium tanquam actionem ſacrificandi; imperatum autem eſſe ſacrificium minus proprie, nempe materiam ſacrificij, cumque imperans & imperatus moraliter conſtituant vnum, id ſufficere, vt omnis actus bonus in Dei cultum exercitus, ſi adæquate ſpectetur, proprie ſacrificium ſit, ſicut aggregatum ex actu interno elicito à virtute eleemoſynæ; & ex altero largitionis externæ per internum imperato, tale inquam aggregatum ſi ſpectetur adæquate proprie dicitur, & eſt actus eleemoſynæ.

13. Suadetur ergo antecedens; Quia ad propriũ ſacrificium ſicut requiritur cauſa efficiens, quæ ſit proprie ſacerdos, ita requiritur cauſa materialis, ſeu materia permanens, quæ in Dei cultum deſtruatur Item requiritur locus ad id conſecratus, vt ſacellum, vel templum & in eo altare, ſacrificio ſuſtinendo per aliquam conſecrationem deputatum. Vnde apud Hebræos ſacrificare idem eſt quod facere, Aſcendere, id eſt, in altari attollere: & apud Græcos ſicut ſacrificium, θυσία: ſic altare dicitur βῶμα, & apud omnes omnino nationes hæc omnia tanquam per ſe nota ſemper habita ſunt; & vſu ipſo comprobata; ſed ad eliciendas plurimas actiones honeſtas externas & in Dei honorem non requiruntur hæc omnia, vnde ſine his illæ ſæpius exercentur; Ergo plurima requiruntur ad proprium ſacrificium; quæ in eiuſmodi actionibus non reperiuntur.

Quia ſacrificium habet locum deputatum.

Et nomen proprium.

Sexto impugnantur deſtructione duplicis fundamenti, cui innituntur. Prius eſt quia diuina ſcriptura laudationem Dei externam, & contritionem cordis vocat ſacrificium Deo acceptabile: & actum eleemoſynæ & Charitatis hoſtiam propitiatoriam nempe Pſal. 49. *Sacrificium laudis honorificabit me*, & Pſal. 50. *ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus*; & Hebr. 13. *Beneficentiæ, & communionis nolite obliuiſci; talibus enim hoſtiis promeretur Deus.*

14. Argumen. Hæreticor. euertitur.

Contra. Quia ſenſus eſt per hæc opera certius acquiri illud quod olim per ſacrificia cruenta quærebatur, vnde fit hæc opera non dici proprie ſacrificia. Sic dicitur Chriſtus Agnus Dei, qui tollit peccata mundi: Præſtantius ſcilicet quam agni, qui olim ſacrificabantur, non tamen inde fit Chriſtum eſſe proprie, ſed metaphorice agnum. Siquidem Chriſtus de ſe ipſo dixit ego ſum vitis vera, & vos palmites, quia ſcilicet influebat in animos Apoſtolicos præſtantius quam vitis in palmites. An igitur ideo Chriſtus eſt proprie vitis.

Alterum accipiunt ex Aug. lib. 10. de Ciuit. cap. 6. cuius eſt titulus. *De vero, perfectoque ſacrificio.* Principium autem cap. eſt: *Proinde verum ſacrificium eſt omne opus*, quod agitur, vt ſancta ſocietate inhæreamus Deo; relatum ſcilicet ad illum finem boni, quo veraciter, beati *eſſe poſſimus.* Sed contra, nam Auguſtinus in his verbis, & in toto illo & præcedenti capite ſacrificium verum appellat omne opus bonum relatum in Deum, ſiue tanquam in ſummum bonum in ſe, ex affectu Charitatis erga illum: ſiue tanquam in ſummum bonum noſtrum ex affectu fruendi ipſo in æternum, vbi nulla eſt mentio relationis in Dei cultum vel honorem; ergo, ſi Auguſtini verba ſtricte capienda ſunt plus probant quem Aduerſarij contendunt. Loquitur ergo de ſacrificio minus propie ſumpto, & in eodem ſenſu, quo ſcriptura in præteritis teſtimoniis; nam iis omnibus Auguſtinus vtitur: & opus miſericordiæ dicit eſſe ſacrificium.

S. Auguſt. explicatur de ſacrificio late, & minus proprie ſumpto.

SECTIO III.

De ratione ſigni in ſacrificio reperta.

IN confeſſo eſt apud omnes Theologos ſacrificium, vt etiam ſacramentum eſſe in genere ſigni: ſicut autem agentes de ſacramentis in communi diximus, ſacramentum eſſe ſignum ad placitum, & reduplicatiue quatenus ſacramentum eſſe ſignum naturale; vtrumque de ſacrificio nunc aſſerimus; quia ſacrificium eſt actio quædam, quæ non ex ſe, ſed ex inſtituto dirigitur in Dei honorem. Proinde ſimpliciter eſt ſignum ad placitum reduplicatiue autem vt ſacrificium eſſe ſignum naturale, quia ſignum naturale eſt illud quod ex ſe, & naturaliter ſignificat; ſed ſacrificium vt ſacrificium ex ſe, & naturaliter ſignificat; nequit enim cognoſci, vt ſacrificium, quin cognoſcenti repræſentet ſupremam Dei poteſtatem ad quam ſignificandam inſtitutum eſt, ſicut ramus appenſus vt ſignum vini venalis apprehenſus, non poteſt non illud apprehenſori ſignificare. 15.

Sacrificium d. in genere ſigni ex inſtituto ſignificans.

Difficultas eſt cuius rei ſacrificium ſit eſſentialiter ſignum. Suppono primo non eſſe eſſentialiter ſignum explicitum humanæ imbecillitatis, quæ dici ſolet propenſio; vel facilitas ad peccandum. Ratio eſt quia ſine formali reſpectu ad illam imbecillitatem poteſt reperiri integra conſtitutio ſacrificij. Conſequenter iſtud non eſt eſſentialiter ſignum explicitum humanæ imbecillitatis conſiſtentis in eo quod homines non ſibi ſufficiant. Explicitum dixi, nam virtuale, vel implicitum ſignum vtriuſque rationis eſt ſacrificium, & poſterioris rationis fere explicitum, vt videbimus. 16.

Non quidem expreſſe humanam infirmitatem.

Suppono ſecundo cum omnibus Doctoribus ſacrificium eſſentialiter eſſe ſignum ſupremi Dominij diuini, etenim eſt quaſi tributum,

Sed dominium Dei ſupremum in vitam & in mortē

quod ipſi Deo pendimus in ſignum agnitionis talis dominij: ad eum fere modum, quo dominus vtilis coram domino directo ſolet actionem aliquam exercere, qua profitetur agnoſcere directum dominium illius.

17. Suppono tertio cum eiſdem ſacrificium non eſſe ſignum dominij præciſè ſumpti, ſed explicite vt dominij in vitam, & mortem vel aliquid huic ſimile vel connexum. Probatur, ſupremum Dei dominium præciſè ſpectatum, per alias actiones, quæ ſacrificia non ſunt ſignificari ſolent. Deinde, quia ſacrificium vt infra probabitur non eſt qualiſcunque oblatio, ſed oblatio deſtructiua rei, quæ offertur; talis vero actio non debuit inſtitui ad ſignificandum Deum, vt ſupremum dominum præciſè, ſed etiam ad expreſſe ſignificandum vt habentem dominium in vitam, & mortem, vel aliquid ſimile ad quod immediate ſignificandum huiuſmodi actio quatenus deſtructiua commodiſſime referatur.

Vaſquez disputatione 220. cap. 30. num. 22. negat eſſe de ratione ſacrificij ſignificare noſtram internam ſummiſſionem erga Deum; docet autem adorationem, & ſimplicem oblationem, & ſacrificium ita diſtingui inter ſe, vt adoratio ſit nota noſtræ ſummiſſionis erga diuinam excellentiam, oblatio ſimplex ſit tantum nota diuini dominij in omnes creaturas, ſacrificium autem ſit ſignum omnipotentiæ Dei tanquam dominum vitæ, & mortis. Suaderi poteſt quia per iſtam ſignificationem ſufficienter diſtinguitur ſacrificium ab omni illo quod ſacrificium non eſt; ergo per iſtam conſtituitur adæquate; ideoque nullam aliam eſſentialiter includit.

18.

Significat etiam internam ſubmiſſionem noſtram.

Affirmo ſacrificium eſſentialiter eſſe ſignum internæ noſtræ ſummiſſionis erga Deum. Ita Suarez diſputatione 63. & ſect. 3. concl. 1. & ſect. 6. præſertim 9. *ex qua colligi poteſt.* & Lugo diſputatione 19. ſect. 1. num. 3. non quidem id probans, ſed pro certo ſtatuens. Et primo ex Auguſtino lib. 10. de Ciuitate c. 5. dicente, *ſacrificium ergo viſibile inuiſibilis ſacrificij ſacramentũ, id eſt ſacrũ ſignũ eſt.* quaſi dicat eſſe ſacrificium ſignum illius actus interni, quo nos ipſos Deo ſubmittimus. Secundo ex ſententia S. Thomæ 2. 2. quæſt. 85. art. 2. initio corporis, *Oblatio ſacrificij fit ad aliquid ſignandum; ſignat autem ſacrificium, quod offertur exterius ſpirituale ſacrificium, quo anima ſe ipſam offert Deo.* Et paulò poſt, *Anima autem ſe offert Deo in ſacrificiũ ſicut initio ſuæ creationis, &c.*

Eſſentialiter eſt cultus Dei.

Tertio quia ſacrificium eſſentialiter eſt cultus Dei, ſed cultus eſſentialiter eſt ſignum internæ ſubmiſſionis erga illum cui defertur, vt in materia de ordine dicitur; ergo ſacrificium eſſentialiter eſt ſignum noſtræ internæ ſubmiſſionis erga Deum. Quarto deſtructione fundamenti Vazquez, nam etſi reperiri poſſit adoratio, quæ non ſit oblatio, & oblatio, quæ non ſit ſacrificium, non tamen ſacrificium quod non ſit & oblatio, & adoratio, cum ſacrificium ſit eſſentialiter Dei cultus, & proinde adoratio, vt nunc diximus.

19. Quidam Recentiores ſic fere Vazquium impugnant. Oblatio ſicut ſacrificium, autore Vazquez, eſt eſſentialiter ſignum dominij in omnes creaturas, ergo & ſubmiſſionis erga Deum exiſtentis in ipſo qui offert, vel ſacrificat. Dum enim ſignificat Deum habere dominium in omnes creaturas, etiam ſignificat habere dominium in ſe, vt pote vnam illarum; ergo ſignificat ſubmiſſionem ſuam erga illam, vt vniuerſalem dominum. Nulla tamen eſt illatio, quia poteſt quis formaliter velle, vt actio quam exercet ſignificet Deum eſſe dominum omnium creaturarum, & nolle vt ſignificet actum ſubmiſſionis in aliqua illarum exiſtentem: ſicut enim poteſt efficere actionem illã, quin ſubmittat ſe Deo per affectum; ſic poteſt illam efficere quin vellit eiuſmodi ſubmiſſionis affectum ſignificare. Aliud enim eſt Dei dominiũ in creaturas etiam rationales, & aliud affectus actualis, quo iſtæ ſe Deo ſubmittunt; hunc ſignificat adoratio Dei; non enim eſt opus, vt eum ſignificet actio exteriùs exhibita ad ſignificandum Dei dominium in omnes creaturas, nempe illud quod offert.

20.

Deſtructio rei ad ſignificandũ dominium Dei in omnes creaturas nõ eſt propriè ſacrificium & cur?

Fateor actionem deſtructiuam alicuius rei ad ſignificandum ſupremum Dei dominium in omnes creaturas non fore ſimplicem oblationem, quia hæc non exigit oblatæ rei deſtructionem; nego tamen fore ſacrificium, quia non foret Dei cultus. Si quæras quinam eſſet ille actus? dicam eſſe talem, qui neque ſiſtat in oblatione merâ neque pertingat ad ſacrificium. Sic actus, quo aliquis homo tum ſolis hominibus loquens diceret Fateor me interdum habere affectum ſubmiſſionis erga Deum tanquam ſupremum dominum, iſte inquam actus, vt alibi contra Lugum oſtendi eſſet Dei cultus, & non adoratio, quia non eſſet locutio cum Deo: ob quem defectum, eſſet actus medius inter puram ſignificationem excellentiæ diuinæ, & veram Dei adorationem; nam hæc eſt actus Deo ſignificans internam ſubmiſſionem erga ipſius excellentiam, & ſic ſoluta manet ratio quam pro Vazquez attulimus.

Communis fere eſt huius temporis ſententia per ſacrificium ſignificari ſubmiſſionem erga Deum, vt ſupremum dominum non præciſè vt talem, ſed expreſſe vt habentem dominium, in vitam, & mortem, & per hoc impleri ſignificationem eſſentialem ſacrificio in vniuerſum; tum quia multum congruit, cum actione ſacrificandi; tum quia valde communis, tum demum quia ſacrificium vt ſic videtur integre conſtitutum, & diſtinctum à non ſacrificiis, in ratione ſpeciali, & propriâ ſigni ſacrificij per eiuſmodi ſignificationem. 21.

Examinatur opinio P. Lugo.

Huic ſententiæ non obſcure opponitur Ioannes de Lugo diſputatione 19. ſect. 1. nu. 5. & 4. docens ſacrificium eſſentialiter eſſe proteſtationem, qua profitemur, nos habere totum noſtrum eſſe à Deo, & ideo Deum eſſe dignum, vt in eius honorem noſtra vita, & noſtrum idem eſſe conſumatur, atque deſtruatur. Et quoniam id regulariter non licet ideo pro noſtra vita deſtrui vitam, & entitatem alterius rei: proteſtando ſcilicet quod eodem modo noſtram vitam offerremus, & deſtrueremus, ſi licitum, & expediens eſſet. Pro hac ſententia tria dicit Lugo. Primum eſt, eam inſinuari ab Euſebio Cæſarienſi lib. 1. Demonſtrationis euangelicæ, cap. vltimo: eum tamen ab hoc Autore ſæpius, & palam aſſeratur, & fuſe probetur. Secundum eſt eam ſignificationem, & proteſtationem eſſe Deo digniſſimam & naturali lumini conformem. Quod non in omni ſacrificio verum eſſe ſtatim oſtendam. Tertium eſt, ab omnibus vbique gentibus

bus vſu habitam, vt Deum ſupremo cultu venerarentur. Sed hoc abſque fundamento dicitur, quia talem proteſtationem reperiri in omni ſacrificio nullus vnquam ſignificauit.

21. Suaderi tamen poteſt hæc ſententia primo ex Geneſ. 22. vbi cum Abrahamus, Dei iuſſu, ſacrificare vellet filium ſuum, hoc eſt, quaſi ſe ipſum pro ipſo fuit ſuffectus, & in holocauſtum oblatus aries. Secundo ex lege illa Leuitici præcipiente, omnem primogenitum offerri Deo, & pro primogenito hominis ſubſtitui certum pretium, & pro primogenito a[n]imi ouem. Tertio probat Euſebius ex verbis illis Leuitici 17. iuxta ſeptuaginta. *Anima carnis ſanguis eius eſt, & ego dedi vobis ſanguinem in altari ad expiandum pro peccatis veſtris, & ſanguis pro anima piaculum ſit.* Quarto idem probat, quia in Leuitico præcipitur, vt qui ſacrificat manum imponat victimæ, quaſi conſtituens vnum cum illa, & quæ in ipſius locum ſubſtituitur. Addi poteſt illud Latini Poetæ.

Cum ſis ipſe nocens, moritur cur victima pro te?

Et ea admittit non tamen in omnibus ſacrificiis verũ habet.

Cæterum hæc egregie probant aliquod ſacrificij genus eſſentialiter includere ſignificationem iſtam, nempe illud quod offertur pro peccatis, cum propter hæc, meretamur mortem. Cæterum in pleriſque aliis ſacrificiis, vt impetratoriis, & gratulatoriis, non eſt cur hæc inuoluatur ſignificatio, ac proinde non eſt neceſſaria ſacrificio in vniuerſum, & eſſentialiter conſiderato.

23. Non eſt eſſẽtialis ſacrificio vt ſic ſignificatio Myſtica Alterius ſacrificij.

Quæ res an ei ſit eſſentialis ſignificatio myſtica, nempe ſignificatio alterius ſacrificij, vt cruenti, quod obtulit Chriſtus in cruce, vel incruenti, quod in extrema cœna. Reſpondeo cum communi ſententia negando, quia licet nunquam eſſet futurus Chriſtus potuiſſent homines verum offerre ſacrificium: Confirmatur, quia ſacrificium communiter cenſetur de iure naturæ, ſed myſtica ſignificatio ſacrificij vel ſacrificiorum Chriſto non eſt naturalis, neque de lege naturæ; vt per ſe patet, ergo ſine iſta conſiſtere poteſt verum, propriumque ſacrificium.

24. Verum autem de facto omnia vetera ſacrificia myſticam iſtam ſignificationem habuerint alia quæſtio eſt, in qua libenter affirmo cum ſancto Thoma, quamplurimis in locis, quæ videri poſſunt in tabula, verbo ſacrificium. num. 21.24.25. Idem expreſſe tradit Euſebius ſupra, & communiter recentiores, ſatiſque perſuadet Paulus, dum ait legem & ceremonias antiquas fuiſſe pædagogum, qui ducebat pueros ad magiſtrum Chriſtum: fuiſſe etiam Chriſti vmbram, ac proinde qualemcumque imaginem Chriſti. Ideoque illis hominibus omnia in figura contigiſſe.

Hæc vero conuenit ſacrificiis omnibus antiquæ legis.

SECTIO IV.

Quænam oblatæ rei mutatio ſit de eſſentia ſacrificij.

25. EXploratiſſimum fuit ſemper in omni natione, & lege, & nunc eſt inter Catholicos aduerſus recentiores Hæreticos; per ſacrificium debere fieri deſtructionem aliquam rei, quæ offertur, eſtque ratio clara. Quia ſacrificium eſſentialiter diſtinguitur ab omni oblatione ſimplici: ſed non ita diſtinguitur, niſi per eiuſmodi deſtructionem rei oblatæ, ergo eſſe taliter deſtructiuum ipſius, de ratione ſacrificij eſt. Minor conſtat, quia per multiplicem oblationem ſimplicem offertur, & ſacratur Deo res aliqua, verbi. G. templum, & ara: & homo renuntians mundanis pompis, & religioſum ſtatum aſſumens in Dei honorem & alia id genus, quæ ſacrificia non ſunt, quia non deſtructiua rei oblatæ.

Deſtructio aliqua rei oblatæ eſſentialiter requirit.

Dices ideo ſacrificia non eſſe, quia non ſunt ad ſignificandam ſubmiſſionem erga Deum, vt autorem vitæ, & mortis. Contra primo, quia plures illarum oblationũ poſſunt ad hoc fieri, præſertim aſſumptio religioſi ſtatus, qui apud veteres Patres ideo fortaſſe vocabatur abſolute Philoſophia quaſi Meditatio mortis. Contra ſecundo, quia ſi plures earum oblationum non ſiunt ad ſignificandam ſubmiſſionem erga ſupremum Dominum vitæ, & mortis ex eo prouenit, quod non aptæ ſunt ad eam ſignificationem, atqui ideo non ſunt aptæ, quia non deſtructrices rerum oblatarum, ergo &c.

Vulgaris eſt obiectio fuiſſe quondam aliqua vera ſacrificia non deſtructiua rei oblatæ, ergo falſa eſt aſſertio. Communiter negatur antecedens, quia bona cenſetur conſequentia. 16.
Quam reſponſionem, vt ingenue fatear, non ſatis intelligo, quia communis aſſertio non ait, ſacrificium eſſentialiter eſſe actionem ſimpliciter deſtructiuam rei oblatæ, ſed aliquo modo deſtructiuam, hoc eſt, proprie, vel metaphorice; phyſice, vel myſtice; totaliter, vel partialiter; inchoatiue, vel conſummatiue: nam verba illa, *ſaltem aliquo modo*, omnes iſtos ſenſus admittunt; & in quacumque talium deſtructionum vera euadunt: atqui nullum ſacrificium profertur ex antiquis legibus, quod aliquo ex his modis non fuerit deſtructiuum rei oblatæ, ergo, &c. Minor patet in exemplo difficillimo, nempe oblatione panum propoſitionis, nam iſti per oblationem myſtice deſtruebantur; quia conſtituebantur ſigna mutationis, & deſtructionis phyſicæ quam panis in Euchariſtia ſubit; vt nunc Chriſtus ipſe dicitur myſtice deſtrui in altari, quia repræſentat ſui deſtructionem in cruce: Tum etiam, quia panes illi, de laicis fiebant ſacri, & ſoli ſacerdotum vſui deſtinabantur; proinde myſtice moriebantur, ſicut modo dicitur mori quis moraliter, dum ſtatum religioſum ſuſcipit.

Difficultas eſt an ſacrificium eſſentialiter includat actionem phyſice deſtructiuam rei oblatæ? 17. Qualis debeat fieri.
Vbi non eſt ſenſus an virtute phyſica ſacrificij debeat deſtrui phyſice res oblata; ſicut virtute phyſica lethalis vulneris homo phyſice perimitur, ſed vtrum actio ſacrificandi debeat eſſe cauſa, ſeu phyſica, ſeu moralis, vt res quæ ſacrificatur phyſice deſtruatur, nam & homo poteſt, & ſolet vtrouis modo manere phyſice deſtructus ſcilicet virtute phyſica percuſſionis, gladio, vel aliter factæ vel virtute morali verbi alicuius acerbiſſimi, & Principis ore auditi, vel grauiſſimæ contumeliæ, aut infamiæ. Nec verò dubium eſt quin, ſi homo ſacrificandus eſſet, poſſet per eiuſmodi actionem ſacrificari.

In

P. Vaſq. non ſatis explicat.

In hac difficultate Vazquez diſputatione 220. cap. 3. num. 25. & duobus ſequentibus, vel ſimul affirmat, & negat, vel implicatiſſime loquitur. Definit enim ſacrificium in communi Mutationem rei, quæ Deo offertur; nomine autem mutationis intelligit realem deſtructionem. Nam cum ſibi obieciſſet, Chriſtum in altaris ſacrificio phyſice non deſtrui, reſpondet duplex eſſe ſacrificium, vnum abſolutum, quale Chriſtus obtulit in cruce. alterum commemoratiuum alterius ſacrificij, quale eſt Euchariſticum ſiue incruentum, quod eſt cruenti commemoratiuum. Cum autem dicimus (ſubdit Vazquez, ad veram rationem ſacrificij pertinere immutationem rei quæ offertur, intelligendum eſt ita, vt res illa, ſaltem abſoluto ſacrificio, licet non commemoratiuo mutetur.

Contra quia de ſacrificio in communi pronuntiat, & definit Vazquez, eſſe rei oblatæ phyſice deſtructiuum, atqui negat huiuſmodi eſſe ſacrificium incruentum, ergo ſimul negat, & affirmat, vel certe tam implicate loquitur: vt qui definiret hominem rationalem, & contenderet hanc definitionem communem eſſe homini viuo, & picto. Vt autem hoc verum ſit ſufficere, vt hac ratio reperiatur in homine abſoluto, ſiue viuo, non autem requiri, vt reperiatur in homine picto, ſeu repræſentatiuo. Quem Autorem in hac parte fuſius fortaſſe refellam dum inquiram eſſentiam ſacrificij Miſſæ.

18. Neque Suarez debet.

Suarez vero diſputatione 73. ſect. 5. præſertim §. *Quidam vero*, docet ſufficere ad ſacrificium, ſi per illud res oblata aliquo modo immutetur, & vehementer admiror, quod P. Vazquez ſupra num. 15. contradictionis notet hunc Doctorem; quaſi requirentem ad ſacrificium in communi phyſicam rei oblatæ deſtructionem, & hanc excludentem à miſſæ ſacrificio. Suarez enim, ad ſacrificium in vniuerſum ſolam exigit mutationem aliquam, & hanc in miſſæ ſacrificio non negat. Cæterum neceſſe eſſe, vt res oblata phyſice conſumatur nulla, inquit Suarez ſufficiente neceſſitate, aut ratione fingi poteſt. Sed non id fingi, ſed cum fundamento dici, ſtatim conor oſtendere ſect. ſequenti.

19. Neque alij diſcriminantes duplex genus ſacrificiorum.

Aliorum eſt ſententia, vim deſtructiuam rei oblatæ pertinere ad eſſentiam ſacrificij ſæpe, ſed non ſemper. Quod ita declarant: interdum res ita corrumpitur, vt ex ea naſcatur aliquid ipsâ dignius, & aptius, vt Deo offeratur, qua ratione in Euchariſtia deſtruitur ſubſtantia panis, & producitur ſubſtãtia Chriſti, & quando thus incenditur producitur exhalatio odorifera. Interdũ autem res deſtruitur, & ex eius deſtructione non reſultat aliquid dignius, vel ad offerendum aptius, vt quando mutatur animal, vel enim nihil producitur, vel ſola forma cadaueris ad offerendum prorſus inepta.

Hoc poſito dicunt vim deſtructiuam rei oblatæ eſſe de ratione illius ſacrificij, quod ex re deſtructa non profert aliam digniorem, & ad offerendum aptiorem, vt occiſio pecudis, non eſſe vero de ratione ſacrificij, quod aptiorem oblationi profert, vt incenſio thuris. Hanc ſententiam à Suarez, Leſſio, & aliis indicatam propugnat Ægidius de Coninck. quæ. 85. art. 3. dub. 1. num. 16. & dub. 5. num. 96. Illam impugnat Ioannes de Lugo diſp. 19. ſect. 4. numero 53 quia rem in ſacrificium offerri, quando ipſa producitur, eſt contra communem loquendi, & ſentiendi modum.

Contra. Vel eſt contra communem ſenſum, 30.
aut locutionem Theologorum, & hoc eſt falſiſſimum, quia ſatis recepta, & communis eſt ſententia ſacrificium euchariſticum conſiſtere in conſecratione panis, & vini, & per ipſum produci atque ſacrificari Chriſtum. Vel eſt extra communem ſenſum; & ſermonem illorum, qui fide carent; & hoc non poteſt autor ille dicere; pari enim ratione, vel fortaſſis etiam maiori contra illum dicemus eſſe contra communem ſenſum, & ſermonem omnium hominum, quod res tunc ſacrificetur, quando neque phyſice producitur, neque aliam ſubit mutationẽ, præter nouã poſitionẽ, in tali loco, vel tali modo, vt nõ poſſit cõmunes ſuas operationes elicere; idque ſine periculo, vel futuritione deſitionis phyſicæ: ſic enim ille docet Chriſtum in Euchariſtia conſtitui, dum ſacrificatur.

Mihi diſplicet illorum ſententia, quia vtro- 31.
que pede claudicat, & à communi ſenſu diſcedit: materiam enim odoriferam; quæ olim in Dei honorem incendebatur non fuiſſe Deo oblatam, & ipſa accenſione ſacrificatam; non ſolum præter, ſed etiam contra omnium ſenſum atque ſermonem eſt: ſicut eſt contra totam ſacrificij rationem materiam tunc fuiſſe fumum odoriferum, cum iſte non ſit res ſolida, & permanens, & proinde nec materia ſacrificij, ſed finis, ad quem ſacrificium ordinatur.

SECTIO V.

Ad eſſentiam ſacrificij ſpectat, vt oblatæ rei ſubſtantia phyſice deſtruatur.

HVius aſſerti ſubſtantiam tradit S. Thomas, vt infra. Bellarminus lib. 1. de Miſſa. cap. 2. §. vltimo. & cap. 25. §. Ad aliud & 27. §. Quod autem Victoria relect. de Temperantia num. 7. non procul a principio Henriquez lib. 2. cap. 1. à num. 2. ad 5. aliique plurimi, quos refert Valderus 2. 2. tit. 10. cap. 3. dubitat. 1. ſubſtantiam inquam, quia docent per ſacrificium debere deſtrui proprie rem oblatam, in quo imbibitur debere deſtrui phyſice; & addunt debere deſtrui virtute ſacrificij, non quidem tanquam phyſicæ deſtructionis; hæc enim conſiſtit in pura deſitione ſed tanquam cauſæ deſtructiuæ; qua ratione ſe habet lethalis percuſſio pecudis, iniectio veneni mortiferi &c

32. Subſtantialis deſitio requiritur ad ſacrificium.

Probatur Primo omnium gentium authoritate ſatis conſpicua ex nominibus quibus appellant ſacrificium, Nam Hebræi, & Græci vocant nominibus, quorum quædam ſignificant mactationem, quædam Exhalationem, quædam Conſũmationem, ſiue Conſumptionem, Latini vocant Immolationem, & hunc ſenſum gentium omnium declarat S. Chryſoſtomus in Cap. 10. ad Hebræos dicens differre oblationem, & ſacrificium, quia oblatio non affert rei oblatæ deſtructionem, & hanc infert ſacrificium

Et hæc Probatur ex omnium gentium vſu.

Digitized by Google

ſacrificium, quia oblatio non affert rei oblatæ deſtructionem,& hanc infert ſacrificium; vtpote proprium illarum rerum, quæ vel occiduntur,vel aliter conſumuntur.

33. Ex ex S. Thoma. Secundo probatur ex S. Thoma 2. 2. quæſ. 85. art. 3. ad 3. nam vt oſtendat non omnem oblationem eſſe ſacrificium ita ſcribit. *Sacrificia proprie dicuntur quando circa res Deo oblatas aliquid fit; ſicut quod animalia occidebantur,quod panis frangitur, & comeditur, & benedicitur.* Quæ poſtrema verba ſic arbitror capienda,Quod panis benedictus frangitur, & comeditur non ſolum quia ſunt ex Euangeliſtis de Chriſto dicentibus; *Accepit panem, ac benedixit,& fregit &c.* Sed etiam quia alioqui ſignaret S. Thomas meram panis benedictionem eſſe proprie ſacrificium, quod repugnat & communi ſenſui, & eidem S. Thomæ q. 86. art. 1. concluſionem poſitam ita exprimenti; *Si aliquid exhibeatur in cultum diuinum, quaſi in aliquid ſacrum, quod inde fieri debeat conſumendum, & oblatio eſt & ſacrificium,&c.* Et paulo poſt: *ſi vero ſic exhibeatur vt integrum maneat diuino cultui deputandum vel in vſus miniſtrorum expendendum, erit oblatio & non ſacrificium.*

34. Et ex omniũ DD.ſenſu. Tertio ſpecialiſſime Et autoritate non obſcurâ omnium Theologorum, etiam contrariorum, tam ſibi, quam nobis aduerſantium; nam, vt ſuperiore ſectione notaui conſpirant cum omnibus Doctoribus, & laborant, vt oſtendant omnia ſacrificia veterum legum fuiſſe deſtructiua phyſice rerum oblatarum. Ergo vel inuiti ſignificant iſtud pertinere ad eſſentiam ſacrificij in communi.

Et optimâ ratione. Quarto Rationibus, & argumentorum ſolutione, nam in oblatione rei permanentis ſignificante ſubmiſſionem erga Deum,tanquam verum omnium dominum, vel etiam dominum vitæ, & mortis conuenit ſacrificium cum pluribus oblationibus quæ ſacrificia non ſunt ſcilicet illæ, quæ non inferunt oblatæ rei deſtructionem; atqui per virtutem deſtructiuam oblati, ab illis omnibus primo, & eſſentialiter diſtinguitur, ergo per ipſam eſſentialiter conſtituitur in eſſe ſacrificij.

35. Rurſus ſacrificium, vt concedunt omnes fere Doctores,præſertim recentiores aduerſarij per vim immutatiuam rei oblatæ refertur eſſentialiter, & quatenus ſacrificium ad ſignificandum Deum vt autorem vitæ, & mortis;ad hanc vero ſignificationem inepta eſt deſtructio metaphorica, vel mutatio accidentaria, nam res, quæ offertur eſt ſubſtantia, & hæc offertur & ſacrificatur ad ſignificandum dominium diuinum in vitam, & mortem, ergo vt aptum ſignum euadat non ſatis eſt metaphorice moriatur, aut pereat: ſic enim aptior erit ad ſignificandum dominium metaphoricum; quapropter neceſſe eſt, vt phyſice deſtruatur, aut pereat, & hic fuit vſus non ſolum gentilium vt aduerſarij facile concedunt; ſed etiam antiquarum Dei legum, in quo perſuadendo conſiſtet argumentorum ſolutio.

36. Ex ſolutione Difficultatũ. Obiicitur ſacrificium panum propoſitionis qui ſolum videntur mutati extrinſece, & deſtructi metaphorice per oblationem illam,qua Deo dicabantur; cum ex laicis ſacrificabant. Reſpondet Azor tom. 1. l. 10. cap. 17. q. 2. & & conſentit Lugo Diſput. 19. ſect. 1. num. 9. illud non fuiſſe verum ſacrificium. Sed hæc reſponſio reiicienda; tum quia videtur reluctans communi conceptui; tum quia non videtur neceſſaria, etiam ipſis aduerſariis; vtpote non requirentibus ad verum ſacrificium phyſicam oblati deſtructionem; tum etiam quia Doctrina contraria iſti reſponſioni viam fortaſſe nobis expediet ad explicandum facillime eſſentiam,& præſtantiam Euangelici ſacrificij,de quo poſtea.

Reſpondeo cum Vaſquez diſputatione 220. cap. 3. panes propoſitionis fuiſſe proprie ſacrificatos, & phyſice immutatos; in clibano tamen per coctionem. At opponit Lugo. Quod non facile creditur ſacrificium factum eſſe in clibano, ſed in altari ad ſacrificandum deputatum. Reſpondeo, ſacrum clibanum fuiſſe proximum altaris, quemadmodum olim lebetes, & ſartagines ad frixionem farris,& ſimilæ ad quam coctionem ſacerdotes, ex munere attendebant. Quare ſicut caminus, ita clibanus, in quibus fiebat phyſica rei deſtructio, quia parum ab altari diſtabant, nihil diſtare, ſed idem cum illo eſſe moraliter cenſebantur. Panes Propoſitionis cocti in clibano ſacro iuxta ipſum Altare.

Coloratior omnino poſſet obiectio inde fieri, vt per illud ſacrificium, & per cætera,quæ ex maſſâ fiebant non fuerit oblatus & ſacrificatus panis, ſed maſſa; ſiquidem illud ſolum ſacrificabatur, quod phyſice deſtruebatur; ſic autem deſtruebatur maſſa,non panis: nam iſte potius tunc producebatur;igitur illa nõ erant ſacrificia panum, ſed maſſarum. Reſpondeo quamuis daremus ea ſacrificia, ſi proprie ſpectentur, fuiſſe ſacrificia maſſarũ,non eſſet negandum fuiſſe ſacrificia panum. Ratio in præſenti ſit,quia maſſa triticea in figuram panis conformata ſatis communi hominum locutione dicitur panis. 37.

Obiicitur etiam ſacrificium Melchiſedech ex pane, & vino, & alia veteris legis, tum ex vino, tum ex farre, ſimilâ; ordeo, &c. Sed, quod ad panem attinet; Reſpondeo ſacrificatum eſſe,& phyſice deſtructum: Vel ſecundum ſtatum maſſæ per coctionem, vt nuper exponebam: Vel ſecundum ſtatum panis per combuſtionem aliquam, vel etiam conmiſtionem. Vinum vero ſacrificabatur libatione, hoc eſt, ita vt pars biberet, pars funderetur in terram, ideoque periret. Iam vero far, & ſimila, & alia ſimilia ſacrificabantur contuſione in ſacrâ molulâ, vel per frixionem in ſartagine. In ſacrificio Melchiſedech facta etiam eſt deſtructio ſubſtantialis. Et in Farre, & aliis.

SECTIO VI.

Qualiter, & à quo principio effectiuè pendeat eſſentialiter ſacrificium.

Cauſa efficiens ſacrificij propria eſt ſine dubio ſacerdos; proinde ſacrificio eſſentiale eſt eſſe actionem actiue à ſacerdote procedentem, non eſt autem illi eſſentiale, vt fluat phyſice atque immediate ab ipſo ſacerdote, ſed ſufficit vel phyſice, vel moraliter vt ſi quis ſacerdos antiquæ legis propriis manibus mactaret pecudem, vel ſacerdotis iuſſu coram ipſo, in altari occideret illam famulus; vtrouis enim modo ſine vlla dubitatione verum reperiebatur ſacrificium. Imo ſacerdotes euangelici non phyſice ſed moraliter efficiunt deſtructionem, vel etiam productionem ad ſacrificium 38. Sacrificium pendet eſſentialiter à ſacerdote faciente.

Digitized by Google

crificium Euchariſticum requiſitam. Sic etiam iudex quilibet, aut Princeps humanus dicitur reum occidere, quia quod per miniſtros facit per ſe ipſum facere cenſetur.

Nō timēſē per Actio deſtructiua phyſice fit ab ipſo ſacrifico.

Oppones. Cruentum crucis ſacrificium verum ſacrificium fuit, & Chriſtus per illud ſe ipſum ſacrificauit, ergo in genere efficientis in ſe ipſum influxit, ergo ſe ipſum occidit. Dixi Tom. de Incarnat. diſp. 40. ſect. 2. Fuiſſe Chriſtum cauſam moralem efficientem ſuæ mortis, vt ſic, quia ipſe libere elegit vitam paſſibilem & mortalem, ac proinde mortem. Addo pro modo loquendi rectiſſime poſſe dici, & cum hac moderatione dicendum Chriſtum ex inſpiratione Spiritus ſancti ſe ipſum occidiſſe, nam hoc ipſum de ſancta Apolonia, & multis aliis dici debet nec aliud ſignificauit Paulus cum de Chriſto dixit; *Qui per Spiritum ſanctum ſe ipſum obtulit immaculatum Deo.* Ad Hebr. 9. verſ. 14.

39. Cauſa efficiens remota ſacrificij eſt illa, quæ ipſum inſtituit. Quæritur primo, ſic ne de ratione ſacrificij, vt ſic eſſe inſtitutum à Deo? Reſpondeo negatiue, quia homo iure naturali ſubiectus eſt Deo pendens eſſentialiter ab illo in eſſe, fieri, & conſeruari: habet etiam dominium in creaturas irrationales, ita, vt illas poſſit conſumere, in proprios vſus, qua conſumptione propriiſſime declaratur dominium hominis in illas; ergo vt homo ipſe teſtetur, & aptiſſime ſignificet ſupremum Dei dominium, tam in ſe, quam in illas, & religioſè profiteatur ſummiſſionem ſuam ergà Deum quatenus ſupremum Dominum poteſt naturali ductu, & ſine Dei inſtitutione moueri ad id præſtandum, occiſione pecudis, incenſione odoris, & ſimilibus actibus.

Poteſt eſſe inſtituens Deus ipſe, & alius.

Firmo. Quia naturaliter inſtituerunt homines, vt Dominus vtilis v.gr. fundi in agnitionem domini directi, ſtatis temporibus, illi deferat fructus aliquos ex eodem fundo decerptos: Cum ergo Deus habeat in res omnes, quas nobis ſubiecit dominium longe ſuperius directo humano & nos conſtituerit ipſarum Dominos velut vtiles; ſane naturali lumine potuimus illud Dei ſupremum dominium, & noſtram erga ipſum ſubmiſſionem per actionem ſacrificam profiteri.

40. Sacrificium eſſe aptiſſimum ad hanc ſignificationem probat Suarez in hoc loco Diſp. 3. ſect. 5. §. *Dico primo.* Quia cum debeamus aliquid offerre, vel quaſi donare Deo, qui Dominus eſt omnium, ideoque non poſſimus illum proprie conſtituere dominum alicuius rei, non eſt modus aptior declarandi eius dominium ſupremum, quam phyſice deſtruendo vel aliter immutando rem ipſam, quam offerimus in honorem Dei.

Impugnat P. Lugo Primo. Quia propius poneretur aliquid ſub dominio Dei producendo illud, quam deſtruendo, proinde, ſi ratio illa valeret, melius ſacrificaretur homo cum procrearetur, quam pecus dum mactaretur. Secundò; quia Gentiles per adulationem offerebant ſacrificium ſuis principibus, iſtis autem proprie donari poſſent res: ergo &c.

Prior tamen ratio videtur friuola. Solum enim dicimus, debere aliquid Deo offerre, & quaſi donare nempe ea quam donatione, quæ nobis ſit poſſibilis, & Deo maxime honorifica; talis vero eſt illa per quam in Dei honorem amittimus rei dominium, ſed nec in Deum transferimus, cum non poſſimus; nec transferre nitimur, quia potius rem deſtruimus, & ipſo modo ſignificantes, nihil poſſe nos Deo offerre, quod ipſius non ſit: quapropter ad ſacrificium aptior eſt rei deſtructio, quam productio. Hinc refutatur altera ratio. Nam, Gentiles ſicut ſuis Principibus adulatione tribuebant diuinitatem, ita ſupremum rerum omnium dominium, quod non ſignificarent, ſed potius illis negarent donando ipſis res integras. Illud vero ſignificabant, illas in ipſorum honorem deſtruendo.

SECTIO VII.

Eſt ne eſſentiale ſacrificio ſaltem inſtitui publica authoritate, nimirum Dei, vel Reipublicæ, vel humani Principis.

Affirmant communiter recentiores, & allegant P. Suarez Diſp. 73. ſect. 4. Probant. Quia ſacrificium eſſentialiter eſt ſacerdotis, hic eſſentialiter eſt inſtitutus authoritate publica; nam teſte Paulo, *Ex hominibus aſſumptus pro hominibus cōſtituitur: nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo,* at minor, attento dumtaxat iure naturæ non videtur clara. Ex Paulo autem ſolum probatur ita contingere per legem poſitiuam: alioqui probaretur non poſſe ſacerdotem inſtitui, niſi à Deo. Addunt rationes alias, quæ probant conuenientiam, vel neceſſitatem moralem, non metaphyſicam. 41.

Sententia communis affirmat requiri Authoritatem Publicam.

Vaſq. diſp. 220. cap. 2. abſolute negat, quia ſacrificium iure naturali fuit inductum; Ergo, ſi non eſſet prohibitio quilibet homo poſſet, priuata ſua authoritate, aſſumere quamlibet actionem rei deſtructiuam ad ſignificandam, & proteſtandam ſui ſubmiſſionem erga Deum, vt Dominum vitæ, & mortis. Attàmen non vrget quia non probat inductum fuiſſe eo iure, tanquam rem priuatam aut non publicam, ſeu Reipublicæ nomine exercendam. Inſtat, quia ſi homines degerent ſparſi, & ſolitarij poſſent offerre ſacrificium, ſed iſtud non eſſet inſtitutum authoritate publicâ, vtpote tunc nulla ergo &c.

Videri etiam poteſt Suarez citatus, qui mediam videtur tenere ſententiam Nam in § *Ex his vlterius*, aſſerit, & erudite probat eſſe de ratione ſacrificij, quod authoritate publica inſtituatur. Cæterum ad finem ſectionis, cum varia ſibi obieciſſet, vt oſtenderet eſſe quidem actu conuenientiſſimum, & ſuppoſita prohibitione ſeruandum, vt nullum fiat ſacrificium, niſi publica authoritate inſtitutum: Cæterum neque iure naturali iſtud eſſe eſſentiale; neque, fore, vt oppoſitum ſi, quacunque propoſita prohibitione, fieret, non factum teneret, ita loquitur. Reſpondetur quoad rem ipſam argumenta conuincere quod intendunt. Nihilominus tamen, quia neque eſt naturale homini ſolitariam vitam agere, neque eſt naturaliter poſſibile, vt in Republica humana, præſertim bene inſtituta, non ſint ſacrificia, publica authoritate definita; ideo ſimpliciter loquendo de ſacrificiis prout naturaliter poſſunt fieri & 42.

inſtitui;

& inſtitui in vſum hominum dicendum, vt legitimæ ſint neceſſario publica authoritate fore ſtatuenda

43. & nobis [illegible]. Placet communis ſententia quæ publicæ authoritatis inſtitutionem etiam metaphyſicè requirat ad eſſentiam ſacrificij. Probo imprimis ab incommodo, quia ſi mactatio pecudis a priuato inſtituta, & facta in ſignificationem ſubmiſſionis erga Deum potuit aliquando verum eſſe ſacrificium, ergo nunc etiam apud Chriſtianos moraliter poteſt, quia quacumque ſtante prohibitione poteſt moraliter totum illud habere, proinde proprium eſſe ſacrificium, quod nullus opinor admittet. Deinde à priori, quia ſacrificium ex vna parte eſt actio ſuprema colendi Deum externe, ex alia vero eſt actio nobiliſſima oſtendendi dominium humanum erga creaturas per ipſarum deſtructionem; ergo ex ſe eſt actio Reipublicæ, vt talis, proinde inſtituta per authoritatem publicam, ſicut alia quælibet ſigna.

Apud Chriſtianos non licet, nec valet ſacrificium, niſi quod Authoritate, publica inſtitutum eſt.

Ad argumentum ex ſolitariis petitum, aliis ſolutionibus miſſis in primis dico fieri nō poſſe, vt homines ſemper ſingulariter viuant cum ad propagationem coniugia requirantur, inde reſpondeo, quia vel familiæ eſſent ita diſtinctæ, vt vnam rempublicam nullo modo conſtituerent, vel ſecus, ſi prius dicatur: quælibet familia tunc eſſet integra reſpublica, ideoque poſſet ſacrificium inſtituere, ſi vero omnes conſtituerent vnam rempublicam conuenirent, vere in ſigno ſacrifico; proinde illud publica authoritate inſtituerent, vt dictum eſt.

Neque aliter fieri poteſt, in vllo caſu inter Gentiles.

SECTIO Vltima.

Quæ ſit recta definitio ſacrificij in communi?

44. Bellarminus lib. 1. de Miſſa cap. 2. §. *His ergo reiectis* hāc format *Eſt oblatio externa facta ſoli Deo, qua ad agnitionem* humanæ infirmitatis, & profeſſionem diuinæ maieſtatis à legitimo miniſtro res aliqua ſenſibilis; & permanēs *ritu myſtico conſecratur, & transſmutatur.* Sed 1. iam vidimus ſacrificium non eſſe expreſſe ſignum infirmitatis, ergo multo minus infirmitatis humanæ, cum poſſet ab Angelis offerri ſine illa relatione ad homines, ſi dicas definiri ſacrificium Actionem accommodatam vſui duntaxat hominū: Hoc dato, definitio vitio non caret; cum poſſet ſacrificium etiam ex re ſenſibili vt pecude ab Angelo quoque fieri. 2. ſacrificium eſt immediate ſignum ſubmiſſionis noſtræ erga Deum, vt ſupremum dominum; non vero diuinæ Maieſtatis, in hāc vero definitione illud omittitur, & iſtud ponitur. 3. Dum ſacrificium definitur *oblatio externa*, & additur per ipſum conſecrari; rem ſenſibilem, redundat, vel epithetum *externa*, vel *ſenſibilis*. 4. redundat etiam epithetū, quo res oblata dicitur permanēns, nam ſi ex ſe non eſt permanens, ex ſe deſtruetur, & non per oblationem. 5. Denique ſacrificium eſt rei deſtructiuum, & non ſolum transſmutatiuum.

Definitio Bellarmini non eſt exacta.

45. Neque aliæ Suarez. Suarez diſp. 73. ſect. 6. §. *vt autem*, duas adducit. Prima eſt: *ſignum ſenſibile ad diuinam excellentiam, & cultum illi debitum immediate ſignificandum impoſitum, per alicuius rei mutatione* ſed tripliciter delinquit. 1. quia, ſacrificium eſt ipſemet cultus, non iſtius ſignum. 2. quia per ſacrificium non ſignificatur diuina excellentia immediate, ſed mediate, nam immediate ſignificatur ſola ſubmiſſio animi, hac mediante diuinum dominium, huius interuentū diuina excellentia. 3. quia iam vidimus non ſufficere rei immutationem, ſed requiri veram deſtructionem. Poſterior eſt *Actus externus religionis continens ſupremum latriæ cultum, ſolique Deo debitum.* Contra: nam tota hæc oratio competit cuilibet externæ adorationi latriæ ſupremæ, ſiue abſolutæ.

Vazquez diſ. 220. c. 3. n. 25. tres conſtituit; vnam ex parte formæ, ita: *Eſt nota in re, qua profitemur Deum auctorem vitæ & mortis.* ſed contra, nam ſic nota, ſeu ſignificatio exiſtens in tabella picta, qua Deum profitemur auctorem vitæ, & mortis eſſet ſacrificium. Alteram ita: *eſt res quæ per ſui immutationem Deo offertur.* Contra, nam res quæ offertur non eſt ſacrificium, ſed materia circa quam verſatur ipſum formale ſacrificium; & licet eſſet, deeſſet definitioni iſti particula. *Tamquam autori vitæ & mortis*, vel æquiualens. Tertiam ita. *Eſt mutatio rei, quæ Deo offertur.* Contra, quia poſſet mutatione res offerri Deo, non vt autori vitæ, & mortis, ſeu alio titulo: tunc mutatio non eſſet ſacrificium. 46. Neque alia Vazquez.

Ex decurſu diſputationis facilius alicui videbitur definitionem colligere plenam, quam breuem, ſed, ni fallor, non eſt longa, cui nihil eſt, quod demere poſſis, ſcilicet: *Oblatio ſenſibilis publice inſtituta, Deo ſoli facta, rem aliquam deſtruens, adorando illum vt dominum vitæ, & mortis.* Eſt *oblatio*, quoniam eſt actio, per quam aliquid offertur; eſt *ſenſibilis* quia publicis hominum vſibus competens; eſt *ſoli Deo facta*, quia Deo ſoli ſacrificium offerri poteſt, in quo imbibitur offerri immediate Deo, præſertim cum ſacrificium, vt vidimus, ſit latriæ ſupremæ cultus, qui ſoli Deo, & immediate exhibetur, quod apertius indicabitur dum ſacrificium dicetur eſſe ipſius adoratio; *Rem aliquam deſtruens*, ſcil abſolute deſtruens, ideoque proprie, & phyſice. Quod minus conſequenter, negat Lugo, cum ex Euſebio doceat, ſacrificium in communi eſſentialiter habere; vt ſignificet. Deum eſſe dignum in cuius honorem homo occidatur, & pro homine ſubſtitui & deſtrui rem irrationalem vt pecudem, aut panem: *Adorando illum, vt dominum vitæ & mortis*, nempe illi ſignificando ſummiſſionem animi erga ipſum quà talem, ſiquidem omnis adoratio eſt formaliter ſignum ſignificatiuum animi ſummiſſionem in adoratore erga adoratum. 47. Traditur definitio perfecta; & explicatur.

DISPVTATIO XXII.

De eſſentia Sacrificij Miſſæ.

Sectio I. *Eſſentiam iſtam quenam actiones à conſecratione, & ſumptione diſtinctæ non ingrediantur?*

§. 1. *Nulla verbalis oblatiō ſacrificio Miſſæ eſt eſſentialis?*

§. 2. *Fractio, Mixtio, Diſtributio, Deſitio ad eius eſſentiam non ſpectant.*

Sectio II. *In qua, vel in quibus actionibus eſſentialiter Miſſæ ſacrificium poſſit conſiſtere?*

Digitized by Google

§. 1. *Vtriuſque ſpeciei conſecrationem Miſſæ ſacrificio eſſe eſſentialē authoritate probatur.*
§. 2. *Aliorum rationibus non euincitur.*
§. 3. *Propria, & ſpeciali ratione perſuadetur.*
§. 4. *Sola vtriuſque ſpeciei Conſecratio Miſſæ ſacrificium eſſentialiter conſtituit.*
§. 5. *Aduerſantibus occurritur.*

CVm in diſp. 1. ſtabilitum fuerit, eſſentiam omnis veri ſacrificij in actione conſiſtere,
2. quæ verè, propriéque ſit oblatio, & immolatio: veſtigandum, conſtituendumque ſequitur, quanā illarum actionum, quæ in Miſſæ celebratione reperiuntur, Euchariſtici ſacrificij quidditas, & eſſentia contineatur. Cum autē earum actiones plures ſint eius dignitatis competitrices: prius reiiciemus illas omnes, quæ rationem huius ſacrificij eſſentialem non ingrediuntur; & poſteà dignitatē iſtam vni tantum actioni, tanquā ſoli eſſentialem, deferemus; & multiplici authoritate firmatam, propria, & peculiari, & perfacili ratione confirmatam dabimus.

SECTIO I.

Eſſentiam iſtam quænam actiones à conſecratione, & ſumptione diſtinctæ non ingrediantur?

DEcem poſſunt actiones de ſacrificio Miſſæ dignitate contendere. Prima eſt, Oblatio panis ſeorſim, & Oblatio vini ſeorſim, ante con-

2. Decem Actiones, de quibus inquiritur, numerantur.

ſecrationē per illa verba: *Suſcipe ſancte Pater omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam hoſtiam &c. Offerimus tibi Domine, calicem ſalutaris &c.* Secunda, Oblatio panis, & vini ſimul, quæ fit etiam ante cōſecrationem, & proximè poſt manuum ablutionē, illis verbis: *Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblationē, quam tibi offerimus &c.* Tertia, oblatio corporis, & ſanguinis Chriſti paulo poſt conſecrationē his concepta verbis: *Offerimus præclaræ maieſtati tuæ de tuis donis, ac datis, hoſtiā puram, hoſtiā ſanctam, hoſtiam immaculatā, panē ſanctum vitæ æternæ, & calicē ſalutis perpetuæ.* Quarta, hoſtiæ fractio. Quinta, fragmenti hoſtiæ cum ſanguinis ſpeciebus mixtio. Sexta, diſtributio ſacramenti inter fideles ſacrificio præſentes. Septima, actio, qua ſacerdos ipſe ſibi Euchariſtiam exhibet. Octaua eſt, ipſamet ſacramenti ſumptio. Nona, Panis, & vini deſtructio, permanentibus ipſorum accidentibus. Decima, ipſa formalis conſecratio, nimirum Chriſti corporis, & ſanguinis ſub ſpeciebus panis, & vini productio. Quæ quidem actiones, ita contendunt, vt illarum vna, vel altera, vel etiam tertia, ſe ſola exper(e)tat eſſe tota eſſentia ſacrificij Miſſæ: Cæterarum verò nulla ſe ſola, ſed ſimul cum altera, vel aliis.

§. I.

Nulla verbalis Oblatio ſacrificio Miſſæ eſt eſſentialis.

3 SCotus in 4. diſt. 13. q. 2. §. *Ad quæſtionem, v. Reſpondeo, quod oblatio*, & Gabriel ibidem, q. 1. ar. 4. dub 2. non obſcurè conſtituūt duo Miſſæ ſacrificia, vnum in oblatione verbali ante cōſecrationem, alterum in oblatione verbali poſt conſecrationem. Ita enim Scotus, Gabriele ſubſcribente, ſcribit. *Offertur hoſtia nō conſecrata: & tunc eſt ſacrificium, non ſacramentum: ſicut Euchariſtia conſecrata conſeruata in pyxide, eſt ſacramētum, licet non vt ibi ſit ſacrificiū, niſi aptitudinaliter.* Docent igitur oblationē conſecrationi præuiā, ſacrificiū eſſe, quia ſcilicet eſt oblatio panis, & vini in Dei cultum. Quod autē addunt, Euchariſtiā, dum in pyxide aſſeruatur, eſſe ſacrificiū aptitudinaliter, ideo conſequenter addunt, quia eſt apta, vt offeratur, proinde cēſent Euchariſtiæ iam confectę oblationē, verum eſſe ſacrificium; quo ſcilicet offertur Chriſti corpus, & ſanguis ſub panis, & vini ſpeciebus: ſicut oblationē panis, & vini ante conſecrationem dicunt eſſe ſacrificium, quo panis, & vinum offeruntur.

Hæc aſſertio, vt minus abſurditatis præſeferat, exponi poteſt ita, vt illa duo ſacrificia ſint partialia, vel quia ſimpliciter conſtituunt vnum totale: vel quia prius ordinatur ad poſterius, & vbi eſt vnum propter aliud, ibi tātum eſt vnum. Sic enim ſentiunt Ruardus art. 18. contra Lutherum, & Caſſalius lib. 2. de ſacrificio Miſſæ cap. 25. dum aiunt, eſſe quidem in Miſſa duplex ſacrificium, alterum panis, & vini; alterum corporis, & ſanguinis Chriſti; ſimpliciter tamē eſſe vnum tantum, quia prius eſt præuium, & quaſi præparatio ad poſterius. Illuſtrari etiam poteſt exemplo ordinationis vnius; qua datur poteſtas conſecrandi, & alterius, qua datur poteſtas abſoluēdi, quæ licet re ipſa diſtinctæ ſint, & diſtinctos cōferant effectus, ſimpliciter tamē cōſtituūt vnam preſbyteri ordinationē vt in illius ſacramenti Tractatu probo, & expono, diſp. 47. ſect. 5. n. 12. — 4. Sententia de oblatione verbali exponitur benignè.

Hæc igitur ſententia ſic à nobis expoſita, & explicata, probatur primò à priori. Quia ſacrificium conſiſtit in oblatione rei, quæ ſacrificatur: Sed in Miſſa duæ ſunt res, quæ ſacrificantur, ſcilicet ſubſtantia panis, & vini, & ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti, & duæ ſunt ipſarum oblationes verbales, de quibus agimus: Ergo in iſtis eſſentia ſacrificij Miſſæ poſita eſt. Secundò, quia verbales iſtæ oblationes vel ſunt de eſſentia huius ſacrificij, vel de ipſius integritate. Si de integritate, cur non de eſſentia? Si de eſſentia, cur non tota eſſentia?

Recentiores cōmuniter hanc ſententiam ideo reiiciunt, quia Chriſtus in ſuprema cœna veram adhibuit eſſentiam Euchariſtici ſacrificij: ſed nō adhibuit huiuſmodi verbalem oblationē: Ergo non hæc pertinet ad eſſentiam iſtius ſacrificij: Sed non vrgent: Tum quia quod ſcriptura diuina non cōmoneret, Chriſtum eiuſmodi oblatione vſū, argumento non eſt, nō vſum fuiſſe, cū plura Chriſti facta ex ſola traditione nobis conſtēt, quale eſt in hoc ipſo myſterio, Chriſtum vino conſecrando aquā miſcuiſſe: Tum etiā quia ex iis, quæ ſcriptura ſacra Chriſtum feciſſe narrat, colligi poteſt oblationē verbalē exhibuiſſe; dicit enim proximè ante cōſecrationē, accepiſſe panē, & gratias egiſſe, & ſimiliter ante cōſecrationē calicis, gratias egiſſe: in his enim gratiarū actionibus pronū fuit, & Chriſto decentiſſimū, offerre Patri panem, & vinū, quæ tranſſubſtantiare, & in eius honorem deſtruere iam parabat. — 5. Impugnata ab Aliquibus, ſed inſufficienter.

Mihi quadruplex occurrat ratio ſententiam illam reiiciendi. Prima, & à priori. Quia ſacrificiū eſſentialiter eſt oblatio phyſicè deſtructiua rei, quæ ſacrificatur, & offertur: Sed neutra illarum oblationum verbalium, nec vtraque ſimul eſt phyſicè deſtructiua rei, quæ in Miſſæ myſterio ſacrificatur; cum nec panis, & vinum; nec Chriſti corpus, & ſanguis, per ipſas phyſicè de- — 6. Impugnatur validis rationibus quadruplex.

ſtruan

ſtruatur, vt planè conſtat: Ergo neutra illarum oblationum, nec vtraque ſimul conſtituit eſſentiam huius ſacrificij. Atque hæc prima ratio conuincit, nullam omninò verbalium oblationum, verè ſacrificium eſſe.

Secunda, quia ſi tempore ſumptionis deprehendat ſacerdos, non ſibi miniſtratum ad conſecrationem verum panem, aut verum vinum, iubetur in Miſſali veram accipere hoſtiam, aut verum vinum, & offerre quidem verbis illis: *Suſcipe ſancte Pater* &c. vel, *Offerimus tibi Domine*, &c. Sed tamen ſtatim ſumere: Ergo ſacrificio non eſt eſſentialis oblatio, quæ poſt Conſecrationem fieri conſueuit: Atqui hæc præ illâ, quæ Conſecrationem antecedit, multò nobilior eſt: nam illa habet pro materia nudum panem, nudumque vinum: hæc autem ipſum Chriſti corpus, & ſanguinem: Cum ergo ſacrificium in hac oblatione eſſentialiter non conſiſtat, in neutra eſſentialiter conſiſtit.

Reſpondeat fortaſſe quiſpiam, Chriſti corpus, & ſanguinem ſufficienter offerri per Conſecrationem, cum per ipſam ibi producantur; panem autem, & vinum prius offerri debere. Sed contrà, quia ſi Chriſti ſubſtantia per Conſecrationem ſufficienter offertur, quia per illam in Dei honorem producitur: Ergo etiam panis, & vinum per conſecrationem ſufficienter offeruntur, quia per illam in Dei honorem deſtruitur. Proinde ſi verbalis oblatio hoſtiæ, & Calicis iam conſecratorum ſacrificio eſſentialis non eſt, pariter nec verbalis oblatio nondum conſecratorum eſſentialis erit.

7. At inquies. Si hæc non eſt eſſentialis, cur iubetur ſacerdos in dicto euentu ipſam adhibere? Reſpondeo, non ideo iubetur, quod eiuſmodi oblatio ſit eſſentialis, ſed duas ob cauſas valdè notandas. Prior eſt, quia hæc oblatio tum in ſacerdote potenter excitat, aut renouat, & acciit internam ſacrificij conficiendi intentionem; tum eandem aliis aptiſſimè ſignificat. Ob ſimilem namque finem proximè ante conſecrationem adhibentur illa verba, *Qui pridie quam pateretur*, &c. non quaſi neceſſaria ſint, vel eſſentialia ſint, ſed vt clarius, & euidentius pateat, ſacerdotem, dum verba conſecrationis pronunciat, Chriſtum imitari. Poſterior cauſa eſt, ad excitandam in ipſomet ſacerdote, cæteriſque fidelibus aſtantibus, pietatem, ac reuerentiam, conſiderantibus, panem ipſum, aut vinum, vt in Chriſtum conuertantur, prius per illam oblationem velut initiari, & à terrenis rebus ſeparari. Sicut etiam in exemplo adducto, iubemur piiſſimam illam clauſulam conſecrationi præmittere, vt attentionem, reuerentiam, ac pietatem in nobis, & aſtantibus excitemus; cogitando ſcilicet, illud ipſum à nobis eſſe præſtandum, quod Chriſtus vitam pro nobis in Paſſione fuſurus, ad amoris ſui diuitias prius effundêdas, hoc diuiniſſimo ſacrificio præſtitit.

Quas ob cauſas fiat oblatio verbalis.

Tertia ratio. Si prima, & tertia oblatio ſacrificia forent, vel ſecunda etiam eſſet ſacrificium,
8. vel non? Si eſſet, iam in Miſſa tria forent ſacrificia; quod nec hactenus dictum, nec ſine graui nota dici poteſt. Si non eſſet, inprimis reddi nô poteſt ratio, cur non eſſet, cum habeat eandem materiam, & ſignificationem eſſentialem, quas habet prima: & in ritu accidentali illam excedat, nam præmittit manuum ſacerdotalium ablutionem, & continet expreſſum cultû Trinitatis, & expreſſam mentionê Dominicæ paſſionis, &c. quorum nullum habet oblatio prima. Deinde cum ſacrificium res grauiſſima ſit,

effectumque ſuum certiſſimum habeat, vtpote quem inſtar ſacramenti, ex opere operato præſtat; ſane ſi prima oblatio ſacrificium foret, perperam adiungeretur ſecunda, nam idem quoad ſubſtantiam repeteretur. Sic nimirum perperam ageret ſacerdos, ſi poſtquam ſolemnem, & eſſentialem formam abſolutionis ſupra pœnitentem hunc pronunciaſſet, paulo poſt, nulla nouiter poſita materia, ſupra eundem pœnitentem proferret alia verba, quæ eundem abſolutionis ſenſum eſſentialem haberent.

Quarta ratio. Si verbalis oblatio ſacrificium eſſet, atque adeo hoſtia conſecrata, dum aſſeruatur in pyxide, ſacrificium eſſet aptitudinaliter, vt Sotus, & Gabriel docuerunt, eo quòd apta ſit, vt verbaliter offeratur; ſane in feria ſexta Maioris hebdomadæ, in qua non conſecratur, foret eſſentiale ſacrificium, & foret multis modis eſſentialiter imperfectum, vel à communi ſacrificio ſpecie diſtinctum; quæ perabſurda ſunt. Eſſet quidem eſſentiale ſacrificium, quia hoſtia pridie illius diei conſecrata reponitur more ſolito in corporalibus altaris, & incenſatur, & ſtatim ſacerdos ait: *In ſpiritu humilitatis, & in animo contrito ſuſcipiamur à te Domine, & ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi Domine Deus.* Deinde adiungit, *Orate fratres, vt meum, ac veſtrum ſacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.* Hæc autem omnia planè æquiualent oblationi verbali hoſtiæ conſecratæ; vnde in rubrica illius diei dicitur ſacerdos incenſare oblata; proinde ſi ſacrificium in oblatione conſiſteret, foret ibi ſacrificium eſſentiale. Foreautem multis titulis eſſentialiter imperfectum, patet; quia nec eſſet oblatio panis, nec vini, quam huic ſacrificio eſſentialem eſſe, plerique DD. etiam Aduerſantium, aſſerunt: nec eſſet, oblatio ſubſtantiæ Chriſti ſub duabus ſpeciebus, ſed ſub vna; qua totam eſſentiam huius ſacrificij non conſtare Catholici omnes conſentiunt. Eſſet ergo ſacrificiû illius diei vel eſſentialiter imperfectû, vel ſi eſſet integrû eſſet ſpecie diſtinctû ab eo, quod cômuniter offerimus. 9.

Infertur ex dictis primò, nullam verbalium oblationum, nec omnes ſimul eſſe propriè ſacrificium. Nam rationes hactenus propoſitæ, totum hoc euincunt. Infertur ſecundo, non ita ſe habere verbales illas oblationes in ratione ſacrificij, ſicut ſe habent ambæ presbyteri ordinationes in ratione ſacramenti Ordinis: nam iſtarum vtraque per ſe ſignificat, & ex opere operato confert gratiam, & Ordinis poteſtatem, ac proinde continet veram rationem, & eſſentiam ſacramenti Ordinis: at illarum oblationum nulla eſt rei, quæ offertur, phyſicè deſtructiua: proinde nec eſt actio verè ſacrificatiua. Quo ſoluta manet ratio pro Aduerſariis adducta: non enim rationem ſacrificij vendicat oblatio, ſi rei, quæ offertur, deſtructiua non eſt. 10.

§. II.

Fractio, Mixtio, Diſtributio, deſitio, ad eius eſſentiam non ſpectant.

MElchior Canus lib. 2. de locis Theologicis, cap. 13. §. *Quartum vero*, ſic loquitur: 11. *Conſtat ſanè Euchariſtici ſacrificij partes quatuor eſſe: vnam Conſecrationem corporis, & ſanguinis; alteram Oblationê; tertiâ Fractionê; poſtremâ Côſumptionê. His quippe quatuor partibus noſtrû ſacrificium redintegrari, confici, abſolui qui negauerit,*

Sententia Melchioris Cani refutatur.

rit, nihil illum de ratione perfecti ſacrificij didiciſſe, nihil quæſiſſe, nihil ſcire conuincam. addidit in margine verba hæc: *Probabiliſſimum eſt, ſpecierum quoque mixtionem ad ſacrificij integritatẽ attinere. Nam ab Apoſtolis Eccleſiæ traditum, ambiguum non eſt.* Quæ quidem ſi Canus ita intelligeret, vt hæc omnia pertinerent, ad integrandum, & numeris omnibus abſoluendũ Euchariſticum ſacrificium; nihil magnum, aut difficile, ſe præſtiturum polliceretur: dum tamen cõtendit, pleraque iſtorũ eſſe huic ſacrificio propriè, ſtrictèque eſſentialia; prouinciã ſuſcipit arduã, nimiũ diffidens ingenio alieno, nimiũ præfidens proprio. Nã vt Horatij verſiculũ vſurpẽ.

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?

12\. Hoſtiæ fractionem, ac proinde cum ſanguine mixtionem non eſſe huic ſacrificio ſtrictè eſſẽtialẽ, cõmunis eſt Doctorum exiſtimatio. Quã vt perſuadeat Suarez Diſp Sect. 3. §. *Tertio dicendum*, inter alia ſcribit, non haberi fractionẽ iſtam in liturgia, quam S. Baſilius, Deo inſpirante, & approbante, compoſuit. Reclamat Lugus, expreſsè poni fractionem iſtam in liturgia Baſilij tomo 4. Bibliothecæ ſacræ, vel tomo 6. in editione Pariſienſi anni. 1610. Addo ipſe, editionem Pariſienſem antiquiorem, nempe anni 1589. in qua expreſſe ponuntur verba hæc: *Sacerdos frangit, & ſignat.* Et ad marginem hæc ab editore ponuntur: *Hic ſacerdos defractam ſacræ hoſtiæ particulam demittit in ſanguinem Chriſti in calicem, &c. deinde patellam cum corpore Chriſti ſuſtollit &c. Hæc mihi reſcripſit meus præceptor Syrus, Moſes Mardenus.*

Traditionẽ hoſtiæ non adhiberi in liturgia S. Baſilij, aſſeruit P. Suarez.

Nihilominus Pater Suarez magnum habuit aſſertionis ſuæ fundamentum, nempe liturgiã, quæ nomine S. Baſilij cum eius operibus circumfertur, editis multo ante quam Bibliotheca Patrum: cuius editiones omnes multò poſt factæ ſunt, quam Pater Suarez theologiæ ſuæ radios explicare cœpiſſet. In illa enim liturgia Baſilij monumentis inſerta, fractionis mentio nõ habetur. Atque hanc, opinor, ob cauſam Pater Vazquez, cum Doctorũ in audiendis Patribus lapſus diſſimulare non ſoleat, hic tamen nec lapſum exprobrat, nec eius mentionẽ facit. Quòd mihi perſuadet, neque Vazquio viſã aliã Baſilij liturgiam, præter illam, quam inter illius opera haberi diximus. Niſi fortè Suarez. & Vazquez liturgiam illam in Bibliotheca Baſilio attributam, aut ſuppoſititiam cenſuerunt, aut aliquibus partibus, à Baſilio minimè poſitis, auctam.

Eius Aſſerti fundamentum eruitur.

Equidem de Græcis, vt potè librorum compertiſſimis deprauatoribus, hoc ſaltẽ poſterius nõ difficilè ſuſpicarer; niſi ex Magni Baſilij vitã apud Suriũ multis in locis conſtaret, hoſtiæ fractionem à S. Baſilio fieri ſolitam. Nam in §. *Conuenienter ergo* dicitur, hoſtiam diuiſiſſe in tres partes: vnam, quam ſtatim magno cũ timore ſũpſit; alteram, quæ cũ ſuo corpore ſepeliretur; & tertiam, quæ in columba, ex auro fabrefacta, ſuper altare aſſeruaretur. Et §. proximè ſequente ita incipit. *Quodam tempore diuina illo celebrãte myſteria, Iudæus quidam ſe, ceu Chriſtianus, populo immiſcuit, officij miniſterium explorare volens. Videtque in manibus Baſilij in partes diuidi infantem*: procul dubio dum Baſilius hoſtiam in partes diuideret. Quapropter dubitare non poſſum; quin Baſilius fractione ſit vſus; præſertim cum omnes aliæ liturgiæ fractionem aut expreſſe ponant, aut manifeſtiſſimè ſupponant.

Fractionẽ fieri in liturgia per S. Baſil. approbatur.

Aliunde ergo probatur, fractionem non eſſe ſacrificio eſſentialem. Primum communi Doctorum ſenſu, quem expreſſit S. Thomas 3. p. q. 83. ar. 4 longe poſt medium corporis dicens: ſacerdotem, dum facta conſecratione dicit, ſupra quæ propitio &c. petere, vt hoc ſacrificium peractum, ſit Deo acceptũ. Reſpondet Canus, nõ intelligere S. Thomam propriè peractũ, quoniã alioqui ſecum ipſe pugnaret, in 2. 2. q. 85. ar. 3. ad 3. dicente, ſacrificium propriè dici, cum circa res oblatas aliquid fit. Retorqueo tamen, quia per conſecrationem iam aliquid fit circa res oblatas, cum Chriſtus producatur, deſitioni obnoxius, & panis, ac vinum deſtruantur. Præterea S. Thomas 3. p. in illa ipſa q. 83. ar. 6. ad 6. interpretationi locum non relinquit, dicens. Si fractio hoſtiæ conſecratæ omittatur, nõ manere imperfectum ſacrificium, nec propterea eſſe aliquid in Miſſæ celebratione reſpuendum, quem locum in ſequenti puncto deſcribemus. 13.

Non vero eſſe quid eſſentiale ſacrificio comprobatur.

Deinde à priori, quoniam hoſtiæ fractio non eſt deſtructiua rei, quæ eſt eſſentialis materia huius ſacrificij: Ergo non vt ſacrificatiua. Conſecutio claret ex diſp. 1. Antecedens ex fide Catholica, docente, Chriſtum, dum hoſtia frangitur, aut diuiditur, nec frangi, nec diuidi. Dices, quamuis hoſtiæ fractio Chriſtũ nõ deſtruat, diſponit tamen ad Chriſti deſitionẽ ſub ſpeciebus panis: quia diſponit hoſtiam, vt à fidelibus ſumi poſſit. Sed contra, tũ quia non eſt eſſentiale plus panis cõſecrari, quam quod ſine diuiſione in os ingeri facilè poſſit: tũ etiam quia licet hoc requireretur, poſſet panis multò ante in partes diuidi; vt nunc hoſtiæ paruæ ad populi communionẽ conſecrantur & Chriſtus ipſe panẽ, antequam conſecraret, fregit, in parteſque diuiſit. 14.

Fractio Hoſtiæ in Miſſa facta non deſtructiua rei oblatæ.

Præterea, quia vel eſsentialis eſset hoſtiæ fractio nondũ conſecratæ, vel iam conſecratæ: neutrum dici poteſt: Igitur hoſtiæ fractio non eſt eſsentialis. Probatur minor: nam Chriſtus non adhibuit fractionem hoſtiæ iam conſecratæ, ſed nondum conſecratæ: Eccleſia verò non adhibet fractionem hoſtiæ nondum conſecratæ, ſed iam conſecratæ. Nec dici poteſt, fractionẽ aliquam huic ſacrificio eſsẽtialem, aut à Chriſto prætermiſſam eſſe, aut ab Eccleſia prætermitti: Ergo neutra eſsentialis eſt.

Vlterius, quia ſi hoſtia conſecrata in calicem decidat, iubetur ſacerdos in Miſſali Romano illam non frangere: Si tamen fractio foret eſsẽtialis, nullo modo præciperetur omitti, præſertim cum facilè, & ſine incommodo fieri poſset nẽpe in ipſomet calice, quin opus eſset hoſtiam extrahere, & in patella deponi: poſset etiam fractio fieri proximè ante ſumptionẽ, vt ſcilicet ſãguis digitis adhæreſcens ita lamberetur, vt nõ prius, ſed per modum vnius cum corpore ſumeretur. 15.

Inſuper, quia ſpecierum vini diuiſio in varias partes non eſt eſsentialis, cum nec Romanæ Eccleſiæ ſit in vſu, nec in aliqua liturgia reperiatur: Ergo nec hoſtiæ diuiſio eſsentialis eſt. Patet conſequentia, tum quia deſignari nequit maior vnius ratio, quam alterius: tum etiam quia potior aſſignari poſset pro ſpeciebus ſanguinis: nam cum Eccleſiæ ſacrificium incruentum eſsentialiter ſit repræſentatiuum ſacrificij crucis cruenti, & in iſto cruento ſanguis fuerit in plurimas partes diuiſus; ſanè ſi diuiſio ſpecierum panis eſsentialis foret, multo potiori iure eſsentialis foret diuiſio ſpecierum vini, vt ſcilicet per iſtam illa ſanguinis diuiſio repræſentaretur.

Digitized by Google

16\. Ad extremum, quia Cani argumentum debiliſſimum eſt nempe varium teſtimonium S. Auguſtini ex lib. ſentent. S. Proſperi, relatum in cap. *Cum frangitur* de conſecrat. diſt. 2. *Cum frãgitur hoſtia, dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud, quam Dominici corporis in cruce immolatio, eiuſque ſanguinis de latere effuſio, deſignatur.* Reſpondeo libens admittẽdo ſignificationem etiã, non tamen vt ſacrificio eſſentialẽ, ſed accidentalem, quales ſunt plures aliæ ceremoniæ. Argumento eſt clariſſimo, quia ſanguinis in ora fideliũ diſtributio nec eſt nũc in vſu, nec licita: proinde nũquã fuit eſſẽtialis

Verba Chriſti domini exponuntur. Plus aliquid roboris præfefert, quod Chriſtus Apoſtolis dixit, *Accipite, & comedite, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur,* Græcè enim habetur, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, id eſt, quod pro vobis frangitur. Reſpondeo tamen idẽ hæc verba ſonare, atque quod pro vobis frangetur, id eſt, paſſionis laboribus grauiſſimis cõſtringetur, & velut in fruſta ſecabitur, cuius rei fractio quidem illa ſignum erat, non tamen ideo ſacrificium, nã illius rei ſignum aliud longè perfectius, & ad ſacrificij eſſentiam conſtituendam aptiſſimũ, in Miſsâ reperiri poſteà conſtabit.

17\. Mixtio hoſtiæ cum vino conſecrato non eſt eſſentialis ſacrificio. Mixtionẽ hoſtiæ cum vini conſecrati ſpeciebus nõ magis eſſe huic ſacrificio eſſentialẽ, quã fractionem, cõmunis etiã eſt ſenſus. Quem probamus primò, quia Chriſtus ſicut hoſtiã iã conſecratã nõ fregit, ita nec in vini conſecrati ſpecies immerſit. Quod enim aliqui exiſtimãt, buccellã, quã Chriſtus Iudæ intinctam præbuit, hoſtiam fuiſſe ſpeciebus vini conſecrati intinctã, omninò falſum eſt, vt ſuo loco probamus.

Secundò probamus expreſſis verbis S. Thomæ 3. p. q. 83. ar. 3. ad 6. ita reſpondentis: *Fractio hoſtiæ conſecratæ, & quod vna ſola pars mittatur in calicem, reſpicit corpus myſticum, ſicut admixtio aquæ ſignificat populum. Et ideo horum prætermiſſio nõ facit imperfectionem ſacrificij, vt propter hoc ſit neceſſe aliquid reiterare circa celebrationem huius ſacramenti.*

18\. Tertiò ratione: quia vel eſſentialis eſt mixtio totius hoſtiæ, vel ſolius partis defractæ. Nõ totius hoſtiæ: nam talis mixtio nec eſt in vſu, nec licita: non defractæ partis: tum quia fractio non eſt eſſentialis: tum etiã quia ſi hæc mixtio prætermittatur, nõ ideo manebit ſacrificiũ eſſentialiter imperfectum. Quod efficaciter oſtendo ex Miſſali Romano, vbi præcipitur, vt ſi poſt hoſtiæ ſumptionẽ deprehendat ſacerdos nõ fuiſſe infuſum calici verũ vinum; ſtatim verum infũdat, offerat, conſecret, & ſumat: Atqui ſi mixtio hoſtiæ cum vini ſpeciebus conſecrati eſſentialis eſſet, conſecranda tunc eſſet noua hoſtia, vel aliqua ex conſecratis diuidenda, & eius pars vini ſpeciebus admiſcenda.

Hinc primò deduces; non ſolum non eſſe probabiliſſimum, vt Canus affirmat, mixtionem eſſe Miſſæ ſacrificio eſſentialem: Sed potius eſſe improbabile, & pluſquam temerarium. Nam temerariũ eſt placitũ, omniũ Doctorum ſenſui repugnans, præſertim abſque idoneo fundamẽto. Quod enim iactet Canus, hanc mixtionem ab Apoſtolis traditam, nõ facit probabile, illã eſſe eſſentialem: nam etiam ab Apoſtolis tradita eſt aquæ mixtio, nec tamen eſſentialis eſt. Dixi verò eſſe pluſquam temerarium, quia virtualiter contendit, Eccleſiam præcipere, vt in euentu ſuper adducto, ſacrificium relinquatur eſſentialiter imperfectum.

19\. Sacramenti diſtributionem inter fideles, & ſumptionem ab eiſdem factam, Euchariſtico ſacrificio non eſſe eſſentialem, apertè conſtat: quia paſſim hoc ſacrificium ſine ipſis peragitur. Conſulto autem non loquor de ſacrameti exhibitione, ſed de diſtributione. Nam vtrum actio, quâ ſacerdos intra Miſſarum ſolemnia ſibi ipſi hoſtiam, & calicem exhibet, ad ſacrificij eſſentiam pertineat, ſuam habet controuerſiam inferius exagitandam. Neque talis eſt diſtributio inter fideles.

Iam verò deſitionem tum panis, & vini per conſecrationẽ, tum ſubſtantiæ Chriſti per ſpecierum corruptionem, non ingredi eſſentiã huius ſacrificij, manifeſtum eſt ex diſp. 1. vbi probatum, actionẽ ſacrificam non eſſe ipſam rei deſitionẽ ſed eius deſitionis inductiuam. An verò conſecratio, quatenus eſt deſtructiua panis & vini, conſtituat vel ingrediatur noſtri ſacrificij eſſentiam, infra dicendum.

SECTIO II.

In qua, vel quibus actionibus eſſentialiter Miſſæ Sacrificium poſitum ſit?

20\. DVæ, vel tres actiones competitrices ſuperſunt. Cõſecratio, tum quatenus productiua corporis, & ſanguinis Chriſti; tũ quatenus deſtructiua ſubſtantiæ panis, & vini: Et Euchariſtiæ ſumptio non quidem ſub vnã tantũ ſpecie, vel non ſacerdotalis, ſed ſub ambabus ſpeciebus, & à Sacerdote ſacrificante facta, ac proinde duas includens actiones ſacerdotis; vnam, qua ipſe ſibi Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie porrigit; Alterã, qua ipſam in ſtomachũ traiicit.

§. I.

Vtriuſque Speciei conſecrationem Miſſæ Sacrificio eſſe eſſentialem authoritate probatur.

COnſecrationem eſſentialem eſſe Miſſæ ſacrificio, cõmuniter tradunt huius ſacrificij tractatores. Alanus lib. 2. de Euchariſtia cap. 5. & deinceps Claudius de Sainctes Repetit. 5. referens S. Auguſt. Salmeron tom. 9. in Euangelia Tract. 29. aſſert. 4. Bellarminus lib. 1. de Miſſa cap. vlti. Suarez diſp. 75. ſect. 4. & 5. Vazquez diſp. 222. cap. 5. & ſequentibus, Valentia q. 11. part. 1. Henriquez lib. 9. cap. 9. Canus lib. 12. cap. 10. §. *Quartum verò*, Leſſius de Iuſtitia lib. 2. cap. 38. & de Perfect. diu. cap. 13. Coninck 3. quæſt. part. 83. art. 1. dub. 5. concluſ. 6. Scortia lib. 1. cap. 5. Sebaſtianus Perez de Euchariſt. cap. 11. Granadus Tract. 14. diſp. 3. Lugus diſp. 19. Sect. 5. & plerique Recentiorum. Conſecratio vtriuſque ſpeciei eſt eſſẽtialis ſacrificio Miſſæ iuxta PP. & Theologos.

21\. Probatur primò ex Patribus Græcis. Irenæus lib. 4. contra Hæreſes cap. 32. num. 7. ſic de Chriſto loquitur: Sed *& ſuis diſcipulis dans conſilium, primitias Deo offerre ex ſuis creaturis, &c. eum qui ex creatura panis eſt, accepit, & gratias egit dicens, Hoc eſt corpus meum: & calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura, quæ eſt ſecundum nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt; & noui teſtamenti nouam docuit oblationem: nempe ſui corporis ſub ſpeciebus panis, & ſui ſanguinis ſub ſpeciebus vini, poſitionem.* Gregorius Nyſſenus Orat. 1. de Chriſti reſurrectione colum. 6. ſcribit: *Chriſtum, prius ſe ipſum immolaſſe, & poſteà edendum tradidiſſe*; ita enim habet *Tunc* PP. Græci id docent.

Digitized by Google

apertè declarauit, agni ſatrificium iam eſſe perfectum. Nam victimæ corpus non eſt ad edendum idoneum, ſi animatum ſit. Quare cum corpus edendum, & ſanguinem bibendum diſcipulis exhibuit, iam arcanâ, & non aſpectabili ratione, corpus erat immolatum vt ipſius myſterium peragentis poteſtati collibuerat: Atqui nô erat adhuc factū, ac proinde nec immolatū, niſi per conſecrationem, ſeu poſitionem ſui ſub ſpeciebus panis; *ſicut nec ſanguis effectum erat potabilis, niſi per conſecrationem, ſiue poſitionem ſui ſub ſpeciebus vini.* Hunc Græcorum recentiorum ſenſum ſatis indicat Simeon Theſſalonicenſis apud Vazquez n. 58. dum ad quæſtionem illam, Quando munera ſacrificentur, reſpondet, in ipsâ conſecratione: tunc enim fit mutatio, &c.

22. P.P. Latini affirmant clariſſimè.

Secundò probatur ex Patribus Latinis. Ambroſius in Pſal. 38. ad illum verſ. *verum in imagine pertranſit homo* ſic ait: *Nunc ipſe Chriſtus offerre manifeſtatur in nobis, quando ſermo eius ſanctificat ſacrificium, quod offerimus.* Chriſti autem ſermo non alius hîc intelligi poteſt, niſi conſecratorius, idem Ambroſius lib. 4. de Samentis Cap. 4. *Quomodo poteſt qui panis eſt, corpus eſſe Chriſti? conſecratione. Conſecratio igitur quibus verbis eſt, & cuius ſermonibus? Domini Ieſu.* Et alia complura, & præclariſſima in hanc ſententiam. Rupertus in Exod. lib. 2. cap. 6. *Prius propriis manibus Deo Patri* ſemetipſum immolauit, accipiens panem, & vinum, & mirâ, atque ineffabili ſacrificans potentiâ, transferens hæc in corporis, & ſanguinis ſui ſacramentum. Immolauit itaque ſemetipſum) tranſlatione panis, & vini in ſuum corpus, & *ſanguinem, atque adeò conſecratione.*

Tertiò probatur multiplici atteſtatione S. Thomæ. Nam 3. p. quæſtio. 83. ar. 4. longe poſt medium corporis, ait: ſacerdotem, dum factâ conſecratione dicit, *ſupra quæ propitio, ac ſereno vultu reſpicere digneris &c.* petere, vt hoc ſacrificium peractum, ſit Deo acceptum: Ergo cenſet per conſecrationem eſſentialiter eſſe iam ſaltem inchoatum. Rurſus ar. 4. ad 1. Chriſmatis, & Euchariſtiæ conſecrationes in eo diſcriminat, quod hæc ſit ſacrificium, non illa. Demum ar. 10. in corpore dicit: *Conſecratione huius ſacramenti ſacrificium offertur:* & ad 1. ait: *Hoc ſacramentum perficitur in conſecratione in quâ ſacrificium Deo offertur.*

§. II.

Aliorum rationibus non euincitur.

23. Non ſolum quia panis ſubſtantia deſtruitur.

PRimo aliqui probant. Quia in conſecratione interuenit deſtructio panis, & vini, quæ fit in cultum Dei, ego &c. Contra 1. quia hac ratione non tam corpus, & ſanguis Chriſti, quam ſubſtantia panis, & vini ſacrificaretur in Miſſa: quod dici nequit; ergo nulla eſt ratio. Maior probatur, quia illud proprie ſacrificatur per cuius deſtructionem colimus diuinam maieſtatem. Contra 2. quia ſacrificium Crucis, & ſacrificium Miſſæ idem eſſe ſecundum rem oblatam, & ſolum quoad modum hoc eſſe diuerſum ab illo, docent Patres, atque Theologi omnes: quorum dictum foret aperte falſum: ergo illa ſententia omnino falſa.

24. Secundo dicunt alij, deſtructionem, ſiue immolationem illius rei, quæ dicitur ſacrificari requiri eſſentialiter in ſacrificio Abſoluto (ita vocant, quod independenter ab alio eſt tale habens in ſe rationem veram ſacrificij) non vero requiri eſſentialiter in ſacrificio Commemoratiuo (ſic appellant, quod in ſe nôn habet rationem ſacrificij niſi vt eſt actio ſacra repræſentatiua alterius ſacrificij) huiuſmodi eſt ſacrificium Euchariſticum. Ratio illorum eſt quia ſacrificium abſolutum, non poteſt ſignificare ſupremam domini poteſtatem vitæ, & mortis, niſi per deſtructionem rei oblatæ: at Commemoratiuum repræſentans Chriſti mortem cruentam, quamuis id præſtet incruente ſignificat illud, quod mors Chriſti cruente ſignificabat. Contra primo quo verum ſacrificium veram deſtructionem rei ſacrificatæ requirit, ergo vbi non eſt niſi quædam figura, & repræſentatio deſtructionis rei, non dabitur ſacrificium verum, & reale; ſed ſolum imago talis ſacrificij. Quod non eſt vniuoce ſacrificium, ſed analogice dicetur tale, ſicut datur in tragædia repræſentatio, & commemoratio mortis Cæſaris, non tamen mors Cæſaris. Contra 2. quia ſacrificia legis antiquæ figurabant mortem Chriſti, ſacrificium futurum, non tamen ideo, illa eſſent ſacrificia, niſi etiam in ſe ipſis haberent deſtructionem rei ſacrificatæ.

Nec ſolum quia commemoratio datur ſacrificij realis.

Quædam alia optime proſequitur doctiſ. Lugo diſputatione 19. ſect. 4. qui aliorum etiam modos reſolui di rem iſtam minus idoneos diſcutit, & refutat. §. Ipſe vero Lugus ſect. 5. nouâ rationem profert: cuius ad ſyllogiſmum redactæ, hæc eſt forma, & tota vis. Vt actio ſacrifica ſit neceſſe non eſt, deſtruat ſubſtantialiter rem oblatam, ſed ſufficit, quod illam humano modo deſtruat; nempe reddens ipſam, & ineptam ad actiones humanas: & aptam ad actus, & vſus alienos, verbi gratia hominem ad functiones cibi, & potûs, perinde ac ſi illum in panem, & vinum conuerteret: ſed hoc modo ſe habet erga Chriſti ſubſtantiam conſecratio: Ergo eſt actio ſacrifica.

Hanc rationem perſtrinxi Diſputatione 21. ſect. 4. ſub finem: Vt verò nunc ex profeſſo confutem, aduerto; Chriſti ſubſtantiam, in ſententiâ illius per conſecrationem non produci, aut reproduci; ſed ſolum accipere præſentiam ad locum ſpecierum. Proinde quando iſtæ corrumpuntur, Chriſti ſubſtantiam ſolum deſinere localiter: quia nihil eius deſinit, niſi præſentia localis, quæ iuxta omnes Doctores, ab ente, quod præſens eſt, re ipsâ diſtinguitur; & iuxta Lugi eſſentiam, eſt accidentarius modus phyſicè inhærens. 25.

Hinc refello dictam rationem. Quia actio ſacrifica debet eſſe cauſa, vt quoad ſubſtantiam phyſicè deſinat res illa, quæ immolatur: Proinde cum per Miſſæ ſacrificium Chriſtus immoletur, neceſse eſt, vt actio talis ſacrificij conſtitutiua cauſa ſit, vt Chriſtus quoad ſubſtantiam phyſicè deſinat: Atqui, Lugo iudice, Conſecratio nec proximè, nec remotè cauſa eſt, vt Chriſtus phyſicè deſinat quoad ſubſtantiam: Ergo conſecratio non eſt ſacrificij Miſſæ conſtitutiua. Maiorem probaui Diſputatione 1. ſect. 5. Minorem conſequentiſſimè tradit Lugus. Conſequentiæ bonitatem nemo non videat. 26. Impugnatio ſententiæ propoſitæ.

Deindè, ſi quis granum thuris tranſſubſtantiaret

Digitized by Google

ſtantiaret in hominem, ſub thuris ſpeciebus ſacramentaliter poſitum; hac ipſa tranſſubſtantiatione hominem humano modo deſtrueret, reddens ineptum ad actiones hominis, & aptum ad functiones thuris, perinde ac ſi illum in thus conuerteret; vtpote quem æquè redderet cremabilem, ac ſacerdos conſecratione reddit Chriſtum comeſtibilem: Atqui mera illa tranſſubſtantiatio thuris in hominem non eſſet ſacrificium, quo inſtar thuris immolaretur homo: Ergo nec mera vtriuſque ſpeciei conſecratio eſt ſacrificium, quo inſtar panis, ac vini immoletur Chriſtus. Quia nec thus immolatur niſi per actionem ſui deſtructiuam: Vnde homo ſub ſpeciebus thuris exiſtens, non immolaretur inſtar thuris, niſi per actionem ſui deſtructiuam, qualis non eſſet mera ipſius poſitio ſub ſpeciebus thuris: Et ſimiliter Chriſtus per meram conſecrationem non immolaretur inſtar panis, & vini, cum hæc non immolentur, niſi per actionem ſui deſtructiuam.

Si Thus conuertatur in Hominé, & talis actio conſtituens hominem ſub ſpecie Thuris non ſit hominis deſtructiua, ſed dumtaxat locatiua illius, non eſt ſacrifica per modum Thuris.

Ratio verò, cur neutra illarum actionum, nudè ſumpta, eſſet deſtructiua rei, quam diximus, multiplex eſt. Prima, quia ſolùm eſſet productiua modi ſupernaturalis. Secunda, quia nec eſſet productiua modi, qui ſtatim deſinere poſceret: Ideoque nec eſſet deſtructiua rei quoad ſtatum ſacramentalem, ſed potius productiua illius quoad illum ſtatum. Tertia, quia quamuis eiuſmodi actio tranſubſtantiatiua phyſicè produceret rem, de qua loquimur, & proinde per eius actionis deſitionem res illa phyſicè deſitura eſſet; adhuc prædicta eius productio, nudè ſumpta, non eſſet eius deſtructio ſubſtantialis, ſed potius huic oppoſita. Quartum verò rationum plenum examen in ſequentem §. reſeruamus.

17. Poſtremò, quia conceſſa illius ſyllogiſmi maiore, minor etiam, iuxta Lugi ſententiam, falſa eſt: Sicut enim cibus, & potus non eſt, niſi qui poſt ſumptionem, & decoctionem phyſicè quoad ſubſtantiam deſinit; ſic actio non reddit hominem aptum ad functiones cibi, & potus, tanquam illum in panem, vinumque mutaret, niſi taliter eum conſtituat, vt poſt ſumptionem, & ſpecierum decoctionem debeat quoad ſubſtantiam phyſicè deſinere: Conſecratio verò, iuxta memoratam Lugi doctrinam, non hoc modo Chriſtum ſub ſpeciebus conſtituit: Ergo non illum ita reddit aptum ad potus, cibique functiones, tanquam illum conuerteret in panem, ac vinum. Quod verò ſtatim occurrit; etiam potum, & cibum non eſſe, niſi illum, qui poſt ſumptionem, & decoctionem in ſubſtantiam ſumentis conuertitur, nihil nobis officit, vt §. oſtendetur ſequenti.

Inducit pro ſe Lugus teſtimonium S. Gregorij Nyſſeni Orat. 1. de Chriſti Reſurrectione colum. 6. dicentis: Chriſtum priùs ſe ipſum immolaſſe, & poſteà manducandum tradidiſſe, & ſic declaraſſe, ſacrificium agni iam eſſe perfectum: quia victimæ corpus non eſt manducabile, ſi animatum ſit. Hoc verò teſtimonium illi Doctori refragatur, vt poſteà patebit.

§. III.

Propria, & ſpeciali ratione perſuadetur.

28. NOs aſſertionem ratione ſic aſtruimus. In actione ſacrificij Miſſæ conſtitutiua duo poſſunt in præſens conſiderari: Vnum, eſſe repræſentatiuam Dominicæ mortis, per ſeparationem ſanguinis à corpore inductæ: Alterum, eſſe ſubſtantialiter deſtructiuam rei, quæ per ipſam immolatur: Sed ambas rationes continet vtriuſque ſpeciei conſecratio: Ergo eſt actio ſacrificij Miſſæ conſtitutiua. Maior, & Conſequentia dubitationi non ſubiacent: Minor, quia negatur, & duas habet particulas, particulatim comprobanda eſt.

Propria ratione perſuadetur.

Et quidem quoad priorem, quæ pronunciat, vtriuſque ſpeciei conſecrationem eſſe repræſentatiuam Dominicæ mortis, per ſeparationem illam inductæ, conſtat ex Chriſti verbis, *Hoc eſt corpus meum*, *Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur*: Et eſt totius Eccleſiæ ſenſus; & expreſsè traditur à S. Thoma 3. part. q. 80. art. 12. ad 1. Et ex ipſa conſecratione liquidò conſtat, cum per vnam eius partem ponatur ex vi verborum Chriſti corpus, & non ſanguis; & per alteram ſanguis, & non corpus.

Conſecratio Vtriuſque ſpeciei eſt repræſentatiua mortis Domini.

Quoad alteram partem, vt probetur, præmittimus ex Diſp. 11. & 14. Chriſtum in Euchariſtia produci ſubſtantialiter, & produci per actionem, quæ ſit eiuſdem vnio cum panis, & vini accidentibus: atque adeò produci cum phyſica neceſſitate ſubſtantialiter deſinendi, deſtructis, ſeu deſinentibus panis, & vini ſpeciebus; & proinde cum naturali neceſſitate ſubſtantialiter deſinendi multò citius, quàm homo naturaliter poſcat deſinere: nam accidentia panis, & vini longe minus durare poſſunt, quàm vita hominis per ſe durat: & cum morali neceſſitate, ſaltem poſt ſemihoram deſinendi; cum teneatur ſacerdos paulò poſt conſecrationem Chriſtum ſumere; & ſpecies, ſaltem poſt quadrantem à ſumptione conſumantur, corrumpantur, ac deſinant. Id non obſcurè colligitur ex Chriſti Verbis conſecratoriis: *Hoc eſt enim Corpus meum*: *Hic eſt enim ſanguis meus* Etenim ſi bene penſetur, Chriſtus hæc dicens, conceptis Verbis facit ſuis Diſcipulis mentionem illius ſermonis atque præcepti promulgati Ioan. 6. *Niſi manducaueritis*, &c. Sicque particula *Enim* in formula ſacrificij ſignificat vel cauſam, vel ordinem ad realem comeſtionem corporis, & bibitionem ſanguinis illius mox ponendam in executione. Verum de iis videatur P. Alphonſus Salmeron. tom. 9. in Euang. Tract. 15. Diſp. 39. ſect. 2. de vocula, *Enim*, diſputabimus fusè.

29. Et ſubſtantialiter deſtructiua rei, quæ per ipſā offertur.

Nunc ita diſſerimus. Actio ſacrificatiua, tametſi debet eſſe cauſa, vt quod immolatur phyſicè deſinat; cum ex natura ſua non poſtulet tam citò phyſicè deſinere; non verò debet eſſe cauſa phyſica, nec moralis immediata eiuſmodi deſitionis, ſed ſatis eſt ſit moralis, & mediata: qualis ſcilicet eſſet iuſſio, qua ſacerdos Iudaicus miniſtro ſuo præciperet, vt agnum in altari coram ſe poſitum lethaliter vulneraret: Eſſet enim cauſa occiſionis non phyſica, ſed moralis; nec immediata, ſed mediata; & tamen eſſet verè, propriéque ſacrifica. Sed conſecratio eſt cauſa moralis, & mediata, vt Chriſtus ſub ſpeciebus Euchariſticis citius, quam ex ſe poſtulet, ſubſtantialiter, ac phyſicè deſinat: quia eum ponit productione eſſentialiter pendente ab ſpeciebus, ac proinde cum phyſicâ neceſſitate ſubſtantialiter deſinendi ad corruptionem ſpecierum; imo conſecratio, moraliter ſumpta; Chriſtum ibi conſtituit cum

Digitized by Google

obligatione ſacerdotis ad ipſum ſub vtràque ſpecie ſtatim ſumendum: Ergo conſecratio verè eſt, proprieque ſacrifica.

30. Eſt Actio productiua in præſens, & destructiua in Proximum Tempus.

Dices: ſacrificium, quatenus tale, eſſentialiter eſt actio rei, quæ ſacrificatur, deſtructiua: Ergo nequit eſſe actio eiuſdem productiua. Diſtinguo conſequens, nequit eſſe actio eiuſdem merè productiua, concedo: eiuſdem productiua, & ſimul deſtructiua, nego: ſimul, inquam, productiua in præſens; & deſtructiua in tempus proximum. Quamuis enim ad ſacrificium, quà tale, non requiratur, vt ſic actio rei productiua, ſed deſtructiua, tamen ſacrificio tali in particulari non repugnat ratio actionis productiuæ: quia non ei repugnat eſſe actionem productiuã rei cum neceſſitate deſinendi ſtatim poſt productionem, vel ſaltem multò citiùs, quam ex naturâ ſuâ deſinere poſtulat.

Sic poſſet Deus præcipere duobus coniugibus, vt filium ſibi ipsâ generationis actione ſacrificarent; nempe actione veneno infeſtâ ſic eum producendo, vt paulò poſt eſſet moriturus: illa enim filij productio non dubium, quin ſimul eſſet eius deſtructiua, & per conſequens, Deo ſic conſtituente, ſacrificatiua. Aptius, & facilius exemplum eſſet, ſi Deus, vt potuit, conſtituiſſet, vt muſtum omnium, quæ excogitari poſſunt, recentiſſimum, ſibi ſacrificaretur: ita nempe, vt ex vuis expreſſum, non exciperetur vaſe aliquo, ſed expreſſione ipsâ in terram proiiceretur, ſeu per pauimentum ſpargeretur. Cum enim ante illam actionem non eſſet muſtum, actione illâ muſtum efficeretur: & quia per illam eandem actionem obnoxium redderetur citiſſimæ deſtructioni, talis effectio muſti ſimul eſſet eiuſdem muſti veriſſima libatio, atque adeò propriè ſacrificium.

Quia producit Chriſtum dependenter ab ſpeciebus.

Cum ergo Chriſtus per conſecrationem producatur dependenter ab ſpeciebus panis, & vini, & proindè cum phyſicâ neceſſitate deſinendi ad ipſarum deſitionem, multóque citiùs, quam homo ex ſuâ naturâ poſtulet; ſanè conſecratio ſimul eſt & Chriſti phyſica productio, illum de præſenti producens; & eſt ipſius deſtructiua, nempe illum producens præproperæ deſitioni obnoxium, & vt ita dixerim, quaſi lethaliter ſocium, ſeu lethaliter percuſſum.

At inquies: Ergo ſolita expreſſio vini ex vuis eſſe poſſet, & olim apud Gentiles fuit, vini ſacrificium. Probabis illationem, quia vini ex vuis ordinaria expreſſio liquorem illum reddit obnoxium celeri deſtructioni. Nulla tamen eſt illatio: nam conſueta expreſſio non reddit vinum obnoxium celeriori deſitioni, quàm vinum ex ſe poſtulet: eſt enim productio, ſiue effectio vini, prout vinum ex ſe produci, vel confici poſtulat, nempe receptum in vaſibus, in quibus, quantum ipſius natura ferat, ad humanos vſus conſeruetur.

§. IV.

Sola vtriuſque ſpeciei conſecratio Miſſæ ſacrificium eſſentialiter conſtituit.

31. EST doctrinâ valdè communis. Probatur primò ex Concilijs. Nicænum 1. lib. 3. cap. de diuinâ menſâ, &c. *Attollenti mentem, fide intelligamus, ſi tum in ſacrâ illâ menſâ agnum Dei, tollentem peccata mundi, incruentè à ſacerdotibus immolatum.* Supponunt ergo Patres, quando iam Chriſtus in altari, per conſecrationem poſitus conſpicitur iam eſſe immolatum, ac proinde ſacrificium ſubſtantialiter abſolutum. Canon *Trullanus* 52. vetat, in diebus pleriſque Quadrageſimæ conſecrationem fieri, iubetque miniſterium fieri ex præconſecratis: ſicut apud Latinos in die Paraſceues. Vbi non appellat ſacrificium, ſed Miniſterium: quia ſcilicet tunc non conſecratur, ſed ſumitur.

Deinde probatur ex Patribus Græcis. Irenæus lib. 4. contra Hæreſes Cap. 32. de Chriſto ſcribit: *Suis diſcipulis dans conſilium, primitias Deo offerre ex ſuis creaturis (non quaſi indigenti, ſed vt ipſi nec in fructuoſi, nec ingrati ſint) eum, qui ex creatura panis eſt, accepit, & gratias egit, dicens, Hoc eſt corpus meum: & calicem ſimiliter, qui eſt ex creaturâ, quæ eſt ſecundum nos ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & noui teſtamenti nouam docuit oblationem.* Ergo facto illo cenſet Irenæus, conſilium illud expletum, & oblationem illam perfectè doctam.

Cyrillus Hieroſolymitanus catech. 5. *Poſtquam confectum eſt illud ſpirituale ſacrificium, & ille cultus incruentus, ſuper ipsâ propitiationis hoſtiâ obſecramus Deum pro communi Eccleſiæ pace.* Lege Græcas, & Latinas liturgias; comperies hanc obſecrationem fieri poſt conſecrationem, & ante ſumptionem. Quod apertè indicat Cyrillus dicens, fieri ſuper ipsâ propitiationis hoſtiâ. Æquè clarè loquitur Nyſſenus Orat. 1. de Chriſti Reſurrectione colum. 6. & clariùs Simeon Theſſalonicenſis, & eiuſdem verbis Nicolaus Cabæſilas in expoſitione liturgiæ cap. 32. quæ habetur in Tomo 6. Bibliothecæ Patrum. Sunt autem hi duo ſcriptores, etſi Schiſmatici Archiepiſcopi tamẽ Theſſalonicenſes: & cum noſtram ſententiam diſertis verbis pronuncient, indicant eſſe tam communem apud Græcos, quam apud Latinos.

Eſt ſententia tam communis apud Græcos qui apud Latinos.

32. Probatur tertiò ex Patribus Latinis, Ambroſio in Pſal. 39. Gregorio Magno lib. 4. Dialog. cap. 58. Iſidoro lib. 6. Etymol. cap. 19. & Ruperto lib. 2. in Exod. cap. 6. quorum teſtimonia in noſtris Recentioribus videri poſſunt.

Probatur quartò ex S. Thomâ pluribus in locis hanc ſententiam clariſſimè ſignificante. Nam 3. p. quæſt. 82. ar. 4. quærens, vtrum ſacerdos conſecrans teneatur ſumere hoc ſacramentum; ſolùm probat teneri; quia quiſquis ſacrificium offert, dicitur ſacrificij particeps fieri: Ergo planè ſupponit, ante ſumptionem peractum eſſe ſacrificium: tum quia dicit, per ſumptionem participem fieri ſacerdotem ſacrificij iam oblati: tum etiam quia alioqui probare debuiſſet ex eo teneri, ſacrificium non inchoatum relinquere. Idem ſignificat ibidem ad 1. & ad 3. & art. 10. in corpore. Et tandem quæſt. 83. vbi de ſacerdote, ſtatim poſt conſecrationem orante, dicit. Petit, hoc ſacrificium peractum eſſe Deo acceptum.

33. Rationibus probatur.

Ratione probari ſolet primò. Quia ſi ſacrificantis ſumptio foret ſacrificio eſſentialis, vel ſubſtantialis, narraſſent Euangeliſtæ, Chriſtum ſumpſiſſe, nec tamen narrant. Dices: Narrare

tare dum referunt illa Chriſti verba: *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum.* Contrà: quia benè intelliguntur de Cœna Agni Paſchalis, quod abſolutè dicitur Paſcha; præſertim cum Chriſtus ſolùm loquatur de eſu, ad quem Paſcha illud obligabat, & non de potu, quem eſſe Miſſæ eſſentialem Aduerſarij contendunt.

Secundò probari ſolet. Quia ſacrificium Euchariſticum offertur, & peragitur in perſona Chriſti; ita ſcilicet, vt Chriſtus ſit Principalis offerens, agens, & perficiens: Atqui ſumptio non fit in perſona Chriſti, nec à Chriſto principaliter agente, vt per ſe conſtat: Ergo ſumptio ſubſtantiam huius ſacrificij non ingreditur. Si dicas, ſacerdotem, quatenùs ſibi confert Euchariſtiam, agere in perſona Chriſti modo dicto. Contrà: quia ſumptio non dicit ſolùm exhibitionem, ſed etiam receptionem, & in ſtomachum traiectionem, quæ nullo modo fiunt à Chriſto, vt à principali agente.

34. Tertiam adiungo rationem, quæ ſimul & à priori ſit, & illam, quæ nobis opponi poſſet, labefactando præoccupet. Actio enim eſſentialiter, vel ſubſtantialiter ſacrifica dicitur eſſe cauſa, vt res, quæ per ſacrificium offertur, ſimpliciter deſinat ſubſtantialiter, vt in ſuperioribus oſtenſum eſt: Atqui ſumptio non eſt cauſa, vt Chriſtus, qui per hoc ſacrificium offertur, ſimpliciter deſinat phyſicè: Ergo non eſt eſſentialiter, aut ſubſtantialiter ſacrifica. Minor probatur; quia Conſecratio, cum Chriſtum conſtituat dependentem ab ſpeciebus, iam eum conſtituit ſimpliciter obnoxium phyſicæ deſitioni ad corruptionem ſpecierum: proinde conſecratio ſimpliciter cauſa eſt, vt Chriſtus phyſicè deſinat multò citiùs, quàm ipſe, vel quiuis homo ex ſe deſinere poſcat: Vnde licet non ſumeretur, ita deſineret; atque adeo ſacrificaretur: Proinde ſumptio non eſt ſimpliciter cauſa, vt Chriſtus ſubſtantialiter deſinat, ſed vt citiùs deſinat, quàm ſi non ſumeretur, aut ſpecies alio modo citius conſumerentur. Quare ſumptio non eſt actio Chriſti ſacrificatiua: quia ſolùm eſt conditio, vel ad ſummum cauſa, vt citiùs aliquantò Chriſtus deſinat.

Cõſecratio eſt cauſa, vt Chriſtus phyſice deſinat multo citiùs, quàm ex ſe poſcat deſinere.

§. V.

Aduerſantibus occurritur.

35. VTriuſque ſpeciei ſumptionem à ſacerdote intra Miſſarum ſolemnia fieri ſolitam ſacrificio Miſſæ eſſentialem eſſe, indicat Gabriel in Canonem lectione. 27. Et expreſsè docent Sotus in 4. diſt. 13. quæſt. 1. art. 6. & 8 & q. 2. art. 2. Ledeſma 1. 4. q. 13. art. 4. & Bellarminus lib. 1. de Miſſa. Cap. 27. lib. vlt. §. *Septima propoſitio.* Et, teſte Suarez, complures huius temporis Thomiſtæ: Sed re vera nituntur fundamentis, partim debilibus, & ipſos impugnantibus; partim commenticiis, vt iam oſtendo.

Concil. Toletanum explicatur.

Primò enim citant duo Concilia. Toletanum XII. Canone 5. vbi reprehendens quoſdam ſacerdotes, qui conſecrabant, & non ſumebant, ait: *Nam quale erit ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificans particeps eſſe cognoſcitur?* Sed occurro: quia non dicit, Quod erit ſacrificium, id eſt, quam habebit eſſentiam, vel quo modo debitam eſſentiam habebit? Sed, *Quale erit?* id eſt, quam habebit qualitatem, nempè quomodò ſortietur competentem ritum? Ergo ſupponit, ſine ſumptione habiturum eſſentiam ſacrificij.

Confirmatur ex P. Lugo: quia Concilium confeſtim addit hæc verba: *Ergo modis omnibus tenendum eſt, vt quotieſcumque ſacrificans Corpus, & ſanguinem Ieſu Chriſti Domini noſtri in altario immolat, toties perceptionis Corporis, & ſanguinis Chriſti ſe participem præbeat.* Vbi planè diſtinguit immolationem à ſumptione; alioquin ridiculum daret præceptum, nempe vt quoties immolat, immolet. Alterum Concilium, quod allegant; eſt Neocæſarienſe, Canone 13. Sed nec verbum habet, quod ad rem pertineat.

Secundò citant S. Auguſtinum lib. 17. de Ciuit. cap. 5. in ipſo fine dicentem: *Manducare panem, eſſe ſacrificium Chriſtianorum.* 36.

S. Auguſt. vocat ſacrificiũ Chriſti ipſam rem ſacrificatam; quæ manducatur.

Contra, quia planè loquitur de ſacrificio pro re ſacrificata ſub ſpecie panis, cuius participes fiunt omnes Chriſtiani: Tractat enim illud 1. Regum 2. *Futurum eſt autem, vt quicunque remanſerit in domo tua, veniat, vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatque; dimitte me, obſecro, ad vnam partem ſacerdotalem, vt comedam bucellam panis.* Nam per *partem ſacerdotalem* intelligit plebem Chriſtianam, vtpote ſacerdotibus ſubiectam. Quare dum dicit, Manducare panem, quod eſt ſacrificium Chriſtianorum; relatiuum, Quod, non ad manducare, ſed ad panem refert; ſicut ille dixit: *Eſt locus in carcere, quod Tertullianum appellatur.*

Tertiò citant S. Thomam 3. p. quæſt. 80. art. 12. ad 2. & 3. & q. 83. art. 6. ad 3. & 2. 2. q. 85. art. 3. ad 3. Sed in nullo horum locorum Aduerſariis fauet: nec ipſi rationem adferunt vllius roboris.

P. Lugus ſect. 5. pronunciat, Per ſumptionem ſacerdotalem compleri hoc ſacrificium, non tamen eſſentialiter ſicut Materia prædiſpoſita completur forma, ex quibus conſtat Humana eſſentia, ſed integraliter; Sicut homo completur per pedem, & manum. Neutrum conſequenter videtur dici. Non primum: quia, iudice Lugo, Chriſtus ſacrificatur conſecratione, ſolùm dante Chriſto formam, ſiue ſtatum rei comeſtibilis: Ergo implicat ſacrificationem compleri per actionem, quæ Chriſto ſolùm auferat modum iſtum accidentalem: Sicut implicat ſacrificium, conſiſtens in lethali percuſſione, compleri per actionem, quæ ſolam percuſſionem pecudi auferret: Atqui ſumptio ſolùm aufert à Chriſto modum illum accidentalem comeſtibilis; Ergo nequit immolationem complere. Non ſecundum: quia pars integralis habet eandem eſſentiam ſpecificam cum toto, cuius eſt pars: ſumptio verò non eſt eiuſdem rationis ſpecificæ cum conſecratione. Denique ſi ſumptio ſolum compleret integraliter immolationem, poſſet aliquando prætermitti: ſicut ſumpta vna parte hoſtiæ, poteſt alterius ſumptio omitti: quia ſolum integraliter ſumptionem complet.

Quo dargumentum ſic vrgeo: quia propterea Lugus contendit, Miſſam ſumptione compleri, quia nunquam fas eſt ſumptionem omittere; ſi autem ſacrificium ſine ſumptione completum eſſet, non eſſet, cur aliquando ſumptio prætermitti non poſſit, nimirum in caſu, quo ſanguis 37.

Digitized by Google

ſanguis totus effunderetur. Atqui ſi ſolũ integraliter cõpleretur hoc ſacrificium per ſumptionem, ſane, ex hac integratione nullum poſſet peti fundamentũ ad aſſerendam omnimodam illam obligationem ſũptionis;ergo nõ quia integrat ſacrificium. Minor patet manifeſtè in exemplo ipſo, quo ille vnicè probat integralem iſtam completionem,nempe ſumptionem poſterioris partis hoſtiæ. Nam priori parte ſumptâ, ſi poſterior aut veneno inficiatur,aut ſacerdoti per vim eripiatur, non eſt denuò conſecranda hoſtia, nec alterius pars ſumenda. Igitur illa completio & ſumptio pars-integrans ſacrificium Miſſæ nuncupanda non eſt: Neque enim talis eſſe probatur.

Alia de ſacrificio Miſſæ non adiunximus; quæ plurima poſſent hic diſceptari, maximè ad mores ſpectantia; quæque in eis ſcriptoribus qui ſolum res morales tractant ex profeſſo,facile reperi entur.

DISPVTATIO XXIII.

De Euchariſtiæ cognitione.

HÆc diſputatio proœmialis eſt ad materiã de ſacramento Euchariſtiæ:qualis Theologiæ de myſterio Trinitatis, & de Incarnatione Verbi præfigi ſolet. Habet etiam Euchariſtici myſterij notitia quæſtiones tum ſpeciales, tum ſpecioſas, tum ſatis arduas,ideoque dignas,quę ſubſequentium diſputationum aditum expediant.

SECTIO I. *Poſſit ne creata mens in Euchariſtia cognoſcere euidentia naturali Chriſtum aut aliquam eius ſubſtantiam, aut affectionem.*
§. 1. *Nihil eorum valet ea ratione cognoſcere.*
§. 2. *Ingens roboratur, & profligatur obiectio.*
SECTIO II. *Num Angelus dicto modo noſſe poſſit accidentium Per ſe exiſtentiam.*
§. 1. *Non poteſt eo quod illa Per ſe exiſtentia ſit intrinſece ſupernaturalis*
§. 2. *Nec poſſet etiamſi foret intrinſecè naturalis.*
SECTIO III. *Num poſſit naturaliter cognoſcere panis,& vini ſub ipſorum accidentibus abſentiam,*
§. 1. *Neutram poteſt eo quod inuoluat aliquid intrinſece ſupernaturale,*
§. 2. *Imo panis & vini ſubſtantiam,& accidentium inhærentiam perinde videt naturaliter,ac ſi ibi exiſterent.*
SECTIO IV. *Poſſit ne creatus intellectus naturali virtute cognoſcere Euchariſtiam euidenter poſſibilem.*
§. 1. *Non poteſt ablata reuelatione.*
§. 2. *Nec poſita reulatione poteſt.*

SECTIO I.

Poſſitne creata mens in Euchariſtia, vi, & euidentia naturali Chriſtum, aut aliquam eius ſubſtantiam, aut affectionem cognoſcere.

VT Euchariſtia quatenus exiſtens, euidenter deprehendatur, cognoſcendus clarè eſt vt ibi exiſtens Chriſtus; vtque ibi non exiſtens panis, ac vinum; ipſorumque accidentia vt per ſe ſtantia, ſeu carentia ſubiecto inhæſionis. Quærimus porrò, num hæc poſſit creatus intellectus euidenter cognoſcere vi naturali: nam ſupernaturali poſſe, extra controuerſiam eſt. *Quæſt. eſt de virtute naturali; Nam poſſe ſupernaturali, certum eſt.*

§. I.

Nihil eorum valet eâ ratione cognoſcere.

REcentiorum complures cum Becano cap. 19. quæſt. 7. §. *Alij nihilominus*, aiunt poſſe Chriſti humanitatem, vt in Euchariſtiâ exiſtentem, naturaliter ab Angelo deprehendi; nempe materiam, & animam, & ambarum nexum inter ipſas, ſed non cum Verbo:quoniam illa tria naturalia ſunt, & vnio cum Verbo ſupernaturalis. Conſequenter aſſerunt, poſſe ab Angelo naturali euidentiâ conſpici vt exiſtentes cunctas formas accidentales, quæ Chriſti humanitatem naturaliter conſequuntur, quia ſunt quoad ſubſtantiam naturales: modum autem præſentiæ non poſſe, quoniam eſt quoad ſubſtantiam ſupernaturalis. 1.

Exiſtimo, tum Hominem, tum Angelum, dum natiuis dumtaxat propriæ mentis viribus vtantur, non poſſe in Euchariſtiâ Chriſti humanitatem, aut aliquam illius partem, aut ſubſtantiam, aut accidentalem formam, vt ibi exiſtentem, clarè cognoſcere. Quod ad Hominem attinet, aſſertio eſt euidens; nam homo nihil poteſt euidentiâ naturali cognoſcere niſi quod ſpecies per ſenſus corporeos naturaliter acceptæ, mediatè, vel immediatè repræſentant: ſed ſpecies per corporeos hominis ſenſus naturaliter acceptæ, nec immediatè, nec mediatè, Chriſti humanitatem, eiuſve partem aliquam, aut ſubſtantiam, aut accidentalem formam,vt in Euchariſtâ exiſtentem, repræſentant: Ergo nequit homo naturaliter aliquid iſtorum euidenti cognitione deprehendere. Maior, & illatio conſpicuæ ſunt,& omnibus conceduntur. Minor verò ſolùm negabitur à quibuſdam Recentiſſimis Philoſophis, aſſerentibus Chriſti colores, ſibi relictos, naturaliter producturos in Euchariſtiâ ſui ſpecies impreſſas, & conſequenter naturali virtute oculorum videndos, & proinde per illos Chriſtum cognoſcendum. Sed his Doctoribus infra num. 10. efficaciter occurremus. *Oſtenditur, quod Mens humana non poſſit.*

Quod verò ad Angelum ſpectat, affectionem 2.

Nec Angeli ea propriis viribus.

Item probo: quia ſpecies impreſſa corporis, vel animæ, vel cuiuſuis alius entis, quam infuſam habet Angelus, naturaliter non petit repræſentare, ac proinde naturaliter nequit excitari ad illud ens repræſentandum, niſi vbi illud naturaliter exiſtit: ſed Chriſti humanitas, & quælibet eius pars, vel ſubſtantia, vel accidentalis forma, non exiſtit in Euchariſtiâ naturaliter, ſed ſupernaturaliter: Ergo ſpecies illius impreſſa, quam infuſam habet Angelus, non poſtulat, atque adeo naturaliter non valet excitari ad eiuſmodi entium notitiam efficiendam. Minor patet: nam ſpecies naturales inditæ fuerunt Angelo ad repræſentandas res naturales, iuxta modum ipſis, ac vniuerſo naturalem: proinde non inditæ fuerunt ad res illas repræſentandas iuxta modum ipſis, aut vniuerſo ſupernaturalem.

Species impreſſa Angeli naturaliter ſolum repræſentat rem naturalem cum modo ipſius connaturali exiſtentiæ.

Firmo, quia ſpeciei, verbi gratia, quam habet Angelus repræſentatiuam corporis Chriſti pleniſſime fit ſatis, ſi excitetur ad Chriſti corpus repræſentandum ibi, vbi naturalem exiſtendi modum habet: Igitur ei ſpeciei non debetur, ac proinde naturaliter concedi non poteſt, vt excitetur ad idem Chriſti corpus repræſentandum alio in loco, vbi modum exiſtendi non habet naturalem. Antecedens oſtendo, quia naturalis exigentia, quam habet Chriſti corpus ad exiſtendi modum, verè expletur, eique fit ſatis, dum Chriſti corpori conceditur modus in vno loco naturaliter exiſtendi; proinde naturaliter non poſtulat, nec habere poteſt modum exiſtendi ſupernaturalem: Ergo naturalis etiam exigentia, quam eiuſdem corporis ſpecies naturalis habet, fertur ad illud repræſentandum, reuera expletur, eique fit ſatis, dum excitatur ad illud repræſentandum ibi, vbi modum illum habet naturaliter exiſtendi. Probo conſequentiam, quia ſpecies illa ſolùm data eſt ad exigentiam obiecti: obiectum autem ſicut non poſtulat ſub modo ſupernaturali eſſe, ita nec poſtulat ſub illo cognoſci.

3. Firmo rurſus, quia corporis impreſſa ſpecies data eſt Angelo, vt ſuppleat defectum, ſiue impotentiam, quam habet corpus ad imprimendam ipſi Angelo ſui ſpeciem, & illum ad ſui notitiam determinandum: ita nempe, vt vbi corpus valet ſui ſpeciem oculis corporeis approximatis imprimere, ibi poſſit Angelus, etiam non approximatus illud cognoſcere: ſed corpus vbi inextenſum eſt, nequit ſui ſpeciem in oculos corporeos, quantumuis propinquos tranſmittere: Ergo nec ab Angelo naturaliter vt ibi exiſtens cognoſci.

Non valet Paritas ex Petro circũſcriptiuè poſitiuo in duplici loco.

Quo facile diluitur obiectio, quæ ſtatim ad hunc modum inſtitui poterat. Si Petrus (vt reuera per diuinam virtutem poteſt) ſimul eſſet circumſcriptiuè in duobus locis; Angelus illum duobus in locis exiſtentem naturaliter conſpiceret, idque mediante illâ ſpecie Petri, quam ab initio inditam accepit: Ergo etiam naturaliter cognoſcit Chriſtum, non ſolùm vt exiſtentem in cœlo, ſed etiam vt exiſtentem in Euchariſtiâ. Eſt enim latum diſcrimen. Nam corpus in duobus locis circumſcriptiuè ſimul exiſtens, virtualiter eſt duplex, ideoque tantam actiuitatem habet in vno, quantam in altero, vtpote æquiualens duobus corporibus reipſa diſtinctis: ideoque tam poteſt ſui ſpeciem imprimere in vno loco, ac in altero. Quapropter illius ſpecies in Angelo exiſtens tam naturaliter excitatur ad illud repræſentandum ſimul in duobus locis, ac ſi non vnum ſed duplex eſſet corpus: nec enim par eſſet, vt illud in duobus locis ab homine cognoſci poſſet, & ab Angelo non poſſet. At verò dum vno in loco ponitur extenſum, & in altero inextenſum, non æquiualet duobus quoad actiuitatem, quoniam vbi inextenſum eſt, nequit ſui ſpeciem producere: proinde ſicut ibi cognoſci non poteſt ab homine etiam proximè accedente, ita nec ab Angelo, ſiue eminus, ſiue cominus poteſt.

Quia corpus inextenſum nequit ſui ſpeciem producere.

Firmo tandem, & totam huius rationis doctrinam, hoc dilêmate perſpicuam reddo. Species corporis Chriſti, quam inditam accepit Angelus, vel illud corpus naturaliter ei repræſentat in Euchariſtia extenſum, id eſt, totum in toto, & ſingulas dumtaxat partes in ſingulis loci partibus: vel illud repræſentat inextenſum, hoc eſt, totum in toto, & totum in ſingulis localis ſpatij partibus: Neutro modo: Ergo non illud ei naturaliter repræſentat. Non repræſentare extenſum manifeſta res eſt, & ab Aduerſantibus concedetur: nam alioqui repræſentaret illud ſicut ibi non eſt, vt quiſque perſpiciet: & repræſentaret illud vbi non eſt; nam repræſentando extenſum, repræſentaret vt exiſtens partim in hoſtiâ, & partim in magno ſpatio extra, & iuxta hoſtiam: & ſimiliter repræſentaret vt exiſtens partim in calice, & partim in magno ſpatio extra & iuxta calicem: proinde dici non poteſt illud extenſum repræſentare. 4

Nec apparet modus, Quo repræſentetur per ſpeciem impreſſam naturaliter.

Non repræſentare inextenſum, oſtendo, præmittens fieri non poſſe, vt corpus repræſentetur totum in toto ſpatio, totumque in ſingulis partibus ſpatij, quin repræſentetur inextenſum: ſicut nec fieri poteſt, vt repræſentetur totum in toto, & ſingulæ dumtaxat partes in ſingulis ſpatij partibus, quin repræſentetur extenſum. Quidquid enim extenſio ſit, non aliter repræſentatur, actuque vitali exprimitur, quàm toto repræſentato corpore, tum in toto ſpatio, tum in quâlibet ſpatij parte: proinde quidquid inextenſio ſit, non aliter repræſentatur, & actu vitali exprimitur, quàm toto repræſentato corpore in omnibus, & ſingulis ſpatij partibus. Atqui naturalis illa ſpecies vim naturalem non habet repræſentandi ſupernaturalem inextenſionem: Ergo non repræſentat naturaliter Angelo Chriſti corpus in Euchariſtiâ inextenſum.

Explano id magis, & ob oculos pono. Quia negari non poteſt, quin actu repræſentans in hoſtiâ verbi gratia corpus inextenſum, longè diuerſæ rationis ſit ab actu repræſentato illud idem corpus extẽſum: & multò amplius varietur in ſe per repræſentationem illius inextenſionis, quam varietur corpus per ipſam inextenſionem: per hanc enim corpus vel non variatur intrinſecè, vel ſaltem non variatur entitatiuè, & ſubſtantialiter, ſed accidentaliter, & ad ſummum per formam accidentalem ipſius ipſiſſimæ entitati realiter, ac phyſicè ſuperadditam: actus verò repræſentans corpus inextenſum, realiter eſt, ac omnino ſubſtantialiter diuerſus ab illo, qui corpus idem repræſentat extenſum: nam ille, qui repræſentat extenſum, repræſentat quamlibet partem ſemel dumtaxat, & in vno tantùm loco, ſiue ſpatio: qui verò repræſentat inextenſum, repræſentat 5

Actus repræſentans corpus Chriſti inextenſum eſt diuerſus ſubſtantialiter à Repræſentante ipſum extenſũ.

Digitized by Google

præſentat quālibet partē ſæpiſſimè, & in quamplurimis locis, nempe in ſingulis ſpatij punctis: Atqui naturalis ſpecies non habet naturalem vim ad eam actus varietatem, ſiue ad entitatem cognitionis tam diuerſam, & mirabilem efficiendam: Ergo neque ad illud corpus in hoſtiæ, vel Calicis ſpatio repræſentandum inextenſum.

6. Quare falſum eſt illud, quod Vaſquez n. 35. cum Caietano docet; etiam ſi præſentia, quam hîc habet Chriſti corpus, eſſet ſupernaturalis, & ideo non potens ab Angelo naturaliter cognoſci, nihilominus fore, vt Chriſti corpus poſſet. Nam iſtius cognitio eſt independens à cognitione illius: ſic enim humanitas, quæ modum habet vnionis cum Verbo, naturaliter ab Angelo cognoſcitur, quin modus ille naturaliter cognoſcatur. Hæc, inquam, doctrina falſa eſt: nam quidquid de ordine iſtius modi ſit, ipſamet replicatio in ſpatio, eſt penitus corpori indebita: proinde Angelo naturaliter ignota: non poteſt autem corpus toties in eodem ſpatio exiſtens cognoſci, quin cognoſcatur replicatum: Ergo ſi modus ille fictitius præſentiæ foret ſupernaturalis, nō poſſet Chriſti corpus ab Angelo in Euchariſtia naturaliter cognoſci. Exemplum humanitatis, & vnionis hypoſtaticæ non eſt ad rem. Non enim contendimus: cognito Chriſti corpore replicato, debere cognoſci modum poſitiuum ſupernaturalem: ſed debere cognoſci replicationem ipſam, quæ penitus indebita, nec per actum Angelo naturalem repræſentabilis, vt aſtruximus.

Cognitio corporis, vel Animæ, vt replicati eſt indebita Angelo, ſicut cognitio replicationis ipſius ſupernaturalis.

Æquè falſum eſt, quod habet Lugus Diſput. 9. num. 30. Si Chriſti corpus non alibi eſſet, niſi in Euchariſtia, fore, vt ab Angelo naturaliter cognoſceretur vt actu exiſtere, non tamen vbinam exiſteret. Nam illud prius eſt independens ab iſto: & ſic Deus priùs natura, quàm res habeat præſentiæ modum, eam cognoſcit vt exiſtentem, & non vt hîc exiſtentem. Hoc, inquam, æque falſum eſt, quia ſpecies corporis Angelo indita non eſt, niſi ad illud repræſentandum vt naturaliter exiſtens, ac proinde in hoc determinato ſpatio, ſicut etiam in hoc determinato tempore. Proinde ſi non poſſet ea ſpecies corpus illud repræſentare naturaliter vt in hoc loco exiſtens, non poſſet vt actu exiſtens: ſicut ſi non poſſet repræſentare naturaliter vt exiſtens mane; non poſſet repræſentare vt exiſtens aliquando, ſiue vagè, ſiue abſtrahendo à tempore. Nec exemplum eſt admittendum, quia præſentiam eſſe modum è potentia rei præſentis eductum, non modò falſitatem, ſed etiam implicationem multiplicem conuincet, vt in Philoſophia probauimus.

8. Hic diſcurſus non modò perſuadet, non cognoſcere Angelum naturaliter in Euchariſtia Chriſti materiam, & accidens aliquod ipſius materiale, & vnionem cum anima rationali, noſtro iudicio materialem; ſed nec ipſam rationalem animam: vt patebit applicanti ſingulas diſcurſus iſtius partes. Nam pariter ſpeciei, quam de Chriſti anima recepit Angelus infuſam, ſit ſatis, dum excitatur ad repræſentandam Chriſti animam ibi, vbi naturalem habet exiſtendi modum: Atqui talem in Euchariſtia non habet, ſed potius triplici titulo ſupernaturalem: Ergo ſit ſatis naturali exigentia illius ſpeciei per id, quòd excitetur ad repræſentandam animam in Cœlo, quin excitetur ad illam repræſentandam in hoc Myſterio. Minor probatur, quia animæ non eſt naturalis duplex totalis præſentia in eodem tempore ad diuerſa ſpatia loci: quis hoc non videat? Atqui præſentia, quam habet in cœlo, naturalis eſt, vtpote eiuſdem rationis cum ea, quam Petri anima in terra ſortitur: Ergo præſentia, quam Chriſti anima in Euchariſtia habet, tribus de cauſis non eſt naturalis. Primò, quia eſt præſentia ſecunda, vtpote præſupponens primam. Secundo, quia eſt longe alterius rationis à præſentia naturali; nam etſi anima rationalis naturaliter ſit tota in toto, & tota in qualibet parte ſpatij; non tamen ita, vt in qualibet parte, vel etiam indiuiſibili ſit toties virtualiter replicata, quot ſunt partes, vel indiuiſibilia corporis. Sic autem replicata eſt in Euchariſtia: nam in quolibet puncto ſpatij vnita eſt omnibus, ac ſingulis corporis partibus, & indiuiſibilibus, ac proinde toties replicata virtualiter, quot ſunt in corpore partes, & indiuiſibilia. Tertio, quia nec Angelus, nec anima rationalis poteſt naturaliter eſſe in tam exiguo ſpatio, quàm eſt aciculæ cuſpis, vt in Tract. de Angelis latè probabam: ſic autem eſt anima Chriſti in Euchariſtia, vt patet dum hoſtia in particulas diuiditur minutiſſimas: Ergo ille modus exiſtendi, hoc etiam nomine ſupernaturalis eſt, atque adeo naturaliter Angelo ignotus. Quod ſi Angelus Chriſti animam in Euchariſtia naturaliter non nouit, profectò nec accidentia ſpiritalia, quæ in anima recipiuntur. Et ſic probata manet tota tituli propoſitio, & ſoluta ratio, quam pro contraria protulimus.

Anima rationalis Chriſti in Euchariſtia non videtur ab Angelo naturaliter.

Quia Alterius rationis Præſentiam hic habet.

Anima rationalis non poteſt naturali modo exiſtere in puncto ſpatij localis vel in ſpatio vnius gradi milij.

§. II.

Ingens roboratur, & profligatur obiectio.

Nominales apud Suarez Diſp. 53. ſect. 4. §. *Prima itaque ſententia*, longiùs progreſſi contendent, non ſolum Angelum, ſed etiam hominem poſſe naturali virtute, Chriſti corpus ab homine cognoſci per potentiam viſiuam, ſi cauſæ naturales agere permittantur: ſolumque diuinitus impediri viſionem illam; idque ad occultandum Euchariſticum myſterium, & augendum in homine fidei meritum. Explicari poteſt, & roborari valet hæc pars: quia Chriſti colores ex eo, quòd inextenſi ſint, non amittunt natiuam actiuitatem, & vim, ad producendum in medio, & in facultate viſiua, ſui ſpeciem: Ergo ſi naturali ſuæ actiuitati relinquantur, producent in occulo ſui ſpeciem impreſſam, & hæc expreſſam. & conſequenter ex oculo ad phantaſiam, & hinc ad intellectum; Chriſti cognitio in Euchariſtia exiſtentis, virtute naturalium cauſarum permanebit. Si autem homo naturali ſua, cæterarumque cauſarum naturalium ſpectata virtute, Chriſtum in Euchariſtia exiſtentem oculis conſpicere, & intellectu cognoſcere poteſt; conſequens eſt, iuxta ſuperiùs dicta, vt Angelus etiam poſſit: & ad ſummum ei quoque occultetur ad diuinum dumtaxat beneplacitum. 9.

Si dicant al qui, colores Chriſti non amittere vim naturalem agendi in Euchariſtia.

Cenſeo tamen, non poſſe Chriſti corpus, vt in Euchariſtico myſterio exiſtens, ſi naturali

rali ſuæ virtuti relinquatur, cognoſci per potentiam viſiuam, ſuæ quoque naturali actiuitati relictam. Probatur primò, quia dum cauſa naturalis diuinitus impeditur, ne priorem ſuam producat proprietatem, abſque fundamento dicitur, poſſe cæteras actiones naturaliter exercere: Sed actualis extenſio reſpectu corporis, eſt proprietas natura ſua prior productione ſpecierum intentionalium, vt per ſe liquet: Ergo ſine fundamento dicitur corpus, hac impedita extenſione, poſſe exercere actionem producendi ſpeciem ſui intentionalem. Antecedens eſt valde veriſimile, & rationi conſonum: nam hoc ipſo, quòd vna actio naturaliter eſt prior, quàm altera, magno cum fundamento dicitur eſſe naturaliter ad illam prærequiſita. Cùm igitur extenſionis reſultantia, ſeu qualiſcumque productio naturaliter ſit prior productione ſpecierum impreſſarum, vt per ſe claret; optimè dicitur eſſe prærequiſita naturaliter ad iſtam, ideoque illa diuinitus impedita non poſſe naturaliter hanc exerceri.

Fallentur illi, quia extenſio aliqua & magnitudo quanta requiritur in quocunque agente Corporeo.

11. Dices: ſubſiſtentiæ productio, ſiue emanatio à ſubſtantia, & inhærentiæ productio, ſiue emanatio ab accidente, eſt natura ſua prior productione ſpecierum, & alia quauis actione: & tamen prima illa impedita in Chriſti humanitate, & ſecunda in accidentibus Euchariſticis, cæteræ nihilominus & à Chriſti humanitate, & ab Euchariſticis accidentibus naturaliter proficiſcuntur: Ergo nullius eſt roboris adducta ratio. Sed contra quoniam in ſententia, quam nos alibi ſæpius demonſtrauimus, nec ſubſiſtentia à ſua ſubſtantia, nec inhærentia à ſuo accidente producitur; cùm ipſæ potius ſint productiones, prior quidem ſuæ ſubſtantiæ, poſterior verò ſui accidentis: quam doctrinam ſi lubet, videre poteris in Tomo de Incarnat. Diſp. 12. ſect. 1.

Nec ſubſiſtentia à ſua ſubſtantia nec inhærétia à ſua forma Terminata producitur.

12. Secundò in illam ſententiam adducimur, quia vel Chriſti corpus à potentia corporali viſiua naturaliter videretur in hoſtia per tot viſiones, quot in hoſtia ſunt puncta; vel per vnicam: alterum quippe iſtorum neceſſariò dicendum eſt: cùm ſi ſemel viſiones dicantur eſſe plures, non ſit ratio, cur duæ, tres, aut quindecim, & non tot, quot puncta in hoſtia reperiuntur: Atqui neutrum illorum affirmari valet: Ergo nec poſſe Chriſti corpus corporeis oculis in Euchariſtia conſpici, quantumuis cauſis naturalibus actiuitatis ſuæ fræna laxentur. Minor patet quoad priorem partem, quæ aſſerit, non videndum corpus tot viſionibus, quot in hoſtiæ ſpatio puncta ſunt: nam potentiæ viſiuæ corporeæ non eſt natiua vis ad viſiones tam multas, & quidem eiuſdem obiecti ſimul producendas. Quod etſi ſatis perſpicitur ex illius actiuitate admodum limitata; rurſus aſtrui poteſt, quia nec illas quidem poſſet naturaliter recipere, merè paſſiuè ſe habendo. Demus enim hoſtiam palmarem potentiæ viſiuæ obiici: vel omnes illas Chriſti viſiones reciperet in vnica ſui parte, vel in pluribus: non in vnica, nam hæc tot ſimul actuum, & eiuſdem omnino ſpeciei non eſt naturaliter receptiua. Non in pluribus: nam ſi plures dicuntur eſſe, quia viſiones ſunt plures; profectò viſiones Chriſti in hoſtia palmari multò plures eſſent, quàm partes pupillæ: Ergo neceſſe eſſet, plurimas illarum viſionum in eadem parte ſubiectari, quod iam reiecimus.

Potentia viſiua nequit elicere naturaliter tot viſiones eiuſdem obiecti, quot ſunt puncta, vel partes proportionales in quacunque Hoſtia conſecrabili.

Quoad alteram verò partem, quæ continebat, fieri non poſſe naturaliter, vt Chriſtus à potentia viſiua corporali prout in cunctis hoſtiæ partibus totaliter exiſtens, vnico actu videatur facilè aſtruitur. Quia corporeus ſenſus, vt viſus, non habet natiuam vim ad producendam viſionem, quæ proinde repræſentet totum obiectum in omnibus, ac ſingulis Hoſtiæ illius locis, ac ſi non vnica, ſed innumerabiles eſſent viſiones: Atqui ſic ſe haberet illa viſio: nam ita repræſentaret totum Chriſti corpus in puncto A, ſicut poſſet totalis viſio illud ibi repræſentare; & ſic de cæteris punctis prorſus innumerabilibus. Quis autem aſſerat, corporeum viſum habere naturalem vim ad eiuſmodi viſionem eliciendam. 13.

Nec vnam viſionem, quæ repræſentet obiectum in ſingulis locis & punctis illius hoſtiæ, ac ſi non vna, ſed multiplex foret.

Tertiò tandem adducimur in hanc ſententiã. Quia vel naturalis eiuſmodi viſio repræſentaret Chriſti corpus extenſum ad tantum ſpatium in templo, quantum occupat in cœlo: vel repræſentaret inextenſum, nempe totum in toto, & totum in qualibet ſpatij parte: Neutrum dici valet: Ergo talis viſio non eſt per vires naturales poſſibilis. Non repræſentat illud dicto modo extenſum; nam repræſentaret corpus illud, vbi ipſum reuera non exiſtit, & quomodo non exiſtit: ſpecies autem à corpore emiſſa, ſolùm repræſentat illud vt exiſtens ibi, vnde ipſa emittitur: nec illa emitteretur ex toto illo magno ſpatio calicem, & hoſtiam circumſtante: proinde non repræſentaret Chriſti corpus in toto eiuſmodi ſpatio: quam partem facilè concedent Aduerſarij, quoniam oppoſita manifeſtam abſurditatem ſtatim præfert. Altera probatur, quoniam inextenſio non aliter repræſentatur, quàm repræſentata qualibet parte in loco alterius: Atqui nec ipſum corpus natiuam habet vim producendi ſpeciem impreſſam, nec ſpecies à corpore naturaliter impreſſa vim habet ad producendam expreſſam, quæ repræſentet eiuſmodi inextenſionem, vt ex num. illo manifeſtum eſt: Ergo viſio per ſpeciem à Chriſti corpore in hoc myſterio naturaliter emiſſam effecta, non ipſum repræſentaret inextenſum. 14.

Species naturaliter effecta non repræſentat inextenſionẽ corporis Chriſti.

Ex his claret, nec ex diuino beneplacito, ſed ex ipſa impoſſibilitate proficiſci, quòd hominis viſus, atque adeo per viſum ipſe intellectus non forment naturaliter Chriſti in Euchariſtia cognitionem. Quia ſcilicet Chriſti corpus hoc ipſo quod inextenſum eſt, quaſi ligatur, & impeditur, ne prodeat in actiones ſpecierum intentionalium productiuas. Vt potè quæ producerent viſionem, qua nec illud corpus repræſentaretur extenſum, nec inextenſum, quæ manifeſta implicatio eſt.

SECTIO II.

Num Angelus dicto modo noſſe poſſit accidentium per ſe exiſtentiam.

HOminẽ nõ poſſe naturali euidentia carentiã illã panis, & vini, & per ſe exiſtentiam acciden

Digitized by Google

accidentium, per ſe claret; quia nullum habet naturale principium, quo poſſit ad earum notitiam moueri, aut determinari. Quærimus ergo, num Angelus poſſit.

§. I

Non poteſt, eò quòd illa per ſe-exiſtentia ſit intrinſecè ſupernaturalis.

16. *Scotus & Plures affirmant poſſe,*

Scotus in 4. diſt. 10. q. 8. & complures eius diſcipuli, & cum eis Vazquez 1. p. diſp. 214. n. 22. & ſequentibus; Valentia 1. p. q... pun. 1. ad 1. Coninck q. 76. ar. 7. & Becanus cap... q. 12. n. 5. docet per-ſe-exiſtentiam accidentium in Euchariſtiâ naturaliter ab Angelo cognoſci. Et quidem Vazquez ait, cognoſci duobus modis; vno per aliquem diſcurſum, ex. gr. Hæc ſunt verè accidentia panis: Ergo ipſa per ſe exiſtunt. Altero per immediatum, proprium, & quidditatiuum illius per-ſe-exiſtentiæ conceptum. Quod probat, quia naturaliter cognoſcit Angelus quamlibet creaturam intrinſecè naturalem, quantumuis extrinſecè ſit illa ſupernaturalis; qualis eſt viſus reſtitutus; & homo reſuſcitatus: ſed modus per ſe exiſtendi, quem habent accidentia non eſt intrinſecè ſupernaturalis; ſed ſolùm extrinſecè, & ex parte agentis: Ergo modum iſtum Angelus naturaliter cognoſcit.

16. *Contrarium eſt vt verius aſſerendum;*

Sentio cum Suarez in præſenti, Diſp. 53. ſect. 5. *Tertio de naturali*, per-ſe-exiſtentiã illam non eſſe naturaliter Angelo perſpectam. Moueor, quoniam Angelus virtute naturali cognoſcere non poteſt id, quod intrinſecè, ſeu ſecundũ ſubſtantiam eſt ſupernaturale, vt omnes fatentur: ſed accidentium per-ſe-exiſtentia eſt intrinſecè, ſeu ſecundùm ſubſtantiam ſupernaturalis: Ergo Angelus nequit eam virtute naturali cognoſcere. Minor probatur, quia dicta per-ſe-exiſtentia duobus modis conſiderari poteſt; vno propriè, & formaliter, quatenus dicit modum poſitiuum exiſtendi per ſe: altero impropriè, & conſequenter, quatenus dicit negationem inhærendi, ſiue exiſtendi in alio: ſed vtroque modo prædicta per-ſe-exiſtentia eſt intrinſecè ſupernaturalis: Ergo &c. Minoris duæ partes ſeorſim, & ex ordine probandæ ſunt.

Quia Accidentis Per ſe exiſtentia modus eſt intrinſecè ſupernaturalis.

Modum poſitiuum, quo panis, & vini accidentia per ſe exiſtunt, eſſe intrinſecè ſupernaturalem, expreſsè tradit Suarez proximè citatus, & conſequenter dicturus eſt Ioannes de Lugo, ſi conferantur quæ tradit in Tomo de Incarnat. Diſputat. 1. num. 4. & diſputatione 12. num. 94. de Euchar. Diſputat. 9. num. 19. Probatur, quia vel ille modus conſiſtit in ſolâ actione independenti à ſubiecto, quam accidentia in momento conſecrationis terminant: vel in alio modo ſuperaddito: Vtrumuis dicatur, modus ille in ſuâ ſpecie talis eſt, vt per nullius creabilis ſubſtantiæ naturalem virtutem effici, recipi, vel exigi poſſit, vt per ſe eſt manifeſtum: Ergo eſt intrinſecè, ſeu ſecundùm ſubſtantiam ſupernaturalis. Et quidem Suarez loco citato manifeſtè docet, actionem termini ſecundum ſubſtantiam naturalis, poſſe eſſe in Euchariſtiâ ſupernaturalem. Hoc autem verificari in actione illâ creatiuâ, quam accidentia panis, & vini in conſecratione terminant, indicat ibidem idem Suarez, & expreſſe tradit Ioannes de Lugo, de Incarn. Diſputatione 1. num. 4. Quòd ſi vltra iſtam actionẽ addatur modus alius poſitiuus exiſtendi per ſe; cùm hic ſupponat actionem intrinſecè ſupernaturalem, erit etiam intrinſecè ſupernaturalis: & ambo tales eſſentialiter erunt, quia ſupra totam creabilis ſubſtantiæ, & accidentium ipſi naturaliũ virtutem, capacitatem, & exigentiam, vt Diſp. 38. ſect. 3. n. 23. demonſtrabitur.

Siue ſit Actio ipſa creatiua Accidentis, ſiue alius modus conſequens ipſam.

Carentiam autem modi inhæſionis, quam Euchariſticum accidens ſortitur, & qualicunque modo, quo habet entitatem, ſcilicet negatiuam, ſeu priuatiuam eſſe intrinſecè ſupernaturalem eâdem ratione probamus. Quoniam ens intrinſecè ſupernaturale illud eſt quod omnis ſubſtantiæ creabilis, accidentiumque ipſi debitorum natiuam ſuperat exigentiam, capacitatem, & vim; quam definitionem ſuo loco ſolidè probauimus: Atqui talis eſt in illis accidentibus carentia inhæſionis. Alioqui deſignetur à quânam ſubſtantia creabili, vel à quonam accidente ipſi debito, talis carentia exigatur, aut naturaliter induci poſſit. Confirmo, quia priuatio hæc inhæſionis eſſentialiſſimè, & per ſuam ſpecificam differentiam, præexquirit in accidentibus, quibus competit, poſitiuam per ſe exiſtentiam intrinſecè ſupernaturalem: Ergo & ipſa eſt intrinſecè ſupernaturalis. Illatio eſt optima: Tum quia carentia hæc æquè ſuperat totam naturæ creabilis vim, ac illa poſitiua per ſe exiſtentia: Tum etiam quia quod eſſentialiſſimè ſequitur ex cauſâ verè naturali, naturale eſt; quod ex præternaturali præternaturale; quod ex violenta, violentum: Ergo quod ex intrinſecè ſupernaturali, intrinſecè ſupernaturale.

17. *Etiam Priuatio ſeu carentia inhærentiæ naturalis eſt ſupernaturalis in ſua linea entis Negatiui.*

Quia Talis carentia in Albedine v. g. æque ſuperat vniuerſam creaturæ vim, & aptitudinem ac creatio ipſius Albedinis.

Obiicies: Carentia hæc inheſionis non aliud eſt; quàm aggregatum ex carentiis omnium inhæſionum, quas accidentia illa poſſent habere: ſed aggregatum illarum carentiarum non eſt intrinſecè ſupernaturale: Ergo nec iſta inhæſionis carentia. Maior declaratur exemplo tenebrarum, quæ non ſunt aliud, niſi aggregatum omnium carentiarum lucis: proinde omnimoda non inhærentia, quam Euchariſtica patiuntur accidentia, non aliud eſt, quam aggregatum omnium carentiarum inhæſionum, quæ poſſent illis accidentibus competere. Minor probatur, quia nulla illarum carentiarum per ſe, & ſeorſim accepta, eſt ſupernaturalis: nam albedo huius papyri, cùm non habeat nunc niſi vnam inhæſionem habet cæterarum carentias, quas proinde nemo dicet eſſe ſupernaturales: & ſi pro hâc numero inhæſione habuiſſet, vt potuit naturaliter aliam, huius carentiam haberet naturaliter: ac proinde hæc etiam carentia, naturalis eſt. Et hoc argumentum peræquè infert priuationem creatæ ſubſiſtentiæ, in Chriſti humanitate exiſtentem, non eſſe intrinſecè ſupernaturalem: contra ac docuimus in Tomo de Incarnat. Diſputatione 1. ſect. 4. §. 3. 18.

Nego minorem. Ad probationem, nego conſequentiam: nam eſſe quid intrinſecè ſupernaturale conſiſtit ſolùm in eo, quod vires, exigentiam, & capacitatem ſubſtantiæ creabilis, 19.

bilis,

bilis, & accidentium ipſi naturalium exſuperet: licet autem hæc inhæſionis carentia per ſe & ſolitariè ſumpta non exſuperet illam exigentiam, & hæc alia ſimiliter non exſuperet, & nulla pars ſe ſolam exſuperet: omnes tamen ſimul ſumptæ vim illam exſuperant, cùm quælibet ſeorſim poſſit ab illa induci, & omnes ſimul non poſſint. Quod in phyſicis, & moralibus facilè intelligitur. In hoc enim cumulo lapidum nullus eſt, quem ſolum puer geſtare nequeat: omnes tamen ſimul neque gigas poteſt. In cumulo omnium venialium nullum reperitur, quod ſine priuilegio vitari moraliter nequeat: cumulus tamen omnino nequit. Sicut ergo ille cumulus lapidum eſt ſupra vires corporeles, cùm nullus lapis per ſe ſupra illas ſit: & cumulus carentiarum culpæ venialis, ſupra vires ſpiritales eſt, etſi nulla carentia ſeorſim ſumpta ſuprà illas ſit: pari ratione, quamuis nulla inhæſionis carentia per ſe ſumpta, ſupra vires naturales, atque adeo ſupernaturalis ſit, cumulus tamen omnium ſupernaturalis eſt. Demus item, gradus intenſionis verbi gratia caloris, eſſe entitatiuè æquales: nullus illorum per ſe, & ſeorſim ab aliis erit violentus aëri: omnium tamen cumulus erit violentus.

20. Contendes tamen in ſupernaturalibus diuerſam eſſe rationem, hoc argumento. Si cunctas res poſitiuas alicuius ſpeciei ſumamus; & nullam reperiamus, quæ ſeorſim ſumpta ſit ſupernaturalis, inueniemus nec omnium illarum cumulum ſupernaturalem eſſe; v. g. ſi nullus gradus caloris per ſe ſumptus ſupernaturalitatem habet, nec omnium cumulus eam ſortitur: Ergo ſi nulla carentiarum illarum per ſe, & ſeorſim ſumpta; ſupernaturalitatem intrinſecam habet, profectò nec omnium cumulus eam habebit. Conſequentia probatur; quoniam antecedens propterea dumtaxat verum eſt, quod eſſe ens intrinſecè ſupernaturale, eſt eſſe tale ſecundùm ſuam entitatem ſpecificam: aggregatum autem multorum entium eiuſdem ſpeciei, non eſt alterius ſpeciei ab illis, ſeorſim acceptis; & ideo ſi ſingula ſupernaturalia non ſunt, nec omnium aggregatum ſupernaturale eſt. Cùm igitur nulla inhæſionis carentia ſit ſupernaturalis, illarum cumulus intrinſecè ſupernaturalis non erit.

Nego priorem conſequentiam. Ad probationem dico, diſcrimen eſſe, quia res poſitiuæ ita ſe habent, vt ſi nulla illarum ſecundùm ſuam ſpeciem ſumpta ſuperat totius naturæ creabilis naturales vires, nec totus cumulus eas exſuperet; proinde ſupernaturalis non ſit. Exemplo ſit infinitudo cognitionum iſtius albedinis: quia enim nulla illarum ſuperat totius naturæ creabilis natiuam vim, ideo neque ipſarum infinitudo vim illam ſuperat: nam ſi Angelorum infinitudo crearetur, naturaliter in illis eſſet illa cognitionum infinitudo. At non eſt conſequens, vt ſi hæc numero carentia non ſuperat totius ſubſtantiæ creabilis naturalem vim, nec totus carentiarum illius ſpeciei cumulus eam vim exſuperet. Oppoſitum enim perſpicuè cernimus in carentia iſta numerica lucis exiſtente nunc in ſole, & in hoc igne; & in illa numero carentia ſubſtantiæ exiſtente re ipſa in Petro, & in hac exiſtente re ipſa in Paulo. Singulæ enim illæ carentiæ non exſuperant naturæ vim; atque adeo ſunt naturales: cumulus autem omnium carentiarum illius ſpeciei prorſus exſuperat vires totius naturæ; quæ enim naturalis cauſa inducat in ſolem, aut ignem, carentiam omnis lucis? In Petrum, aut Paulum, carentiam omnis ſubſiſtentiæ. Quapropter omnium eiuſmodi carentiarum cumulus, ſupernaturalis eſt. Et hac eadem doctrina defenditur, & oſtenditur, carentiam creatæ ſubſiſtentiæ in Chriſto repertam, eſſe intrinſece ſupernaturalem: ac proinde menti creaturæ naturaliter ignotam.

Adde quòd in carentia totali inhæſionis de qua loquimur (ſicut etiam in totali illa priuatione propriæ ſubſiſtentiæ, de qua ſuo loco diſſeruimus:) ſpecialiſſimum eſt ſupernaturalitatis argumentum: nempe ipſam eſſentialiſſimè connecti cum per ſe exiſtentia intrinſecè ſupernaturali, & ex ipſa eſſentialiſſimè ſequi, vt num 17. tradebam. Et quidem Vazquez ex eo quòd in Chriſto priuatio creatæ ſubſiſtentiæ oriatur ex vnione hypoſtatica ſupernaturali, intulit, eam priuationem, quamtumuis in ſe naturalis ſit, non poſſe naturaliter ab Angelo noſci. Rectiùs tamen intuliſſet, eſſe illam intrinſecè ſupernaturalem; & inde fieri, vt nequeat Angelo naturaliter innoteſcere, ſicut enim pugnantia ſunt, rem eſſe intrinſecè naturalem, & eſſe Angelo ſuæ naturæ relicto, naturaliter ignotam: ita pugnantia ſunt, effectum eſſentialiſſimè connecti cum cauſa intrinſecè ſupernaturali, & tamen eſſe intrinſecè naturalem: cum æquè iſte, ac illa ſuperet totius naturæ creabilis natiuam exigentiam, poteſtatem, & vim. 21.

Similiter eſt ſupernaturalis eſſentialiter. Primo ſubſiſtentiæ propriæ reperta in Chriſti Humanitate.

§. II.

Nec poſſet, etiamſi foret intrinſecè naturalis.

SEntimus quidem, & pro certiſſimo ducimus, accidentium modum per ſe exiſtendi, ſiue poſitiuum, quem in ipſorum actione creatiua conſtituimus; ſiue negatiuum, quem in carentia inhæſionis nemo non conſtituet, eſſe in ſubſtantia ſupernaturalem; ideoque menti creatæ naturaliter imperuium, vt in ſect. ſuperiore propugnauimus. In hoc tamen addimus, etiam naturaliter fore ignotum illum modum, quamuis eſſet in ſubſtantia naturalis, Quod placitum non ita adeo nouum eſt, quin alterum ei ſimillimum, & omnino geminum reperiatur apud Vazquez 1. p diſp. illa 214 numero 18. Et quidem non conditionatè, vt hoc noſtrum, ſed abſolutè aſſertum, nempe priuationem propriæ ſubſiſtentiæ, in Chriſti humanitate repertam, intrinſecè eſſe naturalem, & tamen ab Angelo naturaliter non cognoſci. 22.

Dicat aliquis, non eſſe hic eandem rationē, qua Vazquez vtitur, dicens, omnimodam illam creatæ perſonalitatis priuationem eſſentialiter ſequi ex vnionis modo intrinſecè ſupernaturali; proinde licet illa naturalis ſit, non poſſe ab Angelo naturaliter deprehendi. At verò per ſe exiſtentia, quam accidentia ſortiuntur,

non ſequitur ex aliquo modo, vel entitate intrinſecè ſupernaturali, nec ei eſſentialiter affigitur. Sed contra: Tum quia ſolùm dicimus, aſſertionem noſtram non eſſe nouam, ſed à Vaſquez priùs prolatam: eſto ille diuerſo fundamento inniteretur. Tum etiam quia ſi Vaſquij fundamentum firmum eſſet, etiam hanc aſſertionem ex parte ſuſtineret. Etenim per ſe exiſtentia & dicit poſitiuum modum exiſtendi per ſe, & negatiuum carendi omni inhæſione. Priorem nos dicimus eſſe intrinſecè ſupernaturalem: alterum ex illo eſſentialiter pendere, nemo non videat: Ergo ſi Vaſquij fundamentum firmum eſſet, eo nixi ſuſtineremus, inhæſionis carentiam, licet in ſe naturalis eſſet, futuram Angelo naturaliter incognitam.

23. Quidquid tamen de hac parte, & hoc fundamento ſit, ad quæ poſtea reuertemur; nunc aſſertionem noſtram, quod attinet ad poſitiuum per ſe exiſtendi modum, ita probamus. Modus ille poſitiuus per ſe exiſtendi ſecundùm ſuam ſpecificam rationem ſpectatus, etſi dicatur eſſe intrinſecè naturalis, dici non poteſt eſſe vlli creatæ, vel creabili ſubſtantiæ, vel eius accidenti debitus, ſed potius intrinſecè indebitus; vtpote cùm nec ab eis iſte naturaliter exigatur, ſed potius inhæſionis modus oppoſitus naturaliſſimè poſtuletur: ac proinde nec iſte per cauſas naturales, nec ad ipſarum naturalem exigentiam, nec per Dei potentiam naturis rerum debitam, ſed potius per intrinſecè indebitam, & intrinſecè miraculoſam poſſit induci: Ergo incredibile eſt, ſpeciem, quam Angelus ab initio recepit, habere natiuam vim repræſentandi prædictum per ſe exiſtendi modum. Nam Angelicæ ſpecies habent quidem vim repræſentatiuam rerum omnium naturalium; non tamen miraculoſarum, quatenus talium: Atqui per ſe exiſtentiæ modus, accidentibus collatus, eſt intrinſecè miraculoſus: Ergo ſpecies Angelo impreſſa natiuam vim non habet ad illum repræſentandum.

Species impreſſa, quam Angelus accepit, naturaliter nullã habet vim repræſentandi Accidẽtis Perſe exiſtentiam miraculoſam.

24. Firmo, quia nequit Angelus naturaliter cognoſcere Proprietatem, aut accidens, niſi per ſpeciem eſſentiæ; nec proprietatem, aut accidens formæ accidentalis, niſi per ſpeciem, quæ illam illi naturaliter repræſentat, vt cum Angelico Doctore communiter tradunt, & nos in Tractatu de Angelis oſtendimus. Proinde ſi naturaliter Angelus cognoſcit per ſe exiſtentiam accidentium panis, neceſſe eſt illum naturaliter cognoſcat per ſpeciem panis impreſſam, quæ illi naturaliter repræſentet ipſam panis ſubſtantiam; & eiuſdem ſubſtantiæ cunctas proprietates; & accidentales formas. Sed hoc penitus dici nequit. Nam ideo per ſpeciem ſubſtantiæ cognoſcit proprium, & accidens, quia vtrumque in ſubſtantia virtualiter continetur: Atqui modus per ſe exiſtendi, quem Deus accidentibus miraculosè tribuit, nec in ſubſtantia panis, nec in entitate ipſorum accidentium virtualiter continetur: cum ab illis non poſſit per naturales vires produci: Ergo non cognoſcitur per ſpeciem ſubſtantiæ panis, nec per ſpeciem accidentium, aut proprietatum panis. Quare per ſe exiſtentia poſitiua accidentium, etſi naturalis foret, ab Angelo naturaliter non cognoſceretur.

Nec valet repræſentarẽ Proprietatem ſine eſſentia cuius eſt.

Negatiuam, ſiue inhæſionis carentiam, quamuis naturalis eſſet, Angelo ignotam futuram, probari poſſet argumento Vaſquij, quia ſcilicet penderet per ſe à modo poſitiuo intrinſecè ſupernaturali. Confirmatur à ſimili; quia impulſus; quo mouentur localiter cum homine gratia ſanctificans, & quælibet alia ſupernaturalis entitas, etſi naturales ſint, Angelum tamen naturaliter latent: quis enim aſſerat, ab eo cognoſci impulſum, à quo non cognoſcitur eius ſubiectum? Atqui propterea naturaliter Angelum ille latet impulſus, quia tametſi naturalis ſit, per ſe pendet ab ente ſupernaturali, nempe à gratia iuſtificante: Ergo propter ſimilem rationem, quamuis inhæſionis priuatio naturalis eſſet, quia tamen à modo per ſe exiſtendi ſupernaturali pendet, cognoſci non poſſet per vires Angelicas naturales.

SECTIO III.

Num poſsit naturaliter cognoſcere panis, & vini ſub ipſorum accidentibus abſentiam.

HÆc quæſtio affinis eſt Præcedentibus, atque adeo diſceptanda iuxta fundamenta iam poſita.

§. I.

Neutram poteſt, eo quod inuoluant aliquid intrinſecè ſupernaturale.

ABſentiam panis, & vini in Euchariſtia virtute naturali intellectus Angelici clarè conſpici, tradidit Scotus, & plurimi, quibus aſſentitur Vaſquez 1.p.Diſp.214. num.19. Ducuntur primo, quia teſte Ariſtotele, potentia viſiua, quæ attingit lucem, attingit lucis carentiam, ſeu tenebras: Ergo idem Angelicus intellectus, qui naturaliter cognoſcit ſub accidentibus panis, & vini, iſtorum ſubſtantias, cognoſcit etiam naturaliter ipſarum carentias. Secundò, quia panis, & vini carentia in ſe ipſa naturalis eſt: Ergo non eſt cur ab Angelico intellectu, cui rerum omnium naturalium cognitio debita eſt, non poſſit naturaliter cognoſci. 26.

Prima ſententia affirmans, Angelum cognoſcere clarè eſt Multorum.

Suarez de Euchariſtia Diſp. 53. ſect 5. §. *Secundo dicitur*, & de Ana is lib. 2. cap 29 n. 47. & non pauci Recentiores autumãt, cognoſci quidem carentias illas ab Angelo naturaliter, quia ſunt naturales: non tamen cognoſci euidenter, aut certò, quia ſolùm cognoſcit Angelus certò, & clarè, ſe non cognoſcere ibi ſubſtãtias panis, & vini, ex quo inferre quidem poteſt, eas ibi nõ exiſtere, non tamẽ euidenter, quia dubitare poteſt, an illæ ſubſtantiæ, licet ibi exiſtant, à cauſa tamen ſuperiore, nempe a Deo, ſibi occultentur. 27.

Alij cenſent, dubitare cum fundamento iſt.

Arbitramur, eiuſmodi carentiã Angelo naturaliter non innoteſcere. Quod in præſenti §. ſuademus ratione è diametro oppoſita ei, qua Doctores aduerſantes innitũtur, & ſic agimus. Carentia panis ſub ſpeciebus panis, & carentia vini ſub ſpeciebus vini prorſus inuoluit aliquid intrinſecè ſupernaturale; ac proinde eſt intrinſecè ſupernaturalis: Sed intellectus Angelicus naturaliter non valet cognoſcere illud, quod intrinſecè ſupernaturale eſt: Ergo nec panis, ac vini carentias ſub panis, ac vini ſpeciebus. Minor, & illatio clarens. 28.

Noſtra concluſio oſtenditur, quia plane talis abſentia inuoluit aliquid ſupernaturale, quod latet Angelicum lumen.

Digitized by Google

rent. Maior conſtat, quoniam ens intrinſecè ſupernaturale eſt illud, quod omnis ſubſtantiæ creabilis natiuam ſuperat exigentiam, capacitatem, & vim; vt ſuo loco fusè ſtabiliuimus. Atqui panis, & vini carentia, tametſi ſecundùm ſe ſpectata, naturale quidpiam ſit; tamen carentia panis ſub ſpeciebus panis, & carentia vini ſub ſpeciebus vini, prorſus exſuperat omnis ſubſtantiæ creabilis natiuam exigentiam, capacitatem, & vim: Ergo inuoluit aliquid intrinſecè ſupernaturale, ac proinde eſt intrinſecè ſupernaturalis. Minor negari nequit: nam carentia panis ex. gr. ſub panis accidentibus & dicit panis carentiam, quæ ſecundùm ſe eſt naturalis, & dicit in accidentibus panis, inhærentiæ carentiam, & per ſe exiſtentiam, quæ ſecundum ſe eſt ſupernaturalis; cùm à nullâ ſubſtantia creabili per natiuam potētiam poſſit, aut petat induci.

29. Occurres fortaſſis, poſſe naturaliter cognoſcere Angelum panis carentiam ſecundùm ſe ſpectatam, atque adeo quatènus omnino naturalem; & non quatenus ſub accidentibus panis, ſeu quatenus ſupernaturalem. Hoc tamen nullam præfefert probabilitatis ſpeciem. Loquimur enim de Angelica cognitione carentiæ panis in Euchariſtia, proinde in ſpatio hoſtiæ, in quo ſunt ſpecies panis. Poſſe autem Angelum naturaliter cognoſcere, deeſſe in loco illo ſubſtantiam panis, quin ſimul cognoſcat ibidem eſſe accidentia panis, inueriſimile eſt: cùm accidentia hæc, & ſint intrinſecè naturalia, & ab homine, & à bruto per corporeos oculos, & alios ſenſus naturaliter cognoſcātur. Proinde ſi naturaliter cognoſceret Angelus, in eo ſpatio deeſſe panis ſubſtantiam, naturaliter cognoſceret deeſſe ſubſtantiam panis ſub accidentibus panis; quod iam vidimus præſtare non poſſe.

Hinc patet, falſam eſſe doctrinam, & rationem Vaſquij contendentis, non ſolùm carentiam illam ſecundùm ſe, verum etiam accidentium per ſe exiſtentiam ſecundùm ſe; & in ſe naturaliter ab Angelo cognoſci; quoniam vtraque naturalis eſt. Si enim hæc per ſe exiſtentia intrinſecè naturalis eſt: Ergo erit aliqua ſubſtātia, vel mundus poſſibilis omnino naturalis, iſtā per ſe exiſtentiam accidentium naturaliter depoſcens. Conſequentia eſt euidens: Conſequens non modò falſum, ſed etiam prorſus exoticum. Sed hanc Vaſquij theſim infra rurſus impugnabimus alia ratione: nunc enim ſolùm vtimur argumento à ſupernaturalitate deſumptō.

Refutatur Affirmans illa opinio Plurimorū.

30. Indidem conſtat, mediam illam viam, quam Suarez ingreditur, rectam non eſſe. Cùm enim Angelo debeatur notitia cuiuſque ſubſtantiæ naturalis actu exiſtentis; profectò ſi Angelus euidenter videret, ſe non habere notitiam panis vt in hoſtia exiſtentis, non video cur poſſet dubitare, an ibi eſſet, & ſibi occultaretur. Vel enim Angelus conſideratur, vt alioqui ſciens veritatem huius myſterij per notitiam ſupernaturalem: vel conſideratur vt nihil prorſus de hoc myſterio ſupernaturaliter ſciens. Priori modo conſideratus, ineptiſſimè tale dubium formaret: cùm enim ſciret in hoc ſacramento ritè peracto non adeſſe ſubſtantiam panis, ſanè dum illum non videret, duabus de cauſis iudicaret non adeſſe: nempe & quia ipſe non eam ibi cerneret, & quia proculdubio ſacramentum fuiſſet ritè peractum. Altero autem modo ſpectatus Angelus etiam ineptè dubitaret: quia alioqui nunquam fere phyſicum indicium de rebus exiſtentibus abſque dubitatione poſſet elicere. Si enim vbi ſubſtantiam panis ſub accidentibus non videt, dubitare prudenter poteſt, an ibi exiſtat, & ſibi occultetur, negato ſcilicet ſpeciei intentionalis concurſu debito ad eam ſubſtantiam repræſentandam; pari ratione dum ſub accidentibus huius papyri videt ſubſtantiam, dubitare prudenter poteſt, an inde deſit, ſibi tamen repræſentetur, ac ſi exiſteret, conceſſo ſcilicet ſpeciei impreſſæ concurſu, qui ad eam repræſentandam naturaliter debetur.

Et quæ aſſerit, dubium eſſe probabile.

Denique conſtat, nullam eſſe illam argumentationem ex Ariſtotelis doctrina ſumptam. 31.
Sicut viſus naturaliter percipit lucem, ita naturaliter percipit omnimodam lucis carentiam, nempe tenebras: Ergo intellectus Angelicus cùm naturaliter cognoſcat ſubſtantiam ſub accidentibus; naturaliter cognoſcit ſub eiſdem illius carentiam. Diſparitas enim eſt ingens: nam tenebræ ſunt æquè naturales, ac lux, nihilque inuoluunt ſupernaturale: carentia verò panis ſub accidentibus panis, aliquam rationem inuoluit intrinſecè ſupernaturalem: ac proinde Angelicæ menti naturaliter inconſpicuam.

Ex eo quod quis non videat lucem in aere, rectè colligit ibi eſſe tenebras, ſiue nō eſſe lucem naturaliter. Secus verò ſi non videat inhærētiam albedinis, & hāc intueatur exiſtentem.

§. II.

Imo panis, ac vini ſubſtantiam, & accidentium inhærentiam perinde videt, ac ſi ibi exiſterent.

SI naturæ ſuæ relictus Angelus, aut animus ſeparatus, perinde videat in Euchariſtia panis, & vini ſubſtantiam, accidentiumque inhærentiam, ac ſi ambæ realiter ibi exiſterent optima conſecutione deducemus, non ibi cognoſcere panis, ac vini carentiā, deſitionem, aut abſentiam, nec accidentium per ſe exiſtentiā: nam alioqui ſubſtantiam eandem videret, & non videret; & eandem inhærentiam videret, & non videret: quod non minùs repugnat, quàm eandem ſubſtantiam, aut inhærentiam ſimul ibi exiſtere, & non exiſtere. Quapropter vtraque tituli pars ex profeſſo comprobari debet. 32.

Præmittenda verò tria pronunciata. Primum S. Thomæ, & communiſſimum, & in Diſp. de Angelis à nobis fusè probatum: nimirum, Per eandem ſpeciem impreſſam, qua naturaliter cognoſcit Angelus eſſentiam vt exiſtentē, cognoſcere tanquam exiſtentem cum eſſentia naturaliter ipſius proprietatem; & è conuerſo, quia ſic, & non aliter vtrumque perfectè cognoſcit. Alterū, & inde conſequēs eſt: Nunquam eſſentiā ab Angelo cognoſci directè, niſi per ſpeciem illam repræſentatiuam eſſentiæ, & proprietatis; nec vnquam proprietatem in ſe ipſa conſpici, niſi per illam ipſam ſpeciem; quia nō habet aliā ſpeciem, quæ poſſit ad eiuſmodi cognitionem inſeruire. Tertiū, & ex dictis etiam conſequentiſſimè fluens, eſt; Quoties illa ſpecies excitatur ad repræſentandam eiuſmodi ſubſtantiam, naturaliter etiam excitari ad repræſentandam eius proprietatem: & è conuerſo non excitari naturaliter ad repræſentandam iſtam, niſi prioritate, vel quaſi prioritate quadam excitetur ad repræſentandam eſſentiam. Itaque ſicut eſſentiæ naturaliſſimum eſt non exiſtere ſine ſuis proprietatibus; & iſtis non exiſtere ſine ſua eſſen- 33.

Angelus eadem ſpecie impreſſa cognoſcit rem & rei proprietates.

Et quoties excitatur ad cognoſcendā rem, naturaliter etiam excitatur ad cognitionē Proprietatis.

Sic ĕ conue r ſo nunquam proprietatē ſine eſſentia repræſentat.

eſſentiâ: ſic impreſſæ ſpeciei, quam Angelus habet de hâc eſſentiâ, naturaliſſimum eſt, nec eſſentiam ſine proprietate, nec proprietatem ſine eſſentiâ repræſentare. Quare ſibi relicta, ad neutram ſine alterâ, ſed ad ambas cognoſcendas eodem impetu, & velut ictu, & itinere, vel (vt propriè loquamur) eâdem actione mentem Angelicam determinat.

33. Hinc demonſtro priorem aſſertionis partem; nempe Angelum, ſi naturę ſuæ viribus agat; perinde cognoſcere in Euchariſtiâ panem, & vinum, ac ſi re re ipsâ ibi reperirentur. Etenim Angelus in Euchariſtiâ non cognoſcit accidentia panis, niſi per impreſſam ſpeciem panis: ſed illa ſpecies, ſi naturæ ſuæ relinquatur, prioritate quâdam priùs repræſentat ſubſtantiam panis, quàm accidentia propria panis: Ergo dum Angelus in Euchariſtiâ videt panis accidentia, videt vt ibi exiſtentem ſubſtantiam panis: dumque videt accidentia vini vt ibi exiſtentia, videt vini ſubſtantiam, tanquam ibidem exiſtentem. Rationis huius vim rationibus, & exemplis explicuimus in Tomo de Incarnat. Diſp. 1. ſect. 4. 5. 3. & inde probauimus, creatam ſubſiſtentiam, Angelo naturæ ſuæ relicto perinde repræſentari in Chriſti humanitate vt exiſtentem, ac ſi re ipsâ ibi exiſteret. Vnde nunc doctrinæ conſecutione ſic poſſumus agere. Quia proprietas, & eſſentia per eandem ſpeciem ab Angelo naturaliter cognoſcuntur, id circo Angelus vbi cognoſcit exiſtentem eſſentiam, ibi cognoſcit vt exiſtentem proprietatem, quantumuis hæc ibi realiter non ſit: Ergo etiam vbi cognoſcit vt exiſtentem proprietatem, ibi cognoſcit vt exiſtentem eſſentiam, quantumuis hæc ibi re ipsâ non exiſtat.

Quia ſi naturæ ſuæ linquatur prius natura aliquo modo excitatur ad ſubſtantiā rei quam ad Proprietatē cognoſcendam in ſe ipſa.

34. Indidem oſtendo partem aſſertionis alteram; ſcilicet Angelum ſi natiuis ſuis vtatur viribus, non aliter in accidentibus Euchariſticis inhærentias ad panem, & vinum conſpicere, quàm ſi illas realiter ibi haberet. Quippe formas illas accidentales non cognoſcit naturaliter Angelus, niſi per eandem ſpeciem; quâ panem, & vinum; proinde non eas cognoſcit, niſi vt ſimul cum pane, & vino; ac proinde nec niſi vt pani, & vino coniunctas, & inhærentes. Vel enim cognoſcit directè ſubſtantiam: & ſic non eam cognoſcit, niſi ſuis proprietatibus affectam, atque adeo vt habentem formas illas ſibi hærentes. Vel cognoſcit directè formas illas accidentales: & ſic per eandem ſpeciem cognoſcit eas coniunctas ſuæ inhærentiæ vt proprietati; & pani, & vino tanquam eſſentiæ.

Nec aliter cognoſcit Accidentia, quàm inhærentia in ſubiecto proprio.

35. Quod aduerſus probationes iſtas opponi poterat, magnam partem diſiectum eſt in diſp. illâ primâ de Incarnat. ſect. 4. §. 3. & 4. vbi ſatis oſtendi, cognitionem iſtam Angelicam, quæ naturalis eſt repræſentatio ſubſtantiæ Panis & vini ſub illius ſpeciebus, æque dici poſſe intuitiuam, non intuitiuam ac talis dicitur viſio Pueri, dum hic repræſentatur oculis in Euchariſtia, tanquam ibi exiſtens, cum re ipſa non ſit: Et cognitio ſoni auditi in loco, vbi reuera non eſt; & viſio ſimiliter circuli ignei continuati quando non eſt niſi apparenter circulus propterea quod ſpecies impreſſæ prouenientes ex partibus illis per quas acceſus carbo circumrotatur, durant aliquantulum in Aere, & Potentia ſemel productæ ab obiecto totaliter diſtante.

Qualis ſit intuitio obiecti non exiſtentis.

Sed vrgebis. Si ſpecies eadem eſt, & eodem conatu excitatur ad cognoſcendum eſſentiam & proprietatem vt exiſtentem, ergo Angelus naturaliter aquam ſemper videt frigidam; Petrum cum duobus Brachiis; leonem cum ſua cauda; etiamſi aliquando Proprietas aliqua iſtarū deſit in re ipſa. Reſpondeo diſtinguendum inter Proprietates iſtas quibus naturaliter per cauſam aliquam naturalem violenter eſſentia poteſt priuari, & illas quibus eſſentia deſtitui nō poteſt niſi diuinitus Deo ſupernaturaliter Agente, & actione indebita Naturæ. Priores carentiæ cognoſcūtur naturaliter; Poſteriores captum naturę prorſus excedunt. 36.

Maneat igitur in cauſâ panem, & vinum, & ipſorum natiuas proprietates non aliter repræſentari in Euchariſtiâ mentibus Angelicis, & animabus ſeparatis, naturæ ſuæ relictis, ac repræſentātur in pane, & vino minimè conſecratis. Quod ab incommodo confirmare libet aduerſùs duas oppoſitas ſententias. Etenim ſi naturaliter dæmon cognoſcit, ſub illis accidentibus non eſſe ſubſtantiam, vel illa accidentia eſſe per ſe, profectò probabiliſſimè indicat, conſecrationem fuiſſe validam, & proinde miniſtri intentionem veram; imo & miniſtrum eſſe verè ſacerdotem, ideoque & ipſum habuiſſe intentionem recipiendi ſacerdotij, & miniſtrum fuiſſe verè Epiſcopum, & proinde rite, & cum ſeriâ intentione ordinatum, tam ipſum quàm illum, à quo ille ordinatus, & illum à quo ille alius, & ſic vſque ad Eccleſiæ primordia; quod non videtur vllâ ratione concedendum. 37.

Quędam ſequuntur incommoda ex oppoſiti ſententia.

Dices, non id ſequi: nam poteſt Dæmon timere, aut ſuſpicari, eſſe quidem ibi panem, & vinum, & accidentium cum ipſis inhærentiam; ſibi tamen diuinitus occultari. Sed contra primò, quia cùm Dæmon probè ſciat, panem, & vinum, & accidentium inhærentiam deſtrui per veram conſecrationem: ſanè dum talia entia non ibi cernit, nullo fundamento ſuſpicari poteſt ibi adeſſe, ſed potius deſtructa fuiſſe per conſecrationem, quam ipſe pronunciari conſpexit. Secundò, & fortiùs; quia licet abſque vitio poſſet Deus occultare Dæmoni rem, alioquin ibi exiſtentem: non tamen repræſentare vt ibi exiſtentem modum poſitiuum per ſe exiſtendi, quem nec accidentia naturaliter habere, nec ipſum ſpecies impreſſa naturaliter repræſentare poteſt: ſic enim Deus apertiſſimè eſſet particularis cauſa deceptionis: Ergo ſaltem cōcedi non poteſt, poſſe Dæmoni repræſentari per ſe exiſtentiam iſtam ita, vt alioqui poſſit ipſe ſuſpicari, non iſtam, ſed inhærentiam ibi reperiri. Tertiò, & efficaciſſimè; quia ſi abſque vitio poſſet Deus ita regere ſpeciē Angelicam, vt panem, & vinum exiſtentes repræſentaret, vt non exiſtentes: multò magis conſonum rationi eſt, vt ſpeciem illam naturaliter agere ſinat, ac proinde panem, & vinum, & proprietates ipſis inhærentes, tanquā ibi exiſtentes repræſētare.

SECTIO IV.

Poſſitne creatus intellectus naturali virtute cognoſcere Euchariſtiam euidenter poſſibilem.

Hactenus oſtendimus, non illam poſſe cognoſcere, vt actu exiſtentem: ſupereſt videamus, an poſſit ſaltem vt poſſibilem.

§. I.

§. I.

Non poteſt ablata reuelatione.

38. Quod in ſe verum eſt, non poteſt euidenti aliqua notitia cognoſci vt falſum, neque vt repugnans.

POnimus fieri non poſſe, vt aliquis intellectus euidenter cognoſcat Euchariſtiam eſſe impoſſibilem. Nam quod re ipſa verum eſt; re ipſa poſſibile eſt: & quod re ipſa poſſibile eſt; euidenter poteſt aliqua virtute cognoſci, vt poſſibile: Ergo à nulla cognoſci euidenter vt impoſſibile. Euidentia enim eſt omnimoda neceſſitas iudicandi rem ita eſſe: demus ergo intellectum humanũ diuinitus eleuari ad cognoſcenda principia, ex quibus euidenter infertur, Euchariſtiam non implicare: & eundẽ in eodẽ tempore cognoſcere naturalia principia, ex quibus euidenter inferretur, Euchariſtiam implicare: ſanè in eodem inſtanti cogeretur intellectus ad hæc duo iudicia: Euchariſtia prorſus implicat, Euchariſtia prorſus non implicat. Vide alia, quæ in hanc ſententiam attuli Tomo de incarnat. Diſp. 1. ſect. 1.

39. Aſſerit P. Vazquez.

Vazquez vbi ſupra, ſine dubio cenſet, etſi non explicat, Euchariſtiæ myſterium, etiamſi nunquam extaret, poſſe naturali virtute Angeli cognoſci euidenter poſſibile. Nam Euchariſtiæ myſterium conſiſtit in eo, quod Chriſti humanitas ſit tota in toto ſpatio hoſtiæ, & calicis, & tota in qualibet eius ſpatij parte; & panis, ac vinum inde abſint; & ipſorum proprietates accidentales ibi maneant, & per ſe exiſtant: Sed autore Vazquez, vt ſupra vidimus, hæc omnia dum actu exiſtunt, naturali virtute Angeli cognoſcuntur euidenter, vt actu exiſtentia: Ergo quamuis nunquam exiſterent, aut extitura eſſent, naturali virtute Angeli cognoſcerentur, vt euidenter poſſibilia; & perinde totum Euchariſtiæ myſterium vt euidenter poſſibile. Conſequentia patet, quia non plus requiritur in ſpecie impreſſa ad repræſentandum rem, vt poſſibilem, quàm ad repræſentandam, vt actu exiſtentem; vnde eadem ſpecies, quæ Michaëli in initio mundi repræſentabat Petrum vt potentem exiſtere, poſtea dum Petrus exiſtit, eundem ei repræſentat vt actu exiſtentem: proinde ſi Angelus hanc ſpeciem haberet, etiamſi Petrus nunquam extiturus eſſet, eum Angelo repræſentaret, vt verè poſſibilem. Cùm igitur, auctore Vazquez, ſpecies naturales repræſentẽt naturaliter Angelo myſterium Euchariſticum, vt iam exiſtens: idem eidem repræſentarent, vt poſſibiles, quantumuis illud nunquam eſſet extiturum.

40. P. Suarez nõ negat.

Suarez locis etiam allegatis, conſequenter dicturus eſſet, myſterium iſtud partim ab Angelo poſſe naturaliter cognoſci, & partim non poſſe, quia ſcilicet, iuxta Doctoris iſtius ſententiam, naturali lumine conſequitur Angelica mens, eſſe in Euchariſtia Chriſti animam, & abeſſe panis, & vini ſubſtantiam, & adeſſe panis, ac vini accidentia: non verò cognoſcit naturaliter, eſſe ibi Chriſti corpus totum in toto, & totum in qualibet parte, nec accidentium per ſe exiſtentiam: Ergo pariter per ſpecies, quas inditas habet, cognoſceret partes illas naturaliter, vt poſſibiles, non autem iſtas. Cuius illationis bonitas eodem prorſus modo, & medio probatur, quo ſimilem confirmauimus in numero proximè antecedente.

41 Mihi certum eſt, Euchariſtiæ myſterium non poſſe ab Angelo naturali virtute cognoſci euidenter poſſibile. Moueor, quia naturaliter nequit ab Angelo cognoſci, vt euidenter exiſtens. Ergo vt euidenter poſſibile. Antecedens probatum iam eſt. Conſequentia probatur; quia ſpecies, quæ repræſentat Angelo Petrum, vt actu exiſtentem, eadem eum repræſentat vt poſſibilem: ſed nulla ſpecies Angelo naturalis repræſentat Angelo Euchariſtiam vt exiſtentem: Ergo nulla illam ei naturaliter repræſentat vt poſſibilem. Probatur inſuper à priori. Quia myſterium iſtud eſt quoad ſubſtantiam ſupernaturale: Ergo non poteſt per naturale lumen euidenter deprehendi vt poſſibile. Demùm, quia licet concederemus, hoc myſterium eſſe quoad ſubſtantiam naturale, tamen negaremus, poſſe Angelo naturaliter innoteſcere, vt poſſibile. Non enim poſſet ita innoteſcere, niſi per actum, qui repræſentaret v. gr. Chriſti humanitatem totam in vno puncto, & totam in ſingulis, & in infinitis punctis: quem actum non poſſet Angelus naturali virtute producere, vt per ſe eſt manifeſtum: Ergo neque Euchariſtiam naturali virtute cognoſcere euidenter poſſibilem. Argumenta verò, quæ partem hanc ſpecialiter impetere poſſent, in ſuperiore ſectione destructa ſunt. Naturaliter non poteſt agnoſci vt euidenter poſſibile.

§. II.

Nec poſita reuelatione poteſt.

RAimundus Lullus, eiuſque diſcipuli, & nonnulli alij, qui poſita ſupernaturali Trinitatis reuelatione contendunt, ſuppetere creatæ menti per naturæ lumen rationem, qua myſterium illud euidenter demonſtretur actu exiſtens: proculdubio dicturi videntur, poſita Euchariſtiæ reuelatione ſupernaturali, poſſe creatam mentem ſolo naturali lumine duce rationem excogitare, qua myſterium iſtud euidenter poſſibile demonſtretur. 42. Videtur affirmare Raym. Lullus.

Horum verò ſententiam falſam eſſe generatim oſtendimus in Tractatu de fide: quia quantumuis poſita ſupernaturali diuina reuelatione, qua Deus nobis obſcurè reuelet, & ſupernaturali fide, qua nos obſcurè credamus, poſſe myſterium Euchariſticum exiſtere, nullum reperitur in vniuerſo, aut ſuppetit naturale medium, quod euidenter exiſtere poſſe demonſtret. Quia nempe hoc myſterium eſt quoad ſubſtantiam ſupernaturale, vt in ſuperioribus oſtendimus: Ergo implicat aliquando cognoſci euidenter poſſibile cognitione aliqua naturali. Confirmo, & explano. Quia non poteſt tale demonſtrari à priori, quia nulla eſt cauſa, vel quaſi cauſa iſtius myſterij, quæ naturalis ſit, vt per ſe patet: non poteſt à poſteriori; quia nec effectus aliquis naturalis eſt huius myſterij, nobis euidenter notus: non à neceſſariò connexis, quia nihil naturale, quod cum Euchariſtia neceſſariò connectatur, excogitari poteſt: Ergo nec medium, quod illam, etiam poſita reuelatione, euidenter poſſibilem oſtendat. Vera ſententia eſt negãs.

43. Obiectio communis proponitur.

Eſt vulgaris obiectio. Poſita reuelatione myſterij Euchariſtici, naturali diſcurſu oſtenditur, illud eſſe euidenter credibile: Ergo & euidenter poſſibile. Antecedens veriſſimum eſt, & de omnibus fidei myſteriis in diſputationibus de Fide, cum omnibus Doctoribus à nobis aſtructum. Conſequentia verò ita ſuadetur. Quod eſt euidenter impoſſibile eſt euidenter incredibile. Ergo quod eſt euidenter credibile, vt Euchari-

ſtiæ myſterium eſſe conceditur, eſt euidenter poſſibile. Cuius illationis hęc eſt probatio percelebris. Ex oppoſito conſequentis, legitimè infertur oppoſitum antecedentis: Cùm igitur hæc illatio valeat, Euchariſtiæ myſterium eſt euidenter impoſſibile; Ergo eſt euidenter incredibile: ſanè ex oppoſito huius conſequentis hęc valebit; Euchariſticum ſacramentum eſt euidenter credibile, Ergo eſt euidenter poſſibile.

Et ſoluitur.

Nego primam conſequentiam: quia rem eſſe credibilem, prouenit ab extrinſeco, nempe ab autoritate eam aſſerentis, vel aſſerentium: vnde res, quæ realiter ſit impoſſibilis, & à Petro non cognoſcatur vt talis, ſi ab hominibus magnę autoritatis aſſeratur, hoc ipſo fiet Petro euidenter credibilis. At verò rem eſſe poſſibilem prouenit ab intrinſeco, nempe à ſuâ propriâ non repugnantiâ, ſiue non implicatione: credibilitas autem, authoritas, vel atteſtatio externa, cùm non oſtendat non repugnantiam internam, non oſtendit rem eſſe poſſibilem.

Credibilitas cùm ſumatur ab extrinſeco, non oſtẽdit Non repugnantiam intrinſecam.

Ad probationem negatæ conſequentiæ, reſpõdeo, concedẽdo antecedens illud, Quod eſt euidẽter impoſſibile eſt euidenter incredibile. Quia cùm autoritas non oſtendat rem eſſe poſſibilem, vt præmiſimus, ſanè ſi mihi clarè conſtet rem eſſe impoſſibilem, nulla dicentium autoritas eam mihi faciet credibilem: nam euidentia impoſſibilitatis me neceſſitabit ad aſſerendum, rem illam impoſſibilem eſſe: cum hoc autem euidenti iudicio nec diuinitus ſtare poteſt aliud, quo iudicem, veram eſſe; proinde ſtante illo iudicio, res illa mihi eſt euidenter incredibilis, quia neceſſitatus ſum illam non credere. Concedo itaque, illud quod eſt euidenter impoſſibile, eſſe euidenter incredibile: Dum autem infertur: Ergo quod eſt euidenter credibile, eſt euidenter poſſibile, nego conſequentiam. Ad probationem ſumptam ab illâ regulâ: *Ex oppoſito conſequentis infertur oppoſitum antecedentis*, duplex adhiberi poteſt reſponſio, & vtraque ſimpliciter ſatisfacit.

Nulla dicentis Autoritas facit credibile, quod clare conſtat eſſe impoſſibile, vel falſum.

Axioma logicum quomodo ſit verum, de terminis ipſis, qui dicũt Antecedẽs & conſequens.

Prior. Nomine antecedentis, & conſequentis non intelliguntur propoſitiones, quarum vna infertur ex alterâ: ſed termini ipſi quorum vnus ex altero colligitur. Ille enim, ex quo alter colligitur, eſt antecedens; & ille, qui ex altero colligitur, eſt conſequens: Ex. gr. *curſus* eſt antecedens, & *motus* conſequens, quia bene valet, Eſt curſus; Ergo motus. Vnde facto hoc enthymemate, Petrus currit, ergo mouetur: optimè inferes, Petrus non mouetur, ergo non currit. In obiectione autẽ facta, Poſſibile, & credibile, non ſunt inter ſe antecedens, & conſequens quia poteſt res eſſe poſſibilis, ex. gr. animam identificari cum intellectu, & non eſſe credibilis, ſi eius poſſibilitas Petrum lateat, & à viris magnæ autoritatis negetur: & è contra poteſt res eſſe impoſſibilis, vt animæ diſtinctio ab intellectu, & eſſe euidenter credibilis, cùm eius impoſſibilitas me lateat, & eius poſſibilitas à viris eximiæ autoritatis aſſeratur. Cùm igitur credibile, & poſſibile non ſint antecedens, & conſequens, argumentum illud non procedit ab oppoſito conſequentis, & ita ferè reſpondet Petrus Hurtado de Fide Diſp. 22. ſect. 2. & de Incarnat. Diſp. 1. ſect. 9.

Altera illius dicti Ariſtotelici Declaratio, de

Altera reſponſio. Nomine antecedentis, & conſequentis intelligũtur propoſitiones, quarum vna ex alterâ in Enthymemate infertur. Quod autem dicitur, Ex oppoſito conſequentis infertur oppoſitum antecedentis, eſt quidem vniuerſaliter verum de propoſitionibus oppoſitis contradictoriè, idque mediate particula *Non*, vel aliâ æquiualente. Exempli gratia: Dum rectè infers, Eſt homo, ergo animal; æquè rectè inferes; Non eſt animal, ergo nec homo. Rurſus, dum benè colligis: Eſt euidenter falſum, ergo euidenter improbabile: benè etiam colliges; Nõ eſt euidẽter improbabile, ergo nec euidenter falſum. Similiter poſtquam legitimè intuleris: eſt euidẽter impoſſibile, ergo euidenter incredibile, legitimè quoque inferes; Non eſt euidenter incredibile, ergo nec euidenter impoſſibile. Cæterum non eſt vniuerſaliter verum de oppoſitis non ita contradictoriis; quod in his exemplis licet conſpicere. Res eſt euidenter impoſſibilis, ergo euidenter improbabilis: Eſt euidenter probabilis, ergo euidenter poſſibilis.

Propoſitionibus oppoſitis contradictoriis formalit r.

Si quæras, cur oppoſitum antecedentis rectè inferatur ex oppoſito conſequentis ratione illâ contradictoriâ, & cur non aliter inferatur. Reſpondeo rationem eſſe, quia dum ab oppoſito conſequentis contradictorio arguitur, ponitur illud, cum quo ſtare nequit antecedens, ac proinde rectè illius negatio infertur ex. gr. facto hoc Enthymemate, *Eſt homo, ergo eſt animal*; dum ita regredimur, *Non eſt animal, ergo non eſt homo*, ponimus non animal; cum quo ſtare nequit homo, proptereaque rectè inferimus illius contradictoriam, nempe non homo. Dum autem non arguitur ab oppoſito conſequentis contradictorio, non ponitur aliquid cum quo ſtare non poſſit antecedens; eaque propter non rectè colligitur contrarium illius v. gr. ſi poſito hoc Enthymemate, *Eſt euidenter impoſſibile; ergo euidenter improbabile*, ſic, pari modo, agamus, *Eſt euidenter probabile, ergo euidenter poſſibile*, nihil ponimus, cum quo antecedens pugnet, nam optimè ſtat rem aliquam & eſſe euidenter probabilem, quia plures rationes probabiles eam ſuadent: & non eſſe euidenter poſſibilem, quia nulla ipſarum euidenter patefacit eius poſſibilitatem.

DISPVTATIO XXIV.

De Sacræ Euchariſtiæ eſſentia.

SECTIO I. *Quid ſit Euchariſtia metaphyſicè ſpectata.*

§. 1. *Genus Euchariſtiæ eſt*, Nouæ legis ſacramentum.

§. 2. *Differentia eſt; Inſtar alimoniæ gratiâ reficiens animam.*

SECTIO II. *Quid ſit Euchariſtia phyſicè conſiderata.*

§. 1. *Phyſicam Euchariſtiæ eſſentiam non intrant verba conſecrationis.*

§. 2. *Euchariſtia Phyſicè conſtat ex propria Chriſti ſubſtantia.*

§. 3. *Euchariſtiæ phyſicam ſubſtantiam etiam ſacramentales ſpecies conſtituunt.*

§. 4. *Phyſica conſecrationis Actio ſacramento eſt eſſentialis tamquam vnio.*

§. 5. *Euchariſtia ſacramentum in recto dicit Chriſti ſubſtantiam & ſpecies, & prædictam vnionem.*

SECTIO

SECTIO I.

Quid ſit Euchariſtia metaphyſicè ſpectata.

HOc titulo quærimus, quænam ſit Euchariſtiæ metaphyſica definitio, quam facilè dabimus aſſignantes, & aſtruentes vno § verum ipſius genus, & altero ſpecificam differentiam.

§. I.

Genus Euchariſtiæ eſt, Nouæ legis ſacramentum.

1. *Eſſe ſacramentum, compertum fuit ſemper in Eccleſia apud Catholicos omnes.*

EVchariſtiam verè eſſe ſacramentum nouæ legis, non ſolùm conſtitit ſemper apud omnes Catholicos vt pote de hoc myſterio nũquam non altiſſimè cogitare ſolitos: verùm etiã inter ipſos Hæreticos, tum veteres, tum recentes, qui verum aliquod ſacramentum nouæ legis admiſerunt. Nam licet vtrique circa propriam Euchariſtiæ differentiam, ſeu ſpecificam eſſentiam variè ſint hallucinati; recentiores autem, vt ex diſp. 19. de ſacramentis ſect. 1. §. 1. liquet, circa numerum ſacramentorum nouæ legis, incredibili varietate, & inconſtantia tum inter ſe ipſos, tum à ſe ipſis diſſideant: neutri tamen Euchariſtiæ veram ſacramenti nouæ legis rationem denegant; imo Lutherus aliquando ſolam Euchariſtiam eſſe dixit verum nouæ legis ſacramentum. Quod latè comprobat Vazquez diſp. 167. cap. 1. num. 1. & quatuor proximè ſequentibus: & perſpicuè deducitur ex iis, quæ de variis circa rem iſtam hæreſibus nos attulimus tum loco proximè citato, tum in eodem tract. diſp. 2. ſect. 5. §. 1.

& apud Hæreticos, qui ſacramenta conceſſere.

2. *Conſtat ex S.S. Sacris.*

Primò probatur è diuinis litteris. Nam aſſentientibus etiam ipſis Hæreticis, ad verum ſacramentum nouæ legis ſufficit ritus externus à Chriſto inſtitutus, & præceptus, & gratiæ promiſſio tali ritui per ipſum Chriſtum connexa: ſed ex diuinis litteris conſtat, hæc omnia competere Euchariſtiæ. Nam ritum à Chriſto inſtitutum, & præceptum conſtat ex ipſius verbis apud Matth. 20. & apud Luc. 22. & apud Paulum 1. ad Cor. cap. 11. dicentis, Hoc facite in meam commemorationem, & apud Ioannem cap. 6. ſemel, ac iterum ſeuerè denunciantis, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Promiſſionem autem gratiæ tali ritui ab ipſomet Chriſto annexam, pariter conſtat ex ipſius etiam Chriſti perſpicuis verbis, ac ſæpe inculcatis apud Ioannem cap. 6. qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Qui manducat meam carnem, &c. habet vitam æternam. Conſtat igitur ex diuinis litteris, Euchariſtiam eſſe Nouæ legis ſacramentum.

3. *Concilij & Pontificum decretis.*

Secundò probatur ex ſummis Pontificibus, & Conciliis, tum antiquioribus veritatem iſtam apertè ſupponentibus; tum recentioribus aduerſus Hæreticos eam expreſsè definientibus. Alexander I. in ſua decretali relatus cap. *In ſacramentorum*, de conſecr. diſt. 2. relatus etiam in Cõcil. Florẽt. in inſtruct. Armen. §. Tertium eſt: Martinus I. cum ſuo Concilio General. Later. relatus cap. *Non oportet*, ſub eodem tit. & Concilium Carthagineſe III cap. 2. relatum cap. *In Sacramento* ſub eodem tit. & idem Concilium cap 29. relatum. cap. *Sacramenta altaris*, de conſecr. diſt. 2 & Innocentius III. relatus cap. *cum Martha*, de celebrat. Miſſar. poſt medium, expreſsè vocant Euchariſtiam, iam ſacramentum altaris, iam ſacramentum Corporis & Sanguinis Domini, iam abſolutè ſacramentum. Eugenius autem IV. cum Concilio Gener. Florent. in Armen. inſtruct. §. *Quinto Eccleſiaſticorum*, & Concilium item Tridentin. ſeſſ. 7. can. 1. & ſeſſ. 13. eiſdem verbis hoc fidei dogma definiunt.

4. *P.P. tum Græcis tum Latinis.*

Tertiò probatur ex Patribus, tum Græcis, tum Latinis, qui ſunt innumerabiles, & legi poſſunt in decreto, tit. de conſecr. & in decretal. lib. tit. de celebrat. Miſſarum: & in huius tractationis decurſu complures adducentur. Solùm hic referam S. Dionyſij locutiones, quibus non modò Euchariſtiam ſacramentum vocat, ſed etiam eximiis epithetis exornat, quibus nos illam afficimus. lib de Eccleſ. Hierarch. cap. 3. ſtatim initio teſtatur, Euchariſtiam ex Magiſtri ſui (Pauli ſcilicet Apoſtoli, vel diuini Hierothei) ſententia eſſe, τελετῶν τελετὴν *ſacramentum ſacramentorum*, & poſt multa Euchariſtiam vocat: ἁγιωτάτην τελετὴν *Sanctiſſimũ ſacramentum*; Et vt cætera ſileam, poſt ſatis multa, ſic ipſam alloquitur Euchariſtiam: Ἀλλ' ὦ θειοτάτη, καὶ ἱερὰ τελετὴ *Sed ô tu Sacroſanctum diuiniſſimumque ſacramentum.*

S. Dionyſij Præſertim præclariſſimis verbis.

5. *Ratione oſtenditur.*

Quarto ratione probatur, quia ſacramentum, vt à nobis in diſp. 1. ſect. 1. §. 1. definitur, eſt, ſignum gratiæ ſenſibile, vniuerſaliter, & ſtabiliter à Deo inſtitutum, hominem conſecrans: Eiuſmodi eſt Euchariſtia, vt illam definitionem calſenti, & applicanti patebit: Ergo eſt ſacramentum. Eſſe autem ſacramentum nouæ legis, probatur; quia nouæ legis ſacramentum ſupra ſacramentum in communi ſolùm addit, eſſe inſtitutum à Deo homine, & ad ſummum, eſſe conſecrans conferendo gratiam ex opere operato: ſed vtrumque habet Euchariſtia, vt ex diuinis litteris, Conciliis, & Patribus citatis conſtat: Ergo eſt nouæ legis ſacramentum.

6. *Sacramentum nouæ legis habet locum generis.*

Ex dictis habemus id quod in aſſertione tituli præfiximus, nempe genericum prædicatum in definitione Euchariſtiæ eſſe, Nouæ legis ſacramentum. Cæterum fortaſſe dices, aliquid huic rationi addendum. Nam definitio tradi debet per genus proximum: Sed nouæ legis ſamentum, non eſt genus proximum: nam ſacramentum nouæ legis diuiditur in ſacramentum tranſiens, qualis eſt baptiſmus; & in ſacramentum permanens, qualis eſt Euchariſtia: Ergo genus proximum iſtius eſt, *Noua legis ſacramentum permanens*. Sed contra, tum quia cum ſolùm Euchariſticum ſacramentum ſit permanens, idem eſt nouæ legis ſacramentum permanens, ac Euchariſticum, & ita tota eſſentia pro genere poneretur. Tum etiam, quia Euchariſtiam eſſe ſacramentum permanens, abundè explicabitur in differentia, dum dicemus tribuere gratiam inſtar cibi, & alimoniæ; nam iſta permanens eſt.

§. II.

§. II.

Differentia eſt, Inſtar alimoniæ gratiâ reficiens animam.

7. *Verba Florentini penſantur.* SVadetur hæc aſſertio primùm, & grauiſſimè ex Eugenio IV. cum Concilio Florent. in Inſtruct. Armen. §. *Quinto Eccleſiaſticorum*, vbi dum propriæ ſingulorum ſacramentorum differentiæ notantur, ita dicitur. *Per Baptiſmum enim ſpiritualiter renaſcimur, per Confirmationem augemur in gratiâ, & roboramur in fide: renati autem, & roborati, nutrimur diuinâ Euchariſtiæ alimoniâ.* Deinde in §. *Tertium eſt ſacramentum*, prope finem. *Omnem effectum, quem materialis cibus, & potus, quoad vitam agunt corporalem, ſuſtentando, augendo, reparando, & delectando, ſacramentum hoc quoad vitam operatur ſpiritualem.*

Dices, hos effectus à Concilio deſignari, tamquam ſecundarios. Contra; nam etſi proximè ante ita loquitur: *Huius ſacramenti effectus & eſt Adunatio hominis ad Chriſtum: & quia per gratiam homo Chriſto incorporatur, & membris eius vnitur, conſequens eſt, quod per hoc ſacramentum gratia augeatur*: Tamen hos effectus non recenſet Concilium vt Euchariſtiæ propriiſſimos; alioquin in §. *Quintò, Eccleſiaſticorum*, vbi de cuiuſque propriiſſimis agit, eos Euchariſtiæ tribuere debuiſſet, quod minimè præſtitit: ſed eos recenſet, tanquam cæteris ſacramentis communes; & qui manifeſtè ſequuntur ex eo quod Euchariſtia cum Chriſto, & Chriſti membris dignum ſui ſuſceptorem vniat. Quod verò dicitur, *Omnemque effectum, quem materialis cibus, & potus &c.* non ponitur, vt conſequens ad præcipuum, & proprium huius ſacramenti effectum. Nam ſi ita poneretur; efficeret vnam periodum cum præcedente, vbi dicitur, *conſequens, quod per hoc ſacramentum gratia augeatur*; atque adeo, dum ſubditur, *Omnemque effectum operatur*, non deberet dici, *operatur*, ſed *operetur*. Quare verba hæc non ſecundarium, ſed primarium, & propriiſſimum Euchariſtiæ effectum ediſſerût, ſuntque explicatio illorum, quæ in §. *Quintò, Eccleſiaſticorum* præceſſerant; *renati autem, & roborati, nutrimur diuinâ Euchariſtiæ alimoniâ.*

8. *Et Doctrina S. Thomæ.* Deinde ſuadetur autoritate S. Thomæ q. 73. ar. 1. commendantis prædictam proportionem vitæ corporalis, & ſpiritualis. Ex quo videtur Concilium Florentinum doctrinam proximè relatam accepiſſe. Et quidem in corpore ita concludit S. Doctor. *Et ideo ſicut ad vitam ſpiritualem oportet eſſe Baptiſmum, qui eſt ſpiritualis generatio; & Confirmationem, quæ eſt ſpirituale augmentum: ita oportuit eſſe ſacramentum Euchariſtiæ, quod eſt ſpirituale alimentum.* Et ad 1. reſpondet, Vnam eſſe perfectionem, quæ prouenit corpori ab intrinſeco, & huic reſpondere reſpectu animæ Confirmationem; & alteram, quæ ab extrinſeco, nempe ab alimento: *Et talis* (inquit) *perfectio competit Euchariſtiæ, quæ eſt ſpiritualis refectio.* Quomodo autem capienda ſit illa pars, quæ ad Confirmationem attinet, in Diſputatione de illo ſacramento expoſuimus; & ſtatim obiter attingemus.

9. Præterea ſuadetur ratione grauiſſimâ, quam hęc proportio tum à ſancto Doctore propoſita, tum à Concilio Florentino approbata, ſuppeditat. Nam homo per Baptiſmum regeneratur in Chriſto, & accipit eſſe ſupernaturale, per quod ſpiritualiter naſcitur tenellus, & admodum delicatus, & puſillus: per Confirmationem corroboratur in hoc eodem eſſe ſupernaturali; ſicut nimirum puer recens natus, & membra tenella proferens, ſtatim poſtquam natus eſt, corroboratur, vt poſſit iniuriis temporis reſiſtere: Ergo per Euchariſtiam, accipit refectionem, quâ hoc ipſum eſſe ſupernaturale conſeruetur, & nutriatur; ad eum modum, quo eſſe naturale per alimoniam. Confirmo, quia propter hanc proportionem Euchariſticum ſacramentum, quamuis cæteris infinitè præſtet, non tamen recenſetur ordine primum, ſed tertium; quia ſcilicet priùs eſt naſci tenellum, deinde membra tenella nonnihil roborari, & poſtea lactis alimoniam ſumere. *Euchariſtiæ proportio cũ refectione corporis naturali manna.*

Atque ideo ſcilicet in Eccleſiæ primordiis, vt hæc proportio exactè ſeruaretur, paulò poſt baptiſmum dabatur baptizatis Euchariſtia, non ſecus ac lac recens natis. Quo ſpectat illud 1. Petri cap. 2. *Quaſi modò geniti infantes*, rationabiles; λογικὸν ἄδολον *rationabile, ſine dolo* ἄδολον, dolo carens, *lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem.* Eſt enim Euchariſtiâ per antonomaſiam lac rationabile; cùm enim lac non ratione vtentibus, ſed carentibus dari ſoleat, Euchariſticum tamen lac ratione vtentibus exhibetur, quia rationabile; hoc eſt, quia non ſenſu corporali, ſed ſpirituali ſuauitas eius, & ratione percipitur: & cùm aliud rationi, aliud ſenſui appareat, ἄδολον tamen eſt, nullum continet dolum. *Cur Euchariſtia vocetur lac rationabile.*

Inſuper ſuadetur ex ipsâ materiâ, quâ ſacramentum iſtud intrinſecè conſtat, quæ manifeſtè refert alimoniam corporalem: Ergo per ſe, & primariò præbet animæ alimoniam ſpiritualem. Etenim, vt ex S. Auguſtino epiſt. 23. ad Bonifaciũ cõmuniter notant D.D. Chriſtus dominus ſpecialiter prouidit, dum ſacramenta inſtituebat, vt materia ſacramenti communiter haberet proportionem quandã, humano captui accõmodatam, cum effectu ſpirituali, quem per ſe, & primariò tribuit. Cùm igitur Euchariſticum ſacramentum corporalem alimoniam præſeferat: ſignum eſt, eſſe tale, vt per ſe, ac primariò tribuat velut alimoniam, refectionem ſpiritualem. 10.

Tandem ſuadetur, quia per hanc differentiam, Inſtar alimoniæ gratiâ reficiens animam, primò, ac eſſentialiter, & adæquatè conſtitui poteſt ſacramentum, vt per ſe patet, proinde ita de facto conſtitui ſacramentum Euchariſticum, omnia dicta perſuadent. Et confirmatur, quia per hanc rationem primò, ac eſſentialiter, & adæquatè diſtinguitur hoc ſacramentum ab omnibus aliis, & ab ipſorum ſingulis, vt ponderanti perſpicuum erit: Ergo hæc eſt ipſius differentia. *Inſtar Alimoniæ gratiâ reficiens Animam, eſt Differentia eſſentialis Euchariſtiæ.*

Roget fortaſſe quiſpiam, cur non dixerim in definitione cum plerìſque Recentioribus, Euchariſtiam conferre gratiam, aut eſſe ſacramentum, *per modum conuiuij*, nec *inſtar conuiuij*, ſed *inſtar alimoniæ*. Reſpondeo, datâ operâ ſic me geſſiſſe, duabus de cauſis. Vnâ, quia conuiuium communiter non vocatur illa refectio, quæ pane dumtaxat, & vino conſtat: cùm tamen propriè, & ab omnibus alimonia nuncupetur. Alterâ, quòd Euchariſtia ſub alterâ 11. *Cur non dicatur in hac definitione inſtar conuiuii aut Per modum conuiuii.*

Digitized by Google

tera tantùm ſpecie, propriè eſt ſacramentum, & ſacramentum Euchariſtiæ, prout ex Tridentino poſtea conſtabit: Solus autem cibus, & nominatim ſolus panis, aut ſolus potus, non eſt, nec appellatur conuiuium; proinde nec Euchariſtia ſub altera tantum ſpecie reficit inſtar conuiuij; cùm tamen verè, ac propriè reficiat inſtar alimoniæ: nam & panis alimonia eſt, vt per ſe claret: & vinum etiam eſt alimonia, cùm non ſit ſolummodo cibi vehiculum, ſed verè alat, & nutriat. Et has fortaſſe rationes attendens Florentina Synodus, & cum illa Eugenius IV. loco proximè citato, non aiunt, renatos nutriri, *diuino Euchariſtiæ conuiuio*, *vel cibo*, ſed diuina Euchariſtiæ alimonia.

SECTIO II.

Quid ſit Euchariſtia phyſicè inſpecta.

QVæſtionis ſenſus eſt: Quibus partibus, aut quaſi partibus, phyſicè, aut re ipſa diſtinctis, Euchariſtiæ ſacramentum eſſentialiter conſtet.

§. I.

Euchariſtiæ phyſicam eſſentiam non intrant verba Conſecrationis.

12\. ITa Richardus, Alexander, Scotus, Capreolus, Maior, Gabriel, Catharinus, Claudius de Sainctes, Alanus, Ledeſma, quos allegat, & approbat Vaſquez Diſp. 167. c. 3. Henriquez lib. 8. de Euchariſt. cap. 7. n. 1. Coninck q. 37. art. 1. dub. 1. num. 8. Petrus de Ochagauia Tract. 1. q. 2. num. 9. Mœratius, Becanus, compluresque alij Recentiores: imo Suarez infra citandus, quamuis abſolutè videatur oppoſitam pronuntiare ſententiam, hanc tamen appellat non ſolùm probabilem, ſed etiam expeditam, & facilem, & valde accommodatam ad hoc myſterium explicandum.

Hæc ſententia laudatur etiam ab ipſo Suarez.

Antequam eam confirmem, repeto ex Tractat. de ſacramentis in genere Diſp. 3. ſect. 4. res, & verba, quæ ſunt alicui ſacramento eſſentialia, ſic ſe habere, vt res reſpectu verborum ſint materia; & proinde verba reſpectu rerum ſint forma: coniunctum autem ex rebus, & verbis fit totalis materia, ſeu totale ſubiectum ſignificationis ſacramentalis à Chriſto impoſitæ, ſiue inſtitutæ: ita nempe, vt hæc ſignificatio neque ſit in ſolis rebus, nec in ſolis verbis, ſed indiuiſibiliter in vtrorumque aggregato. Sit exemplo Baptiſmus eſſentialiter conſtans ex ablutione, & verbis illis, Te baptizo in nomine Patris &c. Nam ablutio reſpectu illorum verborum eſt materia, & verba reſpectu ablutionis ſunt forma: coniunctum autem ex ablutione, & illis verbis, eſt ſubiectum ſignificationis, quia Baptiſmus ſignificat gratiam habitualem in Chriſto regenerantem.

13\. Probo nunc aſſertionem. Primo, quia ſacramentum Euchariſticum non eſt phyſicè tranſiens, & in ſui confectione conſiſtens, vt cætera ſacramenta: ſed eſt totum phyſicè permanens, & poſt phyſicam ſui confectionem totum phyſicè perſiſtens: Atqui verba Conſecrationis non ſunt aliquid phyſicè permanens, ſed potius ſtatim poſt ſui confectionem phyſicè tranſiens, & deſinens: Ergo verba Conſecrationis eſſentiam Euchariſtici ſacramenti phyſicam non ingrediuntur. Conſecutio liquidò conſtat; ſicut hæc, Angelus eſt purè ſpiritualis: ſed materia non eſt ſpiritualis: Ergo materia non ingreditur Angelicam eſſentiam. Maiorem, in qua videtur eſſe tota difficultas, oſtendere poſſemus, quia ſi hoc ſacramentum partem aliquam includeret non phyſicè permanentem; ab hac, tanquam à deteriori, denominaretur tranſiens: ſicut homo, licet includat animam ſpiritualem; quia tamen includit materiam, quæ eſt corporalis, ab iſta, velut à deteriori, denominatur corporeus. Confirmo, quia ſignum eſſe permanens, ex materia permanente, & eſſe tranſiens ex materia tranſeunte petendum eſt: nam licet humana inſtitutio vocis huius *Deus*, phyſicè perſiſteret, vox tamen *Deus* eſſet ſignum tranſiens: Si autem verba pertinerent ad eſſentiam Euchariſtiæ, ſanè pertinerent vt pars ſimul cum alia comparte recipiens ſignificationem ſacramentalem; ac proinde pertinerent, vt materia partialis: Ergo non tota materia huius ſacramenti eſſet permanens; ideoque ſacramentum iſtud abſolutè permanens non eſſet.

Probatur quia eſt ſacramentum phyſicè permanens.

Reſpondeat aliquis, Euchariſtiam abſolutè dici ſacramentum permanens, propterea quòd tale eſt illud, quod in ipſo eſt tum principaliſſimum, vt Chriſti ſubſtantia; tum maximè conſpicuum, vt panis; & vini accidentia: nec in rebus ſacris deeſſe exemplum, quo id confirmetur, & oppoſitum infirmetur, nempe Eccleſiam; quæ licet plurimos contineat peccatores, & defectuum rugis, ſcelerumque maculis fœdos, tamen à parte nobiliori denominatur ſancta, & non habens maculam, neque rugam. Sic ergo Chriſtus, perfectiſſima Euchariſtiæ pars, ſatis erit ad illam denominandam permanentem, quamuis illa intrinſecè contineat conſecrationis formam tranſeuntem. Sed contra primò, quia eſſe rem permanentem, & eſſe tranſeuntem, eſt denominatio ipſi eſſentialis: hæc autem ſemper ſumitur à deteriori. 14.

Illud exemplum Eccleſiæ prorſus eſt nullum, quia eſſe ſanctam eſt denominatio accidentalis; & Eccleſia, ſancta vocatur, quatenus Eccleſia Chriſti, & ſic eſt ſancta. Addo, in Euchariſtia nullam eſſe neceſſitatem admittendi ad eius eſſentiam. Verba conſecrationis, & proinde diſcedendi à regula generali; iuxta quam eſſentialis denominatio à deteriori, nõ ſumitur vt in ſequentibus liquido cõſtabit.

Denominatio Phyſicè Permanẽtis requirit vt tota eſſentia, & partes omnes eſſentiales perſiſtant phyſicè.

Probo aliter eandem minorem. Quia ſcilicet Euchariſtia, prout in ſectione præcedente cum omnibus Doctoribus aſſeruimus, & aſtruximus; eſt ſacramentum animam reficiens tanquam viualis, & communiſſima alimonia; nempe tanquam cibus, vel potus, vel tanquam ſimul cibus, & potus. Sed eiuſmodi alimonia nec totaliter, nec partialiter, eſt phyſicè tranſiens, ſed omnino, ſeu totaliter, phyſicè permanens; poſtque ſui confectionem, phyſicè perſeuerans, vt omnibus perſpicuum eſt. Ergo etiam Euchariſtiæ ſacramentum eſt totaliter, & ſecundùm ſe totum phyſicè permanens, & poſt ſui confectionem phyſicè conſiſtens, & perſeuerans. 15.

Alimonia neque partialiter eſt aliquid phyſicè fugiens, ſicut vox, humana eſt.

Confirmatur explicatione, & applicatione: quoniam

Digitized by Google

quoniam alimonia ſumitur in os, & in ſtomachum traiicitur: verba verò nec in os ſumuntur, nec in ſtomachum traiiciuntur: Ergo non ſunt pars eſſentialis, aut intrinſeca ſacramento, quod inſtar alimoniæ ſumitur. Minor probatur;quia verba conſecrationis vel in os, & in ſtomachum ponuntur phyſicè; & hoc eſt apertè falſum:vel moraliter,& iſtud fundamento caret Nam aggregatum ex Chriſto, & ſpeciebus eſt ſignum efficax gratiæ, tanquam alimonia:Ergo debita diſpoſitione ſumptum, producet eo modo gratiam. Proinde ſine fundamento dicuntur verba cum eo ſigno moraliter ſumi.Et hac explicatione,& confirmatione funditus euertitur machina, aduerſus hanc probationem excogitabilis.

16. Poſſet enim quiſpiam ſic agere. Dum aliquis abluitur.Aqua eſt,quæ illius corpori phyſicè applicatur:Atqui Baptiſmus, qui eſſentialiter eſt ablutio, conſtat eſſentialiter verbis, quæ phyſicè corpori non applicantur:Ergo licet Euchariſtia ſit eſſentialiter alimonia, quæ phyſice ſumitur, poteſt eſſentialiter includere verba,quæ phyſicè non ſumuntur. Idemque argumentum efficies in Extrema Vnctione; cùm hoc etiam ſacramentum fiat eſſentialiter applicatione olei,quod ſolum corpori phyſicè applicatur; & tamen eſſentialiter extrema Vnctio continet verborum formam, quæ corpori phyſice non admouetur.

17. Ratio eſt longe diuerſa in alijs ſacramentis.

Eſt tamen ratio longè diuerſa.Nam ſola ablutio ſine verbis non ſignificat gratiam, ac Proinde non illam confert, vnde nec eſt Baptiſmi ſacramentum:quid ergo mirum, ſi Baptiſmus in ratione talis ſacramenti contineat intrinſecè,ac eſſentialiter verborum formam? At coniunctum ex Chriſto,& ſpeciebus, optimè,& facillimè intelligitur eſſe ſignum gratiæ, tanquam alimonia.& proinde ad ſuam ſacramentationem non intrinſecè requirere,nec admittere formulam verborum. Rurſus, in Baptiſmo talis eſt tranſiens ablutio,quàm verborum forma, proinde rectè intelligitur ſacramentum vnum tranſiens ex ambabus conſtituunt coniunctum ex Chriſto. & ſpeciebus nullo modo tranſiens eſt, conſecrationis autem formula, propriiſſimè eſt tranſiens: Quomodo igitur ex ambabus vnum ſacramentum permanens coaleſcet?

Quam Baptiſmo, facile intelligitur ex Ablutione & verbis conſtitui vnum ſignum Phyſicè tranſiens.

Secundò probamus aſſertionem. Quia nullum eſt rationis fundamentum, vt aſſeramus, verba conſecrationis eſſe partiale ſubiectum ſignificationis ſacramentalis:Ergò neque vt aſſeramus,partialiter pertinere ad phyſicam Euchariſtiæ quidditatem. Conſequentia optima eſt:nam tota phyſica entitas ſigni ad placitum, quale eſt ſacramentum, eſt materia, ſeu ſubiectum ſignificationis vt in omnibus eiuſmodi ſignis,& in ſingulis alijs ſacramentis liquidò conſtat. Antecedens patet, quia verba conſecrationis iam habent aliam ſignificationem à Chriſto impoſitam nempe ſignificationem ſacrificij, quo ipſe Chriſtus immolatur;ac proinde ex Chriſti inſtitutione ſignificant Chriſtum ſacramentum, quo ſacerdos in Dei cultum, Chriſtum immolat. Quæ quidem ſignificatio verbis illis adhæret ad producendum illud Chriſti ac proinde ad conſtituendum aggregatum ex Chriſto.& ſpeciebus, vt per ſe patet Atqui illud agregatum ad ſignificandam gratiam tanquam refectionem ſpiritualem,non indiget verbis illis,vt compartibus, neque de

18.

Agregatum ex Chriſto & ſpeciebus. eſt ſufficiens ſignum gratiæ per modum cibi, & Potus.

abſoluta potentia; neque iuxta potentiam ordinariam; neque iuxta modum naturalem, & & humanum: Ergo ſine fundamento dicuntur verba cum illo aggregato vnum ſignum ſacramentale conſtituere. Minor, quantum attinet ad potentiam abſolutam,euidens eſt.Cur enim repugnet coniunctum ex ſolo Chriſto, & ſpeciebus in ſacramentum integrum inſtitui? Dices,quia nihil haberet,quod ſenſibiliter ſignificaret gratiam. Contra, quia ad ſacramentum quidem requiritur ſenſibilis materia,non autem ſenſibilis ſignificatio gratiæ:vt patet euidenter in his verbis, *Volo te in meam*; *Volo te in meum*. 19.

Hinc probo partem alteram,quæ ſpectat ad potentiam ordinariam.Quia ſi verba hæc, *Volo te in meum*;&, *Volo te in meam*, ſecundùm ſolum naturale,& humanum ſuum eſſe conſiderentur, nullatenus ſignificant gratiam aliquam habitualem intrinſecè ſupernaturalem;ac proinde nec illam, quæ per matrimonium confertur:ſicût aggregatum ex Chriſto, & ſpeciebus, præciſe,& nude ſpectatum, non ſignificat gratiam habitualem intrinſecè ſupernaturalem, ideoque nec illam, quæ per Euchariſtiam tribuitur:Vtrique enim aggregato ſacramentalis ſignificatio ſuperaddita,& extrinſeca eſt,& per Chriſti voluntatem adiuncta:Sed priori aggregato ſignificato propria ſacramenti matrimonij,ſecundùm legem ordinariam competit: Ergo & aggregatio ex Chriſto, & ſpeciebus ſignificatio propria ſacramenti Euchariſtici ſecundùm legem ordinariam congruit. 20.

Probo iam tertiam partem,nempe hunc, & non alium eſſe modum inſtitutionis hominibus ſolemnem, vſitatum; atque etiam accommodatum.Quando enim aliquod ſignum permanens,v.gr.ſigillum aliquod,aut ſymbolum,à Republica,vel Principe inſtitutum eſt; ſi faber aliquis,aut artifex illud conficiat,ſiue arte ſua elaboret; tunc nulla opificis actio tali ſigno intrinſeca eſt: dummodo enim leonem ex. gr. coronatum, iuxta vrbis noſtræ morem antiquum,in ſtemmate exprimat, illud eſt Cæſaraugustanæ Ciuitatis ſymbolum,conſtans ſcilicet ex leone coronato,& ſignificatione, non ab artifice,ſed à Republica prouenience, eique leoni per ipſam Rempublicam adiuncta. Cùm Ergo Chriſtus inſtituerit nobiliſſimum gratiæ ſymbolum, in quo ſua ipſius ſubſtantia ſub alienis accidentibus continetur,ad ſacerdotem quidem,tanquam ad artificem ſpectat,coniunctum illud conficere:ad Chriſtum autem ſacramentalem ei coniuncto ſignificationem, tanquam ſuo ſymbolo adiungere:ac proinde verba,quibus Sacerdos illud coniunctum efficit, ad ſacramenti eſſentiam non ſpectabunt.

Leonis effigies coronata ſtemma Cæſaraugnſtæ.

Signo Publico,v.g vexillo militari, vel ſtemmati, Artificis Actio præſus eſt externa,& hac tranſeunte, manet ſignum formaliter.

21. Vrgeo,quia coniunctum ex Chriſto, & ſpeciebus:& ex verbis conſecrationis, non magis ſignificat gratiam huius ſacramenti propriam, quàm aggregatum ex ſolo Chriſto,& ſpeciebus: Ergo fruſtra contenditur,verba eſſe huic ſacramento intrinſeca, tanquam ei conferentia ſacramentalem ſignificationem. Conſequentia perſpicua eſt:Antecedens oſtenditur,quia quiſquis videat illud aggregatum ex Chriſto. & ſpeciebus,& verbis,non magis deueniet in cognitionem gratiæ, quam qui ſolum nouerat aggregatum ex Chriſto,& ſpeciebus Cuius ratio patet:quia verba hæc, *Hoc eſt corpus meū*.ex ſe, & moraliter,& humano duntaxat more ſumpta, non ſignificant gratiã:Ergo non faciunt.vt aggregatum ex Chriſto,& ſpeciebus eã ſignificẽt.

Fruſtra contenditur, verba eſſe intrinſeca huic ſacramento.

Idem

Digitized by Google

Idem tandem premo. Quia poſt conſecrationem exiſtit totum, atque integrum Euchariſtiæ ſacramentum: Atqui tunc non exiſtunt conſecrationis Verba, neque phyſicè, neque moraliter: Ergo non ſunt aliquid ſacramento Euchariſtiæ eſſentiale. Minor, quatenus continet, verba tunc non exiſtere phyſicè, per ſe claret. Quatenus continet, non exiſtere moraliter oſtenditur in primis, quia verba illa, cùm poſuerint in Euchariſtia Chriſtum, atque adeo, fuerint formale ſacrificium, & efficienter produxerint aggregatum ex Chriſto, & ſpeciebus, duplicique munere functa fuerint, & ad neutrius conſeruationem requirantur, vt ipſa moraliter perſeuerent: ſanè hæc perſeuerantia gratis confingitur. Deinde, quia nequeunt verba moraliter perſeuerare, non perſeuerante phyſicè ipſorum autore mortuo ſcilicet Sacerdote, qui ipſa protulit: Atqui tunc totũ ſacramentum perſeuerat: Ergo perſeuerante toto ſacramento verba conſecrationis non moraliter perſeuerãt.

Verba conſecratoria ſunt ſacrificium formaliter & producunt efficienter ſacramentum.

Reſpondet Lugus, tranſactis verbis manere
22 Euchariſtiam ſecundum id, quod dicit in recto, nõ ſecũdũ id quod dicit in obliquo, & ſic dicere formam conſecrationis. Cõtra: quia ſignum totam materiam, ſeu totũ ſignificationis ſubiectũ in recto dicit, vt vox homo totum iſtũ ſonum, & ſignum vini, totum iſtum ramum. Vel ergo verba conſecrationis ſunt eſſentialia Euchariſtiæ, tanquam ipſamet ſacramentalis ſignificatio, & hoc eſt apertiſſimè falſum; vel ſunt eſſentialia, tanquam ſubiectum ſignificationis ſacramentalis, & ita non in obliquo, ſed in recto per Euchariſtiæ ſacramentum importantur. Sin minùs det nobis Lugus in toto ſignorum cumulo vel vnum, quod in obliquo importet rem illam, quæ partiale eſt ſubiectum ſignificationis. Confirmo, quia ſignum ad placitum ſimpliciter, & abſolutè ſupponitur pro integro ſignificationis ſubiecto: Ergo cùm totum iſtud non perſiſtit, falsò dicitur ſignum perſiſtere: & proinde tranſactis verbis falsò dicitur Euchariſtiæ ſacramentum perſeuerare.

Subiectum ſignificationis totum ſumitur in recto, in ſigno ſignificante ex inſtituto.

Tertiò concluſionem probo, quia nullum etiam eſt autoritatis pro cõtraria ſententia fun-
23 damentum. Tenent quidem illam Suar. Diſp. 42. ſect. 2. ad finem. Valentia q.6 p.1. Ioanes de Lugo Diſp. 1. ſect. 4. nihil tamẽ roboris pro ſe adferunt. Agunt enim potiſſimè autoritate Cõcilij Florentini, in Decreto Eugenij pro inſtituẽdis Armenis §. *Quintò Eccleſiaſticorum*, definiẽtis, Omnia nouæ legis ſacramenta perfici rebus, & verbis. Reſpondeo, non ait conſtare, ſed perfici, hoc eſt, indigere rebus, & verbis. Argumento clariſſimo eſt: nam etiam ait perfici perſona miniſtri, cũ intentione &c quam tamen ab eſſentia ſacramenti, preſertim Euchariſtici, omnes Aduerſantes excludunt: & loquitur Concilium de materia remota, pane, vino, oleo, aqua, vt in ſingulis exponit: & quod caput eſt, ipſum Concilium ita exponit vocem illã perfici: Sic enim habet. Hæc omnia ſacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tãquam forma, & perſona miniſtri cõferentis ſacramentum cum intentione faciendi quod facit Eccleſia: quorum ſi aliquid deſit, non perficitur ſacramentũ. Confirmo, quia Conciliũ idẽ §. *Tertium eſt Euchariſtia ſacramẽtum*, ita inquit: Forma huius ſacramenti ſunt verba Saluatoris, quibus hoc conficitur ſacramentum. Vbi planè videtur, occurrere voluiſſe exiſtimantibus, per formam a Concilio intelligi ſolam formã ſtri-

Concil. Florẽtinum nõ ait *Conſtare*, ſed *Perfici* rebus, & Verbis cũ intentione miniſtri &c.

Verba ſunt Formula efficienter concurrens.

ctè ſumptam, & formaliter ad ſacramentum concurrentem, cùm explicet eſſe formulam effectiuam, ſiue concurrentem efficienter.

Citant ſecundò Catechiſmum Romanum 24
p.2.c.1. dicentem, materiam, & formam verbõrum *eſſe partes, ex quibus vnumquodque ſacramẽtum neceſſariò conficitur, & conſtituitur.* Reſpondeo, conficitur, & conſtituitur, capiuntur ſynonymè, & ſic idem eſt cõſtituitur ibi, quod apud Concilium Florentinum proximè citatum *perficitur, & conficitur*, nempe *indiget*. Quòd ſi plus intenderent illius Catechiſmi autores, qui fuerunt nonnulli Theologi, ad id deputati; & contenderent verbo *conficitur*, ſignificari indiget, & verbo conſtituitur, ſignificari conſtat; audiendi non eſſent, quia velut priuati Doctores extra, vel præter Concilij phraſim ita loquerẽtur.

Catechiſmus Romanus rectè explicatur.

Allegant præterea S. Thomam in 4. diſt. 1. 25
q.1.n.3.& 3.p.q.60 art.6.ad 1. & q.86.art. vlt. dicentem, ſacramenta nouæ legis fieri, conſtare, & cõſiſtere ex Verbis & rebus ſicut ex materia, & forma; & ſicut Chriſtus ex carne, & Verbo.

S. Thom. nobis non opponitur.

Contra quia ſi omnia hæc teſtimonia diligenter attendantur, in nullo ait S. Doctor, omnia nouæ legis ſacramenta conſtare, vel conſtitui rebus, & verbis. Sed aliquando docet, conuenienter in ſacramentis addi verba rebus; & conuenienter ex rebus, & verbis vnum conſtitui. Alicubi verò ſupponit, omnia ſacramenta conſtare ex materia, & forma; quod & nos admittimus; cùm enim ſigna ſint, conſtant aliquo ſenſibili tanquam materia, & ſignificatione tanquam forma. Nec opus eſt, *ſimilitudinem habere in omnibus, quoties adhibetur Particula, Sicut.*

§. II.

Euchariſtia phyſicè conſtat ex propria Chriſti ſubſtantia.

IN hac theſi conueniunt Suarez Diſp. 42. 26
ſect. 3. & Vaſquez tum de ſacramentis in genere q.66. art. 1. in comment. tum de Euchariſt. Diſp. 161. c. 5. & communiter Antiquiores, vt ibi ambo referunt: conſentiuntque plerique Recentiores, vt Henriquez lib.8.c.21. Coninck q.73. art.1. dub.1. Ochagauia Tract. 1. q. 2. n.9. Ioannes de Lugo Diſp. 1. ſect. 2. & alij plures.

Primò, quia Innocentius III. In c. *Cùm Marthæ*, de celebrat. Miſſar. verſu, *Diſtinguendum eſt tamen*, tria diſtinguit in Euchariſtico ſacramento, ſacramentum tantùm, quod ſcilicet ſignificat, & non ſignificatur; & iſtud ait eſſe ſpecies: rem ſacramenti, quæ ſignificatur, & non ſignificat; & hanc eſſe gratiam: & rem, & ſacramentũ ſimul, & hanc, ait, eſſe Chriſtum, qui ſignificatur per ſpecies, & ſignificat gratiam ſacramentalem. Euchariſtiæ propriam, ac proinde ingreditur phyſicam eius ſacramentalem eſſentiam.

Colligitur ex Innocentio III. cap. *cum Martha*.

Secũdò, quia Trid. ſeſſ. 13. c. 5. cuius eſt prin- 27
cipium: *Nullus itaque dubitãdi locus relinquitur, quin omnes Chriſti fideles, pro more in Catholica Eccleſia ſemper recepto, latria cultum, qui vero Deo debetur, huic ſanctiſſimo ſacramento in veneratione adhibeãt.* Vnde ſic diſputamus. Huic ſacramento debetur, & à fidelibus adhibetur latriæ cultus, qui Deo eſt debitus: Ergo hoc ſacramentũ eum includit, qui verè eſt Deus, nempe Chriſtum. Nam alioqui non ei deberetur, nec licitè tribueretur latria, quæ ſoli Deo debita, ſcilicet ſuprema, & abſoluta, ſed inferior, & reſpectiua. Confirmo, quia vel dum

Ex Tridentino docente, Euchariſtiam adorandam cultu latriæ ſupremæ.

hoc adoraretur ſacramentum, adoraretur Chriſtus in ſe,& propter ſe,& ita directè ingrederetur eſſentiã Euchariſtiæ phyſicam:vel adorarentur ſolùm ſpecies in ſe;ſic tamen , vt ratio adorandi eſſet Chriſtus,& ita non poſſet eis latria ſuprema tribui: Ergo ſignum eſt , dum adoratur Euchariſtiæ ſacramentum, adorari in ſe ipſo Chriſtum;ac proinde intrinſecè ſpectare ad conſtitutionem ſacramenti. Qua de re infra non ſemel dumtaxat ſermo redibit.

28. Idem docent PP. Ignatius. Græcorum Patrum ſit Anteſignanus Ignatius Martyr in epiſtola ad Romanos, ita ſcribens: *Panem Dei volo, Panem cæleſtem, qui eſt caro Chriſti , filij Dei , qui factus eſt poſterioribus Temporibus ex ſemine Dauid,& Abrahæ;& Potum volo ſanguinem illius, qui eſt charitas & vita æterna.*

Cenſet ergo Ignatius Euchariſtiam , atque adeo ſacratiſſimum hoc ſacramentum intrinſecè conſtare ex Chriſti carne.

Iuſtinus Martyr. Iuſtinus item Martyr in Apologia ad Antoninum Pium: *Alimentum hoc appellatur Euchariſtia : neque vt communem panem* , neque vt communem potum,iſta ſumimus:ſed quemadmodum per verbum Dei caro factus Ieſus Chriſtus ſeruator noſter,& carnem, & ſanguinem ſalutis noſtræ cauſa habuit ; ad eundem modum , etiam eam alimoniam , in qua preces ſermonis ab ipſo profecti , quæ ſunt actæ , *incarnati illius Ieſu carnem,& ſanguinem eſſe,ſumus edocti*. En quàm expreſsè,& quàm ſeriò dicat, eam alimonia eſſe Chriſti carnẽ , & ſanguinẽ.

Irænus. Irenæus lib.4.cõtra Hęreſes c.34 ait: *Quomodo autẽ conſtabit eis,cum Panem,in quo gratiæ ſunt actæ, corpus eſſe domini,& calicem ſanguinis eius,ſi non ipſum Fabricatoris mundi Filium dicant ? &c.* Ex quo teſtimonio ſi non deducitur , etiam ſpecies ad Euchariſtiam ſpectare , de quo poſtea diſſeremus: certè conſtat ſpectare Chriſti ſubſtantiam.

Damaſcenus. Eſtque ſimillimum Damaſceni teſtimonium lib.4.fid cap.14 non procul à principio:docens enim oportuiſſe,vt noſter cibus ſpiritualis , ex corporeo, & ſpirituali conſtaret , ſicut baptiſmus ex aqua,& Spiritu Sancto : ſubdit ; *Cibus autem*(eſt)*panis ipſe vita, hoc eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus qui de cælo deſcendit*. Quem etiam locum infra expendemus.

29. Chryſoſtomus. Chryſoſtomus in Matth homil.83.ſæpius ait, Chriſtum à nobis manducari, ſed inter alia. *Quis paſtor oues proprio paſcit cruore ?* Et infra. *Ipſe nos proprio ſanguine paſcit , & per omnia ſibi coagmentat.* Quænam igitur nobis erit excuſatio,cum talibus paſti, talia peccemus , *cum lupi ſiamus,agnum comedentes*? Et homil. 61. ad populum Antioch. *Parentes quidem aliis ſæpe filios tradunt alendos , Ego autem (inquit) non ita:ſed carnibus meis alo , & me ipſum vobis appono.*

Cyrill. Alexand. Cyrillus Alexandr in defenſione Anathematiſmi II.& in epiſt.ad Theodor.Imper. *Viuificat nos Deus:verum tamen non in ſolo hoc,quod participes efficit Spiritus Sancti : ſed & manducabilem apponens aſſumptam carnem filij hominis,&c.*

30. Tertullian. Latinos inter Patres,Tertulianus in Apologet.cap.7.& 9. *Dicimur ſceleratiſſimi de ſacramento infanticidij,& pabulo ibi, & poſt conuiuiũ inceſto.*

Cyprianus. Cyprianus in ſerm. de cœna Domini: *Noua eſt huius ſacramenti doctrina, &c. vt biberent ſanguinem Chriſtiani* , cuius eſum legis antiquæ auctoritas diſtinctiſſimè interdicit: *Lex quippe eſum ſanguinis prohibet : Euangelium præcipit , vt bibatur.* Ambroſius lib.4. de ſacramentis cap. 4. & refertur Canon. *Omnia*, de conſecr. diſt. 2. *In hoc ſacramento Chriſtus eſt , quia corpus Chriſti eſt ; & ſpiritualis eſt alimonia , quia corpus Chriſti ſpirituale eſt.* Idem in Orat. 1. præparatoria ad Miſſam. *Vbi caro tua in veritate ſumitur , ſanguis tuus in veritate bibitur : vbi ſumma imis iunguntur : vbi adeſt præſentia ſanctorum Angelorum.* Hieronymus in illud Malach. 1. *In quo polluimus* , relatus in Can. *Multi* , 1. quæſt. 1. *Polluimus* , inquit, *panem , hoc eſt corpus Chriſti , quando ſordidi accedimus ad altare.* Auguſtinus quæſt. 58. in Leuitic. Auguſtin. *Quid ſibi vult , quod à ſanguine ſacrificiorum , quæ pro peccatis offerebantur* , tantopere populus prohibetur , ſi illis ſacrificiis vnum hoc ſacrificium ſignificabatur , in quo vera fuit remiſſio peccatorum : à cuius tamen *Sacrificij ſanguine in alimentum ſumendo , non ſolùm nemo prohibetur , ſed ad bibendum potiùs omnes exhortamur , qui volunt habere vitam.*

31. Probatur rationibus quia ſubſtantia vere & phyſicè pertinet ad cibum. Rationes iam ſint. Prima , quia Chriſtus ſub ſpeciebus ſuccedit ſubſtantiæ panis, & vini : ſed hæc ſubſtantia verè , & phyſicè pertinet ad cibum corporeum : Ergo & Chriſti ſubſtantia ad cibum ſpiritualem. Secunda. Quia communiter fideles de Euchariſtiæ ſacramento multa dicunt , quæ manifeſte debent intelligi de Chriſto ibi contento. Pro ſalutatione enim aiunt , *Laudetur ſanctiſſimum ſacramentum* : Species autem laudari non poſſunt ; poteſt verò Chriſtus : Ergo. Quod egregie congruit cum latria ſuprema , quam , teſte Tridentino, Euchariſtiæ debemus , & exhibemus, vt num.27. retuli. Tertia : Quia Chriſti ſubſtantia aptiſſima eſt, vt conſtituat intrinſecè hoc ſacramentum : Ergo cùm de fide ſit, ſub ſpeciebus alienis eam exiſtere ; ſine fundamento negatur illud intrinſecè conſtituere. Antecedens manifeſtum eſt, quia cùm Chriſtus ſit fons gratiæ , aptiſſimè poteſt conſtituere ſignum efficax vberrimæ gratiæ : imo videretur indecens ibi exiſtere , & non concurrere ad gratiam, vt ibi exiſtentem. (Subſtantia Chriſti poteſt conſtituere ſignum efficax gratiæ.) Quod autem obiici poſſet , Chriſtum in Euchariſtia non eſſe ſenſibilem,in proximo §. facilimè diluemus.

32. Quæres. Num Euchariſtiam phyſicè conſtituat Chriſti ſubſtantia ſecundùm ſe totam, an ſolùm ſecundùm ea , quæ ex vi verborum ibi ponuntur. Placet iſtud poſterius : itaque Euchariſtiam ſub ſpecie panis ingreditur eſſentialiter ſolùm Chriſti corpus : & ſub ſpecie vini ſolus Chriſti ſanguis. (Et conſtituit aliter ſub ſpecie Panis, aliter ſub ſpecie vini.) Ratio eſt, quia Chriſtus ſub ſpecie panis aliter gratiam ſignificat,& tribuit , & aliter ſub ſpecie vini : quia ſcilicet vno modo eſt ad modum cibi, & altero ad modum potus: ſed illud prius habet, quia eſt ibi eius corpus præcisè ſub ſpeciebus panis:& poſterius,quia eſt eius ſanguis ſub ſpeciebus vini: Ergo ſic , & non aliter conſtituit phyſicam ſacramenti entitatem. Et hanc arbitror eſſe mentem Doctorum omnium, & nouiſſimè Ioannis de Lugo Diſp.1.ſect.2.n.30.

§. III.

Species ſacramentales,etiam Euchariſtiæ phyſicam conſtituunt eſſentiam.

33. ITa quoque ſentiunt plerique Doctores apud Suarez , & Vaſquez n.26. relatos. Probatur primo

Digitized by Google

Probatur ex iure Canonico. primo ex cap. *Hoc eſt*, de Conſecrat diſt. 2. vbi clariſſimè dicitur, Euchariſtiæ ſacramentum conſtare ex viſibili ſpecie, & inuiſibili Chriſti ſubſtantia, ſicut Chriſtus ex humanitate, & diuinitate, & proinde Chriſtum, quia ſignificatur, eſſe rem ſacramenti, & quia ſignificat gratiam, eſſe ſacramentum. Verba ipſa ſubiicio. Cap. *Hoc eſt*, de Conſecratione Diſput. 2. *Hoc eſt quod dicimus; hoc modis omnibus approbare contendimus; ſacrificium ſcil. Eccleſiæ duobus confici, duobus conſtare; Viſibili elementorum ſpecie, & inuiſibili Domini noſtri Ieſu Chriſti carne, & ſanguine*, &c.

34. Cap. *cum Martha*, de celebrat. Miſſar. Secundò probatur, quia Innocentius III. in cap. *Cùm Marthæ*, de Celebrat. Miſſar. verſu, *Diſtinguendum eſt*, expreſsè diſtinguit in hoc ſacramento ſacramentum tantùm, & hoc ait eſſe ſpecies; rem tantùm, & hanc eſſe gratiam ſacramentalem; remque, & ſacramentum ſimul, & hunc eſſe Chriſtum.

Sed occurret forſan aliquis, dicens: dum cuilibet ſacramento deſignatur ſacramentum tantùm, & res tantùm, & res, ac ſacramentum ſimul; ſacramentum accipi latè pro ſigno rei ſacræ, non ſtrictè pro ſigno gratiæ: vt in Tract. de ſacramentis Diſp. 5. num 2. traditum: & ita ſpecies poſſe eſſe ſacramentum tantùm, ſeu ſignum ſacrum, non gratiæ, ſed Chriſti. Contra verò, tum quia dum aſſignatur ſacramentum tantùm, ſemper aſſignatur id, quod propriè ſignum eſt efficax gratiæ: tum etiam, quia in præſenti Pontifex ipſe, ne liberum relinqueret illius expoſitionis effugium, certiſſimè docuit, ſpecies eſſe ſignum gratiæ, inquiens: Primum (nempe ſpecies) eſt ſacramentum geminæ rei, nempe Chriſti, & gratiæ; vt Gloſſa, & omnes Doctores capiunt; ac proinde conſtituit ſacramentum gratiæ collatiuum. Quia ſpecies dicuntur eſſe ſacramentum tantum, id eſt ſignum efficax gratiæ.

35. Ex Tridentino quia in ſacramento Euchariſtiæ continetur Chriſtus. Tertiò probatur ex Tridentino ſeſſ. 13. cap. 1. ſic enim incipit. Principio docet ſancta ſynodus, & aperte, ac ſimpliciter profitetur, in almo ſanctæ Euchariſtiæ ſacramento, poſt panis, & vini conſecrationem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, verum Deum, atque hominem verè, realiter, ac ſubſtantialiter, ſub ſpecie illarum rerum ſenſibilium contineri. Eodem modo loquitur, idemque definit in can. 1. & ſæpe alibi: proinde cenſet, Euchariſtiæ ſacramentum non eſſe ſolum Chriſtum, (alioqui definiret Chriſtum eſſe in Chriſto) ſed illud etiam, quo redditur Chriſtus ſenſibilis, nempe ſpecies; ſiquidem in coniuncto Chriſti, & ſpecierum Chriſtus eſt, & continetur, ſicut in homine, quod eſt coniunctum ex animo, & corpore, contineri dicitur animus. Rurſus idem Concilium in eadem ſeſſ. 13. cap. 3. ita incipit: Commune hoc quidem eſt ſanctiſſimæ Euchariſtiæ cum cæteris ſacramentis, ſymbolum eſſe rei ſacræ, & inuiſibilis gratiæ formam viſibilem: Atqui non eſt viſibilis, ſeu ſenſibilis, niſi per ſpecies panis, & vini: Ergo iſtæ ſunt huic ſacramento intrinſecæ. Quia ſacramentum eſt ſenſibile. Cùmque idem Concilium doceat, Chriſtum ſpectare intrinſecè ad hoc ſacramentum, vt §. præcedente probauimus, ex eo conſtat, aggregatum ex Chriſto, & ſpeciebus pertinere ad Euchariſtiæ phyſicam eſſentiam.

36. Idem de Euchariſtia docent Patres. Quartò, locutionibus, & ſententiis Patrum, aſſerentium; non modò generaliter de ſacramentis, ſed ſpeciatim de Euchariſtia eſſe quidpiam ſenſibile. Vt Dionyſius Areopagita de Eccleſ. Hierarch. cap. 3. Chriſtum in uocans in Euchariſtia lucentem, ait; *Retectis iis integumentis, quæ te ſymbolicè circumſtant*: ſymbolicè autem circumſtare, eſt tanquam ſymbola, ac proinde ſymbolum ſacrum, ſeu ſacramentorum. Dionyſius.

Chryſoſtom. Chryſoſtomus Homil. 83. in Matth. *Quoniam verbum dicit, Hoc eſt corpus meum: & aſſentiamur, & credamus, & intellectualibus eum oculis intueamur.* Nihil enim ſenſibile nobis Chriſtus tradidit, ſed ſenſibilibus quidem rebus, at omnia intelligibilia. Itidem & in Baptiſmate per rem ſenſibilem, nempe aquam, donum confertur, intelligibile verò, quod perficitur, generatio, & renouatio. Si enim incorporeus eſſes, nuda, & incorporea tibi dediſſet ipſe dona: *ſed quoniam anima corpori conſerta eſt, in ſenſibilibus intelligibilia ſibi præbet.*

37. Quintò demum Theologica ratione Nam ſacramentum eſſentialiter eſt ſignum ſenſibile, prout de ſacramentis in Genere diſp. 1. ſect. 1. §. 1. demonſtratum eſt: ſed ſi Euchariſtia non conſtaret intrinſecè ex ſpeciebus, non eſſet ſignum ſenſibile: nam Chriſtus, vt ibi exiſtit, ſenſibilis non eſt: Ergo Euchariſtiæ ſacramentum intrinſecè conſtat non ſolùm ex Chriſto, verum etiam ex ſpeciebus. Confirmatur exemplo ſacramenti Pœnitentiæ receptiſſimo, & appoſitiſſimo. Dicitur enim intrinſecè ſacramentum iſtud conſtitui dolore, & tamen dolor non eſt per ſe ipſum ſenſibilis, ſed per confeſſionem: Ergo ſimiliter Euchariſtiæ ſacramentum intrinſecè conſtat ex Chriſti ſubſtantia non quidem ſenſibili per ſe, ſed per ſpecies. Subſtantia Chriſti in Euchariſtia fit ſenſibilis per ſpecies coniunctas.

38. Dices, verba Conſecrationis ſenſibiliter ſignificant Chriſti ſubſtantiam: Ergo Chriſtus eſt, & redditur ſenſibilis per verba Conſecrationis: Ergo non aggregatum ex Chriſto, & ſpeciebus, ſed ex Chriſto, & verbis conſecrationis; erit Euchariſticum ſacramentum. Sed contra, quia forma conſecrationis indicat quidem Chriſtum, non vt pars ſacramenti, ſed vt actio ſacrifica; vt §. 1. demonſtratur: & poſt conſecrationem Euchariſtia manet ſenſibilis, nec manent verba conſecrationis proinde non per verba, ſed per ſpecies conſtituitur ſenſibile in ratione talis ſacramenti. Quam rem amplius euoluimus in §. 1. vbi oſtendimus, verba conſecrationis ad phyſicam Euchariſtiæ eſſentiam non ſpectare. Verba conſecrationis non ſunt Pars ſacramenti ſenſibilis permanentis.

Confirmo, quia Chriſti corpus, & ſanguis in Euchariſtia ſuccedit ſubſtantiæ panis, & ſubſtantiæ vini: & ex coniunctione cum ſpeciebus panis, denominatur panis, cæleſtis tamen, ac diuinus: ſicut etiam ex coniunctione cum ſpeciebus vini, denominatur vinum, diuinum tamen, ac cæleſte: Ergo conſtituit cum eiuſmodi ſpeciebus vnum compoſitum, ſaltem artificiale, & morale; ita vt ſicut ſubſtantia panis cum ſpeciebus panis, ita corpus Chriſti per panis ſpecies fiat ſenſibile: Ergo ſicut ex pane, & ſpeciebus conſtituebatur vnum naturale, ita ex Chriſto, & ſpeciebus conſtituatur vnum ſupernaturale, artificiale, atque adeo ſacramentum. Quomodo ex Chriſto & ſpeciebus conſtituatur vnum ſupernaturale, artificiale, ſacramentum.

* * *

Digitized by Google

hoc adoraretur ſacramentum, adoraretur Chriſtus in ſe,& propter ſe,& ita directè ingrederetur eſſentiã Euchariſtiæ phyſicam: vel adorarentur ſolùm ſpecies in ſe; ſic tamen, vt ratio adorandi eſſet Chriſtus,& ita non poſſet eis latria ſuprema tribui: Ergo ſignum eſt, dum adoratur Euchariſtiæ ſacramentum, adorari in ſe ipſo Chriſtum; ac proinde intrinſecè ſpectare ad conſtitutionem ſacramenti. Qua de re infra non ſemel dumtaxat ſermo redibit.

28. *Idem docent PP. Ignatius.* Græcorum Patrum ſit Anteſignanus Ignatius Martyr in epiſtola ad Romanos, ita ſcribens: *Panem Dei volo, Panem cæleſtem, qui eſt caro Chriſti, filij Dei, qui factus eſt poſterioribus Temporibus ex ſemine Dauid, & Abrahæ; & Potum volo ſanguinem illius, qui eſt charitas & vita æterna.*

Cenſet ergo Ignatius Euchariſtiam, atque adeo ſacratiſſimum hoc ſacramentum intrinſecè conſtare ex Chriſti carne. *Iuſtinus Martyr.* Iuſtinus item Martyr in Apologia ad Antoninum Pium: *Alimentum hoc appellatur Euchariſtia: neque vt communem panem*, neque vt communem potum, iſta ſumimus: ſed quemadmodum per verbum Dei caro factus Ieſus Chriſtus ſeruator noſter,& carnem, & ſanguinem ſalutis noſtræ cauſa habuit; ad eundem modum, etiam eam alimoniam, in qua preces ſermonis ab ipſo profecti, quæ ſunt actæ, *incarnati illius Ieſu carnem,& ſanguinem eſſe, ſumus edocti.* En quàm expreſſè,& quàm ſeriò dicat, eam alimonia eſſe Chriſti carnẽ, & ſanguinẽ. *Irenæus.* Irenæus lib.4. cõtra Hereſes c.34 ait: *Quomodo autẽ conſtabit eis, tum Panem, in quo gratiæ ſunt actæ, corpus eſſe domini,& calicem ſanguinis eius, ſi non ipſum Fabricatoris mundi Filium dicant? &c.* Ex quo teſtimonio ſi non deducitur, etiam ſpecies ad Euchariſtiam ſpectare, de quo poſtea diſſeremus: certè conſtat ſpectare Chriſti ſubſtantiam. *Damaſcenus.* Eſtque ſimillimum Damaſceni teſtimonium lib.4. fid cap.14 non procul à principio: docens enim oportuiſſe, vt noſter cibus ſpiritualis, ex corporeo, & ſpirituali conſtaret, ſicut baptiſmus ex aqua,& Spiritu Sancto: ſubdit; *Cibus autem* (eſt) *panis ipſe vitæ, hoc eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus qui de cælo deſcendit.* Quem etiam locum infra expendemus.

29. *Chryſoſtomus.* Chryſoſtomus in Matth homil.83. ſæpius ait, Chriſtum à nobis manducari, ſed inter alia. *Quis paſtor oues proprio paſcit cruore?* Et infra. *Ipſe nos proprio ſanguine paſcit, & per omnia ſibi coagmentat.* Quænam igitur nobis erit excuſatio, cum talibus paſti, talia peccemus, *cum lupi fiamus, agnum comedentes!* Et homil.61. ad populum Antioch. *Parentes quidem aliis ſæpe filios tradunt alendos, Ego autem (inquit) non ita; ſed carnibus meis alo, & me ipſum vobis appono.*

Cyrill. Alexand. Cyrillus Alexandr in defenſione Anathematiſmi 11.& in epiſt. ad Theodor. Imper. *Viuificat nos Deus: verum tamen non in ſolo hoc, quod participes efficit Spiritus Sancti: ſed & manducabilem apponens aſſumptam carnem filij hominis, &c.*

30. *Tertullian.* Latinos inter Patres, Tertulianus in Apologet. cap.7.& 9. *Dicimur ſceleratiſſimi de ſacramento infanticidij, & pabulo ibi, & poſt conuiuiũ inceſto.* *Cyprianus.* Cyprianus in ſerm. de cœna Domini: *Noua eſt huius ſacramenti doctrina, &c. vt biberent ſanguinem Chriſtiani*, cuius eſum legis antiquæ auctoritas diſtinctiſſimè interdicit: *Lex quippe eſum ſanguinis prohibet: Euangelium præcipit, vt bibatur.* Ambroſius lib.4. de ſacramentis cap.4. & refertur Canon. *Omnia*, de conſecr. diſt. 2. *In hoc ſacramento Chriſtus eſt, quia corpus Chriſti eſt; & ſpiritualis eſt alimonia, quia corpus Chriſti ſpirituale eſt.* Idem in Orat. 1. præparatoria ad Miſſam. *Vbi caro tua in veritate ſumitur, ſanguis tuus in veritate bibitur: vbi ſumma imis iunguntur: vbi adeſt præſentia ſanctorum Angelorum.* Hieronymus in illud Malach. 1. *In quo polluimus*, relatus in Can. *Multi*, 1. quæſt. 1. *Polluimus*, inquit, *panem, hoc eſt corpus Chriſti, quando ſordidi accedimus ad altare.* Auguſtinus quæſt. 58. in Leuitic. *Auguſtin.* *Quid ſibi vult, quod à ſanguine ſacrificiorum, quæ pro peccatis offerebantur, tantopere populus prohibetur, ſi illis ſacrificiis vnum hoc ſacrificium ſignificabatur, in quo vera fuit remiſſio peccatorum: à cuius tamen Sacrificij ſanguine in alimentum ſumendo, non ſolùm nemo prohibetur, ſed ad bibendum potiùs omnes exhortamur, qui volunt habere vitam.*

Rationes iam ſint. Prima, quia Chriſtus ſub ſpeciebus ſuccedit ſubſtantiæ panis, & vini: ſed hæc ſubſtantia verè, & phyſicè pertinet ad cibum corporeum: Ergo & Chriſti ſubſtantia ad cibum ſpiritualem. 31. *Probatur rationibus quia ſubſtantia verè & phyſicè pertinet ad cibum.* Secunda. Quia communiter fideles de Euchariſtiæ ſacramento multa dicunt, quæ manifeſte debent intelligi de Chriſto ibi contento. Pro ſalutatione enim aiunt, *Laudetur ſanctiſſimum ſacramentum*: Species autem laudari non poſſunt, poteſt verò Chriſtus: Ergo. Quod egregie congruit cum latria ſuprema, quam, teſte Tridentino, Euchariſtiæ debemus, & exhibemus, vt num.27. retuli. Tertia: Quia Chriſti ſubſtantia aptiſſima eſt, vt conſtituat intrinſecè hoc ſacramentum: Ergo cùm de fide ſit, ſub ſpeciebus alienis eam exiſtere; ſine fundamento negatur illud intrinſecè conſtituere. Antecedens manifeſtum eſt, quia cùm Chriſtus ſit fons gratiæ, aptiſſimè poteſt conſtituere ſignum efficax vberrimæ gratiæ: *Subſtantia Chriſti poteſt conſtituere ſignum efficax gratiæ.* imo videretur indecens ibi exiſtere, & non concurrere ad gratiam, vt ibi exiſtentem. Quod autem obiici poſſet, Chriſtum in Euchariſtia non eſſe ſenſibilem, in proximo §. facilimè diluemus.

Quæres. Num Euchariſtiam phyſicè conſtituat Chriſti ſubſtantia ſecundùm ſe totam, 32. an ſolùm ſecundùm ea, quæ ex vi verborum ibi ponuntur. Placet iſtud poſterius: itaque Euchariſtiam ſub ſpecie panis ingreditur eſſentialiter ſolùm Chriſti corpus: & ſub ſpecie vini ſolus Chriſti ſanguis. *Et conſtituit aliter ſub ſpecie Panis, aliter ſub ſpecie vini.* Ratio eſt, quia Chriſtus ſub ſpecie panis aliter gratiam ſignificat,& tribuit, & aliter ſub ſpecie vini: quià ſcilicet vno modo eſt ad modum cibi, & altero ad modum potus: ſed illud prius habet, quia eſt ibi eius corpus præcisè ſub ſpeciebus panis: & poſterius, quia eſt eius ſanguis ſub ſpeciebus vini: Ergo ſic, & non aliter conſtituit phyſicam ſacramenti entitatem. Et hanc arbitror eſſe mentem Doctorum omnium, & nouiſſimè Ioannis de Lugo Diſp.1. ſect.2. n.30.

§. III.

Species ſacramentales, etiam Euchariſtiæ phyſicam conſtituunt eſſentiam.

Ita quoque ſentiunt plerique Doctores apud Suarez, & Vaſquez n.26. relatos. Probatur primo 33.

Digitized by Google

Probatur ex iure Canonico.

primo ex cap. *Hoc eſt*, de Conſecrat. diſt. 2. vbi clariſſimè dicitur, Euchariſtiæ ſacramentum conſtare ex viſibili ſpecie, & inuiſibili Chriſti ſubſtantia, ſicut Chriſtus ex humanitate, & diuinitate, & proinde Chriſtum, quia ſignificatur, eſſe rem ſacramenti, & quia ſignificat gratiam, eſſe ſacramentum. Verba ipſa ſubiicio. *Hoc eſt quod dicimus; hoc modis omnibus approbare contendimus; ſacrificium ſcil. Eccleſiæ duobus confici, duobus conſtare; Viſibili elementorum ſpecie, & inuiſibili Domini noſtri Ieſu Chriſti carne, & ſanguine*, &c.

Cap. *Hoc eſt*, de Conſecratione Diſput. 2.

34. Secundò probatur, quia Innocentius III. in cap. *Cùm Marthæ*, de Celebrat. Miſſar. verſu, *Diſtinguendum eſt*, expreſsè diſtinguit in hoc ſacramento ſacramentum tantùm, & hoc ait eſſe ſpecies; rem tantùm, & hanc eſſe gratiam ſacramentalem; remque, & ſacramentum ſimul, & hunc eſſe Chriſtum.

Cap. *cum Marthæ*, de celebrat. Miſſar.

Sed occurret forſan aliquis, dicens: dum cuilibet ſacramento deſignatur ſacramentum tantùm, & res tantùm, & res, ac ſacramentum ſimul; ſacramentum accipi latè pro ſigno rei ſacræ, non ſtrictè pro ſigno gratiæ: vt in Tract. de ſacramentis Diſp. 5. num 2. traditum: & ita ſpecies poſſe eſſe ſacramentum tantùm, ſeù ſignum ſacrum, non gratiæ, ſed Chriſti. Contra verò, tum quia dum aſſignatur ſacramentum tantùm, ſemper aſſignatur id, quod propriè ſignum eſt efficax gratiæ: tum etiam, quia in præſenti Pontifex ipſe, ne liberum relinqueret illius expoſitionis effugium, certiſſimè docuit, ſpecies eſſe ſignum gratiæ, inquiens: Primum (nempe ſpecies) eſt ſacramentum geminæ rei, nempe Chriſti, & gratiæ; vt Gloſſa, & omnes Doctores capiunt; ac proinde conſtituit ſacramentum gratiæ collatiuum.

Quia ſpecies dicuntur eſſe ſacramentum tantum, id eſt ſignum efficax gratiæ.

35. Tertiò probatur ex Tridentino ſeſſ. 13. cap. 1. ſic enim incipit. Principio docet ſancta ſynodus, & aperte, ac ſimpliciter profitetur, in almo ſanctæ Euchariſtiæ ſacramento, poſt panis, & vini conſecrationem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, verum Deum, atque hominem verè, realiter, ac ſubſtantialiter, ſub ſpecie illarum rerum ſenſibilium contineri. Eodem modo loquitur, idemque definit in can. 1. & ſæpe alibi: proinde cenſet, Euchariſtiæ ſacramentum non eſſe ſolum Chriſtum, (alioqui definiret Chriſtum eſſe in Chriſto) ſed illud etiam, quo redditur Chriſtus ſenſibilis, nempe ſpecies; ſiquidem in coniuncto Chriſti, & ſpecierum Chriſtus eſt, & continetur, ſicut in homine, quod eſt coniunctum ex animo, & corpore, contineri dicitur animus. Rurſus idem Concilium in eadem ſeſſ. 13. cap. 4, ita incipit: Commune hoc quidem eſt ſanctiſſimæ Euchariſtiæ cum cæteris ſacramentis, ſymbolum eſſe rei ſacræ, & inuiſibilis gratiæ formam viſibilem: Atqui non eſt viſibilis, ſeu ſenſibilis, niſi per ſpecies panis, & vini: Ergo iſtæ ſunt huic ſacramento intrinſecæ. Cùmque idem Concilium doceat, Chriſtum ſpectare intrinſecè ad hoc ſacramentum, vt §. præcedente probauimus, ex eò conſtat, aggregatum ex Chriſto, & ſpeciebus pertinere ad Euchariſtiæ phyſicam eſſentiam.

Ex Tridentino quia in ſacramento Euchariſtiæ continetur Chriſtus.

Quia ſacramentum eſt ſenſibile.

36. Quartò, locutionibus, & ſententiis Patrum, aſſerentium, non modò generaliter de ſacramentis, ſed ſpeciatim de Euchariſtia eſſe quidpiam ſenſibile. Vt Dionyſius Areopagita de Eccleſ. Hierarch. cap. 3. Chriſtum innuens in Euchariſtia lucentem, ait; *Retectis iis integumentis, quæ iè ſymbolicè circumſtant*: ſymbolicè autem circumſtare, eſt tanquam ſymbola, ac proinde ſymbolum ſacrum, ſeu ſacramentorum.

Idem de Euchariſtia docent Patres.

Dionyſius.

Chryſoſtomus Homil. 83. in Matth. *Quoniam verbum dicit; Hoc eſt corpus meum: & aſſentiamur, & credamus, & intellectualibus eum oculis intueamur.* Nihil enim ſenſibile nobis Chriſtus tradidit, ſed ſenſibilibus quidem rebus, at omnia intelligibilia. Itidem & in Baptiſmate per rem ſenſibilem, nempe aquam, donum confertur, intelligibile verò, quod perficitur, generatio, & renouatio. Si enim incorporeus eſſes, nuda, & incorporea tibi dediſſet ipſe dona: *ſed quoniam anima corpori conſerta eſt, in ſenſibilibus intelligibilia ſibi prabet.*

Chryſoſtom.

Quintò demum Theologica ratione Nam ſacramentum eſſentialiter eſt ſignum ſenſibile, prout de ſacramentis in Genere diſp. 1. ſect. 2. §. 1. demonſtratum eſt: ſed ſi Euchariſtia non conſtaret intrinſecè ex ſpeciebus, non eſſet ſignum ſenſibile: nam Chriſtus, vt ibi exiſtit, ſenſibilis non eſt: Ergo Euchariſtiæ ſacramentum intrinſecè conſtat non ſolùm ex Chriſto, verum etiam ex ſpeciebus. Confirmatur exemplo ſacramenti Pœnitentiæ receptiſſimo, & appoſitiſſimo. Dicitur enim intrinſecè ſacramentum iſtud conſtitui dolore, & tamen dolor non eſt per ſe ipſum ſenſibilis, ſed per confeſſionem; Ergo ſimiliter Euchariſtiæ ſacramentum intrinſecè conſtat ex Chriſti ſubſtantia non quidem ſenſibili per ſe, ſed per ſpecies. 37.

Subſtantia Chriſti in Euchariſtia fit ſenſibilis per ſpecies coniunctas.

Dices, verba Conſecrationis ſenſibiliter ſignificant Chriſti ſubſtantiam: Ergo Chriſtus eſt, & redditur ſenſibilis per verba Conſecrationis: Ergo non aggregatum ex Chriſto, & ſpeciebus, ſed ex Chriſto, & verbis conſecrationis; erit Euchariſticum ſacramentum. Sed contra, quia forma conſecrationis indicat quidem Chriſtum, non vt pars ſacramenti, ſed vt actio ſacrifica; vt §. 1. demonſtratur: & poſt conſecrationem Euchariſtia manet ſenſibilis, nec manent verba conſecrationis proinde non per verba, ſed per ſpecies conſtituitur ſenſibile in ratione talis ſacramenti. Quam rem amplius euoluimus in §. 1. vbi oſtendimus, verba conſecrationis ad phyſicam Euchariſtiæ eſſentiam non ſpectare. 38.

Verba conſecrationis non ſunt Pars ſacramenti ſenſibilis permanentis.

Confirmo, quia Chriſti corpus, & ſanguis in Euchariſtia ſuccedit ſubſtantiæ panis, & ſubſtantiæ vini: & ex coniunctione cum ſpeciebus panis, denominatur panis, cæleſtis tamen, ac diuinus: ſicut etiam ex coniunctione cum ſpeciebus vini, denominatur vinum diuinum tamen, ac cæleſte: Ergo conſtituit cum eiuſmodi ſpeciebus vnum compoſitum, ſaltem artificiale, & morale; ita vt ſicut ſubſtantia panis cum ſpeciebus panis, ita corpus Chriſti per panis ſpecies fiat ſenſibile: Ergo ſicut ex pane, & ſpeciebus conſtituebatur vnum naturale, ita ex Chriſto, & ſpeciebus conſtituatur vnum ſupernaturale, artificiale, atque adeo ſacramentum.

Quomodo ex Chriſto & ſpeciebus conſtituatur vnum ſupernaturale, artificiale, ſacramentum.

* * *

Digitized by Google

§. IV.

Phyſica Conſecrationis actio ſacramento eſt eſſentialis, tanquam vnio.

PHyſicam actionem conſecrationis appello eam actionem, quæ ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia phyſicè conſtituit. Quo pacto diſtinguimus illam ab actione conſecrationis morali exiſtente in ipſis verbis conſecrationis. Quamuis enim verba, ſi propriè loquamur, non ſint actio, ſed agens tanquam inſtrumentum; nec effectio, ſed inſtrumentum moraliter efficiens: à pleriſque tamen non incongruè dicuntur facere moraliter vnum cum actione phyſicè conſecratiua. Porrò verba conſecrationis ad Euchariſtiam non ſpectare formaliter, & intrinſecè, ſed efficienter, & extrinſecè, ceu cauſam illius effectricem, in §. 1. plenè eſt probatum.

Quæ ſit Phyſica cõſecrationis Actio diuerſa à verbis quibus hoc conficitur ſacramentũ.

40. Suarez diſp. 42. ſect. 2. ſtatim initio, & Recentiores communiſſimè pro certo, & comperto ducunt, actionem iſtam phyſicè conſecratiuam non ſpectare ad eſſentialem huius ſacramenti conſtitutionem. In quo valdè conſequenter agunt. Nam apud illos hæc actio ſolùm eſt phyſicè conſtituens ibi Chriſti ſubſtantiam, & non illam connectens cum ſpeciebus: Ergo conſequenter ab illis dicitur nõ eſſe huic ſacramento eſſentialis. Non enim dici poteſt eſſentialis eſſe tanquam pars componens materiam totalem, aut partialem; nam totalis materia, iuxta illorum ſententiam eſt aggregatum ex Chriſto, & ſpeciebus, & hæc actio nec eſt eſſentialis Chriſto, nec ſpeciebus. Nec dici poteſt eſſe eſſentialis tanquam nexus partium illarum; quia talem nexum illi negant; & alium longè diuerſum, & poſteriorem conſtituunt: Ergo valde conſequenter negant, eſſe actionem illam huic ſacramento intrinſecam.

Sententia communiſſima negans loquitur valde conſequenter.

41. P. Ioannes de Lugo Diſp. 1. ſect. 6. non videt, cur ita facilè debeat illa actio prorſus excludi ab intrinſeca ratione ſacramenti. Nam Euchariſtia continet Chriſtum: non vtcumque, ſed vt contentum ſub ſpeciebus: proindè ad ſacramenti eſſentiam pertinet hoc ipſum, quod eſt Chriſtum ſub ſpeciebus contineri: ſed hoc formaliter prouenit ab illa actione, tanquam ab vnione effectiua, qua Chriſtus efficienter ſuſtentat alienas ſpecies: à qua etiam actione, ſaltem partialiter Chriſtus dicitur ſubſtare illis accidentibus, & ſuccedere loco panis ſub illis: Ergo talis actio debet intrinſecè pertinere ad conceptum Euchariſtiæ, non ſolùm vt via ad eius productionem, ſed etiam vt vnio, vel quaſi vnio corporis Chriſti cum accidentibus.

Ratio dubitandi P. Lugi proponitur.

Sed in primis, cur illi Doctores tam facilè actionem iſtam ab Euchariſtiæ conceptu excludant, perſpectu facile eſt: quia iuxta illorum ſententiam, vt diximus, hæc actio non connectit Chriſti ſubſtantiam cum ſpeciebus; ſolùm eam conſtituit ibi phyſicè; & poſtea per alteram actionem accidentia cum Chriſto efficienter vniuntur. Quod autem ait Lugus, Chriſtum per actionem, qua ibi ponitur, vniri cum ſpeciebus ita, vt efficienter per actionem illas ſuſtentet, imperceptibile eſt; nam ſi illa actio conſtituit Chriſtum, conſtituit efficienter, ac proinde eſt productio vel Chriſti ſubſtantiæ, vel ſaltem eius præſentiæ. Cauſatur ergo per hanc actionem efficienter Chriſtus vt hîc præſens: & ipſe per eandem actionem cauſat efficienter aliena accidentia: Ergo & hæc actio duos habet terminos, nempe Chriſtum, & accidentia: & quatenus tendit ad Chriſtum eſt illo prior natura; & quatenus tendit ad ſpecies eſt Chriſto poſterior natura. Vtrumque autem conſequens videtur paradoxum, & iuxta Philoſophiam implicatorium; Igitur hac via nequit eiuſmodi actio ad phyſicam huius ſacramenti entitatem perceptibiliter introire.

Non tamen admittitur.

Nihilominus aſſirmo, phyſicam conſecrationis actionem propriè, & ſimpliciter ad eſſentiam Euchariſtiæ phyſicam pertinere. Ita Marſilius in 4. diſt. 8. quæſt. 1. art. 1. & quæſt. 6. art. 2. teſte Soto ibi q. vnica, art. 1. qui ſic etiam intelligit S. Thomam ibidem quæſtiuncula 1. aſſerentem hoc ſacramentum conſiſtere in conſecratione materiæ; quo etiam pacto loquuntur Durandus quæſt. 2. num. 5. & Viguerius de Euchar. cap. 16. §. 3. in præfatione: & ideo Lugus Diſput. 1. ſect. 6. ſententiam iſtam defendens, ait poſſe pro illa duos iſtos Autores referri. 42.

Ratione probatur; quia ſacramentum Euchariſtiæ conſtat eſſentialiter ex Chriſti ſubſtantia propria, & accidentibus alienis, non vtcumque, ſed vnum compoſitum cum illa conſtituentibus; ac proinde cum illa ſufficienter vnitis ad conſtitutionem iſtius totius: ſed actio conſecratiua eſt nexus, & vnio accidentium alienorum cum propria Chriſti ſubſtantia: Ergo eſt huic ſacramento intrinſeca, & eſſentialis; non minùs ſcilicet, quàm vnio nectens animam rationalem cum materia, eſt eſſentialis homini; & vnio nectens albedinem cum ſubiecto, eſt intrinſeca, & eſſentialis albo. Maior patet. Nam ex Chriſti ſubſtantia, & illis accidentibus fit vnum compoſitum, non ſolùm artificiale, ſed etiam eſſentialiter inſtrumentale, & eſſentialiter, vt ita dicam, manuale, mobile, & portabile: proinde poſcens, vt motis alienis accidentibus moueatur propria Chriſti ſubſtantia; quieſcentibus ipſis, illa quieſcat; quo feruntur accidentia, feratur Chriſti ſubſtantia; perſiſtentibus illis, hæc ſub illis perſiſtat; illis deſinentibus, hæc ibi deſinat. Minor etiam liquet. Nam iſta vnio, & inſeparabilitas accidentium panis, & vini à ſubſtantia Chriſti, manifeſte eſt aliquid tertium, à Chriſti ſubſtantia propria, & alienis accidentibus reipſa diſtinctum; cùm & Chriſti ſubſtantia, & eiuſmodi accidentia realiter exiſtere poſſint, quin talis vnio ſit: Hæc autem non poteſt commodè in alio conſtitui, vt Diſp. 34. ſect. 1. probabitur: percommodè verò, & perfacilè conſtituitur in actione, per quam Chriſti ſubſtantia producatur ita, vt eius productio phyſicè pendeat ab illis accidentibus, tanquam ab extremis vnibilibus, & proinde ſit formalis, ac phyſicus nexus Chriſti cum illis, vt in illa Diſp. 34. ſect. 2. demonſtrabitur, & illuſtrabitur, & difficultatibus omnibus occurretur; imo hac philoſophandi ratione innumeræ difficultates, alioqui inſuperabiles, euaneſcent. 43.

Propria ratione oſtenditur.

Vnio illa & inſeparabilitas Chriſti & ſpecierum manifeſte eſt quid tertiũ reipſa diſtinctum.

Eſt autem phyſica Productio Chriſti dependenter ab illis ſpeciebus.

Interim aſtruitur, quia cũ inter Chriſtũ & ſpecies cogitari poſſent, & reipſa dari plures vniones: hæc cæteris omnib. eſt phyſicè quodámodo prior,

prior,& ipſorum radix:nam prius phyſicè,ſaltem quodammodo eſt, Chriſtum produci dependenter ab ſpeciebus,quàm eſſe in eodẽ ſpatio locali cum illis,imo illud eſt quodammodò cauſa iſtius,ſicut etiam eſt priùs,& cauſa,vt ſpeciebus motis moueatur Chriſtus, & quieſcentibus quieſcat.

Aſtruitur quoque nunc deſtructione trium, quæ Recentiores opponunt.Primum eſt.Actio conſecrandi eſt ipſamet effectio ſacramenti:Ergo non illud intrinſecè conſtituit : nihil enim intrinſecè conſtituitur ex ipſâ actione,per quã fit.Nego conſequentiam,& probationem:ſunt enim expreſſiſſimè contra doctrinam ſuorum autorum ; vtpote aſſerentium , productionem formæ dependentis,v.gr. ligneæ , vel accidentalis,eſſe ipſius vnionem cum ſubiecto : Ergo lignum,& albũ intrinſecè cõponitur ex actione , per quam fit. Hoc ergo quod ibi naturaliter cõtingit,dicimus hîc ſupernaturaliter euenire.Quo etiam pacto in Tomo de Incarnat. Diſp.12.ſect.2.oſtendimus,productionem humanitatis Chriſti eſſe ipſam cum Verbo vnionem;atque adeo Chriſtum,ſeu Chriſti compoſitum intrinſecè conſtare ex ipſamet actione, per quam effectum fuit.

Aliqua compoſita Phyſicè conſtitui & intrinſece eadẽ Actione qua fiũt ab Agente Phyſico.

45. Alterum eſt:Actio conſecrandi conſtituit intrinſece ſacrificium Euchariſticum:Ergo nõ Euchariſticum ſacramentum.Confirmant,quia hæc actio per ſe primò non ordinatur ad ſanctificationem hominum;quod proprium ſacramenti eſt;ſed ad Dei cultum , quod ſpectat ad ſacrificium : Ergo non illius, ſed iſtius eſſentiam ingreditur.

Nego etiam argumenti conſequentiam.Quid enim obeſt , quominus hæc actio , quatenus Chriſti immolatio,ſit ſacrificium :& quatenus eiuſdẽ Chriſti cum ſpeciebus vnitio , vel vnio conſtituat intrinſecè ſacramẽtum.Firmo,quoniam per vos,hæc actio ſimul eſt & ſacrificium formaliter,& ſacramentum efficienter:quid ergo mirũ,ſi dicatur ſimul eſſe & ſacrificiũ , quia Chriſti immolatio ; & eſſentialis ſacramento, quatenus eiuſdem cum ſpeciebus vnio ? Hinc reſponſio ſumitur ad Confirmationem : quia nihil impedit eandem actionem,vt ſacrificium eſt,eſſe per ſe primò in Dei cultum;& vt eſſentialis ſacramento eſt ,eſſe per ſe primò ſanctificatiuam hominum.

Eadẽ ipſa & eſt ſacrificiũ vt immolatio Chriſti & intrinſeca ſacramento vt vnio Chriſti cum ſpeciebus

46. Tertium,& à Suarez obiectum,eſt.Hæc actio non eſt ſenſibilis:Ergo nec ſacramẽto eſſentialis:Sed contra,quia non omne,quod eſt eſſentiale ſacramento,debet eſſe per ſe ipſum ſenſibile,vt de Chriſto in Euchariſtiâ,& de Contritione in Pœnitentiâ Suarez ipſe cum fere omnibus docet;ſed ſufficit,eſſe ſenſibile per aliud, vt Chriſtus per ſpecies,& Contritio per confeſſionẽ:Atqui ſimiliter hæc vnio ſenſibilis dici poteſt per ſpecies:Ergo.Rurſus hæc actio,quatenus ſacrificium,debet eſſe ſenſibilis : & non eſt per ſe talis,ſed per aliud:Ergo etiam quatenus eſſentialis ſacramento.

Nihil obſtat quòd Actio per ſe non eſt ſenſibilis.

47. Quartũ adiungere libet:ſine vnione phyſicâ inter Chriſtum,& ſpecies poteſt ſacramentum Euchariſticum totum,atque integrum reperiri: ſed hæc actio;quam ſtatuimus,eſt vnio Chriſti cũ ſpeciebus phyſica:Ergo non eſt huic ſacramento eſſentialis. Anteced's probatur,quia licet ſpecies,& Chriſtus non haberent phyſicam ſed ſolùm moralem vnionem , habere poſſent eandem ſacramentalem ſignificationem , eandemque gratiæ producendæ vim.

Diſtinguo maiorem:ſacramentum Euchariſticum totum,atque integrum alterius ſpeciei ab iſto,concedo:nam in eiuſmodi conſtitutione nihil implicationis inuenio. Sacramentum autem Euchariſticum totale,& integrum eiuſdem ſpeciei cum iſto , nego:nam probauimus, iſtud eſſentialiter includere vnionem,& illam, quæ à nobis aſſeritur,eſſe aptiſſimam:cùmque vnio ſit de eſſentiâ compoſiti, & hæc vnio de eſſentiâ huius compoſiti , repugnat compoſitum huius ſpeciei ſine vnione huius ſpeciei totum,& integrum reperiri.

Hoc ſacramentũ quod modo inſtitutum eſt,eſſe nequit ſine phyſica vnione Chriſti cum ſpeciebus ipſis.

§. V.

Euchariſtia ſacramentum in recto dicit Chriſti ſubſtantiam & ſpecies,& prædictam vnionem.

48. CElebertimum eſt inter Neotericos litigiũ, Dicatne ſummum ſacramentum in recto ſolas panis , & vini ſpecies ,an ſolam Chriſti Domini ſubſtantiam,an vtrumque. Quod vt clarè dirimamus ,aduertimus illud ab aliquâ re importari in recto, quod de ipſâ verè prædicatur:ſic animal ab homine,& qualitas ab albedine importantur in recto, quia verè homo dicitur eſſe animal , & albedo qualitas:è contra album non importat in recto albedinem , ſed ſubiectum albedinis,quia non verè dicitur album eſſe albedo,ſed ſubiectum albedinis, ſiue habens albedinem.

Bellarminus lib.4.de Euchariſt c.6.poſtquam varias notiones vocis *ſacramentum* diſtinguit, ait in §.*Quinta propoſitio*: Etſi tam ſpecies panis, & vini,quàm corpus,& ſanguis Domini ad eſſentiam ſacramenti Euchariſtiæ pertineant:ratio tamen ſacramenti, magis conuenit ſpeciebus,vt continent corpus,quàm corpori Chriſti,vt ſubeſt ſpeciebus.Addit in §.*Sexta propoſitio*.Ratio alimenti diuini magis conuenit corpori Domini vt eſt ſub ſpeciebus,quàm ſpeciebus,vt continent corpus Domini.His veſtigiis inhærens Ioannes de Lugo Diſp.1.ſect.2.in fine,dicit,ad compoſitionem Euchariſtiæ magis attinere ſpecies in ratione ſigni ſenſibilis;magis autem Chriſtum in ratione ſanctificantis, nutrientis,& oſtendentis diuinum amorem.Et ita etiam reſpondent quidam alij Recentiores.

49. Ego verò diſtinctiones iſtas præſenti cauſæ alienas iudico. Non enim quærimus, quid in Euchariſtiâ ſit ſenſibilius:quis enim de ſpeciebus id nõ ſentiat? Nec quid ſit nobilius:id enim ſubſtantię Chriſti quis deneget? Accedit,quod in Euchariſtia , quatenus tali , nec ipſe Chriſtus dici poteſt magis ſanctificare , vel ſpiritualiter nutrire , quam ſpecies : ſiquidem eatenus eſt ſanctificatiuum , quatenus eſt ſignificatiuum gratiæ per modum alimenti.Atqui non eſt magis ſignificatiuum , quam ſpecies, ſed æquè;vtpote indiuiſibiliter cum ipſis eandem ſuſtentans ſignificationem: Ergo adhibetur illa diſtinctio,& reſponſio inſufficienter ad quæſtionem.

In Eccleſia Chriſtus & ſpecies æquè ſignificant gratiam.

50. Idem Lugus ſect. 3. præſentem quæſtionem in terminis,& fusè diſcutiens,pronunciat num. 36. Euchariſtiam ſolùm dicere communiter Chriſti corpus , & ſanguinem in recto; ſpecies autem in obliquo , ſiue vt ipſe loquitur , de connotato. Pro hac ſententiâ Pater

Opinio aſſerens ſpecies ſignificari in obliquo eſt multorum.

Digitized by Google

Suarez Diſputatione 42. ſect. 4. §. *Secundò colligitur*, refert ſuppreſſis nominibus nonnullos Doctores: qui dubio procul ſunt Thomas Vualdenſis tom. 2. de ſacram. cap. 21. & Claudius de Sainctes, de Euchar. Regreſſion. 2. cap. 4. in principio; & Alanus lib. 1. de Euchar. cap. 5. nam apertè ipſam tradunt quibus acceſſere Guilielmus Eſtius in 4. d. 8. §. 3. & Franciſcus Syluius 3. p. q. 73. art. 1. concl. 2. Probat eam Lugus ſolâ autoritate plurimorum Patrum, qui & Chriſti carnem, & ſanguinem vocant Euchariſtiam; & è conuerſo Euchariſtiam nominant Chriſti carnem, & ſanguinem.

Neque huic doctrinæ poſſum acquieſcere. Aliud enim eſt, quid Euchariſtiæ ſacramentum per ſe, & propriè conſideratum, in recto dicat; & aliud quomodo ſæpe, aut ſæpius à pleriſque Patribus accipiatur. Illud enim prius metiendum, & accipiendum eſt è ſtrictiſſimis Thologiæ regulis ad Euchariſtiam applicatis: Iſtud autem poſterius, ſi ab illis regulis diſcrepet, tribuendum eſt ſpiritui, quo Patres præſentiam Dominici corporis, & ſanguinis in hoc ſacramento venerantur, & aſtruunt; inde enim prouenit, vt in Euchariſtiæ nuncupatione non tam attendant ad ſpecies panis, & vini, quàm ad corpus, & ſanguinem Chriſti; imo ad hanc tantùm attendere videantur. Vbi locum habet, quod graues DD. optimè aduertunt, nempe SS. Patres, dum vnum errorem refellunt, ita ſæpe loqui, vt in oppoſitum errorem declinare videantur. Sic enim in præſentiarū, vt refellant negantes eſſe in Euchariſtiâ Chriſtum ſignificare videntur, Euchariſtiam eſſe ſolum Chriſtum.

Cur Patres loquentes de Euchariſtia præcipue attendant ad corpus & ſanguinem domini.

51. Affirmo cum Suarez diſp. illâ 42. ſect. 4. §. *ſecundò colligitur*, Euchariſtiam, ſiue Euchariſtię ſacramentum in recto dicere aggregatum ex Chriſti ſubſtantiâ propriâ, & alienis accidentibus. Moueor primò, quia ſacramentum cùm ſit compoſitum accidentale, & morale, illud totum dicit in recto, quod eſt ſubiectum ſacramentalis ſignificationis, vt in Tract. de ſacramentis in genere Diſp. 4. ſect. 2. multis probauimus: ſed id quod ſuſtentat ſacramentalem ſignificationem Euchariſtici ſacramenti propriam, non eſt ſola Chriſti propria ſubſtantia, nec ſola aliena accidentia, ſed ex illâ, & iſtis coniunctum: Ergo iſtud in recto per Euchariſtiam importatur. Minor aſtruitur, quia tam Chriſti ſubſtantia, quàm panis, & vini accidentia, ſunt Euchariſtiæ eſſentialia, vt nos iam probauimus, & Lugus admittit. Atqui non ſunt eſſentialia tanquam forma, ſeu ſignificatio ſacramentalis à Chriſto impoſita, vt per ſe eſt euidens, cùm eiuſmodi ſignificatio ſit ipſemet Chriſti actus: Ergo ſunt eſſentialia, tanquam materia, ſeu ſubiectum eam ſignificationem ſuſtentans: Atqui ſi percurramus omnia ſigna tam ad placitum diuinum, quam ad humanum inſtituta, totum illud directè, ſiue in recto per ſignum dicitur, quod ſignificationis formam ſuſtētat: ſic enim totus hic ſonus homo directè importatur per nomen homo: & totum aggregatum ex ablutione, & baptiſmalibus verbis, in recto importatur per ſacramentum baptiſmi: quia totus ille ſonus humanam, & totum iſtud ſacramentalem ſignificationem ſuſtentat; & nulla prorſus inuenietur exceptio: Ergo ſimiliter per Euchariſtiam directè importatur coniunctum ex propriâ Chriſti ſubſtantiâ, & alienis accidentibus.

Coniunctum ex Chriſto ſpeciebus recipit ſignificationem ſacram.

Confirmo, quoniam Euchariſtia in recto eſt ſacramentum: proinde directè, ſiue in recto eſt ſignum diuinitus inſtitutum: ideoque in recto dicit totum ſubiectum diuinæ ſignificationis. Huius autem ſubiectum non eſt ſola Chriſti ſubſtantia in recto, & accidentia in obliquo; tum quia vtrumque, vt vidimus, eſt ſacramento eſſentiale, tanquam materia: tum etiam, quia quo iure hoc dicetur, pari dici poterit eſſe accidentia in recto, & ſubſtantia Chriſti in obliquo; imo maiori ratione, cum accidentia per ſe ſenſibilia ſint, & non Chriſti ſubſtantia: Ergo neutrum iſtorum per ſe, & ſeorſim, ſed vtrumque in recto per ſacramentum iſtud importatur. 52.

Confirmo rurſus ad hominem, quia Aduerſantes cum communi ſententiâ tradunt, Pœnitentiæ ſacramentum in recto dicere coniunctum ex dolore interno, confeſſione externâ, & abſolutione: non ſanè ob aliam cauſam, niſi, quia totum iſtud conſtituit diuini fori indicium; atque adeo totum illud integrè, & indiuiſibiliter ſuſtentat ſacramentalem ſignificationem illius ſacramenti propriam, & illi aggregato per Chriſtum adiunctam: Ergo pariter Euchariſtiæ ſacramentum in recto dicit totum aggregatum ex Chriſti ſubſtantiâ, & ſpeciebus.

Pariter res ſe habet in ſacramento Pœnitentiæ.

Vrgeo id ipſum exemplum hoc dilemmate. Vel ſola Chriſti ſubſtantia dicitur importari in recto per Euchariſtiam, quia longè nobilior eſt accidentibus: vel quia frequenter à Patribus Euchariſtiæ nomine datur; vel ob vtrumque ſimul. Si quia Chriſti ſubſtantia præſtat accidentibus; etiam dolor internus, vitalis, ſpiritalis, & ſupernaturalis, lōgè nobilior eſt his vocibus humanis, Te abſoluo, vt purè ſenſibilibus, & naturalibus, ac proinde etiam ſacramentum Pœnitentiæ ſolum dici deberet dolorem in recto adducere. Si quia frequenter à Patribus Euchariſtia dicitur Chriſti ſubſtantia, & è conuerſo: etiam à Patribus, & vniuerſis fidelibus, ſacramentum Pœnitentiæ Pœnitentia dicitur, & viciſſim. Si ob vtrumque ſimul, vtrūque ſimul in Pœnitentiâ reperitur, vt oſtendimus. Quin etiam à plurimis Patribus ſacramētum Pœnitentiæ vocatur ſacramentum Abſolutionis; & tamen negant Aduerſantes, hanc ſolam per illud ſacramētum in recto dici: Ergo ſine fundamento, dicunt, ſolùm Chriſti ſubſtantiam per ſacramentum Euchariſticum in recto adduci. Atque hoc exemplum ex doctrinâ Aduerſariorum dumtaxat adduximus: nos enim eâdem ratione, quâ coniunctum ex Chriſto, & ſpeciebus ad Euchariſtiam in recto admittimus; oſtendimus ſuo loco Pœnitentię ſacramentum ſolam abſolutionem in recto dicere. 53.

Otioſum eſt diſputare, an diſpoſitio ad recipiendam Euchariſtiam ſit de huius ſacramēti eſſentiâ, Tum quia partem negatiuam de omnibus ſacramentis tenuimus in Tract. de ſacramentis in genere Diſputatione 3. ſect. 6. num. 170. Tum quia nulla poteſt vel apparens eſſe affirmandi ratio ſpecialis; præſertim poſt reiectas ab eſſentiâ ſacramenti tam multas alias res, pro quibus ratio aliqua poſſet adduci. Superfluum quoque eſt hîc diſſerere, quid in Euchariſtiâ ſit ſacramentum tantùm, res tantùm, & res, ac ſacramentum ſimul; cùm in eodem Tract. de ſacramentis in genere Diſp. 5. ſingulis ſacramentis tria hæc deſignauerimus, 54.

Diſpoſitio Recipientis non eſt de eſſentia ſacramento intrinſeca.

Digitized by Google

mus,& nominatim Euchariſtiæ:ſect 1. & 2. lehi poſſunt ibidem dicta.

DISPVTATIO XXV.

De Sacramenti Euchariſtiæ vnitate & multiplicitate.

Sectio I. *An Euchariſtia Sacramentum ſit vnius tantum infima ſpeciei.*

§. 1. *Euchariſtia conſtans ſpeciebus panis & conſtans ſpeciebus vini eſſentialiter differunt, & ſunt duo ſacramenta.*

§. 2. *Simpliciter tamen componunt vnum ſacramentum.*

Sectio II. *An & quomodo Euchariſtia ſit vnum aut multa numero Sacramenta.*

§. 1. *Varias refello ſententias.*

§. 2. *Iuxta ſpecierum vnitatem & multitudinem vnum & multiplex numero eſt.*

SECTIO I.

An Euchariſtiæ ſacramentum ſit vnius tantum infimæ ſpeciei.

1. DVplex hic aſſolet verſari quæſtio. Vna Num Euchariſtia ſub ſpeciebus panis eſſentialiter differat ab Euchariſtia ſub ſpeciebus vini. Altera, Num admiſſa eſſentiali diſtinctione Euchariſtia ſit abſolutè vnum ſpecie infima ſacramentum Tertiam adiungo; iſto admiſſo quod ambæ ſpecies vnum ſpecie infima Sacramentum conſtituant, adhuc conſtitutum iſtud ſit in variis Euchariſtiis ſpecie multiplex.

§. I.

Euchariſtia conſtans ſpeciebus panis & conſtans ſpeciebus vini eſſentialiter differunt & ſunt duo ſacramenta.

PRior pars eas eſſentialiter diſtingues multis placet Recentiorum; quibus aſſentiuntur Granadus. Tractatu 1. diſp. 4. & Lugus diſp. 2. ſect. 1. n. 5. & ſeqq. Probant nonnulli cum Granado, Quia Euchariſtia conſtans ſpeciebus panis, habet formam ſpecie diſtinctam: nempe: *Hoc eſt corpus meum* ab illa quam habet conſtans ex ſpeciebus vini, nempe: *Hic eſt ſanguis meus.* Hæc tamen ratio ſupponit per verba conſecrationis eſſe ſacramento intrinſeca, & eſſentialia, quod iam ſupra reiecimus. Alij probant, quia ſpecies panis ſignificat ſolum Chriſti corpus, & ſub ſpecie Vini ſolum ſanguinem: ſed iſtæ ſignificationes ſunt formæ ſacramento eſſentiales: Ergo conſtituunt Euchariſtias ſpecie diſtinctas: ſed contra, quia licet ſpecies quatenus ſignificant Chriſti ſubſtantiam, ſint ſignum ſacrum; non tamen ſacramentum propriè dictum, nam huius rationem habent quatenus ſigna gratiæ & talis ſacramenti, quia talia ſigna gratiæ. *Probationes quædam vt inefficaces eiiciuntur.*

2. Propterea Doctores aſſertionem probant, ex eo quod Euchariſtia corporis, & Euchariſtia ſanguinis habeant ſignificationes eſſentialiter diuerſas; quia ſcilicet vna ſpecificat gratiam per modum cibi, & altera per modum potus. Mihi verò probatio hæc ideo difficilis apparet: quia ſignum in recto non dicit formam ſeu ſignificationem, ſed materiam ſeu ſignificationis ſubiectum, Ergo ſpecifica diſtinctio non ex forma ſed ex materia peti debet, ita ſcilicet vt ſi materia eſſentialiter diſtincta ſit, & ſignum ſit eſſentialiter diſtinctum. Antecedens ſuppono tamquam certiſſimum in Tomo de Incarnatione diſp. 24. fusè confirmatum. Conſequentia probatur, tum ratione, nam ſi ſigna in recto, ſunt ſolæ materiæ. Ergo vbi materiæ fuerint diſtinctæ ſigna erunt ſpecie diſtincta. Tum à pari: nam quia ſignum in recto dicit ſolam materiam, ideo numero multiplicatur per ſolam materiam, vnde ſonus hic, homo, licet tres habeat ſignificationes numero imo & ſpecie diſtinctas: vnum eſt nomen numero. Quin etiam duo paria ſpecierum panis, & vini cum corpore & ſanguine Chriſti ſunt duo numero ſacramenta, quoniam habent duas materias numero diſtinctas: Ergo Euchariſtia conſtans ſpeciebus panis & conſtans ſpeciebus vini eſſentialiter differunt, quia habent materias eſſentialiter diſtinctas: Ergo quia ſignum in recto ſolam dicit materiam ab hac ſola multiplicabitur ſpecie prorſus vt vbi diuerſæ fuerint eſſentialiter materiæ, & ſigna ſint eſſentialiter ac ſpecificè diſtincta. *Signum in recto dicit Materiam ſiue ſubiectum inſtitutionis.*

3. Recuſo tamen hac vti probatione, quia video quidpiam ex ea clare deduci: quod non ſolum paradoxum, ſed etiam adoxum videbitur: nempe Euchariſtiam conſtantem ſpeciebus vini rubri, eſſentialiter diſtingui ab Euchariſtia conſtante ſpeciebus vini albi. Quod enim aliquis reſpondere poterit vinum album, & rubrum eſſentialiter non diſtingui, tum valde incertum eſt, tum etſi concedatur, rubor tamen illius proprius, & pallor aut luteus color proprius iſtius palam differunt eſſentialiter; ac proinde illa quæ, in recto dicuntur per duplicem illam Euchariſtiam ſanguinis: ac proinde & Euchariſtia conſtante in albo eſſentialiter diſtinguitur à conſecrata in rubro. Adductam itaque probationem ex vna parte mihi ſuadet ratio n. præcedenti in eius fauorē adducta, quæ eſt ab intrinſeco, & videtur vrgens: ex alia verò parte eam diſſuadet iſtud conſequens: quod & clariſſime ex illa infertur, & à pleriſque exſibilabitur.

4. Vtcumque ſcopulum euitem, ita probationem inſtituo. Vel ſignum ſpecie multiplicatur ex ſola ſpecifica multiplicatione ſignificatiuæ formæ, vel ex ſola ſpecifica multiplicatione materiæ, vel ex ſpecifica multiplicatione vtriuſque ſimul: ſed quidquid horum dicatur horum trium multiplicatio ſpecifica reperitur in Euchariſtia corporis & Euchariſtia ſanguinis: Ergo & ſigna eſſentialiter diſtincta. Conſecutio clara eſt. Maior negari nequit, nam complectitur omnia capita ex quibus ſpecifica ſignorum diſtinctio deſumi poteſt. Propterea vero ſic à nobis proponitur: quia quidquid aduerſarij eligant, non tam noſtrum quam ipſorum erit ac proinde quidquid ex eo deducatur non nobis, ſed ipſis adſcribendum erit. *Argumentum commune adornatur pro concluſione tuenda.*

Prima ergo pars Minoris probatur: Quoniam Euchariſtia conſtans Chriſti corpore, & ſpe-

ſpeciebus panis ſignificationem habet ſacramentalem eſſentialiter diſtinctam ab illa, quam Euchariſtia conſtans Chriſti ſanguine & ſpeciebus vini ſortitur: Ergo eſt eſſentialiter ſeu ſpecie diuerſa. Conſecutio claret, quia forma eſſentialiter conſtitutiua ſigni, eſt ſignificatio; & hæc conſtituit eſſentialiter eſſentiam ſacramentalis ſigni, & ſignificatiui ſacramentalis, proinde vbi fuerit hæc ſpecie diſtincta, ſignum, & ſacramentum erit ſpecie diſtinctum. Antecedens probatur: Quia Euchariſtia conſtans Chriſti corpore, & ſpeciebus panis habet ſe formaliter vt cibus Animæ & ſignificat gratiam per modum refectionis ſpiritualis prouenientis à cibo: Euchariſtia vero conſtans Chriſti ſanguine & ſpeciebus vini, habet ſe tamquam potus ſpiritualis, & ſignificat refectionem Animæ per modum refectionis prouenientis à potu: ſed cibus, & potus inter ſe, & refectio proueniens à cibo, & proueniens à potu inter ſe ſpecie differunt: Igitur, & Euchariſtia conſtans Chriſti corpore, & ſpeciebus panis, & Euchariſtia conſtans Chriſti ſanguine, & ſpeciebus vini. Quid autem ſit conferre gratiam, tamquam refectionem prouenientem à cibo & tamquam refectionem prouenientem à potu, declarabitur infra Diſput. 41. dum de propria ſacramenti huius gratia diſſeremus: nunc ſufficiat aſſerere id fieri per auxilia ad effectus longè diuerſos, atque adeo in ſeipſis eſſentialiter diuerſa.

Significatio refectionis ſpiritualis duplex ſpecie datur.

5. Secunda pars claret: Nam Euchariſtia dicit in recto coniunctum ex Chriſti ſubſtantia propria, & ſpeciebus alienis: ſed Chriſti corpus eſſentialiter dicitur diſtingui, à ſanguine: vel certe ſpecies panis eſſentialiter diſtinguntur à, ſpeciebus vini: nam etſi nonnulla panis accidentia ſint eiuſdem ſpeciei cum nonnullis vini vt quantitates, (ſi hæ à ſubſtantiis differunt) tamen accidentia propria panis eſſentialiter differunt à propriis vini: v. g. color rubeus, & odor: ac proinde Euchariſtia ſanguinis plura elicit in recto eſſentialiter diſtincta à multis quæ in recto dicit Euchariſtia corporis.

Tertia Minoris pars æquè patet. Nam compoſitum ex ſpeciebus eſſentialiter diſtinctis, ab aliqua re ex qua alterum compoſitum eſſentialiter conſtat eſſentialiter ab hoc diſtinguitur. Sic enim homo ſpecie diſtinguitur à Leone, quia licet materiam habet eiuſdem ſpeciei cum materia leonis, formam tamen eſſentialiter a forma leonis diuerſam habet; & compoſitum ex quantitate & albedine eſſentialiter diſtinguitur à compoſito ex quantitate, & nigredine: Sed Euchariſtia Dominici corporis, & materiam, & formam eſſentialiter includit, ſpecie diuerſas ab illis, quas eſſentialiter includit Euchariſtia Dominici ſanguinis: Igitur eſſentialiter ab illa diſtinguitur.

6. Obiicies S. Thomam q. 73. art. 2. in fine corporis ita concludentem: *Ergo hoc ſacramentum multa quidem eſt materialiter ſed vnum formaliter & perfectiuè.* Et ad 1. aſſerentem, Eccleſiam iam vocare Euchariſtiam ſacramenta, iam Sacramentum, ad oſtendendum quod hoc ſacramentum quodammodo eſt multa, *ſimpliciter autem vnum*? Idemque repetentem ad 2. & 3. Reſpondeo: ſolum intendit S. Doctor: Euchariſtiam ideo eſſe plura materialiter quoniam ex iis conſtituitur vna refectio, vt expreſsè declarat in reſponſione ad 2. quod non prohibet quin illa plura inter ſe ſpecie diſtinguantur: ſicut quamuis ex cibo & potu ſi ſimpliciter componatur vnum conuiuium, non ideo deſinunt inter ſe ſpecie diſtingui. Et licet ex materia, & forma ſimpliciter conſtituatur vna ſubſtantia prædicamentalis, illæ tamen inter ſe eſſentialiter diſtinguuntur. Imo inde colligitur ſpecie diſtingui: quia ſcilicet ambæ requiruntur eſſentialiter ad illud conſtituendum: Ergo includitur aliquid ei compoſito eſſentiale quod non includit altera. Quod contra euenit in compoſitione homogenea v. gr. aquæ ex pluribus partibus, nam qualibet poſita ponitur aqua, vnde illæ partes inter ſe, non differunt eſſentialiter.

Verba S. Thom. declarantur ſicut ex cibo & potu conſtituitur vnũ conuiuium.

Poſterior tituli pars, quæ tradit Euchariſtiam conſtantem corpore Chriſti, & ſpeciebus panis, & conſtantem ſanguine Chriſti, & ſpeciebus vini, eſſe duo ſacramenta, tamquam probabilis tradita fuit, à, doctiſſimis Recentioribus, mihi vero certa videtur. Primo & præcipue: quia Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 3. præcipue definit, fatendum eſſe, etiam ſub altera tantum ſpecie totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi: vnde illius capitis titulus eſt: Totum & integrum Chriſtum, ac verum ſacramentum ſub qualibet ſpecie poni. Cum igitur altera ſit ſpecies panis cum corpore, & altera ſit ſpecies vini cum ſanguine & quælibet ſit verum ſacramentum, apertè tenet, & ſtatuit Concilium ambas eſſe, duo vera ſacramenta. 7.

Dici poſſe duo ſpecie ſacramenta, colligitur ex Tridentino.

Secundo moueor communi ſenſu, & locutione omnium fidelium; abſolute loquentium, de compoſito, ex Chriſti corpore, & ſpeciebus panis tanquam de veriſſimo ſacramento, & pleno ore illud appellantium ſacramentum: Eſt autem ratio de compoſito ex Chriſti corpore & ſpeciebus vini vt per ſe innoteſcit, & illico roborabitur: Ergo hæc duo compoſita duo ſacramenta ſunt.

Tertio moueor ratione, qua proculdubiò Concilium innititur. Quia ſcilicet ſacramentum nouæ legis eſt ſenſibile ſignum, & efficax gratiæ: Chriſtus, & Euchariſtiæ ſacramentum eſt ſignum efficax gratiæ tamquam alimonia: ſed compoſitum ex Chriſti corpore, & ſpeciebus panis, per ſe, & ſeorſim eſt eiuſmodi ſignum; & compoſitum etiam ex Chriſti ſanguine, & ſpeciebus vini per ſe, & ſeorſim eſt eiuſmodi ſignum; ac proinde ſunt duo eiuſmodi ſigna: Ergo ſunt duo ſacramenta. Maior, & illatio perſpicuæ ſunt: Maior enim claret: nam, & materia, & forma vnius illorum compoſitorum v. gr. Euchariſtiæ ſanguinis eſt independens à materia, & forma alterius: nam ſi Euchariſtia corporis conſtat ſua materia, & ſua ſignificatione forma, priuſquam conſecretur Euchariſtia ſanguinis, etiam hæc ſi prius quam illa conſecretur, vt valide poteſt, integram materiam, & ſignificationis formam tunc obtineret: Ergo quoad materiam, & ſignificationis formam inter ſe, & mutuo ſunt independentes. 8.

Et valida ratione probatur.

Quare moueor exemplis aliorum ſacramentorum: Nam ordinatio clerici in Sacerdotem, & ordinatio ſacerdotis in Confeſſarium, duo ſacramenta Ordinis ſunt, quia conſtant diuerſis materiis, & formis, & ſignificationibus, & diuerſos ſuſtinent effectus: Ergo à fortiori duo illa compoſita Euchariſtica, duo erunt ſacramenta. Dico à fortiori. Quia ordinatio 9.

Confirmatur ex ſacramẽto Ordinis quod datur multiplex ſpecie.

clerici

clerici in ſacerdotem,& ordinatio in confeſſarium habent inter ſe dependentiam, etſi non mutuam: nam etſi ordinatio ſacerdotis non pendeat ab ordinatione Confeſſarij hæc tamen,ab illa eſſentialiſſime pendet, & tamen ſunt duæ ordinationes, & proinde duo ſacramenta propter rationem adductam: Ergo cum hoc totum habeatur in duobus Euchariſticis compoſitis; & præterea hæc inter ſe ſint,mutuo phyſicè independentia,iure optimo dicuntur à fortiori eſſe duo ſacramenta.

§. II.

Simpliciter tamen componunt vnum ſpecie ſacramentum.

10. Est aſſertum commune inter Doctores quos referunt & ſequuntur Suarez diſp. 42. ſect. 3.& Vazquez diſp. 164. cap. 2. Probari ſolet ex Pontificibus,& Conciliis paſſim, & aperte loquentibus de Euchariſtia ſub vtraque ſpecie tamquam de vno ſacramento: nominatim Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 1. *dum profitetur, in almo Sanctæ Euchariſtiæ ſacramento poſt panis, & vini conſecrationem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſubſtantialiter contineri.* Similiter loquitur in Can. 1. 2 & 4. & in ſeſſ. 21. cap. 1. & cap. 3. dicit. *Chriſtus hoc ſacramentum in panis & vini ſpeciebus inſtituit:* ſed hæc non vrgent:quia pari ratione dicere poſſent Chriſtum inſtituiſſe ſacramentum ordinis in illis materiis & formis, quibus Epiſcopi vtuntur: & tamen omnes ordines non efficiunt vnum ſacramentum ordinis in ſpecie infima.

11. Probant ratione Suarez, Granadus Lugus, & plures: Quia ſacramenta nouæ legis ſunt tantummodo ſeptem: Atqui ſi Euchariſticum non eſſet vnum ſpecie iam eſſent octo ſacramenta:Ergo Euchariſtiæ ſacramentum vnius eſt infimæ ſpeciei. Neque hæc ratio premit: nam vt bene aduertit P. Vazquez dum ſacramenta ſeptem numerantur,non eſt ſenſus eſſe dumtaxat ſeptem ſpecies,ſed ſufficit intelligamus eſſe ſeptem genera.Nam ſacramentum ordinis non vnum ſpecie ſed genere eſt.

Quando ſacramentalia numerantur abſolute ſeptem, ſatis eſt intelligere ſeptem genera præciſe.

At opponunt Aduerſantes; inde fieri, vt dici poſſit duo tantum eſſe ſacramenta,vnum mortuorum complectens Baptiſmum & Pœnitentiam,& alterum viuorum complectens Confirmationem Euchariſtiam, &c.& contendunt ſacramentum Ordinis vnius eſſe infimæ ſpeciei,quia gratiã confert ad rite exercendas omnes functiones ordinationũ proprias. Cõtra:quia cum Eccleſia dicat ſeptem eſſe ſacramenta,ſane ex eo quod interpretari liceat eſſe ſeptem genera,non licebit dicere ſacramenta eſſe tantum duo,nam hæc locutio repugnat locutioni Eccleſiæ,non illa interpretatio.Si quis vero diceret duo tantum eſſe genera ſuprema ſacramentorum ſub quorum vno contineantur duo mortuorum, & ſub altero quinque alia viuorum,non eſſet infidelitatis damnandus, ſed bonæ diuiſionis nomine laudandus.Quod autem Aduerſarij contendunt ſacramentum Ordinis eſſe vnius ſpeciei infimæ, in illius ſacramenti diſputationibus late refellimus.

Nec ſequitur poſſe dici duo ſacramenta duntaxat eſſe in Eccleſia.

12. Nonnulli probant: Quia ſpecies vini conſecratæ non differunt ſpecie:Ergo non ſunt duo ſacramenta Euchariſtiæ ſpecie. Antecedens probant:quia diuerſitas,vel vnitas ſpecifica ſumitur ex eo quod dicitur in recto: ſed in Euchariſtia,atque adeo ſub vtraque ſpecie, idem, & ſolus Chriſtus dicitur in recto. Ergo non ibi eſt ſpecifica diuerſitas ſed vnitas. Sed contra: quia Maior falſa eſt. Syllogiſmus autem quo probatur, falſam præſefert Maiorem: album enim & nigrum,abſolute dicuntur differre ſpecie,cum tamen albedinem & nigredinem non in recto dicant. Minorem autem habet plane falſam,vt diſp. 24. ſect. 2. probatum manet. Et quamuis Euchariſtia ſolam Chriſti ſubſtantiam in recto diceret, adhuc in communi ſententia ſub ſpecie panis differret eſſentialiter ab Euchariſtia ſub ſpecie vini, quia in recto diceret ſub ſpecie panis ſolum corpus,& ſub ſpecie vini ſolum ſanguinem; quæ duo iuxta communem ſententiam eſſentialiter differunt in quolibet viuente & prout hic reperiuntur neceſſe eſt ſpecie diſtinguantur vt diſp 36. declarabitur.

Friuola probatio relinquitur.

Poſſet aliter probari:Quia ſignum practicum non poteſt eſſe ſpecie diſtinctum ab alio, niſi per virtutem ſignificandi, & operandi ſpecie diſtinctam: ſed Euchariſtia ſub ſpecie panis non habet eiuſmodi vim ſpecie diſtinctam ab ea quam ſub ſpecie vini: Ergo Euchariſtia cum eſſentialiter ſit ſacramentum nouæ legis & ſignum practicum non differt eſſentialiter ſub ſpecie panis ab Euchariſtia ſub ſpecie vini. Minor probatur: Quia gratia quam ſignificat, & producit Euchariſtia ſub ſpecie panis, eſt eiuſdem ſpeciei cum gratia quam producit Euchariſtia ſub ſpecie vini:Ergo etiam vtrobique eſt eiuſdem ſpeciei,virtus eam gratiam ſignificandi:Confirmari poſſet:quia ſi eſſentialis diuerſitas materiæ attendenda eſſet ſequeretur Euchariſtiam ſub ſpeciebus vini rubri ſpecie diſtingui ab Euchariſtia ſub ſpeciebus vini albi, cum ſpecie iſtæ, & illæ palam diſtinguantur eſſentialiter. 13.

Alia magis vrget.

Neque ratio iſta vigorem habet. Nam gratia,quæ per ambas ſpecies confertur,etſi materialiter ſpectata ſit eiuſdem ſpeciei, non tamen formaliter,vt diſp 41. videbimus; & inde concluſionem etiam roborabimus. Nec magis ſtringit confirmatio, nam vel Litteræ percipiuntur ſcriptæ,& litteræ nigræ,& Rubræ eandem continentes ſententiam, diſtinguuntur ſpecie,vel non, ſi non diſtinguũtur ſpecie,idem dicere poteris,dum concedas gratia quam vtraque ſpecies tribuit etiam formaliter eſſe eiuſdẽ rationis ſpecificæ. Si autem illæ litteræ ſpecie differunt,etiam Euchariſtia in ſpecie panis & in ſpecie vini eſſentialiter differunt.Et quidem hoc abſolute eſſe dicendum;patet:quia ſignum in recto ſolum dicit materiam quæ eſt ſignificationis ſubiectum:Ergo ſi hæc materia diſtinguitur ſpecie,ſignum erit diſtinctum ſpecie.Sicut ob eandem cauſam, quando ſubiectum eſt vnum & nomen eſt vnum:vt patet in hoc ſono *Homo* qui vnica numero voce eſt, etiam ſi plures habeat ſignificationes, nempe hominis viui & mortui,& picti.Implicat autem eandem numero rem eſſe ſpecie multiplicem.

Eſt tam inſufficiens.

Vera,& vnica, & efficax aſſertionis ratio eſt: Quia Euchariſtia eſt ſacramentum ſignificans, & conferens gratiam vt alimonia, ſeu refectio ex pane & vino conſtans. Sed refectio ex pane & vino conſtans non eſt refectio ſpecie multiplex,ſed ſimplex,cum panis ſolus & vinum ſolum non ſint abſolutè refectio integra,ſed partes eiuſdem refectionis:Sicut anima, & corpus non ſunt ſimpliciter ſubſtantiæ prædicamentales, 15.

Ratio profertur vnica ſatis efficax.

Digitized by Google

tales, ſed partes eandem ſubſtantiam prædicamentalem componentes. Ergo quantumuis Euchariſtia ſub ſpeciebus panis eſſentialiter differat ab Euchariſtia ſub ſpeciebus vini, tantum vnum conſtituunt ſacramentum ſpecie infimum; quia vna dumtaxat ſpecie infima refectio.

16. Nona quæſtio excitatur.

Supereſt difficultas à Doctoribus intacta. An ſcilicet iſtud ſacramentum, ex ambobus quaſi partialibus diſtinctum, ſit vnius ſpeciei infimæ, an dumtaxat interiectæ, ita vt ſub iſto plura eſſentialiter diſtincta contineantur. Priorem partem adeo certam ſupponunt Doctores vt propterea non illam in quæſtionem adducant. Qui tamen attenderet rationem, quam numero 5. iam preſſimus & n. 12. rurſus attigimus; comperiet, non eſſe rem iſtam adeo claram quin dubitationi locum relinquat; imo, & oppoſitæ ſententiæ non obſcuram conciliet probabilitatem.

Et reſoluitur cum diſtinctione Terminorum Vocalium.

Equidem vt in re non magni momenti ſingularis notam effugiam, ad quæſtiunculam iſtam ita reſpondeo. Vel ſignum ſpecie multiplicatur ex multiplicatione ſpecifica rei ſeu materiæ quam dicit in recto vel ſolum ex ſpecifica multiplicatione formæ ſignificatiuæ quam dicit in obliquo; vel ex multiplicatione ſpecifica compoſiti ex ambabus. Si primum, aut tertium aſſeratur; Euchariſtię ſacramentum ex duabus conſtans ſpeciebus non eſt vnum ſacramentum in ſpecie atoma, ſed interiecta; Probatur, nam ſpecies vnius aggregati ſunt eſſentialiter diuerſæ ab ſpeciebus alterius aggregati, vt ibi de ſpeciebus Panis nigri, & Albi; vini frigidi & calidi, &c. alibi probatum eſt. Si vero dicatur medium, nempe ſignum & ſacramentum ſpecie multiplicari ex ſola ſpecifica multiplicatione ſignificationis formæ; dicendum eſt; Euchariſtiam ex ambabus partibus compoſitam vnum eſſe Euchariſtiæ ſacramentum ſpeciei infimæ; Probatur quia ſignificatio integræ refectionis in quolibet compoſito eſt eiuſdē infimæ ſpeciei.

SECTIO II.

An & quomodo Euchariſtia ſit vnum aut multa numero ſacramenta.

17. Svarez diſputatione 41. ſect. 4. & Lugo diſputatione 2. ſect. 2. ſcribunt quęſtionem hanc eſſe de modo loquendi: ſed immerito, cum eius reſolutio pendeat ex modo conſtituendi hoc ſacramentum, alioqui pariter debuiſſet quæſtio præcedens ad loquendi modum reuocari. Quamuis tamen præſens de modo loquendi foret; non tamen in tam graui negotio contemnenda eſt, vt ſatis indicant iidem Doctores fuſiſſima quam inſtituunt, eius tractatione.

§. I.

Varias refello ſententias.

Prima eſt Euchariſtiæ ſacramentum non eſſe numero multa ſed vnum. Hanc ſententiam vt Theologicam laudat & abſolute defendit Suarez proxime citatus & Lugus item citatus. Sed non video cur Theologiæ nomine laudari poſſit, niſi quia Theologicis regulis eximie conſona ſit: illis autem eſſe prorſus diſſonam cenſemus vt iſtius deſtruendis fundamentis iam comprobandum aggredimur.

Qui negant eſſe multa num. ſacramenta.

Probant Suarez, & Lugus ex 1. Corinth. 10. v. 17. *Vnum corpus multi ſumus omnes qui de vno pane participamus*: Sed vnus hic panis eſt Euchariſtia: Ergo hæc eſt vnus panis, non ſolum ſpecie, nam inde non bene inferret Paulus, omnes Chriſtianos eſſe vnum numero corpus, ſcilicet vnam Eccleſiam; cum variæ reſpublicæ eundem ſpecie panem comedant & tamen ſint & phyſice & moraliter diuerſæ: Ergo intelligit Paulus Euchariſtiam, quam omnes Chriſtiani percipimus eſſe vnum numero panem atque adeo vnum numero ſacramentum.

Exponitur locus Pauli ex 1. ad Corinth. 10.

Reſpondeo Paulum ex vi ſuæ rationis non intelligere vnum panem numero, nec vnum ſpecie, ſed vnum peculiarem vnius Domini, & Patris familias; quia neuter illorum; ſed iſte ſolus requiritur ad probandum vnum corpus myſticum: quippe ſi in eâdem menſâ proponerentur panes, & numero, & ſpecie diſtincti, nihilominus illa familia diceretur eſſe vnum corpus morale, quia de vno pane participaret, hoc eſt de pane proprio eiuſdem Domini.

18. Et Ambroſi.

Probat item Suarez ex Cap. *in Chriſto* de Conſecrat. diſt. 2. vbi ex Ambroſ. ad Hebr. 10. verba hæc referuntur, *Vna eſt hoſtia, & non plures, quam Chriſtus obtulit, & nos omnes offerimus.* Ergo & idem Euchariſtiæ ſacramentum. Nego Conſequentiam, & impugno: Quia rectiſſime dicit Ambroſius vnam eſſe hoſtiam à nobis, & à Chriſto oblatam, nam, & idem Chriſtus qui in omnibus ſacrificiis idem inuenitur; accidentia enim nec ſunt hoſtia nec hoſtiæ pars, ſed affectiones quædam; nec enim iſtæ ſimul cum Chriſto plus gratæ ſunt Deo quam ſolus Chriſtus, & ſimul cum Chriſto conſtituunt vnum ſignum, atque adeo vnum ſacramentum, ideoque dum illa multiplicantur, multiplicatur ſacramentum quamuis hoſtia non multiplicetur.

19. Refellitur argumentum P. Suarez.

Ratione probat Suarez. Quia quod præcipuum eſt in hoc ſacramento, eſt Chriſtus ſimul cum ſpeciebus Euchariſtiam intrinſecè conſtituens: Sed in omnibus hoſtiis, & calicibus, eſt idem Chriſtus: Ergo idem Euchariſtiæ ſacramentum. Contra. Nam ex Antecedente oppoſitum ſequitur conſequentis. Si enim & Chriſtus, & ſpecies conſtituunt Euchariſtiam; ſane vtrolibet illorum multiplicato numericè, reuera multiplicantur ſpecies, & Euchariſtia numero multiplicabitur.

At ſuam conſequentiam probat Suarez. Quia ſi Verbum aſſumeret plures Humanitates, Verbum eſſet vnus homo: etſi Petrus in diuerſis locis exiſtens diuerſas haberet albedines, eſſet vnum album: Ergo ſimiliter &c. Contra. Quia homo poſſet eſſe concretum ſubſtantiale, & in recto dicere Humanitatem: & ſic tres ibi eſſent homines; vt cum S. Thom. tradidimus & probauimus in Tomo de Incar. Diſputatione 24. ſect. 2. §. 4. à num. 44. & ideo probationem iſtam retorquemus. Alterius exempli diuerſa eſt ratio: nam album in recto dicit ſolum ſubiectum, quapropter dum iſtud

eſt

Digitized by Google

eſt vnum, vnum eſt album. At ſacramentum in recto dicit etiam ſpecies.

20. P. Lugo arguit valde conſequenter ſuis dictis. P. Lugus hac probatione tamquam ineſſicaci reiectâ iſtam adhibet. Vnitas & pluralitas entis ſumi debet ex vnitate, & multitudine rerum quas in recto dicit. Sed Euchariſtiæ ſacramentum ſolum dicit in recto Chriſtum : Ergo cum hic in omni hoſtia, & calice ſit vnus idemque numero, pariter Euchariſtiæ ſacramentum vnicum numero eſt. Hæc probatio conſecutionis laudem meretur, nam euidenter infert eam ſententiam, ex doctrina Minoris quam alibi Lugus tuetur. Cæterum illam ſuperiori ſectione confutauimus.

21. Secunda ſententia P. Granado affirmans. Secunda ſententia eſt Granadi Tract. 1. diſp. 4. num. 9. exiſtimantis, Euchariſtiam tunc ſolo numero multiplicari quando multiplicantur plures ſpecies per plures cõſecrationis formulas conſecratæ. Probatur quia *ſacramentum*, & *Euchariſtiæ ſacramentum* eſt nomen ſubſtantiuum : ſed vt iſtud numero multiplicetur neceſſe eſt multiplicari materiam, & formam, & quando iſtæ duæ multiplicantur numero; illud eſt numero multiplex : Ergo pariter Euchariſtiæ ſacramentum. Atqui materia quam in recto dicit Euchariſtia, ſunt ſolæ ſpecies, forma vero ſunt conſecrationis verba: Ergo quoties tam ſpecies quam verba multiplicantur numero; Euchariſtia eſt numero multiplex & non aliter.

Arguitur iſtius fundamentum vt falſum. Contra primo, quia falſum eſt & Euchariſtiam in recto dicere ſolas ſpecies; eiuſque formam eſſentialem eſſe verba conſecrationis vt ſatis ſupra demonſtratum eſt. Deinde, quia licet vtrumque daretur, ſane regulam quam pro multiplicatione ſubſtantiui Granadus aſſignat non eſt vniuerſim vera, ſed ſolum pro multiplicatione vel vnitate ſubſtantiui eſſentialis vt *homo*, *Leo*, &c. non autem ſubſtantiui Accidentalis vt vox, *ſignum*, *Calix*, hoc enim ex ſola materiæ vnitate numerica eſt numero vnum, & ex ſola multitudine numerica de eſt numero multiplex, vt in Tomo Incarnat. Diſputatione 24. ſect. 2. numero 49. latiſſime diximus; & patet in concretis: *Artifex*, *Dominus* nam idem homo plures habens artes, vnus Artifex eſt, & ſi plures homines eandem numericam habeant artem, plures numero eſſent artifices. Cuius ratio à priori eſt: quia concreti multitudo vel vnitas petitur ex re, quam concretum dicit in recto : concretumque accidentale ſolum ſubiectum dicit in recto; & proinde ex ſola ſubiecti multitudine vel vnitate deſumitur, eſſe vnum, vel plura.

22. Tertia ſententia quam P. Valentia, & plures alij defendunt. Tertia ſententia eſt : ad vnitatem quidem Euchariſtici ſacramenti ſufficere vnitatem ſpecierum phyſicam; ita ſcilicet, vt vbi vna numero hoſtia & vnus numero calix exiſtat, vnum ſit numero ſacramentum: ad multitudinem autem iſtius, non ſufficere multitudinem illarum phyſicam, ſed requiri ſeparationem moralem. Hanc ſententiam plures quos refert & ſequitur Valentia Diſputationum tom. 4. diſputatione 6. quæſtio. 1. punct. 4. Priorem partem aſtruemus §. ſequenti : Alteram perſuadere poſſumus; quia alioqui ſacerdos, tria integra ſumeret ſacramenta in Miſſa, nam hoſtiam accipit diuiſam in tres partes; duas ſuper patenam, & tertiam in calice, & calicem ſumit etiam diuiſum phyſice in tres partes, primam dum ſumit quantum poteſt extrahere calicis: ſecundam in prima ablutione: & tertiam in ſecunda : Et tamen ideo plura ſacramenta non recipit, quia ſumit omnes tres partes moraliter coniunctas: Ergo ad pluralitatem huius ſacramenti neceſſaria eſt plurium ſpecierum moralis diſiunctio, & ſeparatio.

Hanc ſententiam, facile impugnat Vazquez diſtinctione 164. num. 13. 14. & 15. cuius rationem, & verbis, & luce auctam damus. 23. Impugnatur ex Vazq. Quia ſcilicet ſacramenti vnitas, vel multitudo ſumi nequit, ex eo quod ſacramento extrinſecum eſt; ita ſcilicet vt nec ſit materia, nec forma nec ambarum vnio : ſed illa omnia, ex quibus Aduerſarij petunt huius ſacramenti vnitatem, ſunt ſacramento prorſus extrinſeca, ita ſcilicet vt nec ſint eius materia nec forma, nec ambarum vnio; nempe, hoſtias eſſe ſimul loco, ſimul tempore, ſimul ſumptione, ſimul conſecratione : Ergo neque ex iſtis petit valet ſacramenti huius vnitas, neque ex oppoſitis multitudo. Propterea namque, Petrum, Paulum, & Franciſcum, & Antonium, eſſe alicubi & in pluribus ipſorum eſſe omnes ſimul non facit eos eſſe vnum hominem. Quoniam ſcilicet ſimultas illa ſic eſt ipſis extrinſeca, vt nec ſit hominis materia nec forma nec ambarum phyſica vnio.

Confirmo. Quia licet ſacramentum ſit compoſitum quoddam morale quatenus ſcilicet conſtat ſubiecto phyſico, & forma morali eique moraliter coniuncta, hoc tamen compoſitum ſi componamus cum ſacramento, eſt quaſi phyſicum; non aliter ac hominis materia & anima rationalis & phyſicus vtriuſque nexus. Ergo ſicut ad vnitatem, aut multitudinem hominis non ſpectat ſimultas localis, temporalis; &c. pariter impertinens eſt ad vnitatem, & pluralitatem ſacramenti. 24.

Dices, ſimultatem non eſſe materiam, formam, aut vnionem, eſſe tamen conditionem ad hoc vt ex duabus materiis fiat vna. Sed contra, nam hoc ipſum eadem ratione confutatur. Quippe hanc materiam ſimul eſſe cum alia, nõ eſt aliquid ſuſtinere potens formam ſacramentalem : Ergo non eſt idonea conſtituere ex duabus materiis vnam materiam. Etenim formã ſacramentalem etiam ſuſtinet vnio moralis, ſiue materię partes alio nexu inter ſe vnitę. Cõfirmationem iſtam exẽplo illuſtro. Si eadẽ epiſtola duobus ſigillis eiuſdem rationis ſignetur ſimpliciter, & vere ac proprie duo ſigilla epiſtola feret; & tamen, loco, tempore, folio moraliter circumſtat. Quod exemplum eo clarius eſt, quod ſacramenta non aliter ſunt in genere ſigni moralis, ac ſigillum. Si reſpondeas, ſimultatem eſſe conditionem vrgentur impugnationes.

§. II.

Ex ſpecierum vnitate & multitudine vnum & multiplex numero eſt Euchariſtiæ ſacramentum.

25. ASſerimus, Euchariſtiam tunc eſſe vnum numero ſacramentum, ſiue perfectum, & integrum quando reperiuntur vna numero ſpecies panis, & altera vini conſecratæ, & inchoatum, & incompletum, quando reperitur vna numero ſpecies, ſeu vini, ſeu panis conſecrata : Tunc autem eſſe plura numero ſacramenta integra quando plures numero panis ſimul ac vini ſpecies conſecratæ reperiuntur.

Digitized by Google

riuntur. Itaque vna numero ſpecies panis vnum numero ſacramentum inchoatum eſt, & duæ numero duo. Vna item numero ſpecies panis & altera vini ſacramentum conſtituent numero vnum; & duæ numero ſpecies panis, cum aliis duabus vini duo numero ſacramenta integra componunt. Hanc ſententiam expreſſè tradit Vazquez Diſputatione 168. cap. 2. Patrus de Ochagauia Tract. 1. q. 3. n. 6. doctiſſimique alij Recentiores.

Vna ſpecies panis, ſi ſit ſola, ſacramentum eſt vnum num. & duæ ſpecies Panis ſūt duo ſacramenta num.

Vna ſpecies panis & altera vini cōſtituunt ſacramentū integrum vnum num.

Ratio eſt; Quia ſacramentum eſſe vnum numero vel plura numero petendum eſt ex eo quod numerice ſint vnum, aut multiplex, illud ex quo ſacramentum intrinſece, & eſſentialiter, & in recto conſtituitur. Sed huiuſmodi

26. eſt aggregatum ex ſpeciebus panis, & vini cum Chriſti corpore, & ſanguine, vt ſuperiori ſectione fuit oſtenſum: Ergo dum eiuſmodi aggregatum erit vnum numero ſacramentum erit vnum numero; & dum eiuſmodi aggregatum erit numero multiplex ſacramentum erit numero multiplex. Maior claret inprimis à priori. Quia res eſt vna vel multiplex prout id quod dicit in recto eſt vnum & multiplex: eſt enim illa, id quod dicit in recto: proinde totuplex eſt quotuplex eſt illud quod in recto dicit. Patet etiam inductione aliorum ſacramentorum: exempli gratia Baptiſmus eſt vnus, aut multiplex numero pro numerica vnitate & multiplicitate rerū quas in recto dicit, & ita in cæteris. Poſtremo: regula hæc optimis nititur fundamentis iam aſſignatis: & generaliſſima & conſequentiſſima eſt, & nullum habet incommodum, nulla vero alia poteſt ſine incommodo vel cum fundamento, vel conſecutione præſcribi, vt iamſupra oſtendimus & ſtatim corroborabimus. Ergo.

Res eſt vna, vel multiplex, prout id in quod recto dicitur eſt vnum, vel eſt multiplex.

27. Confirmatur hoc ipſum latiore inductione. Nam omne aliud concretum ſubſtantiuum accidentale eſt vnum, aut numero multiplex prout illud quod in recto importat, vnum aut multiplex numero eſt. Exempla ſint, concretum accidentale ſubſtantiuum vt *Artifex* quod in recto dicit ſolum ſubiectum ideoque dum iſtud eſt vnum, vnus eſt numero Artifex ſiue vnam ſiue plures habeat artes, dumque eſt numero multiplex, artifex eſt numero multiplex, etiam ſi fingamus triplex homo eundem numericum artis habitum poſſidere. Similiter concretum ſubſtantiuum morale vt *Rex, Dux, Doctor*, & in ſacramentis ipſis *Baptiſmus, Confirmatio, &c.* Non eſt igitur rationi atque adeo nec Theologiæ conſonum ab hac regula generali, ſine vlla neceſſitate Euchariſtiam excipere. Quod autem abſque neceſſitate ab Aduerſariis fiat ſoluendis facilimè ipſorum argumentis iam partim confirmaui §. ſuperiori partim iterum confirmare aggredior.

Nec expiēdâ eſt Euchariſtia ab hac regula generali.

28. Agunt enim quidam ita, ſi coniunctio plurium numero ſpecierum non conducet ad conſtituendum vnum ſacramentum numero: Ergo nec coniunctio ſpecierum panis, cum ſpeciebus vini conducet ad complendum vnum ſacramentum ſpecie, vel etiam numero. Probabunt conſequentiam quia ſicut illa prior coniunctio non eſt ſubiectum ſignificationis ſacramentalis ita nec iſta: & ſicut illa eſt accidentalis partibus quæ coniunguntur, ita & iſta: Cur igitur illa coniunctio non conducet ad conſtituendum vnum ſacramentum, & iſta conducet?

Reſpondeo tamen eſſe latum diſcrimen. Nam coniunctio ſpecierum panis cum ſpeciebus vini, quamuis ſpeciebus ipſis accidentaria ſit, cum iſtæ ſine illa, & ante illam poſſint naturaliter exiſtere: ſacramento tamen integro intrinſeca, & eſſentialis eſt, cum ſacramentum per modum communioris alimoniæ ſiue panis, & vini ſpeciebus ſimul coëxiſtentibus nequeat intelligi: & in hoc æquiparantur ad Euchariſtiam conſtituendam ſpecies panis, & vini, ſicut ad hominem conſtituendum comparantur anima, & corpus: proinde ſicut male argueres: Coniunctio Petri, & Pauli non ſunt ad conſtituendum vnum hominem numericum: Ergo nec materiæ, & formæ coniunctio conducet ad vnum ſpecie, vel numero conſtituendum: ſic prorſus vitioſam elicis in præſenti obiectione conſequentiam. Itaque prior vnio ſimul cum partibus quas vnit ſignificationem ſacramentalem ſuſtinet quoniam ſacramento eſſentialis eſt non autem poſterior, quoniam ad ſacramentum eſt prorſus impertinens, ſicut plurium hominum localis coniunctio ad rationem hominis.

Coniunctiò localis plurium ſpecierum; Panis v. g eſt impertinens ad ſacramenti vnitatem.

At vrget Aliquis: Qui ſimul recipit plura paria ſpecierum panis, & vini, vt ſacerdos, non plus gratiæ recipit, quam ſi vnum ſolum reciperet: Ergo vnum tantum numero ſuſcipit ſacramentum. 29. Hac eadem argumentatione poſſumus etiam nos Aduerſarios vrgere, nimirum à contrario in hunc modum: diuerſus numero effectus ſacramentalis totalis à diuerſis numero ſacramentis totalibus proficiſcitur, vt conſtat in Baptiſmo, Confirmatione, Pœnitentia, Vnctione, Ordine, Matrimonio: ſed Petrus, & Paulus in gratia communicantes, recipiunt duos numero ſacramentales affectus totales: Igitur à duobus numero Euchariſtiæ ſacramentis totalibus.

Nego igitur obiectionis propoſitæ conſequentiam, & rationem clariſſimam aſſigno: Quia ſimultas receptionis, etſi non tollat multitudinem ſacramentorum, tollit multitudinem effectuum, ſiue id fiat ex natura rei, ſiue ex defectu multiplicis diſpoſitionis in ſubiecto ſiue ex Dei inſtitutione: Exemplum eſt clariſſimum in diplomate Regio cui ſi duabus partibus Regium imprimeretur ſigillum duo ſigilla recipiet, vnum tamen effectum: item Vinariæ tabernæ, cui ſi duplex appenderetur ramus duplex erit ſignum vini venalis, idem tamen vtriuſque effectus.

In ſacramētis numero multiplicatis ſimultas receptionis obſtat multitudini effectuum.

Contendit præterea Lugus in ſententia noſtra qui tenemus etiam ſpecies in recto per Euchariſtiæ ſacramentum importari, non poſſe regulam certam numericę vnitatis, aut multitudinis pro hoc ſacramento tradi. 30. Quod enim cum Vazquez aſſerimus, tot eſſe numero ſacramenta, quot ſpecies conſecratas, inprimis, ait Lugus, eſſe contra communem loquendi modum: *Nemo enim dicit, ſacerdotem dum ſumit hoſtiam in tres partes diuiſam ſumere tria ſacramenta Euchariſtiæ: ſicut nec qui comedit fruſtum panis in tres partes diuiſum, dicitur comedere tres cibos.*

Negamus tamen neminem illud de ſacerdote dicere, cum id omnes aſſertionis noſtræ defenſores dicant: debeantque dicere quicumque rectè & conſequenter loqui velint, vt ſatis iam oſtendimus, & denuo firmamus refellendo exemplo, in contrariū adducto. Quod enim is qui fruſtum panis comedit in tres partes diuiſum, non dicatur comedere tres cibos cauſa eſt cla-

Digitized by Google

ra: quia multi cibi ſupponuntur, vel pro ſpecie distinctis, qua ratione in lauto conuiuio multos cibos quiſque comedit; vel pro numero distinctis ſufficientibus ad plures refectiones, quorum neutrum habent tria panis fruſta, ideoque non dicuntur eſſe tres cibi. At Euchariſtia ſub qualibet plurium ſpecierum, v. gr. panis eſt cibus ſufficiens ad integram Animæ refectionem; proinde in ſingulis eſt ſacramentum, & in tribus eſt tria ſacramenta, totque recipit ſacerdos dum intra Miſſam communicat: ſicut regium diploma, cui tribus in partibus ſimpliciter apprimitur regiũ ſigillũ; tria ſigilla recipit vt ſupra dicebam. Cætera quæ Lugus congerit noſtram ſententiam non petunt, ideo ſolutionem à nobis non exigunt.

Sacerdos dum ſumit Tres Hoſtias, vel Tres partes diuiſas Hoſtiæ in Miſſa, vere Tria ſacramenta ſuſcipit.

DISPVTATIO XXVI.

De integritate, vel inchoatione Sacramenti Euchariſtiæ ſub vna ſpecie.

SECTIO I. *Eſt Euchariſtia ſub vna ſpecie Sacramentum quodammodo integrum.*
SECTIO II. *Non eſt ſub vna ſpecie ſacramentum integrum ſimpliciter.*

1. EVchariſtiam ſub vtraque ſimul ſpecie ſacramentum integrum eſſe, conuenit inter omnes Doctores: & videtur ad fidem ſpectare, cum ſæpe definitum ſit, ſeptem eſſe ſacramenta, & vnum illorum eſſe Euchariſtiam. Ratione etiam claret. Nam Euchariſtia ſub vtraque ſimul ſpecie, & eſt integræ refectionis ſymbolum practicum, & cum nullo alio ſacramentum integrum componit. Quare ſolum eſt difficultas, ſit ne integrum ſub altera tantum ſpecierum.

SECTIO I.

Eſt Euchariſtia ſub vna ſpecie ſacramentum quodammodo integrum.

EVchariſtiam, ſub altera dumtaxat ſpecie, ſeu panis ſcilicet, ſeu vini, ſacramentum eſſe, ſaltem quodammodo integrum nemo Catholicus negat, nec negare poteſt. Primo, quia Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 3. diſſerte definit: *ſub altera tantum ſpecie verum ſacramentum ſumi.* Quod autem ſacramentum eſt verum quis neget eſſe ſacramentum ſaltem quodammodo integrum? Dices, Tridentinum non agere de vtralibet duntaxat ſpecie, poteſtque optime intelligi de ſola ſpecie panis, & non de ſola ſpecie vini: tum quia de illa ſpecie loquitur, quæ erat in vſu, & hæc eſt ſola panis; tum etiam quia licet in humanis eſus abſque potu reperiatur ſæpe & ſalubris ſit; potus tamen abſque eſu & raro contingit, & numquam fere eſt ſalubris. Ergo Euchariſtiam, quæ cibum corporalem imitatur, etſi ſub ſpecie cibi ſit ſacramentum non tamen ſub ſola ſpecie vini. Contra; quia Tridentinum ſine diſcrimine loquitur, de altera tantum ſpecie. Secundo quia neque negatur, nec tuto negari poteſt Euchariſtiam ſub vtrauis tantum ſpecie eſſe ſignum practicum refectionis ſpiritualis & gratiam tribuere ſi ſumatur ſub vna tantum ſpecie panis; & ſimiliter ſi ſumatur ſub vna tantum ſpecie vini. Tertio, diſputatione 25. ſect. 1. vidimus, Euchariſtiam ſub duabus ſpeciebus eſſe duo ſacramenta ſpecie diſtincta, & in ſuis conſecrationibus, conſeruationibus, ſumptionibus, & effectibus mutuo, ac totaliter independentia: Ergo ſaltem quodammodo completa. Quarto, quia cum laici apud Catholicos vnam dumtaxat ſpeciem recipiunt abſolute dicuntur Euchariſtiam, & Euchariſtiæ ſacramentum accipere. Quid ergo deeſſe poteſt, vt Euchariſtia, ſub vna ſpecie ſit ſaltem quodammodo ſacramentum integrum?

Tam ſpecies vini ſola, quã Panis ſola eſt ſacramẽtum integrũ quodammodo.

Diximus hoc à nemine Catholico negatum, quia licet Ioannes Vileta Canonicus Barcinonenſis in Diſputatione ad Concilium Tridentinum habita de communione ſub vna tantum panis ſpecie pronunciauerit, Euchariſtiam dum, à ſacerdote, ſub vini ſpecie ſumitur non ſe habere vt ſacramentum conferens gratiam, ſed vt ſacramentale quoddam additum Euchariſtiæ ſub ſpecie panis prius acceptæ; non tamen negauit, imo conceptis verbis aſſeruit, etiam Euchariſtiam ſub ſpecie vini, ſi ante vinum ſpectetur eſſe ſacramentum verum. Quam ſententiam etſi ſolus ille Vileta explicite tradiderit, me tamen iudice, omnes ij recipi tenent, qui concedunt, vtramlibet ſpecierum, ſi ſeorſim ſumatur, gratiam tribuere, ambas tamen ſimul acceptas non plus gratiæ tribuere quam alteram; neque enim dicent, ſacerdotem, dum hoſtiam ſumit, nihil accipere gratiæ, donec calicem acceperit. Proinde ſi ſumpta hoſtia gratiam ei confert, & calix poſtea non confert, neceſſe eſt ſe habeat, vt quoddam ſacramentale. Quam ſententiam Diſputatione 41. ſect. 2. tamquam in proprio loco ſumus ex profeſſo conuulſuri. 3.

Opinio Ioã. Viletę ſingularis videtur.

Eám tamen recipiunt Plures Alij in reipſa.

Nos infra refutamus ipſam.

Nunc ſolum aduertimus eam ſententiam quoruncumque tandem ſit, etſi non ad modum conſequenter loquantur, non tamen eſſe aperte implicatoriam nec ſecum pugnantem. Quia bene ſtat quod res vna in actu primo veram aliquam virtutem habeat, eamque in actu ſecundo non exerceat nec ſuum effectum tribuat ſi iam recipiat eum ab altera cauſa ſimili productum, vt paſſim contingit in cauſis, tum naturalibus, tum moralibus, vt circa finem diſp. præteritæ declaratum reliquimus. Eſtque valida confirmatio in ipſomet Euchariſtiæ ſacramento: quod ſi ſub duabus hoſtiis aut ſimul phyſice, aut ſimul moraliter ſumatur, non plus gratiæ confert, quàm ſi ſub vna tantum hoſtia ſumptum eſſet. 4.

Obicies. Materia ſola vel Anima rationalis ſola non eſt homo quodammodo integer: Ergo neque Euchariſtia ſub ſola ſpecie panis aut ſub ſola ſpecie vini, eſt quodammodo integrum ſacramentum. Declaratur, & confirmatur illatio: quia ſicut materia, & anima ſunt inter 5.

Digitized by Google

inter ſe eſſentialiter diſtinctæ ita etiam Euchariſtia ſub ſpeciebus panis, & Euchariſtia ſub ſpeciebus vini, & ſicut illæ duæ partes hominis inter ſe vnitę phyſice conſtituunt vnum hominem, ita Euchariſtia ſub ſpeciebus panis, & Euchariſtia ſub ſpeciebus vini inter ſe vnitæ moraliter conſtituunt vnum Euchariſtiæ ſacramentum. Ergo ſicut illa duo non ſunt duo homines etiam cum limitatione quodammodo integri, ita neque hæc alia duo ſunt duo ſacramenta Euchariſtiæ,
6 etiam cum reſtrictione quodammodo integra.

Negamus conſequentiam, & latum damus diſcrimen. Homo enim eſſentialiſſime eſt animal rationale, atque adeo compoſitum ex parte ſpirituali, & materiali phyſice inter ſe vnitis, quæ conſtituunt principium ratiocinandi, hoc eſt dependenter à ſenſibus intelligendi quod nullo modo, atque adeo neque cum diminuente termino quodammodo competit vel materiæ primæ per ſe, & ſeorſim ab anima rationali, neque huic per ſe, ſiue ſeorſim à materia. Sacramentum autem etiam nouum, & à Chriſto inſtitutum abſolute eſt ſignum gratiæ efficax: cumque tam Euchariſtia ſub ſpeciebus panis, quam Euchariſtia ſub ſpeciebus vini ſignum ſit gratiæ efficax, idque vtraque habeat ſuum in actu primo ſuum in actu ſecundo independenter ab altera, conſequens eſt, vt alterutra per ſe, ſeorſim ab altera ſit quodammodo integrum ſacramentum. Firmo diſparitatem authoritate vrgentiſſima: namque dicet materiam ſine Anima, vel animam ſine materia eſſe verum hominem: Atqui Tridentinum definit num. citat. Euchariſtia ſub altera tantum ſpecie eſſe verum ſacramentum: Ergo paritas adducta, vel Tridentino teſte improbanda eſt.

Materia ſine Anima rationali non eſt homo; At ſola ſpecies Panis ſine altera vini, dicitur ſacramentum verum.

Ex his deſtruitur illationis illuſtratio, & confirmatio, Nam materia, & anima ſic ſpecie differunt, & ad impoſitionem hominis concurrunt, vt neutra per ſe ſit principium ratiocinans, ſeu dependenter à ſenſibus intelligens. At Euchariſtia ſub ſpeciebus panis, & Euchariſtia ſub ſpeciebus vini ſic inter ſe copulantur, ad vnum Euchariſtiæ ſacramentum integrum conſtituendum, vt antequam vniantur, vtralibet per ſe & independenter à conſortio, vel conceptu, aut efficientia alterius ſit ſignum efficax gratiæ per modum alimoniæ ſpiritualis vt ſupra ſat expoſuimus.

Vnaquæque ſpecierum ſine conſortio alterius eſt ſignum efficax gratiæ & Alimonię ſpiritalis.

SECTIO II.

Non eſt ſub vna ſpecie Sacramentum integrum ſimpliciter.

7

PErſuadetur hæc pars ex aliis ſupra confirmatis. Eſt enim Euchariſtia ſacramentũ inſtar alimoniæ reficiens; ſed alimonia conſtans ſolo cibo aut ſolo potu non eſt ſimpliciter integra: Ergo nec Euchariſtia ſub ſpecie ſolius cibi nec ſub ſpecie ſolius potus eſt ſacramentum ſimpliciter integrum. Confirmatur, quoniam efficacitas alimoniæ ad refectionem corpori tribuendam ex efficacitate cibi, & efficacitate potus corporalis, & naturalis coaleſcit, & ita neuter eſt alimonia ſimpliciter integra, ſed ſolum vtriuſque aggregatum: Ergo efficacitas ſacramenti inſtar alimoniæ inſtituti ad refectionem tribuendam animæ coaleſcit ex efficacitate ſymboli imitantis cibum, & ex efficacitate ſymboli imitantis potum ac proinde neutrum per ſe, ſed coniunctum ex vtroque erit ſacramentum Euchariſticum ſimpliciter integrum, & omnibus, vt aiunt, numeris abſolutum. Explicatur amplius, quia ſicut ſpecies panis, & ſpecies vini facillime intelliguntur reſpondere vni alimoniæ corporali materialiter conſideratæ, ita virtus gratiam ſignificandi, & conferendi, quæ eſt in vna ſpecie rectiſſime intelligitur coaleſcere cum virtute reſidente in altera parte ad conſtituendum vnam virtutem refectiuam animæ ſimpliciter integram, ac proinde formam conſtitutiuam vnius ſacramenti ſimpliciter integri. 8.

Coniunctum ex cibo & potu eſt cõuiuium ſimpliciter & non ſolum cibus.

Opponet quidam Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 3. definiens, fatendum eſſe etiam ſub altera tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum verumque ſacramentum ſumi. Contra; quia Concilium cum decernat ſub altera tantum ſpecie ſumi totum atque integrum Chriſtum; non addit ſumi verum atque integrum ſacramentum; ſed verum ſacramentum. Qua profecto cautelâ, ſi non inſinuauit, Euchariſtiam ſub vna tantum ſpecie non eſſe ſacramentum integrum; ſaltem ſignificauit, velle ſe ab eius quæſtione etiam obiter decidendâ penitus abſtinere. Dicat vero aliquis, Concilium zeugmate vti, & proinde voces illas, *totum*, *atque integrum*, cum de Chriſto explicite pronunciat, implicite & per zeugma etiam pronunciare de ſacramento. Sed contra: tum quia hoc minime aſtruitur: tum quia verborum concentus occaſionem huius accceptionis non præbet, cum nec Aduerſantes inuenerint: tum demum, quia figura illa ineptiſſimam redderet Concilij locutionem eſſet enim eiuſmodi: totum atque integrum Chriſtum, totumque atque integrum verum ſacramentum ſumi. 9.

Tridentinũ nihil aſſerit contrariũ dictis.

Deinde agunt; quoniam vtrauis ſpecies per ſe habet propriam materiam, & propriam formam, nec ab altera pendet, vt ſacramentum eſt; & per conſequens vtrauis per ſe eſt efficax gratiæ ſignum: Igitur vtrauis ſacramentum integrum. Negamus conſequentiam; quoniam ambæ concurrunt tamquam partes ad vnum integrum, conſtituendum; nam, & materia prima per ſe, & independenter ab anima rationali, & ab omni forma ſuſtantiali, habet propriam eſſentiam, & exiſtentiam, & ſubſiſtentiam, & ſimpliciter anima rationalis independenter, à materia prima, & tamen neutra eſt ſubſtantia integra, vel homo, ſed compoſitum ex ambabus phyſice coaleſcens. Sic enim iſtæ duæ ſpecies, cum his ſignificationibus vniuntur ad conſtituendum vnum ſacramentum; altera per modum cibi, altera per modum potus.

At

Digitized by Google

At inquiunt, hanc differentiam non obſtare; nam apud ſacras Literas cibus & potus in ſpirituali refectione non differunt, vnde Matth. 5. dum dicitur: *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam*; eadem iuſtitia dicitur eſurici, & ſitiei ac proinde ſimul eſſe cibus & potus. Sed contra; quia licet eadem gratia ſimul habeat rationem cibi, & potus: non tamen ſignificari poteſt quatenus talis per ſolam ſpeciem cibi, vel per ſolam ſpeciem potus, ſed per ambas ſimul. Firmo, nam etiam eadem gratia rationem habet generationis ſpiritualis, corroborationis, nutritionis, & ad extremam luctam communitionis: quia tamen, qua talis, non ſignificatur vno ſigno, propterea requiſita & inſtituta, fuerunt diuerſa, per quæ ſignificaretur, & conferretur.

11. Inſtant; quia pleræque ſacramenti Euchariſtici figuræ vel conſiſtebant in ſola ſpecie cibi, vt manna, panes propoſitionis, & agnus paſchalis, vel in ſola ſpecie potus, vt aqua è ſaxo ſcaturiens. Reſpondeo, quamuis daretur antecedens, non inde fieret, vt ſacramentum Euchariſticum in altera tantum ſpecie ſit integrum, ſed vt ſit verum, quod iam ex profeſſo tradidimus: ſic enim res figurata ſufficienter ſuæ figuræ correſpondet. Addo tamen non abſque ſingulari prouidentia videri factum vt ex huius ſacramenti figuratiuis ſymbolis plurima conſtiterint in ſolo cibo, quia communiter Euchariſtia ſub cibi ſolius ſpeciebus erat ſumenda, pauciſſima ſub ſpeciebus ſolius potus, quia rariſſimè ſacra Euchariſtia ſub ſolius potûs ſpecie ſumenda erat; perfectiſſimum autem, & vnicum nempe Melchiſedecium in cibo & potu conſtiterit, quod indicaret hoc ſacramento ex vtriuſque ſpeciei coniuncto, integre, perfecteque conſiſtere. Cætera quæ mihi hoc loco obiiciunt pertinent ad diſputationem de vſu, & effectu huius ſacramenti ſub duabus & ſub altera tantum ſpecie. Hoc loco diſputari ſolet de neceſſitate medici reſpectu Euchariſtiæ ad ſalutem, quam diſputationem cum altera de neceſſitate præcepti commodius infra iungemus.

Fuerant ſymbola ſacra Euchariſtiæ aliqua in Potu, Plurima in cibo ſolo; Perfectiſſimum id cibo & Potu ſimul.

12.

DISPVTATIO XXVII.

De Materia remota conſecrationis corporis.

Sectio I. *An ſolus panis triticeus apta materia ſit.*

Sectio II. *Qualis panis triticeus idonea materia ſit.*

Sectio III. *Quid ſi Panis triticeus habeat Permixtionem Alterius frumenti.*

Sectio IV. *Debeat ne panis triticeus eſſe azymus aut fermentatus.*

MAteriam vocamus remotam illam quæ ad conſecrationem quidem validam eſſentialiter prærequiritur, per ipſam tamen conſecrationem deſtruitur. Quam locutionem ideo arbitror inductam vt intelligatur Euchariſtia & eius conſecratio non conſtare intrinſece ex eiuſmodi materia. Simili locutione in ſacramento Pœnitentiæ, peccata ipſa per abſolutionem deſtruenda vocari ſolent materia remota.

SECTIO I.

An ſolus panis triticeus apta materia ſit.

SOlum panem eſſe materiam aptam conſecrationi corporis Chriſti dogma eſt fidei, ſumptum ex Chriſti facto, inſtitutione, & præcepto, quæ ſatis conſtant ex diuinis Literis præſertim narratione Euangeliſtarum & S. Pauli ad Corinth. 11. quibus in locis refertur Dominus panem conſecraſſe & ita faciendum poſtea præcepiſſe, quod eſt manifeſtum inſtitutionis indicium. Ideo Chriſtus Ioann. 6. & Paulus loco citato, ſacram Euchariſtiam vocant ſæpiſſime panem, quia ſcilicet ex pane deſinente fit, & panis ſpeciem retinet. Idem extat definitum à ſummis Pontificibus & Conciliis tum Generalibus tum Prouincialibus, imò nominatim ab Innocentio III. tum in cap. cum Marthæ de Celebrat. Miſſar. tum vnà cum Concilio Lateranenſi in cap. Firmiter de ſumma Trinit. & fid cath. Florentino in Armenorum inſtructione §. *Tertium ſacramentum*. Tridentino ſeſſ. 13. & 21 habetur aliis multis. Extat etiam paſſim aſſertum & aſtructum à pleriſque Patribu in decurſu tractationis iſtius referendis. Et ratio conuenientiæ fuit panem, eſſe communem hominum eſcam, atque adeo aptiſſimum, vt ex eo deſinente, & ſub eius accidentibus Euchariſtia conficeretur, ne homines humanæ carnis vel alia minus grata ſpecie horrorem conciperent & à ſaluberrimo Euchariſtiæ vſu retardarentur; imo potiùs familiaris, & ordinarij, & omnibus grati cibi ſpecie inuitarentur, quam rationem & alias ſancti Patres adducunt. 1.

Eſt dogma veræ fidei, panem ſolum eſſe materiam corporis,

Oppoſitum videntur olim tenuiſſe plures Hæretici quos eruditè refert Vazquez diſp. 170. cap. 1. ſed reuera non ſunt locuti de materia in corpus Chriſti conſecranda. Nam, vt ibidem Vazquez optime animaduertit, dicuntur quidem illi panem, & vinum obtuliſſe, idque vt imitarentur primos homines, qui terræ fructus Deo offerebant, & in pane, & caſeo ſua ſacra confeciſſe; numquam autem dicuntur. in eis confeciſſe, aut intendiſſe conficere Euchariſtiam. Montaniſtæ item offerebant panem ex farina & pueri ſanguine confectum de quibus ad ſummum ait Auguſtinus, *quaſi Euchariſtiam ſuam* (eo modo) *conficere perhibentur*. Gnoſtici qui viri ſemen offerebant, non illud conſecrabant, ſed aiebant: *offerimus tibi hoc donum corpus Chriſti*: & dum ipſi fœminarum menſtruo veſcebantur dicebant quidem: *Hic eſt ſanguis Chriſti*; ſed quis credat, de vero Chriſti ſanguine locutos? Firmo ex iis, qui ſequuntur nempe Manichæis, qui panem ex farina, & humano ſemine con- 2.

Errores varij Hæreticorum.

fectum offerebant : quia cenſebant farinam eo ſemine purificari , & ita demum Deo placere : non Ergo quod Chriſti carnem ibi eſſe putarent. Quare diſputatione 2. ſect. 5. numero 98. aſſerui iſtos Hæreticos relictis Eccleſiæ ſacramentis alia ſibi confeciſſe.

3. Ex dictis certum eſt , & apud omnes catholicos indubitatum non eſſe idoneam, huius ſacramenti materiam panem confectum ex arborum , aut herbarum radicibus , foliis , aut fructibus, vt pomis , caſtaneis , ficis, ciceribus , phaſeolis , & ſimilibus. Quia iſte non eſt vere panis, ſed ſolum per quandam ſimilitudinem , ad eum modum quo malum cidonium , melle , & pipere conditum, *caro* vocari ſolet improprie ſcilicet ſeu tranſlatitie. Supereſt dubium. An idonea materia ſit panis confectus ex quolibet frumento , hoc eſt ex quolibet ſemine , emittente culmum , & ſpicam , cum ariſtis , vel ſine illis abſque paleis tamen ; cuiuſmodi eſt, triticum, hordeum , oriza , milium. An vero ſolus panis triticeus apta ſit conſecrationis materia?

4. Solus triticeus eſt aptus & neceſſarius.

Dicendum eſt cum omnibus ferè Theologis ſolum panem triticeum hoc eſt ex vero tritico factum idoneam eſſe materiam conſecrationis corporis Chriſti. Probatur ex Eugenio IV. in armanorum inſtructione poſt ſeſſ. 25. §. *Tertium eſt Euchariſtia ſacramentum cuius materia* , inquit , *eſt panis triticeus* Sine fundamento autem dubitat Alanus libro 1. de Euchariſtia cap. 11. num intelligat Pontifex , eſſe materiam neceſſariam, an ſolum magis conuenientem. Sine fundamento inquam ; nam Pontifex in hoc ſacramento , dum agit de conſecratione ſanguinis materiam deſignat neceſſariam , & in aliis etiam ſacramentis , vt in ſingulis oſtendimus : Ergo etiam pro conſecratione corporis Dominici , materiam deſignat ſimpliciter neceſſariam. Alioqui pari prorſus ratione dubitare liceret , num pro aliis ſacramentis materiam aſſignauerit neceſſariam, an ſolum præceptam , vel magis conuenientem:quod omnino nefas eſt.

5. Secundo ſuadetur ex facto Chriſti quem in pane triticeo conſecraſſe , videtur ſane Apoſtolica traditio , imo , & ſcripturæ ſacræ, doctrina , abſolute dicentis Chriſtum in pane conſecraſſe ; nam panis non triticeus non ſolet à ſcriptura ſimpliciter vocari panis , ſed cum addito vt Ioannis 6.dùm dicitur : *Eſt puer hic habens quinque panes hordeaceos.* In hoc autem facto Chriſti fundari videtur id quod omnes Catechiſmi Romani & communiter DD. ſcribunt , traditionem eſſe Apoſtolicam de corpore Chriſti conſecrando in ſolo pane triticeo : nam , vt ait Concilium Carthaginenſe 3. cap. 24. & refertur,in cap. in ſacramento.De conſecratione,diſtinctione. 2. *In ſacramento non eſt adhibendum , niſi quod Chriſtus adhibuit , hoc eſt, Panis, & vinum aqua mixtum.*

Factũ Chriſti domini refertur in concil. & in iure canonico.

6. Tertio , quia ſolum illud eſt materia conſecrationis corporis Domini, quod ſimpliciter, & abſolute intelligitur nomine panis; ſed ſolus triticeus eſt eiuſmodi : Ergo ſolus triticeus illius conſecrationis apta materia. Maior , & conſequentia non ſunt in dubium reſolubiles. Minor claret, nam cum ſolum abſolute , & ſimpliciter vocamus panem , quem communiter ad eſum cum cæteris cibis adhibemus; ſolum adhibemus communiter triticeum : Ergo ſolus iſte ſimpliciter , & abſolute venit nomine panis. Confirmatur : Tum ex illo qui panes hordeaceos non eſt auſus ſimpliciter,& ſine addito nuncupare panes , ſed panes hordeaceos : Tum enim quia ſi quis cum alio paciſcatur , daturum ſe illi centum libras panis,hoc,aut illo pretio,plane intelligeretur daturus eas libras panis triticei : vnde ſi pacto illo inito libras illas offerat panis hordeacei , deceptor & illuſor , & iniurius habebitur.

Abſolute Panis ſolum vocatur,& intelligitur triticeus.

Quarto adhibere poſſumus rationem congruentiſſimam , quæ Chriſtum mouere potuit. Quia ſcilicet alia frumenti genera , vel ſunt rara vel contemptibilia,& quibus vel beſtiæ communiter aluntur, vt hordeum,vel homines alicuius nominis, etiam mediocris,veſci dedignantur quia alia ſunt,hordeum , milium , oriza &c. Panis autem triticeus vtrumque extremum vitat , nam communiter in omnibus terris prouenit , & ab omnibus hominibus cuiuſcumque ſtatus libenter comeditur. Quare triticeus panis debuit in materiam neceſſariam inſtitui , qui, ſcilicet, nec egenis comparatu difficilis foret , nec diuitibus contemptibilis , & omnibus communis tamquam eiuſdem Patrisfamilias filiis ,eodem panis genere veſcentibus. 7.

Repugnat aſſertioni Gabriel in Miſſæ canon. ſectione 15. contendens idoneum eſſe conſecrationi panem ex quolibet frumento factum. Probari poteſt , primum. Quia ſacra ſcriptura , Concilia vetera, & Patres , ſolum requirunt panem. Reſpondeo, requirunt panem , qui ſolus eſt apud homines vniuerſim vſitatiſſimus , & hic eſt triticeus vt diximus: & hanc explicationem ſumimus , ex Concilio Florentino , quod panem illum in antiquitate requiſitum triticeum interpretatur. 8.

Deinde quia materia conſecrationis , debet eſſe communis & certa : Sed panis triticeus non eſt communis , cum non vbique proueniat , & proinde nec apud omnes nationes haberi poſſit. Panis etiam non triticeus , & triticeus poſtquam ſubacti , & cocti ſunt,non ſemper facile diſcernuntur : Ergo oportet materiam non eſſe aſtrictam ad ſolum triticum , ſed ad quodlibet frumentum extenſam. Nego Minorem. Nam , & panis triticeus apud omnes nationes non barbaras communis eſt , & vbi non prouenit non minus aſportari poteſt quam vinum. Quod vero additur difficile vnum panem ab alio diſcerni falſum eſt,& experimento contrarium.

Poſtremo : quia ſicut frumentum eſt ſpecie multiplex , ita , & triticum : ſed ad conſecrandum apta eſt quælibet ſpecies tritici : Ergo , & quælibet frumenti. Permiſsâ Maiori , & Minori ; Nego conſequentiam: quoniam ſiue triticum ſit ſpecie mutiplex , ſiue non ; eſt vere triticum atque adeo ex ipſo conficitur materia conſecrationi corporis idonea quæ eſt panis ex tritico ſimpliciter,

Digitized by Google

plicitet, & abſolute nuncupato, & ad eſum adhibito. Quod valde notandum eſt. Nam vt in tractat de ſacramentis Diſputatione 6. ſect. 1. §. 2. monui, non tam attendenda eſt in ſacramentis infima ſpecies materiæ, quam eius acceptio, & vſus. Quia ſi contingeret panem ex non tritico confectum per decoctionem fieri eiuſdem ſpeciei cum triticeo, non eſſet ille conſecrabilis, quia non vere ex tritico.

9\. Aſſertum P. Greg. de Valentia non ſatis conſtat cum ipſius doctrina.

Aduerſatur etiam aſſertioni Valentia tom. 4. diſputatione 6. quæſtio. 2. punct. 1. §. *Sed cum ex Chriſti* dicens idoneam eſſe conſecrationis materiam confectam ex grano quod non ſit proprie triticum, ſed æquiualenter. Sic enim ait: *Ita vt triticum in propoſito reputetur qualecumque genus frumenti, inter quod & triticum ſoleat fieri tranſmutatio facilis, cuiuſmodi eſt ſiligo*: atque etiam id, quod vt æque commodum, vel commodius vel non multo minus commodum, ſatis ordinarie vſurpari ſoleat, ad conficiendum *verum & vſitatum & humanum panem.* Cæterum hic autor plus ſibi quam aſſertioni videtur aduerſarius. Pugnantia enim ſunt, frumentum aliquod non eſſe vere triticum, & tamen eſſe æque commodum ac triticum, vel alia quæ ibidem ſubdit. Nec exemplum eſt ad rem: nam ſiligo, vel ſumitur in vera ſignificatione & in hac eſt idẽ, quod Hiſpane *Candeal* propriiſſime eſt triticum, & inter tritici genera nobiliſſimum vel in ſignificatione quam vſurpauit S. Thomas, & ſic eſt idem quod Typha; Hiſpane, *Centeno*: Typha *autem tritico non æquiualet.*

SECTIO II.

Qualis nam panis triticeus idonea materia ſit.

10\. Panis ſubactus aqua naturali.

PRima concluſio. Debet eſſe aquâ naturali ſubactus. Ita communiter Doctores contra Caietanum, & nonnullos alios. Probatur in primis aperto teſtimonio S. Thomæ 3. p. quæſtio. 74. art. 7. ad 3. dicentis poſſe quidem calicem conſecrari valide non admixta aqua; quia hæc non eſt eſſentialis materia, non vero panem alio liquore, quam aqua naturali confectum, quia non eſſet verus panis. Et hæc eſt aſſertionis ratio, quia materia conſecrationis corporis Chriſti eſt ſolus panis communis, & vſualis; ſed talis non eſt niſi aqua naturali ſit confectus: Ergo hic eſt ſimpliciter neceſſarius ad illam conſecrationem, Confirmatur à pari quia panis communis, & vſualis, quem homines cum aliis obſoniis edunt æque debet fieri ex aqua naturali, ac farinâ triticeâ: ſed panis conſecrationi corporis aptus non alius eſt quam ille communis, & vſualis, & ille prorſus exigit farinam triticeam, vt vidimus: Ergo & conſectandus aquam naturalem.

Vtpote communis, & æqualis in e onuinio eſt Materia neceſſaria.

11\. Quapropter, panis ſubactus lacte, oleo, butyro, ouorum albo, aut vitello, ſiue ſolo, ſiue in notabili quantitate aqua naturali admixto, quem Hiſpane *biſcocho*, quaſi bis coctum, vocamus inualida materia eſt: quia defectu aquæ naturalis non eſt vſualis. & communis. *Dixi vel ſolo vel in notabili quantitate aquæ naturali admiſto*, quia ſi aliquid iſtorum in quantitate valde exigua admiſceretur aquæ naturali, vel triticeæ farinæ vel maſſæ ex ambabus confectæ, non redderet materiam inhabilem, quia ſimpliciter relinqueret illam in ratione panis communis. Sic fere vt quando maſſæ triticeæ inſperguntur aliquot aniſi grana.

Quantitas exigua alterius Materiæ non impedit.

Rurſus, panis ſubactus aqua roſacea, vel alia quauis artificiali, ex fructibus, aut herbis aut expreſſa, aut per fiſtulam virtute ignis diſtillata; conſecrationi eſt ineptus, quia non ſubactus eſt naturali aqua, & per conſequens non communis. Aptus tamen eſſet conſecrationi ſi confectus eſſet ex aqua, quæ ex aqua naturali per fiſtulam diſtillata eſſet, quoniam illa aqua diſtillata re ipſa eſſet vſualis: tum quoad formam ſubſtantialem; nam iſtam non amittet: tum quoad accidentia nam eadem prorſus haberet; & perinde eſſet aqua pluuialis; quæ ex aqua pluuiali, & exhalationibus vi caloris eleuata, & in nubes formata ſenſim inde diſtillatur. Hic etiam aduerte aquam roſaceam, aut quamlibet aliam artificialem ſi in valde exigua quantitate farinæ, vel aquæ naturali, vel maſſæ admiſceretur, non nociturum conſecrationis valori, quia parum pro nihilo reputatur; ac proinde non extra, fieret panis *iſte a conditione communi, & vſualis.* 12.

Panis confectus ex Aqua Artificiali, vt Roſacea non eſt apta Materia.

Oppones Aqua roſacea eſt eiuſdem ſpeciei cum naturali, ſolumque differt quibuſdam accidentibus, vt fragrantia, & ſapore, & colore: proinde panis ex ipſa & farina triticea confectus, etiam erit eiuſdem ſpeciei cum confecto ex farina triticea, & aqua pluuiali: Ergo ſicut iſte eſt conſecrationi aptus, ita & ille. Reſpondeo primo, falſum videri Antecedens. Tum quia diuerſitas illa in tribus accidentibus diuerſitatem indicat ſpecificam: Tum etiam quia incredibile eſt aquam roſaceam, & aquam porraceam eiuſdem inter ſe ſpeciei eſſe: quod tamen ex oppoſita doctrina plane ſequitur. Deinde Reſpondeo præmiſſo antecedente nullam eſſe conſequentiam: quia non obſtante illa identitate ſpecifica nec illa aqua vſualis eſt, nec panis ex illa confectus communis, & vſualis eſſet. Nam, & maſſa triticea, cruda, & cocta eiuſdem forſan eſt ſpeciei, & tamen vna certiſſime eſt conſecrationi apta, & altera certiſſime inepta; quia vna panis communis, & vſualis, & altera non item. Alteram obiectionem poſt ſequentem aſſertionem opportunius afferemus.

Aquam roſaceam eſſe eiuſdem ſpeciei cum Naturali, putãt, aliqui.

Falſo tamen vt Accidẽtia diuerſa monſtrant.

Nec Panis ex illa confectus eſſet Panis communis & vſualis.

Secunda concluſio. Panis ex aqua naturali, & farina triticea confectus, vt apta conſecrationi materia ſit, debet eſſe coctus, eo modo quo panis communiter coctus appellatur. Prior pars eſt communiſſima, & clara: quia maſſa nondum cocta non eſt panis communis, & vſualis, imo nec eſui aptus imo potius eſſet venenum quam cibus. Alteram partem adhibeo, quia panis aliter coctus non eſt Panis; v.gr. ſi quaſi cocta caro; Hęc enim cocta dicitur, poſtquam in aqua feruente, & ebulliente pleraſque de ponit earum qualitatum quas poſt animal occiſum habuit. Si tamen tritici farina vel 13.

Panis debet eſſe coctus, modo ordinario, quo ab igne fit coctio panis.

vel maſſa in aqua coqueretur fierent quidem ex ea partes aut quippiam aliud, non tamen panis, quia non coctus coctione panis. Neque vero hæc conſiſtit in eo tantum quod maſſæ triticeæ humiditas vi caloris exſiccetur, alioqui maſſa ad ſolem expoſita, & exſiccata conſecrationi apta eſſet, quod nemo dixerit. Sed conſiſtit in eo quod illam ſiccitatem, & alias qualitates panis proprias accipiat maſſa ex vero igne per modum aſſationis, vt in clibano, ſeu furno ſub cineribus, aut ſuper ignitas prunas, aut intra duas ferri calidi laminas, quas vulgo Hoſtieros, tamquam hoſtiarum typos appellant.

14. Obiectio contra 1. concluſionem.

Hinc poteſt impugnari primo præcedens aſſertio, nam humor ex quo & farina triticea conficitur triticea maſſa, non eſt conſecrationis materia totalis, vt cuique patet; non partialis, quia totus ille humor per coctionem, ſiue aſſationem conſumitur. Ergo ex quocumque humore maſſa illa fuerit confecta poſt coctionem erit Conſecrationi apta, quia ſcilicet habebit totam conſecrationis materiam, ſcilicet ſubſtãtiam triticeam redactam in maſſam, & poſtea coctam. Deinde impugnari poteſt aſſertio præſens. (Et contra 2.) Quia tametſi maſſa non coquatur, poterit valide conſecrari. Si nimirum conſecratio dirigatur ad ſubſtantiam triticeam, & non ad aquam, ei permiſtam niſi ad ſummum vt ad conditionem ſine qua non ibi panis, ſed mera farina exiſteret.

Ad primam Reſpondeo Panis coctus non omnino caret humore aliquo, ſeu humiditate aquea.

Ad priorem tamen impugnationem: Reſpondeo primum negando Antecedens. Panis enim recens coctus, imo poſt aliquot aduſtionis dies, aliquam habet mollitudinem, & humiditatem, non ab igne acceptam, nec farinæ propriam, ac proinde propriam aquæ ex qua panis confectus fuit. Hic autem totus conſecratur, ac proinde etiam humor ille aqueus in omnibus, & ſingulis panis particulis imbibitur. Deinde permiſſo Antecedente nego Conſequentiam, quia licet non deſit materiæ ſubſtantia, deeſt modus eſſentialiter requiſitus, qui eſt eſſe panem communem, & vſualem. Hinc ad alteram impugnationem reſpondeo non poſſe ſubſtantiam triticeam in maſſa cruda modo illo conſecrari, quia non habet ſtatum panis communis, & vſualis.

Et ad 2.

15. Dices Ergo mica panis triticei, & in clibano cocti ſi compreſſione digitorum velut in maſſam redigatur inepta eſſet conſecrationi, quia non habet panis vſualis ſtatum. Nego ſequelam, & probationem, & impugno. Quia per eiuſmodi compreſſionem non amittit ea ſubſtantia ſtatum panis, imo ſolet incipere habere vſum eius, præſertim in ſenibus & edentulis quibus illa panis compreſſio, & veluti manſuefactio inſtar cuiuſdam maſticationis eſt: Panis autem, dum primo maſticatur non amittit panis ſtatum ſed tunc panis incipit habere panis vſum.

Panis ſtatus, & nomen nõ perditur compreſſione, aut Maſticatione.

16. Rogari ſolet: An panis triticeus ex amylo ſicco, & aqua naturali confectus, & in clibano coctus ſit conſecrationi aptus. Reſpondet S. Thom. q. 74. art. 3. in fine, Scotus, Paludanus, Chartuſianus, Victoria & Suarez Diſp. 44. ſect. 2. Et cum illis plerique Recentiores, & nouiſſime Lugo Diſp. 4. ſect. 1. num. 6. negatiue, quia cenſent amylon fieri ex tritico per diuturnam madefactionem ſubſtantialiter corruptο.

Qui cenſent Amylon fieri ex Tritico ſubſtantialiter corrupto.

Placet Recentiorum quorundam doctiſſimorum diſtinctio. Vel enim amylum eſt perfectum, & abſolute amylon, & ex hoc non videtur poſſe fieri materia conſecrabilis, quia non videtur poſſe fieri verus & vſualis panis. Nam ad perfectum conficiendum amylum ponitur triticum in aqua per plures dies, & tunc plane videtur ſubſtantialiter corrumpi: tum quia continua illa madefactio, & humefactio valde contraria eſt ſiccitati granis incluſæ, eamque penitus deſtruit, tum deinde quia triticum ipſum aceſcit, & peſſimum odorem emittit, tum demum quia maſſa ex amylo confecta valde inſipida eſt, & minime panem ſapit, aut redolet. Quæ omnia ſimul ſumpta indicant tantam corruptionem quantam ſubit vinum dum in acetum abiit. 17.

P. Ludouic. de Ribas in hoc Tractatu diſtinctionem adhibet.

Vel amylum eſt imperfectum ſolummodo, & inchoatum, ita ſcilicet vt ex tritico per aliquod breue tempus madefacto, & emollito, & minime fœtido vel acido exprimatur lacteus humor, & ex iſto amylum. Ex hoc enim amylo naturali aqua ſubacto & ad calorem ignis aſſato fiet panis conſecrationi aptus. Nam, & retinebit ſubſtantiam, & modum eſſentialem panis triticei, & vſualis, etſi ſupra communem delicatioris, & pretioſioris. Hæc enim circumſtantia non officit ſed potius in ſacramenti reuerentiam cedit. Sicut non deſinit Rex aut Princeps alius panem triticeum comedere propterea quod ex certo flore qui pollen dici ſolet ſubtiliſſime, & artificioſiſſime collecto panis ei conficiatur. Addo cum eiſdem materiam iſtam, non ſolum poſſe eſſe validam, ſed etiam licitam, vbi eius vſus exiſtat. Similem enim alium in Sardinia vigere viri graues, & fide digni referunt, nempe conficiendi hoſtias ex maſſa confecta, & humore lacteo ex ſimila madefacta expreſſo, & poſt exſiccationem aqua naturali in maſſam redacto, & iuxta communem hoſtias coquendi modum ad ignis calorem cocto.

Si Amylum fit ex Tritico ſolũmodò madetacto, Panis eſt verus, & delicatus.

Qualis mos ſit in Sardinia conficiendi Hoſtias ex Amylo ſic perfecto.

SECTIO III.

Quid ſi panis triticeus alterius habeat frumenti permiſtionem?

DVæ ſunt in hoc loco dubitationes Prior, an vt materia triticea valide conſecretur, debeat eſſe pure triticea: id eſt nullam habens alterius grani mixtionem. Poſterior an pars non triticea, triticeæ admixta & in ſua ſpecie conſiſtens valide conſecretur. Pro vtriuſque reſolutione præmoneo, poſſe farinam quæ triticeæ miſcetur, eſſe vel magnæ quantitatis vt mediam, aut tertiam partem, vel exiguæ quantitatis, vt illam, quæ extrahitur ex decem granis ordei admixtam farinæ ex qua conficitur vna forma rotunda panis ordinaria, v. g. habens diametrum ſemi palmi, & craſſitiem pollicis aut circiter. 18.

Dico primò, ſi maior vel dimidia pars alterius frumenti ſit quã triticei; nec totũ, nec pars aliqua conſecrabitur. Sic accipio S. Thomam q. 74. ar. 3. ad 3. dum hæc ſcribit: Si vero ſit magna permixtio (puta ex æquo vel quaſi) talis mutat ſpeciem; Vnde panis exinde confectus non erit debita materia huius ſacramẽti. Hæc S. Doctor. Ratio vero generalior eſt; quia vel ambæ materiæ 19.

Si mixturæ pars magna ſit nec triticea fit, nec eſt materia apta.

Digitized by Google

teriæ ſubſtantialiter tranſmutantur permixtionem, & ſic ex ambabus reſultat tertia non triticea, & proinde conſecrationis incapax: vel ambæ materiæ permanent nõ mutatæ ſubſtantialiter; & ſic materia triticea non poterit ad ſenſum deſignari, quatenus triticea cum diſcerni nequeat, vtra triticea, & vtra non triticea ſit: Coniunctum autem, ex ambabus minus poteſt, vt triticea materia deſignari cum ingens eius pars non ſit triticea, quo ſenſu dicitur à S. Thoma citato, mutare ſpeciem.

Quandoque in materia illa non poteſt dici, nec deſignari triticeus panis.

20. Dico 2. ſiue aliena materia parua ſit, ſiue magna, ſi conuertatur in triticeã totũ ex ambabus reſultans valide conſecrabitur. Hanc aſſertionem expreſſe habet S. Thomas, q. 74. ar. 4. ad 3. & conſentiunt proculdubio DD. omnes. Nam & ſi plures negabunt hypotheſim, nempe vnam farinam actiuitate ſua mutare ſubſtantialiter alteram in ſuam ſpeciem, hoc tamen permiſſo pro nobis erunt. Quia facta huiuſmodi conuerſione, pars illa quæ per conuerſionem exurgit, verè eſt triticea, in eſſentia, & in appellatione, & vſu communi. Confirmatur quia D.D. omnes affirmant, quod ſi aqua quæ calici infunditur ante conſecrationem conuertatur in vinum, pars illa quæ per conuerſionem redundat, & ex aqua fit vinum, vere conuertitur in Chriſti ſanguinem, quia ſcilicet in ſpecie eſſentiali in appellatione & communi vſu vinum vſuale eſt; Eſto de vite non fluxerit, cum ex vuis expreſſa non fuerit ergo ſimiliter, &c.

Si aliena mixta conuertatur in triticeam, tota materia poteſt conſecrari.

21. Dico 3. ſi aliena materia magna ſit, vt dimidia vel tertia pars, & in triticeam non conuertatur, neutra valide conſecrari poterit. Non triticea, quia non poterit ad ſenſum deſignari vt triticea. Non aliena; quia ſi hæc conſecrari poſſet ſolum poſſet per quandam quaſi concomitantiam, & coniunctionem cum triticea: cum igitur hæc in illo mixto conſecrationem non capiat minus capiet aliena.

Si magna ſit pars admixta, nec conuerſa ſit in triticeam, non poteſt conſecrari.

Dico 4. ſi aliena materia parua ſit, et ſi non conuertatur in triticeam valide conſecrabitur, ita expreſſe Lugus d. 4. ſect. 4. à n. 68. citans S. Thomam q. 74. ar. 3. ad. 3. ſed contra quia S. D. hæc ſunt verba: Modica permixtio non ſoluit ſpeciem, quia id quod eſt modicum quodammodo abſumitur à plurimo, ideo ſi ſit modica admixtio alterius frumenti, ad multo maiorem quantitatem tritici poterit exinde confici panis, qui eſt materia huius ſacramenti. Vbi mens S. D eſt quod ſit aliena materia modica ſit reſpectu tritici non impedit ne fiat vera conſecratio, quia panis ille vere erit triticeus eo quod aliena materia abſumatur à triticea, hoc eſt ita ſuperetur, vt obruatur, & præ illa pro nulla reputetur Hæc autem omnia ſtant ſi materia triticea conſecretur, nec indigent vt conſecretur etiam aliena; nam hæc ſicut pro nulla reputatur, ita etiam eſt Conſecrationis incapax.

Si aliena ſit parua reſpectu triticeæ, vtraque conſecrabitur.

Confirmatur exemplo quia puluis exiguus terreus argenteus, & aureus farinæ triticeæ permixtus, quia non mutaret panem triticeum quoad ſpeciem, & præ illius quantitate pro nihilo duceretur, non prohiberet validam illius conſecrationem; ipſe tamen iſtam non reciperet Idemque foret ſi gutta mellis, aut balſami vino admiſceretur, conſecrando.

23. Exiſtimo nihilominus S. Thomam ibi pro nobis loqui primò quia alioquin decidiſſet quæſtionem leuiculam, qualis eſt vtrum panis triticeus habens admixtam paruulam farinam alterius frumenti valide conſecretur? & reliquiſſet intactam quæſtionem iſtam grauem, vtrum totus huiuſmodi panis etiam quoad partem alienæ farinæ valide conſecretur? 2. quia S. D. ait valide conſecrari panem ex materia triticea magna, & extranea parua confectum, id eſt compoſitum: ergo cenſet vtramque partem conſecrari; nam alioquin non conſecraretur compoſitum ex vtraque, ſed altera tantum ipſius pars.

Eſt conclusio noſtra conformis S. Thomæ doctrinæ.

3. Quia ſiue in prædicto loco S. Thomæ legamus *abſumitur*, vt recentiores editiones habent, ſiue legamus *aſſumitur*, vt habent Antiquiores, optime intelligitur ſanctus D. pro ſententia noſtra. Si enim dicat quod modicum eſt à maximo abſumitur perinde eſt, ac ſi dicat conuertitur, velut in ſubſtantiam maximi, atque adeo, ſubit iſtius conditiones, ſicut alimentum quod à viuente abſumitur, & in iſtius ſuccum ſanguinem carnemque conuertitur, atque adeo talis materia conſecrabilis erit. Si vero dicat, quod modicum eſt à maximo aſſumitur, ſenſus erit aſſumitur quaſi hypoſtaticè in vnitatẽ illius cibi eiuſdemque panis triticei vſualis, & proinde conditiones iſtius habebit eritque valide conſecrabilis. Ad eum ſcilicet modum quo humanitas ad Deum aſſumpta conſtituit cum Deo vnum ſuppoſitum, & terminat eandem cum Deo adorationem: ſic enim prædicta particula terminat eandem totius panis triticei conſecrationem.

Sicut Humanitas aſſumpta Perſonaliter à verbo, terminat eandem cum Deo adorationem ita.

Ratione quoque prob. quia dum panis ex tritico grana quædam hordeacea gerente conficitur, quãuis hordeacea pars in ſua ſpecie, perſeueret, tamen eundem cibum, eundemque panem, cum triticea conſtituit, non ſolum in morali exiſtimatione, ſed etiam in effectu phyſico; ſiquidem pars ordeacea velut cauſa materialis ſubit eandem comeſtionem, & in ſtomacho decoctionem; & velut cauſa efficiẽs ad eandem concurrit nutritionem cum parte triticea, ergo eandem terminat conſecrationem. 24.

Pars hordeacea ſubit eandem denominationẽ & totus Panis inde confectus cenſetur triticeus.

Denique ſi quid obſtaret, eſſet quod panis, hordeaceus, v.g. non eſſet neceſſarius ad conſecrationem nec eſſet idoneus ſeorſim ſumptus: ſed hæc ratio non obſtat. Ergo &c.

Minor oſtenditur; quia alioquin fermentum pani triticeo admixtum non conſecraretur valide; quia fermentũ non eſt materia conſecrationi neceſſaria; nec eſt ſeorſim idonea. Item ſi materiæ triticeæ miſceatur ſal, ſequitur iſtius particulas per totum panem diſperſas non conſecrari. Præterea ſequitur humorem aqueum, qui in pane recenti mollitudinem conſeruat, & igne per fiſtulam extrahi poteſt, dum in pane recenti eſt, non eſſe cum illo conſecrabilem. Quæ omnia falſiſſima ſunt, quia materia conſecrationis Corporis eſt panis vſualis, panis autem vſualis eſt ſiue cum fermento ſiue abſque illo; ſiue molle ſiue non molle ſit; ita tamen, vt cum hæc habet, hæc cum maſſa triticea coctæ vere conſtituant vnum panem triticeum vſualem.

Digitized by Google

SECTIO IV.

Debeat ne Panis eſſe Azymus, vel Fermentatus.

DE azymo, & fermentato duplex eſt quæſtio, vna circa neceſſitatem Sacramenti, altera circa neceſſitatem præcepti; ambæ ſingillatim dirimendæ.

§. I.

Quid de neceſſitate ſacramenti.

25. TAm azymum, quam fermentatum non ſolum validam eſſe materiam ſed etiam azymum Latinis; & fermentatum Græcis licitam citra controuerſiam in Eccleſia fuit totos primos mille & viginti annos poſt Chriſti paſſionem proxime ſecutos vt teſtatur Leo IX. tum in Epiſtola aduerſus inauditas Præſumptiones Michaelis & Leonis Steridani cap. 5. tum in Epiſtola ad eundem Michaelem Conſtantinopolitanum Archiepiſcopum circa medium. Tunc enim, hoc eſt circa Chriſti annum 1053. cœperunt Græci, Latinos reprehendere quod in azymo conſecrarent, eoſque nominare Azymitas quod eſt Infermentatios, & quidem Hæreticos. Creuit cum inuidia, malum nam hac tempeſtate teſte S. Tho. eo prolapſi ſunt Græci, vt dicerent conſecrationem in azymo eſſe inualidam, quod nunc etiam mordicus tenent & nouiſſime profitetur ipſorum Patriarcha Ieremias in cenſura confeſſionis Lutheranæ cap. 10. ſic accidere ſolet, vt qui veritatem deſerunt ſe ipſos impugnent, & qui Romanam Eccleſiam cæterarum Magiſtram vno, vel alio modo peruicaciter impugnant ſenſim in plurimos errores dilabantur, vt videre eſt in miſeris Græcis, qui odio & inuidentia in Romanam Eccleſiam furentes, cum Nouatoribus aduerſus illam vt Pilatus cum Herode aduerſus Ieſum cōſpirãt; Quod belle mihi ſignificauit ante annos circiter octodecim Græcos homo doctuſque & eloquens Archiepiſcopus Myſilenſis, Valentiæ, vbi agebat appulſus; ex quo cum in longo ſermone & familiari colloquio Græce habito & ad horam ſolidam protracto; inter plura ad Religionem ſpectantia quæſiſſem, eſſet ne ſummus ipſorum Patriarcha, ſeu ſummus inter ipſos Antiſtes, Catholicus in dogmatis alijs, de quibus non fuit illis controuerſum cum Latinis. Reſponſum, hoc accepi: Nequaquã ſed Caluiniſta eſt.

Cur Græci in varios errores prolapſi fuerint.

26. *Teſtimoniũ à viro græco reddito ipſi Authori Valentiæ anno 1627.*

27. Panem autem ſiue Azymum, ſiue fermentatum ſufficere ad validam conſecrationem definiuit primo Leo IX. epiſt 1. cap. 41. dum oppoſitæ ſententiæ aſſertorem Hæreticum appellat: & poſtea Eugenius IV. cum Concilio Florentino ſeſſ. 25. in Litteris ſanctæ vnionis §. *item in azymo*: nam cum prius definiuiſſet particulã *Filioque* rationabiliter ſymbolo Nicæno appoſitam ſubdit: *Item in azymo ſine fermentato pane triticeo corpus Chriſti veraciter confici.* Sic enim cēſere, Scholaſtici & Expoſitiui omnes cũ S. Anſelmo in lib. de azymo & fermentato & cum S. Tho. 3. p. q. 74. art. 4. Ratio eſt, quia vtrumque eſt proprius & vſualis panis vt ſtatim commodius oſtendemus.

Azimum vel Fermentatum ſufficere ad validam conſecrationem, definitum eſt.

Leo IX. Epiſt. 1 c. 41. Eugen. IV. cum Florentin. ſeſſ. 25.

28. Deinde probatur ſpecialiter ea pars aſſertionis quæ ſpectat ad panem fermentatum. Nam iſtum eſſe idoneam materiam vtriuſque Eccleſiæ, tum Latinæ conſenſu conſtat, tum etiam aperta ratione. Quia panis fermentatus nemine diſſuadente, eſt vſualis panis, & communis: Nec obſtat quod Apoſtolo teſte, *modicum fermentum totam maſſam corrumpit*: tum quia Græce, ζυμοῖ idem eſt, ac *fermentat*; tum etiam quia licet illam totam ſubſtantialiter corrumperet, non impediret valorem conſecrationis, quia non tolleret quin panis ex ea maſſa confectus communis & vſualis eſſet.

Specialiter oſtēditur de Pane fermẽtato.

1. Corinth. 5.

29. Poſtremò probatur ſpecialiter aſſertionis pars ad panem non fermentatum ſpectans. Primò quia ſic cenſuere Patres, qui rem iſtam attigerunt vt Epiphanius Hæreſi 30. dicens: Ebionitas Hæreticos ad imitationem ſanctorum Myſteria celebrare ſingulis annis per azymos. Vbi plane ſupponit Epiphanius eum eſſe ſanctorum morem; & S. Anſelmus eum tuetur in lib. de Azymo & fermentato. Concluſionem vero, tenent omnes Scholaſtici cum S. Thom. quæſt. 74. art. 4. Deinde quia panis azymus abſolute, & nemine diſſentiente eſt panis propriè, & abſolutè vſualis, vt conſtat ex Chriſti facto ab Euangeliſtis, & à S. Paulo commemorato. Dicunt enim Chriſtum accepiſſe in manus panem, & fregiſſe: ille autem panis, vt ex ſcripturis ſacris DD. Latini probant Azymus erat. Sic etiam in Caſtello Emaus dicunt fregiſſe panem & cognitum eſſe in fractione panis: quem tamen azymum fuiſſe; conſtat quoniam erant tunc dies azymorum, in quibus nefas erat, fermentatum in domibus Iſraelitarum eſſe vt ex SS. Scripturis manifeſte liquet. Quod eruditè oſtendit P. Vaſquez Diſputat. 172. *Item* liquet ex ipſa conſuetudine panis azymi, qui ſanè magis naturalis videtur; tum quia minus maſticationis habet; tum quia minus artificij. Quod ſi communius non adhibetur ad eſum, eſt quia minus eſt, & guſtui ſuauis, & minus aptus. Quæ rationes ſi valorem conſecrationis azymi impedirent, etiam impedirent conſecrationem validam muſti; ſeu vini nondum excocti. Nam æque, ſi non multo magis diſcrepant, vinum recens ex vuis expreſſum, & vinum poſtea decoctum, ac panis azymus, & fermentatus. Quæ vero tam Græci ſchiſmatici, quam Hæretici Nouatores opponunt friuola plane ſunt, vt in Bellar. Suar. & Vaſquez videre licèt. Stetque de azymo & fermentato in ordine ad neceſſitatem ſacramenti.

Specialiter etiam de Azymo.

30. Addo cum pleriſque Doctoribus, panem azymum eſſe conſecrationi magis aptum, ſeu magis conuenientem. Primo: quia Chriſtus azymum adhibuit, eſtque credendus Euchariſtiam conſulto inſtituiſſe & primum conſecraſſe tempore azymorum, propter maiorem aliquam conuenientiam illico referendam. Secundo: Quia S. Petrus teſte Leone IX. vbi ſupra, ritum iſtum Eccleſiæ Romanæ tradidit, & innumerabiles Martyres in Eccleſia, vt cap. 24. idem Leo adiungit, *Noſtris azymis ſaginati vniuerſos idololatriæ fugerunt impetus.* Tertio. Quoniam azymi puritas, & integritas magis decet Chriſtum ſub eius accidentibus exiſtentem & optime ſignificat puritatem, & ſynceritatem quam fideles ad Euchariſtiæ ſumptionem afferre debent. Vnde Paulus, *epulemur* (inquit)

Azymus eſt magis conueniens conſecrationi.

Leo IX. cit.

Digitized by Google

quit) *nō in fermento malitiæ, ſed in azymis ſynceritatis, & veritatis*; Et forte de hoc Myſterio Petrus, ait *Quaſi modo geniti Infantes rationabile ſine dolo,* (dolo vacuum) *lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem.* 1. Petr. 2.

31. Latina Eccleſia minime iudaizat.

Nec ideo Latina Eccleſia dici poteſt Iudaizare, non enim vtitur azymis, vt Iudæi propter legem veterem, & per ſeptem ipſos dies, & in omnibus epulis, ita vt graue crimen eſſet non modo fermentatum illis diebus edere verum etiam in domibus habere vt ex ſcriptura clariſſime conſtat; ſed ſolum azymis vtitur vt Chriſtum imitetur & decentius excipiat ſub ſpeciebus & melius indicet puritatem qua excipiendus in ore eſt; vnde ad communes epulas azymum non adhibent. Imo quia Iudæis primus dies Paſchæ erat primus azymorum quamuis apud nos dies azymorum non ſit, tamen Eccleſia, vt ab eis magis recedat non celebrat Paſcha die 14. Martij, ſed aliis diuerſis. Quo ergo fundamento, vel qua fronte, vocant Græci, ſchiſmatici, & Nouatores Hæretici, Romanam Eccleſiam iudaizare. Certe ſi propterea iudaizat quoniam azymis, etſi aliter ac Iudæi, vtitur, etiam Chriſtiani omnes iudaizare dicēdi ſunt, quoniam, in hebdomada diem vnum feſtiuum habent, etſi alium quam Iudæi.

§. II.

Quid de neceſſitate præcepti.

32. In Latina Eccleſia non in fermentato, ſed in Azymo: in græca vero non in Azymo ſed in fermentato debet ſacerdos conſecrare.

PRima concluſio ſit; Eccleſiæ Latinæ non eſt neceſſarium neceſſitate præcepti, conſecrare in pane fermentato, ſed in azymo, & è contra Eccleſiæ Græcæ neceſſarium præcepti neceſſitate nō eſt conſecrare in azymo, ſed in fermentato. Eſt aſſertio totius Eccleſiæ Latinæ atque adeò verè Catholicæ & proinde ad fidem pertinens. Vtraque pars quatenus negat, liquet. Quoniam Eccleſiæ Latinæ licitum eſt conſecrare in azymo, & Græcæ in fermentato; proinde nec illi neceſſariū eſt neceſſitate præcepti celebrare in fermentato, nec huic in azymo. Pars etiam vtraque quatenus affirmat etiam claret, nam Eccleſiæ Latinæ nefas eſt celebrare in fermentato, & Græcæ in azymo: Ergo illi neceſſarium eſt neceſſitate præcepti conſecrare in azymo, & huic in fermentato.

33. Quid Latini ſacerdotes degentes in Græcia: & quid Græci degentes in Terris Latinorum cum Eccleſia propria ſuæ gentis?

Secunda concluſio. Latini ſacerdotes, in Græcia commorantes ſi permittantur ibi propriam Eccleſiam habere tenentur conſecrare in azymo, & ſimiliter Græci in terris Latinorum propriam habentes Eccleſiam conſecrare tenentur in fermentato. Eſt etiam aſſertum communiſſimum, & omnino certum vtpote traditum à Leone IX in Epiſt. 1 cap. 29. & perſuadet vſus vt Græcorum Romæ, & Latinorum Conſtantinopoli, vel etiam in Æthiopia. Ratio vero eſt. Quoniam hoc ipſo quod permittantur propriam habere Eccleſiam, perinde ſe habent Latini ac ſi inter Latinos, & Græci ac ſi inter Græcos eſſent. Porro in Eccleſia Græcis inter Latinos permiſſa nefas eſt Latinis conſecrare in fermentato. Sic ut etiam in Eccleſia Latinis inter Græcos permiſſa, nefas eſt Græcis conſecrare in azymo. Quia priuilegium iis ſolis conceditur quibus Eccleſia. Quocirca Romæ in Eccleſia Græcorum non permitteretur Latinorum quiſpiam fermentatum adhibere: Sicut neque in reliquis Miſſæ ceremoniis Græcorum ritum imitari. Niſi forte ſacerdos Latinus in Eccleſiæ Græcæ vel Græcus in Latinæ Parochum Capellanum, Vicarium, aut Beneficiarium eligeretur: tunc enim non ſolum poſſet, verum etiam deberet eius rei morem in omnibus ſequi, quod ex proxima concluſione clarius conſtabit.

34. Quid ſi ſacerdos habeat domicilium, non verò Eccleſiam propriã ſuæ Gentis.

Tertia Concluſio. Sacerdos Latinus habens domicilium inter Græcos, & Græcus inter Latinos, tenetur ſeruare ibi ritum illorum, inter quos habet domiciliū. Hoc ſatis innuit Leo IX. epiſt. 1. cap. 29. ad finem, dum ad pacem, & vnionem pertinere, ait, quod Græci in ſuis Eccleſiis apud Latinos fermentato, & Latini in ſuis apud Græcos azymo vtantur. Hæc enim eſt aſſertionis optima, & vnica ratio. Quia ſcilicet Sacerdos eſt pars, & membrum illius Eccleſiæ in qua domicilium habet; ac proinde tenetur legibus, & conſuetudinibus illius. *Dixi tenetur ſeruare ibi*: tum quia ſi peregrinatur in alia Eccleſia non tenebitur vt ſtatim dicemus: tum etiam quia ſi vnum domicilium habeat inter Græcos, & alterum inter Latinos in quorum ſcilicet vno, ſit per ſemeſtre, & in altero, per alterum ſemeſtre, dum erit in vno tenebitur illius ritibus ſe conformare & dum fuerit in altero illius, vt in Tract. de legibus eſt certum.

35. Græcus Peregrinans breui tempore inter Latinos, & Latinus inter Græcos, poteſt pro libito vti Azymo, vel fermentato in Miſſa.

Quarta concluſio. Si Latinus Sacerdos inter Græcos aut Græcus inter Latinos peregrinetur aut negotij cauſa breui tempore commoretur, pro libito licite poterit, ſiue azymo, ſiue fermentato ad conſecrationem vti. Eſt etiam communis Doctrina, quam hic tradunt Suarez Diſp. 44. ſect. 1. §. *Illud v. to*, & Sanchez tom. 1. de Matrimonio lib. 1. Diſp. 18. q. 2. num. 10. Quia ſcilicet Peregrini dum à loco ſui domicilij abiunt, non tenentur legibus, & conſuetudinibus locorum per quos tranſeunt. Niſi talium non obſeruatio, ſit aut locis detrimento, aut proximis ſcandalo niſi quoad ſolemnitatem contractuum vno excepto dotis. Confirmatur vſu ipſo, & conſuetudine Videmus enim Græcos ſacerdotes, dum per hæc Hiſpaniæ loca tranſeunt, Græco ritu Miſſas celebrare, & fermentatum adhibere Quod ſi Pontificis aut Nuntij facultatem in ſcriptis offerunt, non tamen præciſe, vt hoc ipſis liceat, ſed vt Ordinariis locorum conſtet eos non eſſe ſchiſmaticos, ſed cum Eccleſia Romana ſentire; cuius rei gratia, quidam Archiepiſcopus, cuius ego ſacro interfui, ad finem Miſſæ ex præcepto Pontificis, benedicebat populum, ritu, & verbis illis Latinis. *Benedicat nos omnipotens Deus*, &c.

36. Sacerdos vagus tenetur vti pane, iuxta morem & ritum Eccleſiæ, per quam tranſit, & in qua celebrat.

Quinta Concluſio Sacerdos vagus, ſiue Græcus ſit, ſiue Latinus tenetur pane illo, ſiue azymo, ſiue fermentato vti qui eſt in more apud illos per quorum loca ipſe tranſit. Sequitur palam ex doctrina communiſſima pronunciante, Vagos cum non habeant ſpeciale, & fixum domicilium, cenſeri incolas loci in quo exiſtunt, & ita ſeruari videmus, in aliis materiis. Cur igitur non in iſta.

37. Græcus in ſua Eccleſia, & Latinus in Eccleſia Latina, in nullo caſu ritum propriũ immutare poteſt.

Sexta concluſio eſſe poteſt. Sacerdos Græcus, in ſua Eccleſia nequit in azymo, nec Latinus in ſua fermentato vti, etiam ſi aliàs ſacrum omiſſurus ſit, aut æger ſine viatico diſceſſurus. In hoc etiam plerique Doctores conueniunt, quoniam nec Miſſæ ſacrificium nec Euchariſtiæ ſacramentum, eſt medium ad ſalutem neceſſarium; nec eius præceptum obligat, niſi quando

Digitized by Google

quando cum debitis circumſtantiis obſeruari poteſt: vna vero illarum eſt vt Euchariſtia debitè, & ſecundum communem legem & conſuetudinem conficiatur; alioqui poſſet Sacerdos, vt viaticum Ægro præberet conſecrare ſine veſtibus ſacris & nullis conſecrationi precibus præmiſſis quod nemo admiſerit.

38. Vno excepto ſolummodo, ſi mortis periculum & citra Religionis contemptum, ſit euaſurus non aliter.

Septima concluſio. Poſſet tamen licite ſacerdos Græcus in Eccleſia ſua panem azymum adhibere, & Latinus in ſua fermentatum ad euadendum mortis periculum, dum tamen iſtud in Eccleſiæ, vel Religionis contemptum non ei inferretur, ſiue intenderetur. Prior pars eſt clara: quia lex humana cum tanto periculo non obligat; conſecrare autem in azymo determinate, & in fermentato determinate lex humana dumtaxat eſt. Poſterior pars æquè eſt certa; quia tunc ei periculo ſuccumbere eſſet infidelibus quatenus infidelibus cedere, atque adeo in grauem Religionis iniuriam, quorum vtrumque intrinſece malum eſt, & per conſequens legi naturali, & diuinæ prohibitum.

DISPVTAT. XXVIII.

De Materia remota conſecrationis ſanguinis.

Sectio I. *Quodnam vinum ſit conſecrationis materia.*

§. 1. *Vinum de Vite requiri probatur Chriſti verbis*, de hoc genimine vitis.

§. 2. *Exponitur* Tò *donec bibam illud nouum.*

Sectio II. *Quale vitis vinum ad conſecrationem aptum ſit.*

Sectio III. *An & quantum aqua naturalis vino admiſcendum ſit.*

§. 1. *Aquam admiſcere nec ſacramento contrarium eſt nec neceſſarium.*

§. 2. *Miſceri tamen debet non ex præcepto diuino, ſed ex Eccleſiaſtico.*

§. 3. *De circumſtantiis miſtionis aquæ.*

Sectio IV. *Num aqua quæ vino conſecrando infunditur immediate in Chriſti ſanguinem conuertatur.*

§. 1. *Aſſertiua pars multos ſemper habuit, & habet grauiſſimoſque Patronos.*

§. 2. *Probatur ex Patribus Græcis.*

§. 3. *Aſtruitur ex Patribus Latinis.*

§. 4. *Firmatur ex cap. cum Marthæ de celebr. Miſſar.*

§. 5. *Fulcitur tribus reliquis rationibus.*

§. 6. *Commendatur deſtructione oppoſitionum.*

SECTIO I.

Quodnam vinum ſit eius conſecrationis materia.

1. Aquæ ſolius vſus in Myſterio apud quoſdam Hæreticos

Vinum eſſe neceſſarium ad conſecrationis valorem Catholica eſt aſſertio contra Tertianos, qui teſte Epiphanio Hæreſi 46. ſolum aquam ad panem adhibebant. Si tamen verba conſecrationis vſurpabant, aut veram tranſſubſtantiationem credebant. Vinum quidem iſtud de vite eſſe debere conſtat ex Concilio Florent. in Inſtructione Armenorum §. Tertium eſt ſacramentum, & quia ſolum iſtud, & abſolute eſt vinum. Libet tamen id confirmare ex Chriſti verbis, vnde Eccleſia ſuam accepit definitionem.

§. I.

Vinum de vite requiri, probatur Chriſti verbis de hoc genimine vitis.

Chriſtus apud Matth. 26. v. 29. Sic loquitur: *Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico autem vobis non bibam à modò de hoc genimine vitis vſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei.* 2. Matth. 26. Apud Marcum autem cap. 14. verſ. 24. & 25. ita: *Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: quia iam non bibam de hoc genimine vitis vſque in diem illum, cum illud bibam nouum in Regno Dei.* Marc. 14. Quibus ex locis plane conſtat Chriſtum conſecraſſe vinum de vite, cum ſtatim poſt conſecrationem potum illum vocet genimen vitis; non quod adhuc vinum eſſet ſubſtantialiter, vt Nouatores confingunt ſed quod immediate antea vinum ſubſtantialiter fuiſſet, & tunc vini formam externam retineret; qua ratione de homine ſancto qui nunc præſente nobis expirauit, dicere ſolemus: Non fuit ante plures annos quiſpiam huic homini ſanctitate par. Et Geneſ. 3. dicitur, Euam alloqui ſerpens & loquebatur Dæmon ſerpentis larua tectus. Quomodo Potum conſecratum vocet Chriſtus genimen vitis.

At inquies. Lucas cap. 22. v. 13. & proximè ſequentibus ita commemorat. *Euntes autem inuenerunt ſicut dixit illis, & parauerunt Paſcha, Et cum facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo. Et ait illis: Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in Regno Dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit Accipite, & diuidite inter vos, dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis donec Regnum Dei veniat. Et accepto pane, gratias egit, & fregit & dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur: Hoc facite in meam commemorationem. Similiter, & calicem, poſtquam cœnauit dicens: Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo qui pro vobis fundetur. Veruntamen ecce manus tradentis me*, &c. Vbi bis loquitur Chriſtus de cibo, ſimul & potu: ſemel quidem vſque ad illa verba: *Donec Regnum Dei veniat*: & in illo tractu non conſecrat, & tamen ait, ſe nec illo cibo, nec potu vſurum donec Regnum Dei veniat. Iterum autem de cibo, & potu poſt iſta ipſa verba loquitur: & quidem vtrumque conſecrat, nec tamen addit ſe non eo cibo potuque vſurum donec veniat Regnum Dei: Ergo illa verba *de genimine vitis*, quæ Lucas affert non referuntur ad vinum conſecratum ſed ad vinum commune; ac proinde nec verba ſimilia, quæ Matthæus, & Marcus referunt, ideoque illis non probatur aſſertio. 3. Lucæ 22.

Ob hanc diuerſitatem, quæ multorum vexat ingenia, dicere quiſpiam poſſet, Lucam adductas narrationes, duas commemorare Chriſti cœnas. Vnam quidem legalem in qua comedebatur 4.

Digitized by Google

batur paſcha, ſeu paſchalis agnus, & de hac inducere Chriſtum dicentem ſe non amplius eius eſu, nec eius potu in vita mortali reficiendum; idque afferre Lucam, quia Matthæus, & Marcus omittunt. Alteram vero cœnam Euchariſticam, in qua Chriſtus panem, & vinum in ſuam ſubſtantiam conuertit, & diſcipulis tradidit, & de hac non inducere Chriſtum dicentem ſe dum mortalis viueret, non iam amplius eam celebraturum. Quæ doctrina licet admittatur, nihil nocet, ſed fauet probationi, quam afferimus ex Chriſti verbis, *de genimine vitis*, cum aſſerat, Chriſtum ea verba de calice communi, & minime conſecrato, & etiam de calice conſecrato protuliſſe.

Tres Euangeliſtæ referunt eadem verba; an de eodem potu diſquiritur.

5. Exiſtimo Lucam ad eundem cibum, & ad eundem potum ea verba referre ad quos Matthæus, & Marcus referunt. Lucam tamen diuerſo ordine per anticipationem illa poſuiſſe verba, res autem ad quæ dirigebantur ſemel commemoraſſe, ſemel quidem ſub nuda ratione cibi, & potus, iterum autem ſub ſpeciali ratione talis cibi, nempe panis in Chriſti corpus: & ſub ratione ſpeciali talis potus, nempe vini in Chriſti ſanguinem verſis: proinde Chriſtum etiam teſte Luca vinum de vite ad ſanguinis conſecrationem adhibuiſſe pronunciaſſe. Et vero duos calices à S. Luca memoratos expreſſè tradit S. Hieronymus in Matth. 26. ad verſ. *cœnantibus autem illis*, inquiens; *In Luca duos legimus calices, quibus diſcipulis propinauit.* Conſentit Salmeron. Tom. 9. Tract. 14. Paſchaſius Ratbert. lib. de corpore & ſanguine Chriſti in Biblioth. vet. Patrum tomo 6. explicans illud idem: *Cœnantibus autem illis.* Atque hanc ſententiam, vt à me propoſita, & confirmata eſt, arbitror, tenendam & aduerſantis impugnatione firmandam.

S. Hieronym.

Salmeron. Paſch. Ratbertus Abbas.

6. Ait enim S. Auguſtinus, Ianſenius, & Maldonatus, quos allegat, & approbat Vazquez diſp. 186. cap. 4. n. 28. vſque ad 33. Lucam per anticipationem adhibuiſſe verba illa. *Non bibam a modò de generatione vitis, &c.* Sed contra primo: Quia Lucas aperte adducit partem à Matthæo, & Marco prætermiſſam, & à Chriſto Domino de cibo prolatam: *Non manducabo illud* (paſcha) *donec impleatur in Regno Dei*: Ergo non anticipatione vſus eſt, ſed ſuppletione illorum quæ Matthæus & Marcus prætermiſerant. Confirmatur validiſſime: Quia Lucæ textus hic habet: *Parauerunt Paſcha, & cum facta eſſet hora diſcubuit,* (vtique comedit Paſcha) *& ait illis: Deſiderio deſideraui, hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud,* (ſcilicet Paſcha) *donec impleatur in Regno Dei.* Hæc ſanè palam dicta ſunt de cibo, & ſub ratione cibi: Atqui verba illa, *De genimine vitis*, non de cibo, ſed de potu, & ſub ratione potus dicta ſunt. Ergo Lucas, non anticipatione vſus eſt, ſed omiſſarum appoſitione.

7. Contra ſecundo, quia ſi vera contrariorum reſponſio foret, profectò Lucas non ſolum vnam, ſed etiam plures feciſſet anticipationes, & proinde valde perturbatam, & ineptam narrationem. Cum enim Chriſtus teſte Luca de cibo dixerit: *Non manducabo ex eo* &c. & teſtibus Matthæo, & Marco, & tota conſentiente Eccleſia poſt conſecratum vinum dixerit, non bibam à modo &c. ſanè neceſſe eſt concedant Aduerſarij, protuliſſe Chriſtum verba illa; *Non manducabo,* poſt panis conſecrationẽ: itaque prius conſecraſſe panem, & ſtatim dixiſſe: *Non manducabo à modo &c.* deinde conſecraſſe vinum, & dixiſſe: *Non bibam à modo &c.* Lucam autem cum prius retulerit *Non manducabo; Non bibam* & poſtea panis, & vini conſecrationem duas feciſſe anticipationes, vnam referendo dictas ſententias: *Non manducabo: Non bibam &c.* ante conſecrationem; cum Chriſtus illas non niſi poſt conſecrationem pronunciaſſet: alteram referendo verba hæc: *Non bibam*, non ſolum ante conſecrationem vini, ſed etiam ante conſecrationem panis: cum tamen Chriſtus non niſi poſt ambas ea dixiſſet. Non ergo credendus eſt narrationem adhibere tam multiplici anticipatione perplexam, ſed eorum quæ Matthæus, & Marcus omiſerant, additione perfectam.

Præterea Lucas inducit Chriſtum dicentem: *Non bibam à modo de generatione vitis, donec Regnum Dei veniat.* Quæ quidem verba planiſſime, & facilime intelliguntur dicta de communi potu cum agant *de generatione vitis* non de *hac generatione vitis*: quæ vero Matthæus, & & Marcus referunt, contractiora ſunt, & proinde à Doctoribus intelliguntur de hoc ſpeciali potu, & vitis genimine ſcilicet conſecrato. 8.

Dices Chriſtus apud Lucam de Paſchate dicens; *non manducabo ex eo*, intelligitur agere determinate de paſchali cibo: Ergo ipſum dicens: *Non bibam de generatione vitis*, intelligitur agere de ſpeciali potu, ac proinde nulla eſt hæc tertia ratio. Nego Conſequentiam Quia Chriſtus ait, ſe non amplius manducaturum ex paſchate, donec ipſum paſcha *perficiatur in Regno Dei*; perficiatur, inquam; tanquam figuram per figuratum: Quando autem apud Lucam, ait, ſe non biturum de generatione vitis, non ſubdit, donec perficiatur in regno Dei, quia ſcilicet communis ille potus cum non eſſet in lege præſcriptus, non erat figura atque adeo non erat per figuratum perficienda. Proinde conuenientiſſime Chriſtus intelligitur locutus de cibo Paſchatis ſpeciatim, de potu autem generatim; ac proinde neutiquam de vino aliquo vel myſterioſo vel conſecrato, cum tamen apud Matthæum, vel Marcum apertiſſime loquatur de vitis genimine conſecrato.

Chriſtus locutus eſt apud Lucã de vino generaliter; apud Math. vero & Marcum de vino conſecrato.

§. II.

Exponitur τὸ: Donec bibam illud nouum &c.

INſtabis vero; quia Chriſtus apud Matthæum 9.
& Marcum poſt vinum conſecratum dicit: *Non bibam à modo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cum illud bibam nouum in Regno Dei. Nouum* autem idem hîc ſonat atque *perfectum*: non autem perfectum, vt perficitur figura per figuratum: nam vinum conſecratum deſignari tunc poteſt cum dicitur aliud, quod vini figura ſit. Ergo &c. Huius tantùm obiectionis expeditio ſupereſt ad plenam horum trium teſtimoniorum explicationem Mitto, quod alicui forſan occurrat, Euchariſtiam totam, atque adeo vinum conſecratum, dici figuram æternæ beatitudinis.

At P. Vaſquez diſp. illa, 196. cap. 6. num. 50. exiſtimat per illud *Nouũ* intelligi à Chriſto vinum metaphoricum æternæ beatitudinis. Sed contra primo: quia ſententia hæc, omnino ſup-

ponit

Digitized by Google

ponit particulam *illud* non referri ad vinum conſecratum, cum tamen ad ipſum manifeſte referatur: ſiquidem Græcè non eſt, *ἐκεῖνο*, id eſt, *illud*, quaſi illud aliud; ſed, *αὐτὸ*, i. *ipſum*, vel *idem*. Secundò, quia paulo ante, num. ſcilicet 49. reiicit Vaſquez aſſerentes Chriſtum per illud nouum intelligere immortalitatem corporis; cauſatus quod hæc non ſit præſtantius quid vino conſecrato: igitur Vaſquez à ſeipſo diſcedit. Tertio: quia Chriſtus ait, non bibam de hoc genimine vitis donec illud bibam vobiſcum, ſcilicet de illo ſimul bibentibus: Atqui beatitudinem etiam corporalem, antea Chriſtus bibit quàm cum Diſcipulis eam ſimul bibentibus biberet: Ergo Chriſtus de iſta minime loquitur.

10. Chriſtus loquitur de Euchariſtia ipſa iterum ſumenda Poſt reſurrectionem ſuã.

Exiſtimo Chriſtum hic agere de vino conſecrato, & de propria illius ſumptione, à Chriſto facienda, ſimul cum Apoſtolis poſt reſurrectionem, conſonat huic noſtræ. Interpretationi S. Eucherius Epiſc. Lugdunenſ. in lib. qq. difficilium Scripturæ ſacræ; quem citat P. Ludouicus de Lacerda in Aduerſariis ſacris cap. 115. num. 145. dicens. *Regnum Dei, vt Docti interpretantur, Eccleſia eſt, in qua quotidie bibit ſanguinem ſuum Chriſtus per ſanctos ſuos, tanquam caput in ſuis membris.* Ita ille.

Deinde probatur ex contextu, *Quia imprimis*, ait Chriſtus: *Non bibam de hoc genimine vitis, donec* (*αὐτὸ* id eſt, *ipſum*) *bibam in Regno Patris mei*: *ipſum* autem apertiſſimè cadit ſupra id quod immediate præcedit, & iſtud eſt vinum conſecratum. Deinde iſtud ipſum dicit nouum & perficiendum in Regno Patris mei, ſcilicet innouandum, & illuſtrandum gloria corporali in Eccleſia poſt reſurrectionem, cum antea vinum illud etiam conſecratum corporali beatitudine careret. Si enim homo ad gratiam ſanctificantem euectus dicitur homo nouus: pari in re, vinum conſecratum, ex Chriſti ſtatu beatitudinis corporalis, ad ipſam beatitudinem translatum, dicitur *nouum*.

11. Chriſtus poſt reſurrectionem ſumpſit Euchariſtiam atque adeo vinum conſecratum.

Quod vero Chriſtus poſt reſurrectionem, ſacram Euchariſtiam, atque adeo vinum conſecratum vna cum Apoſtolis ſumpſerit, ſatis receptum eſt apud Interpretes Luc. 24. dum illum agnouerunt in fractione panis, nempe in illo conuiuio. Deinde mihi res videtur certiſſima, Chriſtum, dum illis 40. diebus, de Regno Dei cum Apoſtolis loqueretur, & iſtis ſacra Myſteria doceret, ac de futuris ritibus Eccleſiæ inſtitueret, præbuiſſe illis ſæpius ſacram Euchariſtiam, & cum ipſis eam percepiſſe Ad hanc igitur perceptionem reſpexit dicens; *cum ipſum bibam vobiſcum in Regno Patris mei vel, in Regno Dei*, hoc eſt, *in Eccleſia noua*; cùm iam mihi traditus fuerit poſt reſurrectionem omnis poteſtatis vſus.

12. Firmo hæc omnia. Quia nihil eſt aliud ad quod apte referri poſſint verba: *cum illud bibam nouum.* Tum quia non ait *ἐκεῖνο* illud; ſed, *αὐτὸ* *τὸν* *bibam ipſum*; Et ſpeciatim ad beatitudinem corpoream referri non poteſt, quia Chriſtus antea illud bibit quam Apoſtoli qui nondum iſtam biberunt; & præterea bibere Beatitudinem ſiue corporis ſiue animæ ſiue vtriuſque duriſſima eſt locutio, & fundamentum non habens, & præterea præbens occaſionem vſurpandæ alterius locutionis, nempe manducare; & bibere Chriſtum in Baptiſmo, vel per fidem. Econtra vero iuxta declarationem à me traditam, omnia clare intelliguntur,

Niſi *hoc genimen vitis* eſſet vinum ipſum conſecratum; locutio Chriſti eſſet duriſſima.

nempe hoc ſenſu. *Non bibam amplius de hoc vino conſecrato, quod nunc dotibus glorioſi corporis caret; donec poſt reſurrectionem meam in Eccleſia & Regno, iam mihi perfecte tradito, ſimul vobiſcum bibentibus bibam, glorioſi corporis dotibus, ornatum, & innouatum*: Vbi omnis vitatur durities, præſertim illa quæ beatitudo corporis eſſet vinum in Cœlo bibi &c.

Eſt autem Propriſſima, & facillima ſenſu.

At inquies, recuſari non poſſe hanc metaphoram. Nam eam Chriſtus ibidem palam vſurpat, nempe apud Lucam eodem cap 22. verſ. 30. dicens: *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt Edatis & Bibatis ſuper menſam meam in regno meo.* Manducare ſiquidem, & bibere cum Chriſto in eius menſa non aliud eſt quam æterna frui beatitudine ſimul cum Chriſto: ſicut iudicare duodecim tribus Iſrael, non aliud eſt quam eſſe Chriſti glorificati, & mundum iudicantis, veluti coniudices glorificatos. Quod firmabis ex illo. Mat. 19. verſ. 28. vbi Chriſtus ipſe ait Diſcipulis: *In regeneratione, cum ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis, & vos iudicantes duodecim tribus Iſrael.* 13.

Matth. 19. verſ. 28.

Reſpondeo cum S. Auguſtino *lib. 20. de ciuitate Dei, cap. 9. verſu, Non hoc putandum eſt de vltimo iudicio dici; ſed ſedes Præpoſitorum, & ipſi Præpoſiti intelligendi ſunt, per quos Eccleſia nunc gubernatur. Negandum eſt Antecedens.* Quia contendo, nullum eſſe opus eiuſmodi metaphorica locutione. Vnde ad probationem ex Lucæ 22. verſ. 30. Reſpondeo retorſione illius teſtimonij probati. Quia cum Chriſtus in menſa eſſet, & de eodem cibo, & potu ad feliciorem conditionem transferendis, & ſimul cum Apoſtolis poſt reſurrectionem in Chriſti Eccleſia ſimul cum Chriſto ſumendis eſſet locutus: ſanè conſecutio ipſa poſtulat, & flagitat, vt per verba *comedendi*, & *bibendi* & per nomen *menſæ in Regno ſuo*, non tranſiret ad cibum, potum, & menſam, & manducationem, & bibitionem metaphoricam, ſed in propria perſiſteret. Secundo; quia locus ille de propria menſa, cibo, & potu Euchariſtico, & de propriis circa hæc actionibus aptiſſime intelligitur; ita ſcilicet, vt poſt reſurrectionem Apoſtoli cum Chriſto Euchariſtiam ſumpſerint non vtcumque ſed vt Sacerdotes ſub vtraque ſpecie & proinde tamquam iudices conſtituti cauſarum ſpiritualium totius Eccleſiæ: hæc enim iudicialis poteſtas ſacerdotibus atq; adeo in Chriſti menſa, Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie participantibus à Chriſto delata eſt. 14.

Quoniam ſine incommodo Verba *comedendi*, & *bibendi ſuper menſam* à Chriſto hic ſumuntur propriè, & ſine tropo.

Sacerdotes iudicantes in Eccleſia Chriſti ſedent.

Et menſa Chriſti, quæ eſt Euchariſtia in Eccleſia Chriſti participant.

Ad confirmationem, Reſpondeo; me in illis verbis ſemper agnouiſſe cùm S. Auguſtino, Hilar. & aliis, DD. in quibus P. Alcazar in Apoc. cap. 1. Not. 7. ſenſum hunc valdè literalem: *In regeneratione* mundi per Baptiſmum, cum Filius hominis ſedem Maieſtatis, hoc eſt, ſupremi Iudicis, poſſidebit, & in Eccleſiam vniuerſalem ius dicet: tunc vos qui eſtis duodecim, ſedebitis ſuper duodecim ſedes, nimirum Epiſcopales, iudicantes ſeu ius dicentes in cunctos Eccleſiæ ſubditos. Hic enim ſenſus & verbis apertiſſimus & ipſi rerum ſeriei congruentiſſimus eſt, & nullam continet difficultatem. Addo, incredibile eſſe, quod locum iudiciarium, ſub nomine iudicum, & ſacerdotum poteſtatem, non alicubi expreſſam reliquerit, nullibi autem expreſſit, niſi hic vbi maximus honor conceditur Apoſtolis, ſuprema Poteſtas gubernandi totam Eccleſiam, intelligatur. 15.

Senſus literalis Matth. 19. verſ 28. de iudiciaria Poteſtate in Eccleſia.

Conſi

Digitized by Google

Math. 19. verſ. 9. & 30.

Confirmo. Quia ſtatim addit Chriſtus: *Et omnis qui reliquerit domum, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit*: & illud *centuplum* intelligit, in hac vita eſſe recipiendũ, vt conſtat ex Marc. cap. 10. verſ. 30. Quod autem ſicut ſacerdotibus, iudiciariam poteſtatem iſtis non promiſit ſupplet cumulatiſſime aſſerens *& vitam æternam poſſidebit*. Atque hic ſenſus minimè excludit, eum ſiue literalem, ſiue anogogicum de Apoſtolis, & Apoſtolicis viris in extremo iudicio ſimul cum Chriſto ſupremo iudice reliquos homines imo, & Angelos iudicaturis.

Adductus à nobis ſenſus non excludit alium de Extremo iudicij die.

SECTIO II.

Qualis vitis vinum ad conſecrationem aptum ſit?

16. Vinum vitis vſuale debet eſſe.

RESpondeo illud eſſe aptum, quod abſolute eſt vinũ vitis, & vſuale: illud ineptũ quod vel non eſt vitis, vel non vſuale: Illud dubium quod vnam, vel alteram iſtarum conditionum dubiam habet. Conſtat enim ex dictis, Chriſtũ ſicut Euchariſtiã inſtituit in pane triticeo vſuali, ſic eandem inſtituiſſe, in vino vitis etiam vſuali.

Materia apta non eſt Agreſtę vinum ſiue omphacium.

Inde fit primo ineptam eſſe conſecrationis huius materiam aggreſtam, ſiue omphacium, hiſpane *agraz*, qui eſt ſuccus expreſſus ex vuis antequam matureſcant. Quia vinum vitis non eſt niſi quod ex vuis exprimitur vel omnino maturis, vel ſaltem fere omnino maturis, nimirum quæ depoſita ſucci accerbitate dulceſcant. Hæc vero maturitas cum plus & minus accipiat non eſt indiuiſibiliter ſpectanda, ſed prudenti iudicio metienda; ſicut in aliis liquoribus de quibus infra aliquid dicemus.

17. Neque lora.

Secundo fit, quod Latinis vocatur lora: & hiſpanis aqua pie, & hiſpanorum ruſticis aqua Las: trimembri diſtinctione eſſe vtendum. Primo enim vt communiter fit, materia eſt inepta. Fit enim ex vuis iam expreſſis prælo, & pæne exhauſtis, appoſita tamen ingenti portione aquæ, vt non habeat vini ſubſtantiam, ſed quandam ſimilitudinem. Secundo ſi alicubi fiat ex vuis non admodum expreſſis, ita ſcilicet vt multò maior portio ſit ſucci, quam aquæ, & iſtam ad ſe trahat, & in ſuam ſubſtantiam conuertat, ſane eiuſmodi lora valide conſecraretur quia ſimpliciter eſſet vinum de vite, & vſuale, & ſic vix mereretur nomen loræ, niſi ob impoſitam ſimilitudinem: Tertio ſi fieret ex vuis ſiue exhauſtis, ſiue non exhauſtis, adhibita vero tanta aquæ quantitate, quæ ſucci quantitatem lõge ſuperaret, tametſi hæc ingenti ſucci vinacei permixta in vinum tota tranſiret, non mihi videretur valide conſecrabilis, quia reuera non eſſet vinum de vite, hoc ita confectum.

18. Neque factũ ex vuis paſſis omnino.

Tertio fit, circa vinum paſſum etiam diſtingui oportere. Nam ſi perfecte paſſum ſit, hoc eſt ex vuis perfecte paſſis, & poſtea madefactis, ineptum eſt; quia vini ſubſtantiam non habet, nec vinum vſuale cenſetur. Si tamen ex vuis imperfecte paſſis fiat; & quæ ſimpliciter vuarum rationem habeant, aptum erit, quia ſimpliciter vinum, etſi delicatius, & dulcius.

Quarto fit liquores aliquos, qui ex vino iam confecto, & ad ignem nouiter cocto fiunt ineptos eſſe ad conſecrationem. Eiuſmodi eſt Aqua vitæ, Hiſpane aqua ardente, qui eſt liquor ex vino vehementer calefacto per fiſtulam diſtillatus, & ardentiſſimus, & à vino ſubſtantialiter decoctus, & ſaltem minime vinum vſuale. Tale eſt etiam quod Latini vocant ſapam, Hiſpane arrope, nam longa ignis contractione vini eſſentiam, & vini vſualis rationem deperdit.

Neque Aqua vitæ vt vocant.

Nec ſapa.

Quinto fit: Acetum proprie, & ſtricte tale eſſe conſecrationi prorſus ineptum. Quia non eſt vinum. Dixi proprie, & ſtricte acceptum. Quia ſi ſolum ſit vinum fugiens, ſiue aceſcens, valide conſecrabitur, vt notant Doctores cum S. Thoma quæſtio. 74. art. 5. ad 2. nec de alio cenſendus eſt loqui Innocentius libro 4. de offic. Miſſæ cap. 30. dum ſcribit vinum acidum, quod aceum appellatur poſſe conſecrari valide: non enim credendus eſt agere de illo quod appellatur acetum proprie, ſed late, alioquin deſerendus eſſet falſam ſuadens doctrinam: Et quidem ſic videtur ſe habere, cum adiungat peccatum mortale eſſe in eo conſecrare, nam ſi non adſit aliud vinum niſi aceſcens, nullius peccati damnaret illum, qui in eo conſecraret; præſertim ſi dies eſſet feſtiuus; nec ipſe ſacerdos, aut alij ſacro alteri poſſent adeſſe. Si tamen dubium eſſet, an eſſet acetum proprie, peccatum graue eſſet, quia tale eſt dubium ad ſacramenti materiam ſpectans, & materiam dubiam adhibere Myſterio ſanctiſſimo Religio vetat, vt alibi diximus.

Nec Acetum perfectum.

Quãuis poſſit conſecr. vinum fugiens, ſiue acidum.

Sexto fit ſuccum incluſum adhuc in Acinis, ſeu granis vuarum maturarum, non poſſe in illis conſecrari. 19.

Non quidem quod eſſentialiter differat à ſucco ex vuis expreſſo; nam incredibile eſt per ſolam expreſſionem ſubſtantialiter tranſmutari: ſed duabus de cauſis, quarum alterutra conſecrationis valorem impediret. Prior quia dum in acinis includitur, non habet formam, & ſtatum vini potabilis. Altera, quia licet eam formam, & ſtatum haberet tamen non poſſet ad ſenſum demonſtrari, pronomine *Hoc*, aut *Hic*. Nam his pronominibus illud ſolum demonſtratur quod vel in ſe ipſo ſumitur, vel in vaſe illud ſolum vel fere ſolum continente. Succus autem ille, dum in acinis incluſus eſt, nec in ſe ipſo ſumitur, vt patet; nec in vaſe illum ſolum, aut fere ſolum continente, ſed ipſum, & aliam materiam in qua imbibitur, & ſimul granulum, quod vitis ſemen exiſtit.

Neque valet ſuccus, ſeu muſtum incluſum acinis,

Quia nõ habet ita cõtentus ſtatũ vini potabilis.

Septimo fit. Succum ex vuis maturis recens expreſſum, Latine muſtum, Hiſpane 20.

moſto materiam eſſe ad conſecrationem idoneam, vt cum S. Tho. quæſtio. 74. art. 5. Doctores omnes admittunt: Quia ſimpliciter eſt vinum. Primo, quoad nomen, nam ſtatim coctũ vinum vocatur, & dicitur torcular vbi exprimitur, tot habere vini amphoras. Secundo quoad eſſentialem formam, nam dici nõ poteſt per ſolam efferueſcentiam ſubſtãtialiter tranſmutari. Tertio quoad formam potabilẽ, vt per ſe claret. Quarto quoad effectus vini efficiẽdos. Poſtremo, & quod caput eſt, quia ſolum differt, à vino communi tamquam minus

Muſtum propriè materia eſt apta ſimpliciter.

Quia eſt in ſtatu & forma potabili.

Digitized by Google

nus coctum à magis cocto ; atque vt minus ſalubre, à magis ſalubri ; ideoque licet vſuale non ſit ad potum adhibere muſtum recenter expreſſum ex vuis,& communiter non eſt vſurpatum, vt vinum perfectum: Hoc autem diſcrimen non obſtat, nam etiam eodem modo differt panis azymus à fermentato, & tamen ſimpliciter eſt conſecrationi aptus : Ergo & vinum nondum excoctum. Quod argumentum efficaciſſimum eſt aduerſus Græcos Recentiores ſchiſmaticos, & Hæreticos Nouatores, concedentes liquorem coctum, aptam eſſe materiam, & non panem azymum, vt diſp. 27. ſect. 4. iam attigi : & nunc addo, ſi Chriſtus in vino recenti ex vuis expreſſo conſecraſſet, vel etiam ſi non in eo conſecraſſet, & commode haberi poſſet ſuccus recens ex vuis expreſſus, duriſſimè decerni potuiſſet, vt in eo conſecraretur, quia magis naturale.

Sicut Azymus Panis ad fermentatum ; ita muſtum ad vinum excoctum cõfertur.

21\. Vinum congelatum eſt materia dum manet congelatũ.

Quia ſubſtantialiter eſt vinum, & per ſe potabile, ſublato impedimento illo ab extrinſeco.

Octauo ſit vinum congelatum, dum congelationem retinet, eſſe validam materiam. Ita Syluester V. Euchariſ. 20. quæſt. 10. Angelus v. Miſſa num. 23. & alij, quos ſequitur Suarez Diſp. 45. ſect. 1. §. *Vnde*. Quia ſimpliciter, & abſolute eſt vinum, & per ſe loquendo potabile, ſolumque non poteſt potari per circumſtantiam accidentalem, eique valde contingentem Sic nimirum ſicut panis duriſſimus qui nulla dentium vi mandi poſſet, ſed deberet prius vel aqua molliri vel lapide molari contundi, & moli; Propinquior autem Potationi eſt vinum congelatum ; vtpote quod ad os admoueri, & lambi poſſet, & liquari,& bibi. Ad hanc ſententiam facit quod vinum conſecratum ſi congeletur retinet conſecrationem : Nam in Miſſali Romano præcipitur, vt applicato linteo calido, liquetur, & ſumatur; non autem vt aliud conſecretur ; quod tamen abſque dubio præciperetur ſi conſecrationem non retineret, quia propter eam cauſam ſi calix effundatur poſt conſecrationem, aliud vinum denuo conſecrari præcipitur. Dixi vero vinum congelatum, poſſe eſſe materiam validam: Quia forte poteſt eſſe inualida vt ſi vehementiſſimo frigore congelatum ſubſtantialiter mutetur ; quæ mutatio deprehendi poterit ex mutatione accidentium coloris & ſaporis &c.

22\. Etiam eſt materia ſufficiens defrutum, atque Hippocraticum vinum.

Tandem ſit vinum artificioſè coctum igne, Latinè *Defrutum*, aut *coctum*, & Hiſpane *vino cocido* & vinum ſaccharo, melle, & aromatibus conditum, latine Hippocraticum, & Hiſpane, *Hypocras*, validam eſſe materiam: Quia parum decoquitur, & ſimpliciter eſt vinum, etſi propter ſolam pretij magnitudinem non ſit vſuale.

SECTIO III.

An, & quatenus neceſſarium ſit aquam vino conſecrando admiſcere.

Sermo eſt de aqua naturali, ſiue vſuali, nam ſola hæc abſolute, & ſimpliciter intelligitur nomine aquæ : ſicut ſolum vinum vitis vſuale nomine vini, & ſolus panis triticeus vſualis nomine panis.

§. I.

Aquam admiſcere nec ſacramento contrarium eſt nec neceſſarium.

Mirandum eſt quod Græci ſchiſmatici, & Nouatores Hæretici, præſertim Germani, & Belgæ non contendant permiſtionem aquæ non ſolum non eſſe conuenientem, verum etiam officere veritati ſacramenti. Sicut enim exiſtimant Chriſtum conſecraſſe in pane fermentato, & ſolum iſtum, aiunt, vſualem panem, ita dicere deberent Chriſtum conſecraſſe in vino, neutiquam lymphato, ſed puro ; & iſtud ſolum eſſe vſuale vinum. Vnde non defuit Germanus qui Hiſpanis ad communem potum vino aquam admiſcentibus obiceret: *Vos ignari creaturam Dei corrumpitis.* Sicut ergo propter eas rationes aiunt panem azymum ineptum eſſe conſecrationi corporis, ita conſequenter dicere deberent vinum lymphatum ineptum eſſe conſecrationi ſanguinis. Præſertim cum tam multos errores partim conſepultos excitauerint, partim ipſi primò adinuenerint, vt videantur nouis excogitandis nullum ferme locum reliquiſſe. 23.

Sugillantur Schiſmatici & Hæretici.

Cæterum: Aquæ miſtionem ſacramenti veritati non officere, vt etiam Hæretici, & ſchiſmatici concedunt, ſtabilitur fundamentis oppoſitis. Nam, & Chriſtus in vino aqua miſto conſecrauit, vt infra probabitur; & vinum lymphatum, vinum verum, & vſuale eſt, non ſolum dum tam modicum aquæ recipit, vt in Eccleſia conſueuit, ſed etiam dum ei tertia pars aquæ infunditur : retinet enim vini ſubſtantiam, & abſolute vinum appellatur. Quòd ſi Patres nonnulli, dum ex profeſſo tradunt, & perſuadent Chriſtum in vino conſecraſſe, nullam de aqua mentionem faciunt; in promptu eſt ratio ; tum quia ſupponunt vinum illud in Paleſtina terra non Auſtrali, & frigida, ſed Orientali & calida cum aqua fuiſſe permiſtum à Chriſto ; tum etiam quia refellunt Hæreticos Aquarios, & Ebionitas qui vinum ab Euchariſtico ſacrificio reiiciebant; ideo Patres toti ſunt in perſuadenda vini admiſtione, hanc enim aquæ admiſtio naturali quadam conſecutione ſequeretur. 24.

Omnes tamen cum Catholicis fatentur Aquæ miſtionem non officere ſacramento.

Aliqui PP. de hac mixtione aquæ mentionem non faciunt quia eam ſupponunt.

In alterum errorem, & proximè refutato extreme contrarium, prolapſus eſt vir alioquin admodum Catholicus, & de Catholica Eccleſia probe meritus Armacanus, lib. 9. de quæſtionibus Armenorum cap. 9. exiſtimans vinum merum ; ſeu paruam, aut nullam aquæ permiſtionem habens, non eſſe materiam idoneam, ſeu ſufficientem ad validam conſecrationem ſanguinis. Refellitur tamen Eccleſiæ totius ſenſu, & perpetua traditione : nam licet ſemper Eccleſia lymphatum adhibuerit, numquam tamen docuit eſſe id ſimpliciter neceſſarium, ſed debere fieri, ad imitandum Chriſtum qui lymphatum adhibuit. Patent hæc duo manifeſtiſſimè, tum quia numquam inuenientur in Pontificum, aut Conciliorum definitionibus, verba, quæ neceſſitatem ad ſacramenti valorem indicent. Tum deinde, quia Eugenius IV. & Concilium Florentinum in inſtructione Armenorum §. *Tertium eſt*, deſignans huic ſacramento materiam neceſſariam, 25.

Eccleſia cenſet, Mixtionẽ aquæ non eſſe neceſſariam ſimpliciter, ad valorem ſacram.

Digitized by Google

riam, ait eſſe panem, & vinum, huic tamen addendam eſſe partem aquæ naturalis: Ergo ſentit hanc miſtionem non eſſe eſſentialem, alioqui dixiſſet materiam eſſe vinum aqua modica permiſtum. Tum poſtremo quia Trident. ſeſſ. 22. cap. 7. ſolum dicit miſtionem iſtam ab Eccleſia eſſe præceptam, Quòd (inquiens) *Chriſtum Dominum ita feciſſe credatur*: Ergo cum Concilium dogmaticè agat, manifeſtiſſime indicat, miſtionem hanc non eſſe neceſſariam neceſſitate ſacramenti, ſed præcepti ad imitandum Chriſti exemplum impoſiti. Sic nimirum vt Latina Eccleſia ſemper vſa fuerit pane azymo non tamquam eſſentiali, ſed ad imitationem Chriſti, qui in azymis conſecrauit: Ergo ſicut error eſſet aſſerere conſecrationem in fermentato eſſe nullam, ita eſt error, conſecrationem in vino non lymphato nullam eſſe.

Et docet, eſſe neceſſariam ex præcepto.

27. Hinc aſſertio probatur à priori: Quia Chriſtus conſecrationem ſanguinis, inſtituit in vino vitis vſuali: Atqui ſiue ſit omnino merum, ſiue modicè lymphatum eſt vinum vitis vſuale: Ergo conſecrationi ſanguinis Domini ſufficiens. Confirmatur diluendis iis quæ in contrarium afferuntur.

Vinum vitis ſiue merum, ſiue lymphatum modicè ſit, eſt vſuale ad potandum.

Primum ex cap. *cum omne crimen*. De conſecratione, diſt. 2. Iulius I. permiſtionem aquæ & vini omitti non poſſe, & hanc reddit rationem. *Nam ſi vinum tantum quis offerat; ſanguis Chriſti eſſe incipit, ſine nobis; ſi vero aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto.* Quam argumentationem mutuatur Iulius ex Cypriano epiſt. 63. ad Concilium; niſi quod Cyprianus ait; dum vinum ſolum offertur, ſanguinem Chriſti incipere eſſe ſine Chriſto, quod optimè Iulius, *eſt ſine Chriſto*, id eſt, *ſine nobis*: quaſi diceret, ſine Chriſti corpore Myſtico. Reſpondemus, hinc roborari Catholicam ſententiam, quæ tradit aquam admiſcendam, ad ſignificandam etiam vnionem Chriſti cum populis: iuxta id: *Aquæ multæ populi multi*. Vnde rectè ait Cyprianus, & Iulius eum exponens, ſi offertur vinum ſine aqua repræſentare Chriſtum tamquam non vnitum plebi: ſi vero aqua offertur ſine vino, repræſentari plebem vt non vnitam Chriſto.

Explicatur Canon ex Iul. 1 Papa & Cypriano.

Iulius Papa mutuatus eſt argumentum ex Cypriano.

28. At inquies: vltrà progredi Cyprianum loco citato, ſtatim enim inquit. Sic vero calix Domini nō eſt aqua ſola, aut vinum ſolū niſi vtrumque ſibi miſceantur; quando nec corpus Domini poteſt eſſe farina ſola; aut aqua ſola, niſi vtrumque adunatum fuerit, & copulatum, & panis vnius cōpage ſolidatus. Atqui permiſtionem aquæ cum farina, nullus negat, eſſe de neceſſitate conſecrationis corporis: Ergo Cyprianus tradit, permiſtionem aquæ cum vino, neceſſariam eſſe ad conſecrationem Calicis. Reſpondeo primò ad ſignificandam vnionē Chriſti cum plebe tam neceſſariam eſſe aquæ, & vini miſtionem, ſicut ad ſignificandam vnionem repertam inter fideles requiritur admiſtio farinæ, & aquæ: nam inter alios fines, vt Patres teſtantur, inſtituit Chriſtus conſecrationem in pane, quia ex multis granis vnus panis efficitur. Secundo reſpondeo, Cyprianum agere contra Hæreticos negantes miſtionem aquæ eſſe admittendam, & videri vergere in contrarium extremum, non quod iſtud intendat, ſed vt ab illo Hæretic[illegible] dimoueat. Tertio quoniā ſimile illud Cypriani ſolitarie ſumptum durum eſſet;

Quam neceſſaria mixtio ad ſignificandam vnionem Chriſti cum plebe.

S. Cyprianus vt Hæreticos ab errore dimoueat, videtur inclinare in contrarium errorem verbis ſolum.

propterea tacite improbatum à Iulio I. dū ſententiam, & rationem Cypriani adhibet, exemplum autem omittit.

29. Alterum quod obiiciunt eſt: Illud eſſe ſacramento neceſſarium, quod Chriſtus adhibuit; vinum aquæ miſtum: Ergo iſtud eſt ſacramento eſſentiale. Confirmatur: quia Chriſtus conſecrando, dixit eum eſſe ſanguinem ſuum, qui pro nobis erat effundendus: Atqui erat effundendus ſimul cum aqua per ipſius latus, & iſtam effuſionem repræſentat aquæ miſtio cum vino conſecrando: Ergo hæc eſſentialis eſt. Ad argumentum reſpondeo: Non omne quod Chriſtus adhibuit, eſſe ſacramento eſſentiale: nam forte adhibuit de more illorum temporum potum calidum, & iſte neceſſarius non eſt; ſed illud eſt neceſſarium, quod requiritur vt id quod vſurpatur ſit eiuſdem rationis vſualis, & tale eſt vinum de vite ſiue aquam admiſtam habeat, ſiue ſecus. Ad confirmationem, admitto nunc per illam aquæ miſtionem indicari fluxionem ſanguinis, & aquæ ex Chriſti latere, non tamen ex Chriſti inſtitutione, nam id abſque fundamento dicitur vt in ſequentibus confirmabimus.

Non omne quod Chriſtus in cœna adhibuit eſt ſacramento eſſentiale.

§. II.

Miſceri tamen debet; non ex præcepto diuino ſed Eccleſiaſtico.

30. HAbet hæc aſſertio quatuor partes, quæ ſingillatim explicandæ & aſtruendæ ſunt. Primam quæ pronunciat obligationem eſſe huius adhibendæ miſtionis negant noſtrorum temporum Hæretici, à Bellarm. lib. 4. de Euchar. c. 10. commemorati, rationemque reddunt, quod aquæ miſtio res ſit indifferens, & pro diuerſis, & aduerſis locorum conditionibus commode, vel incommode adhiberi, queat, ideoque ſolum fuiſſe admiſſam in Prouinciis calidis, & ad communem potum vino, aqua temperatum vtentibus, non autem in frigidis, ab eo vſu alienis, vt Patriæ ſcilicet mos in vtriſque ſeruetur.

Negant Hæretici moderni Aquā eſſe adhibendam ex præcepti obligatione.

Fide tamen certum eſt, aquam vino conſecrando eſſe admiſcendam. Nam in primis Alexander Papa I. in Epiſto. Decretali 1. cap. 4. ſic habet. *Non debet, vt à Patribus accepimus, & ipſa ratio docet, in calice Domini, aut vinum ſolum, aut aqua ſolum offerri.* Deinde inter Canones Trullanos qui ab Eccleſia Catholica probari, & VI. Synodo inſerti ſunt, Canon 32. damnat in Armenos eum errorem quod aquam vino conſecrando non admiſcerent, & quamuis Armeni miſtionem eam omitterent, Eutychiano errore, ne ſcilicet duas in Chriſto naturas confiteri viderentur, teſte Nicephoro lib. 18. cap. 23. tamen ibi abſolute damnatur omiſſio, tanquam ſcilicet ſecluſo motiuo illo per ſe mala, nam alioqui potius teneri, vel induci poſſet, ne ſignificaretur duarum in Chriſto naturarum permiſtio, quam Eutychiani ſomniabant. Conſonat Concil. Florentinum in Decreto Eugenii, pro inſtruendis Armenis. §. *Tertium eſt*, vbi in eis reprehendit non motiuum illius admiſtionis omittendæ, ſed ipſam omiſſionem, tamquam Eccleſiæ conſuetudini contrariam; atque adeo etiam ſecluſo illo motiuo illicitam.

Vinō eſſe admiſcendā, eſt certum de Fide.

6. Synod.

Florentin.

31. Accedunt plerique Patres, non ſolum, è Prouinciis calidis, vt Cyprianus ex Africa ſed etiam ex frigidis, vt Germani, Belgæ, & Angli, quorum

Patres ex diuerſis Nationibus, & climatibus loquuntur generaliter.

rum teſtimonia congeſſit loco citato Bellarminus. In quibus, illud etiam noto, quod aſſertionem ſuam, minimè limitant, aut coarctant, ad ſuæ vel alterius Prouinciæ conſuetudinẽ, ſed abſolute pronunciant neceſſariam eſſe miſtionem & quidem aliqui nullum ei limitationi locum relinquunt, præſertim dum ſignificant eſſe traditionem, & dum aiunt miſceri aquam ad ſignificandam plebis cum Chriſto vnionem; quæ rationes vbique terrarum vrgent.

Frigida ratio Hæreticorum.

Addo rationem illam Lutheranorum *de terris frigidis, vel calidis*, eſſe hieme Boreali frigidiorem. Nam etſi Chriſtus non in terra Boreali, & frigida; ſed in Paleſtina temperata & potius calida miſtionem, aquæ fecit; non tamen adhibuit plurimum aquæ, ſed tam parum, vt optime ſignificaret exiguitatem totius Eccleſiæ, ſi cum Chriſti maieſtate conferas; præſertim autem, quia ſupponebat calicem conſecratum non eſſe bibendum, à ſingulis in magna quantitate, ſed tamquam rem pretioſiſſimam & eximiæ virtutis, in modica: atque adeò citra periculum, ne vel magna vis aquæ vinum languidum, in Prouinciis frigidis corrumperet, & ſtomachum, vel pectus ſumentis perderet; vel in Prouincijs calidis exigua quãtitas aquæ ſtomacho, vel capiti noceret.

Vinum conſecratum bibendum à ſingulis in quantitate modica.

Secunda eſt aſſertionis pars inter Doctores receptiſſima contra Valentiam. Diſp. 6. q. 2. p. 1. & nonnullos alios huius temporis, præceptum admiſcendi aquam non eſſe diuinum, ſed humanum, atque adeo Eccleſiaſticum aſſerentes. Hanc partem aliqui probant teſtimonijs Põtificum, & Patrum aſſerentium permiſtionem aquæ cum vino conſecrando fuiſſe à Patribus acceptam. Sed eſt inefficax probatio: tum quia non aiunt acceptam ex ſolis Patribus; tum etiã quia pariter aiunt, oblationem panis, & vini ex Patribus acceptam eſſe; cum tamen liquidò conſtet, acceptam eſſe ex Chriſti inſtitutione, & eſſe neceſſariam neceſſitate ſacramenti: cum aquæ mixtio ſolum neceſſaria ſit neceſſitate præcepti.

Præceptum admiſcendi aquam eſſe tãtùm Eccleſiaſticum, & non eſſe diuinum.

33. Communiter probant ex Florentino, reprehendente Armenos quod omitterent permiſtionem, & ab Eccleſiæ conſuetudine diſcederent. Sed contra: Quia titulus iſte, reprehenſioni erat ſufficiens: nec Concilium debuit alios etiam fortiores adiicere, ſi non erant adeò certi v. gr. quod hac permiſtione recuſarant Armeni duas Chriſti naturas confiteri.

Verum hoc non ſatis probatur ex Florentino.

Addunt Tridentinum ſeſſ. 22. cap. 7. dicens. *Monet S. Synodus præceptum eſſe ab Eccleſia ſacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo miſceant.* Languet ſimiliter hæc probatio, nam licet à Concilio præceptum Eccleſiaſticum affirmetur, diuinum non negatur. At, inquit, Lugus, ex modo dicendi ſatis videtur negari; ineptum enim eſſet dicere, quod in vino, & non ſine aqua conſecraretur; *quia ſic ab Eccleſia præceptum eſt*, cum tamen hoc etiam à Chriſto ſit inſtitutum. Contra; quia collectio illa nulla eſt, vt patet ex probationis nullitate; nam vbi agitur de re quæ ſolùm neceſſaria eſt neceſſitate præcepti poteſt cum laude proferri; præceptum eſſe ab Eccleſia, non verò dum agitur de re neceſſaria neceſſitate ſacramenti: Nam ad illam obligationem, & neceſſitatem ſufficit præceptum Eccleſiaſticum, non autem ad iſtam, vt per ſe claret.

Neque ex Tridentino.

34. Probo aſſertionem primò, quia Chriſtus à ſcripturis diuinis, à ſummis Pontificibus, à ſacris Conciliis, & Eccleſiæ Patribus ſolum dicitur, & ab vniuerſa Eccleſia ſolum creditur, inſtituiſſe conſecrationem ſui ſanguinis in vino vitis vſuali; ſed iſtud ſiue aquam habeat admiſtam ſiue non habeat, eſt vere vinum vitis, & vſuale: Ergo Chriſtus, non inſtituit, atque adeo non præcepit, vt conſecrando vino aqua miſceretur. Maior & Minor ſunt perſpicuæ, & ſimul cum conſecutione firmantur exemplo conſecrationis corporis quam ex Scripturis, Concilia, Patres, & omnis populus abſolute credunt, & tenent, Chriſtum inſtituiſſe conſecrationem corporis in pane triticeo vſuali, & quia ſiue fermentum habeat, ſiue non habeat vſualis eſt; ideo non ex diuino ſed ex Eccleſiaſtico præcepto adhibendus eſt azymus inter Latinos & fermentatus inter Græcos: Ergo propter eandem omnino rationem, aquæ permiſtio non ex præcepto diuino, ſed ſolum ex humano fieri debet.

Probatio ſolida eſt, quia Chriſtus ſolum inſtituit, vt e ſſo materia vinum vſuale ad cõſecrat. ſanguinis.

Sicut Panis vſualis eſt materia ad conſecrationem corporis.

35. Confirmo. Quia Tridentinum ſeſſ. 22. cap. 1. dum ait permiſtionem iſtam eſſe ab Eccleſia præceptam; rationem hanc ſolum reddit, eo quod Chriſtum dominum ita feciſſe credatur. Cum autem ibi Concilium dogmaticè procedat, ſane rationem ſui præcepti reddere debet potiſſimam: Atqui ſi Chriſtus permiſtionem præcepiſſet, ratio potiſſima, & maxima hæc eſſet, non autem quod Chriſtus eam adhibuiſſe credatur: Ergo manifeſte indicat Eccleſia non eſſe à Chriſto permiſtionem iniunctam. Dices, hoc ipſo quod Chriſtus aquam adhibuit, & poſtea dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*, præceptum mixtionis impoſuit. Contra: Quia ſi hoc verum eſſet, etiam hoc ipſo quod in azymo conſecrauit, & poſtea, dixit. *Hoc facite, &c.* panem azymum adhibuiſſet, quod eſt falſum. Imo inde argumentor: Quia certum eſt Chriſtum in ſolo azymo conſecraſſe, & poſtea dixiſſe: *Hoc facite &c.* Atqui hæc dicens, non legem tulit conſecrandi panem azymum: Ergo nec conſecrandi vinum lymphatum.

Ex Tridentino colligitur Præceptum hoc eſſe Eccleſiaſticum.

Sicut Præceptum conſecrandi Panem Azymum.

36. Opponuntur varia Concilia ſignificantia præceptum iſtud eſſe diuinum: Ad quæ teſtimonia generatim reſpondeo, non eſſe ad rem. Nam vel agunt contrà omittentes, vinum, vel contra apponentes aliquid aliud diuerſum, vtrique agebant contra præceptum diuinum, vt per ſe claret. Sin loca ipſa luſtremus. Carthaginenſe III. cap. 24. relatum in cap in ſacramentis de Conſecrat. diſt. 2. & cum Carthagin. Concil. III. Africanum cap. 4. hæc habet verba, *Vt in ſacramentis corporis, & ſanguinis Domini, nihil amplius offeratur quam ipſe Dominus tradidit; hoc eſt panis, & vinum aqua miſtum. Nec amplius in ſacrificiis offeratur, quam de vuis, & frumentis.* Nemo non videat Concilij ſcopum eſſe, ne præter panem, & vinum aqua miſtum quidpiam aliquid offeratur. Quod autem ait, *quam ipſe Dominus tradidit*, non ſic acciperem, quod ipſe Dominus offerendum eſſe tradidit, ſed vt offeratur, quod ipſe obtulit, diſcipuliſque tradidit, Chriſtum autem vinum aquæ miſtum obtuliſſe, non ſolum in hoc, ſed etiam in aliis Conciliis, & tandem in Tridentino expreſſè continetur. Et quamuis ſenſus eſſet, Chriſtum id præcepiſſe, dubitarem, num hæc eſſet definitio, videretur enim eſſe definitionis ratio, cui Spiritum ſanctum non neceſſario aſſiſtere, ſæpius in hoc tomo, & in altero de Incarnatione planum effecimus.

Varia nobis loca conciliorum obiiciuntur, extra rem.

Carthag. 3.

African. 3.

Illud: Quam ipſe tradidit, declaratur facilius.

37. Aurelianenſ. IV. c. 4. *Vt nullus in oblatione ſacri calicis niſi quod ex fructu vineæ ſperatur aqua mixtũ offerre præſumat, quia ſacrilegiũ iudicatur aliud offerri, quam quod in mandatis ſacratiſſimus Saluator inſtituit.* Reſpondeo quæſtionem

Aurelianenſ. cap. 4.

Digitized by Google

nem tunc fuiſſe, num præter panem, & vinum aqua miſtum aliquid aliud eſſet offerendum. Et hanc quæſtionem diluit Concilium hoc negatiuè; Quia ſupponitur Chriſtum confeciſſe Euchariſtiam in ſolo pane & vino aqua miſto, & non in aliquo alio: proinde iſtud aliud addi non poſſe citra ſacrilegium, quia contra Chriſti mandatum.

38. VVormatienſe c. 4.

VVormatienſe cap 4. *Calix* (inquit) *Dominicus vino & aqua permiſtus debet offerri. Quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero oſtendi ſanguinem Chriſti. Quæ coniunctio aquæ, & vini ſic miſcetur in calice Domini vt commixtio illa non poſſit ſeparari. Non enim poteſt calix Domini eſſe aqua ſola, aut vinum ſolum niſi vtrumque ſibi miſceatur.* Hæc aperte demonſtrant non poſſe calicem Domini eſſe aquam ſolam, aut vinum ſolum, ita ſcilicet vt retineant ſignificationem illam iuxta ea quæ diximus num.... ad locum Cypriani ex quo iſte pàlàm deſcriptus eſt.

39. Can. Trullan. 32.

Trullanus Canon 32. poſt VI. ſynodum aſtruit obligationem admiſcendi aquam vino conſecrando; & reprehenduntur ibidem Armeni ob eius omiſſionem, imponitur depoſitionis pœna in poſterum omittentibus, diciturque: *Hic ordo diuinitus traditus.* Recte ait Lugus, poſſe verba hæc intelligi de ſpeciali prouidentia diuina, quæ ſecluſo præcepto, prouidit vt hic ordo ſeruaretur. Sicut Leo 1. ſer. 4. de Quadrageſ. dixit: *Diuinæ inſtitutionis ſalubritate prouiſum eſt vt ad reparandam mentium puritatem, quadraginta nobis dierum exercitatio mederetur.* Nec tamen quadrageſimale ieiunium diuino præcepto ligat. Addit Lugus, ſi plus ille Canon intendat non eſſe de ipſo curandum, nec mirandum, quid eius Autores in eo ſicut in aliis multis errarunt. Ideoque Bellarm. tom. 3. à num. 692. laborare, vt eos Canones in ſuſpicionem adducat, vtpote illegitime, & ex odio in Romanam Eccleſiam conſtitutos. Sed non aſſentior, quia licèt in aliis errauerint non tamen in iis, qui ad 4. Synodum additi ſunt; igitur ideo additum: *Hic ordo diuinitus traditus*; Quoniam, ſolemne eſſe ſolet Græcis, *Diuinum*; vocare quidquid ſacrum eſt, vnde, & peculiares Eccleſias appellant diuinas. Quòd ſi plus ea verba intendunt, non eſſe definitionem, ſed eius rationem; vt ſupra iam iterum admonui.

Diuinitus inſtitutum, vel traditum dicitur aliquando, quod Deo inſpirante creditur præceptum ab Eccleſia.

§. III.

De circunſtantiis miſtionis aquæ.

40. Cap. in quadam de celebr. Miſſar.

PRimo aqua quæ vino conſecrando miſcenda eſt debet eſſe naturalis, vt expreſſe habetur c. in *Quadam*, de celebrat. Miſſar. vbi dãnat Innoc. III. ſententiam aſſerentium ex Chriſti latere non aquam ſed humorem aquaticum fluxiſſe; & inter alia argumenta illud habet quod alioquin ex eo facto probari non poſſet in Baptiſmi, & Euchariſtiæ ſacramentis veram eſſe aquam adhibendam. Idem ſonant verba Cõcilij Florent. in Decret. Eugenij ad inſtruendos Armenos §. Tertium eſt, & Trident. ſeſſ. 22. c. 7. expreſſe tradentis, illam aquæ ex Dominico latere fluxionẽ hac etiam aquæ miſtionẽ in Euchariſtia recoli. Idẽ tandẽ ſonant verba cæterorum Pontificũ, & omniũ Conciliorũ, præcipientium admiſceri aquam, nam hoc nomine ſimpliciter, & abſolute, & ſine reſtrictione prolato, non alia poteſt intelligi, vt in ipſo limine ſectionis admonui, niſi naturalis, aqua. Quod ſi ſcire velis, quænam aqua cenſeri debeat naturalis; adire potes Tract. de Baptiſmo; nam omnia quæ ibi requiſita ſunt in aqua ad Baptiſmi valorem hic requiruntur ad implendum miſtionis præceptũ.

Florent.

Trident.

Talis aqua naturalis præcipitur admiſceri, qualis eſt neceſſaria ad Baptiſmi valorem.

41. Si non adeſt aqua ad miſtionem requiſita, non poteſt offerri.

Secundo miſtio aquæ naturalis obligat grauiter, quia licet quantitas aquæ miſcenda ſit exigua, & ſecundum ſeipſam leuis, virtus tamen, & eius ſignificatio eſt grauis. Quare ſi nõ adeſſet aqua potens admiſceri, omittendum eſſet ſacrificium, etiam ſi dies eſſet feſtus & populus ſacro cariturus. Nec enim minus obligat ritus adhibendi aquam calici conſecrando, quã præceptum vtendi manipulo, & ſtola. Si tamen Sacerdos vitam eſſet àmiſſurus aut aliquid aliud valde graue damnum accepturus ſi non ſacrificaret omiſſa miſtione aquæ, poteſt eam licite omittere. Quia miſtionis præceptum, vt iam vidimus non eſt diuinum, ſed humanum: ſed hoc non obligat cum vitæ diſpendio: Ergo nec aquæ permiſtio. Dummodo tamen non fuiſſet periculũ, aut metus iniectus in fidei, vel Eccleſiæ contemptum, odium, &c. Tunc namque miſtionem omittere cederet in fidei grauem iniuriã; etiã in iniecto certiſſimæ mortis metu.

Excepto vitæ Sacerdotis diſcrimine.

Dummodo periculum, aut metus non iniiciatur ſacerdoti cauſa fidei.

42.

Tertio. Quamuis iubeant Miſſalis Canones, vt aquæ in calicem infundendæ præmittatur benedictio per crucis formam ſuper ea factam; hæc tamen accidentalis eſt cæremonia, nec obligat ſub mortali, quia materia leuis. Argumentum eſt quod in Miſſis defunctorum eiuſmodi benedictio prætermitti iubetur, nec iuberetur proculdubio ſi materia foret grauis. Quo argumento ſi cætera, quæ multa ſuppetunt, deeſſent, mihi perſuaderem, voluntariam omiſſionem Benedictionis iſtius ſuper aqua, non eſſe materiam grauem. Quia videmus in defunctorum Miſſis omitti vnam ex tribus orationibus Communioni proximis, quæ quidem aliquem numerum linearum habet. Quod ſi inde inferas omiſſionem ſymboli, in die Dominica, materiam eſſe leuem in Miſſis priuatis, quia ſymbolum in aliis pleriſque diebus omitti debet, non reluctabor.

Voluntaria omiſſio Benedictionis aquæ, cur nõ cenſeatur culpa grauis.

43. Aqua debet miſceri modica reſpectu vini in quantitate.

Quarto dicendum cũ omnibus Doctoribus, aquam vino conſecrando infundi debere in ea quantitate, quæ reſpectu vini cui infunditur modica ſit. Sic accipio ſententiam Eugenij IV. & Concilij Florentini, in Armenorum inſtructione §. Tertium eſt ſacramentũ, debere infundi aquã modiciſſimam, vel parum aquæ. Nã vt bene docuit Ariſtoteles, & res ipſa loquitur modicũ, & paru, reſpectiuum eſt; & vel inde claret, quod illa ipſa quantitas quæ reſpectu vnius eſt parua, reſpectu alterius eſt magna. Quænã autem erit exigua reſpectu vini cõſecrandi. Reſpõdeo: Plus aquæ infundere dimidiam, vel Tertiã partem non licet cũ Aqua debeat eſſe modica reſpectu vini. Attamen ſatis erit ſi aqua reſpectu vini ſit ſexta pars. Neque etiam in hac re ſcrupuloſe numerandæ ſunt guttæ, ſint ne quatuor, vel quinque, vt ab aliquibus fit, *dum* aquam non aliter quam guttatim infundut, & guttulas ipſas numerant ſine cauſa. Nec magis approbo quoſdã Religioſos ordines, dum cochleari argenteolo, tanquam meſura ſuos iubent vti, parũ iſtorum diſcretioni fidentes, ita præcauentes ne nimiũ aquæ infundant. Et ſane ego comperi, cochlear illud plus capere, quam ab aliis menſura non vtentibus infundi ſoleat. Quod ſi conſequenter procedant, deberet aliam menſuram pro vino infundendo adiungere, nec diuerſis vini quantitatibus eandẽ aquæ vbique præſcribere.

Non adeo tamen modiciſſima, vt numerari debeant guttulæ.

Quo circa mihi valde placet Suarez Diſp. 45

ſect. 3. citans Durandum in Rationali, cap. 30. & Vaſquez in Diſp. 177. cap. 2. num. 19. imo Eccleſia vniuerſalis id relinquentes vniuſcuiuſque ſacerdotis prudenti iudicio; quod non poſſet in diuerſis Terris non eſſe diuerſum; nam aquæ quantitas quæ in terris calidis erit modica, quia vinum eſt generoſum, in terris frigidis erit nimia, vbi vinum languidum, ipſumque corrumpet. Generatim affirmo, non eſſe tam ſcrupuloſe agendum, vt guttatim aqua mittatur, ſed vno fluxu; qui in terris calidis poteſt eſſe ſexta pars materiæ calicis, & in frigidis octaua, vel decima; Additur quod in iſtis ſi periculum corrumpendi vinum adſit, poteſt vinum in maxima quantitate infundi, nam hoc minus habet incommodi, quam illa ſcrupuloſa, & quaſi ſuperſtitioſa guttarum enumeratio; præſertim vero cum aqua vt in ſanguinem tranſeat non debeat prius in vinum conuerti, prout in ſect. ſequenti venit oſtendendum.

Dum modica ſit, quantitas relinquitur ab Eccleſia prudentis Arbitrio.

45. Græcis dicitur eſſe mos infundendi calici iam conſecrato aquam calidam vt videre eſt apud Suarez diſp. 45. ſect. 2. §. *Secunda ſententia*, & dicuntur id facere ad ſignificandum aduentum Spiritus ſancti ſuper diuina myſteria. Sed non videtur conuenientia ſigni cum ſignificato; nam aduentus ille non fit niſi tempore ipſius conſecrationis; & calici infunditur illa aqua multò poſt. Quin etiam habere poteſt hoc tempore, & in Europæ Regnis ingens incommodum; Nam vel infunditur calici in parua quantitate, vel in magna; ſi in parua, non apte ſignificatur aduentus Spiritus ſancti, cum myſteria non perfundat; ſi in magna; vel reddit ſpecies vini calentes, & ſic eſſent plures ſumptu difficiles: ſi tepentes erunt difficiliores, & afferent non leue vomitionis periculum. Dixi poſſe inde magnum exiſtere incommodum, his temporibus, & in Europæ Regnis; quibus ſcilicet exoleuit antiquus ille mos calidum bibendi, quæ in deliciis habeatur; & fortaſſe Græci calidam infundunt calici iam conſecrato, & iam iam ſumendo ne potum hauriant frigidum, nec tepidum, ſed more maiorum calidum. De quo more legi poteſt Iuſtus Lipſius in lib. 1. Elector. cap. 4. Aliique Antiquæ eruditionis ſtudioſi.

Græcor. mos reprobatur.

Et vnde talis mos exortus ſit aperitur.

SECTIO IV.

Num aqua quæ vino conſecrando infunditur immediatè in Chriſti ſanguinem conuertatur.

46. SVppònimus vt veriſſimum, & ab omnibus admiſſum, aquam illam ſi ante conſecrationem conuertatur in vinum, per conſecrationem conuerti in Chriſti ſanguinem; quod aperte deducitur ex Doctrina ſimillima circa materiam conſecrationis corporis quam ſtabiliuimus Diſp. ſuperiori, ſect. 5. Nunc ſolum indagamus an aqua vino quidem infuſa, ſed in vinum non conuerſa in Chriſti ſanguinem ſimul cum vino cui infuſa fuit & cum quo vnum efficit potum conuertatur.

§. I.

Aſſertiua pars multos ſemper habuit, & habet grauiſſimoſque Patronos.

AQuam illam exiguam quæ vino conſecrando infunditur, non in vinum conuerti, ſed tranſire immediate in Chriſti ſanguinem iam quingentis ab hinc annis multi Scholaſticorum aſſerebant. Gaufredus enim de Claraualle Monachus Ciſtercienſis anno 1188. vt apud Baron. tom. 12. habetur ad Albanenſem Cardinalem Clementis III. Vicarium retulit ventilatam tunc inter Theologos quæſtionem de ſubſtantia aquæ, quæ vino miſta in calice ſimiliter offertur: An, & ipſa ſimiliter cum eodem vino in ſanguinem Domini conuertatur. Nec mediocris (ſubdit) eſt inter modernos Theologos ſuper eadem quæſtione diſſenſio, negantibus aliis, aliis affirmantibus totius liquoris mixti, ſicut panis, qui ex ſimila, & aqua ſimiliter conficitur, vnam fieri *tranſſubſtantiationem*. Vbi cernis vtriuſque partis iam tunc multos fuiſſe patronos, & inter Patronos affirmantis, fuiſſe eundem Gaufredum, liquet ex eius epiſtolæ decurſu, in qua negatores, aduerſarios vocat, & illorum argumentis ſatisfacit, & quas illi adhibent reſponſiones refutat. Et vero non loqui Gaufredum de aqua prius conuerſa in vinum, ſed de non conuerſa ſole eſt clarius, non ſolum quia conuerſionis illius nuſquam meminit, cum tamen eius inſtituti diſputatio longiuſcula ſit; ſed etiam quia expreſſe docet ſe agere de calice illo, in quo ita vinum prævaleat, & appelletur abſolutè vinum totum illud Potabile. 47.

Gaufredus de Claraualle.

Poſt decem circiter annos Innocentius III. qui anno 1198. creatus eſt Pontifex in c. *cum Martha*, de celebrat. Miſſar. §. *Quæſiuiſti etiam*, hanc refert ſibi propoſitam ab Archiepiſcopo quæſtionem. *Virum aqua cum vino in ſanguinem conuertatur*, Quæ verba proprie ſumpta planè continent controuerſiam in hac ſectione propoſitam. Cum autem Pontifex illico referendus, affirmauerit varias tunc eſſe de hoc puncto Scholaſticorum ſententias, hoc teſtimonio, ſi nihil aliud adiunxiſſet, maniſeſtiſſime docuiſſet, eſſe tunc multos qui affirmarent; præterquam quod ſtatim adiunxit vt iam repræſento. 48.

Innoc. III. in cap. cum Martha.

Tres enim commemorat Pontifex Scholaſticorum ſententias, quæ tunc circumferebantur, & quartam quæ illi adiungi poterat Prima eſt aquam non conuerti in Chriſti ſanguinem, ſed in Chriſti aquam, nempe in illam quæ ex Chriſti percuſſo latere fluxit. Secunda eſt aquam ſimul cum vino conuerti in ſanguinem mediate, conuerſam ſcilicet prius in vinum. Tertia cum Phyſicis negantibus aquam conuerti in vinum atque adeo tenentium conuerti immediate in Chriſti ſanguinem. Verba Pontificis hæc ſunt Alij vero tenēt, quod aquæ cum vino tranſſubſtantiatur in ſanguinem cum in vinum tranſeat mixta vino, licet Phyſici contrarium aſſeuerent, qui aquam à vino per artificium aſſerunt ſeparari. Prioribus autem verbis palam continetur, aquam tranſire mediate in ſanguinem, quia mediate in vinum, ſequentibus vero conuerti in ſanguinem immediate, tametſi numquam in vinum iuxta Phyſicorum ſententiam quæ proprie eſt 49.

Tres ſententias memorat.

tertia.

Digitized by Google

tertia. Quarta quam Pontifex dicit adiungi poſſe, eſt aquam nec in Chriſti aquam nec in vinum, nec in ſanguinem verti, ſed manere in propria ſubſtantia.

Et quartam ſententiã, ait poſſe adiungi.

50. Propter hos quatuor operandi modos aſſerebam, relatas ab Innocentio fuiſſe tres, vel potius quatuor hac de re ſententias. Quod etſi partim ex ſe, partim ex dictis probè conſtat, quia tamen magni momenti eſt confirmo. Primò. Quia Pontifex cunctas hac de re ſententias excogitabiles afferre voluit, quippe qui poſt enumeratas illas, quæ tunc in ſcholis verſabantur, adiungit aliam, quæ excogitari, & affirmari poterat. Sed iſtud quod præſtare voluit Pontifex non præſtitiſſet, ſi ſententiam quæ aſſerit, aquã in Chriſti ſanguinem immediate conuerti non commemoraſſet. Nam hæc ſententia iam ante annos decem multis placebat, vt ex Gaufredo illam tenente, & contrariam impugnante, & de hoc ſedem Apoſtolicam conſulente, & hunc ipſum ſenſum exprimente, quorum nihil poterat Innocentium latere: Ergo illam retulit. Secundò quia debuit Pontifex eam ſententiam referre, quam quæſtio propoſita planiſſime ſupponit quis etiam hoc neget? Atqui quæſtio illa, Verum aqua cum vino in ſanguinem conuertatur, propriſſime admittit duas, vnam affirmantem quod aqua vino adiuncta & in illud non conuerſa, conuertatur in ſanguinem, & alteram id negantem: Ergo illam Pontifex omnino retulit, præſertim cum attulerit eius contradictoriam, vt iam ediſſero. Tertia enim ratio ſit; Pontifex retulit ſententiam, quæ negat aquam in propria ſpecie cum vino exiſtentem cum illo conuerti in Chriſti ſanguinem: Ergo ſi cunctas excogitabiles referre voluit, ſanè referre debuit, eius contradictoriam; retulit ergo aſſerentem, aquam cum vino conuerti. Quartò, quia Pontifex eam opinionem referre debuit, quam ipſius Pontificis iudicialis ſententia propriè intellecta, planè, & plenè ſignificat: Atqui ſignificat eam quam diximus; verba enim ſunt, *Aquam cum vino in ſanguinem transmutari*, quod infra late probabitur. Ergo iam tunc hæc ſententia multos habebat Patronos.

51. Antiſiodorenſis. Eam paulo poſt ſequutus eſt Guilielmus Antiſiodorenſis lib. 4. ſummæ Theologicæ Tract. 5. cap. 2. & noſtro æuo tres Cardinales, omni ex parte grauiſſimi, & doctiſſimi: Toletus in ſacerdot. inſtructione lib. 2. cap. 25. 6. *Rurſus ſiue*, inquiens: *Cum vino eſt quantitas parua aquæ adhibenda, quæ ſimul eſt materia ſiue conuerſa ſit in vinum, ſiue non.* Alanus lib. 1. de Euchariſ. cap. 12. pronuncians, id eſſe fidei dogma his verbis: ſi exiſteret aqua in varias, & abditas partes vini diffuſa facerent nihilominus vnum non ſpecie ſed permixtione, & totum illud modo vinum prædominantem partem obtineret converteretur in ſanguinem Dominicum, idque certa fide tenẽdum eſt. Et Baronius Tomo. 12. circa finem anni. 1188. §. *Hoc eodem tempore* & in fine anni. 1192. ſententiam oppoſitam hæreſim appellans.

Tolet. Alanus. Baronius.

52. Salmeron Tom. 9. tr. 14. Ante hos tres Cardinales illam pronunciauerant, quatuor viri ſane doctiſſimi, & grauiſſimi, Alphonſus Salmeron Tomo 9 in Euangelia, Tract. 14. §. *Adhuc*: Loquitur enim de Innocentio III. in cap. cum Marthæ ſuprà citato, tres referente ſententias, & ſubdit: Inter quas opiniones cum nullam reiiciat, probabiliorem tamen illam eſſe docet, quæ aſſerit aquam cum vino, in ſanguinem tranſmutari; quæ ſententia poteſt conſiſtere etiam, eo dato quod Phyſici dicunt, aquam vino miſtam non conuerti in vinum. Cornelius Ianſenius in concord. Euangel. cap. 131. ad illa verba *ſimiliter & calicem*, de eadem ſententia dicens. Quæ ſententia etiam conſiſtere poteſt, etſi verum ſit, aquam vino permiſtam non conuerti in vinum. Petrus Sotus Inſtruct. ſacerdo. Tract. de Euchariſt. ſect. 14. & Melchior Canus, in manuſcriptis vt teſtatur P. Henriquez. lib. 8. de Euchariſt. cap. 12. teſtis vtique fide dignus, vtique manuſcriptos ipſius Cani Codices, commode manciſci, & peruoluere potuit.

Ianſenius. Sotus. Cano. Henriquez.

Hos poſtea ſequuntur, Alexander Peſant. 3. p. q. 74. art. 8. diſp. 2. Ægidius de Coninck. de ſacramentis. q. 74. art. 8. dub. vnico. Ioannes Præpoſitus ibidem dub. etiam vnico. Ioannes Baptiſta Scortia de ſacrificio Miſſæ lib. 4. cap. 1. num. 14. Paulus Layman in Theologia Morali lib 5. Tract. 5. cap. 2. n 9. Paulus Areſius Epiſcopus Dortonenſis in peculiari opuſculo de hac re ſect. 7. Antoninus Diana de ſacramentis p. 3. Tract. 4. Reſolut 49. ſeu penultima. Ioannes de Lugo diſp. 4. ſect. 3. & 4.

Peſantius. Coninck. Præpoſitus. Scortia. Layman. Areſius. Diana. Lugo.

§. II.

Probatur ex Patribus Græcis.

53. Iuſtin. Martyr. Sanctus Iuſtin Martyr Apolog. 2. pro Chriſtianis prope finẽ Poſtea quam is, Qui præeſt, εὐχαριστήσαντος, quaſi dicat, *Euchariſtizauit*, hoc eſt Euchariſtiam confecit &c. *ij qui apud nos Diaconi vocantur, dant vnicuique præſentium participare*, ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος, id eſt, *de Euchariſtizato pane, & vino & hydate.* id eſt, *aqua*: nam hæc apud Græcos neutrius eſt generis, itaque Iuſtini ſenſus planè eſt, ex Euchariſtizato pane, & Euchariſtizato vino & ex Euchariſtizata aqua. Vbi clariſſime vides tria Euchariſtizari, hoc eſt per conſecrationem Euchariſtiæ, rationem, & eſſentiam accipere, ac proinde aquam, vt à pane & vino phyſicè diſtinctam vere ac propriè conſecrari, & in Chriſti ſanguinem tranſubſtantiari. Nam eſſe aliquid Euchariſtizatum, ſiue Euchariſtizari, ſupra illa omnia diſerte cadit. Ineptiſſimè enim & falſo quiſpiam diceret: Excellere Euchariſtiam ſacramentis cæteris, propter coëxiſtentem ibi Chriſti carnem, & ſanguinem, & diuinitatem, niſi hæc ibi re ipſa exiſteret. Ergo ineptiſſime, & falſo dixiſſet Iuſtinus, participare Chriſtianos, de pane & vino & aqua conſecratis, ſi aqua vere conſecrata non eſſet. Conſequentia eſt euidens. Nam ſicut diuinitas non eſt in Euchariſtia, per ſe, ſiue ex vi verborum, ſed per circuminſeſſionem cum Chriſti corpore, & ſanguine, ita aqua non conſecraretur per ſe, ſed propter coniunctionem cum vino: Ergo ſicut inepte, & falſo dicerentur Chriſti caro, & ſanguis & deitas ibi exiſtentes, niſi diuinitus ibi re ipſa, & per ſe ipſa exiſteret; ita inepte, & falſo diceretur, panis vinum, & aqua conſecrari, niſi hæc re ipſa, & in ſe ipſa conſecrarentur, atque adeo in vinum immediate tranſirent.

Euchariſtiæ in Panis, vinum, & aqua miſta.

54. Damaſcenus. S. Ioannes Damaſcenus vir plane doctiſſimus, & in Antiquioribus Patribus apprime verſatus, deque Theologia ſacra, tam probe meritus vt primus illam in ordinem quatuor librorum, quem Magiſter ſententiarum, &

Digitized by Google

S. Thomas, aliique poſtea ſecuti fuerunt diſpoſuerit: is inquam lib. 4. Fid. cap. 14. cum prius dixiſſet, *calicem ex vino, & aqua conſtantem impertiuit eis dicens; Bibite ex eo omnes, Hic eſt ſanguis &c.* hoc ſatis ſignificare cœpit, aquã ſimul cum vino conſecrari; ſed clarius pergit inquiens. *Quamobrem ſi ſermo* Dei viuus eſt, & efficax &c. ſi dixit fiat lux, & facta eſt lux &c. quid tandem afferri poteſt, quin ex pane corpus ſuum, & ex vino, & aqua *ſanguinem ſuum efficere queat?* Cumque attuliſſet illud: *Quomodo fiet iſtud? ſpiritus sãctus ſuperueniet &c.* ſubdit. *Tu quoque nũc queris quomodo* panis corpus Chriſti; & vinũ cũ aqua cõiunctũ *ſanguis Chriſti fiat. Tibi reſpondeo; ſpiritus ſanctus ſuperuenit, &c.* Rurſus infra: *Quoniam ita fert hominum vſus*, & conſuetudo, vt panem edant, vinumque, & aquam bibant, idcirco diuinitatem ſuam cum ipſis coniunxit, eaque corpus, & ſanguinem ſuum fecit. Nec multo poſt. *Quin ne hoc* quoque alienum fuerit dicere, quod quemadmodum naturaliter, panis per comeſtionem, & vinum, & aqua per potionem, in comedentis, ac bibentis corpus, & ſanguinem immutantur; ſic propoſitionis panis, ac vinum, & aqua per ſancti ſpiritus inuocationem, & aduentum mirabili modo in Chriſti *corpus, & ſanguinem vertuntur.* Atque hæc Damaſceni teſtimonia; tam multa, ac perſpicua, non ſolum oſtendunt, hunc fuiſſe illius ſenſum, verum etiam in Græcia ſaltem communem, aut certe plurimorum. Quomodo enim, in quæſtione non de voce, ſed de re, eaque grauiſſima tam aperte cunctis tunc temporis Doctoribus repugnaſſet? — *Perſpicua sũt teſtimonia.*

55. *Samona.* Samona Græcus etiam Autor, & Epiſcopus Galenſis in Diſceptatione cum Hamet Saraceno, quę habetur in Tomo 6. Bibliothecę veterum Patrum, ſententiam ipſam, ac ſi re verba poſtremo loco à Damaſceno prolata cõtinet. Etenim quæſtionem hanc proponit. Quare Chriſtus ſub ſpecie panis, vini & aquæ abditum ſuum corpus, & ſanguinem potius ad ſumendum tradidit, quam ſub alia materia? Ad quam ita reſpondet. *Inter alios cibos, panis ſibi primum* locum vendicat; item inter potiones aqua, & vinum primas tenent: his igitur pane, inquam, & vino, & aqua nobis aſſuefactis Dominus coniuncta ſua diuinitate, virtute ſui verbi in proprium ſuum corpus, & ſanguinem ea *transfert.* Vbi cernis aſſertionem noſtram ſemel in quæſtionis propoſitione, & iterum in reſponſione contentam.

56. *Nicolaus Methenẽſis.* Nicolaus Methenenſis in lib. ſiue oratione de Euchariſtia, *Quid* (inquit) *requiris cauſam & ordinem naturæ, panis tranſmutationis in corpus Chriſti; & aquæ, vinique in ſanguinem?* En prius aquam nominat, quam vinum, quod idem Samona Galenſis proxime adductus pręſtitit. Vſque adeo cenſent, aquam non minus quam vinum in Chriſti ſanguinem tranſſubſtantiati.

Synodi græcorum. *Et Concil. Bracarenſi 2.* Liber Capitulorum ex Græcorum ſynodis collectorum, qui habetur in Concilio Bracarenſi II. cap. 55. quod etiam refertur cap. *non oportet* de conſecrat. diſt. 2. ſic habet. *Non oportet* aliquid aliud in ſanctuario offerri prætęr panem, & vinum, & aquam, quæ in typo Chriſti benedicuntur; quia dum in cruce penderet de corpore eius, *ſanguis effluxit, & aqua. Hæc tria vnum ſunt in Chriſto Ieſu. Hæc hoſtia, & oblatio Dei in odorem ſuauitatis.*

Eſt hoc teſtimonium magnæ authoritatis. Nam, & collectum ex iis in quibus Græcæ ſynodi conueniunt, & in Decretorum capita, nemine diſſentiente, vel defectum aliquem obiiciente relatum. Eſt autem pro noſtra ſententia ſingularis roboris; quippe, quam ſæpe, & clariſſime enunciat. Dicit enim offerri debere, panem, vinum, & aquam, offerri autem, idem eſt ac Deo dicari vt conſecretur, & quoniam nihil aliud conſecrari poteſt, ideo prohibet aliquid aliud offerri. Addit hæc tria in typo Chriſti benedicuntur, hoc eſt in Chriſti ſacracramento conſecrantur. Et quidem cur non ſolum panis; & vinum, ſed etiam aqua conſecretur, rationem adhibet, quia ſcilicet de Chriſti corpore non ſolus ſanguis, ſed etiam aqua manauit. Pergit, inquiens; *Hæc tria vnum ſunt in Chriſto Ieſu.* Quia ſcilicet in vnum Chriſtum conuertuntur. At vero hæc tria, quia tria ſunt immediate antequam conſecratio fiat; & illa omnia conſecrantur. — *Rationem adhibet cur Panis, & vinum cũ aqua conſecretur.*

§. III.

Aſtruitur ex Patribus Latinis.

Cyprianus epiſt. 63. *Calix* domini non eſt aqua ſolum, vel vinum ſolum niſi vtrumque miſceatur. Sicut nec corpus domini poteſt eſſe farina ſola, vel aqua ſola, niſi vtrumque fuerit adunatum, & panis vnius *compage ſolidatum.* Vbi non ait Cyprianus ita requiri miſtionem vini, & aquæ ad conſecrationem ſanguinis, ſicut requiritur miſtio farinæ, & aquæ ad conſecrationem corporis: ſed calicem Domini id eſt calicem quem Dominus actu, & re ipſa conſecrauit, non eſſe vinum ſolum, nec aquam ſolam, ſed vtrumque miſtum, ita ſcilicet miſtum, ſicut ex farina, & aqua, tametſi miſtis, & coctis vnus panis efficitur, in quo etiam poſt decoctionem nõ ſolum farinacea, ſed etiam aqueæ ſubſtãtiæ portio manet: ac proinde ſicut totus panis ex farina, & aqua confectus hoc fit, vt ſupra vidimus in Chriſti corpus, ita totus potus ex vino, & aqua mixtus in Chriſti ſanguinem tranſit: ſubditque Cyprianus. *A Domino* inſtructi ſumus, vt calicem Domini cum vino miſtum ſecundum quod Dominus *obtulit offeramus.* Offerre autem eſt vel conſecrationi præparare, vel re ipſa conſecrare, & vtroque ſenſu ſententia noſtra continetur. — 57. *Cyprian.*

Hieronymus vel certe doctus autor apud Hieronymum Tomo 9. Commentarij in Marcum cap. 14. ad illa verba: *Accepit Ieſus panem &c. Formans ſanguinem* ſuum in calicem vino & aqua permiſtum: vt alio purgemur à culpis, alio redimamur à pœnis. Sanguine namque agni ſeruatur domus à percuſſione Angeli, & aqua maris rubri extinguuntur inimici, quæ ſunt *myſteria Eccleſiæ Chriſti.* Sane ſcriptor hic apertiſſimè diſtinguit aquam à vino cum diuerſas illis functiones attribuat: & tamen ait, Chriſtum formare corpus ſuum in calicem ex ambobus miſtum. Hunc autem autorem pro Hieronymo iamdiu habitum conſtat ex Gaufredo, qui teſtimonium iſtud pro Hieronymiano allegat. — 58. *Hieronym.* *Gauf. ſupra n. 47. citatus*

Ambroſius lib. 4. de ſacramentis cap. 4. prope finem. *Ergo didiciſti quod* ex pane corpus fiat Chriſti, & quod vinum, & aqua in — 59. *Ambroſ.*

calicem

Digitized by Google

calicem mittitur, ſed fit ſanguis *conſecratione verbi cœleſtis.* Quid eſt quod fit ſanguis? ſane quod in calicem mittitur; vinum ſcilicet, & aqua. Sicut enim in priori parte panis aſſeritur conuerti in Chriſti corpus, dum dicitur: *Didiciſti quod ex pane fiat corpus corpus Chriſti;* ita in ſequente affirmatur vinum, & aqua conuerti in Chriſti ſanguinem, dum additur, *Vinum, & aqua in calicem mittitur, ſed fit ſanguis.*

Idem S. Ambroſius cap. 5. *Vide ſingula. Qui pridie* (inquit) *quam pateretur in ſanctis manibus ſuis accepit panem.* Antequam conſecretur panis eſt, vbi autem verba Chriſti acceſſerint corpus eſt Chriſti, &c. Et ante verba Chriſti, calix eſt vini, & aquæ plenus. Vbi verba Chriſti operata fuerint, ibi ſanguis efficitur, qui plebem *redemit.* Profecto ſicut aſſerit Ambroſius, panem ante conſecrationem eſſe panem, & conſecratione fieri Chriſti corpus: ſic aſſerit calicem ante conſecrationem eſſe vini, & aquæ plenum, & conſecratione in calice fieri Chriſti ſanguinem, nempe vinum, & aquam, &c.

60. Auguſtinus apud Baron. cit. ſupra.

Auguſtinus de Baptiſmo, apud Baronium citat. *Vnde & aqua mittitur in calicem, & fit ſanguis conſecratione Verbi cœleſtis.* Quam ſententiam plane mutuatur Auguſtinus ex Ambroſio Præceptore ſuo, & ſpirituali patre nuper allegato; quapropter ſicut Ambroſius apertiſſime noſtram pronunciat ſententiam, ſic etiam Auguſtinus.

Algerus.

S. Algerus lib. 1. de ſacramento corporis Domini c. 16. Cum enim vinum pro Chriſto, aqua ſanctificetur pro populo, & vtrumque vnus *ſanguis fiat.* Vbi ſanctificari vinum pro Chriſto, eſt ſacrificari ad ſignificandum Chriſtum; & ſacrificari pro populo, eſt ſacrificari ad ſignificandum populum. Dùm autem ſubditur, *& vtrumque vnus ſanguis fiat;* clariſſime noſtra exprimitur concluſio. Idemque apud Gaufredum, & Baronium ſupra: *ſed licet in menſa Domini tria conſtituantur munera, ſunt tamen duo, per quam* (exiſtimo legendum, *Poſtquam*) *ſacrificatur. Eſt aqua miſta vino, ſed quando ſacratur, non niſi ſanguis erit, quo anima intus alatur.*

Hildebertus.

Hildebertus, quem quidam Cenomanenſem, quidam Turonenſem vocant; *Aqua in ſanguinem vertitur, vt populus qui per aquam figuratur in melius ſe mutatum intelligat.*

61. Paſchaſ. Ratbert. Abbas.

Paſchaſius Ratbertus Abbas Corbeienſis de veritate Chriſti in Euchariſtia optime meritus vtpote qui prius illam ex profeſſo propugnauit contra Beltranum quendam qui fere primus illam impugnauit; Iſte, inquam, grauis author in lib. 1. de corpore, & ſanguine Domini. Cap. 11. *Nec dubium,* inquit, *quin ſub hoc myſterio bibamus aquam de qua Dominus.* Qui biberit aquam quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Propterea non inconuenienter etiam ob hoc ibidem aqua conſecratur, non quod aqua permaneat, ſed vertatur in ſanguinem, vt ſignificet *quid fides percipiat.* (Et rurſus.) *Conſtat igitur quod*
etſi tria prius ponantur, non niſi
caro, & ſanguis poſtea
recte creditur.

* * *

§. IV.

Probatur ex Cap. Cum Marthæ de celebrat Miſſar.

INnocentius III. In cap. Cum Marthæ de celebrat Miſſarum §. *Quæſiuiſti,* etiam conſultus de quæſtione hac. Vtrum aqua cum vino in ſanguinem conuertatur, tres proponit ſententias eo tempore in ſcholis defendi ſolitas, adiungitque quartam, quæ defendi poſſet. 62. Innoc. Papa refert ſententias eo tempore celebres. *Prima* erat, aquam non conuerti in Chriſti ſanguinem, ſed in Chriſti aquam quæ ex eius percuſſo latere manauit. *Secunda* aquam cum vino conuerti in ſanguinem cum prius fuerit conuerſa in vinum. *Tertia* aquam numquam conuerti in vinum ſed cum vino conuerti in ſanguinem. *Quarta* non conuerti aquam in Chriſti aquam, nec in Chriſti ſanguinem, nec in vinum, &c. ſed in propria ſubſtantia permanere. Et hunc eſſe ſenſus illius tenorem genuinumque ſenſum §. 1. n. probatum eſt, & ex dicendis roborabitur.

Reſpondet autem ad propoſitam quæſtionem in hæc verba. *Verum inter opiniones prædictas, illa probabilior iudicatur quæ aſſerit, aquam cum vino in ſanguinem tranſmutari.* Et noſtram ſententiam præfert aliis. Quo iudicio manifeſte præfert noſtram aſſertionem, non ſolum primæ, & quartæ vt per ſe notum eſt, verum etiam ſecundæ. Cum enim tam ſecunda, quam tertia tueantur, aquam cum vino in ſanguinem conuerti. Secunda quidem, ita vt prius conuertatur in vinum; tertia vero, ita vt numquam in vinum conuertatur, quatuor modis iſtam illi præponit. Primo quia inter ſententias tunc celebres hanc vltimam refert, nimirum cæteris digniorem, & præferendam. Secundo quia dicit conuerſionem aquæ in vinum à Phyſicis hoc eſt huius rei peritiſſimis negari. Tertio quia cum ſecunda opinio non ſit aquam abſolute conuerti in ſanguinem, ſed antea in vinum conuerſam; tertia vero ſententia abſolute doceat aquam cum vino conuerti in ſanguinem, Pontifex abſolute iſtam pronunciat, inquiens, illam eſſe probabiliorem, quæ ait, aquam cum vino in ſanguinem tranſmutari.

Porrò locutio hæc, Aqua cum vino ſicut manifeſtiſſime indicat, aquam vino coniunctam, ita plane ſignificat ab ipſo realiter diſtinctam; ita prorſus vt Pontifice indignum, & incredibile ſit eum dum in cathedra loqueretur, per *Aquam cum vino,* intellexiſſe aquam quæ immediate ante conuerſionem, aquæ ſpeciem, & eſſentiam habeat, & cum vino vnum aggregatum componat. 63. Loquutio hæc, Aquam cum vino, ſignificat diſtinctam coniunctam. Vnde Ariſtoteles lib. 6. Topic. cap. 6. ante medium, damnans definitionem ab inde terminata compoſitione, inquit: Ariſtoteles 6. Top. cap. 6. fauet interpretationi. *Amplius* (ideſt rurſus vitioſa eſt definitio) *ſi non dixit modum* compoſitionis. Non enim ſufficiens eſt ad cognoſcendum *quod dicat ex his* (ideſt, eſſe compoſitum ex his) *nam non quod ex his, ſed quod* ſic eſt, cuiuſcumque compoſitorum ſubſtantia eſt; vt in domo, non enim ſi quolibet *modo componatur hæc domus eſt.* Deinde ſubdit; illud quod proxime ad nos pertinet. *Si autem hoc cum illo aſſignatis,* primum quidem dicendum, quod hoc cum illo, aut hoc, & illud dicitur, aut *quod ex ipſis* (id eſt compoſitum) *nam qui dicit,* mel cum aqua, vel mel,

Digitized by Google

mel, & aquam dicit, vel quod *ex melle, & aqua*) Nempe compoſitum eſt. Dum ergo Pontifex vinum cum aqua dicit, vel dicit vinum, & aquam, vel ex ambobus compoſitum, quod ad rem noſtram in idem recidit.

Vrgentior ſe offert probatio, ex Conciliis Alexandrino & Epheſino, Canone, ſiue Ana-

64. Concilia Alexandrin. & Epheſin.

thematiſmo VIII. ſic ſtatuentibus. Si quis hominem aſſumptum vna cum ipſo Dei Verbo adorandum, vna cum illo glorificandum, vna cum illo tamquam alteram cum altero exiſtentem, Deum appellandum eſſe dicere auſus fuerit (hunc enim intellectum particula *Cum* adiecta perpetuo, ac neceſſario afferre conſueuit) *&c. anathema ſit.* Quo loco manifeſte damnatur Neſtorius duos inducens Chriſtos, vnum purum Deum, & alterum purum hominem, illumque in iſto, velut in templo habitantem, vt expreſſe docet illorum Canonum author S. Cyrillus in defenſione iſtius octaui. Damnatur autem Neſtorius eo quod aſſereret, Hominem cum Deo adorandum, cum Deo glorificandum, cum Deo Deum appellandum; quia particula, *Cum*, quotieſcumque duobus interponitur, indicat illos eſſe non modo reipſa diſtinctos, ſed etiam integros, ac proinde dicere, Hominem eſſe adorandum cum Deo, eſt dicere, Hominem eſſe totaliter diſtinctum à Deo, ac proinde Hominem eſſe perſonam vnam, & Deum alteram. Id

S. Cyrill.

quod in hæc verba tradit ibi Cyrillus: *Quando dico: Cum Petro, & Ioannes aſcendit in templum, non iam* μετὰ vel, σὺν (id eſt, *cum.*) *vnum quidem ſignificat. Non enim Ioannes compoſitus eſt cum Petro, ſed neque ad vnius hominis conſtitutionem vterque aliquid conferunt.*

65. Prepoſitio cū inſerta inter duo nomina ſuppoſitorū, ſiue concreta, ſignificat ea eſſe plura ſuppoſita.

Hinc efficaciſſimam deducimus rationem. Particula enim *Cum* quoties duobus nominibus, quorum vtrumque ſuum ſuppoſitum ſignificare poteſt, inſeritur, ſignificat illa duo non ſolum eſſentialiter, ſed etiam ſuppoſitaliter eſſe diſtincta, vt illa duo Concilia maniſeſtiſſimè tradunt. Sed Innocentius Pontifex affirmat aquam cum vino in ſanguinem tranſmutari. Ergo per aquam cum vino intelligit aquam, & vinum, non modo realiter, & eſſentialiter, ſed etiam ſuppoſitaliter diſtincta. Sicut ergo qui diceret, Hominem cum verbo eſſe adorandum, ſignificaret, vt Concilia docent, Hominem ſecundum propriam eſſentiam, & perſonam propriam, & Deum ſecundum eſſentiam, & perſonam ſibi ſoli propriam, & ab eſſentia, & perſona diuina realiter diſtinctam adorari, ſeu terminare adorationem, ita prorſus dum Pontifex ait, aquam cum vino in ſanguinem conuerti, plane docet, aquam ſecundum naturam, & eſſentiam, & ſuppoſitalitatem aqueam, & à vini ſubſtantia, & ſuppoſitalitate diſtinctam in ſanguinem conuerti, ſiue terminare conuerſionem.

66. Innocēt. Papa loquutus fuiſſet impropriiſſime, ſi iuxta aduerſarios.

Vrgeo vehementiſſime, quia alioqui recte diceremus, imo, & recte dixiſſet Pontifex: In hoſtia ſimul cum Chriſti corpore, eſt & ſumitur ſubſtantia panis: & in calice ſimul cum Chriſti ſanguine eſt & ſumitur ſubſtantia vini quas locutiones nemo Catholicus vt plane hæreticas nō exhorreat. Sequela vero patet. Nā per aduerſarios, propterea vere dici poteſt, & à Pontifice dicitur. Aqua cum vino in ſanguinem Chriſti conuertitur, in quod aqua fuit prius conuerſa; ſed in Euchariſtia eſt, & ſumitur Chriſti corpus, in quod ſubſtantia panis prius cōuerſa fuit, & in Calice eſt & ſumitur Chriſti ſanguis in quem vini ſubſtantia prius etiam conuerſa fuit; Ergo ſicut vere dicitur, & definit Pontifex: Aqua cum vino in ſanguinem conuertitur; ita dici poteſt, & à Pontifice definitur, In hoſtia cum Chriſti corpore eſt, & ſumitur ſubſtantia panis; & in calice cum Chriſti ſanguine, eſt & ſumitur ſubſtantia vini. Qua locutione nihil contemptibilius.

Atque hæc argumentatio tantum apud me valet, vt exiſtimem Innocentium Pontificem 67. Sed propriiſſime loquutus fuit.
ſane doctiſſimum, quique proinde iuxta iuris regulas cenſendus eſt leges omnes habere in ſcrinio pectoris ſui dum ad quæſtionem præſentem reſponderet Canonem illum præſentiſſimum habuiſſe. Proinde cum retuliſſet locutionem illorum, qui aſſerebant, aquam cum vino conuerti, quia prius in vinum conuertitur, vel illam locutionem contempſiſſe vt valde impropriam, hominibuſque non ſolum doctis, ſed etiam plebeis indignam, vel in illa relatione ſecundæ ſententiæ quod aqua cum vino tranſſubſtantiatur in ſanguinem, cum in vinum tranſeat mixta vino, particulam illam, *cum vino*, non eſſe à Pontifice poſitam, ſed per iniuriam amanuenſium irrepſiſſe: vel certe de illa particula nihil ibi curandum, eo ſcilicet quod Pontifex abſolute, & ſimpliciter decernit, aquam cum vino in ſanguinem tranſmutari. Quæ locutio, vt ex duobus illis Conciliis autenticis conſtat, planiſſime, & euidentiſſime ſignificat, aquam non prius in vinum conuerſam. Quo etiam reſpexit illius ſummarium quod ita ſe habet: *In ſacramento altaris, aqua cum vino tranſſubſtantiatur in ſanguinem.* Atque hæc de tertio modo quo Pontifex noſtram ſententiam aliis prætuliſſe deprehenditur.

Quartum petimus ex ratione qua ſuam reſ- 68.
ponſionem Pontifex ibidem adſtruit. Illa enim ratione ſolam noſtram aſſertionem, & non aliam concludit. Inquit enim Pontifex probabiliorem eſſe illam ſententiam, quæ docet: Aquam cum vino in ſanguinem tranſmutari: *vt expreſſius eluceat proprietas ſacramenti.* Nam cum Aquæ multæ ſint populi multi, iuxta quod alibi legitur. *Beati qui ſeminant ſuper aquas*; ideo vi- Iſai. 32.
no aqua vnitur, vt Chriſto populus adunetur. Per hoc enim quod ſuſcepit ipſe de noſtro, & accepimus ipſi de ſuo, tam inſolubili nexu coniungimur, vt qui eſt vnum cum Patre per ineffabilem vnitatem, fiat vnum nobiſcum per admirabilem vnionem, & per hoc ipſo communiter mediante *eum Patre vnum efficimur.*

Hinc argumentationem ita inſtituo: Aqua 69.
cum vino conuertitur in ſanguinem Chriſti, vt ſignificetur populus, qui per aquam ſignificatur, iuxta illud: *Beati qui ſeminant ſuper aquas*; & rurſus, circa illud: *Aquæ multæ, populi multi*; cum Chriſto coniungi. Sed populus non ſignificatur per aquam in vinum conuerſam, nam hæc aqua non eſt, ſed per aquam in ſua ſpecie exiſtentem: Ergo aqua quæ cum vino in ſanguinem conuertitur non eſt aqua conuerſa prius in vinum, ſed aqua ante conuerſionem in aquæ ſpecie permanens.

Quintum accipimus: Ex eo quod Ponti- 70.
fex omnino reliquit ſententiam vltimam, aſſerens,

Digitized by Google

ferens; aquam numquam in ſua ſubſtantiâ manere: Atqui incredibile eſt, eo breui temporis ſpatio quod inter infuſionem, & conſecrationem intercedit, aquam conuerti in vinum. Ergo cenſet omnino Pontifex immediatè conuerti in ſanguinem.

§. V.

Fulcitur duabus præcipuis rationibus.

71\. PRima ratio ſit, quia totum coniunctum ex vino, & aqua ſimpliciter, & abſolute eſt vnus potus, imò & ſimpliciter vnum vinum. Nam vt optimè dixit Gaufredus apud

Gaufredus.

Baronium. Non conſueuere homines mixturam vini, & aquæ nec ſi quantitas aquæ præualeat aquam nuncupare, ſed vinum.

Ariſtoteles.

Imò Ariſtoteles lib. 2. de Generatione cap. 5. textu 34. non ſolum id affirmat, ſed etiam rationem reddit inquiens. Quod præualet dicitur, ſiue nominatur in ipſa mixtura, nam efficit operationem vini; non autem aquæ. Ergo totum illud in Chriſti ſanguinem conuertitur. Conſequentia patet primò. Quia propter vnitatem illam eiuſdem potus, totum illud benedicitur, totũ illud offertur: Ergo totũ illud conſecratur. Secundo: quia propter ſimillimã rationem, coniunctum ex maſſa triticea, & modica hordeacea, totum conuertitur in Chriſti corpus, vt ſuperiori diſp. 27. ſect. 3. probatum præcedit

72\. Tertio, & vrgentiſſimè; quia vinum, in quod aqua conuerti dicitur, conuertitur ſimul cum reliquo vino in Chriſti ſanguinem: Ergo etiam aqua licet non prius in vinum tranſierit. Conſequentia claret: nam materia conſecrationis non eſt quodcumque vinum, ſed vinum de vite, atque adeo expreſſum ex vuis: at vinum illud in quod aqua conuerti dicitur non eſt de vite ſiue expreſſum ex vuis, & tamen quia vnum cum cætero vino conſtituit, æquiualet vino de vite, ſiue expreſſo ex vuis; ſicut aduerſæ factionis DD. affirmant: Ergo & totum illud, ex vino, & aqua modica coniunctum æquiualet.

Vinum quod eſt Materia, non cenſetur vinum quod cumque niſi vinum de vite generatum.

73\. Secunda ratio Aqua quæ vino conſecrando infunditur, non in vinum conuertitur: atqui poſt conſecrationem non manet in propria ſubſtantia: Ergo per conſecrationem conuertitur in Chriſti ſanguinem. Conſequentia optima eſt; & pro Minore aperte ſtat in primis Innocentius III. in cap. cum Marthæ citato ſententiam ſuam præferens aſſerenti aquam poſt conſecrationem in propria ſubſtantia manere. Stat etiam ipſum Chriſti factum; & huius rei celebre Myſterium. Quorſum enim Chriſtus aquam vino miſceret, & poſtea cum ſanguine ſuo illam relinquerit? Ex illa enim coniunctione nihil in aqua redundaret intrinſecum: proinde non ſignificaret coniunctionẽ populi cum Chriſto, nam iſta maior eſt, & interior, quam cum aliis hominibus infidelibus: ſi vero aqua in ſanguinem immediate non tranſiret, non magis cum Chriſto, quam cum vino coniungeretur; proinde meliùs ad myſterium ſignificandum ea corporalis coniunctio deſeruiret. Denique ſtat S. Thomas 3. p. q. 74. art. 8. in corpore, vbi id probat, quia totus ille liquor adoratur adoratione Latriæ.

Mixta prius Aqua non conuertitur in vinum, neque manet aqua poſt conſecrationem.

Si Aqua immediatè in ſanguinem non conuertitur, non magis cum Chriſto quam cum ipſo vino coniungitur

Maiorem autem propoſitionem quæ pronunciat, Aquam in vini ſubſtantiam virtute ipſius vini numquam conuerti, ex Phyſicis refert citatus Innocentius, idque pro ſententia, quam inter tunc exiſtentes vltimo loco Pontifex, & per conſequens digniore, refert, & adducit. Quam autem verè id affirmet Pontifex conſtat ex Phyſicorum nobiliſſimis, Ariſtotele eiuſque recentiſſimis, grauiſſimiſque interpretibus. Item ex Philone, Plinio, Nemeſio, & optima ratione, quibus omnibus ſingillatim, & ex ordine repræſentandis, & explicandis, non plus habebit operæ, quam pretij. 74.

Philo. Plinius Nemeſius.

Ariſtoteles.

Ariſtoteles lib. 2. de Generatione cap 5. Textus 34. quærens, cur in mixtione vtrumque mixtorum dicatur interdum augeri; in nutritione vero numquam, rationem reddit; quia in nutritione numquam vtrumque illorum manet; cum alimentum pereat: in mixtione vero, vt aquæ, & vini; ſemper vtrumque permanet. Verba illius ſunt. ἢ ὅτι τοῦ μὲν μένει ἡ οὐσία, τοῦ δ' οὔ, οἷον ἡ τῆς τροφῆς. id eſt: *An quod huius quidem ſubſtantia maneat, illius vero non item?* nempe alimenti ſubdit: quando vnum mixtorum præualet; illud ſolum nominari, videlicet vinum, rationemque reddit non quod aqua in vinum conuertatur, ſed, ποιεῖ γὰρ τοῦ οἴνου ἔργον ἀλλ' οὐ τὸ ὕδατος, τὸ σύνολον μίγμα *quia totum mixtum operationem efficit vini, non autem aquæ.* Si vero cenſeret Ariſtoteles aquam in vinum conuerti, id pro ratione potiſſima, & propriiſſima reddere debuiſſet. Non ergo cenſuit talem fieri conuerſionem, imò poſitiue ſignificauit non fieri: nam ibidem Textu 39 quærens quomodo viuens per alimentum nutriatur, hac expoſuit ſimilitudine ὥσπερ αὐτῷ εἴ τις ἐπιχέοι ὕδωρ οἷόν τε δύναιτο οἶνον ποιεῖν τὸ μιχθέν: *non aliter ſi quis vino infundat aquam, & is quod admixtum eſt efficere vinum poſſit?* Quo manifeſte indicat, quod non poſſit, alioqui inepte illud ſub conditione proponeret.

Philoponus ad lib. 1. Ariſtotelis, de ortu, & interitu textu 84. quid ex mente Ariſtotelis mixtio dicat, late perſequens; inter alia ſic habet. *Dicit* (nempe mixtio) *ſeparari poſſe quæ mixta ſunt, quia plane* ſpeciem ſuam non amiſerunt, ſed inquinarunt, & ideo in inſtrumẽtis quibuſdam, ad immutandũ aut ſecernẽdum comparatis ad priſtinam ſpeciem reducũtur, quomodo aqua *percolata ſeparatur à vino.* 75.

Philoponus.

Cato apud Conimbricenſes de Generat. lib. 1. cap. 10. quæſtio. 1. art. 1. de re ruſtica cap. 151. *Si voles ſcire in vinum* aqua addita ſit, nec ne; vaſculum facito de materia hederacea. Vinum id, quod putabis aquam habere, eodem mittito; ſi habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit. Nam non continet vinum *vas hederaceum.*

Cato.

Plinius lib. 16. Naturalis hiſtoriæ cap. 35. *Mira hedera proditur natura ad experienda vina.* Si vas fiat ex ligno eius vina tranſluere, ac remanere aquam ſi qua *fuerit mixta.*

Plinius.

Philo Iudeus de confuſione linguarum, columna penultima, dum inquit. *Temperatura non eſt coniunctio*, ſed diſſimilium partium mutua penetratio, quarum ſemel temperatarum qualitates arte quadam ſecerni queunt, quod dicunt in vino, & aqua contingere: nam hæc duo ſi vniantur, temperaturam conficere quæ nihilominus redire poſſit ad qualitates priſtinas. Si enim ſpongiam imbuas oleo aquam eã colligi;

Philo.

Digitized by Google

ligi, vinum relinqui, forraſſe quia ſpongia ex aquis genita cognatum liquorem ex temperamento attrahit, vinum vero, vt alienum reſtituit. At confuſio fit cum penetrantibus ſe inuicem partibus qualitates earum pereunt, vt corruptis rebus, quę prius fuerunt, vnius nouæ, & à prioribus diuerſæ exiſtat generatio *&c.*

76. *Nemeſius lib. de Anima cap. 3.* Præterea legi poſſunt Nemeſius lib. de Anima cap. 3. & plures alij Præſertim Philoſophi docentes, aquam vino infuſam poſſe poſtea ſeparari aliquo artificio; Adduntque Areſius & alij in lib. de Generatione, Aquam naturaliter non conuerti in vinum licèt fuerit mixta cum illo. *Areſius lib. 1. cap. 10. q. 52. ſect. 2.* Quod vero nonnulli dixere, Aquam poſſe permanere permixtam vino, ſi magna ſit eius quantitas reſpectu iſtius; non vero poſſe, ſi quantitas ſit modica, & maior multo quantitas vini; nec aquam ex vino vnquam extrahi naturali artificio, ſed quemdam humorem ſimilem aquæ; Nihil valet; quia ſi ille humor aqueus vel ſimilis, conſecrabilis eſt cum aliis vini partibus: ergo ſimiliter aqua naturalis permixta, licet non ſit ſecundum ſe vinum, quoniam ſcilicet vnum totum facit cum ipſo.

Quin etiam Patres omnes §3. ſuperioribus allegati manifeſtiſſime hoc indicant, dum aiunt aquam conuerti in Chriſti ſanguinem, & numquã aiunt conuerti in vinũ. Itaque nõ poſsũ nõ mirari quod aduerſariæ partis defenſores, tanta cum fiducia conuerſionem aquæ in vinum non tam probent, quam ſupponant. *Mira fiducia Aduerſantium.* Cum tamen nulla poſſint eam, aut noſtrorum, aut veterum Philoſophorum authoritate fulcire, ſed potius iſtos habeant aduerſarios, vt Innocentius III. plane teſtatur: & ipſorum verba à nobis relata clamant, Quod etiam de SS. Patribus plane conſtat; tum quia ipſorum plures Philoſophi ſunt; tum quia qui non ſunt, Philoſophis hac in parte velut in ſua arte peritis adhærant neceſſe eſt: tum poſtremo quoniam ipſorum etiam teſtimonia id ipſum prædicant.

78. Accedit ratio duplex eam conuerſionem diſſuadens: prior, & à priori eſt, quod nullus ex liquoribus mixtis, vim habet conuertendi in ſuam ſubſtantiam, aqueum alimentum; ſed vinum eſt liquor mixtus: ergo non habet vim conuertendi in ſuam ſubſtantiam elementum aquæ. *Aqua permixta aliis liquoribus manet diu aqua, nec conuertitur à liquore ipſo, cum quo eſt.* Maior inductione conſtat, & exemplo eſſe poteſt mel duriuſculum. quod aqua dilutum, ſeu liquidum effectum, ſi aquam in ſuam ſubſtantiam tranſmutaret, rediret in priſtinam duritiem, vtpote quam ſola aqua impediebat. Atqui mel numquam ad eam duritiem redit: Ergo, aquam in ſuam ſubſtantiam minimè conuertit. Ratione item conſtat: quia ad gignendum v.g. mel, non ſunt in ipſo melle ſufficientia principia: nempe illa quæ rore in floribus producũt, & vitalis calor apũ proprius qui liquorem illum decoquit & ad mellis ſtatũ perducit. Quæ ratio facile etiam aptatur ad vinum. Hoc enim eſt opus & effectum proprium viuentis; proinde producitur in granis per qualitates vitis, & palmitis proprias, & per eaſdem in granis coquitur, defæcatur, perficitur, & ad muſti ſtatum perducitur. Cum igitur nec in melle mellis, nec in vino vini principia ſint, abſque ratione ſufficienti aſſeritur, vinum ita ſe habere, vt aquam in ſe conuertat.

79. Oppones, Vinum poteſt agere in aquam: Ergo illam in ſe conuertere. Contra, Quia multo plus requiritur ad conuerſionem, quam ad actionem; Vnde paſſim cauſæ agunt in alias, quas tamen in ſe non conuertunt, ſed ſolum illarum qualitates frangunt, ſic aqua agit in manum, in arenam, in adamantem: ignis in aurum, in argentum, in plumbum, in vitrum &c. *Plus requiritur ad conuerſionem ſubſtantialẽ, quàm ad agendum in rẽ aliquam.*

Inſtabis, aqua plurima, conuertit in ſe paruam vini quantitatem: ergo è contra. Reſpondeo negando conſequentiam, quia Aqua per qualitates, quas aquæ proprias habet, nimirum humiditatem ſummam, & frigiditatem excellentem, quæ ſunt actiuæ ſibi ſimilium, ſi eſt plurima, temperiem exigui vini & iſtius qualitates facile diſſipat ipſiuſque formam ſubſtantialem pellit; inductis nimirum qualitatibus aquæ propriis, ac proinde formam aqueam inducentibus; at vini qualitates non ſunt ſimilium actiuæ, vt ſupra oſtendimus. Quare ſicut paullulum farinæ hordeaceæ per magnam triticeam diſſipatæ, non ab iſta conuertitur in triticeam, non habente vim producendæ farinæ: ſic modicum aquæ per magnam vini quantitatem minutiſſime diuiſum non conuertetur à vino, vtpote non productiuo vini, ſed carnis, &c.

80. *Mordacitas, vini propria non iuuat Aduerſarios.* At inquiunt Recentiores quidam, vino ineſſe mordacitatem neſcio quam, & huius interuentu poſſe tam vehementer agere in aquã, vt ipſam in ſe conuertat. Sed contra, quia mordacitas iſta dubio procul eſt obiectum guſtus, nec omnibus vinis competit, cum tamen omnia conſecrari queant. Quod ſi vinis omnibus ea mordacitas ineſſet, eſſet quidem ad agendum in guſtum, non tamen ad agendum in aquam, & multò minùs ad agendum tam acriter, vt ex aqua vinum efficeret.

81. *Aqua in vinum conuerti non poteſt tempore breuiſſimo, ab infuſione.* Secunda principalis probatio ſit. Quia ſi vinum conuertere poſſet aquam in ſuam ſubſtantiam hoc præſtare non poſſet eo breui tempore quod inter infuſionem, & conſecrationem communiter intercedit, nempe in Miſſis priuatis, quæ profecto, vel propter hunc finem abſque tanta feſtinatione celebrari, vel certe ante Miſſæ principium vinum, & aquam infundi deberet Eccleſia præcipere. Nam Pontifex ideo cenſet, aquam non manere inconuerſam, quia indecens id exiſtimat. Hæc autem indecentia probabiliſſime contingeret in pleriſque Miſſis atque adeo deberet Eccleſia ipſam certo, ac efficaciter vitare. Dum igitur de hac re non curat, abſque dubio cenſet, aquam in ſanguinem tranſire, quin in vinum conuertatur.

82. *Quod euenire moraliter ſolet in Miſſis iuxta regul. Miſſalis.* Multo minus conuerteretur in vinum in euentibus moralibus aliquibus. Quando ſcilicet ſacerdos poſt conſecratam hoſtiam, inueniat non appoſuiſſe in calice vinum, ſed aquam, aut vtrumque; vel ſumendo calicem aduertat non fuiſſe verum vinum; Iubetur enim, in Regulis Miſſalis, ſtatim infundere vinum, & aquam, & offerre, & conſecrare. Nec dici valet in iis euentibus per accidens contingere, vt aqua maneat in propria ſpecie. Tum quia Innocentius III. abſolute dicit, aquam cum vino conuerti in Chriſti ſanguinem. Tum etiam quia id ipſum ideo pronunciat quod incommodũ cenſet, aquam permanere aquam cum vero Chriſti ſanguine; Cui incommodo etiam in iis euentibus occurrere deberet Eccleſia, præcipiens vt Sacerdos tantum temporis inter nouam liquorũ infuſionem, & conſecrationem

Digitized by Google

tionem interponeret, quantum ad conuerſionem aquæ in vinum ſufficeret. Valeant igitur aduerſantes dum non tantum volunt, vt ipſis fidem adhibeamus aſſerentibus aquam à vino conuerti tota reclamare antiquitate, & multiplici ratione, verum etiam tantæ eſſe actiuitatis, vt breuiſſimo tempore illam conuertat.

§. VI.

Commendatur deſtructione oppoſitionum.

83. Explicatur ſcriptura ſacra. PRimo diſputant, quia ſcriptura, & Patres ſolius vini mentionem faciunt, vt Christus Lucæ 22. *Non bibam à modò de hoc genimine vitis.* Reſpondeo cum Gaufredo, quem num. repræſentaui nomine vini ſolitum accipi totum potum in quo præualet vinum etſi aquam admixtam habeat.

84. Secundo obiiciunt S. Thomam in 4. diſt 11. quæſt. 2. art. 4. & 3. part. quæſt. 4. art. 4. docentem, aquam prius conuerti in vinum, & poſtea in ſanguinem. Reſpondeo, S. Doctorem notam non habuiſſe Decretalem Innocentij III. nam ait Sanctus Thomas, duas tantum hac de re eſſe ſententias, cum tamen Innocentius plures eſſe pronunciet. Quare mirum non eſt, nondum perſpecta illa Decretali, non tenuerit S. Thomas, ſententiam quæ in illa præfertur. In 3. vero parte, iam quidem allegat S. Thomas eam decretalem; ſed ait in illa referri tres dumtaxat opiniones, omittens illam quæ docet aquam in ſanguinem immediate conuerti, cum tamen ſupra in §. 1. & IV. plane demonſtrauerimus, tunc ſententiam iſtam eſſe plurimorum, & ab Innocentio III. referri. Quare dum S. Thomas citatus ait: (*Et ideo ſicut quod ipſe dicit, aliorum opinio probabilior eſt, qui dicunt aquam conuerti in vinum, & vinum in ſanguinem,*) iuxta paucorum expoſitionem dicit; nam ipſe Pontifex ibidem ait, conuerſionem aquæ in vinum à Phyſicis negari, & poſtea abſolute pronunciat aquam cum vino conuerti in ſanguinem.

(Margin: Et S. Thomæ doctrina.)

Adde primo, quod ibidem S. Thomas affirmat in ſacramento altaris poſt conſecrationem, nihil eſt niſi corpus, & ſanguis Chriſti, alioqui non tantum adoraretur adoratione Latriæ. At incredibile eſt aquam in eo breuiſſimo tempore quod intercedit, inter oblationem, & conſecrationem, tum in Miſſis priuatis, tum in ſequentibus caſibus, in vinum conuerti. Ergo hæc inter ſe non ſatis cohærent. Adde rurſus, & vrgentius, quod eodem S. Thoma teſte in eadem quæſtione 74. art. 6. in argumento; ſed contra, Alexander Papa iubet, vt in ſacramentorum oblationibus, quæ inter Miſſarum ſolemnia Domino offerimus, panis tantum, & vinum aqua permiſtum in ſacrificium offerantur: At vinum aqua permiſtum, vinum, & aquam dicit, & quod in ſacrificium offertur conſecratur, & quod in calicem conſecratur in Chriſti ſanguinem conuertitur. Adde 3. quod vtrum aqua in vinum immediate tranſeat ad quæſtionem pertinet Phyſicorum, in quibus non S. Thomam, ſed Ariſtotelem vt autorem Principem æſtimamus.

(Margin: Alexand. I.)

85. Nobis non eſt oppoſita, ſed valde fauens ſententia S. Tho. His tamen in præſentiarum miſſis, & aliorum iudicio relictis, dico S. Thomam neutiquam nobis eſſe contrarium, quia dum ait, aquam prius conuerti in vinum non loquitur de conuerſione phyſica, ſed morali; qua ſcilicet id quod minimum eſt maximo adiunctum, ita cum illo vnum conſtituit vt eandem æſtimationem, & appellationem obtineat. Nam vt optime Gaufredus, imo & Ariſtoteles ſupra dicunt; mixtura vini & aquæ vinum appellari conſueuit. Quin etiam idem S. Thomas, Diſp. 27. ſect. 3. late relatus, idem docuit cum inquireret vtrum Panis factus ex maſſa triticea, & exigua hordeacea, valide conſecretur; idque affirmat, quia modicum, à maximo abſumitur, ſiue aſſumitur; non quod maſſa triticea hordaceam conuertat in ſe phyſice, ſed moraliter, vt ibidem ex profeſſo aſtruximus. Et hac ſola ratione conciliatur ſibi ipſi S. Thomas; quippe maſſam exiguam hordeaceam ob commixtionem cum triticea vere conſecrari in corpus; aquam autem cum vino potum vnum conſtituentem non conſecrari in ſanguinem, inconſequentia ſunt.

(Margin: Conciliantur ita loca diuerſa D. Angelici.)

Et quidem reſponſio hæc minus violenta, & proinde magis tolerabilis eſt, quam illam aduerſariorum, dum in PP. aſſerentibus, vinum, & aquam benedici, offerri, conſecrari τὸ vinum, & aquam; & vinum cum aqua, interpretantur ita: *Vinum, & aquam in vinum prius conuerſam,*

Hoc enim contra omnium ſenſum, & vſum eſſe §. IV. demonſtratum eſt: at aggregatum ex magna quantitate, vini, & exigua aquæ, vinum appellare, & proinde de illa aqua cenſere, ac ſi in vinum eſſet conuerſa, apud omnes, doctos, & indoctos vſitatiſſimum eſt, & ab ipſo S. Doctore proxime citato manifeſte indicatur.

86. Ad Catechiſmum Romanum occurritur facile. Tertio obiiciunt oppoſitam ſententiam eſſe communiſſimam quod teſtantur Authores Romani catechiſmi Reſpondeo contrariam ſententiam ante 400. annos fuiſſe ignotam, & noſtram indubitatam, vt ex §§. ſuperioribus clariſſime conſtat. Deinde eam ſententiam plurimis fere ſæculis fuiſſe communem apud multos, qui ſine vllo examine illam recipiebant: ſed nec tamen tunc defuiſſe viros grauiſſimos qui noſtram tanquam fidei dogma tenerent, & oppoſitam hæreſeos damnarent vt Baronius, Alanus, Toletus. Denique nunc dici nequit oppoſita ſententia communiſſima, cum huius temporis plerique ſcriptores noſtram teneant, vt §. 1. memorauimus.

87. Sæpius contigit, ſententiam aliquã iacere, & præualere, diuerſis Tẽporibus, inter DD. Eccleſiaſticos. Neque vero nouum aut ſingulare eſt eandem opinionem, vno tempore eſſe percelebrem, & in ſcholis regnare, & alio tempore iacere ignotam, & propè derelictam; & alio rurſus tempore multorum diligentia reuiuiſcere & reſlorere, & præualere. Ante annos 500. celeberrimum erat, vtpote à Conciliis paſſim pronunciatum, & à PP. aſſertum; Chriſtum eſſe compoſitum; ante annos 200. id plerique negabant; hoc tempore prolatis recẽtiorum indefeſſo labore, Conciliorum, & Patrum teſtimoniis, nemo iam negare Chriſti compoſitum audet. Abſolutionem ſacramentalem in abſentia nullam eſſe, certiſſime SS. Patres cenſuerunt; vnde veterum ſcholaſticorum tempore talis abſolutio nec nominabatur quidem: poſtea

poſtea apud multos, teſte ſancto Antonino, & Petro de Soto increbuit valere, & aliquãdo licere: noſtro autem tempore eis à Patre Suarez & ab aliis Recentioribus ita reſtitum eſt, vt iam ex ſummi Pontificis Clementis VIII. decreto non liceat aſſerere in aliquo euentu validam eſſe. Quare tantum abeſt, vt Recentiores huius ſententiæ defenſores reprehenſionem mereantur, vt potius laudari debeant ob diligentiam, in huius veritatis, ſicut, & aliarum complurium quæ iacebant in tenebris, indagine, & illuſtratione adhibitam.

Ob diligent ſtudiũ R. R.

88. Quinto inſurgunt: Quia ſi Chriſtus aquam appoſuit ex intentione vt conuerteretur in ſanguinem: Ergo ſine aqua non erit valida conſecratio. Impugno conſequentiam. Quia Chriſtus eatenus voluit aquam conuerti in ſanguinem, quatenus cum vino componebat vnum vini potum vſualem: talis autem eſt ſiue aquam habeat ſiue non habeat. Ergo licet Chriſtus aquam adhibuerit cum intentione vt in Chriſti ſanguinem tranſiret, ſi tamen aqua defecerit, vinum tamen in ſanguinem conuertetur. Sunt Exempla ſecuriſſima; Chriſtus ipſe adhibuit panem azymum, vt iſte in corpus conuertatur: Ergo panis non azymus non conuertitur, Chriſtus adhibuit vinum rubrum: Ergo vinum album non conuertitur. Illationes ſunt abſurdiſſimæ propter adductam rationem.

Vinum vitis eſt Potus vſualis hominum ſiue habeat aquã admixtam, ſiue non habeat.

89. Sexto diſſerunt. Chriſtus non præcepit apponi aquam: Ergo non dedit poteſtatem tranſſubſtantiandi aquã. Infringo conſequentiam. Chriſtus non iuſſit adhiberi fermentatum, nec vinum Album: quo panis fermentatus, & vinum album non poteſt conſecrari? Nulla eſt illatio iſta: ex eo quod vinum album vinum vſuale eſt; ſicut panis fermentatus eſt Panis vſualis; & pariter vinum lymphatum.

90. Septimo Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 2. ait ſubſtantiam vini conuerti in ſanguinem Chriſti; ſed hoc de ſubſtantia aquæ non aſſerit; Ergo hæc in Chriſti ſanguinem non conuertitur. Reſpondeo primo; illatio non valet; quia Concilium licet illud aſſerat quod ad ſuam cauſam ſpectabat, non hoc negat, quod non ſpectabat. Secundo; quia nomine vini intelligit totum quod vini vſualis nomine venit, & tale eſt compoſitum ex vino, & aqua: ſicut compoſitum ex farina, & aqua, & ſale vel modico furfure panis eſt vſualis vt Diſp. 27. ſect. 3. late declaratum eſt.

Tridẽtinum non negat conuerti in ſanguinem Chriſti Aquã vinõ mixtã.

Octauo Concilium Tridentinum ibidem ait, Conuerſionem eam fieri, manentibus dumtaxat ſpeciebus vini. At ſi aqua etiam conuerteretur, manerent etiam ſpecies aquæ: Ergo aqua immediate non conuertitur. Eodem pede claudicat illatio. Manerent enim ſolæ ſpecies vini vſualis, & tales ſunt, licet ſint vini meri ſiue aqua permiſti.

Species vini quales remanent in Euchariſtia.

91. Tandem obiiciunt ſi poſt conſecrationem, aquæ ſpecies, ab ſpeciebus vini ſeparentur, vel retinent Chriſti ſanguinem, vel non? Neutrum dici poteſt. Ergo aqua immediate non conuertitur. Dici nequeunt non retinere; tum quia remanent incorruptæ, & Chriſti ſanguis tandiu ſub illis manet, quandiu illæ perſeuerant. Tum etiam, quia Tridentinum ſeſſ. illa 13. can. 3. definit Chriſtum ſub ſingulis vtriuſque ſpeciei partibus ſeparatione facta totum atque integrum contineri. Ergo ſpecies aquæ poſt ſeparationem dici nequeunt non continere Chriſtum. Non poſſe dici continere patet: quia Chriſtus non continetur niſi ſub ſpeciebus panis, & vini.

Impugno illos & affirmo, Chriſtum in aquę ſpeciebus, ſi à vino ſecernantur, remanſurum; quia non illæ eſſent vini ſpecies; ſicut quando cum vini ſpeciebus vnum componebant. Ad eorum impugnationem reſpondeo, Concilium agere de ſeparatione, ſeu diuiſione ſpecierum quotidiana, qua diuiditur hoſtia in fruſta per particulas, & Calix in hauſtus, & ait in ſingulis fruſtis, & hauſtibus totum reperiri Chriſtum, non autem loquitur de ſeparatione ſpecierum aquæ ab ſpeciebus vini extraordinaria, & moraliter numquam contingente, & quæ numquam fit, nec licite fieri poteſt in Euchariſtia. 92.

Species aquæ ſeparatæ à vini ſpeciebus non cõtinet Chriſtum.

Confirmo, quia Concilium loquitur de ſeparatione in varias ſpecies panis, & ſpecies varias vini; quales tunc non forent illæ ſpecies aquæ ſolæ per ſeparationem, vt quiſque perſpiciet. Fuſius de his diſſerit P. Ioan. de Lugo cit. Diſp. 4. ſect. 4. quæ videri poſſunt apud ipſum diſputata.

DISPVTATIO XXIX.

De conditionibus in vtraque materia requiſitis, vt valide conſecretur.

SECTIO I. *Quomodo materia debeat eſſe conſecranti præſens.*
SECTIO II. *Quomodo materia vt valide conſecretur debeat eſſe ſenſibilis, aut reipſa ſentiri.*
SECTIO III. *An materia conſecrari poſſit cuiuſlibet magnitudinis.*
SECTIO IV. *An conſecrari poſſit materia cuiuſlibet paruitatis.*
SECTIO V. *An vt materia valide conſecretur, debeat conſecrantis intentione determinari.*

SECTIO I.

Quomodo materia debeat eſſe conſecranti præſens.

Debere eſſe præſentẽ certo certius eſt, quã vero præſentẽ incerto vt ita dicã, incertius. Quidã eam regulã prę́ſcribunt, vt materiã centum paſſibus diſtans inualide, Quinquaginta diſtans, dubie; decem tãtùm diſtãs, valide conſecretur, ſed hæc regula ſicut quoad Tertiam partem certiſſima eſt; ita quoad primam, & ſecundam nimis eſt rigida. Nam præſentia moralis ad rem aliquam non deperditur per centum nedum per quinquaginta paſſuum diſtantiã: vt conſtat in eo qui è ianua longiſſimi templi ſacerdotem in ſummo altari conſpiciẽs ſacrificio intereſt, & præcepto ſatisfacit: Ergo in eadem diſtantia conſpiciens panem, eũ valide cõſecraret. Sicut enim vere & morali modo ſacerdotem illũ deſignãs dicere poteſt, *Hic cuius ſacro interſum, eſt Petrus*, ita panẽ in eãdẽ conſpiciens, 1.

Quædam regula adducit ut ſed eſt fallax.

Digitized by Google

conſpiciens, & digito deſignans dicere poſſet, *Hoc eſt corpus meum.*

2\.

Aptior regula præſcribitur; quod Deſignetur ex vi propinquitatis.

Aptior eſt regula quam alius ita præſcribit. Neceſſe eſt, & ſufficit quod materia ex vi propinquitatis, deſignari valeat pronomine *Hæc* vel, *Hic*: Dixit ex vi propinquitatis, nam interdum deſignari poteſt his vocibus, non ex vi propinquitatis actualis, ſed paulo antea repertæ, accedente recordatione intellectuali, vt quãdo quiſpiam, è noſtro colloquio diſceſſit, & dicimus: *Hic homo prudentiſſimus eſt*; neque enim ea materiæ præſentia ſufficit vt valide conſecretur, ſed neceſſe eſt, vt ad ipſam dirigi queat pronomen *Hoc*, ex vi ſolius propinquitatis localis actu exiſtentis, abſque indigentia præteritæ, vel recordationis eius. Hæc regula vera eſt, ſed non plena: quia ſtatim occurrit difficultas, huius quæſtionis potiſſima: quando nempe ex vi ſolius propinquitatis poſſumus pronomen *Hoc* vel *Hic* dirigere. ſufficiet autem hæc regula, ſi cum Lugo diſp. 4. n. 125. rationem iſtam poſitiuam per negationem ita explicemus, vt pronomen *Hic*, aut *Hoc*, ſtrictè loquendo ad materiam, vt præſentem indicandam dirigi poſſit, independenter à diſcurſu, recordatione, nutibus, & aliis circumſtantiis. Et hanc regulam exiſtimo tenendam, ſed aliquibus obiectionibus explorandam & ſolutionibus illarum amplius roborandam.

Sed minus plena reperitur, niſi explicetur per negationem quandam.

3\. Obiicies 1. Inde ſequitur, poſſe valide conſecrari materiam duas leucas à ſacerdote diſtantem, nimirum ſi iſte ſit viſu acutiſſimo, & eam in illa diſtantia cernat. In hac enim diſtantia, dum vrbem cernimus dicimus: *Hæc eſt Cæſarauguſta*, idque independenter à diſcurſu, nutibus, & aliis circumſtantiis; præterquàm ſolius viſus.

Sed reuera non id ſequitur: nam ſermo iſte *Hæc eſt Cæſarauguſta*; dum illa procul diſtat, in eo fundatur quod vrbs ſit ingens, & ita conſpiciatur ac ſi præſens eſſet; vnde humano more dicitur. At panis non eſt talis conditionis, vt tam procul diſtans dici poſſit *Hic*; etiam ſi ab aliquo perſpicaciſſime cernatur, hoc enim ſicut & extraordinarium, ita non mutat humanam locutionem. Si enim venator viſu acerrimus leporem videret duas hinc leucas diſtantem, non recte diceret, iſte eſt lepus, ſed ille eſt lepus.

Quod diſtat procul, etiãſi cernatur viſu non ſignificatur Pronomine *hic*, vel *hoc*

4\. 2. Obiicies. Si panis eſſet in excelſo palatio duas hinc leucas diſtanti, & per fiſtulam dioptrã hinc à me conſpiceretur, profecto independenter à diſcurſu, nutibus, & aliis circumſtantiis, poſſem huiuſmodi panem pronomine *Hoc* ſignificare: Atqui non poſſem hinc illum valide conſecrare: Ergo illa regula recta non eſt. Maior conſtat, & experimento conſpicitur; quoties huiuſmodi tubo domũ diſtantiſſimã cõſpicimus, dicimus: *Hæc eſt domus ducis*: hæc feneſtra eſt in qua ille aërem captat; & ita circa totum illud palatium eiuſque multiplex cubiculum pronomine *Hoc* afficimus res, ac ſi phyſicè præſentes haberemus ipſas: proinde panem ibi exiſtentem & à nobis conſpectum, pronomine illo poſſemus perinde ac phyſice præſentem indicare, prout Maior propoſitio contendebat. Minor ab incommodo inde ſecuto probari poſſet. Quia ſi quis apud me vel coram, vel per litteras eſſet confeſſus, & in illo loco, ſeu liber degeret, ſeu captiuus teneretur, & ex pacto inter nos inito ſigna confeſſionis inde mihi præberet, & ego per dioptram ipſum cõſpicerem, & veluti præſentiſſimum haberem, talem inquam Pœnitentem poſſem hinc tunc valide abſoluere.

Quid ſi Panis longius diſtans, inſtrumento videatur quaſi præſens & propinquus v. g. Tubo optico viſum adiuuante.

Occurro tamen, neque iſtud ſequi. Vel quoniam abſolutio eſſentialiter continet pronomen Te, quod nõ poteſt dirigi niſi ad illum qui per diſtantiam non impediatur quominus audire poſſet, eſt enim pars colloquij quod inter localiter abſentes haberi neutiquam poteſt. Tamen Pronomẽ, *Hoc*, cum non ſit pars colloquij cum materia conſecranda, neceſſe non eſt vt proferatur in ea propinquitate quæ ad colloquiũ requiritur. Vel quia quamuis pronomẽ Te non dicamus eſſe de eſſentia ſacramentalis abſolutionis, & poſſe valide illam hoc modo concipi: *Abſoluatur Chriſti ſeruus &c.* adhuc non ſequitur Pœnitentẽ illũ duas hinc leucas diſtantẽ, & per dioptram hinc clariſſime conſpectũ, valide hinc abſolui. Ratio ſolidiſſima eſt; quia nequit Pœnitens valide abſolui in abſentia, ſiue abſens. Qui vero duas leucas diſtat manifeſtiſſime eſt abſens? 5.

Cum igitur id incommodum in abſolutione non ſequatur, nullum erit (inquies) incommodum, ſi dicamus panem duas hinc leucas diſtitum, ſi per tubum præſentiſſimus fiat, valide conſecrandum, vt in obiectione aſtruximus. Nam etſi homo viſu perſpicaciſſimus eum panem ſine fiſtulæ dioptræ vel alio artificio proſpectans, non poſſet proprie dicere: *Hic eſt panis*, ſed, *ille eſt panis*, quoniam ille eſſet rariſſimus, & minime communis viſus; tamẽ ſi alius, vel ipſe cum aliis eundem panem per eiuſmodi fiſtulam propinquum ſibi repræſentaret, humano more poſſet dicere: *Hic eſt panis*: Ergo, & poſſet valide conſecrare, ad illum dirigendo, verba illa: *Hoc eſt corpus meum.*

Diuerſa ratio eſt de Abſolutione ſacramentali à peccatis, & de Conſecratione Panis.

Nihilominus ab hac ſententia, non ſto. Ducor 1. authoritate Doctorum, à quibus exiſtimo communiter improbandam vt falſam, & omnino reiiciendam partem affirmantem, poſſe materiam duas à ſacerdote leucas diſtantem valide ab ipſo conſecrari. Ducor 2. etiã intrinſeca & ſpeciali ratione: Quia ſcilicet Euchariſtiæ conſecratio, eſt ex diuina inſtitutione ſacrificium; dum quis autem ſacrificat, nequit ab hoſtia, tã procul abeſſe, quia ſcilicet ita ſe habere debet, ac illam habens in ſua poteſtate morali ad ipſam immutandam phyſicè per actionem ſuam inductiuam phyſicè deſtructionis illius Hoſtiæ: Sacerdos autem Chriſtianus, etſi phyſicã deſtructionem phyſice non efficiat, ſic tamen in externis ſe habere debet, quaſi phyſice illam efficeret, nã hic eſt apud omnes ſacrificandi mos. Quod à paritate firmatur, nam incruenta Chriſti mutatio, cum in ſe ipſa ſit inſẽſibilis, tamen vt humano mori ſit accommodatã atque adeo ſacerdos ſit Homo inter mortales operans, ſit per conſecrationis formam verbalem ſenſibilis: Ergo vt poſſit eſſe humano more ſacrificium, neceſſe eſt, fiat in maiori propinquitate, quam illa duarum leucarum per fiſtulam dioptram. Tertio tãdẽ, & ſpecialiſſime; quia poſſe materiam in euentu iſto valide conſecrari, ſi res attente conſideretur, non ſequitur ex regula quam tradidimus. Diximus enim, conſecrationem fore validam, ſi ad materiam dirigi valeat pronomen *Hoc* aut *Hic*, ex vi propinquitatis independenter à diſcurſu, recordatione, nutibus, aliiſque circumſtantiis; In illo autem euentu, licet dirigi poſſit pronomen, *Hoc*, aut *Hic*, ad materiam conſecrandam; non tamen ex vi propinquitatis, nam

6\.

Nihilominus ſtat communis ſẽtẽtia de vera præſentia locali.

Quia ſacerdos requirit hoſtiam ſub poteſtate propriam ad immolandum.

7\.

Quia non eſt illa verè propinquitas, ſed ſolum apparet.

nam hæc reuera non eſt;ſed ex vi artificij efficientis,vt propinquitas dum non eſt repræſentetur ac ſi eſſet.

SECTIO II.

Quomodo materia vt valide conſecretur debeat eſſe ſenſibilis, aut re ipſa ſentiri.

8. *Certum eſt debere percipi ſenſu aliquo.*

ASſero primo cum omnibus Doctoribus requiri ad valorem conſecrationis,vt materia ſenſu aliquo percipi valeat.Quia verba ſacramentorum ſunt illa ipſa quæ ab hominibus inſtituta ſunt & quod humanum, & moralem vſum, & cũ ſignificatione quam ex hominum inſtitutione habẽt;ita ſcilicet vt aggregatum ex vocali ſono phyſico, & humana ſignificatione ſit fundamentum eſſentialiſſime requiſitum ad ſignificationem ſacramentalem à Chriſto adiunctam.Sic nimirum vt naturalis,& humanus Matrimonij contractus fundamentum eſt eſſentialiſſime requiſitum ad ſacramenti rationem à Chriſto ſuperadditam:Atqui moralis, & humana ſignificatio pronominum. Hoc, &,Hic, ſubſtantiue prolatorum,prout in forma conſecrationis ponuntur,eſt valde indifferẽs,nec habet determinationem hominibus accomodatã, niſi determinetur directione ad rem,ita præſentem vt ſenſu aliquo percipi valeat:Ergo ad valorem conſecrationis iſtud omnino requiritur. Maior probata eſt in Tract. de ſacramentis in Genere diſp.3.ſect.4. Minor, & Conſequentia ſunt apertæ. Quia pronomen *Hoc*, eo ipſo quod ore profertur, ad auditum ſaltem potentialiter dirigitur,& inde ad efficiendum vt alicui ſenſuum illud,quod *Hoc* dicitur præſentetur:nequit autem ita præſentari,niſi aliquo ſenſu percipi queat.Ergo iſtud omnino requiritur.

Pronomen Hoc,eo ipſo quod profertur dirigitur ad auditum.

9. *Satis eſt,ſi materia ſit præſens & ſentiatur in alia cum qua illa eſt vnum, vel conſtituit vnum moraliter.*

Aſſero ſecundo,non eſſe opus vt materia hic, & nunc ,ſenſu aliquo percipi queat in ſe ipſa phyſice ſpectata,ſed ſatis eſt,ſi vel in ſe ipſa,vel in alia cum qua moraliter vnum efficiat, vt panis in area, vinum in dolio, hoſtia in capſula, linteo tecta, vel etiam clauſa. Probatur. Nam hæc non auferunt, ſed afferunt præſentiam moralem,quæ ſufficit vt communiſſimo, & ordinariſſimo loquendi more materia deſignetur pronomine *Hoc* & *Hic*. Sic enim frumentum ſacco incluſum deſignantes dicimus:Hoc eſt frumentum & diuerſa vina variis contenta doliis,iis indicamus verbis;Hoc eſt album,hoc rubrum,hoc nouum,Hoc vetus:quia,per familiarem metonymiæ tropũ,res cõtinens pro cõtenta ſumitur, & vnũ cũ illa naturaliter facit,

Metonymia Familiaris eſt tropus in ſermone.

10. Quæres. An panis in ſacrario contentus valide conſecretur? Lugus,ait rem eſſe dubiam: Ego arbitror diſtinguendam. Vel enim in ſacrario ſolũ eſſe panis in tanta quantitate vt ſacrarium non iam ſacrarium ſed panis arca videretur. Et tunc valide conſecrari poſſet; quoniam apte diceretur: *Hoc eſt panis*. Si tamen in ſacrario panis eſſet modicus,& ſimul eſſet alius iam conſecratus, inualide conſecraretur, quoniam inepte diceretur: *Hoc eſt naturalis panis*. ſicut incluſo in ſupremo ſacrarij annulo, perperam diceremus oſtenſo pomo,iſte eſt annulus. Rurſus ſi ſolus eſſet panis non conſecratus in ea quantitate,qua ſolet conſecratus reſeruari,non conſecraretur valide,quia) de illo dici non poſſet: iſte eſt panis;ſicut nunc dicere non poſſumus oſtenſo ſacrario clauſo: *Hæ ſunt hoſtiæ conſecratæ*: At poſſumus dicere: *iſte eſt Chriſtus*,velut oſtenſo Regis tentorio, *iſte eſt Rex*: Ergo quia Chriſtus in ſacrario non eſt modo naturali,ac proinde nec ſicut Rex in tentorio, ſed modo ſupernaturali factus cibus viatorũ;proinde in appellationib.admittẽdis cibũ imitatur.

Quando conſecraretur Panis incluſus in Sacrario.

Chriſtus hic admittit appellationes cibi.

Aſſero tertio. Si materia ſit prope,nec tamen queat in ſe, vel in alio, cum quo moraliter faciat vnum,ſenſu aliquo à ſacerdote percipi,neceſſe eſt, vt vel aliquo alio ſigno ab ipſo deſignetur, vel per aliquod artificium actu & re ipſa ab eo ſentiatur. Declaro partes ambas in pane, qui eſſet trans parietem. Non enim eſſet ſufficienter ſenſibilis vt valide conſecrari poſſet, quidquid reclamet Maior:quia nec poſſit ſentiri in ſe ipſo vt ſupponimus, nec in pariete, quia cum iſto non faceret vnum per ſe. Cæterũ 11.

Quid ſi materia ſit prope, nec ſentiatur v. g. trans Parietem.

valide conſecraretur ,ſi ſacerdos extenſo intra parietem brachio, & intento in eum panem digito conſecrationis formulam proferret: vel ſi diſpoſito vno, vel altero ſpeculo panem illũ actu conſiceret. Similiter non poſſet panem à tergo poſitum valide conſecrare nuda verborum prolatione: quia non eſt apte præſens, vt deſignetur pronomine *Hoc*, aut *Hic*: ſi tamen digitum in eum conuerteret, vel ipſum in ſpeculo conſpiceret valide conſecraret. Nam & nihil communius, & humano conſortio accommodatius,quam res,à tergo exiſtens intento in eam indice eiuſmodi pronominibus afficere. Et rurſus id quod per ſpeculum cernitur, non eſt intentionalis ſpecies, vt ex Philoſophia ſuppono, ſed obiectum ipſum quod ſui ſpeciem emittit: proinde dum per ſpeculum modo dicto conſpicitur, optime hoc nuncupatur.Imo quamuis ſpecies in ſpeculo cerneretur ſufficeret ad validam materiæ conſecrationem; quoniã independenter ab ea, vel oppoſita opinione, quoties ſpeculo vtimur ad rem à tergo vel trans parietem conſpiciendam, intento in ſpeculum digito,dicimus,Hunc eſſe Petrum,& ipſiſſimum Petrum indicare cenſemur. Vnde à fortiori colligo ſi panis poſt parietem poſitus odoratu ſacerdotis perciperetur, vere conſecrãdum. Quia rem quam odore percipimus pronomine *Hoc*, & *Hic*, aptiſſime, & communiſſime donamus. 12.

Quid ſi ſpeculo medio ſentiatur.

Si panis ſentiatur odoratu ſufficit.

Quæres. An ſi ſacerdos cæcus eſſet, & materiam præſentẽ ſe habere ex aliorũ relatu cognoſceret,poſſet eam conſecrare valide. Reſpondeo: poſſet,quoniam illam haberet ſufficienter præſentem,& modo morali,& humano vt præſentem cognitam,atque adeo per pronomen *Hoc*, & *Hic* eodem modo monſtrabilẽ. Sic enim cæcus, & ſurdus,ex aliis diſcens,hîc, & nunc fieri ſacrum,valide ſacro aſſiſtit; vtpote ſufficienter, & humano more,vt præſenti,cognito,& proinde dicere poſſet competẽter & ad cõmuniſſimũ captum, & morem accommodate: *Hoc ſacrum pro animabus purgatorij offero. Hic ſacerdos in hoc ſacro, breuior quam par erat fuit.* 13.

Si ſacerdos cæcus cognoſcat Panẽ eſſe ibidẽ ſolum ex relatu aliorum.

Quæres iterum. An ſi ſacerdoti cæco,& nullatenus ſcienti panem eſſe præſentem Deus intellectuali illuſtratione id reuelaret,& euidenter ille intellectualiter eum panem in ſe ipſo intueretur,ac Angelus intuetur, & in eum dirigeret conſecrationis formam verè conſecraret? ſapientiſſimi quidem Recentiores, ſolũm aiunt ſe non dubitare quin validam conſecrationem efficerent. Nec reuera dubitari poteſt ſi reuelatio illa fieret, ad eum finem, vt ſacerdos 14.

Si ſolum ex reuelatione diuina.

Recent. affirmant indubitanter.

Digitized by Google

cerdos ſupra materiam illam , verba conſecrationis proferret. Cenſeretur enim Deus diſpenſatione ſua ſupplere circumſtantiam,quam alioquin eſſe requiſitam , contendi poſſet hoc argumento.

Aliqua tamen eſt ratio dubitandi.

Cum enim vocale pronomen,Hoc, ſit ſenſibile, & prolatum ab iis qui rem non aliter, quam ſenſuum interuentu, præſentem intelligunt, tunc ſane prorſus requirit in hominibus cognitionem ſibi proportionatam, ac proinde ſenſibilem, qua obiectum eo pronomine affectum percipiatur, hic enim, & non alius eſt communis,& moralis & humanus agendi modus,per vocale,& ſenſibile pronomen: ille vero nec eſt communis vt per ſe claret, nec naturalis, ſed ſupra naturæ virtutem, nec humanus ſed prorſus Angelicus,ei videlicet ſimilis, quo Angelus pure intellectualiter intuens panem per verba interiora dicere poſſet: *Hic eſt panis*, aut,*Hoc eſt corpus meum*: Ergo niſi Deus aut inſtitutionem mutaret, aut in ea quoad aliquam partem diſpenſaret,talis conſecratio irrita foret.

15. Debilis eſt & ſoluitur noſtra argumentatione.

Aſſentior tamen eis doctoribus,& aſſero validam fore conſecrationem.Quia ſi cœcus ille diuinitus tantum,& ſola intellectione cognoſceret res, alioqui vere ſenſibiles adeſſe præſentes,optime poſſet de ipſis tamquam præſentibus cum aliis hominibus agere, eaſque pronomine Hoc indicare,& tali locutione validas venditiones, ac emptiones efficere. Ergo pari ratione,poſſet panem præſentem vt præſentem eodem pronomine oſtendere, & conſequenter vere illum conſecrare.Quod enim eius notitia naturaliter aut ſenſibiliter aut ſupernaturaliter & mere intellectualiter habeatur, nihil ad rem attinet,vt patet in contractibus,quos diximus, & ratio à priori eſt; quia pronomen Hoc, ad ſummum indicat,me cognoſcetere hac rem vt præſentem,non autem me id ſenſibili, aut naturali cognitione cognoſcere:Quo ſoluta manet oppoſita ratio.

16. Materia apta debet ſentiri à ſacerdote in ſe, ipſa,vel in alio continente ipſam phyſicè.

Ad alteram quæſtiunculam reſpondeo, requiri ad validam conſecrationem non,ſolum vt materia per ſe loquendo,& velut in actu primo,ſenſibilis ſit; ſed etiam vt ab ipſo ſacerdote in ſe ipſa, vel in vaſe continente ſentiatur, vel certe ex alterius hominis relatu, vel Dei reuelatione præſens adeſſe noſcatur. Quoniam vt nuper aiebam, requiritur vt materia iuxta morem naturalem, & humanum ac moralem deſignari queat,per pronomina, Hoc,vel, Hic: Non poteſt autem niſi vno ex prædictis modis ab ipſo ſacerdote percipiatur, ſeu agnoſcatur vt præſens:Ergo &c.

SECTIO III.

An materia conſecrari poſſit cuiuslibet magnitudinis.

17. PArs affirmans eſt communiſſima contra nonnullos veterum Doctorum ſtatim referendos, & ſpeciatim confutandos. Probatur. Quia Chriſtus Sacerdotibus dedit poteſtatem conſecrandi,ſeu producendi ſuum ipſius corpus,& ſanguinem ſub ſpeciebus panis, & vini: ſed hanc poteſtatem non limitant ad tantam panis & vini magnitudinem: Ergo in quantauis magnitudine poſſunt valide conſecrare. Conſequentia eſt optima. Tum quia ſicut vbi lex non limitat nos limitare non debemus, ita facultatem à Chriſto ſacerdotibus datam ad certã magnitudinis menſuram illo non aſtringente perperam aſtringeremus. Tum etiam quia panis in quantauis magnitudine vere proprieque eſt panis, & vinum in quantalibet quantitate vere eſt ac proprie vinum; imo quodammodo verius, quam in exigua, quia certius. Ergo aptum vt Conſecrationem valide recipiat. Probatur inſuper conuulſione fundamentorum quibus oppoſitam ſententiam aliqui Doctores ædificant, & ſtabiliunt.

Alexander in 4. Diſt.11.q. 34 memb.1. Bonauentura diſt.10. art.2. q.4. & Angelus V. Euchariſtia 1. §. 25. probant. Quia cum Euchariſtiæ conſecratio dirigatur ad illius vſum, & eſum, prudens eius inſtitutio requirit, vt ſolum detur conſecrandi poteſtas ad conſecrandam quantitatem vſui fidelium accommodatam. Quantalibet autem naturalis non eſt; vt eius valida conſecratio cedere poſſit in tanti ſacramenti irreuerentiam. Ergo &c. 18.

Argumenta quædam aduerſantiũ.

Sed contra.Quia prudens inſtitutionis modus efflagitat, vt per quantitatis limitationem non reddatur dubia conſecratio, qualis redderetur, quoties dubium eſſet, num tanta materiæ conſecratio fidelibus eſſet expediens, vt ſi pauci adeſſent communicaturi, & plurimæ hoſtiæ pro illis conſecrarentur. Nec obſtat irreuerentiæ periculum, nam eſt per accidens; alioqui Sacerdos nec vnam quidam hoſtiam valide conſecraret, quando vel ipſe in animo haberet, vel periculum eſſet, ne alij eam irreuerenter tractarent; aut etiam ad veneficos vſus, & effectus applicarent. Adde quod eadem ratione dicendus eſſet Epiſcopus non poſſe, vel Chriſma conficere; vel oleum infirmorum valide benedicere, niſi in quantitate competenti quod eſſet vtriuſque benedictionis,atque adeo confirmationis, & vnctionis valorem innumeris dubiis,& perplexitatibus exponere. Addiderim etiam permiſſa Minori, concluſionem manere inconcuſſam: quia ſicut Euchariſtiæ vſus limitatus non eſt ad certam perſonarum multitudinem, ſed ad quantamlibet extenditur,ita etiam illius conſecrandæ poteſtas non coarctatur ad certam materiæ magnitudinem, ſed ad quantamlibet protenditur. 19.

Epiſcopus poteſt valide conficere Chriſma, & Benedicere oleum in qualibet quantitate.

Ioannes Maior in 4. diſt.11. q.1. concluſ. 1. ita ſuadet. Quia forma conſecrationis eſt Euchariſtiæ cauſa efficiens; & cum ſit agens finitum habet certam actiuitatis ſphæram: proinde ſi ponamus, aut fingamus eſſe panis cumulum inſtar protenſi montis, non poterit ad totum illum valide conſecrandum pertingere. Sed hæc ratio non plus habet roboris. Primo: quia forma conſecrationis non eſt cauſa efficiens naturalis, ſed ſupernaturalis,& me iudice ſolum moralis: proinde non exigit cum materia phyſicam, ſed moralem propinquitatem, eam ſcilicet, quæ ſufficiat, vt materiam poſſit Sacerdos demonſtrare pronominibus *Hoc*, & *Hic*; proinde quantalibet ita poterit demonſtrare,poterit conſecrare. Deinde quamuis conſecrationis forma ſphæram haberet actiuitatis limitatam; adhuc noſtra perſtaret aſſertio:poſſet enim idem Sacerdos ingentis cumuli partem vnam vna conſecratione, alteram altera, tertiã, tertia,& ſic deinceps;ac proinde quãtalibet ma- 20.

Verba conſecrationis non ſunt cauſa efficiẽs naturalis,ſed ſupernaturalis, & moralis.

teriam conſecrare validè. Poſſent etiam plurimi ſacerdotes ingentem materiæ cumulum, & quaſi mentem ita ſibi partiri, vt vnus hanc partem, alter iſtam, alius illam; & ſic alij alias ſimul conſecrarent. Poſſet denique Deus quantamlibet materiam, verbi gratia mille milliones panum, cum hoc pane penetrare, & idem ſacerdos vna verborum forma cunctos illos valide conſecraret, quas rationes, & modos illico amplius aſtruam.

22. *Aliud argumentum pro ſententia cōtraria proponitur; & ſoluitur variis modis.* Aliquis enim ſententiam oppoſitam ex eo probare poſſet, quia pronomina *Hoc*, & *Hic*, vt ritè, & cum effectu pronuncientur, exigunt materiæ propinquitatem moralem, vt ſect. 1. confirmatum fuit: Atqui moralis approximatio, non cadit in quantamlibet materiam, vt ibidem exemplo maris, & aliarum rerum aſtruximus: Ergo neque valida conſecratio. Cæterum nec iſtud fundamentum ſolidum eſt, euertitur enim primo ſi dicamus, concluſionem, & ſententiam communem intelligi ſaluis aſſertionibus ſupra poſitis, atque adeo de materia cuiuſcumque magnitudinis, moralem habente præſentiam ad ſacerdotem. Secundo ſi dicatur quantamlibet poſſe moraliter præſentem conſecranti vno è tribus modis; primò ſi multiplex ſit conſecrans; & vnuſquiſque ſuam materiæ conſecret partem. Secundò ſi vnus, & idem Sacerdos vnam conſecrationis formam proferat ſupra partem iſtam, alteram ſupra alteram, & ſic deinceps. Tertiò ſi Deus quantamlibet materiam penetratione contrahat, ad exiguam molem, & proinde totam ſacerdoti moraliter præſentem reddat. Quòd enim tota illa materia, verbi gratia panum innumeræ Myriades, cum hoc exiguo pane penetrata eſſet; ſicut non obſtaret quominus pro nomine hoc demonſtrari poſſet, & à ſacerdote præſente dici poſſet: *Hic eſt panis* ita nec obſtaret, quominus poſſet, dici, *hoc eſt corpus meum*, ac proinde in Chriſtum verè conuerti.

SECTIO IV.

Conſecrari An poſsit materia cuiuslibet paruitatis.

23. *Certum eſt poſſe quantumuis minima vnita cum aliis partibus phyſicè.* CErtum eſt quamcumque partem quantumuis minimam vnitam phyſice cum aliis poſſe ſimul cum illis conſecrari valide, ſic nimirum, vt ipſæ ſimul, & illa valide conſecrarentur. Nam dubitari non poteſt quin re ipſa ita contingat, neque hoc aliquam habet difficultatem; imo neceſſarium eſt ita contingere, ad hoc vt totum cum ex minimis partibus coaleſcat, vere conſecretur. Difficultas eſt, an valide conſecrari valeat pars quantumuis exigua ſeorſim à cæteris. Quod duobus modis intelligi poteſt vno, ita vt pars exigua phyſice ſit à cæteris ſeiuncta, & ſeorſim conſecrari intendatur; altero ita vt maneat quidem cum cæteris phyſice vnita, ſacerdos tamen non alias, ſed eam ſolam conſecrare intendat.

24. *Quæuis particula humanitùs ſenſibilis ſeorſim poteſt conſe-* Vtrouis modo quæſtio intelligatur, arbitror cum communiore ſententia, partem quantumuis exiguam ſi more humano ſenſibilis conſecrari poſſe. Poſterior pars claret ex ſupra dictis; quia materia conſecrari valide nequit dum pronomine hoc, aut hic demonſtrari nequit; ſic ſe habet pars exigua, quæ non eſt humano more ſenſibilis: Ergo valide conſecrari nequit. Prior pars etiam claret; nam illud omne poteſt conſecrari valide quod eſt vere panis, aut vinum pronomine *hoc* aut *hic* more humano demonſtrabile; ſed huiuſmodi eſt pars quantumuis exigua, ſi more humano ſenſibilis ſit. Ergo eſt valide conſecrabilis. Minor patet. Quia cum panis, & vinum non ſint ſubſtantiæ viuentes, non habent terminum paruitatis, ſeu minimum naturale, vt vocari ſolet; proinde in quantalibet exigua parte, eſſe, & ſaltem aliquantis per conſeruari poſſunt, ac proinde ſunt verus panis & verum vinum; cumque poſſint naturaliter, ſiue humano more per aliquem percipi ſenſum, poſſunt humano, & ordinario more pronominibus, *Hoc*, vel *Hic* deſignari, & dici. *(crari; ſecus vero inſenſibilis quantitas.)*

25. *Quæſtio verſatur in ſententia, quæ cenſet dari in quacumque re minimum naturale.* Rogas quid ſit tenendum in ſententia præſcribente rebus non viuentibus terminos paruitatis, & minimum naturale. Difficultatem hanc Recentiores & nouiſſime P. Lugus fuſiſſime diſputant maiore forſan opera, quàm pretio. Sed vt breui meam ſententiam explicem, aduerto, quæſtionem eſſe poſſe quadruplicem. *Et eſt quadruplex.* Primam. An minimum naturale conſeruari poſſit cum aliis partibus coniunctum? Secundum, an ab aliis partibus ſeparatum? Tertiam; An minus minimo conſecrari poſſit dum aliis partibus phyſice vnitum eſt, illis tamen non conſecratis? Quartam, an etiam dum diuinitus ab aliis eſſet ſeiunctum, & diuinitus conſeruatum? nam ſupponit hæc ſententia non poſſe aliter ab illis ſeiungi, ita vt formam, v. gr. panis, quam illius coniuncta habuit, ſeparata retineat. Et in omnibus his qq. ſupponitur exiguum illud, eſſe humano, & communi modo per ſenſum aliquem perceptibile.

26. *Si ſit ſenſibile. Minimum naturale dum aliis partibus coniunctum poteſt conſecrari vel coniunctim cum aliis, vel ſeorſim ab aliis, ſignificatum ſe per verba formæ ex intentione Miniſtri.* Primæ quæſtioni Reſpondeo, minimum naturale cum aliis partibus coniunctum conſecrari poſſe; vel ita vt aliæ quoque partes ſimul, & eadem Verborum prolatione conſecrentur; vel etiam ita vt conſecratio ad ipſum ſolum dirigatur, & ſolum ipſum afficiat. Prior pars certiſſima eſt: quia dum totum conſecratur, omnes, & ſingulæ partes quantumuis exiguæ conſecrantur; alioqui non totum conſecraretur, vt ſuprà iam diximus. Poſterior pars probatur: quia pars illa prout à cæteris diſtincta, vere eſt panis; Atqui alioquin vt ſupponimus ſenſu perceptibilis: Ergo per pronomen *Hoc*, aut *Hic* more humano, & ſolito deſignabilis; atque adeo valide conſecrabilis. Maior quæ ſola negabitur oſtenditur; quia panis, & vinum, vt ſupponimus, eſt totum quoddam homogeneum, & proinde conſtans partibus minutiſſimis eiuſdem rationis cum toto; proinde cum totum ſit panis, aut totum vinum, profecto neceſſe eſt, cunctas illas, & ſingulas eſſe panem, aut vinum. Quæ pars ex iis, quæ num. 30. ſubiiciemus, non parum claritudinis, & firmitatis accipiet.

27. *Poteſt etiam ſi exiſtat ſeparatum phyſice, & moraliter,* Secundæ quæſtioni reſpondeo, minimum naturale, ſeorſim ſumptum, ſiue ab aliis partibus phyſice, & moraliter ſeparatum poſſe etiam conſecrari valide. Quia ſi eſt minimum naturale panis, eſt verus panis; ſi minimum naturale vini eſt verum vinum; & alioquin, vt ſupponimus, eſt quatenus panis, & vinum perceptibile: Ergo per pronomina Hoc, & Hic deſignabile:

Ergo

Digitized by Google

Ergo potens validam conſecrationem accipere.

28. Sufficit quòd ſit manducabile ſimul ſumptum cum aliis partibus homogeneis.

Dices non eſſe manducabile, ſi minimum panis ſit, ſi autem minimum vini non eſſe potabile. Reſpondeo primo; ſi hæc ratio valeret, probaret idem de eo, quod eſt maius minimo; nam non eſt magis propriè, & per ſe ipſum manducabile, vel potabile, cum antequam perueniat ad guttur, vel ſaltem ad ſtomachum euaneſcat. Reſpondeo ſecundo tale eſſe, vt ſimul cum aliis partibus aut panis aut vini poſſit in ſtomachum traiici, & hoc ſufficere vt conſecrari poſſit cum ſufficiat vt effectum ſacramentalem conferat.

29. Minimo Naturali minus ſeorſim ſentiri non poteſt More humano.

Tertiæ quæſtioni reſpondeo primo, Pugnantia præſeferre: talia namque videntur, Aliquid panis eſſe minus minimo naturali, & tamen vt ab aliis partibus diſtinctum, poſſe naturaliter ſenſu aliquo percipi. Si enim vt ab aliis partibus diſtinctum valet ſui ſpeciem emittere: Ergo vt ab aliis partibus diſtinctum, poteſt ſuam formam conſeruare, quod eſt contra rationem Minoris Minimo. Ergo quæſtio hæc pugnantia videtur inuoluere. Deinde ſi dicas pugnare quidem inter ſe, Aliquid panis eſſe minus minimo, & prout ab aliis partibus diſtinguitur, eſſe per ſe ſenſibile, dum eſt ab aliis partibus ſeparatum; non tamen dum eſt cum illis phyſice vnitum: ſi hoc, inquam, reſpondeas, & ita quæſtionem procedere ſupponas.

Minus minimo naturali cum aliis partibus coniunctum poteſt conſecrari, non conſecratis aliis partibus continuis.

Reſpondeo ſecundo, minus minimo naturali cum aliis partibus coniunctum, poſſe aliis partibus non conſecratis conſecrari; quia vere eſt panis, & vere ſenſibilis, ac per conſequens modo naturali, & humano per pronomen, Hoc vel Hic, ad ſenſum demonſtrabilis: Nihil proinde illi deeſt vt valide conſecrari poſſit. Confirmatur quia ſi Deus cæteris partibus neget concurſum ad ſui ſpeciem emittendam, minus autem minimo ſuæ naturæ relinquat, abſque dubio emittet ſui ſpeciem, nec dubium quin ſpeciem panis: Ergo illud præſtat à cæteris partibus diſtinctum, & eſt panis, & per ſe ſenſibilis & pro nomine Hoc, aut Hic demonſtrabilis. Cur ergo non valide conſecrabilis? Vide quæ numero proxime ſequente dicam.

30. Minus minimo, ſi diuinitus ſeiunctum ſit, conſecrari poteſt, ſi id ſenſu aliquo percipiatur à ſacerdote.

Quartæ quæſtioni reſpondeo contra Lugum diſp. 4. num. 91. illud minus minimo naturali ſi diuinitus à cæteris partibus abiunctum conſecraretur, & vt quæſtio ſupponit, poſſet per ſenſum aliquem modo naturali, & ordinario percipi, poſſe etiam valide conſecrari. Moueor, quia illud vere eſſet panis, & vere ſenſibilis, & humano more per voces illas, Hoc, & Hic, ad ſenſum demonſtrabilis: Ergo in illo ſtatu exiſtens valide conſecraretur.

Confirmo primò à paritate. Nam illud minus vnitum cæteris partibus, poſſet illis conſecratis conſeruari, prout Lugus ipſe propugnat: Ergo & ab illis diſiunctum; Nam dum eſſet vnitum, ſi conſideretur vt ab illis diſtinctum, non magis eſſet panis quam ab eis ſeiunctum, nec magis ſub accidentibus panis quam ſeiunctum, nec magis per ſe, & ratione ſui ſenſibile, quam ſeiunctũ: ſi ergo coniunctũ validã terminaret conſecrationem, etiam ſeiunctum.

31. Confirmo ſecundo, quia ſolum obſtare poteſt, quod illud non poſſit naturaliter ſic exiſtere: atqui hoc non obſtat: Ergo nihil. Minor oſtenditur. Quia licet naturaliter ſic exiſtere non poſſit, tamen ſuppoſita ſupernaturali conſeruatione, panis eſſet in ſe ipſo naturalis, & naturaliter ſui ſpeciem ſenſibilem emitteret, & eodem modo poſſet per pronomen Hic ad ſenſum deſignari; ac ſi naturali virtute ita exiſteret: Ergo quod ſolum diuinitus conſeruaretur, conſecrationis valori non obſtaret. Antecedens claret. Nam æque, vel magis miraculoſum, & ſupra naturæ vires eſt, albedinem eſſe ſine ſubiecto, quam minus minimo naturali ſine cæteris partibus: ſuppoſito autem quod albedinem Deus ſine ſubiecto conſeruet, illa naturaliter ſui ſpeciem emittit, & proinde dicimus de illa: *hæc eſt albedo*, ac ſi ſubiecto inhæreret; proinde idem eſſet de minori minimo naturali, ab omnibus aliis partibus ſeiuncto.

Albedo ſeiuncta à ſubiecto demonſtratur eodem minimo, ac exiſtens in ſubiecto.

32. Alia demonſtrantur exempla, quàm plura.

Confirmo tertio, variis exemplis: ſi enim infinita Minora minimo hic adeſſent, poſſent certiſſime ad ſenſum demonſtrari, & panis vocari, & in vnum cumulum congeſta in os accipi, & in ſtomachum traiici, & hominem alere: Ergo, & conſecrari valide: Ergo etiam illorum quodlibet ſolitarie ſumptum. Nam totus illorum cumulus nec eſſet magis panis, nec magis connaturaliter exiſteret, nec magis verè eſſet ſenſibilis, & ad ſenſum indicabilis Rurſus, ſi in panem inducerentur diſpoſitiones ad formam lapidis, & tamen panis forma diuinitus cum ſuis conſeruaretur, proculdubio poſſemus morali modo dicere: *Hic eſt panis*, & ille valide conſecrari poſſet: Ergo pariter illud minus minimo diuinitus conſeruatum ſine partibus aliis. Item ſi panis ſuis propriis accidentibus extenſis penetraretur, totus in toto, & totus in qualibet illarum parte, poſſet conſecrari valide, quia verus panis, & ad ſenſum demonſtrabilis, eſto modum exiſtendi haberet ſupernaturalem: Ergo pariter & ob eaſdem rationes minus illud minimo naturali.

33. Prætereà ſi quis ex ſola reuelatione intellectuali diuinitus cognoſceret, hoc eſſe panem, poſſet vere conſecrare illum, quia more ſenſibili, & humano ipſum ad ſenſum oſtendere vt ſupra docuimus. Ad hæc, ſi Petrus, qui ſacerdos nunc eſt, adeo grauiter ægrotaret, vt non niſi miraculo vitam retineret, poſſet in eo ſtatu, valide conſecrare, & abſoluere; quia vere eſſet ſacerdos, & in via, eſto miraculoſe conſeruatus. Tandem ſi quis ſuadente Diabolo, lethaliter aliquem feriat, vt is diuinitus conualeſcat, non ille ſit irregularis, quia licet hic miraculoſe vitam retinuit, vere retinuit: Ergo ſimiliter, & in præſenti philoſophandum, de illo minore Minimo naturaliter.

34. Obiicitur extenſionem requiri in Pane naturalem.

Obiicies ex Lugo ſupra citato. Vnam è ſpeciebus panis eſſe tantam extenſionem, quanta naturaliter exigitur vt panis exiſtat, ſed illam extenſionem non haberet panis ille, ſi eſſet, minor minimo naturali: Ergo non eſſet ſub omnibus ſpeciebus panis naturaliter debitis. Ergo nec poſſet validam recipere conſecrationem. Diſtinguo prius conſequens. Non eſſet ſub omnibus ſpeciebus debitis, ſecundum eſſentiam ſpectatis, negò: ſecundum integritatem concedo: nam haberet extenſionem ſenſibilem, atque extenſionis eſſentiam, non autem haberet tantam, ac proinde non haberet extenſionis integritatem. Nego autem alteram conſequentiam, quia falſo, & libere ſupponit, omnes panis ſpecies, etiã quoad integritatem requiri, vt valide conſecretur. Si enim integritas illius extenſionis neceſſaria non eſt, vt ſit panis, & ſentiatur, & pro nomine *Hic* ad ſenſum oſtendatur, ſine fundamento

Reſpondetur obiectioni.

Sicut non requiritur integritas extenſionis Panis, vt vere ſit Panis, ita nec requiritur ea integritas extenſionis vt valide conſecretur.

Digitized by Google

mento requiritur, ad hoc vt valide conſecretur, vt ex adductis nuper exemplis etiam intelligi poteſt. Cæterum in quæſtione falſum ſupponente ſatis ſuperque demorati ſumus.

SECTIO V.

An vt materia valide conſecretur, debeat conſecrantis intentione determinari.

35. Approbatur communis ſententia.

AFfirmo Primo quoniam, hic eſt omnium Doctorum ſenſus, cui nefas eſt contradicere. Secundo, quia ſacerdos cum verbis conſecrationis, eſt quædam cauſa, ſi non phyſice, ſaltem mortaliter efficiens. Hæc autem cauſa per intentionem applicatur ad agendum: Ergo ſicut in phyſicis, vt ignis agat neceſſe eſt applicetur determinate ad ſubiectum; ita prorſus in moralibus, vt ſacerdos conſecret materiam iſtam, neceſſe eſt vt per ſuam intentionem ad iſtam materiam determinatam ſe applicet. Tertiò; quia conſecratio fit interuentu pronominis. *Hic*, aut *Hoc*, deſignantibus materiam ad ſenſum, ſic autem non deſignatur niſi determinate intendendo iſtam: Ergo, &c.

36. Duplici modo fieri poteſt determinatio materiæ.

Verum, vt hæc aſſertio magis penetretur, & ab illa quaſi generalitate aliquid magis particulare determinetur: aduerto duobus modis poſſe, materiam ſacerdotis intentione determinari. Vno imperfecto, ita ſcilicet, vt poſt conſecrationis formam prolatam non poſſet humano modo comperi quænam materia conſecrata eſſet: Exempli gratia ſi Miniſter ita apud ſe ſtatueret: *Ex hoc* hoſtiarum cumulo, vel ex huius hoſtiæ partibus, volo duas tantum conſecrare, non deſignando mente has duas præ aliis, nec aliquam aliam determinationem adiungens; vel etiam addens velle ſe conſecrare duas tantum, quas Deus velit; aut quas poſtea Petrus deſignauerit. Altero perfecto ita ſcilicet vt poſt conſecrationis prolatam formam poſſit humano, & morali modo comperi quam materiam decreuerit, aſſerendo, verbi gratia *iſta numero hoſtia conſecrata fuit*.

37. Requiritur determinatio perfecta, nec ſufficit imperfecta, & vaga.

Aio ergo, conſecrationem fore nullam, ſi materia priori modo determinetur; ac proinde ad validam conſecrationem requiri poſteriorem determinationis modum. Ratio eſt: Quia materia conſecratur mediis pronominibus, *Hoc*, aut *Hic*, circa materiam ſenſibiliter præſentem prolatis: Atqui pronomina illa numquam humano, & morali modo proferuntur, niſi ſtatim poſt ipſorum probationem, morali etiam & humana ratione deſignari poſſit ſupra quod obiectum prolata fuerint: Ergo id omnino requiritur ad validam conſecrationem. Maior, & illatio non indigent probatione. Minor probatur: quia pronomen *Hoc*, aut *Hic*, dum ad ſenſum profertur, æquiualet extenſioni digiti ad rem de qua loquimur, quod, vel inde patet, quia ſi rogemus quiſnam trium iſtorum hominum vocetur *Petrus*, reſpondere poſſumus vel prolato pronomine *Hic*, circa ipſorum vnum; vel intento in ipſum digito, ſicut igitur intento in aliquem hominem digito ſtatim humano & naturali modo, & more poſſumus, & ſolemus determinate agnoſcere, quiſnam illorum hominum, Ioanne teſte vocatur *Petrus*; ita ſtatim poſt conſecrationis prolatam formam, neceſſe eſt, vt communi modo, & humano more determinate noſſe poſſimus, quamnam materiam conſecrauerimus.

38. Sacerdos valet conſecrare partem hoſtiæ, ſeu Panis determinatam. Non vero valet conſecrare hoſtiã, vel partem indeterminatam, aut indeterminate ſignificatam.

Hinc elicies validam eſſe conſecrationem ſi ſacerdos intendat conſecrare ex duabus partibus hoſtiæ, quam habet in manibus erectam, ſolam ſuperiorem, quoniam ad illam vere applicat conſecrationis formam & non ad inferiorem; vnde ſtatim poſt prolationem adorare poteſt ſuperiorem, & non poteſt inferiorem. E contra inferes, nullam conſecrare formam eum qui ſic ageret. Volo ex duabus iſtius hoſtiæ medietatibus conſecrare vnam tantum; vel volo conſecrare vnam tantum quam Deus vult aut quam Ioannes poſtea eliget. Ratio eſt; quia non approximauit virtutem actiuam ad materiam determinatam, vnde nec ipſe quidem ſtatim facta prolatione ſcire poteſt ad quam materiam, vel ad quam partem actiua virtus applicata fuerit, quia reuera ad nullam applicata fuit.

39. Hoſtia inſignita ſigno impreſſo, & latens ſenſibus omnino conſecrari non poteſt ſola ſine aliis cum quibus faciat Panẽ & cibũ moraliter vnũ.

Dices: Ergo ſi quis hanc hoſtiam non conſecratam propria quadam nota afficiat eamque cum aliis pluribus hoſtiis, ſiue conſecratis, ſiue non conſecratis, permiſceat, ita vt ſub illarum aliquibus ſit, & ipſe ſolam eam conſecrare intendat, valide conſecrabit, nam ei ſua intentione virtutem actiuam applicabit, & ſtatim noſſe poterit illam eſſe conſecratam. Nego conſequentiam, quia licet ibi determinata ſit intentio conſecrandi hanc hoſtiam deeſt tamen aliquid ad valorem conſecrationis requiſitum, nempe quod illa forma ita ſit ſenſibiliter præſens, vt humano, & communi more deſignari poſſit pronomine *Hoc*. Tunc vero non poteſt quia nec ſentitur in ſe, nec in aliquo cum quo faciat naturaliter vnum, vt panis cum area, & vinum cum vrceolo. Explicatur, & oſtenditur, quia ſi intra cumulum lapillorum contineatur quidam, cui notam ego ſpecialem impreſſerim, non recte dicam, intento in cumulum digito *Iſte eſt lapillus à me deſignatus*.

40. Nec poteſt abſoluere è quatuor peccatis venialibus duo tãtum indeterminate, v.g. quę Deus deſignet.

Oppones tamen. Poteſt ſacerdos è quatuor peccatis venialibus ſibi in confeſſione manifeſtatis, velle abſoluere tantum duo, quæ Deus deſignauerit: Ergo & ex pluribus hoſtiis duas quas Deus deſignauerit. Nego antecedens; Quod aliqui impugnant, quia ſacerdos non poteſt limitare vim abſolutionis, ac proinde ſi ſupra Pœnitentem rite diſpoſitum eam proferat, neceſſe eſt, vt ab omnibus abſoluat. Cæterum ſicut hoc verum eſt, & omnino certum, in peccatis mortalibus, quorum vnum de lege ſaltem ordinaria, non poteſt remitti, alio, vel aliis non remiſſis, ita de venialibus eſt falſum, nam ſi vnum de lege ordinaria poteſt à Deo remitti, non remiſſo altero; cur non etiam à ſacerdote per ſacramentalem abſolutionem? Ratio igitur negandi antecedẽs eſt: quia ſacerdos ſuam abſoluendi virtutem non applicat ad determinatam materiam; ac proinde nullam illarum culparum abſoluit. Alia nonnulla quæ Recentiores hîc accumulant in regulis traditis, & exemplis appoſitis continentur.

41. Quia ſacerdos ſuam intentionem debet applicare ad materiam determinatam deſignabilẽ determinate Pronomine *Hoc*.

DISPV

DISPVTATIO XXX.

De Vera, & reali exiſtentia corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia.

SECTIO I. *Hanc exiſtentiam plus commendari in ſacris literis, quam ipſam Chriſti Diuinitatem.*
§. 1. *Probatur ex Ioan. 6.*
§. 2. *Oſtenditur ex Chriſti verbis apud alios Euangeliſtas.*
§. 3. *Item ex Paulo, & Petro, & Dauide.*
SECTIO II. *An, & quem fidei articulum prædicta veritas ſpectet.*
§. 1. *Refelluntur negantes, Euchariſtiam eſſe fidei ſpecialem articulum.*
§. 2. *Sanctorum communionem eſſe Euchariſtiæ proprium articulum.*
§. 3. *Obiectio ex bonorum operum communicatione occurrens profligatur.*

1\. CHriſti corpus ſub ſpeciebus panis, & Chriſti ſanguinem ſub ſpecie vini reipſa exiſtere, veritates ſunt æquè Catholicæ, & æquè ab Hæreticis impugnatæ: quas duas abſque dubio indagauit S. Thomas quæſt. 75. art. 1. vt ex aſſertione claret; eſtò qui titulos articulis præfixit, partem quæ ad ſanguinem attinet, per incogitantiam omiſerit.

SECTIO I.

Hanc veritatem plus commendari in ſacris litteris, quam ipſam Chriſti Diuinitatem.

RVbori eſt, ne dicam religioni, diſputare, num hæc veritas in ſacris contineatur, aut commendetur litteris, vtpote nihil clarius pronunciantibus. Contendo nec ipſam Chriſti deitatem tantopere ab illis commendari.

§. I.

Probatur ex toto Ioannis capite 6.

2\. Duo præcipua miracula Euchariſtiæ propria.

DVo ſunt in Euchariſtiæ ſacramento præcipua miracula: vnum, & ordine prius, quòd humana Chriſti ſubſtantia variis in locis ſimul realiter exiſtat, & proinde virtualiter in illis multiplicatur: alterum, & ordine poſterius quòd panis, & vini accidentia, ſiue ſpecies cum naturaliter exiſtere non poſſint niſi ſubiecto inhærentes, in Euchariſtia tamen ſine ſubiecto ſint, & per ſe exiſtant. Chriſtus igitur apud Ioannem cap. 6. vt Euchariſtiæ veritatem Caphatnaitis perſuaderet, duo præmiſit miracula, duobuſque iſtis valde ſimilia. Vnum fuit multiplicatio quinque panum, ita vt quinque millibus hominum paſcendis, & ſaturandis abunde ſufficerent: alterum, ambulatio ſupra maris vndas, ita ſcilicet, vt corpus graue, & mergi poſtulans, non grauitaret aut non mergeretur, ſed quaſi leue, & aëreæ naturæ ſeſe ſupra ſuſtineret. Itaque ſicut Præcurſoris conceptio ex ſterili, præmiſſa eſt, vt fidem præpararet Conceptioni Chriſti ex Virgine, vt ex ipſo colloquio Gabrielis cum ipſa Virgine conſtat; pari ratione, & prudentia, & prouidentia Chriſtus vt fidem præmuniret duobus his præcipuis miraculis, quibus Euchariſtiæ myſterium conſtat, duo illa ſimillima præmiſit.

Quibus duo alia ſimilia Chriſtus præmiſit.

3\. Porrò ambo illa miracula, multiplicandi panes, & ambulandi ſuper aquas, priuſquam Chriſtus Euchariſtiam Capharnaitis prædicaret, innotuiſſe, & recentiſſimâ illorum memoriâ, imo, & occaſione Chriſtum ipſis Euchariſtiam promiſiſſe, & annunciaſſe, conſpicuum eſt. Nam cum propter miraculum quinque panum Chriſtum quæſiuiſſent, eumque trans mare inueniſſent; & optime noſſent vt expreſſe notat Ioannes illum per mare, & non nauigio veniſſe, dixerunt ei: *Rabbi quando huc veniſti?* Quibus ipſe: *Amen Amen dico vobis: quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis: operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam quem Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater ſignauit Deus*: Græce ἐσφράγισε *ſigillauit*: hoc eſt, vt PP. cum Hilario, *ſuam ei Diuinitatem impreſſit*. Quaſi diceret Chriſtus: Panem hunc, etſi admirabilem, quique vitam conciliat æternam, Filius hominis vobis tribuet, quia non ſolum eſt Filius hominis, ſed etiam Dei vel clarius, quia non ſolum eſt homo, ſed etiam Deus.

Euchariſtia eſt Panis, quem Deus ſignauit, id eſt ſigillauit.

4\. Quiſnam vero panis iſte ſit, ſtatim exponit inquiens: *Amen, Amen dico vobis; non Moyſes dedit vobis panis panem de Cœlo, ſed Pater meus dat vobis panem de Cœlo verum. Ego ſum panis vitæ &c.* Murmurantibus vero Iudæis, quòd dixiſſet: *Ego ſum panis viuus*, ipſe reſpondebat; *Patres veſtri manducauerunt Manna in deſerto, & mortui ſunt: Hic eſt panis de Cœlo deſcendens vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur.* Et hunc panem ipſum eſſe, ſtatim ſubiecit; *Ego ſum* inquiens, *panis viuus, qui de Cœlo deſcendi ſi quis manducauerit ex hoc pane viuit in æternum, & panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita.* Cumque litigarent Iudæi dicentes: *Quomodo poteſt hic carnem ſuam dare ad manducandum*: tantum abfuit Chriſtus, vt pedem referret, vt potius vlteriùs progreſſus dixerit, *Amen, Amen dico vobis: Niſi manducaueritis carnẽ Filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, nõ habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitã æternã, &c. Caro enim mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus: Qui mãducat meã carnẽ, & bibit meũ ſãguinẽ in me manet, & ego in illo, &c. ſicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrẽ: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Hic eſt panis qui de Cœlo deſcendit, &c. Qui manducat hunc panem viuet in æternum.*

Panis hic eſt ipſe Chriſtus: & hoc clariſſime aſſeritur in Euãgelio.

5\. Verum vt eiſdem veritatis fidem, & orthodoxorum animis altius infigeret, & Hæreticorum ora Ioannes obſtrueret: addidit miſerum lapſum primorum circa Euchariſtiam Hæreticorum. *Multi igitur*, inquiens, *ex diſcipulis eius dixerunt. Durus eſt hic ſermo & quis poteſt eum audire?* Atqui manducare Chriſtum per fidem, vt Nouatores interpretantur nihil prorſus

prorſus duli præfefert aut innuit, nedum habet. Chriſtus vero, de manducatione reali, & corporali, ſe loqui confirmans, dixit. *Hoc vos ſcandalizat? ſi ergo videritis Filium hominis aſcendentem vbi erat prius?* Quæ verba duplicem capiunt ſenſum. Prior eſt: Si dum præſentem me cernitis, impoſſibilem cenſetis, veram, & realem mei manducationem: quid erit poſtquam ad Cœlum me aſcendentem videritis? Alter, & qui magis congruit cum iſtius diſputationis principio, & fine: ſi poſtquam ad Cœlum aſcendero, credideritis me prius in Cœlo fuiſſe, atque adeo verum Deum eſſe, num cenſebitis à me promitti rem aliquam meis viribus ſuperiorem.

Vbi Chriſtus clarè loquitur de manducatione reali.

6\. Et de reali manducatione carnis, & potatione ſanguinis intellexerũt Iudæi tunc increduli.

Concludit verò Ioannes: *Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt retrò.* Non ſane niſi quia Chriſti ſermonem de reali manducatione corporis, & potatione ſanguinis capiebant, duruſque illis erat. Sed audiamus narrationis finem, cum principio, & medio mirifice conſonantem? *Dixit ergo Ieſus ad duodecim. Numquid, & vos vultis abire? Reſpondit ei Simon Petrus: quo ibimus? Verba, vitæ æternæ habet; & nos credimus & cognouimus quia tu es Chriſtus Filius Dei*: Magnifica verò vox, & primo Chriſti Vicario, & ſummo, & ſapientiſſimo Chriſtique diuinitatem ſingulariter edocto Pontifice, digniſſima! Viderat Chriſtum quinque panes, in pluſquam quinque mille multiplicantem: viderat ſecurè gradientem ſupra marinos vortices: attenderat validiſſimam Chriſti rationem: *Hunc enim Pater ſignauit Deus*, hoc eſt ſuam ei Diuinitatem impreſſit; hauſerat ex his altiſſimum de Chriſti diuinitate conceptum. Vnde qua Chriſtus ratione probauerat, poſſibile ſibi eſſe dare panem illum, & ſimul vitam æternam, quia ſcilicet erat Filius Dei; eandem altiſſimæ ſuæ fidei reddidit Petrus, vocibuſque illis Chriſti, *Hunc panem, qui permanet in vitam æternam Filius hominis dabit vobis, hunc enim Pater ſignauit Deus*, hæc ſimillima reddit Petrus, non aliter quam voci imago: *Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Chriſtus Filius Dei.*

Et Diſcipuli Fideles, qui crediderunt, Teſte ipſo Petro.

Fides eximia S. Petri de hoc Myſterio.

7\. S. Ioan. incumbit, præ aliis Canonicis ſcriptoribus, vt Chriſti diuinitatem edoceat.

Illud mihi, nunc expende, Ioannem Euangeliſtam præ cæteris Canonicis ſcriptoribus, in id ſummopere incumbere, vt Chriſti Diuinitatem edoceat, aſtruat, prædicet: Tum omnia Ioannis eiuſdem ſcripta mihi peruolue, Euangelium, tres Epiſtolas, Apocalypſim: in toto illorum cumulo, non occurret, nec toties pronunciata, nec tam ſerio, & acriter, & ex profeſſo aſſerta Chriſti Diuinitas, ac vno iſto Ioannis capite aſſeritur, inculcatur, declaratur vera Chriſti in hoc Myſterio præſentia.

Atque hæc tam fuſa Chriſti diſputatio, ſuæque præſentiæ in hoc myſterio, tam acris confirmatio fecit, vt in ſuprema cœna dum Chriſtus ſuum ipſius corpus manducandum, & ſanguinem bibendum apponeret, nec ipſi Apoſtoli præ admiratione obſtupuerint, nec ipſe Chriſtus eam veritatem tunc confirmauerit. Quam vtriuſque rei rationem breuiſſime reddidit Chryſoſtomus Homil. 83. in Matth. non procul à principio. Tractans enim verba iſta: *Accipite, & comedite hoc eſt corpus meum*; *Quomodo*, inquit, *turbati non fuerunt cum hæc audiſſent? Quia multa iam, & magna de hoc antea diſſeruerat. Quapropter, nec illud quod iam crebro præceperat confirmauit: Sed Paſſionis cauſam peccatorum eſſe remiſſionem expoſuit.* Quod ſi forte Chryſoſtomo, τὸ *Quapropter nec illud quod iam crebro præceperat*, non eſt Euchariſtiæ ſed paſſionis veritas; nihil nobis officit ſed cauſam à nobis aſſignatam confirmat. Nam ſi multiplex diſputatio de paſſione fecit, vt tūc Chriſtus eam non confirmaret: hæc vna cum Capharnaitis de hoc myſterio diſputatio ſatis fuit, vt Chriſtus Euchariſtiæ veritatem daturus, non eam tunc aliis verbis, quam ſola exhibitione confirmauerit.

§. II.

Oſtenditur ex Chriſti verbis apud alios tres Euangeliſtas.

CHriſtus apud Matth. cap. 26. v. 26. apud Marcum cap. 14. v. 22. & apud Lucam cap. 22. v. 19. in extrema cœna diſcipulos alloquens, accipere iuſſit, & manducare & bibere ſubdens: *Hoc eſt corpus meum; Hic eſt ſanguis meus.* Quæ verba clare, & vt ſonant intellecta mirifice conſonant eiuſdem Chriſti verbis ex Ioan. 6. nuper adductis: *Caro mea vere eſt cibus, ſanguis meus vere eſt potus*: Ita ſcilicet, vt quod apud Ioannem Chriſtus fuſiſſime prædixerat, & prædicauerat, atque promiſerat, poſtea in Cœna opere compleuerit: atque ideo Ioannes in cœna de hoc myſterio non agit, quia iam cap. 6. fuſiſſime egerat, eiuſque impletionem ab aliis Euangeliſtis commemoratam viderat. Porro autem illa Chriſti verba, tam clare ſignificant verum Chriſti corpus, & verum Chriſti ſanguinem, in Euchariſtia realiter adeſſe, vt Lutherus ipſe non eam ſit auſus negare: Cæteri vero Nouatores dum in vero, & plano, & pleno, & Catholico ſenſu non acquieſcerent, 84. erroneos ſenſus attulerint, quos vna cum ſuis authoribus accuratiſſime refert Claudius Sanctesius Repetit. 1. cap. 9. poſtea verò teſte Coninch. q. 75. art. 1. num. 4. liber prodierit in quo 200. erronei ſenſus eorum verborum continebantur.

8\. Verba Chriſti in Matth. Marc. & Luc. mirifice conſonant Chriſti ex Ioannis 6. adductis.

Senſus erronei Hæreticor. innumeri.

9\.

Communiter Caluiniſtæ, cæterique Nouatores verbum *eſt* accipiunt metaphorice pro ſignificat, ſic nimirum: *Hoc eſt corpus meum*, id eſt, *Hoc eſt figura corporis mei*: *Hic eſt ſanguis meus*, id eſt, *Hæc eſt figura ſanguinis mei.* Sed impugnantur breuiter, & validiſſime, quia ſenſus iſte pugnat cum Chriſti Domini ſumma autoritate, cum vſu, & ſtylo diuinarum ſcripturarum, & omnium gentium: cum tota Eccleſiæ Chriſtianæ antiquitate, & cum ipſiſmet Nouatoribus, cum ſenſum aſſerentibus quæ omnia capita iam ſingillatim oſtendenda ſuſcipio.

Primus ſenſus erroneus refutatur validiſſime quia repugnat.

10\. Cum ſumma authoritate Chriſti.

Pugnat inprimis cum ſumma Chriſti autoritate. Qui ſcilicet toto Ioannis cap. 6. ſæpe, & ſæpius ait, ſuum corpus eſſe verum cibum, & ſuum ſanguinem eſſe verum potum, & ſe poſſe eum cibum, potumque dare, quia non ſolum eſt Filius hominis, ſed etiam Dei; & huius cibi, ac potus veritatem non poſſe credi ab eo, quem non traxerit Pater; & Manna quod à Moyſe datum fuit, non fuiſſe panem de Cœlo verum, ſed ſuam carnem, eſſe verum panem de Cœlo, & cum Iudæi propterea inter ſe ipſos altercarentur, & multi diſcipulorum à Chriſto diſcederent; Chriſtus eandem rem acrius affirmauit, & alios Diſcipulos rogauit, num & ipſi vellent abire, & alia quæ in . proximo deſcripſimus. Poſt hæc autem omnia, poſt tot affirmatio

Digitized by Google

mationes, & confirmationes, adhibito adiectiuo, *verum* vt panem de Cœlo verum, & aduerbio, *vere*: Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus: poſt hæc, in quam, omnia, meram exhibere ſui corporis, ſanguiniſque figuram, profecto non aliud eſſet, quàm *Parturiunt montes naſcetur ridiculus mus*: imo infinite minus eſſet, cùm infinite minus ſit figura Dominici corporis, & ſanguinis, corpore ipſo, & ſanguine Dominico; quam ſit mus ridiculus eo partu, quem parturientes montes poſſent promittere. Pugnat igitur ille ſenſus cum Chriſti ſumma auctoritate, quem omnino reddit contemptibilem, & ridiculum.

11. *Et cum ſtylo ſacræ S.S. & omnium hominum vſu ſermocinandi.*

Pugnare cum ſtylo SS. Scripturarum, omniumque Gentium, patet. Nam etſi rem ad ſolum ſignificandum effectam ſoleant nomine rei ſignificatæ donare, vt ſeptem vaccas pingues vocant ſeptem annos fertiles, & ſeptem alias macras, vocant ſeptem annos ſteriles; & imaginem Cæſaris appellant Cæſarem; & Neronis Neronem; rem tamen veram & realẽ, quę nec ex natura ſua, nec ex hominum inſtitutione facta eſt ad ſignificandum, ſed alium priorem vſum habet; non abſolute donant, nomine alterius rei ſignificatæ. Vnde quoniam enſis pro munere primario habet cingere hominis latus; propterea digito in enſem intento, contra morem ſcripturarum, & omnium gentium, diceretur; *iſte eſt homo*: Ergo cum panis, & vinum, entitates reales ſint, & munere primario habeant eſſe cibum, & potum, profecto illis oſtenſis contra Scripturæ Sacræ, cunctarumque Gentium mentem, & conſuetudinem illud, *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt ſanguis meus*, exponitur, id eſt, figura corporis & ſanguinis mei.

12. *Et cum tota Antiquitate Doctorum.*

Pugnare cum tota antiquitate; conſtat in primis, quia tota illa cum Petro confitetur: *Verba vitæ æternæ habes & nos credimus, & cognouimus quia tu es Chriſtus Filius Dei*, verus ſcilicet Deus, potenſque proinde tuum corpus in cibum, & tuum ſanguinem in potum dare: Atqui ad credendum, quod panis ſit ſignum corporis, & vinum ſit ſignum ſanguinis: non erat his opus: nam quilibet homo poſſet cum Filiis ſuis paciſci, vt quoties manducarent, & biberent, cibum, quem ſumerent, & potum quem biberent, acciperent vt paterni corporis, ſanguiniſque figuram. Conſtat rurſus, quia nullus antiquorum vere orthodoxus illam adhibuit expoſitionem, & tamen ſi ita ſentirent omnes, nullo dempto eam dediſſent. Potius autem ea dicunt quæ iſtam expoſitionem euidenter infringunt, vt Chryſoſtomus, & Ambroſius, vterque Cyrillus dum aſſerunt, Chriſtum à nobis non ſola fide, ſed etiam reipſa ſumi; & Ambroſius, & Damaſcenus, dum explicite negant eſſe hoc myſterium Chriſti figuram. Pugnat igitur ille ſenſus cum vniuerſa antiquitate.

PP. ea dicũt, quæ tamen expoſitionẽ euentilant.

13. *Et cum ipſis erroris nouatoribus.*

Denique pugnare cum ipſis Nouatoribus eum aſſerentibus euidentiſſime conſtat. Caluinus enim eius peruerſionis præcipuus aſſertor ponderat, miratur, & humano captu ſuperiorem fatetur, coniunctionem Chriſti in Cœlo exiſtentis cum hominibus in terra manentibus, & inter alia ſic loquitur. *Vere in cœna datur nobis corpus Chriſti vt ſit animis noſtris in cibum ſalutarem: hoc eſt ſubſtantia corporis Chriſti paſcuntur animæ noſtræ vt vnum efficiamur cum eo.* Et infra. *Quemadmodum non aſpectus, ſed eſus panis alimentum corpori ſufficit: ita vere ac penitus participem Chriſti animam fieri conuenit.* Rurſus alibi. *Etſi autem incredibile videatur, in tanta locorum diſtantia penetrare ad nos Chriſti carnem, vt nobis ſit in cibum, meminerimus, quantum ſupra ſenſus omnes noſtros eminet arcana ſpiritus ſancti virtus, & quã ſtultũ ſit eius immenſitatem modo noſtro velle metiri.* Atqui cum his locutionibus apertiſſime pugnat, non eſſe in Eucharistia Chriſti ſubſtantiam, ſed eius figuram. Imo hæc limitatio intolerabilem continet, lectoris, vel auditoris offenſionem, quia compertam ludificationem, ac irriſionem. Sic nimirum, vt ſi Rex Europæorum maximus, & potentiſſimus, diceretur amore ſponſæ ſuæ Reginæ apud Indos commorantis, in perſona, ac ſubſtantia ſua ad Indos nauigaſſe, ad Indos penetraſſe, factumque iſtud, velut inſignis amoris, & poteſtatis opus, magis admirationibus afficeretur; & tandem exponeretur id feciſſe Regem per ſuam imaginem ad Indos miſſam nullus cordatus non diceret, hanc locutionem priori eſſe contrariam; nemo prudens ita loquentem, ſcurram aut circulatorem, aut ludificatorem non putaret.

Iam vero, ſi dicente Chriſto: *Hoc eſt corpus meum*: *Hic eſt ſanguis meus*: & vtrumque dictum per quatuor Canonicos ſcriptores ad nos tranſmittente, & vtrumque firmante verbis illis, *Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus* iſtudque *vere* toties apud Ioannem repetente, tamque acriter inculcante; nihilominus Caluino Chriſti caro eſt cibus, *verè id eſt in figura*; Chriſtique ſanguis eſt potus *vere*, *id eſt in ſimilitudine*: dum Chriſtus in ſcripturis dicitur eſſe Filius Dei, idque non toties inculcatur, non tanta contentione aſſeritur; quanam obſecro ratione, vel cohærentia, Caluino Chriſtus non eſt Deus *vere, id eſt per ſimilitudinem*. Dumque expoſitionem iſtam Caluinus buſtis crepitantibus mulctat qua frõte illam buccis cõcrepantibus reſonat? 14.

Tandem, vt ſectionis præſentis aſſertionem in titulo præfixam etiam hoc §. probatam cernamus, vel probationem in pauca conferamus non inuenimus Chriſtum apud Matthæum, aut Marcum, aut Lucam dixiſſe: *ego ſum Deus*, & apud omnes illos tres inuenimus dixiſſe *Hoc eſt corpus meum*; nempe ſicut in nullo trium illorum Euangeliſtarũ legimus, Chriſtum dicentem: *Procidete, & adorate*: *Ego ſum veſter Deus*; in omnibus illis legimus dicentem: *Accipite, & manducate*: *Hoc eſt corpus meum.* 15.

§. III.

Item ex Paulo, & Petro, & Dauide.

SVnt hi tres poſt Euangeliſtas quatuor, diuinitatis Chriſti clariores vocalioreſque præcones. E ſingulis ſingula præconiorum paria ſeligam, quæ multo vehementius, acriuſque ſonent, atque confirment, eſſe in Euchariſtia verè Chriſti corpus, & ſanguinem; quàm alia quæuis eorundem teſtimonia, in Chriſto ſeu quatenus Dei Verbo, ſeu quatenus caro facto, veram eſſe diuinitatem. 16.

Paulus 1. Corinth. 10. à v. 14. vt illos ab idolorum ſacrificiis, & libaminibus abducat *Veritas catholico ex Paulo 1. Cor. 10.*

rationem

Digitized by Google

rationem eis proponit ab Euchariſtici ſacrificij dignitate petitam, adeóque efficacem vt
17. ipſorum iudicio committat, inquiens: *Fugite ab idolorum cultura vt prudentibus loquor: vos ipſi iudicate quid dico.* Calix benedictionis, cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quem frangimus, nonne participatio Corporis Domini eſt? Et infrà Nolo autem vos ſocios fieri Dæmoniorum, non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ Dæmoniorũ. Quo loco, panem quem frãgimus, & calicẽ cui benedicimus Euchariſtiã eſſe, vel ipſi Hæretici fatentur: vim autem Paulinæ argumentationis, mirum in modum efferunt,
S. Chryſoſt. illæ Chryſoſtomi interrogationes, Homil. 83. in Matth. *Quanam ergo re non oportet eſſe puriorem, tali fruentem ſacrificio?* quo ſolari radio non ſplendidiorem manum, carnem hanc diuidentem? os, quod igni ſpirituali repletur? lingua quæ tremendo nimis ſanguine rubeſcit.

18. Idem Paul. ibid cap. 11. Idem Apoſtolus cap. 11. proxime ſequente, dum Euchariſtiæ inſtitutionem referre aggreditur, ita præfatur: *Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis*: quaſi dicat rem quidem vehementer mirandam, cæterum firmiter credendam; vtpote à Domino pronunciatam. In quo ita ſe gerit Paulus ad perſuadendam vnam Euchariſtiæ veritatem, dicens Corinthiis: Ego enim accepi à Domino, quod, & tradidi vobis, ſicut ſe gerit ad perſuadendum Euangelium dicens Galatis cap. 1. v. 11. & 12. *Notum enim vobis facio, Fratres, Euangelium quod euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.* Porrò verba illa: *Ego enim accepi à Domino*, Corinthiis dicta, cum aliis quæ præcedunt, & ſequuntur, indicant Paulum, iam antea Myſterium iſtud explicaſſe Corinthiis, & plures illorum, vel non ei fidem adhibuiſſe, vel à fide adhibita defeciſſe. Vt igitur eam fidem in Corinthiis excitet: *Ego*, inquit, *accepi à Domino quod & tradidi vobis*, ſicuti vt Galatas ad Euangelium reuocet, ait: *Neque enim ego ab homine accepi illud, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti*; tantam adducens auctoritatem ad Euchariſtiæ Myſterium, quantam ad totum Euangelium perſuadendum.

19. Ait vero Paulus: *Ego enim accepi à* Domino quod, & tradidi vobis, quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, ac dixit: Accipite, & manducate: *Hoc eſt Corpus meum, &c.* Vbi non occupatur Apoſtolus in explicando verborum Chriſti ſenſu, vtpote qui ſit clariſſimus, ſed in perſuadendo & verba illa prolata à Chriſto, inquiens: *Ego enim accepi à Domino*, & in Chriſto eſſe tanti exequendi operis plenam poteſtatem, ex æquo Ieſum, ac Deum Dominum vocans: accepi à Domino quoniam Dominus Ieſus, tum etiam voluntatem ſubdens, *in qua nocte tradebatur*: q. d. qui per cruentam mortem immanibus tormentis illatam ſuſtinuit è viuis diſcedere, is per incruentam mortem, miraculis plenam, voluit inter homines permanere. Vt dum hominibus tradebatur ad perferendã ab illis mortem ipſe ſe hominibus tradebat ad inferendam ipſis vitam, nempe Euchariſtiam quam Chriſtiani veteres pleno ore *vitam* nuncupabāt & Eccleſia tota rationis iſtius memor, vitam appellat, inquiens: *In mortem à Diſcipulo, ſuis tradendus æmulo, Prius in vita ferculo ſe tradidit Diſcipulis.*

Diſſuadet, ſtatim Paulus indignam Euchariſtiæ perceptionem dicens *Itaque quicumque* manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & *ſanguinis Domini*; Nimirum reipſa ſumpti, vel ab indigno pectore indignè habiti. *Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit non diiudicans corpus Domini.* Illa vero verba, iudicium ſibi manducat, & bibit, non aliud ſonant quam iam, iudicatus eſt, quod de non credente in Dei Filium, ipſe Dei Filius Ioann. 3. v. 18. pronunciauit.

His, Paulus teſtimoniis aſſertionem noſtram nouiter, ac multipliciter corroborat. Quippe ad ſolam Chriſti in Euchariſtia præſentiam perſuadendam, tantum profert autoritatis, quantum ad perſuadendum totum Euangelium cuius pars eſt Chriſti diuinitas. Præterea ſi Pauli epiſtolas diligenter euoluas, non toties Chriſtum pleno ore nuncupat Deum quoties Euchariſtiam nominat Chriſti corpus, & Chriſti ſanguinem. Poſtremo ſi Chriſtum in Euchariſtia indigne recipiens autore Paulo, iudicium ſibi manducat, & bibit, perinde atque ipſam Chriſti Deitatem negans autore Chriſto *iam iudicatus eſt*. Profectò cum Chriſtum in Euchariſtia negare, deterius multo ſit, quam indigne recipere, longe plus mali minatetur, & miraretur Paulus Caluino, vel Zuinglio negantibus veram Chriſti in Euchariſtia præſentiam, quam Iudæo, vel Pagano inficiantibus veram in Chriſto Deitatem. 20. Paulus ad veritatẽ Euchariſtiæ perſuadendã tantũ adhibuit authoritatis quantũ ad Euangelij veritatem.

Princeps Apoſtolorum Petrus in epiſtolæ ſuæ 1. cap. 1. ponderans, quanto præclarius nobiſcum quam cum antiquis PP. actum ſit, quod illis myſteria noſtra ſolùm reuelata; nobis vero conceſſa ſint, inquit. *Quibus reuelatum eſt* (ex Græco fonte, ἀπεκαλύφθη, verti poſſet, *reuelata ſunt*, quaſi dicat illis dumtaxat reuelata) *quia non ſibimetipſis, vobis autem miniſtrabant ea, quæ nunc nunciata ſunt vobis, Spiritu ſancto miſſo de Cælo in quem* (Græcè εἰς ἃ, id eſt, in quæ) *deſiderant Angeli proſpicere*; vel ſicut Græcum ſonat, παρακύψαι. attentiſſimè, & cum incuruatione, ſiue inclinatione inſpicere, ſic videlicet animo inclinato ad Chriſtum aſpiciendum in ſacramento, ſicut ſeſe, & corpore, & animo inclinauit Ioannes Euangeliſta Ioan. 20. v. 5. Chriſtum quæritans in ſepulchro dum, παρακύψας, inclinatus vidit linteamina poſita, &c. 21. S. Petrus in epiſt. 1. c. 1. docet eand. veritatem.

Porrò dicta hæc à Petro fuiſſe propter venerabiliſſimum Euchariſtiæ myſterium perſuadet inprimis, ipſa rerum conuenientia, verborumque acoluthia. Quî enim Angeli ſancti Chriſtum in Euchariſtia cum tot, ac tantis prodigiis exiſtentem conſpicere, & venerabundi ſpectare non cupiant, geſtiant, ardeant? Sequitur immediate: *Propter quod ſuccincti lumbos*, non corporis vt quondam ad eſum agni, ſed *mentis veſtræ*, ne ſcilicet circa myſterium adeo ſupernaturale in rationes mere naturales diffluant: *Sperate in eam quæ offertur vobis gratiam*; nempe Euchariſtiam; non quod hæc ſonet bonam gratiam, vt imperitè circumfertur, ſed quod eam Petrus antonomaſtice vocet *Gratiam*; mirificè conſentiens Paulo, eam ſimiliter vocanti: *Donum cæleſte*, & quidem cum alia multiplici inter Apoſtolorum Principes conſenſione quam num 25. & 26. commodius aperiam, atque etiam cùm Dauide. 22. Euchariſtia vocatur *Gratia*. Mira in hac re conſenſio inter Petrum & Paulum, & Pſalmiſtã.

Deinde, hoc perſuadent S. Iacobus Apoſtolus.

S. Marcus, & S. Iacobus in ſuis liturgiis teſtantur.

lus, & Marcus Euangeliſta, in ſuis venerandis liturgiis. Iacobus enim ante conſecrationem, *Taceant* (inquit) *mortales, & ſtent* cum metu, & tremore, nihil terrenum cogitantes: (en mentis lumbos, vt ſupra dixi ſuccinctos.) Rex enim Regum Chriſtus Deus noſter exit, vt mactetur, & detur in cibum fidelibus; eum vero chori Angelorum antecedunt. Vides ſanctorum Angelorum choros, antequam Chriſtus per conſecrationem in altari ſit, illuc accedere; vt Chriſtũ venientem feſtiuis canticis excipiant. Audi nunc illorũ deſiderium Chriſti iam in Euchariſtia poſiti conficiendi. Marcus enim poſt conſecrationem ita Chriſtũ alloquitur: *In animos beneficia* cõfers; & eis qui in te puſillo fiduciam collocant, illa tribuis, quæ Angeli in ſe conſpicere *deſiderant.*

Angelorum chori ante conſecrationem accedunt.

Et deſiderãt conſpicere Chriſtũ ibidem exiſtentem.

24. Et intercedunt ex Chriſoſtomo admiranti.

Poſtremo perſuadent id ipſum SS. Patres Chryſoſtomus enim Homilia de Euchariſtia, nõ procul à principio. *Papæ! menſa myſteriis inſtructa eſt, & agnus Dei pro te immolatur*, Sacerdos pro te angitur, ignis ſpiritualis ex ſacra menſa refluit: Seraphim adſtant ſex alis faciem tegentia, omnes incorporeæ virtutes pro te cum Sacerdote intercedunt, &c. Ambroſius in c. 1. Lucæ, in titulo de Angelo qui apparuit Zachariæ à Dextris altaris incenſi. Atque vtinam nobis quoque adolẽtibus altaria, ſacrificium deferentibus aſſiſtat Angelus; imo præbeat ſe videndum. Non enim dubites aſſiſtere Angelum dum Chriſtus aſſiſtit, dum Chriſtus immolatur. Ambroſius in Præparatione priore ad Miſſam, ſub medium: Sentiat mẽs mea dulcedinem gratiſſimæ præſentiæ tuæ, & excubias ſanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo. Greg. lib 4. Dialogor c. 58. in fine. Quis enim fidelium habere dubium poſſit in ipſa immolationis hora ad Sacerdotis vocem Cœlos aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio Angelorum choros adeſſe: ſummis ima ſociari, terrena cœleſtibus iungi, vnum quoque *ex viſibilibus, atque inuiſibilibus fieri.* Idque ipſum firmant innumerabiles à ſanctiſſimis hominibus habitæ viſiones SS. Angelorum Chriſtum in Euchariſtia, ceu Regem, ſtipantium, ac venerantium tantaque auiditate, iuxta Petri ſententiam, Chriſtum in Euchariſtia conſpiciendi quanta nuſquam in ſacra ſcriptura viſuntur dicuntur ipſam Chriſti diuinitatem.

Ambroſio.

Et Gregor.

Et ex aliis Plurimorum SS. viſis.

25. Iterum S. Petrus pulchre conſonat Paulo, & Dauidi.

Adiungo pulcherrimas alias Petri conſenſiones, & conſonantias circa hoc Myſterium tam cum Paulo in loco citato, & alibi, quam etiam cũ Dauide. Paulus enim in loco proxime citato, audiens in Corinthus ad Eccleſiam cõuenientibus eſſe *ſciſſuras*; σχίσματα, *ſchiſmata*, Hiſpane, *Chiſmes*; & Corinthiorum multos in morbum, & multos in mortẽ incurriſſe, idque propter Euchariſtiæ, vel veritatem negatam vel relictum vſum; vtrumque iſtorum illis ſuadet, vt ab vtroque illo ſupplicio liberentur. Petrus autẽ ſtatim in principio 2. capitis, id ipſum fidelibus ſuadet, promittens præmia pœnis illis oppoſita: ſic nempe loquens. *Deponentes igitur omnem malitiam & omnẽ dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes κατα-λαλιάς, detractiones*, oblocutiones, Hiſpane, *chiſmes*, (en ſciſſuras, quas in Corint. Paulus taxauerat) *ſicut modo geniti infantes*, λογικὸν ἄδολον *rationabile, dolo vacuum lac cõcupiſcite vt in eo creſcatis in ſalute. Si tamẽ guſtaſtis quoniã dulcis eſt Dominus.*

26. Euchariſtia vocatur rationabile lac, & ſpirituale Alimentum ſuauiſſimũ.

Loqui vero hic de Euchariſtia Petrũ, argumento in primis eſt, aperta illa conſenſio, & alluſio ad Paulum, Corinth. ſciſſuris remedia præſcribẽtem. Deinde manifeſtior alluſio ad illius temporis ritum, quo fidelibus ſtatim poſt Baptiſmum exhibebatur Euchariſtia, tãquam recens in Chriſto natis ſpiritualiter, ſicut recens natis corporaliter exhibetur lac: *Sicut modo geniti infantes lac concupiſcite.* Rurſus non eſt minus patens alluſio, vel conſenſio cum Paulo, ad Hebr. 6. verſ. 3 & 4. hanc ipſam ita referente conſuetudinem: *Impoſſibile enim eſt eos qui ſunt illuminati* (hoc eſt baptizati, vt omnis intelligit, & loquitur antiquitas) *guſtauerint etiam donum Cæleſte*, lac Euchariſticum, quod Petrus n. 21. relatus, *gratiam* antonomaſice appellat Rurſus epitheta lactis iſtius, λογικὸν, rationale, nempe, ſuccinctis mẽtis lumbis, & ratione interiore, & ſupernaturali, nõ ſenſione exteriore, & naturali deguſtandũ percipiendũ, & æſtimandum: nec propterea deceptioni obnoxiũ ſed ἄδολον, à dolo, & deceptione alienũ; quod, in Myſterio malorum illorum timoribus obnoxio, iure fuit à ſummo Chriſti Vicario præmonendum, & præcauendũ. Inſuper verba illa, *vt in eo creſcatis in ſalutem*: quaſi dicat ſic enim fiet, vt nõ modo cũ Corinth. non morbũ, aut mortem incurratis, verũ etiã, vt grandiores, & valẽtiores efficiamini. Tandem illud: *Si tamẽ guſtaſtis quoniã dulcis eſt Dominus*, quo manifeſtiſſime Petrus alludit ad Pſ. 33. v 9. *Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus* &c. qui Pſalm eſt de Euchariſtia, vt iam oſtendo.

Inſcribitur Pſal. 33. *Dauidi cum immutauit vultum ſuum coram Abimelech.* &c. Habetur 1. Reg. 21. vbi duplex narratur Dauidis actio; prior accepiſſe à Sacerdote Abimelech panem ſanctificatum, cumque comediſſe. Altera mutaſſe coram Achis rege vultum ſuum, & agẽdi modum, ita vt non ſolum non fuerit agnitus, ſed etiam pro inſano & furioſo habitus, & eiectus. Titulum autem citatum aliqui referunt ad priorem actionem, & legunt: *Cum mutauit geſtum ſuum*; plures ad alteram, & legunt: *cum mutauit vultum ſuum.* Vt autẽ titulus totum argumentum illius Pſalmi, & prædicti capitis complectatur, ſic ſe habet: *Dauidi cum mutauit geſtum ſuum coram Achimelech, & vultum ſuum coram Abimelech.* Hæ duæ Dauidis actiones faciunt, vt Pſalmum illum ad Euchariſtiam referant S. Petrus Apoſtolus citatus; & S. Iacobus Apoſtolus in ſua liturgia, ipſorumque exemplo S. Dionyſius Areopagita de Eccleſ. Hier. cap. 3 in fine Dionyſius Alexandrinus in epiſtola ad Paulum Samoſat. Origenes in Ioann. tom. 27. Cyrillus Alexandr. Homil. de cœna Domini & ablutione pedum. Cyrillus Hieroſoly. catech. Item Cyprianus, Ambroſius Hieronymus, Auguſtinus, Philo Carpathius, & alij apud Lorinum, tanta conſenſione, vt hic locus validum Euchariſtiæ ſuppeditet argumentum. Legatur etiam Bellarmin ſuper titulum ipſius Pſalmi citatum.

27. Pſal. 33. Euchariſtiam præcinit.

Totum argumentum Pſal. 33. ſignificatum in Titulo.

S. Petrus

S. Iacobus

S Dionyſius

Dionyſ. Alex.

Origenes

S. Cyrillus Alex.

S. Cyrill. Hieroſol.

S. Cyprian. & alij.

Validius eſt, & ad noſtram confirmandam theſim, vel ſe ſolo ſufficiens, quod habet idem Dauid Pſal. 109. dicens. *Dixit Dominus Domino meo, ſede à Dextris meis*: Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ. Virgã virtutis tuæ emittet dominus ex Siõ, dominare in medio inimicorum tuorum. Tecũ principiũ in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorũ ex vtero ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, & nõ pœnitebit eum: Tu es ſacerdos in æternũ ſecundũ *ordinem Melchiſedech.* In tribus enim prioribus verſiculis Chriſti Diuinitas, & Maieſtas, & conſeſſus ad Patris dexteram, & reportata ab hoſtibus victoria, perpetuumque regnum decantantur: nihil tamen eorum ab æterno Patre iureiurãdo firmatur. Verſu autem 4. vbi Chriſtus inſtituitur ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, nempe panem, & vinum prolaturus, & ſub ipſorum ſpecie ſe ipſum in Nocte cœnæ ſolus, & per ſeipſum; & poſtea per ſuos miniſtros oblaturus. Hoc, inquã, nõ ſolũ cõmemoratur ab æterno Patre pronunciatũ, nec ſolũ ita pronũciatũ, vt futurũ numquam ſit vt eũ pœniteat, ſed etiã

28. Pſal. etiam 109. Euchariſtiam celebrat.

Quod Chriſtus ſacerdos ſit in æternum iuxta ordinem Melchiſedech.

iuramento ab æterno ipſo Patre iureiurando firmatum: *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*. Nec vero mirum, nam etiam id Patre iurante plures homines. Chriſtus habet qui ſuam diuinitatem, & alia numerata vera eſſe credant quam qui ſuam in Euchariſtia præſentiam.

Iuramento P. æterni manet ſtabilitum.

SECTIO II.

An & ad quem fidei articulum prædicta veritas ſpectet.

NOn modica hic eſt opinionum varietas, partim inde profecta, quòd varius ſit modus conſtituendi quidnam articulus fidei ſit; partim ex eo quòd varius etiam ſit modus ipſoſmet fidei articulos intelligendi ſeu materiam illis aſſignandi; quapropter in vtraque difficultate complectenda pro viribus laborandum eſt.

§. I.

Euchariſtiam eſſe fidei ſpecialem articulum.

29. Articulus fidei ſumitur quadrupliciter.

QVadrupliciter valet articulus fidei ſumi. Primo latiſſime, & impropriiſſime pro veritate ad fidem Catholicam ſpectante. Secundo minus improprie, & minus late pro veritate ad fidem Catholicam ſpectante, & in ſcripturis ſacris expreſsè contenta. Tertio pro veritate, & ſpectante ad fidem & in ſacris expreſſa litteris, & quã adulti omnes ſcire tenentur. Quarto pro veritate quæ & ad fidem ſpectet; & in ſcripturis ſacris exprimatur, & à ſingulis cognoſci debeat, & in Apoſtolico fidei ſymbolo ſpecialem articulum occupet. In ſymbolo inquam Apoſtolico: nam in Niceno, & aliis, quædam adduntur veritates quæ quoniam in Apoſtolico non habentur, ideo nec pro articulis fidei reputantur: ex. g. Baptiſmi vnitas. Sicut è contra aliquid reticetur quod eſt fidei articulus, quia in Apoſtolico exprimitur, nimirum Chriſti ad inferos deſcenſus.

30. Prima opinio Scoti, & Soti, & aliorum.

Scotus in 4. diſt. 10. q. 1. eatenus dũtaxat affirmat, Euchariſticam veritatem articulum fidei dicere, quatenus ad fidem Catholicam ſpectat. Additque Sotus diſt 9 q. 2. art. 2. eſſe veritatem, ex ſcriptura manifeſte deductam. Itaque Scotus indicat ſolum eſſe articulum primo modo; & Sotus ſecundo modo. Sed cõtra: quia ſtatim apparet Euchariſtica veritas ad proprietatem articuli propiùs accedere; quàm duplex Chriſti volũtas quæ primo modo, & Chriſti ſudor ſanguineus qui ſecundo modo fidei articulus eſt: nimirum in eo quod ab omnibus explicite cognoſci, & credi debeat; firmatque Eccleſiæ, & Paſtorum, Confeſſariorumq; praxis, qui ab omnibus, & ſingulis fidelibus notitiam, & fidem Myſterij Euchariſtici nõ ſecus ac Trinitatis, & Incarnationis depoſcunt.

Notitia explicita Euchariſtiæ exigitur à Fidelibus, ſicut Trinitatis, & Incarnationis.

31. Secunda ſententia Suarez & Vaſq. & R.R.

Suarez diſp. 46. ſect. 1. & Vaſq. diſp. 179. cap. 2. num. 26. & Recentiorum plures cum Ledeſm. 1. p. 4. q. 16. art. 1. dub. 2 cenſent exiſtentiam Chriſti realem in hoc ſacramẽto eſſe fidei articulum tertio modo, & non vlteriori. Prioremque partem probant, quia ſinguli fideles tenentur, & miſſam certis diebus audire ac proinde ſcire, & credere, quidnam ſit hoſtia, & calix quos adorant, & Euchariſtiã diuino præcepto debitè ſumere ac proinde ad illam ſeſe rite comparare, quæ non ritè faciant niſi ſciant, & credant illud quod in Euchariſtia cõtinetur. Alteram partem probat Suarez quia in fidei ſymbolo ea tantum explicite ponuntur quorum cognitio requiritur propter ſolam fidẽ, ſeu cognitionem; & ex iſtorum numero non eſſe Euchariſtiam quoniam ipſius notitia neceſſaria etiam eſt ad vſum, & operationem.

32. In ſymbolo ponuntur etiã aliqua quorum notitia eſt neceſſaria Chriſto propter operationẽ.

Contra: Quia notitia remiſſionis peccatorum non eſt neceſſaria propter ſolam fidem, ſed etiam propter vſum, & actionem adhibendi ſcilicet media ad remiſſionem neceſſaria, & idem eſt de vitæ æternæ cognitione neceſſaria ſcilicet ad fidem, & ad currendam illius vitæ viam. Imo, & Trinitatis, & Incarnationis, & extremi iudicij notitia requiritur, & ad fidem, & ad debitum Deo cultum adhibendum, & extremam damnationis ſententiam bonis operibus vitandam. Cum igitur Euchariſticæ veritatis notitia neceſſariſſima ſit tam ad tanti myſterij fidem concipiendam, tũ ad ipſũ debitè colendum & recipiendum, perperam dicitur ob eius rationis, vel circumſtantiæ defectum, ſeu carentiam ad ſpecialem ſymboli articulum non pertinere.

Aliqui Recentiores eandem partem aſtruunt ratione quadam, quam aiunt fortaſſe eſſe congruentiorem. Ideo ſcilicet hanc veritatem nõ eſſe ſpeciatim ſymbolo inſertam, quia neceſſarium nõ fuit ſpecialem eius mentionem facere: propterea ſcilicet, quod frequens eius myſterij celebratio, & receptio ſatis iuuare poſſet ad ſufficiẽtem, & neceſſariam eius cognitionem. Contra primò, quia pariter peccatorum remiſſio non debuiſſet ſpecialem articulum conſtituere: nam frequentiſſimus ipſius vſus in paruulis per Baptiſmum, & in adultis per Baptiſmum, Pœnitentiam, & Contritionem, poſſet eiuſmodi cognitionem ingerere. Secundo quoniam Euchariſtiæ vſũ præcedit Baptiſmus, & Baptiſmum plenus Catechiſmus, atq; plena cognitio rerum neceſſariarum: Ergo incongruum eſt aſſerere, non eſſe Euchariſtiam in ſpeciali articulo poſitam, quoniam frequens eius celebratio ſufficienter eam poſſet inducere. 33.

Et quorum vſus in Eccleſia frequentiſſimus eſt.

Eandem illam partem Vaſq ita probat. Parum refert hanc veritatem expreſſam non eſſe in ſymbolo, vel expreſſe inter articulos fidei, qui in Catechiſmo paruulorum ponuntur quia ibi ponuntur quæ potius in ſpeculatione poſita ſunt: præter illa autem ſcire debet quiſque fidelis ſacramẽta Eccleſiæ, quia ea recipere debet, ac proinde quid in vnoquoque ſacramento contineatur. Verũ rationẽ illam, quæ ad ſpeculationem attinet, nõ eſſe veram, ac proinde nec idoneam, nuper aduerſus Suarez oſtẽdebam. Nec magis approbo quod à Vaſquez additur, & tria continet capita. Primũ parum referre quod Euchariſtiæ veritas articulũ ſpecialẽ non cõſtituat. Quid enim magis incommodum quam ſummum Chriſti myſterium extra ſymbolum Eccleſiæ Chriſti eſſe? quod in §. ſequenti perurgebimus. Alterũ eſt, nec referre quòd hæc veritas in puerorum catechiſmo nõ exprimatur: falſo enim ſupponit, non exprimi; tum in ſymbolo, vt ſtatim oſtendam, tum in ſacramentis, quod nemo neget. Tertiũ eſt fideles quoſque ſcire debere, quid in ſingulis ſacramentis contineatur, quia illa recipere tenentur. Hæc enim ratio falſa eſt, cum exploratum ſit, & ab ipſo traditum pleraque ſacramenta non obligare. 34.

P. Lugus Diſp. 5. n. 4. partem eandem aſtruere nititur, quia ſymboli pars quælibet creditur per ſe, & non ratione implendi aliud præceptum. Euchariſtiæ vero fides tota eſt propter adimplendũ præceptũ receptionis: Ideoque iure omiſſa eſt in ſymbolo cũ eius notitia ex præcepto receptionis poſſet haberi. Sed imprimis falſa eſt maior, vt exẽplis ſupra confirmaui. Deinde minor plane videtur eſſe contra Euchariſtiæ dignitatem: nã ſi rectè, & in forma proponatur, ita ſe habebit: Euchariſtia vero non creditur propter ſe. Quis enim id de ſũmo myſterio credat? vt ſileã quod 35.

iam

Digitized by Google

iam obieci, remiſſionē peccatorū nō credi magis propter ſe, quā Euchariſtiā. Quæ vero reſpondet Lugus, obligationē aſſequendę remiſſionis per baptiſmum, & pœnitentia non eſſe tam generalem, vt cunctos obliget, cum multi baptizentur in infantia, & aliūde oporteat peccatorū remiſſionē explicite credi, quia eſt vnū è præcipuis fundamētis Chriſtianæ religionis: hæc, inquā ſolida non ſunt. Nam remiſſionis quærendæ præceptū, æquè patet, ac Euchariſtię recipiēdę: hęc enim ſingulos adultos obligat: illud vero ſingulos adultos nō baptizatos; & præterea pro vno quoque infante obligat parētes, paſtores, & proximos quoſlibet. Quod ſi peccatorum remiſſio vnum eſt è præcipuis Chriſtianiſmi fundamentis; an non Euchariſtia magis præcipuum eſt?

Falsò dicitur Euchariſtiam nō credi propter ſe; ſicut Remiſſio peccatorū creditur propter ſe.

Euchariſtia eſt certiſſimè vnum ex præcipuis Chriſtianiſmi fūdamētis.

§. II.

Sanctorum communionem eſſe Euchariſtiæ proprium articulum.

36. Mirum ſilētium inter RR. huius Aſſerti tam antiqui.

SIlent hanc ſententiam Neoterici: Tenēt eā Innoc. III. lib. 2. de Myſteriis Miſſę Cap. 51. dicens, in ſymbolo fieri mentionem *Cœnæ Domini, quæ eſt* (inquit) *ſolēnitas Euchariſtiæ; ad quā reſpicit illud, quod in ſymbolo continetur ſanctorum Communionē.* Guilielmus etiam Durandus in Rationali diuinorū officiorū lib. 4. Cap. 25. n. 26. dum inter alios pręſentis articuli ſenſus, iſtū, quem aſſerimus, adducit, & approbat inquiens: *Vel præcipuè ſanctorum communionem, id eſt, panem benedictionis, de quo dicitur, Crede, & manducaſti, de conſecratione diſt. 2. Vt quid.* Fauent aliquantum S. Bonauentura, commodiùs adducendus in ipsâ noſtrę ſententię probatione, quam partim ex vocibus *Communio*, & *ſanctorum* tum diuiſim, tū cōiunctim acceptis, partim ex aliis rationibus Theologicis extruemus.

37. Quod ad priorem vocem attinet, explorata res eſt, hoc myſterium in diuinis litteris nomine *κοινωνία*, ſeu *communio*, quod in hâc ſymboli parte habetur, appellari. Mitto cætera complura teſtimonia, vt vnum duplicatum omnique exceptione maius, proferam, nempe 1. Corinth. 10. v. 16. *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonnè κοινωνία Communio corporis Chriſti eſt? Panis, quem frangimus, nonne κοινωνία communio corporis Chriſti eſt?* Notāt verò poſt Theodoretū Theophylactus, Pſeudo-Anſelmus, & S. Thomas, non vti Paulum voce *μετοχὴ participantia*, ſed voce *κοινωνία communio*; vt aliquid excellentius ſignificet, nempè Euchariſtiæ virtutem eximiam ad homines cum Chriſto coniungendos.

Ex hâc vnificâ vi, tum Euchariſtiæ inſitâ, & propriiſſimâ, tū à diuinis litteris ei toties attributâ, factum reor, vt venerabile ſacramentum, non ſolum hoc tempore, multiſque retrò ſæculis, ſed etiam in ipſis Eccleſiæ natalitiis *κοινωνία*, ſeu Communio per anatonomaſiam vocaretur. Sicut nimirum quia baptiſmi beneficio primum gratiæ lumē haurimus, ideoque Paulus baptizatos antonomaſtice vocat *φωτισθέντες Illuminatos*; ideò Baptiſmus à Græcis *φωτισμὸς Illuminatio* per antonomaſiam, iam inde ab Eccleſiæ primordiis, nuncupatur.

Euchariſtia dicta eſt *κοινωνία* per Antonomaſiam.

Sicut Baptiſmus *Illuminatio*.

38. Porrò Euchariſtiam iam tunc antonomaſticē *κοινωνίαν*, *Communionem* dictam, teſtis eſt locupletiſſimus S. Dionyſius Areopagita; qui lib. de Eccleſiaſticâ Hierarch. Cap. 3. de venerabili Euchariſtiâ fuſiſſimè diſſerturus; *Principio, inquit veſtigemus, cur huic peculiariter præ cæteris*

noſtræ Hierarchiæ ſacramentis id quod omnibus eſt commune, tribuatur, vocetúrque κοινωνία, id eſt, Communio? Reſpondet autem Dionyſius, cauſā eſſe, quia licet per cætera quoque ſacramenta coniunctionē cū Deo nanciſcamur; eam tamē cōiunctionē Euchariſtia perficit; ac proptereà cuiuſque ſacramenti receptionē, Euchariſtiæ ſumptio, ſtatim ſubſequitur, tāquam perfectiſſimè nos Deo coniungēs. Ad eandē quæſtionē idē reſpondet S. Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. 228 & S. Ioannes Damaſcenus lib. 4. fidei Cap. 14. verſus finem. Gregorius autem Pachymeras Dionyſij paraphraſtes, cum noſſet apud Græcos Baptiſmum antonomaſticè vocari *φωτισμὸν Illuminationem*; inde reſponſionē adductā illuſtrat, inquiens, ſic antonomaſticè nuncupari Euchariſtiam *communionem*, quia noſtri cū Deo cōiunctionē conſummat, ſicut Baptiſmus antonomaſticè vocatur *Illuminatio*, quia diuinam in nobis illuſtrationem inchoat. Verba Pachymeræ ſunt. *Idem quoque quis inueniat in diuini Baptiſmatis ſacramento: nam licet alia quoque ſacramenta illuminent huic tamen propriè nomen hoc illuſtrationis impoſitum eſt, quod omnium diuinarum illuſtrationum principium exiſtat.*

Probatur ex S. Dionyſio Areopag. & aliis PP. Græcis.

39. Iam verò cū ſingularē iſtā Euchariſtiæ vim ad nos cū Deo coniungēdos Dionyſius agnoſcat, & prædicet; ideò toto illo 3. capite non ſolū Euchariſtiam paſſim vocitat *κοινωνίαν Cōmunionem*, ſed etiam eximiis, ac planè ſingularibus epithetis ornat: Appellat enim illā *communionem vnificā, Communionem ſacrorum, Communionē ſacram, Communionem diuinorum, Communionem diuinam, Cōmunionemque thearchicā, quaſi dicat diuini-principalem*: videlicet diuinarū omnium facilè principem, ac proinde dignam, quæ per antonomaſiā, & excellentiam Communionis appellationē, aliàs Communē, propriam ſibi, & peculiarem vendicet. Cœnam etiam Dominicā appellat ibi *ἀρχισύμβολον* archiſymbolam, tanquam, vt ibi Parchimeras exponit, *ἀρχικοινωνικόν*, quaſi dicat *principiū cōmunionalem*, nimirum adductricem eius diuiniſſimi ſymboli, ac muneris, quod per excellentiā eſt, appellaturque *Cōmunio*, ſiue vt Dionyſiū imiter *Archicommunio*.

40. Sequitur expendendū *τὸ Sanctorum*, quā vocē neutraliter ſumi poſſe, & idē eſſe, quod rerū ſanctarū, teſtatur apertè S. Bonauentura in Centiloquio ſect. 18. proinde rē illā, cuius Cōmunionē in præsēti credimus, ſic vocitari per antonomaſiā pluraliter, & neutraliter *Sancta*, ſicut Pſal. 133. v. 3. templū, eiuſque ſanctuarium nomine illo donatur, dicente Dauide, *In noctibus extollite manus veſtras in Sancta.* Et quidē ſicut in libris Canonicis ſacratior diuini templi pars interdum per antonomaſiam appelletur *Sanctum Domini*, & quandoque etiam vno, & neutro nomine *Sancta*: Sic Euchariſtiæ myſterium has eaſdē quatuor appellationes ab ipſis Apoſtolis, & aliis Apoſtolicis viris, antiquiſſimiſque Patribus accepiſſe comperio; cogitantibus ſcil. vetus illud Sanctuarium, ideò ſolùm illis decoratum, quod Euchariſtiæ promiſſionem contineret, figuram geſtaret, imaginem præſeferret. Age verò quatuor illa bifida capita, quæ propoſuimus, ſingillatim cōfirmemus.

Euchariſtia etiam vocatur *Sanctum*, & *Sancta*, neutrius generis nomine.

SANCTVM Domini vocant antiquum Sanctuarium, Deique ſpecialē Sedē diuina oracula, vt omnibus cōſpicuū eſt ex Pſ. 88. v. 36. *Semel iuraui in Sācto meo*, & pluribus aliis locis. Eâdē appellatione ſacra Euchariſtiā afficit S. Cy

Conſtat ex ſacris literis, iuxta PP. expoſitiones.

Digitized by Google

S.Cyprian.

nus in ſerm.de lapſis ita ſcribens: *Cum quædam arcam, in quâ ſanctum Domini fuit, manibus indignis tentaſſet aperire, igne inde ſurgente deterrita eſt nè auderet attingere.*

41. Sanctum vnicâ voce ſanctuarium vetus diuina ſcriptura nũcupat Pſal.19.v.3.& Pſal.21.v.4.Vnde Pſal.62.v.3. *In terra deſertâ, & inaquoſa, ſic in ſancto,* id eſt, ſicut in ſanctuario, *apparui tibi.* Sanctum etiam ſingulari voce diuinam Euchariſtiam vetuſtiſſimi Chriſtiani vocabãt. Tertullianus enim li.de ſpectaculis Cap. 25.alludens ad illum ritũ, quo fideles, dũ Euchariſtiam ſacerdos ipſis exhibiturus dicebat, *Corpus Domini,* ipſi reſpõdebant *Amen*: carpẽſque illos, qui poſteà ſpectaculis intererant, ita exprobrat: *Ex ore, quo Amẽ in ſanctum protuleris, gladiatori teſtimonium reddere.* In antiquiſſimo Canone vniuerſali, ſeu Miſsâ Æthiopum, proximè ante diſtributionem Euchariſtiæ, Diaconus clamat, *Sanctum date ſanctis.*

Sanctum voce ſingulari dicebant Euchariſtiam antiquiſſimi Chriſtiani.

Tertullian.

Miſſale Æthiopum.

42. Sancta ſanctorum ſacratiorem illam antiqui templi partem diuina oracula vocitant, vt eſt notiſſimũ. Eodem pacto myſterium Euchariſticũ antiquiores Chriſtiani vocãt: Cuius appellationis & teſtimoniũ, & rationẽ adhibet Heſychius Hieroſolym.in Leuit.lib. 2.(Qui Author viuebat tempore Gregor. Magni dicens: *ſancta ſanctorũ ſunt propriè Chriſti myſteria: quia ipſius eſt corpus, de quo Gabriel ad Virginẽ dicebat, & quod ex te naſcetur ſanctũ.* Addo *Sanctũ ſãctorũ* in ſacris litteris dici etiã illud, quod habet ſãctificatiuã vim, vt bene notant interpretes Villalpand.in Ezechiel.tom.2.lib.4.c.71.& Lorinus in c.6.Leuitici, ſuper illa verba: omnis qui tetigerit illam (i.hoſtiam in ſãctuario pro peccato oblatam) ſãctificabitur, Leuitic. 6. verſu 18. & verſu 27. Cum igitur Euchariſtica myſteria præ cæteris omnibus ſanctificatiua ſint, optimo iure per antonomaſiã ſancta ſanctorũ nuncupata ſunt. Ideò non ſolùm huius ſed etiã primi qui fideles ſanctiſſimum ſacramentũ vocauerũt, vt claret ex iſtis Dionyſij verbis Capillo 3.non procul ab initio: *Conſideremus, & inſpiciemus τῆς ἁγιωτάτης τελετῆς ἱερουργίαν ſanctiſſimi ſacramenti ſacrificam effectionem.*

Item ipſam vocabant *Sancta ſanctorum.*

Heſychius Patriarcha Hieroſolymit.

Qui tangebat, id eſt, guſtabat, carnes oblatas ſanctificabatur amplius

43. Sancta neutraliter dictitãt ſacri libri antiqui templi ſanctiorẽ receſſum. Leuit.10.v.18.& cap.16.v.13.& ſæpius alibi. Vnde Pſal. 133.v.3. *In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Dominũ.* Sãcta item neutraliter Euchariſtiã antiquiſſimi fidelium appellarunt. Marcus enim Euangeliſta in ſuæ liturgiæ colũnâ 30. Baſilius Magnus in ſuę colũnâ 4.præcipiũt, vt ſacerdos fidelibus Euchariſtiã diſtributurus, eã ipſis oſtẽdat dicẽs, *ſãcta ſanctis.* Quẽ ritũ notiſſimũ eſſe teſtatur S. Maximus ad caput illud 3. Areopagitæ de Eccleſ.Hierar.dicens: *Certè hoc manifeſtum eſt, quod Pontifex ſanctum panem attollens oſtendebat benedictionem, ſeu ſacramentum dicens Sancta Sanctis.*

Et *ſancta* neutralitèr.

44. Prętereà plures Patrũ, & inter illos S.Ephrem Syrus, Magno Baſilio ſynchronus, per *Communionẽ ſanctorũ, & immaculatorũ myſteriorũ* planè intelligũt Euchariſtica myſteria. Repræſento ipſa illius verba tom.2.in epiſt.ad Ioan.Monachũ. *Potiſſimũ autẽ τῆς κοινωνίας Cõmunione ſanctorũ & immaculatorũ myſteriorum nos dignos exhibeamus, vt mente noſtra purgatâ, & cohabitãs in nobis Dominus, liberet nos à maligno.* Quibus verbis palàm imitatus Ephrem amicum ſuum Baſiliũ ſic in Liturgia precantem. *Facti participes ſanctificationũ tuarũ, vniamur corpori, & ſanguini Chriſti tui aptique ſimus, vt ipſe habitet in nobis.* Quod enim Baſilius appellat *ſanctificationes*, Ephræm appellat *ſancta myſteria.* Quin etiã Eccleſia tota hoc nomine vocat Euchariſtiã, vt in poſtcõmunione ſæpiùs orat: *ſãcta tua nos Domine ſũpta purificẽt.* Graues etiã Bibliorũ interpretes, & inter illos Faber, ad illud Dauidicũ, *Extẽdite manus veſtras in ſancta, per ſãcta* intelligũt Euchariſtiã.

Quod ſi S.Bonauentura in Centiloquio ſectione 18.circa *ſanctorũ cõmunionem,* illud *ſanctorũ* exprimit neutraliter, id eſt *ſacramentorum* profectò Euchariſtiæ myſteriũ, quod omnium eſt longè ſanctiſſimũ, hodieque à fidelibus per antonomaſiã dicitur ſãctiſſimũ, & ab antiquioribus Chriſti fidelibus, *Sanctũ Domini, & Sanctum, & Sancta Sanctorum*, & ſancta neutraliter nominatur: per ſummam prudentiam exiſtimari poteſt, in Apoſtolico ſymbolo nomine *ſanctorum* per antonomaſiã ſignificatum: igitur ſanctorum communionem vocari ſanctiſſimam Euchariſtiam aſſertum eſt magno cum fundamento rationis, & authoritatis. 45.

Addo rationẽ aliã huius appellationis apertiſſimã. Cauebat diligẽtiſſimè primæua Eccleſia, ne Euchariſtiæ doctrina vtpotè ſacratiſſima, profanis hominibus, & extra Eccleſiam poſitis, communicaretur. Huius rei plurima poſſem argumenta congerere, illud vnum affero: Cũ Chriſtiani accuſarẽtur, quod cœnã Thyeſteã cœnarent, hoc eſt pueri carnibus veſcerẽtur; Confutabant quidẽ Chriſtiani Doctores calũniam, perſuadendo, non eſſe vſui Chriſtianis humanæ carnis eſũ; quæ tamen, aut qualis eſſet cœna, in quâ puero veſci diceretur, non explicabant: quod obſeruaui in Athenagorâ Chriſtiano Philoſopho in Apologiâ, ſeu Legatione pro Chriſtianis, Colunâ vltimâ, & in Tertuliano in Apologetico aduerſus Gẽtes c. 7.& 9. Itaque incõmodum cenſebat vetus Eccleſia, doctrinã, adeò ſacrã profanis cõmunicari. Ex aliâ verò parte, cũ ſymbolũ ſumma quãdã noſtræ fidei, ac proinde præcipua myſteria cõtinere debeat; incommodum etiam eſſet, ſi veritatem Euchariſticam nõ contineret. Vtriq; autem incommodo non melius occurri potuit quam voce *ſanctorum* intelligendo res apud Chriſtianos ſanctiſſimas, nempè Euchariſticas Catechumenis poſteà declarandas. 46.

Chriſtiani quondam accuſabantur ab Ethnicis, quod veſcerentur carnibus humanis.

Athenagoras.
Tertullian.

Tertiò iam diſputo. Quia verbis illis *ſanctorum communionem* ſignificari, & intelligi valet Euchariſtia, vtrolibet illorum verborum ſeorſim attento, vt hactenus oſtendimus; quantò magis poteſt vtroque coniunctim conſiderato? Libet has argumentationes duplici exemplo, vno ſacro, laico altero, ſimul illuſtrare, & roborare. Baptiſmus per antonomaſiam tũ *Illuminatio*, tum *Regeneratio* dicitur: proinde ſi Eccleſia in ſymbolo diceret, *Credo illuminationem*, hâc voce intelligeremus Baptiſmum: ſi diceret, *Credo Regenerationem*, hac voce cogitaremus Baptiſmum: ſi diceret, *Credo illuminationem regenerationis*, his vocib. apprehẽderemus Baptiſmũ. Cum igitur Euchariſtia per antonomaſiã & *Cõmunio*, & *ſancta* neutraliter dici conſueuerit; profectò myſteriũ Euchariſticum, & per vocẽ *Cõmunio* per ſe ſũptam, & per vocem *ſancta* per ſe ſũptam, & per ambas coniunctas prudenter intelligetur. Laicum exemplum ſit Gallicanâ Curia, quæ & *Lutetia* ſeorſim, & Pariſij ſeorſim appellatur: Vnde per *Lutetiam* ſeorſim, regiã illã vrbem intelligimus; & per *Pariſios* ſeorſim, eandem cogitamus; & per 47.

Exemplum eſt illuſtre in Baptiſmo ad confirmãdum noſtrũ aſſertum.

Aliud eſt exemplum plus laicum ſatis aptum.

Lutatiam

Lutetiam Pariſiorum coniunctim, eandem animo concipimus: Ergo ſimiliter Euchariſtiam, & per vocem *Communio* ſolitariam, & per vocem *ſancta* ſolitariam, & per voces *Communio ſanctorum* coniunctas optimè intelligimus.

48\. Quartò rationem theologicam ſic inſtruo. Sacramentum Euchariſtiæ quoad dignitatem, difficultatem, & explicitæ fidei obligationem, nullatenus inferius eſt Remiſſione peccatorum: ſed hæc propter illas tres conditiones in ſymbolo continetur verbis illis *Remiſſionem peccatorum*: Ergò & illud verbis iſtis *ſanctorum communionem*. Firmo Conſequentiam, quia in *Remiſſione peccatorum*, ſi res vel mediocriter attendatur, duo ſacramenta confitemur, Baptiſmum ſcilicet, ac Pœnitentiam Ergò in *ſanctorum communione* ſacramentum confitemur Euchariſtiæ. Antecedens non videtur negari poſſe: Primò, quia nomine *Remiſſionis peccatorum* certiſſimè intelligitur donum iuſtificationis, quod non confertur niſi per Baptiſmum non baptizatis, & per Pœnitentiæ ſacramentum baptizatis lapſis. Secundò, quia Nicæni Patres articulum illum *Remiſſionem peccatorum* ex parte declarantes, dixerunt, *Confiteor vnum Baptiſmum in remiſſionem peccatorum*: & Eccleſia nunc potiet amplius explicare dicens: *Et ſacramentum Pœnitentiæ in reparationem lapſorum*. Cum igitur in ſymbolo nomine *Remiſſionis peccatorum* confiteamur Baptiſmum, & Pœnitentiam, vt in Antecedente oſtendimus; conſequens eſt, vt nomine *Communionis ſanctorum* confiteamur Euchariſtiam.

Profertur Argumẽtum Theologicũ ex *Remiſſione peccatorum*.

49\. Tandem Antecedens, & Conſequens ſimul probamus. Tria enim illa ſacramenta, Baptiſmi, Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ potuerunt modo explicato, duabus illis ſymboli partibus includi, prout ex ſuperioribus omnino claret: Ergò dicendum eſt, fuiſſe actu, & realiter incluſa. Conſequentia patet: quia dum in Tractatu de fide quæritur. Quæ myſteria debeant ab omnibus explicitè credi? Reſpondent Thelogi, præter illa, quæ in ſymbolo Apoſtolorum ponuntur, debere explicitè credi ſolum tria illa ſacramenta, Baptiſmum, Pœnitentiam, Euchariſtiam: Ergo, cum eiuſmodi tria ſacramenta commodè potuerint in ſymbolo, verbis adductis, includi, perperam ſupponunt Doctores, non includi re ipsâ: nam liberè tribuunt ſanctis Apoſtolis, quod fidei ſummam imperfectam condiderint, & Spiritui ſancto, quod imperfectam eis inſpirauerit, & Eccleſiæ vniuerſæ, quod eam imperfectionem, tot ſæculorum decurſu non ſuſtulerit.

Tria ſacramentis deãt credi per Adultos explicitè.

50\. Addunt inſignem peruerſitatem, ſanctiſſimiſque ſymboli conditoribus ſummopere indecoram. Negant enim eſſe obligationem explicitè credendi *Communionem ſanctorum*, vt eam ipſi intelligunt: & affirmant eſſe obligationem explicitè credendi *ſacram Euchariſtiam*: Quâ peruerſitate quænam, obſecro, maior, aut ſymboli conditoribus probroſior eſſe queat. Nempe fidei ſymbolum, ſeu rerum explicitè credendarum ſummam ita confeciſſe, vt veritatem non explicitè credendam poſuerint; & veritatem explicitè credendam prætermiſerint. Ecquis iſtud perſuadeat?

Peruerſitas reperta in ſententia illa quam relinquimus.

§. III.

Obiectio ex bonorum operum communicatione occurrens profligatur.

INcurrit ſtatim in oculos ſententia plurimorum aſſerentium, *Communionem ſanctorum* in eo ſitam eſſe, quod fideles aliorum fidelium orationibus, atque etiam ſatisfactionibus iuuentur. Cæterùm, etſi communicatio iſta veriſſima eſt, & ad fidem Catholicam propriè ſpectat, eam tamen *Communione ſanctorum* non ſignificari, tres mihi rationes perſuadent. Prima, Quia ſenſus ille Recentium dumtaxat Theologorum eſt, nullâ veterum Patrum authoritate ſuffultus. Secunda, Quia cum Romanus Pontifex participationem illam expreſsè definierit, lateque probauerit, iis tamen ſymboli verbis nullatenus ad probationem vſus eſt. Tertia, Quia ille ſenſus articuli, vel articulus illius ſenſus omnino ſuperfluus eſſet: Quæ tria ſingillatim, & ordine fulciam. 51.

Communicatio Fidelium omniũ in orationibus, ſatisfactionibus eſt certiſſima.

Sed non ſignificatur his verbis *ſanctorum communione*.

52\. Quod ad Patres attinet, nullum patrocinium Aduerſantes habent in antiquiſſimis illis; & grauiſſimis ſymboli expoſitoribus, S. Cyrillo in Catecheſibus, S. Chryſoſtomo in duabus Homiliis duas ſymboli expoſitiones continentibus, S. Auguſtino in libro de Fide, & ſymbolo, & in Enchiridio ad Laurentium Cap. 61. quibus in locis ſingulas ſymboli ſententias explanat, Ruffino in Expoſitione ſymboli Apoſtolorum apud Cyprianum, Venantio Fortunato in Exegeſi ſymboli Tomo 2. Bibliothecæ veterum Patrum: Ex his, inquam, nihil pro illo ſenſu adduci poteſt, cum omnes illi *ſanctorum communionem* nec explicent, nec afferant: fortaſſe quia ſymboli exemplaria mutila nacti, Prælatis ſcilicet nolentibus, tunc, vt articulus ille tam facer vulgò circumferretur: Vel quia ipſimet expoſitores nolebant illum, vt rem ſacratiſſimam, & ſecretiſſimam, magis euulgare.

Iuxta Patres Antiquos, vt Cyrill. Chryſoſt. Auguſtin.

Cur illi P.P. Antiqui noluerint clarè myſterium fidei propalare, dũ ſymbolum Apoſtolorum declarabant ſuis ſcriptis, & libris.

53\. Idem verò S. Auguſtinus vel potius Pſeudo-Auguſtinus in ſermonibus de Tempore, ſerm. 115. qui eſt ſecundus in Dominicâ Palmarum ſermone 2. de Traditione ſymboli, ponit quidem *ſanctorum communionem*, eamque, & *Peccatorum remiſſionem* Simoni Apoſtolo aſcribit: in eius tamen expoſitionem hæc ſolum habet: *ſequitur ſanctorum communionem: Credentes ergo ſanctam Eccleſiam Catholicam, ſanctorum habentes communionem: quia vbi eſt fides ſancta, ibi eſt ſancta communio.* Vnde nihil Recẽtioribus fauoris: cum non explicet, quid *ſancta cõmunio* ſit. Rurſus idẽ Author in eodem opere ſerm. 181 qui eſt primus Vigiliæ Pentec. de expoſitione ſymboli, *ſanctorum communionẽ* in eo conſtituit, quod cum ſanctis cœlũ iam ingreſſis *ſocietate, & ſpei communione teneamur.* Qui ſenſus nihil Aduerſariis patrocinatur, vtpote confundens *ſanctorum communionem, & vitam æternam*; quod Author ille perſpiciens poſt explicatam *ſanctorum communionem*, intactam relinquit *vitam æternam*.

54\. Inde mihi perſuadeo, quamuis reliquum illud opus ſermonũ de Tempore, Auguſtini ſit, quod tamen plurimi negant; certè duos iſtos ſermones falsè illi aſcriptos. Primò, quia S. Auguſtinus in libro citato de Fide, & ſymbolo

Aliquot ſermones Auguſtino falsò adſcripti.

& in Enchiridio ad Laurentium, quæ citra controuerſiam legitima eius proles ſunt, cum Apoſtolici ſymboli articulos exponat, *ſanctorum communionem* omittit: Author verò duplicis illius ſermonis de Tempore, vtrobique eam communionem aſſert: Planè ergo videtur ab Auguſtino diſtinctus. Secundò, quia illum ipſum articulum in priore ſermone tam ineptè vertat, vt prorſus inexplicatũ relinquat: in altero autem ſermone, *ſanctorum communionẽ & vitam æternam* pro eodem articulo ſumit: quæ res non ſolum in ſe eſt duriſſima, & omnium ſenſui repugnans, & Auguſtino indigna, ſed etiam contextui manifeſtè contraria: Nam ſymboli textus, inter *ſanctorum communionem*, & *vitam æternam*, interponit *reſurrectionem mortuorum*, qui per ſe eſt integer articulus: Quomodo ergo *ſanctorum communio*, & *vita æterna* vnum conficiunt articulum, cum omninò ſeparentur integro articulo interpoſito?

55. Quin etiam adeo, nec duos iſtos ſermones vnius Authoris eſſe, ſed diuerſorum. Nam ſermo ille prior, ſeu 115. non ſolum ſeparat *ſanctorum communionem*, & *vitam æternã*, verum etiam diuerſis Apoſtolis, & quidem tertiò interpoſitione, attribuit, inquiens: Simon Zelotes, *ſanctorum communionem, Remiſſionem peccatorum*; Iudas Iacobi, *Carnis reſurrectionem*: Matthias compleuit, *Vitam æternam Amen*. Sermo verò alter, ſeu 181. *ſanctorum communionem, & vitam æternam*, in vnicum conflat articulum: Non igitur vnius, ſed duplicis Authoris ſunt. Neque vero cæteri Patres ſententiam noſtræ contrariam magis, aut æquè, ac prædicti attingunt, & proinde illa in Patribus nullum prorſus habet præſidium, quæ fuit prima noſtra ratio.

Neque in alijs Patribus habet fundamentum illa opinio.

56.

Noſtra vero fundatur vlterius in Extrauag. *Vnigenitus* de Pœnit. & Remiſſ.

Secundæ rationis veritas, & vis claret ex Clemente VI in Extrauag. *Vnigenitus* de Pœnitentiis, & Remiſſ. Conceſſurus enim Pontifex, vt Iubilæum, quod ſemel tantum ſingulis ſæculis obueniebat, in poſterũ quinquageſimo quoque anno contingeret, prius ſtatuit tanquam fidei veritatem eſſe in Eccleſia theſaurum ex meritis, & ſatisfactionibus non ſolum Chriſti Domini, ſed etiam ſanctiſſimæ Virginis, aliorumque ſanctorum conſtantem, & inconſumptibilem. Cumque hanc veritatem non ſolum aſſerat, ſed etiam authoritate, & ratione confirmet: tamen ex articulo *Communionis ſanctorum*, nullatenus aſtruit: Atqui ſi vel probabile cenſeret, veritatem illam eo contineri articulo, non potuiſſet, eo prætermiſſo, probationes alias minùs apertas adducere: Ergò &c. Et ſanè cum Decretalis *Vnigenitus* in aſſerendo, & confirmando Eccleſiæ theſauro, eadem prorſus via, & methodo incedat, qua S. Thomas in Opuſculo 6 quod eſt de ſymbolo Apoſtolorum, ad illum articulum *ſanctorum communionem*, abſque dubio Clemens VI. dictæ Extrauagantis Author, illam S. Thomæ diſceptationem præuiderat. Cumque doctrinam, quam S. Thomas ex verbis *ſanctorum communionem*, colligebat, ad ſuam Pontificiam ſanctionem deriuaſſet: fundamentum tamen, quo S. Doctor eam ſtatuebat, tanquam non illius, ſed alterius veritatis baſim, omiſit. Sic nimirum, vt ſi Patres aliquos legiſſet, colligentes ſummam Trinitatem ex verbis illis Dauidicis, *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum*: definire quidem poſſet diuinarum perſonarum Trinitatem, illud tamen teſtimonium omitteret, vtpote cuius litteralis ſenſus alius eſſet. Porrò ſenſum articuli *ſanctorum communionem*, non illum eſſe, quem refellimus, duplici ex capite valuit Pontifex colligere: Vno, quod apud Eccleſiæ Patres, & antiquiores illos nullum talem illius articuli ſenſum, aut eius veſtigium appareret, vt ſuprà oſtendimus: Altero, quod videret illum ipſum ſenſum omninò eſſe ſuperfluũ, quæ fuit vltima noſtra ratio, iam explicãda.

Tertiam rationem, qua contendebam, *ſanctorum communionem*, vt communiter à Recentioribus intelligitur, eſſe ſymboli articulum planè ſuperfluum, ac proinde perperam ſic intellectum, ita demum inſtituo. Quod fideles, qui ſunt Eccleſiæ membra, partes, & conciues, orationum, & ſatisfactionum communicatione ſe ipſos iuuent, planè deducitur ex eo, quod conſtituant vnam ſanctam Eccleſiam. Siquidem in omni bene inſtituta Republica inueniemus, illius conciues, & vicinos alios aliis opem ferre, iam prece, & interceſſione apud Principem; iam etiam illorum communicatione bonorum, quæ poſſeſſoribus omninò ſuperflua, & conciuibus valde commoda ſunt: Ergò id ipſum inter fideles, quoad bona illa ſpiritualia orationum, & ſatisfactionum inde conſequitur, quod vnam ſanctam Eccleſiam conſtituant. Quod quidem ipſemet Suarez Tract. de Fide diſp. 13. ſect. 4. num. 10. ingenuè fatetur, inquiens, *Communionem ſanctorum*, in illo ſenſu, quem ipſe recipit, & nos reiicimus, intellectam, virtute contineri in articulo *ſanctam Eccleſiam*: Ergo ſuperfluè ponitur, in ſpecialem articulum. 57.

Aliàs hæc verba in ſymbolo ſuperesse viderentur.

P. Suarez fatetur in ſua ſententia communionẽ ſanctorum credendam non eſſe explicitè ſub præcepto, ſaltẽ graui.

58.

His illud egregiè conſonat, quod plures ſymboli Apoſtolici inarratores partem iſtã, *ſanctorum communionem*, cum articulo, *ſanctam Eccleſiam* coniungunt: Alij verò grauiores, & antiquiores omninò prætereunt. Vel ergò tenebant ſententiam noſtram, vel oppoſitam. Si noſtram, voti ſumus compotes. Si oppoſitam, cum Aduerſariis pugnarunt: nam alteri *ſanctorum communionem* cum Eccleſia, tanquam proprietatem cum eſſentia coniunxerunt in eundem articulum, quod Aduerſarij renuunt: alteri verò grauiores, & antiquiores, vt ſuperfluum omiſerunt, quod tanquam abſurdum nos deduximus. Illud verò abſurdiſſimum incurrunt, quod ſanctorum in bonis ſpiritualibus communicationem, virtualiter in Eccleſiæ vnius articulo contentam, ſpecialem eſſe volunt ſymboli articulum, non autem Euchariſtiam, quæ in nullo alio fidei articulo virtualiter continetur, & verbis illis *ſanctorum communionem* aptiſſimè intelligi, & ſpecialem articulum conſtituere poteſt: & ſic tandem credendorum, ſummam in fidei ſymbolo eſſe completam, & non mancam, prout num. 50. diſſerebam.

Sanctorum communio contenta eſſet virtualiter in Eccleſiæ vnius & Catholicæ articulo.

DISPVTATIO XXXI.

Quanam actione Chriſtus vt homo in cælo manens, poni ſub ſpeciebus poſſit.

SECTIO I. *Nequit poni per productionem, ſeu poſitionem phyſica in ipſo præſentia.*

§. 1. *Phyſicus præſentiæ modus antiquis Philoſophis, Theologiſque repugnat.*

§. 1. *Eſt*

Digitized by Google

§. 2 *Eſt phyſicus præſentiæ modus planè ſuperfluus.*

§. 3 *Modus præſentiæ phyſicus multis aliis laborat incommodis.*

§. 4. *Neque præſentiæ modus locali motu producι.*

§. 5 *Obiectionum deſtructione prædicta omnia firmantur.*

SECTIO II. *Poni valet ſub ſpeciebus per meram ſuipſius in illarum ſpatio reproductionem.*

1. DVo ſunt, quæ realem Chriſti in Euchariſtia præſentiam iuxta omnes Catholicos Doctores, & ſcriptores captu difficilem, & iuxta Nouatores, factu impoſſibilem reddunt. vnum eſt, quòd Chriſti corpus, dum in cœlo verè exiſtit, verè etiam exiſtat in Euchariſtia, vbicumque terrarum exiſtente. Alterum eſt, quòd idem Chriſti corpus mole vaſtum, & ſtatura procerum, totum ſit in vno ſpatio prorſus indiuiſibili. Enitar, diuina ope fretus, difficultatem priorem in hac diſputatione, alteram in ſequente prorſus complanare; & vtriuſque rei poſſibilitatem ipſis velut oculis ſubiicere.

SECTIO I.

Non ponitur per phyſicum præſentiæ modum.

2. REi neceſſitas, & Scholæ iam frequens exemplum, omnino cogit Philoſophicam hic materiam euoluere; & præſentiam impugnare phyſicè inhærentem; quam cum pleriſque modum appellamus; eſto, vnus aut alter vocet entitatem:

§. I.

Phyſicus præſentiæ modus antiquis Philoſophis, Theologiſque repugnat.

HVius & ſuperioris ſæculi Doctores ferè omnes, tam Theologi, quam Philoſophi, quibus nouiſſime conſentit, & ex profeſſo patrocinatur Lugus diſputatione 5. ſectione 4. & ſequentibus, exiſtimant, vt Chriſti corpus, quod in cœlo præexiſtit, in Euchariſtia conſtituatur, ſatis eſſe quòd in eo producatur phyſicus præſentiæ modus, eſſentialiter reſpiciens, & affixus ad illud ſpatium locale, in quo panis & vinum conſeruantur. Cenſent enim præſentiã creaturæ in ſpatio locali eſſe modum quendam phyſicum ipſi creaturæ inhærentem: qui quidem in prima rei productione vel non detur, vel detur ſine motu locali, poſtea verò, dum res localiter mouetur, producatur per motum localem quem aiunt non aliud eſſe quam actionem ſucceſſiuè producentem varias præſentias ſucceſſiuas, nempe alias aliis ſuccedentes, & ſine permanentia deſinentes.

Plurimi, cenſent Præſentiam localem eſſe formam intrinſecam ipſi creaturæ phyſicè inhærentem.

3. Oppoſitum vt verum probauimus ex profeſſo alibi.

Aſſerimus, Chriſtum in Euchariſtia non conſtitui præſentem, per ſuſceptionem phyſicæ præſentiæ modalis. Quam ſententiam primò & breuiſſimè probamus, quoniam aliæ res non conſtituuntur in loco per phyſicum præſentiæ modum: Ergo nec Chriſtus in loco Euchariſtiæ. Conſequentiam omnes admittunt, quia non eſt ratio cur aliæ res creatæ, vt ſpatio præſentes ſint, non egeant forma intrinſecè inhærente, ſed ſpatio indiſtante, & ipſas extrinſecus afficiente; & Chriſtus tali forma intrinſeca indigeat, nec ſufficienter præſens fiat ſpatio ſpecierum, per ipſum ſpatium indiſtans, & illum extrinſecè afficiens. Sicut ſi ſemel aliquæ res dicantur eſſe durantes, ſine modo intrinſeco, ſiue per ſolam, correſpondentiam ad tempus extrinſecum; ſanè ſine fundamento exciperetur aliqua tamquam non durans niſi per intrinſecum durationis modum. Tota ergo difficultas eſt in antecedente, quod etſi philoſophicum, hic tamen aſtruere, cum plurium Theologorum exemplo adducimur, cũ verò ipſa neceſſitate compellimur.

Res quæcumque durat ſine illo modo, ſuperaddito per ſolam correſpondentiam, ſiue coexiſtẽtiam ad Tempus extrinſecũ.

Ac principio modum illum Antiquiores Philoſophi ignorarunt: non ſolùm qui nunquam illum aſſerunt, aut nominant, quod in hominibus loci naturam, motum localem, & categoriam. Vbi, ſtudioſiſſime perſcrutantibus, argumento eſt, talem modum ipſis non magis ad mentem, quam ad calamum veniſſe: verùm etiam quia doctrinam tradunt aduerſantem Principibus Philoſophiæ: nam Ariſtoteles 5 Phyſicorum capite 2. & alibi ſæpiſſime, ſolum locum extrinſecum ait eſſe terminum motus localis, ſeu lationis, de qua etiam lib. 8. Phyſ. cap. 7. ſic loquitur. *Hac ſola nihil, quod inſit, mutatur.* Quem imitatus S. Thomas 1. p. q. 110. art. 3. *Mobile* (inquit) *ſecundum locum, non eſt in potentia ad aliquid intrinſecum, in quantum huiuſmodi, ſed ſolum ad aliquid extrinſecum, ſcilicet ad locum.* Atqui ſi præſentia modus eſſet phyſicus, & mobili intrinſecus, profectò per lationem aliquid, quod ineſt mobili, mutaretur; quod negat Ariſtoteles: & mobile ſecundum locum, in potentia eſſet ad aliquid intrinſecum antea vt S. Thomas pronunciat: ergo modus ille phyſicus Philoſophis antiquis, Theologiſque aduerſatur. 4.

Modus Phyſ. Præſentiæ adſtruitur præter, vel contra mentem Ariſtotelis & S. Thomæ.

§. II.

Eſt Phyſicus præſentiæ modus plane ſuperfluus.

DEinde eſt plane ſuperfluus. Primò quia, ſi ſuperficies conuexa huius pilæ à ſuperficie concaua huius ſpatij non diſtet, licet nihil aliud addas, intelligitur hæc pila huic ſpatio præſens Reſpondent; intelligi præſentem fundamentaliter, & negatiue, non formaliter, ſeu poſitiue. Contra, eſſe pilam in hoc ſpatio fundamentaliter, & negatiue, eſt habere in eo ſuã ſubſtantiam, non vero modum præſentiæ phyſicũ: Atqui ſi abſque iſto modo pila ſuam habeat in hoc ſpatio ſubſtantiam: fruſtra & ſuperflue requiritur ille modus: nam ſi ponas, aut fingas, iſtum deeſſe, pila continebitur, & ambietur ſuperficie concaua iſtius ſpatij, in quo eſt manus, & cõſequenter poterunt pila & manus ſibi correſpõdere & denominari vere & realiter tãquã res & locus ipſius: ad quid ergo phyſicus ille modus: Non vt pila in eo ſpatio ſit, nõ vt in ipſo agere, & pati poſſit: ergo ad nullum aliud munus, niſi vt pila non eo modo careat, ſed cũ habeat: nam ſicut iſtius modi nullus alius poteſt eſſe fructus; ita illius diſtinctionis fundamentaliter, vel formaliter, nullus alius po-

teſt eſſe ſenſus. Et quidē hoc eodem argumenti genere nobiſcum probant Aduerſarij contra Thomiſtas exiſtentiam, relationem, durationē, ſitū, habitum definitionis directionem, & formalem veritatem, non eſſe aliquem modum phyſicum, in rebus. Atqui ſi diſtinctionem illam fundamentaliter, vel formaliter, ij quibuſcum agimus, in præſenti vſurpant; ſine fundamento, ſine doctrinæ cohærentia, & proinde ſine vllo rationum robore, illum in Thomiſtis illis improbant, & cunctos illos modos abiiciunt.

Conſequētia deſideratur in Authoribus, qui modum, Præſētiæ induxere.

6\. Secundo, quando res primo producitur, prius natura eſt in hoc ſpatio, quam habeat phyſicum præſentiæ modum: ſed rem eſſe in hoc ſpatio, eſt eſſe ipſi præſentem: Ergo ſuperfluus eſt modus præſentiæ phyſicus ſuperadditus. Maior liquet: nam prius natura, quam res phyſicam exerceat actionem in hoc ſpatio debet in ipſo realiter exiſtere: proinde priuſquā phyſicū præſentiæ modū in primo inſtāti producat, neceſſe eſt vt prius natura in hoc ſpatio exiſtat. Reſpondent aliqui, rem in ſpatio, in quo primum producitur, non eſſe præſentem per modum phyſicum, ſed in alijs locis, motu locali adquiſitis. Sed hi iam concedunt, rem à parte rei eſſe, & per longum tempus durare poſſe præſentem, abſque phyſico præſentiæ modo, nempe quandiu permanet in eodem ſpatio, in quo primum producitur; atque adeo cœlum empyreum, nunquam fuiſſe, nec futurum eſſe præſens per præſentiam phyſicam modalē; quia numquam ab ſpatio imaginario primæ productionis receſſit, nec receſſurum eſt. Conſequenter autem debent pronunciare, rem quæ localiter mouetur, præſentem eſſe poſſe abſque modo phyſico, nam ſicut prius ambiebatur loco, ſic tunc ambitur: ſed antea præſens erat per indiſtantiam ab ſpatio; ergo & poſtea: ſic vt prius extrinſecè à loco denominabatur, ſic poſtea dicatur Præſens.

Res prius naturaliter exiſtit in tali ſpatio, quàm agat, vel recipiat modū Phyſicū ibi.

7\. Alij reſpondent, rem quæ in hoc ſpatio producitur, prius natura quam producat phyſicum præſentiæ modum, eſſe huic ſpatio præſentem fundamentaliter, non formaliter. Sed inprimis hanc diſtinctionem num. 5. profligauimus. Nunc arguimus. Si prius natura, quam Petrus præſentiam phyſicam habeat, ambitur ab hoc ſpatio, per quam potentiam producit poſterius natura phyſicam præſentiam ad hoc idem ſpatium? Non per potentiam loco motiuam: nam illius munus non eſt niſi tránsferre rem ab vno loco in alterum: & illa præſentiæ productio, non eſt ab vno loco in alterum tranſlatio: ergo non eſt actio potentiæ loco motiuæ; nec aſſignari poteſt cuius alterius ſit. Rogamus inſuper, cum prius natura quam idem Petrus producat phyſicum præſentiæ modum in hoc ſpatio, cum ab iſto circundetur, quorſum producat phyſicam præſentiam ad illud? Nec reſpondeus poteſt producere illam ad alium finem, niſi vt in eo ſpatio ſit præſens per formam phyſica ſuperadditam; quod eſt palam nugari, vt quiſque cernat.

Modus Phyſicus non eſt formalis ipſa latio, ſiue tranſlatio rei.

Nugatio redditur ab Aduerſariis.

8\. Alij demum, Lugo aſſentiente, reſpondent; prius natura quam res habeat præſentiæ modum, nullibi eſſe, etiam negatiue, ſeu fundamentaliter; hoc eſt non magis eſſe in vno ſpatio quam in alio, & tamen in illo priori naturæ eſſe re ipſa productam extra cauſas, & exiſtentem. Rationem reddunt, quia per ſolum præſentiæ modum res applicatur, & coniungitur ſpatio, ſeu loco; proinde per ſolum iſtum præſentiæ modum applicatur, & coniungitur huic ſpatio, & non alteri: & per conſequens, ſicut dum non intelligitur habere hunc modum, non intelligitur eſſe, nec eſt in hoc ſpatio, & loco; ita dum nullum habet præſentiæ modum, non intelligitur eſſe, nec eſt in aliquo loco.

Reſponſio alia Recentiorum.

9\. Contra primo, quia ſtatim inconceptibile apparet ſignum prioritatis naturæ, pro quo res concipiatur vere producta, & non in aliquo ſpatio loci; ſicut eſt inconceptibile verum naturæ ſignum, pro quo res concipiatur vere producta, & non in aliquo ſpatio temporis: id quod ſic aſtruo. Pro nullo ſigno poteſt Deus concipi agere, quin concipiatur agens in propinquum: ergo pro nullo ſigno concipi valent eius actio, & effectus non localiter præſentes Deo: ergo falſum eſt pro primo ſigno non concipi exiſtentes in loco aliquo; ſeu nullibi exiſtere.

Impugnatur.

10\. Contra ſecundò, quoniam aliquando neceſſe eſt, prius concipi rem in hoc determinato ſpatio locali, quam affectam phyſico præſentiæ modo: ergo ſemper. Antecedens probo, quia ſi hoc ſubiectum verbi gratia hoc Lignum præexiſtat, & perſiſtat in hoc determinato ſpatio locali; ſane quidquid in hoc ligno hic exiſtente intelligetur exiſtens, hoc ipſo intelligi debet in hoc ipſo ſpatio locali exiſtere. Educatur igitur ex hoc ligno hic præſente, calor per hanc indiuiduam eductionem. Tum ſic argumentor. Hæc eductio eſſentialiſſime, & per ſe ipſam affigitur huic ligno: Sed hoc lignum præſupponitur, & præintelligitur exiſtens in hoc ſpatio: ergo hoc ipſo quod hæc actio intelligitur poſtea exerceri, intelligi debet exerceri in hoc ſpatio: Atqui intelligitur per ſe ipſam ad hoc lignum affigi, ac proinde, priuſquam intelligatur phyſicus præſentiæ modus ſuperadditus: Ergo ante iſtum intelligitur in hoc ligni ſpatio præſens. Idem autem in omni re verum eſſe, prout in conſequētia deducitur. Probo Quia ſicut actio eductiua per ſe ipſam affigitur ſubiecto, & ideo in quo ſigno intelligitur eſſe hoc ſubiectum in hoc loco exiſtens, & eductio in hoc ſubiecto hic præſuppoſito exercita, intelligitur in hoc loco præſens: pari ratione actio per ſe ipſam à Deo pendet; Ergo intelligi nequit à Deo localiter præſente prodiens, quin intelligatur localiter præſens.

11\. Contra tertio, quia ſi duæ ſunt actiones (vt ab Aduerſariis conſequentiſſime ponuntur) vna productiua Petri, & altera productiua præſentiæ, illa ſecundum naturæ ordinem prior, & hæc poſterior; neceſſe prorſus eſt, vt hæc poſterior ponatur ad exigentiam illius prioris: Atqui ſi prior non minus exhibetur in hoc ſpatio, quam in alio, non magis exigit poſteriorem productiuam præſentiæ ad hoc ſpatium, quam productiuam præſentiæ ad aliud: Quomodo igitur ex neceſſitate naturæ prouenit, vt poſita priori productione, poſterius naturæ ponatur productio præſentiæ ad hoc ſpatium? Non enim prouenit ex indigentia Petri: nam Petrus non magis indiget primam habere præſentiam in hoc, quam in alio ſpatio: Non prouenit ex indigentia primæ productionis Petri nam hæc non magis

poſtulat

poſtulat primam ſuam præſentiam in hoc ſpatio, quam ipſe Petrus. Non enim poteſt alia naturæ neceſſitas hic excogitari, niſi quam habet Petrus, & eius prima productio, prius natura exiſtens in hoc ſpatio; & proinde poſtulans, vt præſentiæ modus ad hoc ſpatiũ poſterius natura in quolibet ipſorum reſultet Sic nimirum, vt apud eos qui durationis modum tuentur, prius natura res producitur in hoc durationis ſpatio, & poſterius natura modum habet durationis in ipſo: Stat igitur quod hoc ſecundo argumento intendimus, nempe prius natura eſſe, & intelligi idem primo produci, & & eſſe in hoc ſpatio locali, quam intelligatur habere, vel habeat phyſicam præſentiam modalem ad ipſum.

Prius natura res producitur indiſtãs, vel diſtans coniuncta vel ſemota cum ſpatio determinato, quam Modus producatur in re ipſa.

12. Tertia ratio. Poteſt corpus à parte rei exiſtere, & diutiſſime permanere, quin habeat phyſicam præſentiæ formam: Ergo hæc omnino ſuperflua eſt. Conſequentia claret: nam eſt imperceptibile, & prorſus impoſſibile quod Petrus realiter ſit productus, & in rerum natura longiſſimo tempore exiſtat, & tamen non ſit in aliquo ſpatio loci, ſicut in aliquo ſpatio durationis. Antecedens autem probatur, quia productio, & poſitio rei extra cauſas, prior natura eſt, quam eius phyſica præſentia modalis, cum hæc poſterius natura produci dicatur per actionem à productione Petri totaliter diſtinctam: Atqui poſita priori actione conſtituente Petrum extra cauſas, poteſt Deus negare concurſum ad actionem alteram, præſentiæ phyſicæ productiuam: Ergo poteſt Petrus extra cauſas exiſtere, diuque perſiſtere, & non habere modalem illam præſentiam. Minorem probamus, quia cum illæ duæ rationes ſint inter ſe totaliter diſtinctæ, nequit vera aſſignari contradictio in eo quod prima cauſa ſuum concurſum ad priorem actionem concedat, & ad alteram neget. Confirmamus, quia ſic, & recte impugnant aduerſarij phyſicum relationis prædicamentalis modum: quia ſcilicet coëxiſtentibus duabus qualitatibus æque intenſis, poteſt Deus negare concurſum ad modum phyſicum producendum ſimilitudinis.

Quia poſita creatione Petri v.g. poteſt negari concurſus ad modum Phyſicum.

13. Vrgemus, quia corporis præſentia ſacramentalis, iuxta pleroſque Aduerſarios, eſt intrinſece ſupernaturalis. Decernat ergo Deus Petrum in indiuiſibili producere, & ex hac voluntate prorumpat in actionem Petri productiuam; quam proculdubio totaliter exhibebit, vt poſterius natura poſſit Petrus phyſicam præſentiam ſacramentalem recipere: Nimirum exhibebit partes illius actionis cunctas penetratas, ac proinde in vnum indiuiſibile redactas: ita ſcilicet vt Petrus totus prius natura ſit in hoc puncto ſpatij, quam in eo recipiat phyſicum præſentiæ modum. Atqui tunc Deus non tenebitur exhibere concurſum productiuum præſentiæ phyſicæ intrinſece naturalis; quia contendunt Aduerſarij debere iſtam eſſe intrinſece ſupernaturalem: nec productiuam præſentiæ intrinſece ſupernaturalis, quia nihil eſt, quod cauſam primam ad talem concurſum neceſſario determinet: non Petrus, nam iſte neque eſt cauſa principalis: neque inſtrumentalis naturalis, in ordine ad illum modum intrinſece ſupernaturalem productum. Non Petri exiſtentia in vno puncto: tum quia Petrus in eo puncto ad nihil aliud eget phyſico præſentiæ modo, quam vt in eo ſit præſens formaliter, ſeu per modum ſuperadditum: At cum ibi re ipſa ſit, nulla eſt contradictio in eo quod ibi careat modo phyſice ſuperaddito. Antecedens conceditur ab Aduerſariis. Conſecutio eſt clara: quia tam neceſſario res eſt alicubi, quam aliquando: ſed eſſe aliquando non eſt quid ei phyſice inhærens: Ergo nec eſſe alicubi. Vel aliter: Æque neceſſarium eſt, rem extra cauſas exiſtentem eſſe in certo, ac determinato temporis ſpatio, vel momento, ac eſſe in certo, ac determinato loci ſpatio, vel puncto: ſed vt exiſtat in certo, ac determinato temporis ſpatio, vel puncto non exigit modum ſibi adiectum: Ergo neque vt exiſtat in hoc determinato loci ſpatio, vel puncto.

Præſertim ad modum Præſentiæ ſupernaturalem, quo Petrus non eget.

Sicut non eget tali modo, vt duret & correſpondeat Tempori.

14. Negant aduerſarij conſequentiam: quia ſpatium imaginarium temporis eſt eſſentialiter fluens: vnde ipſum eſt quod mutatur circa rem, quæ durat; non vero res, quæ durat, quippe quæ ſe habet erga illud ſpatium temporis fluidum, & ſucceſſiuum; ſicut ingens ſcopulus erga aquã præterfluentem; at vero ſpatium locale eſt eſſentialiter fixum, & circa illud, & verſus illud, res quæ ſit præſens, mutatur: vnde res quæ nunc exiſtit in ſpatio locali A, nequit adquirere ſpatium locale B, quin ad illud veniat: nec venire poteſt niſi intrinſeca ſui mutatione, & hæc nec eſſe, nec intelligi poteſt conſiſtere niſi in receptione phyſicæ præſentiæ modalis.

Aliter reſpond. Aduerſarij.

15. Hoc tamen duplici via vehementiſſime confutamus. Vna quia quando res primum producitur in hoc loco, non tranſit ex vno ſpatio in aliud, nec ab vno verſus aliud mouetur: Ergo ſaltem vt in illo primo productionis ſpatio ſit, non eget phyſica præſentia modali, tanquam termino per localem motum producto; proinde neutiquam illum in eo primo ſpatio requirit. Nunc ſic. Tam vere ac proprie, & eodem præſentiæ genere res eſt præſens antequam localiter moueatur; ac poſtquam localiter mota fuit, & in alio loco quieſcit: Sed antequam localiter moueretur, non habebat formalem effectum præſentis à forma phyſica intrinſecus inhærente: Ergo nec poſtquam localiter mota fuit, & iam quieſcit. Vnde ita demum agimus: dum res localiter mouetur, nõ magis proprius, ac formalius præſens eſt ſpatiis, per quæ obiter tranſit; quam in quiete præcedente, aut ſubſequente ſit præſens ſpatiis in quibus immota perſiſtit: Atqui in eiuſmodi quiete non eſt præſens per modum præſentiæ phyſicum: Ergo neque dum localiter mouetur; ac proinde nunquam. Aliæ confutationes pertinent ad §. ſequentem. Altera confutationis via eſt, quod phyſicus præſentiæ modus nequit motu locali produci: Sed hæc in §. 4. aperietur

Rurſus confutantur.

§. III.

Modus præſentiæ multis aliis ſcatet incommodis.

16. TErtiò ſic agimus. Actio, qua præſentiæ modus producitur, vel eſt localiter præſens per phyſicum præſentiæ modum ex ipſa eductum, & ipſi inhærentem, vel non. Si eſt, etiam productio iſtius ſecundi modi erit præſens per alium, & iſtius productio per alium, & ita in infinitum. Si vero præſentiæ productio non eſt præſens per phyſicum præſentiæ modum, ex ipſa eductum, & ipſi inhærentem: rurſus interrogo, ſit ne præſens per ſeipſam, an per præſentiam

Actio ipſa Productiua Modi quomodo eſt præſens.

Digitized by Google

tiam quam producit: Neutrum dici poteſt: Ergo &c. Dici non poteſt eſſe præſens per ſe ipſam, quia dici deberet eſſe præſens eſſentialiter, & vt quo; & proinde per ipſam tanquam per formam aliquid aliud eſſe præſens accidentaliter, & vt quod: Atqui per illam non eſt aliquid præſens vt quod: Ergo illa dici non poteſt eſſe præſens per ſe ipſam.

In Actione ipſa non recipitur Modus ex ipſa eductus.

Nec dici poteſt eſſe præſens per præſentiam ipſius interuentu productam: Primò quia iam diſcederemus ab illo generali pronunciato Aduerſariorum, præſentiam entis creati eſſe modum ex ipſo eductum, ipſique inhærentem: nam terminus ex actione non educitur, nec ipſi inhæret. Secundo quia conſequenter dici deberet nullam actionem eſſe præſentem per modum ex ipſa eductum. Nam ſicut implicat actionem productiuam præſentiæ non eſſe in ſpatio ſui termini: ſic implicat actionem aliquam non eſſe in ſpatio ſui termini, & eductionem non eſſe in ſpatio ſui termini, & ſui ſubiecti: Ergo ſufficienter intelligitur præſens per præſentiam ſui termini, vel ſaltem per præſentiam ſui ſubiecti in hoc ſpatio præexiſtenti, & præſentiam præhabentis: quas tamen doctrinas Aduerſarij pernegant. Tertio quia ſi ex entibus creatis quædam ſunt formaliter loco præſentia per modum ſuperadditum ipſis inhærentem, & quædam non, &c. v.g. *lapis*, & *præſentiæ Productio*, nequit explicari, quid nam ſit, ens creatum eſſe localiter præſens. Non enim eſt habere phyſicum præſentiæ modum certo loco eſſentialiter affixum, & rei præſenti inhærentem: nam præſentiæ productio non ſic eſt præſens: nec eſt eſſe eſſentialiter affixum certo ſpatio locali, nam excepto modo præſentiæ, & ipſius productione, nullum ens creatum ita loco affigitur.

Ex hac Præſentia Actionis arguitur validiſſime contra Patronos Modi phyſici.

17. Dicant igitur nobis Aduerſarij, qui rationes cõmunes ab inferioribus proprie talibus aſtruendas contendunt; & lapidem, & præſentiæ productionem, proprie præſentes eſſe docent; dicant, inquam, quidnam ſit, ens creatum eſſe localiter præſens; & aſſignent vnam communem rationem entis creati loco præſentis; vel ſi malunt, aſſignent quidnam ſit præſentia entis creati in communi: quod nunquam præſtare poterunt.

18. Quarto diſſerimus, quia ex oppoſita ſententia ſequitur infinitum in actu entium completorum, quod Aduerſantiũ plerique negant etiã diuinitus poſſe produci, & omnium conſenſus negat, eſſe productum. Sequela verò probatur, quia in quolibet motu locali conſtituunt Aduerſarij partes actu infinitas, & mutata eſſe actu infinita: ſed per quodlibet mutatũ eſſe producitur præſentia integra, & totalis: Ergo per mutata eſſe actu infinita producuntur præſentiæ totales, completæ, actu infinitæ. Maior patet: nam quantumuis parum res localiter moueatur, omnia ipſius puncta, & omnes ipſius partes correſpondent nouis ſpatiis, ac proinde nouas adquirunt præſentias. Ergo quoties res diuiſibiliter mouetur adquirit præſentias integras, & totales actu infinitas.

Item, quia ſit Proceſſus actionum infinitus, & modorum totalium.

Pater Lugus diſp. 5. ſect. 5. num. 116. ingenue fatſus rationem hanc eſſe difficilem, recte ipſam retorquet in Patrem Coninck admittentem motum localem phyſicum eſſentialiter ſucceſſiuum; nam eandem infinitudinem motuum localium inde inferri, perſpicuum eſt: hæc tamen reſponſio neque difficultatem diluit, vt per ſe claret; neque nos debilitat, qui motum illum reiicimus, vt infra exponemus. Ipſe verò Lugus cum hoc argumento egregie colluctatus, demum reſpondet, præſentias illas non eſſe infinitas, quia componunt vnum ſucceſſiuum.

Sed contra, quia ſingulæ ſunt ſingulis aliis incoëxiſtentes, & incompoſſibiles: Ergo non componunt vnum. Componere autem vnum ſucceſſiuum, non aliud eſt, quam alias aliis immediatè ſuccedere: cum autem inter ſe non vniantur, nec vniri poſſint, plane fit illas eſſe totales, & actu infinitas: ſicut eſſent totidem Angeli, ſi ſinguli ſingulis illis reſpondent.

Quintò agimus, quia phyſicus modus, qui 19.
vel Angelum, vel animam rationalem loco diuiſibili præſentem conſtitueret, aut eſſet in ſe ipſo diuiſibilis, & veras habens partes extenſiuas, & ſpatij partibus commenſuratas: aut eſſet in ſe ipſo indiuiſibilis, & eiuſmodi partibus carens: Neutrum dici valet. Ergo phyſicus præſentiæ modus commentitius eſt. Conſequentiam nullus negauerit: cum habere in ſe ipſo partes, & non habere in ſe ipſo partes, contradictoria ſint, ac proinde neceſſe ſit, vnũ è duobus, altero excluſo, in eum præſentiæ modum quadrare.

Vbicatio interna Angeli nec eſſe corporea, nec eſſe ſpiritualis forma valet.

Pater Suarez in Metaphyſ. diſp. 40. ſect. 1. n. 11. aliique ex ipſo reſpondent, præſentiam eſſe diuiſibilem, & habere cum ſe ipſa veras partes extenſiuas, nimirum tot, quot habet partes locus, in quo eſt præſens Angelus, aut rationalis animus. Sed impugnatur primùm, quia ens corporeum, vt alibi probauimus, eſt ens in ſpatio locali naturaliter affixum, ita ſcilicet, vt naturaliter nequeat in duobus locis, etiam continuis ſimul exiſtere: proinde ſi præſentiæ modus Angelicus partibus illis conſtat extenſiuis, ſingulæ iſtarum naturaliter aſſignantur vni loco, nec poſſunt in duobus naturali virtute ſimul exiſtere: Ergo ſunt corporales, & materiales, atque adeo modus præſentiæ talibus conſtans partibus omnino eſt corporeus, & materialis.

Fundamentum Suarez Primum euertitur.

Deinde quia reſponſio hæc debilibus nititur fundamentis. Primum enim eſt moueri motu continuo, de cuius eſſentia eſt habere partes: cumque iſtæ non poſſint eſſe partes intenſiuæ, debent eſſe extenſiuæ Contra, quia ſi motum localem continuum vocant eum, cuius partes in hoc loco totali exiſtentis vniuntur phyſice cum partibus eiuſdem in alio loco totali exiſtentis, hoc modo repugnat motus localis continuus; cum ſit eſſentialiter ſucceſſiuus, de cuius ratione eſt, vt partes illæ, quas dicebam, phyſice inter ſe non vniantur. Si vero motum localem continuum vocant ei, qui ſucceſſionem habet non interruptam, ad eum finem non opus eſt, vt phyſicus præſentiæ modus habeat partes extenſionis, nam licet nullas huiuſmodi habeat, poſſunt ſingulis inſtantibus ſingulæ præſentiæ partibus non conſtantes produci, & ita motus localis eſſe poteſt continuus.

Alterum fundamentum eſt, quia poteſt Angelus pro libito præſentiam ſuam ad minus, & minus ſpatium coactare: Ergo quaſdam eius partes deſtruere, & quaſdam conſeruare. Verum etſi demus poſſe Angelum à minori loco ad minorem pro libito ſe ſe reducere, quod ſuo loco impugnauimus; nunc ita diſſerimus. Vel Angelus, in toto hoc gymnaſio exiſtens, poteſt præſentiam ſuam adeo minuere, vt ſolum permaneat 20.

Fundamentum eiuſdem ſecundum refutatur.

Digitized by Google

maneat vnum illius punctum; vel non poteſt? ſi poteſt,dabitur indiuiſibile extenſiuū naturaliter ſeparatū. Si nō poteſt,ſane vt Angelus permaneat in vno tantum puncto iſtius gymnaſij deſtruere debet totam priorem præſentiam:Ergo etiam totam deſtruere debet, ſi velit ſe reducere ad dimidiam huius gymnaſij partem.

21. *Tertium eiuſdem Fundamentum debilius oſtenditur.*

Tertium fundamentum eſt,quia modus præſentiæ phyſicus eſſentialiter, & ſe ipſe reſpicit ſpatium locale, eique eſſentialiter,& per ſe ipſum affigitur;nec minus quam vnio ſuis extremis:Proinde ſicut vnio animæ rationalis ad materiam eſſentialiter, & per ſe ipſam affigitur animæ indiuiſibili,& materiæ diuiſibili,ſic Angeli,vel animæ præſentia per ſe ipſam,& eſſentialiter affigitur ſubiecto inextenſo, & ſpatio extenſo:Ergo ſicut humana vnio licet reſpiciat animam exſortem partibus extenſiuas, tamen habet partes extenſiuas propter partes materię, quibus etiam eſſentialiter affigitur; eadem ratione modus Angelicæ præſentiæ propter partes ſpatij localis extenſi, quibus eſſentialiter affigitur,habebit extenſionis partes. Hæc tamen ratiò debiliſſima eſt, inde enim pariter colligitur, aut Vbi Angelicum eſſe corporeum; aut vnionem humanam eſſe ſpiritualem; quorum vtrumque negant Aduerſarij.

22. *Modus alius dicendi Aliorum DD. refutatur.*

P.Petrus Hurtadus de anima Diſp.2. Sect.3. & nonnulli alij docent præſentiam Angeli, & animæ rationalis ad ſpatium diuiſibile eſſe indiuiſibilem.Sed contra primo, quia ſi vnio humana,Autore Hurtado, vel ideo non eſt ſpiritualis,ne ens ſpirituale pendeat à calore,& aliis qualitatibus corporeis diſponentibus, & conſeruantibus humanam vnionem:indignius profecto eſt, quod ens ſpirituale pendeat non modo naturalter, ſed eſſentialiſſime ab hoc ſpatio locali, quod reipſa eſt nihil. Secundo quia,nec diuinitus poteſt idem actionis modus indiuiſibilis per ſe ipſum affigi duabus partibus eiuſdem effectus ipſas producendo: nec idem indiuiſibilis modus paſſionis duabus partibus eiuſdem ſubiecti, ipſis inhærendo: Ergo nec idem indiuiſibilis præſentiæ modus innumeris partibus eiuſdem ſpatij reddendo illis omnibus Angelum præſentem. Tertio quia ex illa reſponſione ſequitur, motum localem Angeli, vel animæ rationalis non eſſe continuum; nec vnum,ſed vere,ac proprie, & categorematice infinitos,quam abſurditatem num. 18. inferebam.Quod enim ait Hurtadus, eſſe continuū virtualiter, mera verba ſunt: dici enim poteſt continuum virtualiter, quia ſine intermiſſione fit,hoc autem non prohibet, quin ſit actu formaliter,& re ipſa motus diſcontinuus, & numero, categorematice infinitus vt eſſet Angeli, ſi in ſingulis illis indiuiſibilibus motibus ſinguli producerentur,& deſtruerentur ſucceſſiue vnus poſt alium.

23. *A definitionibus Entis corporei, & Entis ſpiritualis ſumitur argumentum.*

Sextò argumentor ſupponendo ens ſpirituale eſſe illud, quod ex natura ſua poteſt, & petit in loco replicari; & corporeum eſſe illud, quod ex natura ſua vnum tantum,poteſt,& petit locum: quas differentias iſtorum entium, tanquam omnino veras & ad facile, & clare, philoſophandum ſumme idoneas, & infinitæ obſcuritatis depultrices, alibi ex inſtituto firmaui.ſuppono etiam,Chriſtum in quolibet Euchariſtiæ puncto eſſe totum independenter à præſentia ſui in aliis Euchariſtiæ punctis;quod vel inde probatur, quia conſumpta qualibet ſpecierum parte, vel indiuiſibili,ſine vlla mutatione manet Chriſtus in reliquis:itaque præſentia,quā habet in quolibet puncto eſt præſentia vere integra, & totalis: Sicut actio per quam producitur in vno puncto eſt totalis, & integra, totaliterque diſtincta à productionibus per quas in aliis omnibus punctis producitur.

His poſitis ita argumentor.Si rerum creatarum præſentia eſſet modus phyſicus, præſentia corporis Chriſti, & præſentia animæ Chriſti ad vnum ſpatij punctum, æque forent ſpirituales, aut æque corporeæ: Sed hoc Aduerſantes omnes cunctique Doctores auerſantur: Ergo & antecedens auerſari tenentur. Sequela patet: nam illi duo modi æque affiguntur, ad vnum quodque punctum ſpatij localis, nempe eſſentialiter& per ſe ipſos,ita vt non modo naturaliter,ſed neque diuinitus poſſint in alio replicari vel ei coreſpondere Et quidem ex doctrina ſuppoſita plane ſequitur,ambos eſſe corporeos: Sicut etiam præſentiæ modum, quo Angelus, vt Aduerſarij,dicunt,poteſt eſſe in ſolo puncto: nam ille modus etiam eſſentialiter eſt affixus vni puncto loci. 24.

§. IV.

Nequit præſentiæ modus locali motu produci.

VNum è potiſſimis modalis præſentiæ fundamentis eſt, quia motus localis cum veram includat actionem, debet habere terminum tali actione vere productum. Nos verò contendimus,iſtum non poſſe locali motu produci:quod vel inde quidem ſufficienter aſtruerē poſſemus, quia nequit per illum produci terminus plane ſuperfluus,& tam multis aliis plenus incommodis,quæ iam perſpeximus.Cæterum tribus aliis rationibus idem confirmamus ex ipſamet natura motus localis aſſumptis:ad quas explicandas,& euoluendas conſideramus corpus,aut ſpiritum productum in ſpatio A, & inde moueri per ſpatium B,& quieſcere in ſpatio C; & ſic agimus. Si præſentiæ modus poſſet locali motu produci,in ſingulis iis ſtatibus ſingulæ darentur implicationes: Ergo multipliciter implicat præſentiæ modum produci motu locali. 25.

Repugnat Modus, qui ſit terminus productus vt quod per lationem. Prima implicantia.

26. Prima implicatio ſit,quòd præſentia, quam res habet in primo illo ſuo ſpatio A, eſſet & non eſſet eiuſdem ſpeciei, cum illa, quam haberet in ſpatio B. Eſſet enim eiuſdem ſpeciei: quia eſſet in eodem ſubiecto, reſpiceretque in ſpatium eiuſdem ſpeciei; daret proinde ſubiecto denominationem & effectum formalem eiuſdem ſpeciei. Non eſſet autem eiuſdem ſpeciei:quia non eſſet producta per actionem eiuſdem,ſed diuerſæ ſpeciei à motu locali. Nam totus iſte eſt eſſentialiter ſucceſſiuus; proinde actio,& paſſio quam includit, eſſentialiter eſt ſucceſſiua; & per conſequens alterius ſpeciei ab actione, & paſſione non eſſentialiter ſucceſſiua.Sed primus ille modus ſpatij A,productus eſſet per actionem non eſſentialiter ſucceſſiuam,Secūdus autem ſpatii B, per actionem eſſentialiter ſucceſsiuam: Ergo producti eſsent, & non eſsent per actiones eiuſdem ſpeciei.

27. *Secunda implicantia.*

Secunda implicatio ſit, quòd ſecundus ille præſentiæ modus,quo res,dum moueretur, eſſet

Digitized by Google

ſet præſens in ſpatio B, conſtitueret illam, & non conſtitueret illam præſentem in ſpatio B. Modus enim ille non produceretur in ſpatio A: Tum quia, ſupponitur produci per motum localem, & corpus in ſpatio A non moueretur localiter: Tum etiam quia modus productus in ſpatio A, eſſentialiter eſt affixus ad ſpatium A, & proinde per illum non eſſet corpus in ſpatio B, ſed in ſpatio A perſiſteret. Ideo neceſſe eſt dicatur, ille modus, quo res, dū localiter mouetur conſtituitur præſens ad ſpatium B, produci in ipſomet ſpatio B, & in ipſo ſpatio ſubiectum ſuum conſtituere. Hoc autem eſſe falſum, probatur; quoniam vt Angelus in ſpatio B operetur, debet in illo ſaltem priùs natura exiſtere: Ergo prius natura, quàm operetur modum in ſpatio B, exiſtit in ſpatio B; atque adeo per modum in eo ſpatio productum neutiquam in ipſo conſtituitur.

28. *Infringitur quædam reſponſio antiquior.* Reſpondent aliqui, priùs natura quàm Angelus illam actionem eliciat in ſpatio B. eſſe præſentem in ſpatio B, non poſitiue, ſed negatiue, idque ſufficere, vt ibi eam eliciat. Contra quoniam, eſſe in illo ſpatio negatiue, eſt eſſe in illo ſine phyſica præſentia modali, ſiue ab illo ſpatio non diſtare: Si ergo prius natura, quam Angelus, aut corpus in ſpatio B modum illum habeat, iam ab illo ſpatio non diſtat, non primo conſtituitur in eo ſpatio per phyſicum præſentiæ modum in eo ſpatio productum. Contra item, quia ſi corpus ab ſpatio B, ſine modo ſuperaddito eſt indiſtans, fruſtra modus ſuperadditur, vt per ſe claret, & ſupra multis confirmauimus. Contra demum quia, ſi prius natura quā Angelus, qui præexiſtebat in ſpatio A, præſentiæ modum producat in ſpatio B, iam ab iſto ſpatio non diſtat, rogo per quam actionem factus ſit ab eo ſpatio non diſtans: non per actionem exercitam in ſpatio A, non per actionem exercitam in ſpatio B: nam in vtrolibet loco actio exerceretur, terminum poſitiuum in eo produceret, qui dici non poteſt eſſe præſentia modalis, & poſitiua, vt conſtat; Ergo hæc reſponſio fundamento caret.

29. *Infringitur alia reſponſio nouior.* Alij reſpondent actionem illam elici, in ſpatio B, ab Angelo, non quidem exiſtente in eo ſpatio prius natura, ſed per illam ipſiſſimam actionem ſe conſtituente in illo. Quia ad alias actiones requiritur (inquiunt) præſentia, vel indiſtantia rei in ſpatio, non tamen ad actionem productiuam præſentiæ in ſpatio. Nam elici iſtam actionem, & rem fieri ſpatio præſentem, ſunt ſimul natura: ſicut ſimul natura ſunt elici actionem dealbandi, & ſubiectum effici album. Refellimus tamen, quia præſentiæ modus non ſe habet vt locus, à quo ſubiectum dicitur locatum; ſed vt coniunctio ſubiecti cum loco. Vnde perperam comparatur albedini, & vnioni albedinis cum ſubiecto: nam per iſtam vnionem pendet albedo ab illo; per modum autem præſentiæ, vel per eius productionem, nec ſubiectum, nec ſpatium dependent: ſed vnio per quā neutrum vnibilium pendet ſupponit vtrumque prius natura localiter indiſtans: Ergo & præſentiæ modus ſupponit ſubiectum, & ſpatium inter ſe indiſtantia.

Coniunctio aliqua, per quam neutrum extremorum pendet ab altero, ſupponit extrema indiſtare.

30. Occurrit Lugus, quamuis dicamus præſentiæ modum eſſe vnionem ſubiecti cum ſpatio, non ideo debere ſubiectum eſſe indiſtans ab ſpatio, prius natura, quàm cum illo per hunc præſentiæ nexum vniatur. Nam quando equus localiter ſe mouet, prius natura eſt equi animam eſſe vnitam materiæ, à qua dependet, quam producere motum localem, quo præſentiam adquirit, à quibus non dependet. Poteſt ergo (inquit) bene intelligi forma vnita materiæ pro aliquo priori naturæ ante præſentiam localem actualē.

Ego tamen in primis non video, qua ratione dici poſſit ad vnionem extremorum mutuo independentium non requiri, vt ipſa prius natura localiter inter ſe indiſtent: cum id aperte videamus in materia prima, & anima rationali. Quis enim dicat, prius natura eſſe quod vniantur ſubſtantialiter inter ſe, quam quod in eodem ſpatio ſint, & non potius è contra? Atqui in entitate ſua tam independentes ſunt hic equus & hic locus inter ſe, quam materia prima, & rationalis anima Sed iſtæ, vt inter ſe vniantur, debent eſſe prius natura indiſtantes: Ergo etiam hic equus, & hic locus, vt inter ſe vniantur per modum Phyſicum.

Deinde exemplum equi ſe mouentis localiter, & motu locali præſentiam producentis apertè inuoluit claram principij petitionem. Tota enim quæſtio præſens eſt, ſit ne talis modus admittendus, & an motu locali producatur. Vtrumque nos inficiamur, vtrumque aduerſantes affirmant: in ſua ergo probatione vtrumque vel aperte pronunciante, vel vtrumque ſupponente, plane eſt principium petere, & illud ipſum, quod eſt probandum, tanquam exploratum aſſumere. *Aduerſarij ſupponunt prius, quod probare deberent.*

31. Tandem illud idem exemplum, ſi probe diſcutiatur, etiam aperit ad illum ipſum modum debellandum. Si enim equus, qui præexiſtebat in ſpatio A, localiter moueatur, & exiſtat in ſpatio B: anima eius ante motum, palam præexiſtebat vnita materiæ, præſens ſpatio A: cumque in ſpatio A ſit in inſtanti phyſico A, & in ſpatio B, ſit in inſtanti phyſico B; ſane non ſolum prius natura, ſed prius duratione, & eſt vnita materiæ, & eſt præſens ſpatio A, quam ſe localiter moueat, & exiſtat in ſpatio B: proinde Lugus non loquitur de prioritate naturæ, in qua anima equi ſit vnita materiæ in ſpatio A, priuſquam ſit præſens in ſpatio B, nam iſta non eſt ad rem, vt per ſe claret; ſed de prioritate naturæ iuxta quam anima equi ſit prius natura connexa materiæ, prius dumtaxat natura, quam habeat præſentiam phyſicam in ſpatio B: & hanc eſſe fictitiam ſic probamus.

Dicitur equus prius natura quam producat ſui præſentiam in ſpatio B, eſſe indifferens ad exiſtendum in ſpatio B, aut in quouis alio ſpatio; & per modalem præſentiam ſe ipſa affixam ad ſpatium B, determinari formaliter ad ſpatium B: Hoc autem eſſe falſum patet. Nam immediate antequam equus realiter exiſteret in ſpatio B, exiſtit realiter, & determinate in ſpatio A, atque adeo non eſt indifferens ad ſpatium A, & ad ſpatium B: immediate autem poſtquam exiſtit in ſpatio A, & ſolum prius natura, quam ſit præſens ſpatio B, eſt indifferens ad ſpatium A, & ad ſpatium B: ſed iſta indifferentia eſt ſtatus omnino diſtinctus, ab ſtatu determinationis ad ſpatium A, & ab ſtatu determinationis ad ſpatium B: nam eſt duratione poſterior illo, & natura prior iſto: Ergo eſt adquiſitus per actionem re ipſa diſtinctam ab illa per quam determinatus fuit ad ſpatium A; & ab illa per quam poſterius natura determinatur ad ſpatium B. Per iſtam verò actio

Digitized by Google

actionem conſtitui Angelum in ſpatio B, ſiue ab iſto indiſtantem, patet; quoniam Angelus recedens ab ſpatio A, non aliam actionem exercet, quam conſtitutiuam ſui in ſpatio B: Ergo ſi iſtam exercet prius natura, quam productiuam præſentiæ in ſpatio B, ſane in iſto conſtituitur, & non conſtituitur per actionem modi productiuam.

32\. Tertia implicatio quia modus ille eſſet, & non effectus per lationem.

Tertia implicatio ſit, quòd præſentia, quam corpus aut ſpiritus, poſt motum localem in ſpatio B, haberet in ſpatio C, in illo quieſcens, eſſet per motum localem producta, & non eſſet per motum localem producta. Eſſet quidem per motum localem producta, quia res motu locali delata fuit, & peruenit, & penetrauit ad ſpatium C: Ergo ſi phyſicum præſentiæ modum in eo ſpatio accepiſſet motu locali productum accepiſſet; ac proinde modus ille motu locali productus eſſet. Non autem eſſet: quia totus motus localis eſſe dicitur eſſentialiter ſucceſſiuus, & proinde totus terminus ipſo productus eſſentialiter ſucceſſiuus eſt; Atqui modus ille præſentiæ ad ſpatium C, non eſt eſſentialiter ſucceſſiuus, cum diu permaneat in corpore quieſcente: Ergo productus non eſſet locali motu, adque adeo eſſet, & non eſſet locali motu productus.

Reſpondebis, modum quem res in ſpatio C. primum accepit, fuiſſe eſſentialiter ſucceſſiuum, ideoque ſtatim & immediate poſt ſui productionem deſiiſſe. Hæc quidem reſponſio Aduerſariis neceſſaria eſt; ſed vt eam refellam, rogo, num eo modo deſinente, alius in ipſo corpore, vel ſpiritu, circa idem ſpatium productus fuerit? Si neges; iam concedes, corpus, ac ſpiritum toto tempore quo quieſcit, carere phyſico præſentiæ modo. Si affirmes; incurres primo aduerſus temetipſum cõtradictionem, iam enim præſentia modalis, etiam poſt localem motum, non præciſè ponitur, vt ipſius terminus ſit indiſtans, ac ipſe pronunciabas. Incurres item ſuperfluitatem: demus enim præſentiam illam locali motu productam, mobili quieſcente deſinere: quorſum producatur noua ad idem ſpatium, in quo res ſupponitur exiſtens non ſolum prius natura, ſed etiam prius duratione? nam modus latione productus in ſpatio C, exiſtit per vnum inſtans, vnde modus ei ſuccedens in eodem ſpatio produci deberet in inſtanti alio proxime ſequente, in quo prior deſtrueretur: atque adeo productio ſecundæ præſentiæ ad hoc ſpatium B, ſupponeret ſubiectum prius duratione præſens in ipſomet ſpatio B, vt idem ſubiectum ab eodem ſpatio non recedens, duas totales in ipſo reciperet præſentias; qua peruerſitate, & ſuperfluitate, neſcio quæ maior impugnetur ab Aduerſariis, dum exiſtentiæ, relationis, durationis, & alios modos impugnant.

Modus productus in C. exiſtit ſolùm per inſtans, in quo alius modus Præſentiæ non poteſt fieri.

33\. Noſſimè etiam Al. RR. defendunt Modum Præſentiæ quaſi traditum a maioribus ſuis.

Poſt hæc omnia ſcripta, & ad prælum deſcripta venit ad meas manus duplex curſus Philoſophicus à duobus Philoſophis præſtantiſſimis noſtræ Societatis in Prouincia Toletana cõfectus: alter à P. Franciſco Ouiedo, anno 1640. alter à P. Franciſco Alfonſo, anno 1641, editus: & cùm ambo conueniant in aſtruenda phyſica præſentiæ forma, ambo etiam concedunt, & contendunt, poſſe diuinitus fieri; vt creatura actu, & re ipſa exiſtens, nullam habeat huiuſmodi præſentiam: quia non repugnat quod Deus producta creaturæ entitate non concurrat poſterius natura ad ipſius præſentiam producendam. Hanc reſponſionem cenſeo conſequentem, & rationem efficacem. Dum autem ij DD. rogantur, num res illa alicubi adeſſet: reſpondent, alicubi adfuturam negatiuè, non poſitiuè. Quam reſpõſionem arbitror neceſſariam: ſed valde inconſequentem in hominibus non diſtinguentibus exiſtentiam creatam à creatura, relationem ab extremis, &c. prout retuli, & ponderaui ſupra §. 1. num. 15.

Qui tamen eiſdem argumentis debellantur, quibus ſupra vſi ſumus.

§. V.

Obiectionum deſtructione prædicta omnia firmantur.

34\. Prima obiectio diluitur.

OBiectio prima, & quam aliæ connexiſſimè ſequentur, ita ſe habet. Petrus, & hic locus poſſunt exiſtere à parte rei, quin Petrus ſit in hoc loco: Ergo Petrum eſſe in hoc loco, prædicatum quoddã eſt à Petro, & ab hoc loco re ipſa diſtinctum. Concedo conſequentiam: Eſt enim negatio diſtantiæ, ſiue indiſtantia Petri ab hoc locali ſpatio: quæ quidem negatio, & indiſtantia realiter, & adæquate differt à Petro, & hoc ſpatio realiter exiſtentibus; etſi non adæquate ab ambobus penetratis. Hoc ipſum reſpondere debent Aduerſariorum recentiſſimi, & ſane docti, vt Ouiedus num. 33. commemoratus; dum concedunt fieri poſſe, vt Petrus in hoc loco re ipſa ſit, & tamen non habeat phyſicum præſentiæ modum; Deo ſcilicet ſuſpendente, vel negante concurſum illius modi productiuum: quod enim ij dicent in eo caſu euenturum, vt Petrus in hoc loco eſſet per ſolam indiſtantiam id nos aſſerimus ſemper contingere.

35\. Et vlterius etiam impugnatur.

Sed inſtabis. Petrus, & hic locus à parte rei poſſunt exiſtere, quin habeant indiſtantiam: Ergo iſtam non habent per ſe ipſos: Ergo habent per phyſicum præſentiæ modum, quem ſcilicet huiuſmodi indiſtantia conſequatur. Cõceſſa Prima conſecutione; Tripliciter Secundam impugno. Primo quia præſentiæ modus ad hoc ſpatium, ſupponere deberet Petrum in hoc ſpatio, pro vt ſupra fusè probabam; & concedere debet Ouiedus, cum aſſerat poſſe ſine modo manere indiſtantiam; proinde iſtam eſſe ab illo independentem, & ipſo priorem: Ergo præpoſterè dicitur indiſtantia ſequi ex ipſo præſentiæ modo. Secundo quia nequit Petrus exiſtere quin habeat indiſtantiam ab aliquo ſpatio: & tamen poteſt, quin habeat aliquem præſentiæ modum; nam in priori parte repugnantia eſt; in altera non item, cum Deus poſſit producto Petro negare concurſum ad modalem præſentiam producendam: Ergo indiſtantiam ab ſpatio, & ab hoc ſpatio non habet Petrus ex huiuſmodi phyſica forma. Sic optima eſt conſequentia, nequit accidens per ſe exiſtere ſine aliqua ſui creatione: poteſt ſine modo aliquo ſuperaddito: Ergo non per ſe exiſtit modo iſto, ſed ſola ſui creatione. Tertio & à priori, quia creatura quæuis habet indiſtantiam ab ſpatio in quo producitur, vel ratione cauſæ materialis, vel ratione cauſæ efficientis, vel vtriuſque ſimul, quam trimembrem diſtinctionem iam explico, & firmo.

Creatura habet indiſtantiam à loco in quo fit vel ratione ſuæ cauſæ materialis, vel ratione efficientis ibi.

36\. Vel enim creatura producitur per eductionem, ſeu dependens à ſubiecto præexiſtente in hoc loco, vel producitur per creationem, & à ſubiecto independens. Si per eductionem ex ſubiecto præexiſtente in hoc loco, eius eductio per ſe ipſam, & eſſentialiſſime alligatur huic ſubiecto; proinde prius

natura eſt ipſam per ſe ipſam huic ſubiecto affigi, quam in ipſa modum aliquem phyſicum, & accidentalem reſultare: Atqui in illo priori naturæ iam intelligitur eſſe indiſtans ab hoc loco: nam hoc ſubiectum præſupponitur cum hoc loco penetratum, & eductio eſſentialiter & per ſe ipſam intimis ſubiecti partibus affigitur: Ergo prius natura quam phyſicus modus in eductione reſultet, intelligitur eductio, ac proinde ipſius terminus indiſtans ab hoc loco: non quidem indiſtans per ſe ipſam, cum ab hac indiſtantia realiter diſtinguatur, nec tanquam hanc indiſtantiam ex ſe determinate vendicans; ſed contingenter eam habens, ex eo ſcilicet quod ipſius ſubiectum in hoc loco præſupponatur. Habet ergo creatura, per eductionem producta, indiſtantiam ab hoc loco ante phyſicum præſentiæ modum.

Res educta habet per eductionem eſſe indiſtantem à loco, ante modum illum.

37. Si verò creatura fiat per actionem à ſubiecto independentem, habebit indiſtantiam ab ſpatio, in quo primum producitur, ratione ſuæ cauſæ efficientis, prout præexiſtentis in eo ſpatio, & ibi agentis. Virtus enim diuina creatiua verbi gratia Michaëlis, tota eſt in toto ſpatio locali, & tota in ſingulis eius punctis: eſtque Deo liberum eam exercere prout reſpondentem ſpatio A, vel prout reſpondentem ſpatio B, &c. ſi tamen eam exerceat reſpondentem ſpatio A, nec diuinitus valet creatio, & proinde ipſius terminus non primum exiſtere in ſpatio A: pendet enim eſſentialiter, & per ſe ipſam hæc actio ab hac diuina virtute creatrice: vnde prius eſt, concipi in hac actione indiſtantiam ab hac virtute creatrice, quam modum ex ea phyſice reſultantem, Cumque virtus illa creatrix præſupponatur in hoc ſpatio exiſtens; & agat prout huic ſpatio correſpondens: Iam Michaëlis productio, & proinde Michaël, prius natura habet determinatam diſtantiam vel indiſtantiam ab hoc ſpatio, quàm aliquem modum phyſicum ex ipſis eductum; idque ratione ſuæ cauſæ efficientis; ſicut eductio, & ipſius terminus ratione ſuæ cauſæ materialis in hoc ſpatio præexiſtentis, & in eo cauſalitatem exercentis.

Res creata habet rationem ſuæ cauſæ efficientis vt ibi exiſtentis.

38. Hinc deducitur tertia diſiunctionis pars. Quia ſicut diuina virtus Michaëlis creatrix, tota eſt in toto ſpatio locali, & tota in ſingulis punctis & pro Dei libito exercere poteſt vt exiſtens in ſpatio A, vel vt exiſtens in ſpatio B, &c. ſic etiam virtus diuina caloris eductrix, tota eſt in toto ſpatio locali, & tota in ſingulis punctis, valetque pro Dei libito exerceri in hoc ſubiecto exiſtente, hic, & exiſtente alibi; & proinde prout ipſa exiſtit in hoc ſpatio, vel pro vt exiſtit in alio: Ergo ſicut hæc eductio ex eo præciſè quod primum exhibeatur in hoc ſubiecto præexiſtente in hoc ſpatio, intelligitur ipſa, & eius terminus indiſtantes ab hoc ſpatio: & ex eo quod Michaëlis creatio pendeat à virtute creatrice, vt præexiſtente in hoc ſpatio; intelligitur ipſa & eius terminus indiſtantes ab hoc ſpatio: ſane cum eductio ab hoc ſubiecto hic præexiſtente fluat ab hac virtute eductrice, prout ibidem exiſtente, hæc eductio, & eius terminus intelliguntur indiſtantes ab hoc ſpatio, ratione tum cauſæ materialis tum efficientis in hoc ſpatio præexiſtentium, & cauſalitatem exercentium.

Res etiam educta ex ſubiecto habet indiſtantiam ab ſpatio, per efficientiam vt cauſæ eſt productricis in eo loco.

Dices: indiſtantia ſaltem à ſecundo ſpatio, ad quod poſtea creatura tunc locali motu fertur, certiſſime adquiritur mediante motu locali: ſed iſte eſt actio creaturæ intrinſeca, & inhærens; Ergo terminum habet creaturæ intrinſecum, & inhærentem; atque adeo phyſicum præſentiæ modum. Nonnulli reſpondent, indiſtantiam à ſecundo ſpatio adquiri per motum localem; hunc tamen eſſe puram actionem, nullius termini productiuam, ſed ſolius indiſtātiæ adquiſitiuam. Iſti tamen dum Charybdim fugiūt, Scyllam incurrunt, nēpe actionem phyſicam ſine termino phyſice producto, longe difficiliorem ipſo præſentiæ modo. Nobis motus localis non ſolum non eſt actio tali termino carens, ſed prius adæquate ſumptus includit actionem, terminum, & ſucceſſiuam indiſtantiam à nouis ſpatiis; prout iam explanare & confirmare aggredior.

Dum mobile quieſcit in ſpatio A, proxime ante quam inde diſcedat, producitur in ipſo qualitas quædam permanens, eiuſdemque rationis cū impulſu: cui qualitati proxime poſtquam producta eſt, debetur ſucceſſiua indiſtātia ad proxima ſpatia B. C. D. & ſequentia plura, vel pauciora, prout talis qualitas plus, aut minus conſeruatur. Cuius rei, ſi meram fidem exigeremus, minus exigeremus quam Aduerſarij; Si vna hæc res conferatur cum illa incommodorum infinitudine, quam ex modali præſentia deducimus; & cum tam multis, quæ Aduerſarij non tam probant, quam ſupponunt, aſſerentes, eam eſſe naturam motus localis; idque dum modum conſtituunt plane ſuperfluum, & inconſequenter loquuntur, cum tamen natura, nec ſuperflua, nec ſibi ipſi diſſona ſit. Nos tamen huius rei nudam fidem non poſcimus, ſed rationem efficacem, & ab ipſamet Aduerſariorum opinione declarationem, & confirmationem non vulgarem adducimus. 39.

Diluitur Argumentatio oppoſita.

Siquidem omnia capita, quæ hactenus aſſeruimus, ratione efficaci confirmauimus. Sed iſtud ex illis manifeſte ſequitur: ponit enim rem omnino neceſſariam, qualis eſt impulſus, quem Adamus in loco A productus ſibi ipſi imprimit, vt nouum adquirat locum: cum enim in ſe ipſum agat, ſibi ipſi aliquid imprimit: Agit autem in ſe ipſum immediate ante quam relinquat locum A: Ergo imprimit ſibi formam cui immediate poſt debetur indiſtantia ab ſpatio B. Immediate inquam poſt; quia cum non poſſit naturaliter exiſtere ſimul in loco A, & in loco B, impulſui producto in loco A, non debetur vt in illo inſtanti ſit in ſpatio B; nam deberet ſimul in duobus locis exiſtere. Proinde indiſtantiam ab ſpatio B, non poſtulat habere, niſi poſt inſtans ſuæ productionis.

Impulſus productus à Petro in A. petit indiſtantiam in B. poſt inſtans ſuæ productionis.

Qua quidem re, aliam multò difficiliorem admittere coguntur Aduerſarij: nempe actum quo efficaciter vult Angelus exercere actionem ſuæ potentiæ motricis, & proinde ab ipſius mera voluntate pendentem, non poſſe ſortiri effectum in inſtanti temporis, quo talis volitio exiſtit, ſed in proxime ſequenti. Quieſcat enim Gabriel per horam in loco ſibi adæquato A: & in vltimo illius horæ inſtanti eliciat volitionem, quantumuis ſeriam, & acrem transferendi ſe ad ſpatium proximum B: ſanè in illo inſtanti, in quo volitionem iſtam eliciet, non recedit ab ſpatio A, nec fit præſens ſpatio B: alioqui vel pro vno, & eodem inſtanti temporis ſimul eſſet, & non eſſet in vno talium locorum, vel ſimul in duobus: quorum euentuum prior omni 40.

Digitized by Google

omninò repugnat, alter verò naturaliter. Sicut igitur illa volitio efficax Angeli, iuxta Aduerſarios nequit inducere actionē intentā in primo ſui inſtanti, ſed in proximè ſequenti, nè alterū è duobus abſurdis ſequatur: ita qualitas impulſiua, iuxta noſtrā ſententiam, nō exigit in primo ſui inſtanti indiſtanti ad ſpatium proximū, idque ob eandē quidem rationē, ſed cum maiori probabilitatis ſpecie. Nam apud illos, volitio efficax Angelica in inſtanti, in quo producitur, nullũ ſortitur effectū, nullam actionē inducit; apud nos autē in primo inſtanti, in quo producitur, poſterius natura inducit qualitatē impulſiuā: itaque potentia loco motiua ad nutū paret Angelicæ volitioni, nā in illo ipſo inſtāti efficit quod ad ipſam attinet, nempè qualitatē impulſiuā: quoniam autē hæc nō pōteſt ſimul eſſe in duobus locis, ideò indiſtantia à nouo ſpatio differtur ad inſtans proximè ſequens.

Exemplum eſt aptiſſimū in volitione Angelica mutandi locum.

41. Addo rē aliam, & mihi veram, & hoc t'pore plauſibilē, ſaltē apud eos, qui veriſſime cenſent, Continuum ſolis conſtare indiuiſibilibus. Nempe lapidē quantũuis pōderoſū, & grauē, in deſcenſu habere morulas, in quibus vere quieſcat, & deſceſum diſcōtinuet. Cuius rei nō alia redditur ratio niſi talē eſſe naturā lapidis, ſaltē per medium phyſicū, & ſcindendu deſcendentis. Nos autē hic ſtrictiorē rationem reddimus, nempe quod nequeat eadē res ſimul in eodē loco eſſe, & nō eſſe, vel naturaliter ſimul in ambobus.

Lapis in deſcenſu mouetur cum aliquibus moralis.

42. At inquies. Noua denominatio extrinſeca nō poteſt haberi ſine noua forma poſitiua alicui intrinſeca: ſed poſtquā Michaël exiſtit in ſpatio A, exiſtere in ſpatio B, eſt ei noua denominatio extrinſeca: Ergo non habetur ſine noua forma poſitiua alicui ſubiecto intrinſeca: talem autem nos negamus, quippe qui aſſerimus, totam entitatem phyſicā, & poſitiuam motu localis, ſiue totum poſitiuum impulſum, quo mobile trāſit à ſpatio A, ad ſpatium B, produci in inſtanti, in quo erat in ſpatio A, in ſequenti verò inſtanti, quo iam reſpondet ſpatio B, nullam formam phyſicam produci: Ergo rem dicimus philoſophico principio contrariam.

D[illegible] obiectio proponitur & ſoluitur.

Hæc ratio magis vrget Aduerſariorum copias, quàm noſtras. Nam illi quidem, vt ex ipſorum doctrina n. 27. deduximus, in ipſo mobili nouū admittunt ſtatū extrinſecum, atque adeò nouā denominationem extrinſecā, abſque noua forma poſitiua alicui intrinſeca. Nos verò diſtinguimus Maiorem: Noua denominatio extrinſeca poſitiua nequit haberi ſine noua forma poſitiua alicui intrinſeca, concedimus: Noua denominatio extrinſeca negatiua, negamus: indiſtantia verò à nouo ſpatio, denominatio extrinſeca negatiua eſt. Sic ſole nunc illuminante, & Petro Ioannem amante, ſi in inſtanti ſequenti vterque ceſſet, ſol noua denominatione extrinſeca negatiua denominatur non illuminans, & Petrus non amans, & Ioannes non amatur per ſolam nouam formam negatiuam. Aptius eſſet exemplum, ſi veru foret quod Lorca, & nonnulli alij docent actu contingere; nēpè vt forma geniti, & forma corrupti ſimul in primo inſtanti generationis exiſtant: nam in ſequenti inſtanti, quæ præualet, noue denominatur actu expellens, per ſolā formam negatiuam nouā. Quod autē docēt actu cōtingere, tollet diuinitus: & iam axioma, quod de omni potentia procedit: diſtinguendū eſſet, ſicut nos diſtinguimus. Addimus tamen, iſtud in præſenti ſemper contingere. Nam impulſus mobili impreſſus in loco A, cum appetat indiſtantiam à loco B, pugnat cū indiſtantia ab ſpatio A: & cū nequeat illam deſtruere in primo inſtanti, vt cōſtat, vincit illam in immediate ſequente, adquirendo indiſtantiam ad ſpatiū B.

Nulla aliqua denominatio extrinſeca ſecundaria, & negatiua, conſeq. ens ſcil. Poſitionem formę intrinſecè exigentis ipſam, datur de nouo ſine actione noua phyſica in eodem inſtanti.

SECTIO II.

Quadrupliciter poni valet Chriſtus ſub ſpeciebus per actionem ſui ipſius in illarum ſpatio productiua m

43. PRimus modus, & omnium (vt ſic dicam) frugaliſſimus, & parciſſimus, & quaſi minus ſūptuoſus, eſſet, ſi Deus, qui per actionem A, productiuam Chriſti, & in cœlo exhibitam, Chriſtū in cœlo conſeruat, eandem num. exhiberet ſub ſpeciebus panis, & ſub ſpeciebus vini. Nam in hoc nulla poteſt oſtēdi repugnantia. Cum enim virtus diuina creatrix ipſius Chriſti, & eminēter cōtinens hanc numericam Chriſti productionē, formaliſſime exiſtat, nō ſolum in ſpatio cœli, vbi Chriſtus regnat: ſed etiam in ſpatio ſpecierum; ſanè ſicut in cœleſti illo ſpatio ſe applicat ad prorumpendū in hanc numericam actionem Chriſti productiuam, ita valet ſimul nunc in eodem inſtanti, ſe applicare, & prorumpere in eandem actionem, prout reſpondens eſt, & formaliter præſens huic ſpatio prædictarum ſpecierum.

Poteſt Chriſtus poni ſub ſpeciebus eadem actione, qua conſeruatur præſens in cœlo.

44. Non enim oſtendi, vel obtendi poteſt repugnātia in eo, quòd actio foret vna numerò & locus vbi ſimul exerceretur, numero duplex, & magno interuallo diſtās. Nā ſi virtus eminenter cōtinens hanc numericam actionem ſimul exiſtit formaliter in ambobus locis, quid mirum, quod ad eandem exhibendam in ambobus ſimul ſe applicet? Quænam, inquam, in hoc implicatio, vel eius vmbra cogitari poteſt? Rurſus: ſi hoc numericum Chriſti corpus in cœlo præexiſtens, & perſiſtens, poteſt ſub ſpeciebus panis, & vini præſens cōſtitui: Ergo & hæc numerica actio ipſius Corporis productiua, in cœlo præxiſtēs, & perſiſtēs, poteſt ſub ſpeciebus illis, effici præſēs.

Nec item dici poteſt repugnare, quod eadem numero actio Chriſtum in Cœlo conſeruet localiter extenſum, & eundem ſub ſpeciebus conſtituat localiter inextenſum. Hoc, inquam, nec repugnat apud nos, qui præſentiæ, & localis extenſionis, & contractionis modos negamus: Nec à Suarez conſequenter dicitur repugnare: quæ duo ſic pariter oſtendo. Si localis præſentia, extenſio, & inextenſio modus phyſicus non eſt, mera eſt denominatio extrinſeca in his corporis partibus huic ſpatio correſpondentibus, deſumpta ab aliis eiuſdem corporis partibus eidem, vel diuerſo ſpatio correſpondentibus: & proinde in actionibus earum partium productiuis ſolum erit ſimilis extrinſeca denominatio, & merum accidens, & valde extrinſecum: proinde eædem actiones partiales, quæ Chriſtū in cœlo cōſeruant extenſu, quia in diuerſis ſpatij cœleſtis partibus exhibentur: Eędem, inquam, ſub ſpeciebus Euchariſticis eūdem habere poſſunt inextenſum, ſi nimirum omnes in eodem indiuiſibili, ſiue inextenſo ſpatio exhibeantur.

Sic nempe ſuo modo iſtud contingeret, vt ſi idem Corpus in cœlo album, & ſimul in terra exhiberetur nigrum, vtrobique exhiberi poſſet quoad ſubſtantiam per verā, & eandem numero actionem; eſto huic adiungeretur in cœlo productio albedinis, & in terra productio nigredinis. Sic, inquā, idē corpus in cœlo poſſet cōſeruari

Nam quod additur ſubſtantiæ Chriſti hinc & illic ſolum eſt Accidens contingens.

Digitized by Google

nari per hanc numericam actionem ſubſtantialem, & per eandem ſub ſpeciebus Euchariſticis exhiberi;eſto eidē actioni in cœlo adiūgeretur extrinſeca denominatio extenſionis, & in Euchariſticis ſpeciebus extrinſeca denominatio inextenſionis; prior quidem deſumpta ab eo, quod variæ partiales virtutes productrices exhiberentur ſimul in diuerſis eiuſdem cæleſtis ſpatij partibus:poſterior autem deſumpta ex eo, quod eædem in eodem indiuiſibili ſpatio ſub ſpeciebus exhiberentur, ſeu applicarentur.

44. Iam verò ſi cum Suarez diſput. 48. & pleriſq; Doctoribus affirmes,localem præſentiam, extenſionem,& inextenſionem eſſe modos phyſicos,adhuc optimè intelligitur poſſe idem Chriſti corpus in cœlo,& ſub ſpeciebus vnicam, & prorſus eandem actionē ſubſtantialē terminare. Si enim præſentiæ,extenſionis,& inextenſionis admittatur modus,conſequenter, & iuxta verā philoſophiā dici debet non produci per actionē ſubſtantialē,qua Chriſti corpus producitur, conſeruatur, aut reproducitur, ſed per actionē accidentalē,& ab illa totaliter,& pluſquā ſpecie diuerſā:& quidē ita,vt ſubſtantialis productio, conſeruatio,vel reproductio corporis prior natura ſit actione taliū modorum productrice; vt potè indifferens,ad hunc vel illū,vel aliū quemlibet locum,ſicut etiā ad ſpatium extenſum, vel inextenſum; & ad hunc locū determinata per phyſicum præſentiæ modum,& ad ſpatium extenſum per modū phyſicum extenſionis, & ad inextenſum per modum phyſicum inextenſionis.

Etiamſi modus ſit Phyſicus Præſentiæ & extenſio,& inextenſio partium.

Sine igitur modos iſtos,quos omninò repulimus,repellas,ſiue cum pleriſque Doctoribus admittas,facilè percipies,Chriſtum eadē actione ſubſtātiali,per quā in cœlo cōſeruatur,poſſe ſimul ſub Euchariſtiæ ſpeciebus exhiberi.Et ſanè qui cenſent Chriſtū in Euchariſtia conſtitui per actionem purè adductiuam, ſcilicet per productionē merā modi cuiuſdā præſentiæ,lōge clarius,& intelligibilius philoſopharentur, ſi primum iſtum modū aſſererent: nam eſt intellectu facillimum, quod hæc numero diuina virtus,huius actionis exhibitiua, cum formaliter exiſtat in cœlo, & ſub ſpeciebus, dum in cœlo ſe actuat prorumpendo in hanc numero productionem ſubſtantiæ Chriſti,ſub ſpeciebus ſe actuet in eandem numericam actionem prorumpendo.

45. Secundus modus,& plures,vt ita dicam,ſumptus faciens,quam præcedens,conſiſteret in eo, quod Chriſtus per actionem iſtam numericam, pluribuſque partibus compoſitam,in cœlo præexiſtens, & conſeruatus; interim ſub ſpeciebus Euchariſticis terminaret nouam actionem,non quidem eſſentialiter,ſiue ſpecificè,ſed ſolum indiuidualiter numericè diſtinctam ab illa quam in cœlo præexiſtens, & conſeruatus terminat. Quod enim opponet Vazquez,repugnare duas actiones totales,ad eundem terminū ſimul terminatas,ſolidum nō eſt; quia iſta repugnantia nondum probata eſt,nec vnquam probabitur,vt ſuo loco demonſtrauimus. Quod autē obiiciet Suarez, non poſſe duas actiones, ſolo numero diſtinctas,ſimul terminari ad eundem terminū, tam diuerſis præſentiis affectum: neq; iſtud, inquam, firmum eſt, prout n.43. probauimus. Modum iſtum dicimus eſſe præcedente quaſi ſumptuoſiorem, ſiue vt Hiſpanè dicimus, *mas coſtoſo*:quoniam in primo ſolum impendimur, eiuſmodi actionis in cæleſti ſpatio prius exercitæ,& perſiſtentis in nouo ſpatio, nempè ſpecierum.Hic autem ſecundus modus dicitur quaſi ſumptuoſior primo, quia plures impendit actiones,&modos phyſicos,quibus Chriſtus dependeat efficiēter à Deo,licet ſolo numero differētes,ſicut differunt duę cauſationes,quibus idē calor fiat ſimul,vel ſucceſſiue in locis diuerſis.

Poteſt etiam poni per actionem alteram indiuidualiter diſtinctam.

Tertius modus,& duobus præfatis quaſi operoſior,fit,ſi Chriſtus fiat præſens ſub ſpeciebus per actionē diuerſam eſſentialiter,& ſpecie, ab illa,quam habet in cœlo. Nam plures actiones diuerſas ſpecie eſſe poſſibiles circa ſubſtantiam eiuſdem effectus,videtur indubitatum apud eos qui actionē à termino realiter diſtinguunt. Et cōfirmatur; quia eadē res poteſt fieri à Deo,vel per ſe ſolū principaliter agente; vel per ſe principaliter,& ſimul cū aliqua creatura inſtrumētaliter,vel etiam principaliter influente: ſed tales actiones differunt ſpecie; ergo ſi effectus ſimul tēpore fiat his influxibus,& modis diuerſis,erit ſimul in diuerſis locis reproductus per actiones ſpecie diuerſas Quis autē neget,Chriſtum hoc pacto poſſe fieri præſentem in cœlo, & in Euchariſtia ſimul? 46.

46. Alius modus eſt ſi producatur iterum per actionē diuerſam ſpecie.

Quartus modus & qui videtur nobis principaliſſimus,in hac materia,eſt,ſi Chriſtus exiſtēs in cœlo conſeruatus primo accepta creatione propria,& ſpeciali, (quæ iuxta diuerſas opiniones,in tract.de incarnatione cēſetur eſſe modus naturalis,vel ſupernaturalis intrinſecè,)iterum creetur, & fiat exiſtens ſub ſpeciebus Euchariſticis per actionem aliam diuerſā,& ſupernaturalem,quæ ſit talis depēdentia, & influxus adeo in Chriſti humanitatē,quo humanitas ipſa reproducatur, & iterum fiat exiſtens phyſice dependenter ab illis accidentibus, vt termino intime vnibili cum ipſa humanitate: quia hæc per talem influxū diuinitus reproducitur intime præſens ſpeciebus illis,& phyſice fit dependens ſecundum eſſe ab illis; atque adeo manet vnita per ipſam actionem phyſice vnitam cum illis.Quemadmodum calor naturaliter per eductionem phyſicè coniungitur ſubiecto, cuius eſt vnio,& vnitio realis formalis. 47.

47. Modus alius, qui magis videtur congruere Myſterio Euchariſtico.

Iam vero huiuſmodi actionem productiuam Humanitatis Chriſti,quæ præter agens, & effectum dependeat eſſentialiter ab alio termino vnibili,& quæ talis ſit productio ſupernaturalis huius humanitatis.vt ſimul immediate afficiat alterum terminum, & reddat vnitum cum humanitate, faciatque vt quo humanitatem realiter dependentem ab illo, ex profeſſo declarauimus,atque adſtruximus eſſe poſſibilem; immo magno cum fundamento talem dari de facto, per quam humanitas Chriſti modo eſt dependens, & vnita verbo diuino, in tomo de Incarnatione diſp. 12. vbi etiam diſſoluimus difficultates, quas aliqui opponunt aduerſus huiuſmodi actionem vnitiuam, ſiue vnionem effectiuam. Qua doctrina ſuppoſita vnuſquiſque facile perciperet, quodmodo ſit poſſibilis productio quædam ſupernaturalis Chriſti ſub ſpeciebus Euchariſticis, per quam Chriſtus idem,qui modo eſt in cœlo circumſcriptiue præſens, iterum fiat hic in ſacramento præſens, & conſtituatur intime connexus ſpeciebus panis,& vini. 48.

48. Actio quæ attingit intrinſecum alium terminum, præter illum, cuius eſt productio.

Dices,ſi poſſibilis eſt talis productio vel reproductio humanitatis Chriſti, vniens vt quo ipſam cum albedine, eo quod illa productio præter agens, & effectum vt quod reſpiciat eſſentialiter, & attingat intime entitatem 49.

49. Obiectio proponitur.

Digitized by Google

tlitatem albedinis, vt extremum vnibile: igitur etiam pari fundamento dicetur poſſibilis alia quędam productio, vel reproductio humanitatis quæ ſit eiuſdem vnio, & vnitio cum verbo diuino, & vnitio, & vnio cum albedine, & rebus aliis. Vnde ſequitur illud, quod res ſimul producta, v.g. humanitas vnica ſui productione ſupernaturali fiat vnita phyſice cum verbo diuino & albedine, & aliis ſexcentis.

50. *Diſſoluitur ex Phyſicis.* Reſpondeo negans conſequentiam, quia nihil valet iſtud argumentum: Quædam productio materialis formæ, ſcilicet eductio vnit phyſicè ipſam cum ſubiecto, ergo poteſt dari aliqua productio formæ materialis, quæ ſit vnitio ipſius cum ſubiecto, & cum aliis pluribus, v.g. cum tribus ſubiectis, vel cum aliis terminis diuiſis. Ratio ſit, quia phyſica vnio eſſentialiter habet (quod aliter dicitur, eſt de ratione vnionis vt ſic) eſſe intimam coniunctionem duorum, ſiue nexum vnius cum altero: atque adeo repugnat, quod vnicus indiuiſibilis modus, & vnica actio ſit vnio immediata plurium extremorũ, quã duorũ. Antecedẽs demonſtrari poteſt, tum ex communi hominum ſenſu, qui omnes concipiunt, atque definiunt vnionem vt nexum duorum. Tum ab inductione facta per omnes vniones naturales, & ſupernaturales cognitas; nulla enim eſt quæ habeat phyſice vniendo niſi duo extrema. Igitur vt humanitas Chriſti phyſice ſit vnita verbo, requiritur vnio hypoſtatica, & vt fiat vnita albedini, quomodo ſit in Euchariſtia, eſt ſimpliciter neceſſaria alia vnitio diuerſa. Verum de hac vnione Chriſti cũ accidentibus, & quarto iſto modo actionis, quo Chriſtus ponitur præſens in Euchariſtia, vel reproducitur in ſpatio illarum ſpecierum, dicemus infra diſp. 34. & ibidem huiuſmodi vnionem Chriſti cum ſpeciebus vt exiſtentem approbabimus.

Quia vnio eſt nexus vnius cum altero & nõ poteſt eſſe nexus cum pluribus aliis.

DISPVTATIO XXXII.

Quomodo partes omnes Dominici corporis ſimul exiſtant in eodem loco, ſeu ſpatio indiuiſibili.

Sectio I. *Quî poſſit vnum corpus locali motu intrare locum alterius in eo præexiſtentis, & perſiſtentis.*

Sectio. II. *Quomodo poſſit vnum corpus ſimul cum altero citra motum localem in eodem ſpatio conſtitui.*

Sectio III. *Qua ratione fiat, vt omnes partes Dominici corporis in eodem loci puncto ſimul exiſtant.*

1. HÆc eſt altera ſacramentalis præſentiæ difficultas, & pene recurrens cum illa percelebri, Quomodo duo corpora poſſint ſe ſe mutuo penetrare, ſiue in eodem loco ſimul exiſtere. Eſt enim eadem ratio duorum corporũ totalium, vt Petri, & Pauli, & duorum partialiũ, vt pedis, & brachij eiuſdem hominis; cũ æquè ſe expellãt naturaliter ab eodem loco duæ iſtæ partes, ac duo illi homines. Quadruplex autem euẽtus cogitari poteſt, quo duo corpora ſimul in eodem loco ſint. Primus, ſi ambobus præexiſtentibus in diuerſis locis, vnum adueniat ad locum alterius ibidem permanentis: vt cum Chriſtus penetrauit in natiuitate Sanctiſſimum Matris vterum, poſt reſurrectionem cænaculi portas, & in aſcenſione cœlos. Secundus ſi vno corpore reali duratione in vno loco præexiſtente, & perſiſtente, Deus in eodem loco producat alterum corpus. Tertius, ſi Deus hoc faceret, vno corpore prius tantum natura præexiſtente in eodem ſpatio. Quartus, ſi neutrum illorum corporum in eo loco præexiſteret, & Deus ſimul, & concomitanter vtrumque in eo produceret. Et omnes hos euentus perluſtrabimus; eorum rationem aſſignabimus; vt in præſenti controuerſia, quæ grauiſſima eſt, & multorum ingenia tantopere vexat, vt inſuperabilem tandem exiſtiment, nihil difficultatis, aut obſcuritatis relinquamus. Tres autem hîc poſſunt agitari difficultates, quibus ad primam, & ſecundam ſectionem expeditis, diſputationis titulo ad tertiam ſatisfaciemus.

Euentus Quadruplex eſſe poteſt, vt duo corpora penetrentur.

SECTIO I.

Quî poſſit vnum corpus locali motu intrare locum alterius in eo præexiſtentis, & perſiſtentis.

SI duo corpora, ſuo quodque in loco præexiſtens; & vnum relicto ſuo loco veniat verſus alterum, & cum eo penetretur; tunc proprie locum eius intrabit; vt quando Chriſtus penetrauit Cœlos. Si vero vnum tantum eorum corporum realiter præexiſtat, & alterum poſtea productum, primam præſentiam habeat in eodem alterius loco, & ſimul ambo in illo exiſtant, tenebit quidem corpus poſterius eundem præexiſtentis locum, non tamen proprie illum intrabit; quoniam intrare proprie fit per motum localem ſucceſſiuũ, & proinde ſupponit rem, quæ intrat, prius tempore alibi extitiſſe. Quærimus, quî poſſit vtrumuis horum accidere. 2.

Intrare locum alterius ſupponit exiſtentiam prius eſſe in alio.

Quod ad prius attinet, inſinuat Bonauentura, docentque expreſſe Tarantaſia, Ricardus & Salas, quos refert, & approbat Ægidius à Præſentat. lib. 5. de Beatitudine q. 6. art. 4. §. 2. Corpus vnum intrare in locum alterius per quandam qualitatẽ ſibi diuinitus impreſſam. Sed contra. Qualitas hæc actualem impenetrationem non impedit efficienter; quia dici non poteſt quidnam efficiat, ſeu producat. Non formaliter: nam vel impeditio foret eius qualitatis effectus formalis primarius; & hoc dici non poteſt: Tum quia qualitas eſt ens poſitiuum, & illa impeditio negatiuum: Tum etiam quia quælibet forma poſitiua in Petro poſita poteſt iſte, ſaltem diuinitus, exiſtere impenetratus cum alio corpore; non autem poſſet ſi haberet qualitatẽ, cuius primarius effectus eſſet eum reddere cum altero penetratum; Ergo iſte non eſt illius qualitatis effectus primarius. Nec item eſt ſecundarius: quia non eſt neceſſarius phyſice: cum eiuſmodi qualitas ſemper ſit in beato, & hic non ſemper ſit cum alio corpore penetratus. Neque hic effectus eſt neceſſarius poſita approximatione: Primum quia alioquin illa qualitas eſſet localiter attractiua, & corporis pro-

Bonauent. Salas. Ægid. à Præſentat.

Penetratio, vel impenetratio non eſt effectus formalis primarius entis poſitiui.

Digitized by Google

prij ad locum alieni,& detentiua alieni immoti,ac proinde non formaliter, ſed efficienter: Deinde quia alioqui non poſſet beatus propriâ, alienam manum prenſare,vel contrectare, quin manus eius cum altera ſua, vel aliena penetraretur.

3. *Suarez.* Suarez 3. p.tomo 2. diſp. 48. ſect.5.§.*Tertio vero* Granadus 3.part.tom.2,Controu.13.tract. 3.diſp.4. num. 8. & 17. plurimique Recentiorum autumant, poteſtatem qua vnus beatus penetrare poteſt alia corpora, ſitam eſſe in virtute intrinſeca inſtrumentali ipſius beati, cui ratione beatitudinis datur ea virtus, ad hoc vt poſſit eum effectum inducere, vt inſtrumentum Dei.Contra vero,virtus illa inſtrumentalis penetratiua, vel exercetur aliquid efficiendo,vel aliquid recipiendo; vel ſimul efficiendo, & recipiendo. Nihil iſtorum verum eſt:nam aſſignari cum fundamento non valet quidnam Beatus per eiuſmodi potentiam producat, aut recipiat, quo poſito ſe ſe cum altero corpore penetret. Ergo ratio hæc minime ſatisfacit. Quod firmari poteſt ex proxime dictis;poteritque ex dicendis clarius perſpici.

Virtus inſtrumentalis nihil amplius iuuat.

4. *Leſſius.* Leſſius de ſummo Bono lib. 3. cap. 7. num. 46.ſcribit, penetrationem naturaliter impediri per quendam exiſtendi modum, qui materiæ, vel quantitati naturaliter ineſt, eamque neceſſario comitatur, & facit vt alterum ad locum ſuum non admittat: Hunc vero modum diuinitus auferri corpori, & reipſa auferri corpori beato,& inde iſtud reddi penetrabile. Modum tamen iſtum fictitium eſſe,cum ſtatim apparet; tum optime probant PP. Petrus Hurtado in Metaphyſ. diſp.13.§.46.& Rodericus de Arriaga in Phyſ.diſp.14. num. 118. & mihi vel ideo ſuperfluus eſt, quia ſi duo corpora, dum ad eundem properant locum, ſinantur ſe ſe collidere,& mutuos ſibi impulſus imprimere, per hos impulſus manifeſtiſſime impedient penetrationem. Ergo hæc naturaliter non impeditur per modum illum à Leſſio excogitatum: proinde nec per talis modi ſupernaturalē oblationem penetratio inducetur,aut ad ipſam corpus aptum,ſiue expeditum reddetur.

Nec Modus exiſtendi. ſpecialis.

Hurt. Arriag.

5. Idem Leſſius ibidem,præſertim num. 91. & 92.magis inclinat vt credat,penetrationem non fieri aliquo ex prædictis modis, ſed per ſolum ſupernaturalem Dei concurſum ad hunc effectum ſupernaturaliter aſſiſtentis;continuando ſcilicet concurſum conſeruatiuum duorum corporum qui non eis debetur in eodem ſpatio;ſicut nec duabus formis contrariis, vel diſparate oppoſitis in eodem ſubiecto. Cuius rationis,& exempli vim, ita poſſimus explicare. Quemadmodum illæ duæ formæ nequeunt naturaliter eidem ſubiecto ſimul inhærere; ſic duo corpora nequeunt naturaliter in eodem loco ſimul exiſtere: Sed duæ illæ formæ per ſolam indebitam ſui conſeruationem poſſunt ſimul eidem inhærere ſubiecto: Ergo & duo corpora per ſolam indebitam ſui conſeruationem poſſunt eidem coëxiſtere loco.

Sed occurro diſcrimen eſſe latiſſimum. Nam hæc eductio iſtius formæ eſſentialiter, & per ſe ipſam eſt eductio iſtius formæ ex hoc ſubiecto: & ſimiliter altera eductio alterius formæ, eſſentialiter,& per ſe ipſam eſt eductio illius alterius formæ ex hoc ſubiecto; proinde forma hæc, virtute huius eductionis inhæret huic ſubiecto:& hæc altera forma, virtute huius alterius eductionis inhæret huic eidem ſubiecto: quare coexiſtentibus in rerū natura duabus iſtis eductionibus, neceſſe eſt ambas formas huic eidem ſubiecto ſimul inhærere. At verò duorum corporum neutra productio,vel conſeruatio eſt huic loco per ſe ipſam, aut eſſentialiter affixa;quapropter vtraque perſiſtente, & ſimul exiſtente in rerum natura neceſſe non eſt hæc duo corpora in hoc eodem loco, ſeu ſpatio ſimul exiſtere.

Conſeruatio vnius corporis non opponitur ratione ſui cum alterius conſeruatione ibidem.

Præterea quamuis hæc ratio deſeruire poteſt ad expediendos euentus alios, vt infra conſpiciemus,non tamen ad expediendum præſentem. Sit enim Petrus in ſpatio A,& Paulus in ſpatio D: & Paulus ab ſpatio diſcedens pergat verſus ſpatium A: conſeruet Deus Petrum quantumuis ſpeciali conſeruationis influxu: quî fiet,vt aduentanti Paulo, & eundem locum affectanti,Petrus non reſiſtat? Sane conſeruatio Petri,nec Petri vires penetrationis impeditiuas diminuet:vt per ſe claret:nec Paulo vires penetratiuas exhibebit; vt per ſe etiam conſpicitur. Et ratio ſumitur ex proxima diſparitate. Nam actio Petri conſeruatiua,quantumuis ſpecialiſſima, ſolum tendit ad conſeruandam Petri ſubſtantiam, non ad conſeruandam in hoc loco, ſiue immotam: vnde tali poſita conſeruatione poteſt Petrus naturaliter ſe mouere, vnde illa ſpecialis conſeruatio ad hunc locum affixa non eſt, ſed ad quemcunque locum eſt indifferens: & ſimiliter ſpecialis conſeruatio Pauli. Ergo efficiet eiuſmodi conſeruatio vt Petrus,aut Paulus non deſtruatur,ſeu non tollatur ex rerum natura per impreſſas contrarias qualitates; non autem vt ex eo loco per Pauli aduentum,& impulſum, non expellatur;aut Paulo non obſiſtat, ne in eum locum ſe ſe coniiciat.

Exiſtimo rationem proximam, cur vnum corpus in alterius locum intrare, & cum illo penetrari poſſit,eſſe quia diuinitus impediuntur,ne alterum alteri impulſum imprimat, negante ſcilicet Deo concurſum ad eiuſmodi impulſum producendum.Hanc rationem aſſignaui,tum in Philoſophia dum de loco diſſererem,tum in Theologia,dum dotem ſubtilitatis exponerem: & nunc breuiter euoluam, & & aſtruam:nam etſi plures, doctiſſimique eam probarunt, non pauci tamen aliquam eius explicationem deſiderant. 6.

Deus negat concurſum vni corpori ad repellend. vel ad impellendum alterum.

Imprimis clare cernimus imminentem duorum corporum penetrationem per eiuſmodi impulſus impediri:nam exiſtente hic iſto pariete,ſi Petrus verſus ipſius locum moueatur,& impediatur penetratio, iſtam impedit paries imprimens Petro impulſum, quo illum compellit, vel ſiſtere, vel recedere; & idem eſt de duabus manibus comploſis, vel duobus aliis corporibus colliſis.Vt enim recte dicit Ariſtoteles;*neceſſe eſt quod calefacit frigefieri; & quod premit, premi*: Si ergo penetratio proxime impeditur per iſtius modi impulſus, ſanè cæteris poſitis optimè intelligitur proximè expediri, proximè præparari, & proximè factibilis reddi per talium impulſuum impeditionem. Cæteris inquam poſitis; nempe Pariete ſpatium iſtud tenente, & Paulo verſus idem ſpatium veniente. Nam ſi ad Parietem perueniens, non illum impellat, paries immotus perſiſtet; Si ab iſto Petrus non impellatur, non repelletur, proinde non compelletur retrocedere,nec prohibebitur ingredi, atque adeo mediante ſuo motu progreſſiuo, in parietis locum ingredietur, & ambo

Impeditur Penetratio per impulsū reſiſtentis corporis.

Ariſtoteles

Digitized by Google

bo in eodem loco ſimul exiſtent. Etenim noua correſpondentia corporis ad nouum ſpatium ita eſt effectus qualitatis loco motiuæ, vt dum alia qualitas idem corpus in contrariam partem non impellit, nequeat vllatenus noua illa correſpondentia impediri: Ergo ſi paries hoc in loco perſiſtat, & Petrus qualitate loco motrice tractus, & affectus ad eum pertingat, & oppoſitam ab eo non recipiat, fieri non poterit, vt non ſe immittat in ipſum parietis ſpatium; ac proinde ambo ſimul in eo reperiantur.

7. Deinde duæ res, quæ naturaliter poſſunt inter ſeſe penetrari, quanuis ambæ verſus eundem locum ſe moueant, ſi vna alteram impellat, in illo non penetrabuntur: Ergo duæ res quæ naturaliter ſe penetrare non poſſunt, ſolum id proxime habent ex eo, quod naturaliter, & viciſſim ſe impellant: Ergo è contra, inde proxime habent ſupernaturaliter, vt ſe penetrare poſſint, quod ſupernaturaliter abſtineant ab huiuſmodi impulſionibus. Antecedens claret: nam vnus Angelus cum altero, & cum pariete naturaliter penetratur: Si tamen vnus Angelus alteri in ſuum locum aduentanti impulſum imprimat vehementiorem illo, quem aduentans affert, eum repellet, & penetrationem impediet; imo idem efficiet paries, ſi diuinitus imprimat talem impulſum Angelo ſuum affectanti locum, repellet enim Angelum, ac proinde non ſinet in eodem ſecum ſpatio ſimul exiſtere. Hinc eandem firmo rationem. Nam ideo Angelus cum Petro poteſt naturaliter penetrari, quia verſus Petrum ſe mouens, poteſt pro ſua libertate Petro nullum impulſum imprimere; cumque Petrus ei nullum imprimat, perinde intrat in Petri ſpatium, ac ſi Petrus, aut quodlibet aliud corpus ibi non exiſteret: Vnde ſi è contra, ideo Petrus cum pariete non poteſt naturaliter penetrari, quia naturaliter non poteſt Petrus dum ad parietem cum impulſu venit, non eum impellere, & paries impulſus à Petro, nequit etiam Petro non mutuum præbere impulſum: Ergo ſi diuinitus poſſit Petrus verſus parietem ſe mouere, ita vt nec ipſe parietem, nec paries Petrum impellat, eundem ambo tenebunt locum.

Res naturâ ſuâ penetrabiles, impediunt Penetrationem actualem impellendo. Sic Angelus rem alteram impellit.

8. Præterea qualitates corporeæ, & localem extenſionem, & corpoream molem, & vt ita dicam, corpulentiam habentes, v.gr. albedo, nigredo, calor, & frigus, naturaliter cum hoc marmoreo globulo penetrantur. Separet ergo Deus ab iſto globulo totam albedinem; ita vt globulus maneat æquè extenſus ac antea, & ſimiliter tota eius albedo tantam retineat extenſionem extra ſubiectum, quantam in ſubiecto habebat; & ambo in diuerſis locis ponantur, v.gr. globulus in ſpatio A, & eius albedo in ſpatio G. Tum ſic. Trahatur iſta albedo verſus globulum eique applicetur, & apprimatur, procul dubio per globuli ſpatium intrabit, quia globulus non reſiſtet, & globulus non reſiſtet, quia non ei imprimet impulſum, quo albedinem cogat vel retrocedere, vel extra ipſius globi locum conſiſtere: è contra vero ſi talem ei imprimeret impulſum, hoc ipſo penetrationem impediret: Signum ergo eſt iſtum impulſum proximè impediri; & proinde hoc ceſſante, poſſe corpus vnum intrare locum alterius in eo præexiſtentis, & perſiſtentis.

Vbi ceſſat impulſus in alterum accedens per motum, fit penetratio.

9. Quod ad poſterius punctum attinet, aſſero poſſe corpus vnum exiſtere ſimul in loco alterius aliter ac intrando in illum. Quia præexiſtente v.gr. Petro in ſpatio A, & conſtituente Deo efficaciter eius ſubſtantiam in rerum natura conſeruare, poteſt in eodem ſpatio A, Paulus produci. Atqui hoc ipſo quod Paulus in eo ſpatio producatur, coëxiſtent in eo Petrus, & Paulus. Nam per huius productionem, & exiſtentiam in ſpatio A, non deſtruetur Paulus, cum ſupponamus Deum efficaciter decreuiſſe Petrum in rerum natura diutius conſeruare. Nec per productionem Pauli in loco A, diſcedet tunc Petrus à loco A: quia ſupponimus produci Paulum in eo ſpatio dum Petrus in eo exiſtit; & dum in eo exiſtit, non poteſt ab eo diſcedere.

Quod autem Deus in eodem inſtanti, quo Petrus in ſpatio A reperitur, poſſit Paulum in eodem ſpatio producere, primo & ſufficienter ex eo probatur, quia talis productio nullam inuoluit contradictionem. Secundo quia ſtante hac forma in hoc ſubiecto poteſt Deus aliam cum ipſa naturaliter incompoſſibilem, in eodem producere ſubiecto: Ergo ſtante Petro in hoc ſpatio poteſt Deus Paulum cum ipſo naturaliter impenetrabilem, in eodem producere ſpatio. Tertio, quia ſi quid obſtaret, eſſet efficacitas, ſeu virtus quam habet Petrus, vt Paulum ab eodem loco expellat: At hæc efficacitas non eſt cauſa expellens illum formaliter, vt iam vidimus, ſed efficienter; medio ſcilicet impulſu ei impreſſo: At impulſus iſtius impreſſio eſſet poſterius natura, quam Paulus in Petri ſpatio produceretur, & exiſteret: Ergo non impediret ne Petrus, & Paulus, ſaltem per primum inſtans in quo Paulus produceretur, in eodem loco ſimul exiſterent: quippe quæ facere non poſſet, vt Paulus in eo ſpatio primum productus, in eo ſimul eſſet, & non eſſet. Tertio tandem, & ex abundanti, quia quanuis Petrus habens expeditam potentiam impulſiuam Pauli, & ab eo loco repulſiuam, impedire poſſet quin Paulus in loco quem ipſe Petrus teneret, dumque illum teneret, produceretur; non tamen id impedire poſſet, habens illam potentiam vinctam, & ligatam: Poſſet autem Deus priuſquam Paulum produceret, Petri potentiam illam vincire, negando ei concurſum ad impulſum expulſiuum producendum, & Paulo imprimendum: Ergo poſſet tunc Paulus in eodem ſpatio cum Petro exiſtere, & cum ipſo localiter penetrari. Nec aduerſus duas huius Sectionis theſes, poteſt difficultas cuiuſpiam momenti occurrere.

Deus poteſt, dum Petrus eſt in ſpatio A, producere Paulum ibi ſine motu locali.

SECTIO II.

Quomodo poſsit vnum corpus ſimul cum altero citra motum localem in eodem ſpatio conſtitui.

EX dictis inferimus primo, non poſſe totum vnum corpus extenſum, intrare in totum locum alterius extenſum, niſi pares habeant partes, & æqualiter extenſas. Patet primo, quoniam, vt vnum corpus in toto alterius loco exiſtat, neceſſe omnino eſt ambo eſſe paria, tum in partibus, tum in extenſione cum vno tertio, nempe cum ſpatio: Ergo neceſſe eſt eſſe, tum in partibus, tum in extenſione paria 10.

Vt duo penetrentur in totum, neceſſe eſt vt habeant partes pares, & extenſas æqualiter.

inter ſe. Secundo quia corpus vnum, ideo poteſt in locum alterius ingredi, & ibi cum illo exiſtere, quia corpus præexiſtens poteſt aduenienti non reſiſtere ſupernaturaliter, vbi naturaliter deberet reſiſtere: Atqui totum vnum corpus toti alteri non poteſt cedere, ſeu locum dare, niſi totum toti, & partes partibus cedant; nec poſſunt partes partibus cedere, niſi tot habeat partes, & æqualiter extenſas corpus cedens, quot corpus ingrediens: Ergo vt totum corpus extenſum ſimul cum toto altero extenſo idem ſpatium teneant, neceſſe eſt habeant pares partes, & æque extenſas.

Rurſus & è contra inferimus, facile intelligi, ac fieri poſſe, vt vnum corpus pares habens cum alio partes, & æque extenſas, ingrediatur Diuinitus in locum alterius, & cum ipſo penetretur, v.gr. manus dextera eiuſdem hominis cum ſiniſtra. Poteſt enim ad dexteram immotam applicari, & apprimi ſiniſtra, & pollex ſiniſter non imprimere impulſum pollici dextro, & index ſiniſter indici dextro, medius ſimiliter medio dextro, annularis annulari, minimus minimo, & vola volæ: Ergo eiuſmodi penetratio facilis factu, & intellectu eſt.

11\. Vel æqualiter inextenſas.

Inſuper inferimus, ſi continuum phyſicum non conſtet ſolis indiuiſibilibus, non poſſe, etiam diuinitus fieri vt corpus v.gr. Chriſti ponatur totum in vnico ſpatio indiuiſibili. Nam vt vnum corpus ingrediatur in locum alterius, debent quoad extenſionem, vel inextenſionem eſſe æqualia, ſeu proportionata; ſic enim vno non reſiſtente, alterum poterit ei in eodem ſpatio coniungi; aliter vero non poterit. Nam ſi vnum tantum indiuiſibile quantitatis eſſet in ſpatio indiuiſibili A, & Petro localiter extenſo, & ad ipſum aduentanti non reſiſteret, non propterea Petrus intraret in illius locum: intraret quidem vnum indiuiſibile Petri, vtpote proportionatum vni indiuiſibili non reſiſtenti, non tamen intraret totus Petrus vtpote illi indiuiſibili cedenti non proportionatus. Ergo ſi continuum phyſicum præter indiuiſibilia habet partes, quas vocant proportionales, nec diuinitus poterit totum illud in ſpatio indiuiſibili conſtitui, quia conſtat partibus quæ nequeunt cum vno indiuiſibili proportionari, ſeu commenſurari.

Pars proportionalis non eſt proportionata cum puncto indiuiſibili; neque poteſt illi aptari ſecundum locum.

Quod vt perſpicuum reddam ita diſſero. Si corpus palmare naturalem ſuam habens extenſionem palmarem, diuinitus ligaretur ne poſſet alteri impulſum imprimere, nec ab illo recipere, & corpus bipalmare localiter etiam extenſum, & ſuam habens extenſionem bipalmarem, ad illud palmare accurreret, & ei ſeſe applicaret, & apprimeret, ſane dum totam ſuam retineret extenſionem bipalmarem, non ſe totum cũ illo penetraret, ſed ſolum quoad partem, ſiue extenſionem palmarem, quia ſola commenſuraretur corpori palmari; totum autem bipalmare cum illo non commenſuraretur. Atqui ſi continuum, præter indiuiſibilia, partes habet proportionales, nunquam hæ poterunt cum vno indiuiſibili commenſurari, ſeu proportionari: Ergo nec ipſi in ſpatio indiuiſibili coëxiſtere. Patet conſequentia; nam ideo quantitas bipalmaris, bipalmarem habens extenſionem, non penetraretur tota cum palmari, & palmarem extenſionem habente, quia retineret extenſionem palmari maiorem, & plus loci, quam illa occuparet: Atqui punctum, ſiue indiuiſibile nullam habet extenſionem, pars autem proportionalis extenſionem habet, ac proinde maiorem occupat locum quam punctus: Ergo nunquam cum iſto penetrari poterit.

Cur Pars proportionalis nequeat reduci ad punctum ſpatij, ſiue penetrari cum puncto.

Dices, poſſe partem proportionalem diuinitus ita comprimi, vt cum puncto indiuiſibili commenſurationem, & proportionem habeat: cum pars bipalmaris ita comprimi poteſt diuinitus, vt cum palmari commenſuretur, & deinde penetretur. Contra, nam illa compreſſio in eo deberet conſiſtere, quod res diuiſibilis, ita loco anguſtaretur, vt non reſiſtente re indiuiſibili, intrare poſſet in illius locum. Hoc autem in partibus proportionalibus eſſe impoſſibile, probatur aſſignato diſcrimine latiſſimo exempli adducti. Etenim res bipalmaris ſi in duos diuidatur palmos, & vnum alteri imponatur, & non reſiſtenti apprimatur, cum eo penetrabitur; & ita res bipalmaris ſufficienter comprimetur, & anguſtabitur, vt ſi palmari non reſiſtenti, applicetur, & apprimatur, cum ea penetretur: quia ſcilicet palmaris extenſio cedit palmari extenſioni, & facile intelligitur eam in ſuum locum recipere. At ſi pars eſt proportionalis, antequam cum puncto penetretur, ſemper habet extenſionem, occupatque locum puncto maiorem: Ergo ad punctum applicata, non intrabit puncti locum illa, ſed aliquod ex punctis in ea imbibitis. 12.

Nec apparet via, vel modus poſſibilis, ad penetrandum Partes proportionales prius extenſas cum Puncto vnico.

At inquies: Priuſquam pars proportionalis exiſtens in brachio applicetur, & apprimatur indiuiſibili pedis, contrahatur ipſa & anguſtetur ad ſpatium vnius ex indiuiſibilibus, quæ includit. Sed contra, nam hoc eſt quod aſſeruimus eſſe impoſſibile. Siquidem hæc anguſtatio, compreſſio, & coarctatio fieri deberet cedente indiuiſibili puncto parti diuiſibili: ſed quantumuis punctum cedat, ſeu non reſiſtat, rei diuiſibili, non hic illi commenſuratur, cum ſemper habeat aliquam extenſionem: Ergo non poterit ita comprimi, vt ipſa cum ſuo penetretur puncto: eſto poſſit ita vt vnum ex ipſius punctis cum altero non reſiſtente penetretur.

Neque poteſt Pars illa motu reduci ad vnum punctum ſui ipſius penetrando, ſiue intrando locum puncti.

Vlterius, & è contra inferimus conſtante continuo ſolis indiuiſibilibus facillime intelligi, quod poſſit corpus ad puncti ſpatium coarctari. Ligetur enim diuinitus hic later ne imprimat impulſum ſuis partibus ad penetrationem imminentem impediendam. Tunc ſi per hanc partem ſuperiorem comprimatur, ſecunda ſuperficies cedet primæ, & ambæ inter ſe penetrabuntur; his inter ſe penetratis cedet tertia, & cum ipſa penetrabuntur; his tribus inter ſe penetratis cedet quarta, & ſic deinceps, atque adeo infima, ſiue vltima cedet aliis, & omnes illæ cum infima penetrabuntur; & ſic later eductus erit ad ſpatium indiuiſibile ſecundum profunditatem. Deinde comprimatur per vnum latus: omnes lineæ quæ penetratæ ſunt in extremitate penetrabuntur cum ſecundis non reſiſtentibus, & illæ, ac iſtæ cum tertiis non reſiſtentibus, & ſic deinceps donec omnes cum aliis extremis penetrentur; & ita redactus erit later ad ſpatium indiuiſibile ſecundum profunditatem, & latitudinem, quaſi eſſet vnica linea. Demum iſta quaſi linea comprimatur per vnam extremitatem; primum quaſi punctum penetrabitur cum ſecundo non reſiſtente; ſecundum, & primum cum tertio non reſiſtente, & ita deinceps, donec omnes cum extremitate altera, ſeu puncto altero extremo coëxiſtant: & ita totus later contrahetur ad ſpatium 13.

Conſtante continuo ſolis indiuiſibilibus facillime intelligitur quæuis iſtiuſ penetratio & modus quo fit.

Digitized by Google

ſpatium indiuiſibile verſus profunditatem, latitudinem, & longitudinem, atque adeo prorſus indiuiſibile.

SECTIO III.

Qua ratione fiat, vt omnes partes Dominici corporis in eodem loci puncto ſimul exiſtant.

14. *Prima via reducendi corpus Chriſti Domini ad vnum loci punctum; quâ Deus nō vtitur in Euchariſtia.*

HInc, & ex aliis in hac diſputatione dictis, & ſtabilitis deducitur apertè duplex via facilis, & expedita, qua totum Chriſti corpus ad ſpatiolum vnius puncti diuinitus poſſit reduci. Prior, & merè poſſibilis, ſeu qui reipſa non aſſumitur, eſſet quod Chriſtus eſſet in loco naturaliter quidem extenſus, diuinitus tamen ligatus, ne poſſet impulſum aliquem in ſe ipſo producere, & quædam illius pars, alteram ſibi primam impellere: Tunc enim non ſolum diuina, ſed etiam humana, vel ſaltem Angelica vis, poſſet illum tribus compreſſionibus localibus ad ſpatium puncti reducere, vt numero proximo vidimus. Nam vna compreſſione reduceret totum Chriſtum ad ſpatium indiuiſibile verſus profunditatem, altera ad ſpatium indiuiſibile verſus latitudinem, & tertia ad ſpatium indiuiſibile verſus longitudinem, ac proinde prorſus indiuiſibile, ſiue vnius puncti.

15. *Secunda via, quâ Deus vtitur modo, in collocando corpus Chriſti ſub puncto ſpatij.*

Altera via, & qua Deus de facto Chriſti corpus in ſpatio puncti conſtituit, eſt ſimultanea productio partium omnium Dominici corporis in vno, & eodem ſpatio totaliter indiuiſibili, ſeu punctali. Poteſt enim Deus, vt ſuperiore ſect. perſpeximus, præexiſtente, & perſiſtente Petro in ſpatio extenſo A, producere Paulum in eodem ſpatio, & ita Petrum, & Paulum in eodem ſpatio extenſo, & ipſis commenſurato penetrare: Ergo non præexiſtente Petro in illo ſpatio, poſſet Petrum, & Paulum in eodem ſimul producere. Si enim Petrus in loco ſuo extenſo præexiſtens, eúmque locum veluti poſſidens, & proprium vendicans non impediret, quin Deus in eodem loco Paulum produceret, & ſic Petrus, & Paulus in ipſo penetrarentur: nulla eſt ratio cur impediret, ne Deus ambos in eodem ſpatio produceret ſimul. Nam ſi non impediret Pauli præſentiam in eo loco, ſuâ poſteriorem, cur, aut quando impediret concomitantem, ſeu ſimultaneam?

16. *Continuum permanēs, & ſucceſſiuum conſtat realiter ſolis punctis.*

Nunc ſupponentes continuum conſtare ſolis punctis, vt in phyſicis latè probauimus, & nuper doctiſſimi Recentiores eodem argumentorum genere fultum euulgarunt; viam iſtam ſecundam planam eſſe, & expeditam, demonſtramus. Sicut enim Deus in eodem ſpatio extenſo, verbi gratia ſexpalmari, & tam Petri, quam Pauli quantitati commenſurato, poſſet Petrum, & Paulum ſimul producere: ſic dicimus poſſe, & de facto ſimul producere punctos omnes, quibus Chriſti corpus conſtat, in vnico ſpatio prorſus indiuiſibili, ſeu punctuali, ſingulíſque ipſorum commenſurato, ſeu proportionato, & prorſus æquali: quod plane eſt producere cunctos eos punctos inuicem penetratos, & ad vnicum punctuale ſpatiolum redactos, atque adeo totum Chriſti corpus in puncti ſpatiolo conſtituere.

Deus producit in inſtāti cunctos pūctos corporis Chriſti inuicem penetratos, & ſic totū Chriſti corpus conſtituit in vno puncto

ſpatij, ſub indiuiſibili ſpecie albedinis.

Poſſe hoc diuinitus fieri ſuadetur argumentis Sect. ſuperiore ad aliud inſtitutum adductis, & ad præſens applicatis. Primò, quia nulla in hoc apparet contradictionis implicatio: ſicut neque in eo quod Deus Petrum, & Paulum in eodem ſpatio extenſo ſimul producat. Naturaliter enim æque expellit Petrus Paulum à ſuo loco extenſo, ac punctus vnus Dominici corporis alium etiam Dominici corporis à ſuo inextenſo: Sed poſſunt Petrus, & Paulus diuina, & ſupernaturali poteſtate ſimul produci, & conſtitui in eodem ſpatio extenſo, & vtrilibet ipſorum commenſurato, & æquali: Ergo poſſunt omnia Chriſtiani corporis puncta per diuinam, & ſupernaturalem poteſtatem ſimul produci in eodem ſpatio inextenſo, & penitus indiuiſibili, ſingulíſque ipſorum proportionato, commenſurato, & æquali.

Deinde facilè intelligitur quod Deus in eodem ſpatio indiuiſibili cuncta Dominici corporis puncta ſimul producat. Si quidem omnes virtutes productiuas, ſeu rerum factibilium eminentias vbique Deus habet: proinde ſicut Deus optimè intelligitur naturaliter producere in eodem loco materiam, & formam, quia naturaliter intelligitur vtramque productionem exercere per duas ipſarum eminentias prout realiter coëxiſtentes in illo ſpatio diuiſibili; ita optimè intelligitur ſupernaturaliter producere ſimul in eodem puncti ſpatio cuncta Dominici corporis indiuiſibilia, quoniam optimè intelligitur ea ſimul producere per ipſorum eminentias realiter exiſtentes in vno illo, & eodem ſpatio indiuiſibili.

Puncta plura produci in eodē ſpatio indiuiſibili prius eſt naturâ, quam alterum alteri impulſū imprimere.

Denique, ſi quid huic productioni obſtaret, eſſet quia vnum punctum per impulſum alteri impreſſum impedit ne illud in ipſius intret locum: Atqui produci ſimul plura puncta in eodem ſpatio indiuiſibili, prius natura eſt quam alterum alteri impulſum imprimere: vnde quamuis poſterius natura ipſum imprimat, non illud in primo inſtanti expellet, nam in primo inſtanti vtrumque in illo ſpatio realiter eſt, atque adeò neutrum ab illo ſpatio in eodem inſtanti recedere poteſt, quia nequit in illo ſimul realiter exiſtere, & realiter non exiſtere. Quod ſi virtus illa impulſiua hoc impedire poſſet, non aliter poſſet quam expedita ad impulſum procedendum, vel etiam ipſum actu producens: Atqui poſſet diuinitus fieri, vt actu non producat, & non ſit expedita ad ipſum producendum, negante ſcilicet Deo concurſum, ac proinde illum vincente. Ergo nihil eſt quod obſtet.

Iam verò Deum ad totum Chriſti corpus in indiuiſibili ſpatio conſtituendum, hac via procedere, probatur, tum quia hæc facilis, & expedita eſt, vt iam euicimus; tum etiam quia cum Chriſtus antequam in Euchariſtia ponatur inextenſus, non ſupponatur ibidem extenſus, atque adeò non reducatur ad puncti ſpatium compreſſione partium non reſiſtentium; non ſupereſt poſſibilis alia via illum cōſtituendi totum in indiuiſibili, niſi producendo ſimul in illo ſpatio cunctas illius corporis partes, atque adeò cuncta illius indiuiſibilia. Quod enim Vazquez, Lugus, & nonnulli alij Recentiores aſſerunt, cunctas Dominici corporis partes cum in cœlo ſupponantur exiſten 17.

Hæc via, quam ſecundo loco poſuimus, eſt ſecura & facilis, Nec ſupereſt alia

exiſtentes, poſſunt diuinitus, & de facto conſtitui in indiuiſibili, per productiones præſentiarum indiuiſibilium ad idem ſpatij punctum; hoc, inquam, impoſſibile prorſus eſt, ac proinde toto Euchariſtico myſterio longe difficilius, vt Diſputatione præcedente demonſtratum eſt.

Atque hoc quidem modo Deus intelligitur conſtituere totum Chriſtum in vnico ſpatio indiuiſibili, v. gr. puncti A. Vt autem Chriſtus ſit totus in omnibus, & ſingulis hoſtiæ, & calicis punctis, id inquã Deus efficiet repetẽs, ſeu multiplicans in omnibus, & ſingulis eũ operãdi modũ. Virtutẽ enim producendi omnes, & ſingulos Chriſti punctos, habet Deus in omnibus, & ſingulis ſpatiis intra, & extra mundum: proinde illã habet in omnibus, & ſingulis ſpatiis indiuiſibilibus quibus reſpondent indiuiſibilia ſpecierum panis, & indiuiſibilia ſpecierum vini ad conſecrationem præparati. Hanc igitur actiuam potentiam exercens Deus vt correſpondentem ſpatio indiuiſibili A, producit, & in eo conſtituit omnes, & ſingulos Chriſti punctos, atque adeo totum Chriſtum: & eam potentiam exercens, vt correſpondentem ſpatio indiuiſibili B, Chriſtum ſimiliter integrum in eo producit, & collocat; & ſimiliter in ſpatio C, in ſpatio D, & reliquis, vt dixi, quibus indiuiſibilia panis, & vini conſecrandi adſunt, ſiue correſpondent. Sicque demum efficitur, vt totus Chriſtus ſit tota hoſtia, & totus in toto calice, & totus in qualibet parte, ſiue indiuiſibili hoſtiæ, & calicis ſit. Cũque Deus potentiam illam quam habet omnibus hoſtiæ partibus reſpondentem, ſimul exerceat in inſtanti quo abſoluitur forma conſecrationis panis; & potentiam, quam habet reſpondentem omnibus vini partibus, exerceat in inſtanti, quo abſoluitur forma conſecrationis vini, inde fit vt totus Chriſtus in vno inſtanti conſtituatur totus in ſingulis partibus ſpecierum panis, & in altero inſtanti totus conſtituatur in ſingulis partibus ſpecierum vini, nullaque in hoc appareat difficultas.

Chriſtus totus conſtituitur in vno inſtanti ſub ſpeciebus Panis; & in altero ſub ſpeciebus vini.

18. Collige 1. ex dictis in præſenti, & ſuperiori diſputatione. Chriſtus Dominus non ponitur neque poteſt poni in Euchariſtia per ſolã productionem alicuius modi phyſici, vel formæ intrinſecæ in ipſo, vel in ſpeciebus panis, & vini receptæ; ſed realiter conſtituitur præſens in toto ſpatio, & ſub quolibet puncto ſpecierum per phyſicam actionem ipſius Chriſti reproductiuam ſub omnibus, & ſingulis indiuiſibilibus ſpecierum. Qua reproductione totius humanitatis Chriſti toties exhibita, & poſita dependente phyſicè, & intime ab illis ſpeciebus, quot ſunt puncta indiuiſibilia loci, & extenſionis vi illarum ſpecierum, conſtituitur neceſſario totus Chriſtus exiſtens, & præſens realiter in toto illo loco, & in qualibet parte extenſa & inextenſa illarum ſpecierum, ſicut modo declarauimus à n. 15.

19. Collige 2. Chriſtus in Euchariſtia nõ producitur, & conſeruatur à Deo per eamdem cauſalitatem, & creationem, per quam in cœlis conſeruatur; ſed per aliam ſpecie diuerſam creationem ſupernaturalem. Ratio eſt, quia creatio illa qua Chriſtus conſeruatur in cœlo eſt independens ab ſpeciebus Euchariſticis: hæc vero actio qua producitur in ſacramento eſt ab iſtis eſſentialiter pendens, cum ſit coniunctio intima & phyſica Chriſti cum ipſis. Vt infra Diſp. 34. amplius oſtenditur. Igitur Chriſtus in ſacramento producitur, & conſeruatur actione longe diuerſa ab illa quam habet in cœlo. Quod autem illa etiam prior creatio, & conſeruatio Chriſti quæ in re eſt vnio hypoſtatica humanitatis cum Verbo, iuxta noſtram ſententiam latam in Tom. de Incarnatione ſit præſens in Myſterio Euchariſtiæ, vel ex vi Verborum, vel per concomitantiam, vel alio quouis modo, dicendum eſt inferius diſputat. 36.

Collige 3. quid ſit formaliter Vbicatio atque præſentia realis Chriſti in loco ſpecierum, nempe, ſublato modo intrinſeco Recentiorum, eſt actualis ipſa indiſtantia totius Chriſti à toto illo ſpatio ſpecierum, & à ſingulis punctis illius; vel potius eſt denominatio extrinſeca totius Chriſti à toto ſpatio ſpecierum & à ſingulis eius partibus: ſicut in rebus naturalibus aſſeritur vbicatio iuxta diuerſas in Philoſophia opiniones, ſiue modos dicendi, de præſentia rerum in loco; cum ſpeciali tamen aliqua differentia per quam vna præſentia differt ab alia eiuſdem, vel alterius rei. Hæc autem differentia, atque diuerſitas inter præſentias locales magis deſumitur ex rerum ſubiectarum exiſtentiis, atque modis ipſarum diuerſis, quibus realiter fiunt & conſeruantur, quam ex locis denominantibus res locatas hîc, iſtic, vel illic; diſtantes, vel penetrantes. Verum hæc paſſim circumferuntur, neque modo agimus Philoſophos, ſed Theologos circa noſtrum Myſterium. 20.

Vbicatio eſt ipſa indiſtantia Chriſti ab ſpatio ſpecierum.

Quæri tamen poteſt; vtrum hæc præſentia ſacramentalis Chriſti ſit dependens à præſentia naturali illius extra Euchariſtiam exiſtentis? Reſpondeo non pendet ab iſta phyſicè per intrinſecam dependentiam tamquàm à cauſa phyſica; vel tamquam à conditione phyſicè requiſita; pendet vero moraliter tamquam à conditione, vel etiam tamquam à cauſa quaſi exemplari ex beneplacito diuino prærequiſita. Ratio eſt, quia etiamſi Chriſtus extra Euchariſtiam non exiſteret, poſſet conſtitui, atque produci diuinitus in Euchariſtia, ſicut modo eſt: nec Chriſtus ipſe prout exiſtens in cœlo influit phyſice in productionem ſui ſub ſpeciebus; nec apparet, cur Chriſtus exiſtens extra Euchariſtiam abſolute ſit requiſitus vt cauſa phyſica ad ſui in Euchariſtia præſentationem. Igitur exiſtentia Chriſti extra Euchariſtiam cum præſentia circumſcriptiua non eſt neceſſaria intrinſeca neceſſitate, ſiue phyſice ad exiſtentiam & præſentiam in Euchariſtia. Deinde exiſtere Chriſtum extra Euchariſtiam eſſe moraliter requiſitum, & velut exemplar ex diuina inſtitutione, conſtat; Primò quia Chriſtus non ponitur in Euchariſtia niſi qualis exiſtit extra; nempe ſi viuus, viuus; ſi mortuus, mortuus; ſi glorificatus, glorificatus &c. Secundo propter alia plura quæ P. Suarez profert diſput. 48. ſect. 2. quæ omnia intelligenda ſunt de facto, & ſuppoſita diuina inſtitutione, quæ nunc datur, iuxta quam implicat illud fieri; quod nunc fit, ſi Chriſtus extra Euchariſtiam annihiletur, vel corpus Chriſti reſoluatur in elementa, ſcilicet manere idem corpus in Euchariſtia aut fieri præſens in illa. 21.

Præſentia Chriſti ſub ſpeciebus à Præſentia ipſius naturali pendet moraliter, non phyſicè.

DISP. V

Digitized by Google

DISPVTATIO XXXIII.

De reali exiſtentia totius Chriſti in tota Euchariſtia, & in qualibet ipſius parte.

Sectio I. *Cur totus Chriſtus in hoc ſacramento realiter ſit.*

§. 1. *Quorundam rationes debiles.*

§. 2. *Firmam rationem affero.*

Sectio II. *Num totus Chriſtus reipſa ſit in ſingulis ſpecierum partibus diuiſibilibus, & indiuiſibilibus.*

§. 1. *Eſt totus in ſingulis partibus determinatæ magnitudinis.*

§. 2. *Non eſt in aliis partibus, ſed in indiuiſibilibus.*

AGimus de totius Chriſti exiſtentia reali, & veluti materiali: nam de modo iſtius exiſtentiæ partim ex vi verborum, & partim aliter, Diſputatione ſequente fuſius agemus.

SECTIO I.

Cur totus Chriſtus in hoc ſacramento realiter ſit.

1. Fide certum eſſe probatur.

FIde diuina certum eſt totam Chriſti ſubſtantiam tum diuinam, tum humanam in hoc ſacramento ſub ſpeciebus panis, & totam ſub ſpeciebus vini realiter exiſtere. Prætermiſſis autem Scripturæ ſacræ teſtimoniis, quibus hanc veritatem aliqui Doctores inefficaciter probant, eò quod illorum ſenſus non ita clarus ſit: melius probatur ex definitionibus Eccleſiæ, verum illum ſenſum aſſecutæ, Definit autem hanc veritatem Concilium Conſtantienſe ſeſſ. 13. longe ante medium, cuius verba deſcribit Baſilienſe ſect. 30. ad medium, eſto iam tunc ab Eugenio IV. legitimo capite diuulſum: & Florentinum cum eodem Eugenio IV. in decreto pro inſtruendis Armenis, §. *Tertium eſt ſacramentum*, ac denique Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 3. & partim etiam in can. 3. Teſtimonia Patrum videri poſſunt in Recentioribus; & aliqua proferentur dum de Communione ſub vnica ſpecie diſputabitur. Porrò cum id neceſſarium non ſit vt verba conſecrationis vera exiſtant, & vere diceret Chriſtus *Hoc eſt corpus meum*, etiam ſi ſanguis, & anima in Hoſtia non eſſent; & vere item diceret: *Hic eſt ſanguis meus*, etiamſi caro, & oſſa, & anima in calice non exiſterent; Ideo ſuppoſita illa fidei veritate rationem quærimus ob quam vtrobique totus Chriſtus exiſtat.

Ex concil. Conſtantienſi, Baſilienſi, Florentino, Tridentino.

§. I.

Quorundam rationes debiles.

2. Trident.

COncilium Tridentinum ſeſſ. illa 13. cap 3. rationem cur in hoſtia ſit anima, & in calice ſit caro, palam accerſit ex eo, quod Chriſti anima, & caro ſint in cælo realiter vnitæ, & nunquam vnionem amiſſuræ: Definit enim exiſtere *Corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animamque ſub vtraque vi naturalis illius connexionis qua partes Chriſti Domini, qui iam ex mortuis reſurrexit non amplius moriturus, inter ſe copulantur*. Hanc rationem accepit ſine dubio Concilium ex S. Thoma quæſt. 76. art. 1. vbi concluſionem poſitam ex eiuſmodi vnione probat inquiens: *Si enim aliqua duo ſunt realiter coniuncta, vbicunque eſt vnum realiter, oportet & aliud eſſe*. Quæ ratio capienda eſt de iis extremis, quorum vnum non eſt capax maioris præſentiæ quam alterum: Nam ſi in aliis aperte deficit, vt patet in Chriſti humanitate, & Verbo realiter vnitis; itemque in anima rationali, & materia brachij realiter coniunctis; nam nec humanitas eſt vbicumque eſt Verbum, nec brachij materia vbicunque eſt anima. Qua in re omnes conueniunt ſcriptores: ſed in gradu quo neceſſe eſt vt quando duæ res parem exigentes præſentiam, phyſice vniuntur, vbicunque vna ſit, altera etiam ſit, non parum diſcrepant.

S. Thom.

Vbicunque eſt realiter vnum, oportet & eſſe cum illo, quod vnitũ eſt realiter.

3. Vaſquez diſp. 185. num. 7. & 8. neceſſarium id eſſe docet omnino, ſeu metaphyſice, atque adeo non poſſe diuinitus impediri: rationis enim quam adhibet, hæc vis eſt. Quando duæ res ſunt inter ſe vnitæ independenter à loco, ſi neutra latiorem locum vendicet quam altera, nec diuinitus fieri poteſt vt vbicunque vna ſit, non ſit etiam altera, quod autor ille ſe ſupra probaſſe affirmat: Sed omnia ſubſtantialia quæ Chriſtus in cælo habet, ſunt inter ſe vnita, & independenter à loco: Ergo vbicunque vnum ipſorum exiſtat, nec diuinitus fieri poterit, vt etiam reliqua non ibi exiſtant.

P. Vaſquez ait, ita neceſſarium eſſe vt nequeat diuinitus impediri.

Mihi tamen harum præmiſſarum vtraque eſt debilis. Maior quidem, quia nec hactenus oſtenſa fuit, nec vſquam oſtendetur vera implicatio in eo, quod hæc materia duobus ſimul locis præſens, in vno habeat ſibi vnitam animam, & in altero non item; prout in Philoſophia late proſecuti ſumus. Minor autem, quia contra veram, & claram, & receptiſſimam philoſophiam, prius natura eſt animam rationalem produci, & eſſe materiæ localiter præſentem, quam eſſe cum ipſa phyſice vnitam: ſicut etiam in morte, tum natura, tum etiam duratione prius eſt, vnionem diſſolui, quam animam rationalem ab ſpatio materiæ recedere: Perperam ergo dicitur in minori eas vniri inter ſe independenter à loco. Adde quod Concilium Tridentinum ab iſta Vaſquij ratione, & metaphyſica neceſſitate longiſſime abeſt, vt infra late explicabo.

At debilis eius ratio.

4. Lugus Diſp. 8. ſect. 1. num. 5. Non metaphyſicam, ſed phyſicam neceſſitatem hîc admittit; quoniam hæc eſt natura, & exigentia phyſicæ vnionis, vt quocunque vnum extremum fertur, alterum etiam feratur. Hæc tamen non probatio, ſed principij petitio eſt: & eo probationis genere quidlibet teneri poterit, nempe aſſerendo hanc eſſe naturam rei de qua diſputamus. Firmo, quia licet vnio phyſica duorum exigat, vt quocunque vnum fertur motu locali, feratur alterum; hæc tamen exigentia non eſt ad rem, cum non agamus de re quæ motu locali deſerens priorem locum, fertur in alterum: ſed de re, quæ priorem locum retinens, non motu locali, ſed alio actionis genere ponitur in altero: nec ab illo euentu ad iſtum

P. Lugo admittit neceſſitatem phyſicam propter vnionẽ phyſicam vnius cum altero.

Digitized by Google

iſtum valet argumentatio; nam in priori res eſt modis omnibus vna, in altero à ſe ipſa virtualiter, ſiue æquiualenter diſtincta; de quo magis diſſeram inferius.

Sed illius explicatio non placet.

At, inquit Lugus, ſic optime explicari differentiam vnionis phyſicæ ab aliis modis relatiuis. Nam actio qua ignis calefacit lignum, licet poſtulet vt agens ſit proximum paſſo, non tamen poſtulat quod abeunte paſſo, abeat etiam agens cum illo, nec è contra: Et ideo, licet lignum, & calor in eo productus ab hoc igne, poneretur in duobus locis, non poneretur in ambobus ignis. At phyſica vnio taliter colligat extrema, vt perſeuerante vnione, neceſſe ſit ex natura rei, quodlibet extremum vbicunque ponatur, afferre ſecum aliud, cum quo vnitur. Hæc ille.

Contra vero, quia differentia propria phyſicæ vnionis, optime declaratur per id, quod vbicunque illa realiter exiſtit, neceſſe prorſus ſit & nec diuinitus impediri poſſit, vt ambo extrema realiter ibidem exiſtant: ego id quod Lugus aſſignat ad propriam vnionis phyſicæ differentiam explicandam neutiquam neceſſarium eſt. Nec obſtat exemplum adductum ignis, & ligni ab eo calefacti, & poſtea in alio loco poſiti: vel enim idem ignis, qui lignum in hoc ſpatio calefaciebat conſeruaturus eſſet in altero loco calorem, vel non. Si eſſet conſeruaturus, ex natura rei deberet ad eundem locum transferri, cum ex natura rei non poſſet agere in diſtans: ſi non eſſet conſeruaturus, exemplum non eſt ad rem. Quod ſi calor iſte ex natura rei non exigit vt productus ab hoc igne in hoc ligno, hic tantum exiſtente, ſi lignum in altero loco ſimul exiſtat, ab eodem igne conſeruetur: Vnde colliges, vnionem hanc formæ, & materiæ in hoc ſolum loco prius exiſtentem poſtulare, vt altera in duobus locis poſtea exiſtente, altera etiam ibidem exiſtat: Nam extremum in duobus locis exiſtens æquè virtualiter eſt duplex, ac ipſe calor duobus in locis productus. Adde hic etiam, quod ratio Concilij Tridentini, neceſſitatem iſtam phyſicam nec poſtulat, nec inſinuat, ſed longe aliam ſtatim explicandam.

5. P. Suarez tribuit S. Thomæ ſuam ſententiam, & hanc rationem redditne Plura fiant miracula verborum ſenſui non requiſita.

Suarez quæſt. 76. art. 1. §. *Aliter ergo*, mediam quandam viam videtur ingredi, & Angelico Doctori tribuere, nempe connexionis huius, & concomitantiæ neceſſitatem quaſi mediam eſſe inter pure moralem, & pure phyſicam; vel potius aliquam vtriuſque rationem habere: videlicet ne miracula ſine neceſſitate multiplicentur. Quanuis enim hoc ſacramentum per miraculoſas actiones fiat: non fiunt tamen in eo plura miracula, quam ad ſacramẽti perfectionem neceſſaria ſunt: Atqui ſi cum Chriſti corpore non eſſet tota Chriſti ſubſtantia, plura fierent miracula, quam quæ ad ſacramenti perfectionem neceſſaria ſunt: Ergo tota Chriſti ſubſtantia in hoſtia, & tota in calice eſt.

Verum tamẽ non minuit, ſed magis auget hæc opinio miraculorum numerum.

Præpoſteram iudico rationem iſtam; quia video per connexionem, & concomitantiam, miraculorum numerũ nõ minui, ſed potius vehementer augeri, & pluſquàm conduplicari. Si enim Chriſti corpus in hoſtia ſine ſanguine, & ſanguis in calice ſine corpore eſſet; ſex inuenirentur miraculoſæ actiones; duæ ſcilicet producentes, ſeu reproducentes Chriſti corpus, & ſanguinem in Euchariſtia, cum ſimul exiſtant in cælo: aliæque duæ dantes Chriſti corpori, & ſanguini præſentias ſacramentales: & duæ conſeruationes, vna corporis abſque ſanguine, & altera ſanguinis abſque corpore; quæ duæ ſuppoſitis præcedentibus vix, aut ne vix quidẽ eſſent miraculoſæ, cum corpus à contrariis deſtrui non valens, non egeat ad ſui conſeruationem ſanguine, nec ſanguis corpore: quapropter in rigore quatuor dũtaxat eſſent actiones miraculoſæ. At vero dum Corpus cum ſanguine, & ſanguis cum corpore, & anima cum vtroque eſt, ſexdecim reperiuntur actiones omnino miraculoſæ: nimirum octo in hoſtia, quæ ſunt, quatuor productiones Corporis, Animæ, ſanguinis, & vnionis inter corpus, & animam; quatuorque iſtorum omnium ſacramentales vbicationes: & aliæ octo in calice, prout quiſque comperiet. Non igitur ponitur concomitantia, vt miraculorum numerum minuat, cum potius illum tam vehementer augeat.

§. II.

Firmam rationem affero.

Aio primò neceſſitatem iſtam cõcomitantiæ vel connexionis, nullatenus eſſe Metaphyſicã, aut phyſicam. Quia res quæ duobus in locis ſimul conſtituitur, ſi Metaphyſice, vel Phyſice ſpectetur, æquiualenter eſt plures, ideoque à ſe ipſa æquiualenter differt: proinde Chriſti Corpus dum in Cœlo exiſtens in Euchariſtia ponitur, à ſe ipſo æquiualenter diſtinguitur: Ergo ſi Metaphyſice, vel phyſice ſpectetur, non poſtulat, vbique habere eundem animum, eundemque ſanguinem; potiuſque ſequitur naturaliter non habere eundem, ne ſcilicet vnus, & idem ſanguis duobus ſimul in locis exiſtat. 6.

6. Non eſt neceſſitas concomitantiæ Metaphyſica neque Phyſica.

Aio ſecundo, neceſſitatem illius concomitantiæ ſolum eſſe moralem, nimirum ex decentia quadam conuenientiſſimè ſumptam. Ita videtur ſentire P. Suarez diſp. 51. ſect. 1. vbi magis ex propria ſententia loquitur; hoc enim probat ipſius ratio. Quia ſcilicet non decuit, vt glorioſum, & deificatum Chriſti corpus alicubi eſſet exanime, aut ſine vnione ad Verbum, aut exſangue. Quæ ratio pariter probat, eſſe etiam in hoſtia, cum in Calice reliquos tres humores, & ſpiritus vitales, oſſa, Dentes, Cartilagines, pilos, & capillos; quia ſine his omnibus, aut eorum aliquibus valde imperfectum eſſet Dominicum corpus in hoſtia, & ſanguis in calice, vt quilibet per ſe conſpiciet. 7.

7. Solum eſt moralis conuenientia maxima.

Quia ſine illis partibus Phyſice connexis atque debitis ex natura rei corpori illi, eſſet valde imperfectũ corpus Chriſti & pariter ſanguis.

Et hanc eſſe exiſtimo rationem Concilij Tridentini ſeſſ. 13. cap. 3. dicentis Chriſti corpus eſſe in Calice, & ſanguinem in hoſtia, & animam vtrobique, *vi naturalis illius connexionis, qua partes Domini, qui iam ex mortuis reſurrexit, non amplius moriturus, inter ſe copulantur*. Non enim ait eſſe vi naturalis illius connexionis: nec ſimpliciter vi naturalis vnionis nudè ſumptæ, ſed qua partes Chriſti iam rediuiui, & non amplius morituri inter ſe copulantur. Hic enim Chriſti ſtatus adeo perfectus, morali quadam decentia, & æquitate poſtulat, vt ipſius corpus nullibi ſine ſanguine, aut anima, cæteriſque ſubſtantialibus perfectionibus exiſtat: & ſimiliter vt Chriſti ſanguis nuſquam, niſi in corpore tam perfecto reperiatur.

Firmo, vtramque aſſertionem ex eodem Concilio Tridentino ibidem dicente, Corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, & Animam ſub vtraque exiſtere per concomi

comi

Digitized by Google

Cõfirmatur ex Tridentino diſtinguente. comitantiam: Diuinitatem viro propter vnionem hypoſtaticam: Ergo diſtinguit modum illum exiſtendi per concomitantiam ab iſto exiſtendi per vnionem hypoſtaticam. Atqui non aliter poteſt illos diſtinguere, niſi quia prior ſolum eſt moraliter, poſterior autem eſt phyſice neceſſarius vt Diſp. 16. ſect. 1. late probabitur; Ergo Concomitantia iſta non eſt phyſice, ſed moraliter neceſſaria.

Quin etiam, etſi vis verborum conſecrationis ſimpliciter non ponat in hoſtia ſanguinem, & in calice corpus: quodammodo tamen vtriuſque poſitionem exigit. Nam cum illa verba *Hoc eſt corpus meum*, nomine Chriſti dicantur viui, & glorioſi, atque adeo corpus omnibus ſubſtantialibus perfectionibus abſolutum habentis, congruentiſſime poſtulant verba illa, vt Chriſti corpus, quantum ſacramenti ratio patitur, idem omnino ſit quod in Cœlo eſt, nempe eiſdem perfectionibus eſſentialibus conſtitutum, & ſubſtantialibus perfectum: nam quo magis tale eſt, eo magis proprie Chriſti corpus proprium eſt: idemque ſentiendum de Chriſti ſanguine, vt cuilibet innoteſcet.

9. Chriſtus in ſacramento habet omnes naturales perfectiones non affixas eſſentialiter certo loco. Inde fit primo, vt Chriſtus in Euchariſtia, tam ſub ſpecie panis, quam vini, habeat omnes ſuas proprietates, & perfectiones naturales, certo loco eſſentialiter non affixas quas habet in cœlo, ſiue ſubſtantiales ſint, ſiue accidentales, & etiam accidentia quæ ex ipſis naturaliter reſultant, quales ſunt in diuerſis partibus colores diuerſi, in quibuſdam durities, in aliis mollitudo, quia ſine his etiam corpus humanum valde imperfectum eſſet. Quapropter negari non poteſt, quin ſub vtraque ſpecie figuram habeat organicam, ſiue iſta ſit ſubſtantialis, ſiue ſolum aggregatum accidentium ad functiones vitales neceſſariorum.

Conſultiſſime diximus, habere Chriſtum in Euchariſtia proprietates, & perfectiones omnes naturales, hoc eſt naturaliter in corpore, & anima reſultantes. Nam vtrum habeat actus omnes ſenſuum, & aliarum potentiarum, quos in cœlo contingenter habet, non eſt hoc loco, ſed in Diſp. 40. ſect. 1. definiendum.

10. Notanter etiam addidimus, habere proprietates, vni loco eſſentialiter non affixas: nam quæ eſſentialiter affiguntur certo loco, non poſſunt reipſa exiſtere in altero, qualis eſt præſentia localis, ſiue ſit modus phyſicus, vt plerique volunt; ſiue ſit extrinſeca denominatio, vel indiſtantia ab ſpatio ſumpta, vt nos exiſtimamus, & idem eſt de relationibus propinquitatis, & diſtantiæ, ſiue ſint modi, ſiue non: nam æque ad iſtud ſpatium, ſiue ad ſubiectum prout in hoc ſpatio poſitum alligari cenſentur. Itaque ſi duo corpora Romæ diſtarent vnam leucam; & ſimul Cæſarauguſtæ exiſtentia diſtarent alteram, non haberent eandem numero relationem diſtantiæ cum vtroque loco, ſed numero diuerſam: quoniam hæc numero relatio diſtantiæ reſpicit eſſentialiter hoc numero ſpatium inter duo corpora interiectum.

Ex qua Doctrina colligimus, Chriſtum in Euchariſtia, neutiquam habere figuram accidentalem, quam aliqui vocant ſitualem, & aiunt eſſe terminum corporalis extenſionis. Nam figura hæc, vt in prædicamento Qualitatis oſtendebam, non eſt qualitas: vtque in Tractatu de Angelis ex occaſione probauimus, non aliud eſt, quàm ſitus corporearum partium in ſpatio extenſo, cum his, & illis negationibus: & iſte non eſt aliud quam præſentia corporeæ rei talibus negationibus affecta; quod Patri Lugo placere, & late probari, videmus in hoc loco Diſput. 8. ſect. 3. & in idem totus propendet P. Suarez, prout nos citato loco retulimus, & in Prædicamento ſitus fuſe oſtendimus. Nequaquam habet figuram ſitualem.

SECTIO II.

Num totus Chriſtus re ipſa ſit in ſingulis ſpecierum partibus diuiſibilibus, & indiuiſibilibus.

Exercenda eſt quæſtio de partibus aliquotis, ſeu certæ magnitudinis, ſiue determinatis; & de partibus proportionalibus, ſiue incertæ magnitudinis, & alio nomine indeterminatis: & de partibus nullius magnitudinis, ſiue indiuiſibilibus.

§. I.

Eſt totus in ſingulis partibus determinatæ magnitudinis.

Totum, atque integrum Chriſtum veriſſime, ac ſubſtantialiſſime exiſtere in ſingulis iis partibus, poſt aliarum ab aliis diuiſionem, nempe in ſingulis particulis hoſtiæ particulatim diuiſæ, & in ſingulis guttulis ſpeciei ſanguinis, diſcontinuatis, ſiue diſiunctis, definit Eugenius IV. & Concilium Florentinum ſeſſ. 25. in Armenorum inſtructione §. *Tertium eſt*, circa finem in hæc verba: *Sub qualibet quoque parte hoſtiæ conſecratæ, & vini conſecrati, ſeparatione facta totus eſt Chriſtus.* Et Tridentin. ſeſſ. 13. cap. 3. in ipſo fine inquiens: *Totus enim, & integer Chriſtus ſub panis ſpecie; & ſub quauis ipſius ſpeciei parte, totus item ſub vini ſpecie, & ſub eius partibus exiſtit.* Quod intelligendũ de partibus ſaltem poſt ſeparationem factam, conſtat ex can. 3. ſic ſe habente: *Si quis negauerit in venerabili ſacramento Euchariſtiæ, ſub vtraque ſpecie, & ſub ſingulis cuiuſque ſpeciei partibus, ſeparatione facta, totum Chriſtum contineri: anathema ſit.* 11. Certum eſt ex Concil. citatis Florentino & Tridentino de partibus diuiſis.

Ratione etiam liquet, Nam Chriſtus per ſpecierum diſcontinuationem non in ſe ipſo diuiditur, iuxta illud, *Nulla rei fit ſciſſura, ſigni tantum fit fractura: Qua nec ſtatus, nec ſtatura ſignati minuitur.* Atqui nec per diuiſionem ſpecierum definit Chriſtus ſub illis eſſe: nam certum eſt ſub illis perſeuerare quandiu illæ non corrumpuntur: Ergo in ſingulis hoſtiæ, caliciſque particulis, ſaltem poſt ipſarum ſeparationem, ſeu diuiſionem totus Chriſtus reperitur. Præſens ergo controuerſia vlterius pergit; inquirens ſcilicet, An totus Chriſtus exiſtat in ſingulis partibus dum illæ inter ſe ſunt vnitæ, & vnum continuum phyſice componunt.

Affirmandũ eſt cũ omnibus Doctoribus aduerſus 11.

Idem dicendum eſt etiam de indiuiſis. uerſus Albertum, & Altiſiodorenſem, quo tamen pro communi ſententia ſtetiſſe multi poſt Vaſquium exiſtimant. Probatur primo ex Hilario Papa in Can. *Vbi pars*, de conſecrat. diſt. 2. ita pronuntiante: Vbi pars eſt corporis, eſt & totum. *Eadem ratio eſt corporis Domini, quæ in manna, quod in eius figura præceſſit, de quo dicitur: Qui plus collegerat non habuit amplius; neque qui minus parauerat habuit minus.*

13. Secundo ſuadetur ex Tridentino ſeſſ. 13. cap. illo 3. dicente, Totum, & integrum Chriſtum exiſtere *ſub panis ſpecie, & ſub quauis ipſius ſpeciei parte*, & idem adiungente de ſpeciebus vini. Quanuis enim Concilium non dicat, eſſe ſub quauis ſpeciei parte ante ſeparationem, at abſolute intelligi poſſet de quauis parte poſt ſeparationem, præſertim cum poſtea in can. 3. ſolum iſtud definiat: tamen & verba proprius accipiamus de quauis parte, ſiue ante, ſiue poſt ſeparationem; & communis fidelium ſenſus ſic eam definitionem intelligit. Vt autem Concilium expreſſe definiret contineri totum Chriſtum ſub qualibet ſpecierum parte poſt ſeparationem, non autem expreſſe definierit de quauis parte ante ſeparationem, ratio eſſe potuit; vel quia prius illud maioris momenti erat, quàm illud; vel quia proxime circa illud hæreſis aliqua erat, non proxime circa iſtud; vel quia nomine partium adhuc vnitarum intelligi poterant partes proportionales, vel determinatæ, vel indiuiſibilia; nec voluit concilium hiſce philoſophicis ſeſe immiſcere quæſtionibus: vel certè propter omnes iſtas rationes, aut ipſarum aliquas.

Cur Tridentin. non expreſſe loquatur de Partibus ante ſeparationem.

14. Tertio ratione, quia Chriſtus non eſt in toto, nec in parte ſpecierum, niſi productus ibi per verba conſecrationis: ſed in ſingulis particulis ſpecierum diuiſis totus eſt Chriſtus, vt ex fide conſtare conſpeximus: Ergo totus etiam in ſingulis, & nondum diuiſis: Alioqui per diuiſionem eſſet aliquid Chriſti ſub ſpecierum parte in qua per conſecrationem non eſſet.

Item quia Chriſtus ad ſpatium ſpecierum panis, aut vini non redigitur per ſuarum partium compreſſionem, aut condenſationem; Eſt enim prorſus impoſſibilis condenſatio qua corpus humanum iuſtæ magnitudinis redigatur ad ſpatium exiguæ particulæ ab ſpeciebus panis, vel guttulæ ab ſpeciebus vini ſeiunctæ, in qua certum eſt, vt vidimus, totum Chriſtum realiter exiſtere: ſicut nec eſſet per dilatationem, aut rarefactionem ſub ſpeciebus panis magnitudine ſua furnum æquantis, in qua tamen materia tota Chriſtus per conſecrationem re ipſa poneretur. Cum ergo Chriſtus per condenſationem non redigatur ad hoſtiæ ſpatium, non eſt ibi ita, vt partes ipſius ſint extra partes, ſed ita vt aliæ cum aliis penetrentur: nec eſt ratio cur quædam penetrentur cum quibuſdam, & non cum aliis: Ergo omnes cum omnibus penetrantur: Ergo vbicunque aliquid Chriſti eſt, totus Chriſtus eſt: Atqui in qualibet parte ſpecierum panis, & in qualibet ſpecierum vini aliquid Chriſti eſt: Ergo totus in qualibet parte ſpecierum panis, & totus in qualibet ſpecierum vini, etiam à toto non disiuncta, reperitur.

Vbicunque aliquid Chriſti eſt Totus Chriſtus eſt.

§. II.

Non eſt in aliis partibus, ſed in indiuiſibilibus.

Mirum eſt quantum hîc laborent ij, qui continuo tribuunt partes proportionales, ſiue indeterminatas. Quidam enim, vt Suarez, ſimul cum aliis partibus admittentes indiuiſibilia continuatiua, & terminatiua eſſentialiter diſtincta, dicunt in omnibus eſſe totum Chriſtum; vnde neceſſe eſt aſſerant, quoties hoſtia frangitur, vel gutta calicis ab aliis ſeparatur, reſultare in illis noua indiuiſibilia ſub quibus vel Chriſtus ſit, & non per conſecrationem, quod eſt abſonum; vel ſub quibus, nec Chriſtus, nec aliqua ſubſtantia ſit, quod inauditum. Econtra vero dum duæ vini ſpecies conſecratæ, quæ ſeparatæ fuerant, inter ſe continuantur, neceſſe eſt duo indiuiſibilia continuatiua perire, & vnum continuatiuum reſultare; & in iſto Chriſtum conſtitui, & non per conſecrationem. 15.

Quantum hic laborant qui Partes Proportionales defendunt in continuo.

Alij vero, vt Vaſquez aſſerentes, Chriſtum ſolum eſſe in partibus, & non in indiuiſibilibus, affirment oportet, Chriſtum non eſſe in tota hoſtia, cum non ſit in indiuiſibilibus, quæ, iuxta illam ſententiam, ſunt infinita, & proinde multum ipſius hoſtiæ. Neceſſe quippe eſt aſſerant, vel indiuiſibilia panis, & vini non deſtrui conſecratione, ſed in hoſtia permanere; quod aperte repugnat Tridentino aſſerenti permanere ſolas panis, & vini ſpecies: vel ſub indiuiſibilibus ſpecierum conſecratarum nullam prorſus eſſe ſubſtantiam: quod eſt contra communem Doctorum ſenſum, & loquutionem, aſſerentium, Chriſtum ſuccedere accidentibus loco panis, & vini, præterquam in munere ſubiecti inhæſionis. 16.

Plus vtrique Doctores laborant in explicando qua ratione Chriſtus non ſit infinities in qualibet ſpecierum particula. Nam cum ſit in ſingulis indiuiſibilibus; neceſſe eſt vt toties in qualibet ſpecierum particula totus ſit, quot ſunt eius particulæ indiuiſibilia: ſed hæc in ipſorum opinione ſunt infinita: Ergo & Chriſtus in qualibet ſpecierum particula eſt infinities. Enim vero ſi Deus per poſſibile, vel impoſſibile tot produceret homines, quot ſunt vnius panis indiuiſibilia, ſane illi homines eſſent infiniti: Ideoque Suarez qui negat poſſe produci infinitum in actu, negat produci poſſe tot homines, quot ſunt indiuiſibilia vnius particulæ: Ergo Chriſtus in qualibet vere, & proprie exiſtit infinities; & quidem, iuxta illius ſententiam, per infinitas actiones ſubſtantiales, & præterea per infinitas præſentias modales. 17.

Nec reſponderi poteſt admittendo illatum conſequens, & affirmando Chriſtum in qualibet particula ſacramenti eſſe infinities: nam in hoc myſterio, quod eſt omnium mirabiliſſimum, non eſt cur mirabile iſtud recuſemus. Nequit, inquam, ita reſponderi: nam ſi ratio adducta conuincit Chriſtum eſſe in Euchariſtia infinities replicatum; eiuſque replicationes, & reproductiones eſſe actu infinitas:

Ratio optima, cur, Nec dici poteſt, Chriſtum in Quauis Parte Hoſtiæ eſſe infinities replicatum.

tas: potiſſime conuincet, condignum iuſti meritum in qualibet extenſa duratione actus eſſe categorematice infinitum; nam in ſingulis inſtantibus eſt noua meriti pars: ſed inſtantia ſunt actu infinita; Ergo meritum eſt actu infinitum.

Hoc argumento quantum aduerſarij premantur; quam varias, & difficiles excogitent reſponſiones, oſtendam in Tomo de Gratia, quem propediem (vita comite) in lucem emittam. Nunc reſponſionem nouiſſimam, cæteriſque minus duram proferam, vt inde appareat, nec illos adductæ rationis vim debilitare, ſed confirmare: nec minus laborare in explicanda Chriſti præſentia ad partes proportionales. Aiunt enim, ideo meritum durationis extenſæ non eſſe infinitum, quoniam ex ſuppoſitione quod vltra primum inſtans protendatur actio, neceſſario durat per infinita inſtantia proportionalia; quæ ſcilicet diuiſibile illud primo inſtanti proximum continuant; ac proinde in illis non exercetur libere, atque adeo nec meritorie. Itaque in primo, (inquiunt) inſtanti meritum eſt determinatum; immediate autem poſt, eſt quidem nouum meritum, non tamen determinatum, ſed indeterminatum, & proportionale, reſpondens partibus temporis indeterminatis; ſingulis autem inſtantibus vt proportionalibus non reſpondet diſtinctum præmium à reſpondente partibus determinatis: idque propter dictam neceſſitatem; qualem ſcilicet habet Deus conſeruandi Angelum per infinita inſtantia ex ſuppoſitione quod velit illum poſt primum inſtans conſeruare.

18. Si puncta ipſa in Pane ſunt actu infinita, replicationes & reproductiones Chriſti in hoſtia ſunt actu infinitæ.

Hinc rationem adductam firmo. Nam ſi in ſingulis extenſæ durationis inſtantibus eſſet meritum determinatum; ideoque tale non euadit, quia non eſt in ſingulis determinatum meritum: Ergo ſi totus Chriſtus in ſingulis punctis ſuam habet replicationem, reproductionem, & præſentiam; & puncta ipſa ſunt actu infinita; neceſſe eſt Chriſti replicationes, reproductiones, atque præſentias, actu etiam eſſe infinitas. Declaro amplius, & roboro: quia in ſingulis punctis aliquid eſt Chriſti, ſed vbi aliquid eſt Chriſti, totus eſt Chriſtus, vt ſupra oſtenſum: ergo in ſingulis punctis totus Chriſtus eſt, atque adeo in infinitis, infinities eſt.

Indidem oſtendo, non poſſe ab Aduerſantibus explicari, quando Chriſtus ſit in partibus proportionalibus, niſi per productiones, & replicationes, & præſentias actu infinitas. Nam partes proportionales apud cunctos ipſarum patronos, ſunt actu infinitæ: ſed Chriſtus totus eſt in ſingulis ipſarum: Ergo & in illis infinities. Minor patet: quia Chriſtus in tota hoſtia eſt, vt hi Doctores fatentur, proinde nihil eſt hoſtiæ in quo non ſit aliquid Chriſti: ſed vbicunque eſt aliquid Chriſti ſacramentaliter, ibi totus eſt Chriſtus: Ergo in omnibus, & ſingulis partibus proportionalibus Chriſtus totus reperitur. Neque enim dici valet Chriſtus, exiſtere in partibus proportionalibus proportionaliter: nam quod proportionaliter exiſtit, ita exiſtit, vt non totum ſimul, & penetratiue exiſtat; Chriſtus vero, ſiue in puncto, ſiue in parte ſit, totus ſimul, & penetratiue eſt.

Vbicunque eſt aliquid Chriſti ſacramentaliter, Totus Chriſtus eſt præſens, determinate, & non proportionaliter.

Atque hæc argumenta pariter illos, qui dicunt Chriſtum eſſe dumtaxat in partibus; quia nulla ſunt in continuo indiuiſibilia: loquuntur enim de partibus in infinitum diuiſibilibus, ac proinde proportionalibus, & per conſequens infinitis: quam ſententiam poſt veteres aliquos, tenent aliqui Recentiores, & in eis Lugus in præſenti Diſp. 8. ſect. 3. num. 57. Sed nec iſti euadunt præcipuas difficultates, ſiue Philoſophicas, ſiue Theologicas, vtpote ortas ex partibus proportionalibus, vt paulo ante monſtrauimus.

Nos ad præſentem quæſtionem reſpondemus primo; Chriſtum non eſſe in partibus proportionalibus. Quia tales partes nullæ ſunt, vt in Philoſophia fuſè probauimus; & nunc eodem argumentorum genere confirmatum videmus à Doctiſſimis noſtræ Societatis Philoſophis Roderico de Arriaga, & Franciſco de Ouiedo in Diſputat. Phyſicis: & in his Aragonum Regnis partes proportionales iam fere ab ſcholis relegatæ, tanquam prorſus implicatoriæ, & inconſequentes, & ingeniorum cruces, citraque vllam neceſſitatem excogitatæ. 19. Aſſerimus Chriſtum non eſſe in partibus proportionalibus.

Reſpondemus ſecundò Chriſtum eſſe ſimul, & ſemel in ſingulis indiuiſibilibus, & in ſolis illis: in toto autem toties, quot in ipſo indiuiſibilia ſunt. Quia continuum omne, ſiue permanens, ſiue ſucceſſiuum, ſolis conſtat indiuiſibilibus, iiſque numero finitis. Proinde cum panis, & vini ſpecies, ſit quoddam continuum, Chriſtus dumtaxat erit ſemel in ſingulis indiuiſibilibus: in toto autem ex eis compoſito erit toties quot in ipſo toto indiuiſibilia ſunt. Sic facile intelligitur totus Chriſtus in vno puncto, quia facile intelliguntur omnia puncta cum vno, atque adeo inter ſe penetrari, vt Diſp. 32. ſect. 3. probaui. Sic facile intelligitur non eſſe infinities ſub ſpeciebus, quia ſpecierum puncta non ſunt infinita. Ideo Lugus, & alij fatentur, hanc ſententiam facile ſe expedire à propoſita difficultate; rectiuſque dixiſſent à pleriſque tum Philoſophicis, tum Theologicis, quæ proportionalem continui compoſitionem reddunt omnino incredibilem. Sed eſſe ſimul & ſemel in ſingulis indiuiſibilibus, & in ſolis illis.

Poſſemus hic demonſtrare, quod alibi præſtitimus, & vt verum ſupponimus, continuum quodcumque corporeum, atque extenſum, tam realiter permanens, quam motum ſucceſſiuum realem, vel imaginarium, conſtare phyſice ſolis punctis, vel indiuiſibilibus determinatis quæ indiuiſibilia in rebus phyſicis, quæ nunc dantur finita ſunt numero; quæque ſibi immediate ſecundum præſentiam loci connectuntur, vel ſeſe attingunt vel ſuccedunt ſecundum durationem temporis vnum poſt alterum immediate. Verumtamen ab his tractatibus libentiſſime ſuperſedemus, cum videamus notiſſimam eſſe noſtram ſententiam eamque luculentiſſime traditam à Doctoribus ſupra citatis, & ab aliis pluribus in ſcholas introductam, & vſque eo promulgatam, vt iam fere communis inter Philoſophos huius æui poſſit appellari ſententia iſta: Continuum conſtat realiter ſolis indiuiſibilibus, ſeu punctis; atque adeo continuum finitum conſtat punctis phyſicè finitis. 20. Continuum phyſicè conſtitui ex indiuiſibilibus, vt verum ſupponitur ex Philoſophia.

DISPVTATIO XXXIV.

Qualiſnam ſit vnio ſubſtantiæ Chriſti cum accidentibus panis, & Vini.

SECTIO I. *Vniones ab aliis aſſertæ refutantur.*
§. 1. *Duæ vniones morales.*
§. 2. *Vniones duæ phyſicæ formales.*
§. 3. *Vniones aliæ duæ phyſicæ effectiuæ.*
SECTIO II. *Veram vnionem aſſero, probo, & propugno.*
§. 1. *Poſſibilis eſt ſubſtantiæ productio dependens ab accidente, & illam cum iſto phyſicè vniens.*
§. 2. *Per eiuſmodi actionem Chriſtus cum ſpeciebus phyſicè vnitur.*
§. 3. *Denominationes ex Vnione in Chriſto reſultantes.*

1. Vnio Chriſti cum ſpeciebus ad tres effectus neceſſaria.

VNio ſubſtantiæ Chriſti cum panis,& vini ſpeciebus ad tres fines, ſiue effectus debet eſſe ſufficiens. Primùm;vt circa ſpecies illas dicere poſſimus,Hoc eſt Chriſti corpus; Iſte eſt Chriſti ſanguis. Secundùm, Vt Chriſti ſubſtantia, & ſpecies ſint localiter inſeparabiles, & proinde quieſcentibus ſpeciebus, Chriſti ſubſtantia quieſcat, & motis illis,moueatur. Tertium;vt exiſtentibus in rerum natura illis ſpeciebus, Chriſti ſubſtantia ſub illis exiſtat;& illis corruptis,ibi eſſe deſinat. Proindè illa vnio, quæ tria iſta præſtiterit, & omnium optimè præſtiterit,erit reliquis præferenda.

SECTIO I.

Vniones ab aliis aſſertæ refutantur.

SEx inuenimus Vniones à variis DD. excogitatas, quarum inſufficientiã hac ſectione aperiemus,vt ita conſtet,aliã eſſe conſtituendã.

§. I.

Duæ Vniones morales.

2. Si Moralis ſolum, cur inſufficiens.

SCotus,Gabriel, aliique Scotiſtæ, Ocamus, Maior cæterique Nominales, apud Suarez Diſp.87.ſect.4.§.*Secunda ſententia*,putãt, inter Chriſti ſubſtantiã,& panis,ac vini ſpecies non intercedere vnionem vllã phyſicã, ſed moralẽ; ſitam ſcilicet in inſeparabilitate proueniente à ſolo Dei beneplacito,ſiue pacto. Lugus Diſp.6. n.4.ſententiam iſtã eo ſolo nomine reiicit, & impugnat,quia ſi Angelus coëxiſteret localiter ſpeciebus cum efficaci voluntate non recedẽdi ab eis,non ideò circa illas verè diceremus, *Iſte eſt Angelus*. Me tamen iudice, languet impugnatio. Nam tunc Angelus non cõponeret vnũ morale cum ſpeciebus, ideóque circa iſtas non rectè diceremus, *Iſte eſt Angelus*: nunc verò Chriſtus cum panis, ac vini ſpeciebus,tametſi phyſicè non eſſet vnitus, conſtitueret vnũ ens moraliter,nempè vnũ ſignũ,vnũ ſacramentum, vnũ cõpoſitũ ſenſibile;imò ipſæmet ſpecies eſſent,vt modò ſunt,ipſius Chriſti ſignũ;ideò circa ſpecies optimè diceremus,*Iſte eſt Chriſtus*.

3. Aliter impugnant Scotũ RR. alij:quia licet inſeparabilitas mutua Chriſti, & ſpecierũ prouenire poſſet à ſola volũtate diuina; tamẽ quod ab vnione creata proueniat conuenientius eſt diuinæ prouidentiæ,quæ ſolet effectus præſtare per cauſas ſecundas. Sed hac ratio nõ vrget: quoniã Dei prouidentia ſolet quidem effectus præſtare per cauſas creatas, ſi poſitis iſtis Deus ſe habeat vt cauſa vniuerſalis: Exempli gratia, eleuat intellectum lumine gloriæ,quia iſto poſito iam Deus concurrit vt cauſa vniuerſalis in ordine ſupernaturali ad viſionẽ. At poſita inter Chriſtũ,& ſpecies vnione creata, adhuc Deus ad prædictos effectus concurreret vt cauſa particularis,nempe eleuando cauſã mouentem localiter ſpecies,vt etiã localiter moueret Chriſti ſubſtantiã. Si ergò nexu phyſico poſito, perindè eſt Deus cauſa particularis ſupernaturalis illorum effectuum, ac non poſito, ſanè adducta ratio non perſuadet illum re ipſa poni.

At inquiunt, id perſuadent locutiones illæ receptiſſimæ: Chriſtus erga ſpecies exercet omnia munera,quæ panis,& vinũ exercebãt, excepta cauſalitate materiali, ſeu ſuſtentatione inhærentiæ: Chriſtus mouetur ad motũ ſpecierũ, & ab illis trahitur. Species continent Chriſtum inſeparabiliter. Contra verò quia locutiones illæ ſimiles ſunt iſtis, ſacramenta noua producunt gratiam,deſtruũt diuinam offenſam emũdant animam:quæ tamen iuxta veram,& ipſorum arguentium ſententiam, non perſuadent cauſalitatem phyſicã,ſed moralẽ:ergo ſimiliter.

Mihi ſententia Scotica ideo diſplicet,quia ſi nomine inſeparabilitatis intelligit ſolã inſeparabilitatem quoad locum,ita ſcilicet vt in quo ſpatio ſpecies quieſcunt,in eodem Chriſti ſubſtantia quieſcat & in quo illæ mouentur, hæc moueatur,& quò illæ feruntur,iſta feratur; hæc ſola inſeparabilitas in præſenti non ſufficit: nã vltra iſtã Chriſti ſubſtantia, & ſpecies aliã habent inſeparabilitaten, nempè quoad exiſtẽtiã; ita ſcilicet vt permanentibus ſpeciebus,Chriſti ſubſtantia in illarum ſpatio ſubſtantialiter exiſtat;illis autem corruptis,ſeu deſinentibus,ipſa Chriſti ſubſtantia ibi ſubſtantialiter deſinat. Si verò Scotus nomine inſeparabilitatis etiã iſtam intelligit,fateor hanc potuiſſe induci ſolo Dei beneplacito,vel pacto, non tamen ſufficienter ad conſtituendum in Euchariſtia verum ſacrificium:nam iſtud debet eſſe cauſa phyſica illius deſitionis Chriſti ad deſitionem ſpecierum; nec talis cauſa erit, ſi Chriſti ſubſtantia non pendeat phyſicè ab ſpeciebus; nec pendebit phyſicè ab ſpeciebus, niſi per actionem ipſius productiuam, & ſimul vnitiuam cum illis, prout ſectione ſequente declarabitur. 4. Vera ratio redditur.

Coninck q.75.art.2.dub.2.à n.94.vnionem aſtruit ſimilem illi, quam haberet corpus Petri beati penetratum cum corpore Ioannis viatoris: nam ſi Beatus vellet, poſſet viator mouere ſe,& immoto localiter Beato, penetrationẽ deſtruere,& à Beati loco recedere: ſi verò Beatus nollet, non poſſet Viator mouere ſe quieſcente Beato,nec quieſcere ambulante Beato;quia deberẽt ſingulæ partes Viatoris nouas ſubire penetrationes cum partibus, cum quibus penetratæ non erant,verbi gratia, dorium Viatoris cum pectore Beati,aut è cotra. Cùm ergo Chriſtus in Euchariſtia ponatur penetratus cum ſpeciebus,ipſo nolente vt ſpecies penetrationem ſui ipſius nouam efficiant,& ſubeant, neceſſe erit, vt immotus ipſe maneat, immotis ſpeciebus,& iis motis cum ipſis moueatur. 5. Sententia P. Coninck.

Sententiã iſtã fusè impugnat Lugus Diſp.6. ſect.1.ſed potiſſime quia cum totus Chriſtus ſit in toto ſpatio v.g.A,& totus in toto ſpatio B, 6. Impugnatur à P. Lugo.

Si

ſi ſpecies mouerentur Chriſto immoto, non ſequeretur aliqua ſpecierum penetratio cum eo, cum quo penetrata eſſet; quippe cùm totus Chriſtus cum omnibus, & ſingulis ſpecierum partibus eſſet penetratus, & omnes, ac ſingulæ ſpecierum partes cum toto Chriſto, & cum ſingulis partibus Chriſti. Sed contra, quia Chriſtus ita eſt totus in hac hoſtiæ parte, vt virtualiter diſtinguatur à ſe ipſo exiſtente in alterâ. Argumento eſt, quod ſi Chriſtus exiſtens totus in puncto A, & in puncto B, & in puncto C, & in puncto D, immotis punctis ſpecierum A, B, C, D, recederet motu locali, & ſucceſſiuo ab eis, ita moueretur ab ſpatio A, ad ſpatium B, & ab ſpatio B, ad ſpatium C, & ab ipſo ad ſpatium D, ac ſi re verâ non præextitiſſet in ſpatio B, nec in ſpatio C, nec in ſpatio D: proinde nouas, & æquiualenter diſtinctas penetrationes ſui ipſius cum illis ſpecierum punctis ſubiret; & perinde ſe haberet cum ſpeciebus, ac ſi Petrus, & Paulus Romæ penetrati eſſent, & Cæſar-auguſtæ impenetrati producerentur: non enim ſe poſſent Cæſar-auguſtæ naturaliter penetrare, quia ſcilicet vterque à ſemetipſo virtualiter, ſiue æquiualenter eſſet diſtinctus; & perinde ſe haberent Cæſar-auguſtæ, ac ſi Romæ non eſſent.

7. *Defenditur ab impugnatione illa; Non tamen admittitur.*

Ego itaque ſententiam Patris Coninck, non ſolùm ingenioſam arbitror, ſed etiam ſufficientem ad explicandam mutuam connexionem, & inſeparabilitatem localem inter Chriſti ſubſtantiam, & panis, ac vini ſpecies. Reor tamen eam ſententiam non admittendam, quia non poteſt rationem phyſicam reddere, cur ſpeciebus Euchariſticis permanentibus Chriſtus in illarum ſpatio ſubſtantialiter exiſtat, & corruptis illis ſubſtantialiter deſinat. Si enim Petrus, & Paulus in eodem loco penetrati eſſent, nec poſſent naturaliter vnus ex alterius loco diſcedere; non inde fieret, vt vno moriente, vel deſinente eſſe, alter quoque in eodem inſtanti moreretur, vel deſineret. Hic autem ponenda eſt vnio, quæ phyſicam neceſſitatem iſtius ſimultatis tum in exiſtendo, tum in deſinendo, inter Chriſtum, & ſpecies inducat, vt iam in confutatione præcedentis ſententiæ dicebamus.

§. II.

Vniones duæ phyſicæ formales.

8. VAſquez 1. p. Diſp. 188. cap. 7. & Diſp. 195. cap. 4. & 3. p. Diſput. 181. cap. 3. num. 18. exiſtimat, rem, quæ tota eſt in toto ſpatio, & tota in qualibet parte, non aliter adeſſe præſentem corpori extenſo, quàm per modũ quemdam vnionis in ipſa receptum, & ad corpus, cui præſens illa redditur, terminatum. Indeque infert, Angelum non aliter eſſe corpori præſentem, quàm per modum receptum in Angelo, & terminatum ad corpus. Cùm autẽ Chriſti ſubſtantia in Euchariſtiæ myſteriis, tota ſit in toto, & tota in ſingulis ſpatij partibus, conſequenter ait Vaſquez non aliter adeſſe præſentẽ ſpeciebus panis, ac vini corporalibus, quàm per modum vnionis in Chriſti ſubſtantia receptum, & inhærentem, & ad ſpecies illas terminatum. Addit vero modum iſtum, quo res ſpiritualiter exiſtens, corpori adeſt, non eſſe alligatum ad certum ſpatium, ſed comitari rem, in qua ſubiectatur: ac proinde modũ, quo Angelus fit præſẽs Petro, ferri cum Angelo, quocumque feratur Petrus, & cum ipſo Angelus: & modum, quo Chriſtus præſens efficitur ſpeciebus, ferri in Chriſto, quocumque ferantur ſpecies, & cum ipſis Chriſtus.

9. *Modus phyſicus P. Vaſq. non admittitur.*

Valdè nobis diſplicet hæc Philoſophia. Primò, quia falſo nixa principio, quod in Tractatu de Angelis fusè impugnauimus. Secundò, quia licet modus ille phyſicè connecteret vel Angelũ corpori, vel Chriſtũ ſpeciebus, neutrũ tamen præſentem redderet ſpatio corporis, vel ſpecierũ; quippe qui non eſt ad certũ ſpatium alligatus. Tertio, quia in hoc ſtatuendo modo ſui eſt immemor, Vaſq. exiſtimat enim omnia quæ ſunt abſoluta à loco, & rei inſunt in vno loco, ineſſe eidẽ in quocumque loco illa ſit: Atqui modũ iſtũ vnionis, quem in Chriſto ponit ad ſpecies, ait eſſe abſolutũ à loco: Ergo neceſſe eſt aſſerat ineſſe Chriſto vbicumque Chriſtus eſt, ac proindè in cælo quæ manifeſta eſt abſurditas. Quartò, quia neque hoc medio vnionis admiſſo ſequitur, vt ſpeciebus deſtructis Chriſtus deſinat ſubſtantialiter; quod in hac materia neceſſariſſimũ eſſe, iã ſæpius indicauimus.

10. *Neque modus alius R. R. DD.*

Doctiſſimi quidam Recentiores vnionem conſtituunt phyſicã & formalem, receptam in ſpeciebus vt in ſubiecto inhæſionis, & terminatam ad Chriſtũ, tanquam ad alterũ terminũ vnibilem: ſic nimirum ſicut vnio humana inhæret materiæ, & adhæret rationali formæ. Vnde ſicut per vnionem humanam neutrum extremorum ab altero pendet, & tamen ambo inter ſe phyſicè vniuntur; ità per vnionẽ iſtam nec ſpecies à Chriſto, nec Chriſtus ab ſpeciebus pendet, & tamen Chriſtus, & ſpecies phyſicè inter ſeſe copulantur: proinde ſicut perſiſtente immota hominis materia, perſiſtit etiam immota rationalis anima; & qui mouet hominis materiam, moueat neceſſe eſt etiam animã; & materia, & anima, quãdiu phyſicè vnitæ sũt localiter penetrantur; ità etiam ſe habẽt Chriſtus, & ſpecies dum illam retinent vnionem. Ita etiam ſentit Moncæus Diſp. 11. cap. 15. niſi quod vnionem formalem ponit, non inhærentem ſpeciebus, & terminatam ad Chriſtum, vt hi Doctores: ſed è contrà, inhærentem Chriſto, & terminatam ad ſpecies.

Quam Moncæus aſſerit.

11. *Quem Lugo non impugnat efficaciter.*

Impugnat Lugus vnionem formalem vniuerſim, quia cùm ſit à loco independens, vbicumque eſſet Chriſtus, illa eſſet, & proinde Chriſtus in cœlo eſſet vnitus panis, ac vini ſpeciebus. Nulla tamen eſt ſequela, quia non opus eſt, vt exiſtente corpore vno in duobus locis omnes formæ, etiam à loco abſolutæ, quæ phyſicè cum ipſo vniuntur in vno loco, phyſicè etiam vniãtur in altero. Et quidẽ in noſtro euentu ſpecialiſſima eſt ratio. Nam vt vnio ad ſpecies, quam in hoc altari Chriſtus habet, exiſteret etiam in cœlo, deberet nõ ſolùm ipſa, verùm etiam ſpecies, & manere in hoc altari, & conſtitui in cælo. Quis autem non videat multò eſſe connaturalius, quòd vnio hîc producta, non exiſtat in cœlo, quàm quod & ipſa, & ſpecies in cœlo cõſtituantur? præſertim cùm ad hoc ipſum neceſſe eſt, Chriſtum in cœlo ſacramentaliter exiſtere, nã hæc vnio in corpore localiter extẽſo nequit exiſtere. Quod ſi dicas, indè fieri hanc vnionẽ nõ eſſe prorſus à loco abſolutã, cùm requirat extẽſionẽ localẽ in vtroq; extremo: ſi hoc, inquam, dicas, inde tuã ſequelã deſtrues: quia ſi hæc non eſt à loco abſoluta, non debet Chriſtũ attingere, & vnire, in quocumque loco Chriſtus ſit. Quapropter vnionem iſtam Lugus non efficaciter diſſuadet.

Nec efficaciter eã ſuadẽt Recẽt. Citãt quidẽ pro

Vnio phyſica formalis non docetur ab Antiquis.

pro illa cunctos ferè illos Doctores, quos pro vnione phyſica formali refert Suarez Diſp.47. ſect.3.§.*In qua re*.Cæterû ij Doctores inſinuant quidê vnionê phyſicâ formalem,arctiorê tamê illa,quam hi conſtituunt,vt nos infrà num.25. declarabimus,dum oſtendimus,ea quæ grauiſſimi illi Doctores de vnione Euchariſtica prædicant, in ſolam vnionem à nobis aſſerendam conuenire. Ratione item agunt; quia ſcilicet hæc vnio poſſibilis eſt, & perfectiſſima: Ergo admittenda. Nego eſſe perfectiſſimam: quia licet apertè inducat in Chriſto, & ſpeciebus localem inſeparabilitatem; non tamen phyſicam neceſſitatem vt corruptis ſpeciebus Chriſtus in earum ſpatio ſubſtantialiter deſinat, quod in hoc myſterio prorſus requiritur,vt ſectione ſequente breuiter oſtendemus.

13. *Eſt etiam indigna Chriſto ſi quæ alia.*

Speciatim demum impugno modum vnionis Chriſto inhærentem, & ad ſpecies terminatum,quem adducit Moncæus. Quoniã omnes omninò Doctores, cùm aſſerant Chriſtum ſuſtentare ſpecies illas,addunt id facere, excepta inhærentia indignum ſcilicet Chriſto exiſtimantes,vt inhærentiam ſpecierum panis, ac vini ſuſtentet; & quoniam indè fieret,vt Chriſtus albus, ruber, dulcis, ab eiſdem ſpeciebus redderetur: Atqui modus ille Chriſto inhærens imperfectior eſt ſpeciebus; & proinde inhærentia per quam Chriſto inhæret, imperfectior eſt illa, per quam ipſæ ſpecies inhærerent: Ergo indignior eſt ille modus,qui Chriſto inhæreat,quàm ipſæ ſpecies.

Nec poſſent iſtæ per illum modum Chriſto vnitæ, non tribuere ſuos effectus formales, atque adeo certiſſimè illum redderent album,rubrum dulcem, odoriferum &c. Sequela iſta claret: nam effectus formalis non aliud eſt, quam entitas formæ communicata ſubiecto capaci talis effectus: Sed tunc entitas ſpecierum eſſet communicata Chriſto capaci effectuum formalium, albi, rubri &c. Ergo & illi communicarentur tales effectus. Nec obſtaret, quod ſpecies Chriſto non inhærerent:ſat enim eſſet ſi illum informarent, vnitæ cum Chriſto per modum inhærentem. Sic enim anima rationalis, etſi non inhæreat materiæ, illam reddit animatam: quia vnitur illi per modum materiæ inhærentem: & idem præſtaret anima Leonis,ſi crearetur, & creatione perſeuerante, vniretur materiæ per vnionem in materia inhærentem.

§. III.

Vniones aliæ duæ phyſicæ effectiuæ.

14. *Alia vnio dicitur ſpecies conſeruatrix.*

CLaudius de Sainctes Repetitione 9.cap.6. fol.339. pagina 2.poſt medium, non parum indicat,Henriquez verò lib.8. cap.24.n.5. & in Commentario lit. K. expreſsè affirmat, vnionem hanc eſſe actionem,qua Chriſtus cõſeruat ipſum eſſe ſpecierum.Hanc autem actionem ad tria videntur hi Doctores conſtituere. Primùm,vt Chriſtus illas ſpecies, tanquam inſtrumenta ſibi coniungat ad gratiam ſignificandam,& producendam.Secundùm, vt Chriſtus, & ſpecies ita vnum conſtituant, vt circa ſpecies rite dicamus, Hoc eſt corpus Chriſti, Iſte eſt ſanguis Chriſti; & proinde aggregatum ex Chriſto, & ſpeciebus vna adoratione colamus. Tertium, vt Chriſtus cum ſpeciebus ita ſit colligatus, vt vbicumque ſint ſpecies,ſit Chriſtus, quocumque illæ ferantur, feratur Chriſtus, & viciſſim.

Huic ſententiæ neutiquam acquieſcimus. Primò,quia ſpecies ſacramentales conſeruantur per actionem in eſſentia creatiuam: ad quã plerique Doctores cum S.Thoma tradunt,non poſſe creatam naturam diuinitus eleuari:Vnde ſaltem infertur, eiuſmodi actionem non eſſe actu conſtituendam ſine vrgenti neceſſitate, vel ingenti commoditate: Sed hîc nulla eſt eius neceſſitas, nulla commoditas. Ergo talis actio conſtitui non debet. Maiorem,& illationem Aduerſarij ipſi concedent. Minorem probamus quoad primam partem: quia ſacramentum non cauſat phyſicè gratiam; & quamuis cauſaret, ſanè ad hunc finem impertinens eſſet, quod ſpecies ab humanitate phyſicè conſeruarentur. Probamus quoad ſecundam partem; quia vt circa ſpecies dicamus *Hoc eſt Chriſti corpus*, & aggregatum ex iſto,& ſpeciebus eodem cultu afficiamus, ſat eſt ſi ſpecies vnum morale cum Chriſto efficiant,vt conſtat in aggregato Angeli, & corporis ab ipſo aſſumpti;& in aggregato regis, & purpuræ ipſũ tegenti;& in aggregato vini, & dolij,panis, & arcæ ipſum continentis. Probamus quoad tertiam partem;quia licet actio Chriſti in ſpecies ſufficiens ſit ad inſeparabilitatem localem Chriſti, & ſpecierum, vt num.25.patefiet; tamen ad hunc effectum ideò ponenda non eſt eiuſmodi actio, vel effectiua vnio,quia non faceret,vt deſinẽtibus ſpeciebus, Chriſtus phyſica neceſſitate deſineret; id autem, & ſimul illa tria, quæ recenſuimus, præſtabit facilimè, & clariſſimè alia vnio, quam infrà declarabimus. 15. *Sed non placet.*

Secundò quia quod ex duabus rebus vnam componentibus,altera alteram purè producat, aut conſeruet, hactenus inauditum eſt, tam in ordine naturali, quàm in ſupernaturali; Deus enim humanitatem aſſumptione ipſa producit; non formam purè produxit, ſed phyſicè ſecum vniuit. Materia namque formam ſubſtantialem non producit, nec forma ſubſtantialis materiam.Eſſentia ſuas proprietates producit quidem, ſed non merè producit, cum ſimul illas vt vera cauſa materialis inhærentes recipiat. Magnes cum ferro, & ſuccinum cum paleis, & quælibet mundi corporalis pars cum altera, quam ad impediendum vacuum attrahit, vnum quodammodò facit; Cæterum non rem illam,quam attrahit,merè,aut verè producendo,ſed impulſum ei localem imprimendo, Angelus qui aſſumit corpus, interdum illud ſupponit productum; interdum ipſe illud applicando actiua paſſiuis format, Deus illud generali concurſu conſeruat: vndè dum corpus Angelus aſſumit, non magis illud producit, aut conſeruat, quàm homo veſtem, dum illam aſſumit, & geſtat. Quorſum ergo Chriſtus dicatur ſpecies illas,quibus ceu veſtibus tegitur, efficienter phyſicè conſeruare? 16. *Quia friuolum fundamentum habet.*

Dices rationem eſſe, quia non illas aſſumit vt nudas veſtes,ſed vt ſuas proprietates, gerendo ſcilicet erga illas munus eſſentiæ. Contra quia ſi non illas ſecum phyſicè vnit,eaſque per ſe exiſtentes aſſumit,non aſſumit vt proprietates,ſed vt accidentia logica, & ſubſtantias extrinſecas, nimirum vt Angelus aſſumit corpus, & homo veſtem, idque quoad munus tegendi: non mouendi,cùm non ſpecies ad motũ Chriſti,ſed Chriſtus ad motum ſpecierum moueatur: ad quod fuſius requiritur dependentia

Chriſti

Chriſti ab ſpeciebus, quam iſtarum à Chriſto; de quibus poſteà.

17. Opinio P. Suarez.

Suarez diſp.47.ſect.3.cenſet, vnionem hanc eſſe actionem mutuam Chriſti phyſicè conſeruantis ſpecies extra ſubiectum; & ſpecierum producentium in Chriſto localem præſentiam, nimirum ad ſuum ipſarum ſpatium, & ita Chriſti ſubſtantiam ad ſe ipſas localiter attrahant, & ſuomet ipſarum ſpatio teneant. Quia mutuam iſtam inſeparalabilitatem non poteſt inducere actio non mutua; proinde aſſerenda eſt mutua. Subdit, actiones illas non eſſe de eſſentia ſacramenti Euchariſtiæ, quod permanens eſt, ideoque non in actione conſiſtens: eſſe tamen de eſſentia ſacramenti huius terminos illarum actionum, nimirum ſpecies ſacramentales, quæ per actionem Chriſti conſeruantur, & Chriſti præſentiam localem, quæ per actionem, ſpecierum efficitur. Ab hac ſententia parum, vel

Alia opinio P. Lugo.

potius nihil diſcrepat Lugus diſp.6.ſect. 2. niſi quod expreſſius aſſerit, tractionem illam, qua ſpecies Chriſti ſubſtantiam ſecum trahunt, fieri ab illis media qualitate attractiua ſpeciebus ipſis diuinitus indita.

18. Impugnantur Rationibus.

Ego à tota iſta ſententia vehementer abhorreo. Primò, quia in ſuis authoribus, & patronis admodum inconſequens eſt: alibi nempe affirmantibus verba conſecrationis, quæ planè tranſeuntia ſunt, eſſe Euchariſtiæ eſſentialia; & hic negantibus actiones illas eſſe Euchariſtiæ eſſentiales, quia tranſeuntes ſunt, & Euchariſtia permanens. Secundò, quia ad mutuam illam Chriſti, & ſpecierum inſeparabilitatem ſufficeret actio Chriſti in ſpecies determinari ad agendum non indiſtantes, aut propinquas, aut contiguas, ſed ſolum impenetratas: Ergo ad hunc effectum, licet actio conſtitui deberet Chriſti in ſpecies, non tamen ſpecierum in Chriſtum; vel ſi hæc poneretur, altera eſſet omittenda. Tertiò, quia falſo ſupponit, præſentiam eſſe formam phyſicam poſitiuam, quæ multis ſuprà impugnata fuit. Quartò, quia vnio duorum conſiſtens in actione, qua vnũ efficiat, & conſeruet alterum, numquam aliàs, neque in naturalibus, neque in ſupernaturalibus inuenitur, vt num. 15. iam attigi: proinde ita ſine fundamento aſſeritur. Quintò, quia non ponit vnionem ad explicandum, & propugnandum verum Miſſæ ſacrificium ſimpliciter neceſſariam, & omnibus prædictis effectibus ſufficiẽtiſſimam, vt in decurſu diſputationis oſtendam. Tandem quoniam ex hac opinione, prout quidem à Suarez traditur, plura ſequuntur incommoda, quæ Doctores non indicant, & ipſe breui perſtringam.

19. Item ab incommodis pluribus.

Cùm enim huic ſacramento, prout Suarez affirmat, eſſentialis ſit præſentia localis; & hæc per motum localem ſubſtantialiter varietur: ſequitur, Euchariſtiæ ſacramentum in motu locali ſubſtantialiter variari. Cumque præſentia permanens eſſentialiter differat à tranſeunte, & eſſentialiter ſucceſſiua; ſequitur, Euchariſtiam, quæ localiter quieſcit, eſſentialiter eſſe diuerſam ab ea, quæ localiter mouetur. Proinde Euchariſtiam in locali quiete eſſe ſacramentum totaliter permanens; & in locali motu eſſe ſacramentum eſſentialiter tranſiens. Et per conſequens, Euchariſtiam quidem, quæ fit cum primum verba conſecrationis integrè proferuntur, totam fieri per illa verba: Euchariſtiam verò non eſſe factam per verba conſecrationis, ſed per actionem agentis, quod localiter mouet ſpecies, etiamſi nec ſacerdos ſit, nec rationis, aut ſenſus capax. Nam illud agens eſt cauſa efficiens præſentiæ localis: & hæc eſt illi Euchariſtiæ eſſentialis, tanquam vnio: proinde ſicut homo producens vnionem animæ rationalis cum materia prima, producit hominem abſolute, & ſimpliciter; ſic illud agens, quod loco mouet Euchariſtiam, iſtam abſolutè, & ſimpliciter efficit. Imo ſimul eam efficit, & non efficit: efficit quidem ob rationes adductas: non autem efficit, quia ſupponimus eandem mouere, quam quieſcentem reperit. Quæ quidem incommoda licet non palam ſequerentur, ſi præſentia permanens à ſucceſſiua non differret eſſentialiter, cùm tamen eſſentialiter differat, ſine vlla tergiuerſatione ſequuntur.

Aliquis motor Euchariſtiæ efficeret ipſam; & non efficeret phyſicè.

20.

Prout autem illa opinio à Lugo traditur, vltra pleraque ex prædictis incommodis, aliud adiungit ſpeciale, nempe actionem illam Chriſti in ſpecies, non poſſe cohærere cum tribus aliis aſſertis, quæ idem Lugus partim de Sacramentis diſp.4.ſect.4.n.42. partim hoc loco diſp. 5.ſect. 2. à n. 49. propugnat. Primum eſt, ſi ſacramentum phyſicè produceret gratiam, id facturum per qualitatem ſibi diuinitus impreſſam, vt connaturaliter ageret; ſicut ob eundem finem creatus intellectus, & voluntas ad ſupernaturales actus efficiendos accipiunt habitus diuinitus inditos. Vnde ſicut ab hoc Doctore dicitur poſſibilis qualitas potens connaturaliter cum ſacramento producere gratiam, ita conſequenter dici debet poſſibilis qualitas potens cum Chriſto conſeruare ſpecies. Secundum Lugi placitum eſt, quando duæ res à loco independentes phyſicè inter ſe vniuntur, ſi vna pluribus in locis ſimul ponatur, alteram in eiſdem connaturaliter poni. Tertium eſt, rem illam quæ duobus in locis ſimul per Dei potentiam abſolutam ponitur, dum in illis eſt, non æquiualere pluribus rebus realiter diſtinctis; ac proinde ſi in vno poteſt operari, non propterea in aliis connaturaliter poſſe.

21. Chriſtus in ſacramento non agit phyſicè per Qualitatem impreſſam ipſi.

His poſitis ità diſſero. Vel Chriſtus ad conſeruandas ſpecies accipit qualitatem diuinitus impreſſam, vel non: ſi non accipit; non agit connaturaliter; eſt que in hoc deterioris conditionis, quàm eſſent Sacramenta, ſi gratiam phyſicè producerent. Si accipit, rurſus interrogo: vel iſtam qualitatem habet etiam in cœlo, vel non. Si non eam in cœlo habet; ergo quando duo ſunt in vno loco phyſicè vnita, & vnum in duobus locis ſimul ponitur, non connaturaliter ponitur alterum. Si verò Chriſtus eam qualitatem etiam in Cœlo habet: vel in cœlo per illam non agit, & ſic habet ibi otioſam: vel agit, & ſic per eandem qualitatem ſimul agit in diſtans, & in indiſtans, ſeu penetratum; quod eſt tum ſuperfluum, tum implicatiſſimum. Cõſequenter autem dici debet Chriſtus eandem numericam habere in omnibus Euchariſtiis. Cumque illa qualitas non æquiualeat tot numero diſtinctis, quot locis adeſt, non aget connaturaliter in omnibus illis. Quare vel Chriſtus in qualibet Euchariſtia tot habet numero qualitates, in quot Euchariſtiis ipſe eſt; ità ſcilicet vt vna dumtaxat in loco agat, & reliquæ otioſæ ſint hoc in loco; & in ſingulis aliis locis ſingulæ illarum agent, & reliquæ otientur, in quo ſatis ſe prodit abſurditas: vel certè licet nequeat vna qualitas in omnibus ſimul locis agere iuxta ſuas vires, aget tamen diuinitus ſupra illas, & redibit quæſtio, num ad hoc ipſum

accipiat qualitatem aliam, cuius interuentu agat connaturaliter: nec poterit negari, nec affirmari. Non quidem negari; quia ſi qualitas eleuans non agit connaturaliter, inconſequenter dicitur ſubſtantia eleuata debere agere connaturaliter. Non autem affirmari: quia ſecunda iſta qualitas debebit in omnibus Euchariſtiis, & in cœlo eſſe, & de illa redibunt difficultates propoſitæ, & tandem ſequetur progreſſus qualitatum infinitus.

Denique vel qualitas Chriſto indita, eſt Euchariſtiæ ſacramento eſſentialis, vel ſolum proprietas: Neutrum abſque incommodo dici poteſt. Ergo, &c. Dici non poteſt eſſentialis, nam ad eſſentiam iſtius ſacramenti cum plures Doctores ſolum admittant vel ſpecies in recto, & Chriſti ſubſtantiam in obliquo: vel in recto ſolam Chriſti ſubſtantiam, & in obliquo ſpecies vel aggregatum ex Chriſto, & ſpeciebus ſacramentaliter vnitis: ſed qualitas iſta non eſt Chriſti ſubſtantia, vel ſpecies, vt per ſe claret: nec eſt: vnio, cum non ſit ipſamet actualis productio, & conſeruatio ſpecierum, ſed ſolummodo virtus effectiua illius: Ergo qualitas iſta dici non poteſt eſſentialis huic ſacramento, niſi contra omnes omnino Doctores. Minus dici valet eſſe proprietas: quoniam hæc ab omnibus dicitur eſſentiam ſubſequi, vel ſaltem non re, aut ratione præcedere: qualitas autem, de qua loquimur, eſſentiam ſacramenti ſaltem naturæ ordine præcedit: Ergo dici nequit eſſe proprietas. Nec dici poteſt eſſe proprietas ſubſtantiæ, Chriſti, vt potentis componere hoc ſacramentum: Nam ſi actualis conſeruatio ſpecierum per Chriſti ſubſtantiam exhibita, eſſentialis eſt Euchariſtico ſacramento, ſanè aptitudo ad eam exhibendam, conſiſtens in iſta qualitate, non erit proprietas Chriſti vt potentis Euchariſtiam componere; ſed eſſentiam ipſius, vt potentis componere, ingredietur.

22. Ratio P. Lug. disp. 6. ſect. 2. Arguit P. Lugus hunc fere modum: Chriſtus dicitur exercere circa ſpecies omnia ſubſtantiæ munera, excepta cauſalitate materiali, ſuſtinendi inhærentiam: Atqui potiſſimum ſubſtantiæ erga accidentia munus, eſt illa ſuſtentare: Ergo Chriſtus dicitur accidentia illa panis, & vini ſuſtentare: non niſi efficienter: Ergo vnitur illis per influxum actiuum prædictum: & inde fiet, vt circa ſpecies illas dicere poſſimus, *Hoc eſt Chriſti corpus, Iſte eſt Chriſti ſanguis.*

Redarguitur. Contra, quia vel ſuſtentare accidentia ſumitur propriè, vel impropriè. Si propriè, ſubſtantia non aliter ſuſtentare dicitur accidentia, quam cauſando illa materialiter, ſeu quod idē, ſuſtinendo illa, vt verum inhæſionis ſubiectum, ac proinde cum ipſis phyſica, & formali vnione coniunctum; proinde ſi Chriſtus ſpecies panis, ac vini propriè ſuſtentat, ad hoc munus inſufficiens, eſt imo & impertinens effectiuus Chriſti concurſus in illas. Si verò ſuſtentare accidentia impropriè ſumitur, ad hoc munus neceſſarius non eſt ille concurſus; ſed ſufficit, ſi propter Chriſtum ſpecies illæ diuinitus conſeruentur, quod eſt quidpiam morale, non actio Chriſti phyſica in ipſas. Neque vero hæc requiritur ad hoc, vt intento in ſpecies digito rectè dicamus, *Hoc eſt Chriſti corpus*; *Iſte eſt Chriſti ſanguis*: nam ad hunc finem ſatis eſt (vt ſupra dicebam) ſi Chriſti ſubſtantia cum ſpeciebus vnum moraliter conſtituat.

Nec incommodis caret ea qualitas, quam Lugus ait ſpeciebus diuinitus immiſſam, vt Chriſti ſubſtantiam in ſuo ipſarum loco ſemper teneant. Tum quia qualitas illa ſtatim apparet fictitia; præſertim cum dicatur ponenda eſſe, quia prior actiuitas Chriſti in ſpecies non ſatis eſt ad localem inſeparabilitatem Chriſti, & ſpecierum: nam & illa actiuitas conſtituenda non eſt, & ſi conſtituatur, ſufficit ad eam inſeparabilitatem, vt num. 18. declarauimus. Tum etiam quia qualitas magneticæ ſimilis, non eſt localis vnio actualis, ſed virtualis, nimirum productiua vnionis actualis, quæ eſt præſentia. Vel ergo de ratione huius ſacramenti eſt vnio virtualis, vel actualis: & vtrumuis dicatur obnoxiū eſt iiſdem incommodis, quæ vel ex doctrina Patris Suarez. n. 19. vel ex doctrina Patris Lugo num. 20. deduximus.

SECTIO II.

Veram vnionem affero, & propugno.

QVia nexus, quem inter Chriſtum, & ſpecies meditamur, ſummi momenti eſt, tum ad clare, & facilè philoſophandum in hoc myſterio ſine obſcuritate, & incertitudine confutatarum vnionum; & quod caput eſt, ad tuendam in Miſſa veram ſacrificij rationem; eſt que nunc à fundamentis erigendus; ideò neceſſe erit ſequentem notationem ei præmittere.

§. I.

Poſsibilis eſt ſubſtantiæ productio dependens ab accidente, & illam cum iſto phyſicè vniens.

CVm in tomo de Incarnatione diſp. 12. pronunciaturus eſſem, productionem humanitatis fuiſſe dependentem à Verbo, tanquam extremo vnibili, & proinde illius cum iſto phyſicam vnionem præmiſi In ſectione I. & latè confirmaui, poſſibilem eſſe ſubſtantialē creationem, quæ non ſolum pendeat phyſicè, & per ſe ipſam, & eſſentialiter ab agente, & termino, ſed etiam ab alio tanquam ab extremo vnibili: & proinde terminum cum extremo iſto phyſicè vniat. Nunc aſſertioni ſimili ſimilem præmittimus notationem. 23.

Dicimus itaque, vt ad rem propius accedamus, poſſibilem eſſe actionem, per quam Chriſti ſubſtantia producatur dependenter ab ſpeciebus: ita ſcilicet vt illa productio ſimul phyſicè, & per ſe ipſam attingat Chriſti ſubſtantiam vt terminum ipſius interuentu productum; & panis, ac vini ſpecies, vt extremum cum Chriſti ſubſtantia vnibile; & proinde cum talis productio cum vtroque extremo phyſicè, ac per ſe ipſam vniatur, & per cōſequens vt quo, vtrumque extremum phyſicè vniat, reddatque phyſicè vnitum vt quod. Sic nimirum, vt iuxta ſententiam valde probabilem; & mihi certiſſimam, eductio cuiuſlibet formæ, quia per ſe ipſam phyſicè, ac eſſentialiter attingit & ſubiectum, & formam, & vtrique phyſicè vnitur eſſentialiter, & vt quo, propterea vtrumque reddit phyſicè vnitum vt quod. Ita, inquam, poſſibilis eſt Chriſti productio, quæ phyſicè per ſe ipſam pendeat ab

Poſſibilis eſt Actio, qua Chriſtus producatur dependens intime ab ſpeciebus.

Digitized by Google

ab ſpeciebus, non quidem tamquam eductio & à ſubiecto inhæſionis, ſed tanquam ab extremo per ipſam vnibili, & proinde Chriſtum, & ſpecies phyſicè reddat vnitos.

Ac primum in hoc nulla oſtendi valet implicatio. Quod enim aliquis forſan obiiceret, omnem vnionem phyſicam ſupponere in altero ſaltem extremorum veram aliquam incompletionem, hoc, inquam, & in rebus naturalibus verum non eſt, vt conſtat ex vnione continuatiua duarum aquarum, quæ phyſica, & formalis eſſe dicitur, & tamen neutram ſupponit incompletam, ſed potius ambas completas. Et quamuis illud verum eſſet iuxta legem ordinariam, & naturalem, non continuo neceſſarium foret ſecundum extraordinariam, & ſupernaturalem: alioquin vna materia vnam præhabens formam ſubſtantialem, non poſſet, ea retenta, cum altera diuinitus vniri. Quid item implicat, vel quas duas contradictorias afferret vnio phyſica inter Petrum, & Paulum, inter Michaëlem, & Gabrielem? Quin etiam in Tomo de Incarnatione diſp. 25. non ſolum ratione, ſed etiam authoritate grauiſſima, & clariſſima confirmauimus, poſſe naturam vnam, propria perſonalitate retenta, ad alterius perſonalitatem diuinitus vniri.

24. Probatur ratione ſpeciali.

Deinde actionem illam ſubſtantiæ productiuam, & ſimul cum ſpeciebus vnitiuam, non repugnare poſitiue probatur. Quia ſicut Angelus, exempli gratia, naturaliter producitur per actionem independentem ab alio, præter agens, & terminum, ſic albedo naturaliter producitur per actionem dependentem ab alio, præter agens, & terminum, nempe à ſubiecto, cum quo albedinem phyſicè coniungit. Sed albedo ſupernaturaliter produci valet per actionem, quæ non pendeat ab alio præter agens, & terminum, ac proinde nec iſtum cum aliquo tertio phyſicè nectat: Ergo & Angelus poteſt diuinitus produci per actionem pendentem ab alio præter agens, & terminum, & proinde nectentem iſtum phyſicè cum illo tertio; atque adeo & Chriſtus per actionem pendentem ab ſpeciebus, & quæ illum cum iſtis phyſicè vniat.

Præterea quoniam actioni creatiuæ non repugnat dependentia ab eiuſmodi tertio, quod non ſit ſubiectum inhæſionis: Tum quia talis repugnantia libere fingeretur, cum in definitione creationis neque expreſſe, neque tacitè, vel implicite contineatur. Tum etiam quia de facto plerique docent, vnionem continuatiuam partium materiæ primæ produci per creationem, quæ tamen ab extremis vnibilibus, quatenus talibus eſſentialiſſime pendeat: & plerique alij cum Petro Hurtado tuentur, vnionem humanam produci poſſe diuinitus per creationem, quæ tamen à materia prima & ab anima rationali ſimiliter dependeret.

Chriſti humanitas creata per actionem ſe ipſa pendentem à Verbo, vt vnibili.

Poſtremo, quoniam vt in Tomo de Incarnatione diſp. 12. ſect. 2. ex ſummis Pontificibus, Conciliis, Patribus, & Scholaſticorum grauiſſimis, & planè Principibus, rationibúſque probauimus; Chriſti humanitas in Incarnationis momento producta fuit per actionem ſe ipſa phyſicè pendentem à Verbo; tanquam ab extremo vnibili, atque adeo ſe ipſa vnitiuam vtriuſque: Ergo non repugnat productio, vel etiam creatio rei ſubſtantialis, quæ præter agens, & terminum eſſentialiter, & per ſe ipſam phyſicè pendeat ab alio, tanquam ab extremo vnibili, & ipſam cum illo phyſicè coniungat. Et proinde nec repugnat Chriſti humanitatem in Euchariſtia produci per actionem, quæ pendeat ſe ipſa ab ſpeciebus, ſicque illius cum iſtis phyſicus nexus, & vnio, & vnitio realiter.

§. II.

Per eiuſmodi actionem Chriſtus cum ſpeciebus phyſicè vnitur.

Aſſerimus, vnionem Chriſti cum ſpeciebus, eſſe actionem productiuam ſubſtantiæ Chriſti dependenter ab ſpeciebus, & proinde illam cum iſtis phyſicè vnientem. Quemadmodum enim in Incarnationis myſterio vnio hypoſtatica humanitatis ad Verbum nihil aliud eſt, quam eiuſdem humanitatis productio eſſentialiter, ac per ſe ipſam phyſicè à Verbo pendens, illudque phyſicè attingens, & proinde eidem Verbo, & humanitati per ſe ipſam, eſſentialiter, & vt quo vnita, & per conſequens, vtrumque reddens vnitum vt quod: ita in Venerabili Sacramento vnio Euchariſtica ſubſtantiæ Chriſti cum ſpeciebus, nihil eſt aliud, quam eiuſdem ſubſtantiæ productio, eſſentialiter ac per ſe ipſam phyſicè attingens illas ſpecies, phyſicè ab ipſis dependens; & proinde & cum Chriſti ſubſtantia, & cum ſpeciebus phyſicè vnita vt quo; & ex conſequenti, vtrumque illorum extremorum reddens cum altero phyſicè vnitum vt quod. Hanc vnionem aſſerimus, quia in eam optimè quadrant omnia, quæ de vnione Chriſti cum ſpeciebus, ab Eccleſia, Patribus, & Doctoribus traduntur: & quia tria illa munera, quæ ab vnione Chriſti cum ſpeciebus præſtari debent, & à nulla vnionum, quas reiecimus, imò nec ab omnibus ſimul præſtantur, hæc vnio quam proponimus clariſſimè præſtat; quæ omnia iam oſtendenda ſuſcipimus.

25. Subſtantia Chriſti producitur actione iſtam vniente cum ſpeciebus.

Quæ vnitio & vnio habet omnia requiſita; non vero aliæ refutatæ.

26. Quæque requiruntur ex Conciliis PP. & DD.

Eccleſia tota profitetur, & prædicat cum Concilio Lateran. in cap. *Firmiter* de ſumma Trinit. & fid. Cathol. vnionem ſpecierum, & Chriſti, eſſe vnionem continentis, & contenti; ſic nempe vt ſpecies contineant, & Chriſtus ab illis contineatur. Doctores omnes admittunt, eſſe vnionem hanc per omnia ſimilem illi, qua ſubſtantia ſub ſuis continetur accidentibus, excepta ratione inhærentiæ, cum ſpecies in Chriſti ſubſtantia non inhæreant. Grauiſſimi Doctores cum S. Bonauentura, Richardo, & aliis apud Suarez diſp. 47. ſect. 3. iuxta principium, adiiciunt, per hanc vnionem eſſe Chriſti ſubſtantiam magis intimam accidentibus alienis, quam propria illorum ſubſtantia ipſis intima fuerat. Denique non ſolum Doctores omnes cum Cardinali Caietano q. 45. art. 1. §. *Circa præſens*, vnionem iſtam eſſe nouam, & cum aliis Doctoribus eſſe ineffabilem quæ duo de hypoſtatica vnione Concilia, Patres, & tota Eccleſia paſſim enunciat: verum etiam non pauci cum Cardinali Alano lib. 1. cap. 34. & quod amplius eſt cum S. Ioanne Damaſceno lib. 4. de fid. c. 14 pronunciant, eſſe ipſi vnioni hypoſtaticæ, ſimilem.

Sic ſpecies continent Chriſtum.

Et vnio noua, & ineffabilis, & ſimilis Hypoſtaticæ.

Hæc omnia, & ſingula noſtræ vnioni quam aptè, & examuſſim quadrent, vel mediocre ingenium ſtatim percipiet. Si enim accidentia ligni, quamuis ligni productio ab eis eſſentialiter non pendeat, quia tamen ligneam tegunt

gunt, & quodammodò protegunt, fouentque ſubſtantiam, iſtam proprie continent accidentia Euchariſtica, à quibus Chriſti ſubſtantia non ſolum tegitur, verum etiam eiuſdem ſubſtantiæ productio, & conſeruatio eſſentialiſſimè pendet, iure optimo, & ſpecialiſſimo dicuntur Chriſti ſubſtantiam continere. Atque ideò ſcilicet hæc vnio dicitur illi perſimilis, excepta ratione inhærentiæ: nam per iſtam accidentia pendent à ſua ſubſtantia, per vnionem autem, quam aſtruimus, non pendent ſpecies à Chriſti

27\. Species non pendent phyſicè à Chriſti ſubſtantia, ſicut hæc ab ipſis.

ſubſtantia phyſicè, ſed hæc ab illis. Hinc etiam fit, vt ſubſtantia Chriſti multo ſit intimior accidentibus panis & vini, quam ipſe panis, & vinum erant; nam iſtorum productio non pendebat ab accidẽtibus illis eſſẽtialiter, productio verò ſubſtantiæ Chriſti ab illis eſſentialiter pendet: proinde optimè dici poteſt, ſpecies illas intimas fuiſſe ſubſtantiis panis, & vini, à quibus ipſorum productio, & conſeruatio, eſſentialiter pendebat; Chriſti verò ſubſtantiam eſſe intimam ſpeciedus eiſdem, à quibus eius productio, & conſeruatio eſſentialiſſime pendet: in aliis verò ſententiis falſum clariſſime eſt,

Chriſti domini ſubſtantia magis eſt intima ſpeciebus, quam ſubſtantia Panis.

Chriſti ſubſtantiam magis eſſe intimam ſpeciebus, ac panis, & vini ſubſtantiæ fuerant. Inde tandem fit, vnionem hanc non ſolum eſſe nouam, vt vnionem hypoſtaticam, ſed etiam ei ſimilimam. Eſt enim actio independens quidem à ſubiecto, ſicut vnio hypoſtatica, ſeu incarnatio; pendens tamen phyſicè, & eſſentialiter ab aliquo præter agens, & terminum, tanquam ab extremo vnibili, & proinde ſuum terminum cum ipſo phyſicè copulans: ſicut phyſicè ſuum copulàt incarnationis actio; niſi quod hæc eſt hypoſtatica vnio, quia ad hypoſtaſim, ſeu perſonam; non autem illa, quam aſſerimus, quia neque ad hypoſtaſim, neque ad aliquid ſubſtantiale, ſed ad extremum vnibile accidentale.

28\. Deinde ex Euchariſtica vnione tria illa debent procedere, quæ num. 26. & ſæpè recenſuimus. Primum, vt circa ſpecies rectè dicamus, *Hoc eſt Chriſti corpus; Iſte eſt Chriſti ſanguis*. Secundum, vt Chriſtus, & ſpecies localiter ſint inſeparabiles. Tertium, vt ad ſpecierum deſtructionem Chriſtus in ipſarum ſpatio phyſice, ac ſubſtantialiter deſinat, nullaque vnionum illarum, quæ circumferuntur, ad hæc omnia præſtanda ſufficit, imò nec omnes ſimul, vt ſupra vidimus: Atqui vnio, quam aſſerimus, illa omnia tria planiſſimè, & pleniſſimè præſtat: Igitur neceſſario conſtituenda eſt. Minor, quæ ſola probationem exigit, per partes oſtenditur.

Munus Primum vnionis Euchariſticæ euidenter oſtenditur.

Primum enim illorum munerum hæc vnio abunde præſtat: quia cum phyſicè vniat Chriſti ſubſtantiam viſibilem ad ſpecies viſibiles; abunde ſufficit, vt ex Chriſto, & ſpeciebus reſultet vnum compoſitum ſenſibile; ad eum modum, quo ex ligni ſubſtantia, & ipſius accidentibus; multoque magis, quam ex Angeli ſubſtantia, & apparente corpore aſſumpto, reſultat vnum compoſitum ſenſibile. Sed iſtæ vniones ſatis ſunt, vt intento digito in accidentia ligni, rectè dicamus *Hoc eſt lignum*, & intento digito in corpus illud apparens ab Angelo aſſumptum, probe dicamus, *Iſte eſt Angelus*; Ergo vnio, de qua loquimur, abunde ſufficiet, vt intento digito in Euchariſticas ſpecies, rite dicamus, *Hoc eſt Chriſti corpus*, *Iſte eſt Chriſti ſanguis*. Abunde, inquam, quia ad eiuſmodi locutiones neceſſarium non eſt, vt id quod oculis apparet, cum eo, quod non apparet, vniatur phyſicè, ſed ſufficit ſi vniatur minori vnione, v. g. veſtimenti cum homine veſtito; continentis cum re contenta, vt arcæ cum pane, ſaxi cum frumento.

Munus ſecundum æque clariſſime patet.

Secundum illorum munerum, quod erat, reddere Chriſti ſubſtantiam, & ſpecies localiter in ſeparabiles, non minus clarè præſtat hæc vnio: nectit enim phyſicè Chriſti ſubſtantiam cum ſpeciebus in eodem ſpatio cum illa penetratis: Ergo clariſſimè facit, vt Chriſti ſubſtantia, & ſpecies localiter ſint ſimul, & ſeparari nequeant, proinde immotis ſpeciebus immota ſit Chriſti ſubſtantia, & motis illis illa moueatur, quocumque ſpecies feruntur, Chriſti ſubſtantia feratur, & vbi ſpecies ſiſtunt, ſeu quieſcunt, Chriſti etiam ſubſtantia ſit, & quieſcat.

Tertium munus manifeſtè etiã declaratur.

Tertium munus, vt ſpeciebus corruptis, ac deſinentibus, Chriſti ſubſtantia in ſpatio locali, vbi ſpecies erant, phyſica neceſſitate ſubſtantialiter deſinat, æquè manifeſte noſtra vnio præſtat. Nam eſt phyſica productio Chriſti phyſicè eſſentialiter, & per ſe ipſam affixa ſpeciebus: Ergo illis deſtructis neceſſe eſt, deſtruatur, & proinde Chriſtus ibi ſubſtantialiter deſinat.

Quæres tamen, quorſum tertium iſtud munus in hac diſputatione tantopere requiramus? 29.
Nam ad eſſentiam Euchariſtici ſacramenti ſatis eſſet, quod Chriſtus ita eſſet vnitus ſpeciebus, vt cum illis vnum moraliter conſtitueret: quod autem ſpeciebus deſtructis, ipſe ibi phyſica neceſſitate ſubſtantialiter deſinat, profectò ad Euchariſtici ſacramenti rationem non exigitur; imò quamuis Chriſtus ibidem ſubſtantialiter permaneret, adhuc morale compoſitum ex ipſo, & ſpeciebus, quandiu tale compoſitum perſiſteret, verum eſſet Sacramentum Euchariſticum.

Et eſt hoc neceſſarium in noſtro ſacramento & ſacrificio Miſſæ.

Reſpondemus, vnionem, quæ phyſica neceſſitate inducat, vt corruptis ſpeciebus, Chriſtus ibi ſubſtantialiter deſinat, non requiri tanquam neceſſariam ad Euchariſtiæ ſacramentum præciſe, nam hoc ratio facta clariſſimè probat; Sed ad Euchariſtiæ Sacramentum, quod actu inſtitutum eſt; cuius ſcilicet confectio ſit verum, ac proprium Sacrificium.

Porro autem huius ipſius neceſſitatis rationem cum in diſp. 22. de Miſſæ ſacrificio diſſerentes, fusè explicaturi, & confirmaturi ſimus, nunc breuiſſime proponimus. Verum ſacrificium eſſentialiter eſt actio phyſicè inducens veram, ſubſtantialem, & phyſicam deſtructionem eius rei quæ ſacrificatur, ſeu per ſacrificium offertur. Proinde cum in Miſſa verum ſit ſacrificium, & per ipſum Chriſtus offeratur, actio ipſius ſacrificatiua debet eſſe cauſa phyſicè inducens veram, & phyſicam, & ſubſtantialem eiuſdem deſitionem Talis autem non erit, ſi Chriſti in Euchariſtia productio ab ſpeciebus phyſicè non pendeat: nam ſpeciebus deſtructis non deſinet ibi Chriſtus ſubſtantialiter neceſſitate phyſica, ſed ad ſummum ex placito diuino: proinde nulla erit actio propriè Chriſti deſtructiua, & per conſequens nec phyſicè ſacrifica.

Actio ſacrifica qualis ſit deſtructiua ſubſtantiæ oblatæ.

Erit verò, ſi in Euchariſtia Chriſti productio pendeat ab ſpeciebus eſſentialiter, per ſe ipſam, atque adeò phyſicè. Species enim panis, & vini, tum ex natura ſua longiſſimè minus durant, quam homo naturaliter viuere ſoleat: tum ex præcepto diuino illas recens conſecratas ſumendi, paulo poſt conſecrationem deſinunt: Proinde Chriſtum producere dependenter ab ſpeciebus eſt cum pro ucere cum phyſica neceſſitate

ceſſitate

Digitized by Google

ceſſitate confeſtim deſinendi, & quaſi lethaliter percuſſum. Quapropter vna, & eadem conſecrationis actio ſimul erit & Chriſti productiua, quia Chriſtum ſubſtantialiter ſub ſpeciebus productiue conſtituet; & eiuſdem Chriſti phyſicè, & ſubſtantialiter deſtructiua, quoniam erit cauſa phyſica, vt Chriſtus paulo poſt phyſicè, ac ſubſtantialiter deſinat; ideoque propriiſſimè, ac ſtrictiſſimè erit Chriſti ſacrificatiua: ſic nimirum vt eſſet in lege veteri lethalis percuſſio tauri à Sacerdote cum ſacrificandi intentione in templo facta, ex qua taurus non ſtatim, ſed poſt horam moreretur. Quæ omnia locis prædictis latiſſime perſequimur.

§. III.

Denominationes ex ea vnione in Chriſto reſultantes.

30. PAter Ioannes de Lugo diſp. 6. ſect. 3. duas proponit regulas. Prior eſt, Prædicata, quæ pertinet ad motum localem, vt eleuari, deferri, propriè tribuuntur Corpori Chriſti. Altera eſt, prædicata, quæ ſignificant aliud genus mutationis factæ circa ſpecies, ſeu aliquod prædicatum conueniens propriè ſpeciebus, vt calefieri, & frigefieri, videri, tangi &c. non poſſunt, niſi impropriè, & figuratè attribui Corpori Chriſti, ſcilicet vt contento ſub ſpeciebus, quibus ea prædicata propriè competunt. Hæ tamen regulæ, quamuis admittantur vt veræ, mancam afferunt doctrinam, quia non explicant, num ipſe ſpecies panis, & vini Chriſto tribuant ſuas ipſarum denominationes, nempe albi, rubri, dulcis, &c. quæ denominationes ad neutram illarum regularum pertinent, & quidem primo loco expediri debent; cum ſint cæteris anteriores, nempe quarum poſitio, vel non poſitio ipſam Chriſti corporis cum ſpeciebus vnionem independenter ab omni alia vnione, vel actione conſequitur.

Lugi regula licet ſit vera, eſt tamen inſufficiens.

31. Nobis hac de re quatuor occurrunt canones: duo circa ſpecies, duo circa reliquas formas. Primus eſt, Prædicata, quæ inuoluunt effectum formalem ſpecierum proprium, & ipſis ex natura ipſarum debitum; ratione iſtius vnionis, aut ratione ſpecierum Chriſto vnitarum, ei non competunt, v. gr. eſſe album, rubrum, calidum &c. Ratio eſt, quia eſſe album, rubrum & ſimilia, dicit eſſe ſubiectum inhæſionis; qua ſcilicet, vel albedo, rubor, & alia qualitas immediate inhæreant; vel ſaltem per ſe exiſtentes, vt anima rationalis, ſubiectum informent modum vnionis eidem ſubiecto inhærentem, ſicut anima rationalis materiam medio modo vnionis educto, & inhærente materiam informat. Sed Chriſtus neutro modo ſubiectum eſt albedinis, ruboris, aut cæterarum eiuſmodi qualitatum: Ergo non accipit ab eis denominationem, vt albi, rubri, & ſimiles.

Authoris regula quadruplex & Prima.

Cur non denominetur Chriſtus Albus, dulcis, &c.

Oppones. Subſtantiam creatam naturaliter ſubſiſtere, non minus eſt eſſe ſubiectum ſubſiſtentiæ; quam eſſe albam ſit eſſe ſubiectum albedinis, vel dealbationis inhærentis: Sed Chriſti humanitas, vnita ſupernaturaliter ſubſiſtentiæ diuinæ, licet illam non ſuſtentet, nec cum illa vniatur per vnionem ſibi inhærentem, tamen à ſubſiſtentia diuina denominatur ſubſiſtens: Ergo & Chriſti corpus, licet nec ipſi inhæreant ſpecies, nec ipſarum vnio, cum tamen ipſis phyſicè vniatur, denominabitur ab illis album rubrum, &c.

Reſpondeo primum, in ſententia noſtra falſam eſſe maiorem; qui tenemus ſubſiſtentiam creatam eſſe ipſam ſubſtantialem productionem à ſuppoſito independentem: terminus autem non eſt inhæſionis ſubiectum reſpectu ſuæ productionis. Reſpondeo rurſus, nec in ſententia communi robur eſſe obiectioni. Nam ſi ſubſtantiam creatam naturaliter ſubſiſtere, & eſſe ſubiectum ſuſtentans immediatè ſibi inhærentem modum vnionis, quo ſubſiſtentia ipſi vnitur: iam hoc habet iuxta communem ſententiam Chriſti humanitas, vtpote quæ phyſicè ſuſtinet hypoſtaticam vnionem ex ipſa eductam, ipſique inhærentem.

Secundus Canon. Effectus formalis ſupernaturalis, proprius vnionis phyſicæ, inter Chriſti ſubſtantiam, & ſpecies interuenientis, in Chriſti corpus, & ſanguinem propriiſſimè deriuatur, nempe eſſe cum illis phyſicè vnitum. Nam effectus primarius formalis, & eſſentialis alicuius formæ, nullatenus poteſt non communicari ſubiecto, cui forma communicatur, ſi ſubiectum capax eius effectus ſit: Sed Chriſti corpori, & ſanguini communicatur vnio cum ſpeciebus propria, & phyſica, & Chriſti corpus, & ſanguis capacitatem habent; vt ſint, denominentur, & dicantur cum ſpeciebus phyſicè vnita: Ergo effectum iſtum formalem ab vnione ſortiuntur. 32.

2. regula denominationis vnionis.

Tertius Canon. Effectus formales prouenientes à motu, vel quiete locali, proprie quidem communicantur Chriſto per vnionem ad ſpecies; non tamen formaliter, ſed tanquam per conditionem. Prior pars conſtat, quia Chriſtus verè, & propriè recipit in ſe motum localem inhærentem, & eo motu verè, & propriè mouetur, & eo ceſſante, verè, ac propriè quieſcit. Altera pars videtur eſſe contra Lugum ſuprà, æquè tribuentem effectus iſtos vnioni, ac reliquos. Probatur autem, quia licet Chriſtus in Euchariſtia non eſſet vnitus ſpeciebus, poſſet, ſaltem virtute Angelica, loco moueri, & quieſcere: nunc autem poſita vnione quaſi naturaliſſimum eſt, vt agens quodlibet mouens localiter ſpecies, moueat etiam localiter Chriſtum; & faciens quieſcere ſpecies, efficiat pariter Chriſtum quieſcere. Proinde iſtas denominationes, & formales effectus non dat Chriſti corpori, & ſanguini vnio cum ſpeciebus, tanquam forma, ſed tanquam connaturalis conditio. Et propter hanc partem dixi num. 30. regulas illas non ſufficere, *quamuis admittantur vt veræ.* 33.

3. Regula circa motum, localem.

Quartus Canon. Ex effectibus formalibus, qui ſpeciebus adueniunt, ipſiſque propriè competunt, nulli propriè competunt Chriſti corpori, & ſanguini, plerique prouenientes ab actibus ſenſuum, ei tribuuntur magno cum fundamento, licet impropriè: cæteri verò nec impropriè. Prima pars liquido conſtat: nam cum eiuſmodi formæ v. g. Calor, frigus, nec inhæreant Chriſto immediate, quia ſolis inhærent ſpeciebus, nec mediatè, quia ſpecies Chriſto non inhærent, non poſſunt Chriſto tribuere ſuos ipſarum effectus formales, vt eſſe calidum, frigidum, calefieri, frigefieri &c. 34.

4. Regul. de aliis effectibus formalibus.

Altera pars conſtat, ex communi, etiam Doctorum locutione, aſſerentium Chriſtum in Euchariſtia videri, tangi comedi; eodemque modo dici poteſt olfieri & fractione ſonantibus ſpeciebus audiri. Sic enim S. Chryſoſtomus

Homil

Homil. 83. in Matth. *Quot dicunt: Vellem ipſius formam aſpicere, figuram, veſtimenta. Ecce eum vides: ipſum tangis, ipſum manducas. Et tu quidem veſtimenta cupis videre: ipſe verò tibi concedit non tantum videre, verum & manducare, & tangere, & intra te ſumere.* Ratio eſt, quia tales effectus tribuuntur communiter ſubſtantiis contentis intra alias, etſi non phyſicè cum ipſis vnitas, viſo enim, & tacto marſupio in quo eſt pecunia, dicitur videri, & tangi pecunia: Ergo viſis, & tactis ſpeciebus, quæ Chriſti corpori, & ſanguini phyſicè vniuntur, potiori quodam iure dicitur Chriſti corpus, & ſanguis videri, & tangi; ad eum ſcilicet modum, quo viſa parietis albedine dicitur videri paries. &c.

Poſtrema Canonis pars, quæ continet, aliquorum accidentium, quæ in ſpeciebus recipiuntur, formales effectus, nec impropriè quidem corpori, vel ſanguini Dominico tribui, conſtat exemplis. Non enim fractis ſpeciebus dicitur Chriſti corpus frangi, inde canit Eccleſia, *A ſumente non conciſus, non confractus, non diuiſus, integer accipitur,* & ruſus: *Nulla rei fit ſciſſura, ſigni tantum fit fractura, qua nec ſtatus, nec ſtatura Signati minuitur.* Nec item dicitur Chriſtus, madefactis ſpeciebus, madefieri, nec exſiccatis exſiccari, nec compreſſis comprimi. Laborat Vazquez, & Suarez, & Lugus in quærenda ratione diſcriminis inter hos effectus, & præcedentes. Vazquez indicat iſtos effectus Chriſto non tribui, ratione veſtium: neque enim dicitur hominem frangere, qui frangit hominis veſtem. Suarez, & Lugus aiunt, rationem, & regulam non eſſe aliam, niſi morem loquendi à PP. vſurpatum, & à DD. receptum.

35.

Cur Chriſtus non dicatur frangi, madefieri, ſicut dicitur videri, manducari, &c.

Mihi ratio videtur eſſe, quia tales denominationes núquam alibi tribuuntur rebus, quibus propriè non competunt; Ex. gr. nunquam dicitur paries frangi, niſi dum propriè frangitur; aut madefieri, niſi dum propriè madeſit; cum tamen dicatur videri, quin propriè videatur: Ergo licet Chriſtus in Euchariſtia dicatur, cerni, & tangi, &c. non tamen dici poteſt frangi, frigeſieri, madefieri, quia ſignificaretur propriè ſubire tales mutationes, propriè recipere tales formas, & propriè participare tales effectus, colligitur per hanc vnionem à nobis aſſertam, quæ realiter eſt productio Humanitatis per ſe ipſam phyſicè attingens, & intimè ſpecies, & dependens ab iſtis vt termino vnibili, ponitur Chriſtus phyſicè vnitus cum ſpeciebus; ſed non denominatur ab iſtis Albus, vel dulcis: item mouetur & quieſcit Chriſtus, prout Accidentia motum, & quietem recipiunt; ſed non frangitur, ſicut Accidentia; item quando accidentia ipſa, à quibus pendet talis productio Chriſti, deſtruuntur & deſinunt phyſicè; Chriſtus conſequenter deſtruitur, ſiue deſinit eſſe ſub ipſis, & quatenus reproductus erat, & exiſtens erat ibi, Non aliter, ac Petrus, ſi diuinitus reproductus, exiſtat in duobus locis, deſinet eſſe in vno, ſi in hoc eius productio pereat, quando permanet exiſtens in altero, vbi eius creatio & conſeruatio datur atque perſeuerat in rebus.

Cur deſinat eſſe vbi pereunt accidentia ſub quibus erat.

DISPVTATIO XXXV.

De panis, & vini in Chriſti corpus, & ſanguinem conuerſione, & Trans-ſubſtantiatione.

SECTIO I. *Quid requirant, & quid ſint Conuerſio, & Tranſſubſtantiatio?*
§. 1. *An Conuerſio requirat, vt quod conuertitur, deſinat.*
§. 2 *Num poſtulet vt illud in quod conuertitur, incipiat?*
§. 3. *Quomodo Conuerſio, terminos poſtulet oppoſitos?*
§. 4. *Conuerſionis, & Tranſſubſtantiationis appellatio, & definitio.*
SECTIO II. *Panem, & Vinum verè conuerti, & tranſſubſtantiari in Chriſti corpus, & ſanguinem.*
§. 1. *Chriſti corpus, & ſanguis in Euchariſtia ſubſtantialiter producuntur, ſiue incipiunt.*
§. 2. *Panis, & vinum in Euchariſtia ſubſtantialiter deſtruuntur ſiue deſinunt.*
§. 3. *Deſtruuntur ob oppoſitionem moralem, ſufficientem ad tranſubſtantiationem pleniſſimam & nobiliſſimam.*
§. 4. *Tranſubſtantiationem in Euchariſtia phyſicam Recentiores prædicant, ſed ſolum moralem aſſerunt.*
§. 5. *Phyſicam eſſe tranſſubſtantiationem contendimus.*
§. 6. *Vera ratio Phyſicam tuendi Tranſſubſtantiationem, initur.*
SECTIO III. *Quidnam Euchariſtica Tranſſubſtantiatio ſit, & in quo propriè conſiſtat?*
SECTIO IV. *In quo ſubiecto Tranſſubſtantiatio ſit, & in qua duratione fiat?*
SECTIO V. *Quomodo termini Tranſſubſtantiationis in enunciationibus coniungendi ſint?*
SECTIO VI. *Quodnam ens in aliud poſſit conuerti.*

Diſceptatio hæc, Euchariſticarum facilè princeps, apud antiquos DD. curta nimis, apud Recentiores in immenſum excreuit; nec ſine confuſione, & moleſtia, quam tanta moles adducat neceſſe eſt. Faxit Deus, vt viam ingrediamur mediam, & ab vtriſque extremis, incommodiſque alienam. Cum autem Tranſſubſtantiatio ſpecies conuerſionis ſit; & neque iſtius ſpeciei, neque illius generis vna, & eadem, & firma ratio apud omnes exiſtat; diſquiri, & firmari debuit præuia quæſtione, maxima quidem parte, philoſophica, ſed quæ ſua diſcuſſione, & deciſione totam diſputationis difficultatem abſterget.

SECTIO I.

Quid requirant, & quid ſint conuerſio, & Tranſſubſtantiatio?

Sicut omnis Conuerſio eſt, *Tranſitus vnius rei in aliam*: ſic apud omnes ferè DD. tria requirit.

Quæ tria requiruntur ad conuerſionem. quirit. Primum, verſari intra duos terminos poſitiuos, vt inter lignum, & ignem. Secundum, exerceri circa vnum tertiũ, illis duobus terminis ſucceſſiuè commune v. c. circa eamdem materiam, quæ ſucceſſiuè ſub forma ignis, & aëris ſit Tertiũ, & quod ex ſecundo ſequitur, exerceri etiam in loco, ambobus extremis ſucceſſiuè communi. Quia debent ambo termini poſitiuè inter ſe opponi, & pugnare, nec poterunt niſi ambo poſitiui ſint; & pro eodem tertio, atque adeò circa illud, & in illius loco, ſiue ſpatio contendant. Huic doctrinæ repugnat, poſt nonnullos Veteres, Granadus Tract. 3. diſp. 4. à n. 5. in fine vſque ad 9. quia poſſibilis eſt actio, ratione cuius duæ res, etiam loco diſtantes phyſicè repugnent in rerum natura. Cæterum hæc actio impoſſibilis eſt, vt §. 3. n. 24. conſtabit, & quamuis eſſet poſſibilis, non induceret conuerſionem, ſed alterius generis mutationem vel certè non induceret mutationem, de qua DD. hic diſputant, ad quam tria illa requiruntur: quare tribus his omninò certis, alia tria, quæ controuerſiam habent, exploremus.

§. I.

An requirant, vt quod conuertitur, deſinat?

2\. DVas inuenio ſententias extreme, & contradictoriè pugnantes. Prior eſt, ad conuerſionem non requiri, vt res, quæ in aliam conuertitur, deſinat eſſe; ſed ſufficere ſi deſinat exercere munus, in quo altera ei ſuccedat, ſeu pro ipſa ſubſtituatur. Itaque ſi exiſtente Petro in hoc ſpatio, Deus ibi poneret Paulum, & in eo ſubiectaret accidentia Petri, & iſtius ſubſtantiam alibi poneret, & conſeruaret, tunc, inquam, Petrus iuxta ſententiam iſtam conuerteretur in Paulum. Ita Scotus in 4. diſt. 11. quæſt. 3. ar. 2. §. *Quantum ergo ad iſtum*, & inclinant Okamus, & Ferrar. & expreſsè admittit Lugus diſp. 7. num. 13. cum non reputet incommodum, quod ſi panis non periret, dummodo ſepararetur ab accidentibus, eo quod Chriſti corpus poneret ſub illis in eodẽ munere, daretur conuerſio ſubſtantialis, & tranſſubſtantiatio. Subdit verò Lugus, quamuis tunc diceretur compoſitum ex pane, & accidentibus conuerti in compoſitum ex corpore Chriſti, & eiſdem accidentibus; non tamen ſubſtantiam panis conuerti in corpus Chriſti: quoniam vt terminus formalis dicatur conuerti in alium, neceſſe eſt, quod terminus formalis à Quo ſimpliciter deſinat ob aduentum termini formalis ad quem.

Aliqui cenſent, non requiri deſitionem realẽ Termini à Quo.

3\. Hanc ſententiam refellit Coninck, q. 75. num. 137. Primò, quia in omnibus mutationibus, quas veras eſſe conuerſiones conſtat, videmus illud quod in aliud conuertitur, re ipſa, ſimpliciterque deſinere: Ergo ad veram conuerſionem iſtud requiritur. Secũdò, quia ſi Deus in ſubiecto permanente ſumme frigido produceret ſummum calorem, non conuerteretur frigidum in calidum, quia ſcilicet frigidum non deſineret. Tertiò, quia alioqui nulla eſſet ratio, qua poſſemus diſcernere, quid ad veram conuerſionem requiratur.

Impugnantur à P. Coninch.

Sed ſunt impugnationes debiles. Prima, quia etiam omnes conuerſiones ſubſtantiales, quas ante Euchariſticam nouimus, hoc habent, vt terminus aliquis ſubſtantialis verè, & ſimpliciter incipiat eſſe, vt in combuſtione ligni incipit ſimpliciter forma ignis; & in reſurrectione, ſeu conuerſione cadaueris in hominem, ſimpliciter incipiat vnio ſubſtantialis per ipſam actionem ſuſcitationis producta: & tamen in Euchariſtica conuerſione nullus terminus ſubſtantialis ſimpliciter incipit. Secunda, quia in illo euentu dicent Scotus, & ſequaces, cauſam cur frigidum non conuerteretur in calidum non fore, quia frigidum non deſiſſet ſimpliciter, ſed quia non deſiſſet à munere ſubſtandi accidentibus. Tertia, quia cum ſuſtentare accidentia ſit proprium ſubſtantiæ munus, inde petunt Scotus, & aſſeclæ rationem, qua diſcernant, quid ad ſubſtantialem conuerſionem requiratur, nempe vt vna ſubſtantia alteri in eo munere ſuccedat.

4\. Melius eam ſententiam refelles ex Suarez diſp. 50. ſect. 2. §. *Hac tamen ſententia*, quia licet illa ſit commutatio ſubſtantiarum, non tamen conuerſio ſubſtantialis: alioqui quoties vna ſubſtantia ſuccederet in locum alterius, mutatio eſſet ſubſtantialis. Si dicant, non ſuccedere in munere ſubſtandi accidentibus, Occurres, quia mutatio ſubſtantialis non dicit ſubſtantiæ munus, nedum munus accidentale, quale eſt ſubſtare accidentibus, ſed dicit terminum ſubſtantialem à Quo; & terminum ſubſtantialem ad quem: Ergo ſi prior ſubſtantia, cùm cedit, & deſinit à munere ſuſtentandi accidentia, non cedit, ac deſinit ſubſtantialiter; proinde non datur terminus à quo ſubſtantialis.

Melius autem à P. Suarez.

5\. Quapropter immeritò concedit Lugus futuram ſubſtantialem mutationem, & tranſſubſtantiationem in euentu, quo vna ſubſtantia in munere ſubſtandi accidentibus ſuccederet alteri non deſtructæ, ſed alium in locum deductæ. Quia tunc nullus deſineret terminus ſubſtantialis à quo: & alioqui, licet ſubſtantia, quæ prius accidentibus ſubſtabat, non ab eo loco recederet, dici deberet ſubſtantialis conuerſio, quia cederet munere ſubſtandi accidentibus, nimirum ſuſtentatione actuali: hæc enim, licet à ſubſtantia procedat, merè accidentalis eſt. Confirmatur, quia tunc, authore Lugo; ſolum diceretur, compoſitum ex ſubſtantia, & accidentibus panis, conuerti in compoſitum ex ſubſtantia Chriſti, & accidentibus panis: Ergo non eſſet tranſſubſtantiatio, nec ſubſtantialis conuerſio: quia compoſitum illud accidentale eſt, eoque reſoluto, nihil ſubſtantiale eſſet terminus à Quo, quia nihil ſubſtantiale deſineret. Conſequenter, ſi ad ſpatium in quo eſſet panis per motum localem adduceretur ſubſtantia Chriſti, & hac ſuſtentante accidentia panis, iſte ceſſaret ab illo munere, & in eodem loco perſiſteret, nihil ſubſtantiale deſineret, nihilque ſubſtantiale fieret; & tamen daretur iuxta DD. illos ſubſtantialis conuerſio, & tranſſubſtantiatio; quod planè eſt abuti terminis, vt benè contra iſtam ſententiam ſuprà Suarez aſſeruit.

Et ſpecialiter ab Authore arguitur contra Lugum.

Inconſequenter autem negat Lugus, in illo euentu fore, vt ſubſtantia panis diceretur conuerti in ſubſtantiam Chriſti. Quia tunc diceretur conuerti ſubſtantialiter, & tranſſubſtantiari compoſitum ex pane, & ſuis accidentibus in compoſitum ex Chriſto, & eiſdem: Ergo etiam panis ſubſtantia in Chriſti ſubſtantiam; vel ſi hæc non, neque illud. Patet conſequentia, quia conuerſio ſubſtantialis, & tranſſubſtantiatio à ſubſtantia ſoluit, tanquam à termino à quo, ſeu qui conuertitur: ſed tunc non eſſet alius terminus à quo ſubſtantialis, niſi ſubſtan

Digitized by Google

ſubſtantia panis : Ergo hæc diceretur conuerti: vel ſi hæc non diceretur, nec compoſitum ex ipſa,& ſuis accidentibus.

At inquit Lugus, vt terminus formalis dicatur in alterum ſubſtantialiter conuerti, debere ſimpliciter deſinere. Sed contra, quia ſi conuerſio ſubſtantialis, vt vera tranſſubſtantiatio ſtat, nullo ſubſtantiali ſimpliciter deſinente : vndenam extrahit Lugus ſubſtantialem conuerſionē,& tranſſubſtantiationem panis in Chriſtū non poſſe cōſiſtere, ſine vllo ſubſtantiali ſimpliciter deſinēte? Neque enim hoc diſcrimen eſt per ſe notum, neque à Lugo efficaciter probatum, imò nec poteſt ſufficiens eius ratio deſignari. Quod nunc ita confirmo; quia dum dicitur ſubſtantia panis conuerti in ſubſtantiam Chriſti, non accipitur ſubſtantia panis, & ſubſtantia Chriſti ſine accidentibus, nam ſine iſtis non pugnant inter ſe,& proinde non poteſt vna conuerti in alteram: ſumuntur itaque cū accidentibus: Ergo idem eſſet dicere *compoſitum ex pane, & accidentibus panis conuertitur in compoſitum ex Chriſto,& accidentibus panis*, ac dicere: *Panis conuertitur in Chriſtum*. Valeat igitur ſententia, quæ negat requiri ſubſtantialem deſitionem termini à quo, ſiue eius rei, quæ conuertitur: nam & terminis abutitur, & inconſequenter agit.

6\. *Requiri deſitionem ſimpliciter tenent plures DD.*

Poſterior ſententia eſt, ad conuerſionem omninò requiri, vt res quæ conuertitur, ſimpliciter, & abſolutè deſinat eſſe ; ita ſcilicet vt in rerum natura non maneat, aut exiſtat. Eſt ſententia tam celebris, vt noſter Ægidius q.75.n.137.pronunciet, hac de re nullam ferè eſſe difficultatem inter Doctores. Arbitror tamen hoc illi authori planè excidiſſe, cùm & multi, grauesque DD. contrariam ſententiam proximè refutatam tueātur;& argumentum aduerſus iſtam, forte validiſſimum, quod iam aduerſus eundem Ægidium n.3.perſtrinxi,& nunc euoluam.

Non eſt tamen certum ſine difficultate.

Ad conuerſionem ſubſtantialem, veramque tranſſubſtantiationem non requiritur, vt terminus, in quē res conuertitur, incipiat eſſe ſimpliciter, vt ex conuerſione, & trāſſubſtantiatione Euchariſtica certū eſt: Ergo neq; requiritur, vt res, quæ cōuertitur, ſimpliciter eſſe deſinat. Patet cōſequentia. Tū quia æquè reſpicit cōuerſio terminū à Quo, ac terminū ad Quem; vnumq; deſinentem,& alterū ſuccedentē: Sed non reſpicit eſſentialiter vnū ſimpliciter incipientem: Ergo neque alterum ſimpliciter deſinentē : Tum etiā quia ſi conuerſiones omnes, quas ante Euchariſticā nouimus, inſpiciamus, omnes vtrumque habent, nempe & terminum à quo, ſimpliciter deſinentē, & terminum ad quem, ſimpliciter incipientē: Ergo ſi hoc non obſtante, non eſt de ratione conuerſionis, vt terminus in quem res conuertitur, ſimpliciter eſſe incipiat; nec item opus erit, vt qui conuertitur, ſimpliciter eſſe deſinat.

7\. Reſpondet Lugus, diſcrimen eſſe, quia cōuerti vnum in aliud eſt deſinere in illud, deſinere autē, eſt perdere ſuum eſſe ſimpliciter: eſſe autem id in quod aliud conuertitur, ſolum eſt ei ſuccedere in munere, ac proinde non eſt ſimpliciter incipere. Verū hæc reſponſio meram habet principij petitionē; Nam conuerti in aliud, eſt cedere ſuccedenti: ſi ergo ſuccedēs nō ſuccedit in eſſe ſimpliciter, cur cedens cedit in eſſe ſimpliciter? Si vnius ſucceſſio eſt in munere,& non in eſſe ; cur alterius ceſſio ſit non ſolum in munere, ſed etiam in Eſſe ? Præſertim verò cum omnes conuerſiones, quas naturæ lumine nouimus, id habeant, vt ſicut terminus, qui cōuertitur, ſimpliciter deſinit, ita terminus, in quem conuertitur, ſimpliciter incipiat.

At inquit Lugus, quando conuertitur homo in cadauer, terminus formalis qui conuertitur,& eſt anima, non deſinit eſſe ſimpliciter, ſed ſolū in munere, terminus autē in quē conuertitur, ſimpliciter eſſe incipit. Sed cōtra, quia terminus formalis reſpectu alicuius viæ, ſeu productiuæ, ſeu cōuerſiuæ, iuxta verā,& accuratam Philoſophiā, eſt qui proprius,& propius; atq; adeò formalius terminat illā: proinde cū hominis generationem proprius,& propius,& formalius terminet vnio, hæc,& non anima, eſt terminus formalis. Vnde cū hominis cōuerſionē in cadauer, proprius,& propius, & formalius terminet vt terminus à quo, vnio, hæc,& non anima, eſt terminus formalis à quo. Vnde redarguo: quoniam in omni cōuerſione terminus formalis à quo ſimpliciter deſinit,& terminus formalis ad quem ſimpliciter incipit.

8\. *Prior opinio laxa nimis, altera nimis ſtricta cenſetur.*

Ambas itaque ſententias iſtas, quas hactenus impugnaui, improbo; priorē vt nimis laxam,& alterā, vt nimis ſtrictam. Vt verò mediam, & veram pronunciē, reuoco in memoriā tum ex Philoſophia, tum ex huius tractatus diſp. 34.ſect. 2. poſſe vnā & eandem rem duplici actione totali per diuinā potentiā ſimul produci, duplicique totali ſimul conſeruari. Proinde ſi per duas actiones duobus in locis conſeruaretur, poſſet vtralibet illarū actionū, altera permanente, ceſſare;& conſequenter illarum terminus in vno loco deſinere, & in altero permanere. Dū autem in vno permanens, in altero deſineret, licet non deſineret ſimpliciter, vt pote qui alicubi retineret exiſtentiam, ſic tamen deſineret, vt ſi tunc alia via non haberet exiſtentiam, deſineret ſimpliciter. Quare ſicut ſupra naturæ vires fuiſſet, quod eadem res duplici ſimul actione poſſideret exiſtentiam, ſic ſupra naturæ vires eſſet, quod hac ſubſtantiali ſui productione ceſſante, ipſa ſimpliciter non deſineret. Nam huic deſitioni ſecundum ſe ſpectatæ tam naturale eſt, quod ipſa poſita terminus deſinat ſimpliciter; quam albedini naturale eſt actu inhærere; proinde ſicut albedo, dum ſupernaturaliter eſt abſque inhærentia, eſt tamen verè, & propriè forma phyſica accidentalis; ita hæc deſitio, licet actu ſit abſque totali ceſſatione ſui termini, eſt tamen verè, ac propriè deſitio ſubſtantialis:& ſicut albedo per illud miraculosè habet, vt non inhæreat actualiter; ita hæc deſitio miraculosè habet, vt non ſit deſitio ſimpliciter.

9\. *Res debere deſinere realiter ſecundùm exiſtentiam, vt conuertatur verè in rem aliam, oſtenditur.*

Affirmo iam ad conuerſionem eſſentialiter exigi, vt res, quæ cōuertitur, deſinat in ſuo eſſe ſubſtantialiter; ſic nimirum, vt ex vi iſtius deſitionis, ſi alia via non habeat exiſtentiam, debeat ſimpliciter deſinere. Hanc viam exiſtimo planam,& expeditam,& omninò regiam, vtpote SS. Patrum, communique hominū ſenſui conſonā. naturiſq; rerum accommodatiſſimam, & quæ nihil affert, quod in ipſis rebus naturalibus non reluceat, vt eius probatione iam oſtendo.

Antiqui enim Patres aduerſus Eutychem inde probant, diuinam naturam conuerſam non fuiſſe ſubſtantialiter in humanam, quia diuina natura deſtrui, ſeu deſinere non poteſt. Quo argumento Lugus quidem vtitur n. 12. ſed planè ſe ipſum ferit, vtpote qui n.10. concedit ſubſtantialē cōuerſionē ſine vllius ſubſtantiæ deſitione. Quod autē Vigilius Martyr à Lugo adductus Eutychianis exprobrat, quod cum anteà dixiſſent, Verbum nō potuiſſe in aliud cōuerti, poſteà dicerent, neſcio qua conuerſione mutatum; id, inquā, non arguit in illis inconſequentiam; ſed duas acceptiones

Digitized by Google

tres conuerſionis, vnam ſubſtantialẽ, quã verbo negabant, vtpote nõ potenti ſubſtantialiter deſinere, alteram accidentalẽ, quam concedebant verbo tanquã deſtructa humanitate, illius accidentia ſuſcepiſſet. Quod fusè diximus in Tom. de incarnatione diſp. 14. ſect. 1 & nunc in memoria renocamus, nõ vt pro Eutychianis pugnemus, ſed vt duas illas cõuerſiones, quæ mẽtem ipſorũ pandunt, repræſentemus, §. 2. magis explicandas. Nec voluiſſem citatũ iam iterum à Lugo Gelaſiu Papam vt authorẽ libri de duabus naturis cõtra Eutychianos, & Neſtorianos: cum illius operis author nõ ſit Gelaſius Papa, vt ibi monet Hiſpana inquiſitio; ſed Gelaſius Cizicenus, & quidẽ hæreticus. vt in citato loco de Incarnatione n. 25. notauimus: ſed iam inſtituti noſtri probationes vrgeamus.

Conſonat ſibi doctrina authoris cum Tomo de incarnatione.

10. Secundò, dũ Veteres Patres Eutychetem audiebãt aſſerentẽ, in myſterio incarnationis mutatam eſſe humanã naturam in diuinam; eumq; agere de mutatione ſubſtãtiali veriſſimè intelligerent; inde intulerunt, Chriſti humanitatem ſubſtantialiter fuiſſe deſtructã. Et quidem inter ipſos Leo I. in epiſtola Decretali 83. ad Palæſtinos Epiſc. in quies neceſſe eſt, vt Eutychetẽ, *aut Apolinaris ſibi vendicet, aut Valent. vſurpet, aut Manichæus obtineat: quorũ nullus in Chriſto humanæ carnis credidit veritatẽ.* Ergo manifeſtiſſimè ſupponũt, nõ poſſe rẽ ſubſtãtialitter cõuerti, niſi ſubſtantialiter, & in ſe ipſa deſinat eſſe: alioqui ſolum intuliſſent aduerſus Eutychen, Chriſti humanitatẽ ceſſiſſe munere ſuas ſuſtinẽdi proprietates, eique diuinitatem in eo munere ſucceſſiſſe.

Et PP. clare ſupponunt.

11. Tertio diſputo, quia ſubſtantiales omnes cõuerſiones, ſeu conuerſiuæ deſitiones naturales, pro quibus & cõuerſionis nomẽ inuentũ eſt, & ex quibus illius eſſentia diſci, ac definiri debet intrinſecè, & eſſentialiter sũt tales, vt per ipſas, terminus in ſuo eſſe deſinat ſubſtantialiter; ſic nempe, vt quoniam alia via non exiſtit; deſinat ſimpliciter: Ergo eſſe deſitionem talem, vt ex vi illius, ſi terminus alia via non habeat exiſtentiam, ſimpliciter deſinat, omni, veræ conuerſioni debet competere. Nam & hoc poſtulat communiſſimus, & naturaliſſimus rerũ curſus, & hominũ ſenſus: & alioqui rerũ eſſẽtias fingimus, & myſteria noſtra ludibrio exponimus: cũ tamen hac via facillimè illa declaremus, quæ quidem ex infra latè exponendis appertè cõſtabunt, nunc tamen breuiter oſtenduntur.

Et rationes comprobãt.

12. Inprimis enim ſi Gentili Philoſopho ſuaderes, Petri ſubſtantiã à propriis accidentibus ſeparatã, diuinitus perſiſtere; & in eius locũ & munus ſucceſſiſſe Ioãnẽ, Petri ſcilicet replẽdo locũ, & accidentia ſuſtentando; & adderes, hoc ipſo conuerſũ eſſe Petrũ ſubſtantialiter in Ioãnẽ; additionẽ hãc rideret Philoſophus cũ nullã ſubſtantialẽ deſtructionẽ cõſpiceret: diceret nimirũ, Petrũ quidẽ ceſſiſſe munere ſuas ſuſtinẽdi proprietates, & Ioannem in eo munere Petro ſucceſſiſſe; id vero ſufficere, vt Petrus in Ioannẽ ſubſtantialiter ſit, & aſſeratur cõuerſus, palã eſſe falsũ, & ridiculũ: & inde anſam arriperet nõ credendi priorẽ partẽ, nimirũ illã ipſam ſucceſſionẽ, & ceſſionem, propter tuũ teſtimoniũ, hominis ſcilicet, qui deſitionẽ manifeſtiſſimè accidentariã, & purè accidentariã, ſubſtantialẽ cõuerſionẽ eſſe cõtenderes: iure quippe exiſtimaret, leuiter te adductũ ad illud prius credẽdũ ſicut ad hoc poſterius iudicãdũ. Igitur appoſita ſententia contra cõmunẽ ſenſũ apertiſſimè eſt.

Ecõtra verò ſi eidem Philoſopho diceres, Petrum duobus, ſimul in locis diuinitus extitiſſe productum; & cũ in vno ſemper ſanus fuiſſet, in altero tã grauiter ægrotaſſet, vt vnio corporis & animæ deſtructa eſſet, & cadaueris forma ingreſſa fuiſſet; diceret profectò cõuerſum fuiſſe Petrũ in cadauer, quia totũ, quod eſſentiale, & integra conuerſioni eſt, in hac deſitione reperiret nempè eſſe ſubſtantialẽ deſitionẽ vnius, ob introductionem ſubſtantialem alterius; ac proinde deſitionem talem, vt ſi res alia via nõ haberet exiſtentiã, ſimpliciter, & abſolutè, ſeu penitus exiſtere deſineret: quod autẽ Petrus alia via ſubſtantialem exiſtentiam haberet, hoc fuiſſe deſitioni illi prorſus accidentariũ, nec ſufficiens, vt Petrus nõ deſiiſſet ſubſtantialiter, ſed vt nõ deſiiſſet ſimpliciter, ſeu penitus. Igitur ſentẽtia noſtra iuxta cõmunẽ hominũ ſenſũ eſt.

Et declarat Optima Philoſohpi.

Hinc deprehenditur ſententia noſtra minime rerum eſſentias fingere, ſed myſteria fidei eleganter exponere; cũ illa explicet accipiendo res, & vſurpando nomina, iuxta cõmunem hominũ ſenſum, acceptionem, & vſum. Exemplũ eſt appoſitiſſimũ, dũ ad reddendam rationẽ, cur Æterni verbi productio vera generatio ſit, expẽditur generationis illa definitio, *Origo viuentis à viuente in ſimilitudinẽ naturæ.* Nam is rationem, & & optimam, & iuxta cõmunem hominũ ſenſũ reddet, ideoq; myſteriũ illud ludibrio neutiquã exponet; qui voces in illa definitione cõtentas iuxta cõmunẽ hominũ ſenſũ acceperit; & ex eis ita acceptis rationẽ ſuæ cõcluſionis rite deduxerit. Cõtra ſcilicet ac ille, qui vocẽ *Originis*, vel *ſimilitudinis*, vel *Naturæ* à cõmuni ratione ad peculiarem, detorquens; inde probaret rationem veram generationis Æterno verbo competere. Quis hoc neget?.

Et iuxta communem modum, & vſum proprium ſermonis, & nominum.

13. Tandẽ, quod hac via conuerſionem Euchariſticã facile, dilucide, & ſolide, citraq; vllũ incõmodũ explicaturi ſimus, patet: nam iuxta fidem Catholicam, panis, & vinũ ibi deſinunt ſimpliciter atq; adeò ſubſtantialiter, quod nos in termino, qui cõuertitur, requirimus, & iuxta doctrinam ſupra traditam Chriſtus in Euchariſtia ſubſtantialiter producitur; quod nos in termino, in quẽ res conuertitur, cõſequentiſſimè requirimus, vt ex §. proximo clarebit. Dũ enim Recentiores diſparem rationem aſſignare nitũtur; in implacabiles ſeſe cõiicere contentiones, & ſummas anguſtias: & quod miſerius eſt, in ſententias deſcendunt planè leuiculas, & ridiculas, terminoſq; implicantes, vel potius terminis abutentes, vt iam ex P. Suar. hanc illis inurente notam, n. 4. retulimus. Quod autem Recentiores obiicient, ex noſtra ſententia fieri, vt Chriſtus, quãdo ſpecies corrumpuntur, cõuertatur in vermes, vel alias res, quæ in ſpecierum ſpatio generantur; hoc inquam, non obeſſe, diſp. 40. ſect. 4. luce clarius oſtendemus.

Panis in Euchariſtia ſubſtantialiter definit, & Chriſtus ſubſtantialiter producitur.

§. II.

Num poſtulent, vt illud in quod cõuertitur incipiat?

14. AD conuerſionem ſubſtantialem nõ requiri, vt ſubſtantia, in quã altera cõuertitur, ſubſtantialiter producatur, & eſſe incipiat; ſed ſufficere, ſi ei, quæ conuertitur, in munere ſuccedat; conſequenter docet Scotus, & inſinuant Okamus, & Ferrarienſes n. 2. relati: & latè contẽdunt Vaſq. diſp. 181. c. 4. & 6. Moncæus diſp. 11. c. 10. 11. & 12. & Lugus diſp. 7. ſect. 1. n. 15. & tota ſect. 2. & ſequentibus. Itaque ſi Petrus, & Paulus exiſterent producti, ſuiſque proprietatibus affecti; & Paulus in Petri locum diuinitus intrans, Petri proprietates ſuſti-

Qui DD negent.

ſuſtinere inciperet; tunc, inquam, Petrus iuxta hos DD. ſubſtantialiter in Paulum conuerteretur; & quidem, authore Lugo, daretur tunc ſubſtantialis conuerſio, tametſi Petrus non deſineret, ſed in alium locum transferretur.

Qui Affirment debere de nouo produci.

Econtra verò conuerſioni eſſe prorſus eſſentiale; vt res, in quam fit conuerſio, per actionem ſimpliciter tunc incipientem, in locum decedentis inducatur, alij ſentiunt, in quibus eſſe Patrem Ægidiũ de Coninck q. 75. ar. 4. dub. 3. exiſtimat Lugus, eum ſolum pro hac ſententia referens. Verum nec Ægidius verbum vllũ habet, quod hanc ſententiã habere manifeſtè oſtẽdat; & quamuis eam ille teneret, nec ſolus, nec primus ipſius aſſertor eſſet, cum illã tradãt omnes ij, qui tuentur, non poſſe vnũ corpus hoc in loco exiſtens, & permanens, in altero diuinitus cõſtitui, niſi per nouam ſubſtantialẽ ipſius productionẽ. Proinde ſi Petrus & Paulus producti exiſterent, & ſuis quiſque proprietatibus præditi, & Paulus in Petri locũ diuina virtute ingrediens: proprietates Petri ſuſtentare inciperet, non conuerteretur Petrus in Paulũ niſi iſte per actionem ſubſtantialẽ nouã, tunc produceretur.

15. Eadem res poteſt diuinitus reproduci, ſeu iterum produci eodem tempore; & quibus modis.

Mediam etiam viam reor ingrediendam. Quã vt aperam, & muniã, præmitto, poſſe diuinitus vnam, & eandẽ rem duplici via ſimul habere, & conſeruare actualẽ exiſtentiam: proinde, ſi iam producta eſt, poſſe denuò ſic terminare actionẽ ſui productiuam, ſeu conſeruatiuã, vt ſi nõ ſupponeretur exiſtens, tunc ex vi actionis denuò terminatæ, inciperet exiſtere ſimpliciter. Porrò poſtquam res producta iam eſt, dumque ipſius productio, & cõſeruatio perſiſtit, duobus modis poteſt actionẽ ſui productiuã, ſeu conſeruatiuã terminare: Vno, ſi permanente priori actione, ipſius productrice, aut cõſeruatrice, ponatur actio realiter diſtincta, & proinde tunc res conſeruetur per duas actiones totales. Altero, ſi eandem actionem, quam antea res terminabat in vno loco, ſimul perſiſtens, & terminans in illo, terminet etiam in altero. Nam ſicut poteſt terminus idẽ in duobus ſimul locis diuina virtute cõſtitui, & veluti replicari, ita & eadẽ ipſius productio, ſeu cõſeruatio ſicut diſp. 31. ſect. 2. diximus: Vtrouis autẽ modo res denuo terminaret actionem ſui productiuã, aut cõſeruatiuam, ita illam terminaret, vt ſi antea, in rebus non extitiſſet, tunc ſimpliciter exiſteret, & ſimpliciter exiſtere inciperet: quippe quæ dum per duas actiones cõſeruaretur, ſi priorẽ amitteret, & terminare deſineret, alteram retineret, & terminare pergeret, ac per cõſequens, in rerũ natura permaneret.

Suprà diſp. 31. ſect. 2.

16. Subſtantialis conuerſio non datur ſine productione, phyſica ſubſtantiæ.

Aſſero iam, ad conuerſionẽ ſubſtantialem eſſentialiter requiri, vt res, in quam alia conuertitur, ſubſtantialiter producatur, & ſubſtantialiter incipiat; ſic nimirum vt ſi alia via non antea exiſteret, ex vi talis productionis ſimpliciter inciperet. Hanc ſententiam re ipſa tenet Suar. di p. 50. ſect. 2. §. *Sed occurrit*, & ſect. 4. §. *Tertio principaliter*, & ſequentibus, Ægidius de Coninck q. 75. dub. 3. Granadus Tract. 3. diſp. 4. ſect. 3. & plurimi, ac doctiſſimi Recentiores: ſecuti plurimos veterum, quos ſect. ſequente n. . adducemus.

S. Auguſtini Teſtimoniũ egregium.

Probatur primum ex Auguſt. lib. 17 de ciuitate. Nam cum in c. 17. & 18. nonnullas retuliſſet conuerſiones, quas à Gentiliũ Diis factas eſſe fabulantur, vt Arcadum hominũ in lupos & ſociorũ Diomedis in aues, negat veras ibi fuiſſe cõuerſiones, quia Dæmon ſubſtantiã producere nõ poteſt, ſic enim ibid. habet: *Nec ſanè Dæmones naturas creant, ſi aliquid tale faciunt*, &c. *Sed ſpecies tenus, quæ a vero Deo ſunt creata commutant, vt videantur eſſe quod non ſunt*; Et infra. *Socij verò Diomedis, quia nuſquam ſubito comparuerunt, & c poſtea nullo loco apparuerunt, perdẽtibus eos volantibus Angelis malis, & pro eis aues occultè ex aliis locis, vbi eſt hoc genus auium, ad ea loca perductæ ſunt, ac repẽte ſuppoſitæ; ideo creduntur eſſe conuerſi.* Ergo cenſet Auguſtinus, ad ſubſtantialem conuerſionem requiri, vt ſubſtantialis natura producatur.

Aliud S. Thom. Selectum.

Secundò probatur clariſſimis verbis Angelici Doctoris 3. p. q. 2. ar. 1. *Natura diuina inquit eſt omnino immutabilis. Vnde nec ipſe poteſt cõuerti in aliud, cum ſit incorruptibilis. nec aliud in ipſã, cum ſit ipſa ingenerabilis.* Cẽſet igitur, non poſſe vnã rem conuerti in aliam, niſi illa, in quam cõuertitur, generetur, hoc eſt, ſubſtantialiter producatur: cumque Deitas generari denuò nõ poſſit, ideò nullam rẽ in illam poſſe cõuerti. Et quidẽ hoc argumento probat S. Doctor, per myſteriũ Incarnationis non fuiſſe Deitatẽ conuerſam in humanitatẽ, aut è contra: Si autem ſubſtantialis cõuerſio ſtare poſſet abſque ſubſtantiali productione termini ad quẽ, & cũ ſola ſucceſſione eius in munere termini à quo, nihil argumento ſuo probaſſet S. Thom. Cum Deus, etſi denuò generari nequeat, poſſit ſubſtantiæ creatæ ſuccedere in aliquo munere; & ſic potuiſſet ſuccedere humanitati in munere ſuſtentandi humanas proprietates, qua ratione humanitatem in Deũ eſſe cõuerſã, docebat Eutyches, vt ſupra notatũ eſt.

17. Probatur inductione ex omnibus Particularibus cognitis

Tertiò ratione probatur, quia conuerſiones omnes ſubſtantiales, quæ natiuo lumine cognoſcuntur, ſicut habent, vt terminus, qui conuertitur, ſimpliciter deſinat, atque adeo ſubſtantialiter: ſic etiam habet, vt terminus, in quem cõuertitur, ſimpliciter, atq; adeo ſubſtantialiter incipiat; idque quia naturaliter iſte nõ præſupponitur exiſtens; Ergo ex ſe omnis conuerſio talis eſt, vt eius terminus ad quem, ſi alia via nõ exiſtat, dum conuerſio fit, ſimpliciter incipiat, atque adeo ſubſtantialiter producatur.

Conſequentia probatur multipliciter inprimis, ſicut res, quæ conuertitur, poteſt dũ in vno loco conuertitur, in alio præexiſtere, & permanere, ſic ea res, in quã cõuertitur, poteſt, antequã cõuerſio fiat præſupponi alibi exiſtẽs: Sed illa, quæ cõuertitur, debet, dũ cõuerſio fiat, ſubſtantialiter deſinere, ita vt ſi alibi non exiſtat, omninò deſinat: Ergo illa, in quã cõuertitur, debet, dũ conuerſio fit, ſubſtantialiter produci, ita vt ſi alibi non exiſtat, debeat ſimpliciter incipere.

Res quæ conuertitur ſubſtantialiter deſtruitur.

Deinde, ſicut res, quæ conuertitur, ſi ſubſtantialiter non deſineret, tunc alia non ei ſuccederet in eſſe ſubſtantiali, ſed in munere accidẽtali; ita res, in quam conuertitur, ſi tunc non producatur ſubſtantialiter, non alteri ſuccedet, in eſſe ſubſtantiali, cum iſtud tunc non accipiat, ſed in muuere accidentali, quod tũc exercere incipiet: Ergo ſi ob hanc rationem terminus à quo debet ſubſtantialiter deſinere; ita etiam terminus ad quem debet ſubſtantialiter incipere.

18. Firmatur hæc ratio ex Accidentali conuerſione quacumque.

Item, ſicut omnis entitas accidentalis naturalis naturaliter non poteſt non inhærere, ita omnis conuerſio ſubſtantialis naturalis naturaliter non poteſt fieri niſi in rem, quæ ſimpliciter incipiat: Et ſicut diuinitus fieri poteſt, vt forma accidentalis naturalis producatur exiſtens per ſe; ita diuinitus fieri poteſt, vt res, in quam alia conuertitur, præſupponatur iam ſimpliciter exiſtens: Ergo ſicut

Digitized by Google

ſicut ob illam rationem optimè dicitur omnis forma accidentalis, nõ modò naturalis, ſed etiã ſupernaturalis eſſentialiter exigere inhærentiam, ſiue ex ſe eſſe capax inhærentiæ, & eam habere, niſi diuinitus ei negetur: ita ob hanc rationem dici debet omnis conuerſio, tã ſupernaturalis, quam naturalis, eſſe talis, vt eius terminus ad quem, dum illa fit, ſubſtantialiter producatur, atque adeò tunc ſimpliciter incipiat, niſi alia via præſupponatur exiſtens.

19. Quartò ſic diſputo. Si quid obſtaret, eſſet quia non poſſet vna, & eadem res duplici ſimul via ſubſtantialiter exiſtere, ſeu ſubſtantialiter produci: Sed hæc ratio nihil obſtat: Ergo de ratione conuerſionis ſubſtantialis eſt id quod aſſerimus. Maior eſt Patris Vazquez, & aliorum Aduerſantiũ, ingenio acriũ; & videtur nõ poſſe cũ fundamẽto, vel ſpecie probabilitatis negari. Nã cũ omnis cõuerſio naturalis terminũ habeat ad quẽ, ſimpliciter tunc incipientẽ, quia naturaliter nõ præſupponitur exiſtẽs: & ſupernaturaliter poteſt præſupponi exiſtens, & alia via ſubſtantialiter denuò exiſtere; profectò ſine fundamento dicetur nõ iſtud requiri ad omnẽ ſubſtantialem, etiã ſupernaturalẽ conuerſionẽ, vt dũ conuerſio fit, terminus ad quẽ ſubſtantialiter incipiat. Minor probatur, Primò, quia iuxta doctrinam nobis probatã, & alibi fusè cõfirmatam, poteſt vna, & eadẽ res eodem tẽpore duas actiones totales terminare. Secùdò, quia licet hoc nõ poſſet, poteſt ſaltem eandẽ terminare in duobus locis, quod negari non poteſt. Nam Chriſti humanitas non ſolũ in cælo, ſed etiam in Euchariſtiæ ſacramẽto pendet immediatè à Deo; proinde terminat actionem diuinã ſui conſeruatiuam: Vel ergo diſtinctam realiter ab illa, quam terminat in cœlo; & ſic terminat ſimul duas actiones realiter diſtinctas: Vel eandem cum illa, quam terminat in cœlo: & ſic per eandẽ actionẽ replicatam bis exiſtit ſubſtantialiter, ita ſcilicet, vt ſi illa actio in cœlo ceſſaret, in Euchariſtico myſterio manere poſſet. Quod autẽ eadẽ actio diuerſis in locis conſtitui ſiue replicari ſimul poſſit, diſp. 31. ſect. 2. docuimus fuſius.

Vna & eadem res poteſt ſimul produci diuerſis modis, & actionibus.

20. Opponet aliquis, ſi ad conuerſionem ſubſtãtialẽ omnino neceſſariũ eſſet, vt terminus in quem ſubſtãtialiter tunc inciperet, obiecíſſent antiqui patres hoc ipsũ Eutycheti aſſerenti hominem eſſe cõuerſum in Deũ, nã Deus ſecundũ entitatẽ ſuã non poteſt ſubſtãtialiter incipere. Nã S. Thomas n. 16. productus hoc argumento probat, nullã rem conuerti poſſe in deitatem.

Qualem conuerſionem hominis in Deum Eutyches aſſeruit falſiſſime.

Reſpõdemus. Nunquã Eutyches aſſeruit, Hominem conuerſum eſſe in Deũ cõuerſione ſtrictè ſubſtãtiali, ſed accidentali, nẽpe deſtruendo humanitatẽ, & ſuccedendo illi in munere ſuſtinendi humanas proprietates, vt in loco citato de Incarnatione probaui: & ideò ibi nõ abſolute dixi aſſertam Eutyche tranſſubſtantiationẽ, ſed tranſſubſtantiationẽ cõſiſtentẽ in deſtruendo humanitatem; & ſuſcipiendo munere ſuſtentãdi proprietates humanitatis deſtructæ, prout Aduerſarij illã conſtituunt. Cũ autem veteres Patres perſpectam haberent hanc Eutychetis mentem; & viderent illius aſſertum non eſſe impoſſibile, non hoc argumento ſunt vſi.

Imo verò rationem iſtã retorqueo. Nã Vigilius Mart. ſuprà n. 9. relatus non opponit Eutychianis, quod aſſererent, Deũ in Incharnationis myſterio ſubſtantialiter mutatũ, aut mutatum conuerſione ſubſtantiali, & propria, ſed mutatũ conuerſione, neſcio quã: nimirũ impropria, & metaphorica, qualis eſt accidentalis, quam Aduerſarij quoque in Euchariſtia conſtituunt: ſimilem nempe illi, quã Angelus ſubiret, ſi corpus phantaſticum, aut eius accidentia ſuſtineret; & quam ſubiit dæmon, ſerpentem, velut laruam induens.

Addendum eſt, doctrinam quam Aduerſantes tradunt, omnino eſſe ab hominum ſenſu alieniſſimã, vtpote conuerſionem vmbratilẽ, & accidentalem pro vera, & ſubſtantiali venditãtes. Ea verò, quæ nos in his duobus §§. aſſeruimus, cũ omni hominum ſenſui palam congruant, & cuiuſuis captui accõmodatiſſimę ſint, & in Euchariſtiæ myſterio clariſſimæ reperiantur; quæ planè cogerent ad eas aſſertiones amplectẽdas: tum verò etiã neceſſaria eſſe ad explicandã in Miſſa verã ſacrificij rationẽ, & quidẽ iſtam ex noſtris aſſertis clariſſimè deduci; vt nõ ſemel iã attigimus, & diſp. 22. perſpicuum effecimus.

Hæc doctrina eſt conformis communi hominum ſenſui & neceſſaria ad explicandum & tuendum Miſſæ ſacrificium propriè eſſe tale.

§. III.

Quomodo Conuerſio, & Tranſſubſtantiatio terminos poſcant oppoſitos.

21. Conuenit inter omnes, ad Conuerſionem requiri connexionem terminorũ à quo, & ad quẽ, vel potius oppoſitionẽ eiuſmodi terminorũ in vno tertio, v.g. in eadẽ materia, vel ſub eiſdem accidentibus, ita ſcilicet vt ad introductionem vnius expellatur alter; hoc eſt, propter poſitum ibi terminũ ad quem, deſinat ibi terminus à quo, vt propter introductionem formæ ignis in materiam ligni deſinit lignum, & ob introductionem cadaueris in materiam hominis deſinit homo: & proinde ob introductionẽ Chriſti ſub accidentibus panis debet inde panis expelli, hoc eſt, ſubſtantialiter deſtrui. Ratio eſt, quia ceſſante hac oppoſitione non daretur cõuerſio, ſed mera comitantia deſitionis vnius, & poſitionis alterius; vt contingit, dum ſubiectum, quod erat frigidum, ſimul calefit, & dealbatur: neque enim tunc propriè dicitur frigidũ conuerti in album, cum frigus, & albedo non opponantur, vt in niue perſpicuum eſt, ſed in calidum, nam calor, & frigus opponuntur.

Aliqua datur oppoſitio inter terminos conuerſionis.

Prima ſententia eſſe poteſt, ad veram cõuerſionem penitus exigi, vt terminus à quo, & ad quem ex propria, & intrinſeca ſua ratione phyſicè pugnent ſub vno tertio; ſic nempe vt vnus illorum in eo tertio poſitus, ex ſe, & natura ſua poſtulet, vt alter ſub illo ſubſtãtialiter deſtruatur, atque adeo ſubſtantialiter eſſe deſinat. Proinde ad conuerſionem ligni in ignem eſſentialiſſimè requiri, vt forma ignis, & forma ligni ex natura ſua ſint incompoſſibiles in eadem materia: & ad conuerſionem panis in Chriſti ſubſtantiam, neceſſe prorſus eſſe, vt panis, & Chriſti ſubſtantia ex natura ſua ſint incompoſſibiles ſub eiſdem accidentibus. Hæc ſententia pleriſque diſplicet, quia non inueniunt oppoſitionem ex natura rei inter Chriſti ſubſtantiam indiuiſibiliter poſitam, & panis ſubſtantiam extenſam ſub eiſdem accidentibus.

Aliqui requirunt oppoſitam Phyſicam.

22. Alij cum Scoto pronunciant non eſſe neceſſarium, vt termini ex natura rei opponantur; ſed ſatis eſſe habeant oppoſitionem, & incompoſſibilitatem ex lege Dei, nolentis ſcilicet conſeruare terminum à quo in præſentia termini ad quem, Quia licet omnes conuerſiones ſubſtantiales, quæ naturaliter cognoſcuntur, oppoſitionem habeant phyſicam terminorum; hæc tamen non eſt ſimpliciter neceſſaria

Alij ſentiunt ſufficere moralem & ex lege Dei.

Digitized by Google

ad conuerſionem vt ſic:nam in moralibus Canonicus conuertitur in Epiſcopum, & miles in ducem,& peccator in iuſtum, abſque phyſica oppoſitione terminorum eiuſmodi accidentalium:Ergo & ſubſtantialis conuerſio ſupernaturalis eſſe poterit inter ſubſtantiales terminos non ex natura rei,ſed ex lege Dei.

Verum ſententia hæc licet abſque phyſica terminorum oppoſitione fateatur conuerſionem ſubſtantialem, non tamen ſubſtantialem phyſicam, ſed moralem: Vt patet in exemplis illis,quæ pro ſe adducit. Etſi enim ibi vera eſt conuerſio accidentalis,non tamen accidentalis phyſica, ſed moralis:Nam illæ formæ accidentales non pugnant, in eodem ſubiecto phyſicè,cum plerumque non ſint in illo phyſicè,ſed moraliter,vt Canonicatus,Ducatus, & peccatum habituale, quod per ſatisfactionem deſtruitur.Sic ergo licet in materiam primam inducta eſſet forma Leonis, & poſtea per vnionem Angeli cum materia prima per voluntatem Dei expelleretur inde forma Leonis, eſſet quidem conuerſio ſubſtantialis, quoniam vna ſubſtantia alteri ſuccederet, non tamen eſſet ſubſtantialis phyſica, quia prior non cederet per oppoſitionem phyſicam cum ſuccedente, ſed ſolum per moralem.

23. Aliqui cenſent, debere eſſe pugnam phyſicam, ſed ratione actionum.

Media verſatur inter has duas extremas illorum ſententia,poſtulantium,vt termini conuerſionis phyſicè pugnent,ratione productionum,ſiue actionum;ita nempe,vt poſitio vnius poſtulet ex ſe deſtructionem alterius. Hac via gradiuntur aliqui Recentiores, vt Granadus Tract.3.diſp.4.ſect.2.num.11.& ſect. 3. n. 19. quia licet vnus terminus cum altero naturaliter non repugnent ex ſe, poſſunt tamen ex vi actionis: quid enim implicat productio Petri, quæ ex ſe poſtulet deſtructionem Pauli? & productio albedinis ex ſe poſtulans deſtructionem frigoris? & productio Chriſti ex ſe deposcens deſitionem panis?

24. Impugnantur ab authore.

Hæc via perdifficilis eſt, & implicationem affert.Nam etſi terminus ratione actionis, quā ex ſe non poſtulat,habere poſſit rationem, ac exigentiam; quam ex ſe non affert, vt patet ſi albedo crearetur; aut anima rationalis educeretur:hoc tamen inde prouenit,quoniam eius productio manifeſtè mutatur eſſentialiter, Ex. gr.de creatione in eductionem, aut è conuerſo;& cum terminus ex ſe poſtulet creationem à ſubiecto pendentem, diuinitus habet à ſubiecto independentem.At verò ſi actio,ſeu productio eundem habeat terminum,& idem agẽs v.g.Michaëlem; & idem etiam ſubiectum, vt dealbatio,eandem albedinem, eandemque materiam; intelligi non poteſt,quomodo ſi prior non habebat oppoſitionem cum alia re, hæc poſterior oppoſitionem habeat.

25. Qualem oppoſitionem concedat P. Herize inter actiones.

Pater Herize facilè ſe expediret,ſi iuxta ſua principia, de actu Dei libero reſponderet. Diceret enim actum Dei liberum in eſſe liberi, & efficacis conſtitui per ipſam externam productionem:& productionem ſpecificari à ſuo principio:proinde quando Deus producit rem aliquam ob talem,vel talem finem, productionem iſtam eſſentialiter ſpecificari à principio ſuo diuino,quod eſt voluntas neceſſaria,atque adeo potentia productiua illius effectus;ideoque poſſe Deum producere Petrum ex volitione deſtruendi Ioannem, ideoque tunc productionem Petri eſſe phyſicè deſtructiuam Ioannis,ſicut,iuxta illum Doctorem,licet gratia non opponatur ex ſe cum culpa veniali, phyſicè tamen nunc illam expellit ratione actionis, qua producitur gratia, ex voluntate culpam illam deſtruendi.Ad hunc autem modum diceret, Chriſtum de facto eſſe cauſam phyſicè deſtructiuam panis, non quidem præciſe ratione ſui,ſed ratione actionis,qua de facto producitur in Euchariſtia ex voluntate deſtruendi panem: nam hoc ipſo illa productio phyſice reſpicit, & appetit deſtructionem panis; & cum ſit efficax, phyſicè illam inducit.

Hoc,inquam,pacto,ſi conſequenter ageret, reſponderet Herize:ſed quia principia quibus innititur falſa cenſemus, & alibi impugnauimus,ideo non poſſum ita reſpondere. Sed nouam ex hoc puncto impugnationem illius accerſere. Nam quando ex putri materia generatur mus,vel Deus producit murem cum voluntate deſtruendi putrem materiam,vel non? Si non producit cum tali voluntate, non accommodat voluntatem ſuam vt naturæ author naturis rerum,quod eſt apertum abſurdum. Si producit cum illa voluntate iam duæ erunt cauſæ totales formales formaliter deſtruentes putrem illam materiam, nempe forma muris,& illa ipſius productio. Etenim etſi forma muris non expelleret formam putrem, hanc expelleret illa ipſius productio:& ſi illa ipſius productio non expelleret putrem formam, illam expelleret forma muris: quod eſt aperte ſuperfluum. Impugnatio.

Sunt qui velint, ſufficere eam oppoſitionem,quæ naſcatur ex vnione ſuperaddita termino ad quem, licet illam ipſe ſecundum ſe non requirat. Sed iſtorum quidam aſſignant vnionem effectiuam, ſiue actionem, qua terminus ad quem conſeruet illud tertium,in quo ſit pugna:qua ratione dicunt,Chriſtum in Euchariſtia conſeruare ſpecies extra ſubiectum: & ex hac ſeparatione ſequi deſitionem ſubſtantiæ, cuius illæ ſpecies ſunt proprietates. Alij verò, vt Moncæcus conſtituunt vnionem formalem termini ad quem, cum illo tertio, verbi gratia Chriſti cum ſpeciebus, illas ſuſtentantis;ex qua ſuſtentatione naſci dicunt, vt panis,& vini ſubſtantiæ deſinant eſſe. 26. Aliorum recentiorum opiniones, de iſta oppoſitione.

Expugnantur tamen vtrique manifeſtè. Nam conuerſio ſubſtantialis phyſica debet ex aliquo ſubſtantiali phyſicè oriri: Sed iuxta illorum doctrinam terminus à quo neutiquam deſinit, ex vi termini ad quem, neque ex vi productionis ſubſtantialis ipſius, neque ex vi alicuius entitatis, aut modi ſubſtantialis ei connaturalis,vel non connaturalis,debiti, aut indebiti; ſed ex vi poſitionis modi accidentalis,& quidem ei iuxta propriam naturam ſpectato,imo etiam prout ibi producto, vel poſito, prorſus indebiti: Ergo non ibi datur conuerſio ſubſtantialis phyſica. Verum rationem hanc ſect. 2.§.4.promouebimus. Expugnantur.

Exiſtimo terminos à quo, & ad quem in conuerſione debere ſic eſſe oppoſitos, vt ex vi productionis termini ad quem ſub tertio, in quo ſit conuerſio, debeat neceſſario deſinere terminus à quo.Ratio eſt,quia productio cum ſuo termino conſtituunt vnum: vnde ſi productio habet oppoſitionem cum aliqua re, neceſſe eſt,vt terminus tali productione poſitus opponatur cum illa eadem re, nec poſſit cum illa ſimul ibi reperiri. Rurſus, inde fiet, vt ſi terminus ſit ſubſtantialis eius productio ſubſtantialis ſit; ac proinde ſi ex vi illius deſinat terminus à quo, manifeſtè deſinat, & ex vi 27. Vera oppoſitio neceſſaria eſt.

alicu

Digitized by Google

alicuius ſubſtantiæ, & cum termino ad quem conſtituente vnum ens.

28. Conuerſio ſubſtantialis duplex, & Phyſica,& moralis.

Addo Conuerſionem ſubſtantialem eſſe poſſe non modo phyſicam, vt in naturalibus conſtat, verum etiam moralem. Ex. gr. Si Deus ſub accidentibus ligni produceret Angelum his verbis, *Iſte eſt Gabriel*, daretur ſub illis accidentibus conuerſio ſubſtantialis, quia produceretur vna ſubſtantia, & ob eius productionem deſineret altera: eſſet tamen conuerſio ſubſtantialis non phyſica, quia vna ſubſtantia non deſtrueretur ex vi productionis, ſeu actionis ponentis alteram phyſicè ſpectatæ; cum Angelus, & lignum in eodem loco minimè repugnent: eſſet tamen conuerſio ſubſtantialis moralis, quia poſitio Gabrielis moraliter ſpectata, id eſt, efficiens moraliter vnum cum illis verbis *Iſte eſt Gabriel*, pugnaret cum exiſtentia ligni ſub eiſdem ſpeciebus.

§. IV.

Conuerſionis, & Tranſſubſtantiationis appellatio, & definitio.

29. SVarez Diſp. 50. ſect. 8. & plurimi Recentiorum exiſtimant, conuerſionem ſubſtantialem naturalis ordinis eſſe actionem illam, ad quam ſequitur deſitio ſubſtantiæ præexiſtentis; atque adeo conuerſionem ligni in ignem conſiſtere in actione introducente formam ignis in materiam ligni. Conſequenter aiunt, tranſſubſtantiationem non aliud eſſe niſi totalis ſubſtantiæ productionem, ex qua ſequitur alterius totalis ſubſtantiæ deſitio ſub eiſdem accidentibus, vtrique ſubſtantiæ communibus.

Explicatio P. Suarez impugnatur.

Sed contra primò, quia conuerſio ab omnibus definitur, Tranſitus vnius rei in alteram circa idem tertium ambabus commune: Tranſitus autem tenet ſe ex parte rei deſinentis, eamque denominat tranſeuntem, ac proinde deſinentem; qualiter non illum denominat productio poſitiua termini ad quem: Ergo conuerſio non eſt, ſaltem propriè, & in recto, actio, cuius poſitione deſinit terminus à quo: idque tam in conuerſione naturali ligni in ignem, quam in tranſſubſtantiatione ſupernaturali panis in Chriſtum.

30. Item alia declaratio P. Vaſquez reiicitur.

Vaſquez, multique alij cenſent, conuerſionem ſubſtantialem, ac proinde tranſſubſtantiationem ſitam eſſe in relatione mutua duarum ſubſtantiarum, quarum altera incipit, & altera deſinit. Sed contra, quia conuerſio, ſi rectè concipiatur, debet concipi, vt via; quippe quæ ſit, & definiatur tranſitus: Atqui relatio nec eſt, nec concipitur, vt via: Ergo conuerſio non conſiſtit in relatione. Secundò, quia relatio hæc non eſt realis, cum alterum extremum re ipſa non ſit: non eſt tranſitus, cum hæc non exiſtat niſi dum actu cogitatur, & fingitur; conuerſio autem exiſtat independenter à cogitatione, & fictione: Ergo perperam dicitur in relatione conſiſtere. Dices, conſiſtere in relatione rationis fundamentali, nempe in illo fundamento, quod habemus ad cogitandam inter eas ſubſtantias relationem relationem rationis. Sed contra, tum quia fundamentum iſtud eſt reale: malè ergo fundatur relatio rationis. Secundò, quia ſi in hoc fundamento conſiſtit conuerſio, dici debet quid iſtud ſit, & ita propriè decidetur quæſtio.

Recentiores quidam aiunt, conuerſionem ſubſtantialem eſſe, Denominationem extrinſecam in ſubſtantia deſinente, deſumptam à ſubſtantia ſuccedente. Sed contrà, Primò, quia cum conuerſio ſit eſſentialiter, ac formaliter tranſitus, nequit non concipi, vt via quædam: & cum ſit tranſitus rei deſinentis, quatenus talis, nequit non concipi, vt tranſitus negatiuus: Atqui denominatio extrinſeca afficiens ſubſtantiam deſinentem, deſumpta à ſubſtantia ſuccedente, nec eſt, nec concipitur, vt tranſitus: Ergo in ea non conſiſtit conuerſio. Secundò, quia ſi in denominatione extrinſeca deberet conuerſio conſtitui, deberet conſtitui in ipſa deſitione, non in ſubſtantia deſinente; nec denominatio ſumi deberet à ſubſtantia ſuccedente, ſed ab ipſius productione, ſeu ſucceſſione. Nam deſitio v.gr. ligni per denominationem à poſitione ignis compleretur formaliter in ratione conuerſionis; cum formaliter compleretur in ratione deſitionis vnius ſubſtantiæ ex vi poſitionis alterius. 31.

Alia quorundam RR. opinio.

Diſtinguenda eſt actio, quæ eſt cauſa conuerſionis, ab ipſamet conuerſione; ſicut actio, quæ eſt cauſa inducens mortem, diſtingui debet ab ipſa morte; cum prior ſit poſitiuum quidpiam, & altera negatiuum; illa cauſa, & hæc ipſius effectus. Sicut enim qui comburit lignum, propriè dicitur illud deſtruere, ita dicitur illud conuertere, & per eandem actionem, qua illud comburit, per eandem illud deſtruit: cum hoc tamen diſcrimine, quod poſitiua illius actio eſt formalis ignitio, ac proinde per ſe ipſam formaliter eſt ignitio: at non eſt per ſe ipſam conuerſio formaliter, quia non eſt ipſa ligni deſitio, ſed ſolum eſt conuerſio cauſaliter, quia ſcilicet eſt cauſa deſinentis formæ ligni. Non autem quærimus, quænam ſit cauſa conuerſionis; nam certum eſt conuerſionis cauſam eſſe eam actionem, ex qua proximè, & immediatè, ac per ſe ſequitur alterius ſubſtantiæ deſitio ſub aliquo tertio communi duabus ſubſtantiis, nempe cadenti, & ſuccedenti, deſinenti, & incipienti. 32.

Diſtinguuntur Actio conuerſionis, & conuerſio ipſa, tanquam cauſa, vel cauſalitas & effectus ipſe.

Hinc vero patet, ſacrificium, & conuerſionem, quod attinet ad modum ſignificationis, è diametro opponi. Nam ſacrificium in recto dicit actionem poſitiuam, ex qua per ſe ſequitur rei ſacrificatæ deſtructio, ſeu deſitio: Conuerſio autem è contra non dicit cauſam deſitionis rei, quæ conuertitur, ſed ipſam deſitionem, tanquam effectum poſitionis rei, in quã res cõuertitur. Et ratio eſt, quia hoc ipſo quod ouis, aut alia pecus ſit à ſacerdote lethaliter percuſſa, tametſi nondum deſierit, iam eſt ſacrificata: at verò ſi ponatur actio ligni deſtructiua, & in ignem conuerſiua, dum non actu poneretur ligni deſitio, non diceremus lignum conuerſum.

Rurſus diſtinguenda eſt via, quæ dicitur conuerſio, à forma, qua conſtituitur formaliter conuerſio. Nam deſitio v. gr. ligni, quæ nunc inducitur per introductionem ignis, & eſt conuerſio ligni in ignem, illa, inquam ipſa deſitio poni poterat, quin introduceretur in materiam forma ignis, aut alia, proinde potuit exiſtere 33.

Diſtinguuntur etiam via illa, quæ dicitur conuerſio, & Forma conſtituens conuerſionis.

Digitized by Google

illa deſitio, & non habere rationem conuerſionis: quare illa deſitio, quæ eſt conuerſio, & forma, per quam formaliter conſtituitur in eſſe conuerſionis, realiter diſtinguuntur. Sic nimirum, vt res, quæ dicitur eſſe genus, re ipſa diſtinguitur à forma, ſeu notione, qua formaliter conſtituitur in ratione formali generis; quippe quæ ſine iſta poteſt re ipſa inueniri. Ad hunc, inquam, modum, ſicut aliud eſt res, quæ eſt genus, & aliud notio, ſeu forma generis: ita aliud eſt conuerſio, aliud eſt forma conuerſionis. Et ne Theologicum omittamus exemplum: proxima diſpoſitio ad gratiam eſt contritio in recto; forma verò per quam vltimò conſtituitur in ratione diſpoſitionis, eſt diuina inſtitutio, prout in Tractatu de Iuſtificatione, Deo dante, propediem in lucem dabimus.

34. Conuerſio eſt deſitio rei præcedentis ex vi productionis rei ſuccedentis ſub aliquo ſucceſſione communi.

Pronuncio iam: Subſtantialis conuerſio nihil aliud eſt, quam *Deſitio ſubſtantiæ præcedentis, ex vi productionis ſubſtantiæ ſuccedentis ſub aliquo tertio, ambabus ſucceſſiuè communi.* Patent omnes definitionis particulæ. Nam conuerſio eſt ſubſtantialis tranſitus ſubſtantiæ, quæ conuertitur, nec eſt tranſitus localis, aut alius poſitiuus, ſed negatiuus, atque adeo deſitiuus, ac proinde eſt, *Deſitio ſubſtantiæ præcedentis*: non quaſi conuerſio vt ſic, ſit deſtructio totius, quod erat in ſubſtantia præcedente; nam nec ligni conuerſione deſtruitur materia prima; nec hominis conuerſione in cadauer deſtruitur hominis forma; per vtramque tamen deſtruitur ſubſtantia præcedens, quia deſtruitur aliquid ſubſtantiale, quo deſtructo neutrum illorum præcedentium permanet, nempe lignum ſine forma ligni, nec homo ſine vnione animæ rationalis ad materiam: eſto conuerſione tranſſubſtantiali debeat deſinere ſua præcedens ſubſtantia, de quo ſtatim. Aliæ duæ particulæ, nempe, *Ex vi productionis ſubſtantiæ ſuccedentis*,&c. *ſub aliquo tertio ambabus ſucceſſione communi*, conſtant ex hactenus dictis.

Opponet Vaſquez, Conuerſionem eſſe quãdam formam, deſitionem autem ſubſtantiæ præcedentis, eſſe quandam materiam, & illius formæ ſubiectum. Atqui forma non eſt materia, & definitionem formæ non ingreditur in recto materia: Ergo conuerſio non eſt deſitio, nec eius definitionem debuit in recto intrare deſitio. Contrà, quia conuerſio iuxta rei veritatem, & hominum conceptionem, eſt quædam via; forma verò, quam cogitat Vaſquez, non eſt quædam via. Rurſus via, in qua conſiſtit conuerſio, eſt via negatiua, ac proinde deſitio: non eſt autem mera deſitio, ſed deſitio cauſata à productione termini ſuccedentis, ideoque totum hoc in definitione poſuimus. Ad obiectionem autem in forma reſpondemus diſtinguendo maiorem; Conuerſio eſt quædam forma, in recto, nego; in obliquo, concedo: nam in recto eſt materia, & in obliquo dicit formam, quæ declaratur verbis illis *ex vi productionis ſubſtantiæ ſuccedentis*, &c. Alioquin obiicere poſſes Porphyrio genus eſſe quandam formam, ideoque non debere definiri per materiam in recto; *Quod prædicatur de multis* &c. Et Theologis definientibus ipſam Gratiæ diſpoſitionem, *Actus proximè præparans ad iuſtificationem*, quod in definitione ponunt *actum*. Sicut ergo genus in recto dicit materiam, & in obliquo formam; ideoque rectè definitur, *Quod prædicatur de multis*, &c. ita conuerſio cum in recto dicat deſitionem, vt materiam; & in obliquo dictam formam, optimè definietur, *Deſitio ſubſtantiæ præcedentis*, &c.

Hinc elicitur Tranſſubſtantiationis eſſentia, & definitio; nimirum, Deſitio ſubſtantiæ totius præcedentis, ex vi productionis ſubſtantiæ totius ſuccedentis ſub aliquo tertio ambabus ſucceſſiuè communi. Quia Tranſſubſtantiatio eſt quædam conuerſio; & prætereà addit, eſſe conuerſionem totius ſubſtantiæ in totam ſubſtantiam. 35. Definitur Tranſſubſtantiatio.

SECTIO II.

Panem, & Vinum verè conuerti, & tranſſubſtantiari in Chriſti corpus, & ſanguinem.

HOc eſſe fidei dogma, expreſsè definitum à Conciliis, & prius, ac ſæpiſſimè traditum à SS. Patribus, optimè probat Suarez Diſput. 50. ſect. 1. Habenda eſt ante oculos definitio Tridentini ſeſſ. 13. cap. 4. can. 2. vtrumque definientis, nempe & illam eſſe veram conuerſionem, & conuenienter, ac propriè, & aptiſſime Tranſſubſtantiationem appellari. Noſtrum eſt rationem noſtræ fidei reddere, nempe oſtendendo, concurrere ibi tres illas conditiones, quas ad veram conuerſionem ſectione præcedente requiſiuimus. 36.

§. I.

Chriſti corpus, & ſanguis in Euchariſtia ſubſtantialiter producuntur, ſiue incipiunt.

VArij Doctores aſſerunt, in Euchariſtia non produci Chriſti ſubſtantiam, ſed eius præſentiam localem, vel etiam aliquem alium modum. Ita Scotus, multique Scotiſtæ, & Nominales, quibus aſſenſere olim Alenſis, Bonauentura, Guillielmuſque Pariſienſis: & hodiè ſubſcribunt Claudius Sanctęſius Repet.7. cap. 6. Ioannes Heſels lib. de Corpore Chriſti fol.77. & 113. Robertus Bellarminus lib. 2. de Euchariſt. cap. 18. cæterique Controuerſiſtæ: inter Scholaſticos verò Valentia q. 5. p. 3. §. Quartò ſequitur, Vaſquez Diſput. 181. pleriſque in capitibus, Moncæus Diſput. 11. cap. 10. & ſequentibus, & Lugus Diſput. 7. ſect. 3. & 4. 37. Qui dicunt produci ſolummodo Præſentiam ad locum.

Nobis certiſſimum eſt, Chriſti corpus, & ſanguinem in Euchariſtia conſtitui per veram, & phyſicam, & ſubſtantialem ſui productionem. Ita Gabriel in 4. diſt. 11. quæſt. 1. art. 3. dub. 2. & in Canonem Miſſæ lect. 40. & plurimi alij, quos valdè probabiliter allegat, & ſequitur Suarez Diſp. 50. ſect. 4. §. Quintus ergo, Coninck quæſt. 75. art. 4. dub. 5. Petrus Hurtadus de Generat. Diſp. 1. ſect. 4. & Rodericus de Ariaga etiam de Generat. Diſp. 1. ſect. 3. & plurimi, ac nobiliſſimi Recentiores, vt miratus fuerim quod P. Lugus tam acerbè contra Ægidium

Vera ſententia eſt, ſubſtantiam corporis Chriſti produci, ſeu reproduci.

Digitized by Google

Ægidium de Coninck innectatur, quaſi ſolus Ægidius hanc viam inſiſteret: Eſto, ſolus, aut primus peculiares aliquas rationes aduerſus oppoſitam ſententiam afferat, quas tamen P. Lugus non diluit.

38. *Teſtimonia PP. manifeſta.* Probatur aſſertio: Primò clariſſimis teſtimoniis tum Eccleſiæ, tum Patrum, aſſerentium, Chriſtum in hoc myſterio produci, fieri, creari. Nam Eccleſia in hymno de hoc myſterio canit: *Verbum caro panem verum; Verbo carnem efficit.* Et in ipſo Miſſæ Canone ſic de Chriſto, & circa Chriſtum in Euchariſtia poſitum, Deum Patrem alloquitur: *Per quem hæc omnia Domine ſemper bona creas, ſanctificas, viuificas, benedicis, & præſtas nobis.* Vbi creare, eſt, *Producere*: *ſanctificare*, eſt, *ſacrificare*, iuxta illud: *Ego ſanctifico me ipſum*; id eſt, ſacrifico: *Viuificare*, eſt *inſtaurare*, & nouare, nempe in nouis ſacrificiis: *Benedicere*, eſt benedicendo producere, vnde ipſa hoſtia conſecrata vocatur benedictio, & benedicere in Scripturis ſanctis, eſt verum effectum edere; qua de re videndus Claudius de Sainctes Repetit. 7. cap. 4. *Cyprian.* Porro ad hæc ipſa Canonis verba ſic alludit Cyprianus ſerm. de Cœna Domini: *Vſque hodiè veriſſimum, & ſanctiſſimum corpus ſuum creat, & ſanctificat, & benedicit, & piè ſumentibus diuidit.* *Ambroſ.* Ambroſius lib. 4. de ſacramentis cap. 4. *Poſt conſecrationem iam tibi dico, quod Corpus eſt Chriſti, ipſe dixit, & factum eſt, mādauit, & creatum eſt.* *Hieronym.* Hieronymus epiſtola ad Heliodorum: *Sacerdotes Chriſti corpus ſacro ore conficiunt.* Et ad Euagrium: *Ad eorum preces Chriſti corpus, ſanguiſque conficitur.* *Auguſtin. relatus cap. vtrum de conſecrat. diſt. 2.* Auguſtinus cap *vtrum ſub figura*, de Conſecratione diſt. 2. refertur dicens: *Conſecratione carnem, & ſanguinem potentialiter creari.* *Paſchaſ.* Paſchaſius lib. de Corpore Chriſti, c. 12. ſcribit: Chriſtū in Euchariſtia efficere, & creare carnem ſuam; vnde addit: *Quod ſemel factum eſt Verbum caro, quotidiè fieri non dubites.* *Adelmarus.* Adelmarus in Epiſtola ad Berengarium: *Chriſtus per hos ſacerdotes corpus, & ſanguinem ſuum creat.* Dicunt etiam de pane fieri corpus, de vino ſanguinem: & alia quæ videri poſſunt in Recentioribus.

39. *Reſponſum friuolum Aduerſariorum eſt.* Reſpondent Aduerſarij, non agere Patres de productione propria, per quam fiat Chriſti ſubſtantia, ſed de impropria, per quam fiat Chriſti præſentia. Sed contra primò, quia SS. Patres apertè coniungunt productionem, effectionem, & creationem cum Chriſto, de modo autem præſentiæ nullam habent mentionem. Secundò, quia Patres exemplis vtuntur apertiſſimis productionum ſubſtantialium; vt qua granum conuertitur in herbam, cibus in ſubſtantiam viuentis, imò & aiunt, Incarnationem quotidie fieri. Tertiò, mirum mihi accidit, quod in iſtam reſponſionem Doctores conſenſerint. Si enim pronunciantibus Patribus, Chriſtum, & Chriſti corpus, & ſanguinem in Euchariſtia produci, creari, effici, *Et quod videtur fauere Hæreticis ſacramentariis.* quibus verbis nulla poſſunt eſſe aptiora ad ſignificandam Chriſti productionem propriam; ſi nos, inquam, reſpondeamus, ſolum indicare impropriam, clypeum ſubminiſtrabimus Hæreticis. Nec enim aptiora ſunt verba illa Chriſti, *Hoc eſt corpus meum*, ad ſignificandam ſui corporis veram præſentiam; quam iſta ſanctorum Patrum, *Chriſti corpus creatur, conficitur*, ad ſignificandam eiuſdem ſubſtantiæ productionem. Si autem Catholici tot ſanctos Patres, ipſámque Eccleſiam explicant de Chriſti metaphorica productione; quid mirum (inquient Lutherani) quod nos Chriſtum exponamus de ſui corporis metaphorica præſentia? Et quidem Hæretici Chriſtum de hac exponunt, quia cenſent illam alteram impoſſibilem, Aduerſantium verò Theologorum plures, vt Moncæus, & Lugus veram Chriſti productionem ducunt poſſibilem, & tamen ad metaphoram diuertunt.

Secundò probatur aſſertio, quia Chriſtus ad Euchariſtiam non affertur motu locali ſucceſſiuo, vt apud omnes Orthodoxos conſtat: Atqui nec ibi conſtituitur actione, quam vocant adductiuam, ſeu productione ſolius modi præſentiæ: Ergo cum ibi Chriſtus realiter præſens ſit, ibi realiter, ſiue ſubſtantialiter producitur. Minor, quæ ſola difficilis videri poſſet, probata iam eſt Diſp. 31. ſect. 1. vbi oſtendimus, & præſentiæ modum eſſe fictitium; & ipſo admiſſo, fieri non poſſe, vt Chriſtus in cœlo præexiſtens, incipiat in Euchariſtia realiter exiſtere per ſolam productionem modi præſentiæ, ſed opus eſſe, vt ſubſtantialiter ibi producatur. E contrà verò productio iſta facillimè intelligitur poſſibilis, vt ibidem ſect. 2. oſtendimus: Et huius myſterij difficultates complanat ita, vt mirari non deſinam, quòd Aduerſantes affirment, nouis Difficultatibus illud implicare; ſin minus progrediamur. 40. *Ratio validiſſima profertur.*

Tertiò diſſero, quoniam in Euchariſtiæ confectione datur vera conuerſio ſubſtantialis, vt apud omnes Orthodoxos in confeſſo eſt: Atqui ſubſtantialis conuerſio non magis exigit ſubſtantialem deſitionem termini à quo, quam ſubſtantialem productionem termini ad quem: Ergo cum in Euchariſtiæ conſecratione detur vera, & ſubſtantialis deſitio ſubſtantiæ panis, & vini; pariter inuenitur vera, & ſubſtantialis productio corporis, & ſanguinis Chriſti. Minoris probationem latè proſecuti ſumus Sectione ſuperiore §. 2. & ſanè vel ex ipſis terminis innoteſcit paritas: nam ſicut conuerſio eſt tranſitus à non eſſe, ita eſt tranſitus ad eſſe: Ergo conuerſio ſubſtantialis ſicut eſt tranſitus à non eſſe ſubſtantiali; ita eſt tranſitus ad eſſe ſubſtantiale. Sed quatenus tranſitus à non eſſe ſubſtantiali, eſſentialiter exigit deſitionem termini ſubſtantialis à quo: Ergo quatenus tranſitus ad eſſe ſubſtantiale, eſſentialiter flagitat productionem termini ſubſtantialis ad quem. 41. *Alia ratio deſumitur ex vera & phyſica conuerſione.*

Quartò denique diſputo deſtructione illorum, quæ nobis opponuntur. Primum eſt, productionem iſtam eſſe impoſſibilem. Contrà, vel eſt impoſſibilis, quia nequit idem effectus duas actiones ſimul terminare: & hoc eſſe falſum Aduerſantium plures fatentur, & ſuo fuit loco probatum. Vel eſt impoſſibilis, quia ponitur hæc actio phyſicè procedere à Chriſto, vt à cauſa efficiente; & nulla creatura poteſt ſe ipſam efficere. Et quidquid de hoc ſit, nobis non nocet, qui productionem iſtam à ſolo Deo, quatenus Deo, vt phyſicè agente, manare dicimus. 42. *Alia ex ſolutione obiectorum.* *Prima obiectio.*

Alterum eſt, talem actionem non fore conuerſionem, etiamſi exhiberetur in ipſo loco ſpecierum. Quia ſicut mera productio animæ rationalis in loco materiæ, non eſt generatio, ſed generationem præcedens, conſiſtentem in actione phyſicè vniente animam cum materia: pariter productio Chriſti in ſpatio ſpecierum non eſſet conuerſio, ſed præcedens conuerſionem, ſitam ſcilicet in tali nexu Chriſti cum *Secunda obiectio.*

Digitized by Google

ſpeciebus panis, vt ex eo ſequatur panis deſitio. Sed contrà, quia nos eam actionem non aſſerimus merè productiuam Chriſti, ſed ſimul vnitiuam, & verè vnionem eiuſdem cum ſpeciebus, ex qua ſequatur deſitio panis, vt partim diximus Diſp. 31. ſect. 2. partim in huius ſectionis §. 6. explicabimus; ex quo patebit actionem hanc & eſſe ſubſtantialem, & eſſe conuerſionem, & tranſſubſtantiationem, idque totum habere eſſentialiter.

43.
Tertia obiectio.

Tertium eſt, eam actionem non eſſe huic myſterio declarando neceſſariam: cumque difficilis ſit, non eſſe aſſerendam, nè fidei myſterium pro mera noſtra libertate, difficilius reddamus. Contrà, nam ad conuerſionem ſubſtantialem requiri ſubſtantialem productionem ſuperiore ſectione §. 2. confirmauimus. Hac porrò actione difficultates non augeri, ſed minui, partim ex dictis claret, partim ex dicendis illuſtrius fiet. Et verò cum hæc actio palam ſubſtantialis ſit, & ad ſubſtantialem conuerſionem multò magis conducere poſſit, quam actiones accidentales, quas Aduerſarij conſtituunt, per quas non conuerſionem verè ſubſtantialem, ſed metaphoricè ſubſtantialem, & planè puerilem, & ridiculam inducunt: mirum eſt quod aſſerant, actionem iſtam ſubſtantialem, etſi poſſibilis ſit, non hîc aſſerendam, vtpote difficultatum auctricem: quas enim difficultates afferat, vel augeat, ego planè non video. E contrà verò plus difficultatis habet ſola actio adductiua, quàm totum Euchariſtiæ myſterium.

Actio adductiua, vel Productiua Modi accidentalis implicat plures difficultates quàm noſtra reproductio ſubſtãtialis.

44.
Quædam Aduerſariũ inſtantia.

At, inquiunt, Non eſt hîc ponenda productio, quæ neceſſaria non ſit ad verificandum Chriſti dictum, *Hoc eſt corpus meum*; vel ad aſtruendam in hoc myſterio conuerſionem ſubſtantialem. Sed Chriſti productio ad neutrum iſtorum neceſſaria eſt: nam ſi Chriſtus abſque ſui productione ponatur præſens in Euchariſtiæ ſpeciebus, verè dicet Chriſtus circa ſpecies: *Hoc eſt corpus meum*: & conſtabit conuerſio ſubſtantialis, nam deſtructo pane ſuccedet Chriſtus in munere ſubſtandi accidentibus: Ergo productio ſubſtantiæ Chriſti nequaquam eſt aſſerenda.

Diluitur.

Hic cenſetur Aduerſariorum Achilles: Sed vt ſæuas patitur toto corpore plagas, videtur potius raptandus Hector. Maior enim propoſitio valde diminuta, atque adeò falſa eſt. Nam in Chriſti verbis non ſolum attendenda, & ſaluanda eſt veritas præſentiæ ipſius, & proprietas tranſſubſtantiationis, verum etiam ſacrificij. Quare ſi per poſſibile, vel impoſſibile veritas, & proprietas præſentiæ Chriſti, & tranſſubſtantiationis abſque ipſius Chriſti productione conſtaret, non autem veritas ſacrificij, ſane ad iſtam aſtruendam Chriſti productio ponenda hîc eſſet.

Verba Chriſti ſacrifica ſunt.

Minor quoque falſa eſt, vt ſæpius oſtenſum. Eius verò probatio falsò ſupponit, Chriſtum, cum ad ſpecierum locum non adueniat motu locali pertranſeunte ſpatium, poſſe ibi fieri præſentem abſque ſui productione ſubſtantiali, quod ſupra vidimus eſſe impoſſibile. Cæterum eo permiſſo vt poſſibili, & re ipſa poſito, dicimus non illic veram fore conuerſionem ſubſtantialem: nam hæc non minus eſt ad eſſe ſubſtantiæ, quàm à non eſſe ſubſtantiæ: proinde ſicut eſſentialiter exigit deſitionem ſubſtantialem termini à quo, ita productionem ſubſtantialem termini ad quem.

Obiiciunt. Ad conuerſionem ſubſtantialem non requiritur, vt producatur terminus formalis; ſiquidem alimentum ſubſtantiali conuerſione tranſit in ſubſtantiam hominis; & tamen tunc non producitur anima hominis, quæ eſt terminus formalis. Hoc tamen in §. 2. diſſectum eſt, & nunc redarguitur: quia ſolum contendimus, ad conuerſionem ſubſtantialem requiri, vt ſicut ſubſtantialiter deſtruitur terminus à quo, ſic ſubſtantialiter producatur terminus ad quem: vnde ſicut homo, dum conuertitur in cadauer, ſubſtantialiter deſtruitur, etſi anima non deſtruatur; ita dum alimentum conuertitur in ſubſtantiam hominis, hæc ſubſtantialiter producitur, etſi anima non producatur. Cumque Euchariſtica conuerſio non ſolum ſubſtantialis ſit, ſed etiam tranſſubſtantiatio; profectò ſicut tota ſubſtantia, quæ eſt terminus à quo, ſubſtantialiter deſtruitur, ita tota, quæ eſt terminus ad quem, ſubſtantialiter debet produci, nec vnquam diſparitas inuenietur: nam conuerſio ſubſtantialis eſt à non eſſe vnius ſubſtantiæ ad eſſe alterius ſubſtantiæ; eſtque incredibile, nedum liberum, nomine vnius ſubſtantiæ accipere veram ſubſtantiam, & non nudum munus ſubſtandi accidentibus: & nomine alterius ſubſtantiæ ſumere nudum iſtud munus, non veram ſubſtantiam.

Quarta obiectio.

Sicut homo deſtruitur quãdo perit, vnio licet Anima permaneat, ſic homo producitur, quando fit vnio inter corpus & Animam, etſi per non producatur.

46.
Ad veritatẽ verborum Chriſti requiritur productio.

Addimus, ſi Chriſtus in Euchariſtia non eſſet productus, ſed ſolum ſubſtaret accidentibus, non fore vera ipſius verba, *Hoc eſt corpus meum*. Demus enim panem phyſicè disiunctũ à ſuis accidentibus, & minime illa ſuſtentãtem, in illorum ſpatio permanere ſimul cum Chriſto, vt Hæretici quidam affirmarunt. Vel tunc eſſet verum dicere, *Iſte non eſt panis*, vel non? Si eſſet verum: Ergo eſſet verum, *Hoc eſt corpus meum*: Atqui, per te, non eſt apponendum, quod non eſt ad iſtam veritatem neceſſarium: Ergo non eſt aſſerendum, ſubſtantiam panis in ſuo eſſe deſinere, ſed deſinere à munere ſuſtentandi accidentia, quia cum hoc ſtat verborum Chriſti veritas, & conuerſio, & tranſſubſtantiatio; quod eſt erroris pleniſſimum: Ergo falſum eſſet tunc dicere, *Iſte non eſt panis*. Tum ſic: dum panis in Euchariſtia ſubſtantialiter non deſtructus non ſuſtineret ſuas ſpecies, falsò diceretur circa illas, *Iſte non eſt panis*: Ergo dum Chriſtus in Euchariſtia ſubſtantialiter nõ productus, eas ſuſtineret ſpecies, falsò diceretur circa ſpecies, *Iſte eſt Chriſtus*.

Item ad rerum ſacrificiũ Miſſæ.

Nec ſilendum quod ſæpius iam attigimus, non producto ſubſtantialiter in Euchariſtia Chriſto, non fore in Miſſa verum ſacrificium. Quæ namque ſacrificij ratio ſit, productio nouæ præſentiæ in pecude? Hoc profectò non eſt offerre pecudem, ſed præſentiam; cum eiuſmodi productio talis ſit, vt nec ex ſe pecudem in rerum natura ponere poſſit, nec eius deſitio, ſi alia via pecus exiſtat, poſſit eam è medio tollere, ſeu deſtruere. At ſi Chriſtus in Euchariſtia ſubſtantialiter producatur, ſubſtantialiter in ea deſinet; ac proinde poſitio eius in Euchariſtia, erit ipſius ſacrificatio, quia per ſe poſtularet eius celerem deſitionem, & talem deſitionem, quæ ſi Chriſtus alibi non exiſteret, actualem illi exiſtentiam omninò tolleret.

47.
Vltima obiectio Aduerſantium.

Quartum argumentum eſt, actionem iſtam, quam ſtatuimus, fore Chriſti creationem: & conſequenter non fore conuerſionem, quia creatio

Digitized by Google

creatio, & conuerſio ſunt actiones valdè diſcrepantes. Vnde ſic diſputant: ſi panis per annihilationem in Euchariſtia deſtrueretur, non daretur ibi vera conuerſio, vt expreſsè tradit S. Thomas quæſt. 75. art. 3. Ergo pariter, ſi Chriſtus in Euchariſtia per creationem produceretur, non ibi reperiretur vera conuerſio. Sicut enim annihilatio panis eſſet totalis deſtructio ſubſtantiæ panis, independens à ſubiecto: ſic ſubſtantiæ Chriſti creatio eſſet productio totius ſubſtantiæ, independens etiam à ſubiecto, vel ab aliquo tertio.

Qualis ſit creatio & quomodo vocanda Productio hæc Chriſti ſub ſpeciebus.

Reſpondeo, Chriſti productionem, quam aſſerimus, ſi ſecundum eſſentiam ſuam ſpectetur, eſſe creationem; duabus tamen de cauſis non vocari creationem; vna, quia ſupponit Chriſtum præexiſtentem, atque adeo plus videtur appellari poſſe conſeruatio: quanquam nec ſic propriè nominabitur, quia conſeruatio ſonat actionem, qua terminus ita nunc in rebus eſt, vt ſi ipſa ceſſaret, ipſe ſimpliciter deſineret; qualis non eſt actio, per quam Chriſtus in Euchariſtia producitur: & ideo libuit eam vocare ſubſtantialem productionem. Altero titulo non appellatur creatio; quoniam hæc non eſt productio termini in aliquo tertio: & hæc eſt productio Chriſti in accidentibus. Sicut ergo deſitio totius ſubſtantiæ panis, quia fit ſub accidentibus, non ita eſt annihilatio, vt nequeat induere rationem conuerſionis: ita & Chriſti productio ob eandem rationem, & quidem apud nos vrgentiorem, qui cenſemus actionem iſtam eſſe vnionem Chriſti cum ſpeciebus, atque adeo eſſentialiter conuertiuam; quod illa panis deſitio, quæ fit ſub accidentibus, ſi ſecundum ſuum eſſe, vel quaſi eſſe phyſicum ſpectetur, eſſentialiter conuerſio non eſt, quippe quæ non poſtulat ſub accidentibus fieri.

§. II.

Panis, & Vinum in Euchariſtia ſubſtantialiter deſtruuntur, ſiue deſinunt.

48. Plurimi Hæretici tenent manere in Euchariſtia panem.

Berengarius, VViclefus, & Lutherus affirmarunt, hodieque Lutherani tenent, totum panem, totumque vinum in Euchariſtia ſimul cum Chriſto exiſtere, cum neſcio qua vnione ad Chriſti ſubſtantiam Ioannes quidam cognomento Pariſienſis, apud VValdenſ. tom. 2. de ſacram. cap. 6. docuit, in Euchariſtia ſolas ſubſtantias panis, & vini manere Chriſto hypoſtaticè vnitas: quem errorem aliqui tribuunt Ruperto; ſed aliam fuiſſe eius mentem exiſtimo. Eum tenuiſſe multò ante videtur Gelaſius ille ſcriptor de duabus naturis aduerſus Eutychianos, & Neſtorianos, non quidem Papa Romanus, vt ſolerter ibidem admonet Supremum S. Inquiſitionis Hiſpanæ tribunal; ſed Epiſcopus Cizicenus, vt cum Roberto Bellarmino, & Claudio de Sainctes, nos in Tomo de Incarnatione Diſp. 14. num. 15. aduertimus.

Durandus.

Durandus in 4. diſt. 11. quæſt. 3. num. 5. ſupponens totalem conuerſionem non eſſe ab Eccleſia definitam, aſſerit, probabiliter dici poſſe, ſolum deſtrui panis, & vini formas, & permanere materias, formis tamen Dominici corporis, & ſanguinis informatas. Quidam è contrà docuerunt, teſte S. Thoma quæſt. 75. art. 5. deſtrui ſolas materias, & permanere formas, propriis accidentibus affectas. Godefridus Quodlib. 8. quæſt. 17. deſtrui panis, & vini naturas, & permanere ipſarum ſubſiſtentias, per quas panis, & vini accidentia ſubſiſtant. Dominicus Bannes 1. p. q. 4. art. 2. dub. 2. à 5. *At verò*, ſcribit deſtrui quidem panis, & vini ſubſtantias, ſed permanere ipſarum exiſtentias, per quas accidentia panis, & vini exiſtant: quam ſententiam in ſecunda editione ſic reuocat, vt tamen aſſerat eſſe probabilem.

Godefridus

Dominicus Bannes.

49. Veritas definita fuit in pluribus Conciliis.

Cæterum ſubſtantias panis, & vini in Euchariſtia non manere, definitum eſt contra Berengarium à Gregorio VII. in Concilio Romano, & habetur in cap. *Ego Berengarius*: panem autem, & vinum in Chriſti ſanguinem tranſſubſtantiari, definitum poſteà fuit ab Innocentio III. in Concil. Lateran. & refertur cap. *Firmiter de Summa Trinit. & fide Cathol.* Poſtea in Concil. Romano, tempore diuturni Schiſmatis, damnatus eſt VViclefus, eamque damnationem cõfirmant Martinus V. in Concilio Conſtantienſi: Poſtmodum Eugen. IV. in Florentino ſeſſ. 25. in Inſtructione Armenorum 9. *Tertium eſt*, denuo definiuit, panem, & vinum in Chriſti corpus, & ſanguinem conuerti. Hanc verò conuerſionem eſſe totalem, remanentibus dumtaxat cum Chriſto ſolis accidentibus panis, & vini, definiuit expreſsè Tridentinum ſeſſ. 13. c. 4. & Can. 2.

Et à Tridentino ſpecialiter.

50. Tria docentur à Concil. notanda diligenter; & Primum eſt Traditio.

Tria verò docet ibi Concilium, diligenter notanda, & aſtruenda. Primum eſt, ſemper in Eccleſia perſuaſum fuiſſe, per conſecrationem panis, & vini, conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Domini &c. Quam perſuaſionem ſatis demonſtrãt non ſolum anteriorum Conciliorum adductæ definitiones, ſed etiam clariſſimæ locutiones antiquorum Patrum, vno velut ore profitentium, Chriſtum verbo ſuo mutaſſe panem, & vinum, & illud, & ex illo feciſſe corpus, & ſanguinem ſuum, vt latè legi poſſunt apud Bellarminum, & alios: & inſuper addentium, in Euchariſtia non manere panem, & vinum, ſed externam illorum ſpeciem. Audiamus aliquos.

S. Cyrill.

S. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 4. Myſtagogica, tria clarè pronunciat; Primum, ſubſtantialem hîc à Chriſto mutationem fieri, panis, & vini in ſuum corpus, & ſanguinem, dicens. Aquam aliquando mutauit in vinum: & non erit dignus, cui credamus, quod vinum in ſanguinem tranſmutarit? Alterum eſt illud quod nobis in Euchariſtia exhibetur, eſſe Chriſti corpus, & ſanguinem, inquiens, ſub ſpecie panis datur tibi corpus, & ſub ſpecie vini datur tibi ſanguis: quibus etiam verbis palam indicat, ibi nihil panis, & vini præter externam ſpeciem exiſtere: Tertium tamen hanc partem clarius enunciat, ſubſtantia illic eſt panis, & vini: poſt verba autem Chriſti corpus, & ſanguis eſt Chriſti. Vbi negat expreſſiſſimè Cyrillus, non ibi eſſe panem, etiam ſi panis ſaporem habeat, in hæc verba. *Hoc ſciens, & pro certiſſimo habens, panem hunc, qui videtur à nobis, non eſſe panem, etiam ſi guſtus panem eſſe ſentiat.* Itaque Cyrillus conceptis verbis affirmat, & in Euchariſtia eſſe Chriſti corpus, & ſanguinem, & non eſſe panem, & vinum, ſed panis, & vini ſpecies, idque totum à Chriſto factum eſſe per mutationem. Hæc autem ipſiſſima ſunt, & non alia, quæ de Euchariſtia Catholici prædicamus.

S. Chryſoſt.

S. Chryſoſtomus Homil. de Euchariſtia affirmat,

Digitized by Google

firmat, illum, quem in Euchariſtia videmus, & tangimus, & guſtamus, eſſe Chriſtum, & non eſſe panem, aut vinum. Homil. 83. in Matthæum ſic de Chriſto in Euchariſtia loquitur: Ecce eum vides, ipſum tangis, ipſum manducas. Homilia verò de Euchariſtia in Encœniis. Num vides panem? num vinum? num ſicut reliqui cibi in ſeceſſum vadunt? abſit: ne ſic cogites. Sicut enim ſi cera igni adhibita, illi aſſimilatur, nihil ſubſtantiæ remanet, nihil ſuperfluit: ſic, & hîc puta, myſteria conſumi corporis ſubſtantia. En affirmat, in Euchariſtia videri, tangi, & manducari Chriſtum: negat videri, & manducari panem: affirmat iſtum à Chriſti aduenientis ſubſtantia deſtrui, ſicut igne cera conſumitur. Quid ad conuerſionem aſſerendam, & explicandam illuſtrius.

S. Cyprian. S. Cyprianus, vel certè grauis alius, & antiquiſſimus author, ſerm. de Cœna Domini, tria etiam illa paucis verbis docuit. *Panis iſte non effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi factus eſt caro.* Vides panem illum factum eſſe Chriſti carnem, ac proinde iſtam in Euchariſtia reperiri. Vides etiam, mutatum eſſe panem natura, & non effigie, id eſt, quoad panis ſubſtantiam, non quoad panis accidentia, proinde in Euchariſtia non panis ſubſtantiam, ſed accidentia eſſe: Vides tandem, id factum eſſe mutatione per omnipotentiam diuinam inducta, ac proinde totali conuerſione, quam Tranſſubſtantiationem appellamus.

S. Ambroſ. S. Ambroſius cum ſæpiſſimè aliàs Chriſti præſentiam ſubſtantialem in Euchariſtia profiteatur, tum in lib. de iis, qui initiantur myſteriis, cap. 9. cum dixiſſet, Chriſti corpus in Euchariſtia præſentius eſſe, quam manna, cum iſtud ſit è cœlo, illud Domini cælorum, &c. manna corruptibile, Chriſti corpus incorruptibile &c. *Forte*, inquit, *dicas*: Aliud video: quando tu mihi aſſeris, quod Chriſti corpus accipiam? Et hoc nobis adhuc ſupereſt, vt probemus. Quantis igitur vtimur exemplis? Probemus non hoc eſſe, quod natura firmauit, ſed quod benedictio conſecrauit: maioremque vim eſſe benedictionis, quam naturæ, quia benedictione etiam natura ipſa mutatur. Et ſtatim ſubdit exempla ferè omnia ſubſtantialium mutationum mirabilium, quas in Scripturis legimus, vt perſuadeat, iſtam à Chriſto fieri potuiſſe. Docet igitur diſertè Ambroſius, eſſe in Euchariſtia Chriſtum, & non eſſe panem & ſolas eſſe cum Chriſto panis ſpecies, idque diuina poteſtate, & ſupernaturali conuerſione præſtari.

51. Alterum eſt, conuerſio ſubſtantialis. Alterum, quod à Concilio traditur, eſt; conuerſionem iſtam ideo ſemper ab Eccleſia creditam fuiſſe, quia Chriſtus de illo, quod tradebat, verè dixit. *Hoc eſt corpus meum* &c. Illud autem fuiſſe vnicum Eccleſiæ motiuum, conſtat, tum quia ad rem adeo ſupernaturalem credendam nullo alio motiuo duci potuit Eccleſia: tum etiam expreſſis teſtimoniis antiquorum Patrum, præſertim Chryſoſtomi, Cyrilli, & Ambroſij, num. 50. citatorum: nam eius conuerſionis fidem hoc vno fundamento

S.Chryſoſt. aſtruunt. Chryſoſtomus: *Verbis eius decipi non poſſumus; ſenſus verò noſter deceptu facilimus eſt: Illa falſa eſſe non poſſunt; hic ſæpius, atque ſæpius fallitur. Quoniam ergo ille dixit,* Hoc eſt corpus meum, *nulla teneamur ambiguitate, ſed credamus, & intellectualibus id oculis percipiamus.* Ambroſius: *Nam ſacramentum iſtud, quod accipimus, Chriſti ſermone conficitur; quod ſi tantùm valuit ſermo Eliæ, vt ignem de cælo deponeret, non valebit Chriſti ſermo, vt ſpecies mutet elementorum?* Cyrillus: *Ne dubites, an hoc verum ſit, ipſo manifeſtè dicente*: Hoc eſt corpus meum: *Sed potius ſuſcipe verba Saluatoris in fide; cùm enim ſit veritas, non mentitur.* Idem habent Gregorius Nyſſenus Orat. Catechet. S.Gregor. Nyſſen.
magna, cap. 37. circa finem, Damaſcenus lib. 4. S.Damaſc.
fid. cap. 14. Paſchaſius Corbeienſis lib. de Cor- Paſchaſ.
pore, & ſanguine Domini cap. 1. Fulbertus epi- Fulbertus.
ſtola ad Adeodatum, & Guitmundus lib. 3. de Guitmũdus.
Corporis, & ſanguinis Chriſti veritate, dicens: *Hos impugnatores ſuos ipſe Dominus verbo oris ſui interfecit, cum accipiens panem*, gratiaſque agens, ac benedicens, ait, *Hoc eſt corpus meum*: Non ait, In hoc latet corpus meum &c. Deni-
que S. Thomas quæſt. 75 art. 2. ratione 2. pro- S. Thom.
bat, panem in Euchariſtia deſinere, quia alioqui non verè diceretur, Hoc eſt corpus Chriſti, ſed dicendum eſſet, Hîc eſt Corpus Chriſti.

52. Rationem reddi haud facile eſt, ſed reddimus integram ex eo, quod verba Chriſti ſint vera. Rationem huius conuerſionis ex illis Chriſti verbis colligendæ, fusè proponunt Vaſquez Diſp. 180. cap 4 & Moncæus Diſput. 11. cap... Aliique multi recentiores. Sed me iudice non ſatis integram. Ego ſic arbitror pleniſſimè colligendam. Dum circa rem aliquam ſenſibili tegumento contentam dicimus *Hæc eſt talis res.* Vel tegumentum illud eſt vas artificiale; vt cum circa dolium dicimus, *Hoc eſt vinum*; Vel eſt accidens naturale, vt quando circa pomum ſuis affectum accidentibus, dicimus, *Hoc eſt Pomum.* Si tegumentum eſt ens artificiale, ſenſus propoſitionis eſt, Quidquid hoc vaſe continetur, eſt vinum: vnde ſi media pars eſſet oleum, falſa eſſet propoſitio, *Hoc eſt vinum.* Si verò tegumentum eſt accidens naturale, ſenſus enunciationis non eſt, *Quidquid ſub his accidentibus continetur eſt talis res*, ſeu *Totum iſtud, cuius hæc accidentia propria ſunt, eſt talis res.* Vnde ſi in pomo clauſum eſſet aurum, verè diceremus, *Hoc eſt pomum*, & falsò diceremus, *Hoc eſt aurum.* Nunc ſic: Exiſtentibus Chriſti corpore, & pane ſub iſtius ſpeciebus: Vel Chriſtus dicens: *Hoc eſt corpus meum*, loqueretur circa ſpecies, tanquam circa vas, & ſic falsò diceret, *Hoc eſt corpus meum*, quia ſenſus eſſet ſub hoc tegmine non eſt aliud niſi corpus meum. Vel loqueretur circa ſpecies, tanquam circa accidentia naturalia: & ſic etiam falsò diceret, *Hoc eſt corpus meum*, quia ſenſus eſſet, *Totum iſtud, cuius hæc accidentia propria ſunt, eſt corpus meum.* Ergo ex eo, quod verba Chriſti vera ſint, optimè infertur, ſubſtantiam panis, & vini cum Chriſti corpore, & ſanguine non manere.

53. Proponitur difficultas. Dices: ſiue ſpecies ſumantur, vt vas diuinitus artefactum, ſiue vt accidens naturale; ſane ſub ſpeciebus panis non eſt ſolùm Chriſti corpus, ſed etiam ſanguis; & ſub ſpeciebus vini non eſt ſolùm Chriſti ſanguis, ſed etiam corpus: Ergo falsò dixit Chriſtus circa ſpecies panis, *Hoc eſt corpus meum*, & circa ſpecies vini, *Hic eſt ſanguis meus.* Ita nimirum, ac ſi circa dolium tantum olei, quam vini continens, diceres, *Hoc eſt vinum*, & circa Petrum diceres, *Hoc eſt materia.* Vel certè ſi exiſtente ſub ſpeciebus panis ſanguine, verè circa illas dixit Chriſtus, *Hoc eſt corpus meum*, & exiſtente ſub ſpeciebus vini corpore, verè dixit, *Hic eſt ſanguis meus*: etiam exiſtente ſub illis ſpeciebus pane,

pane, & ſub iſtis vino, dixiſſet verè circa illas, *Hoc eſt corpus meum*, & circa iſtas, *Hic eſt ſanguis meus*.

Et diluitur. Nego vtramque conſequentiam, & manifeſta diſparitate confuto. Dum enim habetur ſermo circa accidentia naturalia, & alicuius ſubſtantiæ propria, eique relicta, & vnita, ipſa determinant ſenſum verborum ad ſuam illam ſubſtantiam ſignificādam: ideoque dum in pomo clauſum eſſet aurum, vere diceremus, *Hoc eſt pomum*; quando autem accidentia alicuius ſubſtantiæ propria, alteri appropriantur, ipſa determinant verborum ſenſum ad ſubſtantiam, cui appropriantur: Atqui ſubſtantiis panis, & vini deſtructis, accidentia panis propria, appropriata ſunt Chriſti corpori, quoniam ipſi vnita ſunt, & non ſanguini; accidentia verò vini propria, appropriata ſunt Chriſti ſanguini, nā ipſi vnita ſunt, & non corpori: Ergo exiſtentibus vtrobique corpore, & ſanguine, verè dixit Chriſtus circa ſpecies panis, *Hoc eſt corpus meum*, & circa ſpecies vini, *Iſte eſt ſanguis meus*. Enimuerò ſicut accidentia propria ſenſum determināt ad ſubſtantiam, cuius propria ſunt, ideoque circa pomum, in quo aurum continetur, verè dicimus, *Hoc eſt pomum*: Sic accidentia ſubſtantiæ ſuæ erepta, & alteri appropriata, ſenſum determinant ad ſubſtantiam, cui appropriantur. Proinde ſicut ad illam enunciationem, *Hoc eſt pomum*, perinde ſe habet aurum, ac ſi intra pomum non eſſet; ſic ad iſtam, *Hoc eſt corpus meum*, perinde ſe habet ſanguis, ac ſi cum corpore non eſſet: & ſimiliter ad iſtam, *Iſte eſt ſanguis meus*, perindè ſe habet corpus, ac ſi ſanguini non coëxiſteret.

Accidentia panis appropriata corpori Chriſti quia ipſi vnita.

54. Tertium quod ibi docetur à Tridentino eſt, conuerſio totius ſubſtantiæ.

Tertium, quod Tridentina Synodus ibi tradit, eſt, Conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis in Chriſti corpus, & totius ſubſtantiæ vini in Chriſti ſanguinem, permanentibus duntaxat panis, & vini accidentibus. Quo manifeſtè damnat cunctas illas ſententias n. 48. memoratas: nam omnes illæ, & ſingulæ contendunt aliquid aliud permanere præter accidentia: cum neque ſubſtantia, neque ſubſiſtentia, neque exiſtentia verùm accidens panis, aut vini ſint. At inquit Bannes, ſophiſticum diſputatorem illud non aduertiſſe, quod ſtatuens Synodus permanere accidentia, conſequenter ſtatuit permanere illud, quo exiſtunt, & hoc apud ipſos eſſe exiſtentiam ſubſtantiæ. Sed hoc acerbitatem habet, non ſatisfactionem. Nam docēs Synodus permanere ſola accidentia, docet non permanere aliquid, quod accidens non ſit, particula verò *Non*, cum ſit malignantis naturæ, totum deſtruit, ac proinde Synodus ei ſubterfugio locum non permittit. Quare vt à Concilio non damnaretur Bannes, debuiſſet ipſe aſſerere, vel exiſtentias panis, & vini eſſe accidentia, vel ſi aliquid ſubſtantiale ferret, in Euchariſtia non manere; quod tandem aſſeruit; quod non feciſſet, ſi contrariam ſententiam à DD. probabilem cenſendam ſperaret.

Acumen D. Bannes redarguitur.

55. Opponuntur dicta quædam SS. Patrum, ſed falsò opponuntur; vel explicari poſſunt in vero ſenſu.

Opponi ſolent Gelaſius Papa, S. Ioannes Chryſoſtomus, & Theodoretus, aſſerentes, Deū in Euchariſtia non deſtruere panis, ac vini ſubſtantiam. Reſpondet Lugus, duo priora teſtimonia non eſſe Gelaſij, & Chryſoſtomi, vt benè Recentiores probant: & meritò quia liber ille Gelaſij de duabus naturis, in quo primum teſtimonium eſt, Gelaſio Papæ falsò fuerat aſſertus, vt ſæpius aduertimus, quando ſupra aſſeruimus, librum illum non eſſe Gelaſij Papæ, ſed Gelaſij Ciziceni, quem mirū nō eſt fuiſſe impugnatorem Euchariſtiæ, cum etiam Arianus extiterit. Chryſoſt. autem, & Theodoretus apertiſſimè volunt non eſſe illas ſubſtantias annihilatas, eo ſenſu, quem nuper expoſui: nam Chryſoſtomus n. 50. adductus affirmat ex pane, & vino ſolas permanere externas ſpecies: & Theodoretus poſteà adducendus conuerſionem iſtam vocat Tranſelementationem.

56. Conuerſionē fieri manentibus accidentibus, docet Tridentin.

Quartum Concilij pronunciatum eſt, conuerſionem tunc fieri permanentibus panis, & vini accidentibus. Quod facit, vt neutra deſitio panis, & vini vocetur annihilatio: quoniam hoc nomine non donatur niſi deſitio ſubſtantiæ, non permanente aliquo ipſius ſiue ſubſtantiali, ſiue accidentali. Quocirca ſicut Dominici corporis, ſanguiniſque productio in Euchariſtia, intrinſecè ſunt eiuſdem ſpeciei cum creatione ipſius; quia tamen hæc ſub hoc nomine primam dicit rei productionem, ſeu quæ rem non ſupponit exiſtentem: ita panis, & vini, licet quoad ſuum qualecumque intrinſecum eſſe eiuſdem ſpeciei ſit cum annihilatione, cum extrinſecum ei ſit accidentia permanere, & deſtrui: nihilominus tamen non vocatur annihilatio, quia non eſt deſtructo omni ſubſtantiali, & accidentali ſubſtantiæ ſuæ. Similiter eductio formæ cælorum non conſueuit vocari generatio: quoniam hæc ſub hoc nomine præſupponit materiam priuatam: eſto eductio formæ cœlorum eiuſdem rationis ſpecificæ, & intrinſecæ ſit, ac ſi priuationem ſuppoſuiſſet.

Cur Tranſſubſtantiatio non vere ſit nec dicatur annihilatio.

Quintum eſt Concilij pronunciatum, conuerſionem iſtam ab Eccleſia rite vocari Tranſſubſtantiationem: quam ad rem commodiùs in §. proximè ſequente nonnihil conferemus.

§. III.

Deſtruuntur ob oppoſitionem moralem, ſufficientem ad Tranſſubſtantiationem pleniſſimam, & nobiliſſimam.

57. Qui negant Tranſſubſtantiationē eſſe propter oppoſitionē moralem.

HOc negant inprimis Scotus, Gabriel, & reliqui Scotiſtæ, Okamus, Maior, & reliqui Nominales, dum palam tuentur ſolùm deſinere propter Dei legē nolentis, vt ſimul cum corpore, & ſanguine Domini reperiatur ſubſtātia panis, & vini. Ducūtur, quia nequit reperiri vera aliqua oppoſitio inter illas ſubſtantias, & iſtas: & aliunde ad veritatē verborū Chriſti ſufficit, quod adueniente ipſius corpore deſtruatur panis, & aduenīete ipſius ſanguine deſtruatur vinū. Quæ ſententia nō videtur poſſe à nobis improbari, qui in Diſputationibus de Iuſtificatione, & ſæpius alibi cenſuimus, gratiam cum peccato habituali non pugnare ex natura rei, ſed ex lege Dei, & proinde hominē conuerti ex peccatore in iuſtu, quin ad poſitionē gratiæ habitualis, vel qualitatis gratiæ Deus mero ſuo placito, & pacto deſtruit culpā habitualē: Ergo pariter hîc fiet ſufficienter conuerſio panis in Chriſti corpus, ſi producto Chriſti corpore, Deus mera ſua volūtate, & inſtitutione deſtruat panem, & adueniente ſanguine deſtruat vinū.

Rectè poſſet explicari ſed aptior ſenſus profertur.

Agnoſcimus quidē, & fatemur, potuiſſe hoc pacto veritatē Chriſti ſeruari, nam illud, quod offerebat, eſſet Chriſti corpus, & non panis; Chriſtique ſanguis, & non vinum. Similiter fatemur, potuiſſe conuerſionem ſubſtantialem, iuxta hanc opinionem hîc reperiri; ſi Chriſti corpus illam Dei legem inuoluens, ſeu quaſi ſecum afferens, mediante illâ deſtrueret ſubſtantiam panis; & pari ratione Chriſti ſanguis diuinâ lege affectus, deſtrueret ſubſtantiam vini.

Digitized by Google

vini. Cæterum quamuis in illo iuſtificationis negotio contenti ſimus conuerſione morali accidentali, contenti etiam hic eſſemus conuerſione morali ſubſtantiali, de quo poſteà deliberabimus: adhuc hæc ſententia nobis diſpliceret; quoniam in productione corporis, & ſanguinis Domini moraliter ſpectatâ inuenimus quandam virtutem, quæ voluntatem illam exigat, ac proinde conſtituat actionem deſtructiuam, quod iam cum viris doctiſſimis exponimus.

59. **Sententia quæ ſolam moralem oppoſitionẽ agnoſcit.**

Vazquez diſp. 181. cap. 6. & ſequentibus, Luyſius Turrianus, & Ludouicus Maratius, aliique Recentiores non aliam agnoſcunt oppoſitionem inter Chriſti corpus, & panem ſub accidentibus panis, & inter Chriſti ſanguinem, & vinum ſub accidentibus vini, niſi moralem, ſitam ſcilicet in Chriſti verbis, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus.* Quam ſententiam ſic poſſum explicare, & ad rem iſtam applicare. Cum verba Chriſti falſa eſſe nequeant; nec vera eſſe queant ſolâ poſitione Dominici corporis, & ſanguinis, niſi etiam additâ deſtructione panis, & vini, vt ſuperiore §. iam vidimus; neceſſe eſt, vt illis verbis prolatis ponatur Chriſti corpus ſub ſpeciebus panis, & iſte ibi; & ſimiliter ponatur Chriſti ſanguis ſub ſpeciebus vini, & iſtud deſtruatur. Quare poſitio Dominici corporis, & ſanguinis, quatenus verbis illis Dominicis affecta, & velut inducta, cauſa erit moraliter inducens deſtructionem phyſicam panis, & vini; & proinde erit actio ſubſtantialiter conuerſiua: idque eâ ratione, quâ iuxta noſtram de iuſtificatione ſententiam, productio qualitatis gratiæ ſecum afferens, ſiue adiunctam habens volitionem diuinam deſtruendi peccatum, eſt peccati deſtructiua, & conuerſiua hominis peccatoris in hominem iuſtum.

Poſitio corporis Chriſti ſub accidentibus ſumpta moraliter cum verbis eſt deſtructiua & conuerſiua panis.

Fatemur equidem hoc etiam ſufficere ad veritatem in Chriſti verbis tuendam, & ad ſubſtantialem conuerſionem moralem in Euchariſtiâ ſeruandam, vt modo dicebam. Vellem tamen in allegatis Doctoribus doctrinam magis conſequentem minuſque præpoſteram. Etenim in negotio iuſtificationis Scriptura ſacra, Pontifices, Concilia, & Patres non plus indicant phyſicam conuerſionem, quam in Euchariſtiâ, prout ex teſtimoniis in illo, & hoc tractatu productis, & inter ſe collatis licet cognoſcere, quapropter inconſequenter agunt ij DD. dum iuſtificationem volunt eſſe conuerſionem phyſicam, & tranſſubſtantiationem ſolummodò moralem. Rurſus cum in ipſa iuſtificatione vnus terminus, peccatum ſcilicet habituale, ſit in ſe moralis, & moraliter dumtaxat præexiſtat: in tranſſubſtantiatione autem vterque terminus phyſicus ſit, & phyſice exiſtat, & vnius poſitio, & alterius deſitio phyſica ſit: præpoſterè agunt citati DD. dum ad conuerſionem iuſtificatiuam omnino requirunt in poſitione gratiæ virtutem phyſicè deſtructiuam termini à quo moralis, & ſolum præexiſtentis moraliter: ad conuerſionem autem tranſſubſtantiatiuam ſolum requirunt in poſitione corporis Dominici vim moraliter expulſiuam termini à quo phyſici, & præexiſtentis phyſicè.

Conſequentia doctrinæ deſideratur in aliquibus DD.

60. **Productio ſubſtantiæ Chriſti facta verbis ipſius habet vim**

Nos verò dicimus primò, productionem ſubſtantiæ Chriſti, verbis illis ipſius Chriſti affectam *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus,* habere oppoſitionem cum pane, & vino, ſub ipſorum ſpeciebus, ſufficientem ad deſtruendas panis, & vini ſubſtantias, illaſque moraliter deſtruere, idque ſufficere ad veram conuerſionem, & tranſſubſtantiationem, quam in hoc myſterio catholica profitetur Eccleſia. Ratio eſt, quia Eccleſia non maiorem conuerſionem, & tranſſubſtantiationem profitetur, quam illam, quæ ſufficit, vt Chriſti verba vera ſint, & ita vera ſint, vt ex vi productionis Chriſti ſub panis, & vini ſpeciebus totaliter ſumptæ, deſtruatur ibi panis, & vinum: Atqui ſi Chriſti productio totaliter ſpectetur, nempe vt actio moralis, inuoluens illam Chriſti formam, *Hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus,* ex vi huius actionis producitur ſub ſpeciebus panis Dominicum corpus, & ſub ſpeciebus vini Dominicus ſanguis; & deſtruitur ſub illis ſubſtantia panis, & ſub iſtis ſubſtantia vini: Ergo productio ſubſtantiæ Chriſti ſub vtriuſque ſpeciebus, prædictis Chriſti verbis affecta, oppoſitionem habet cum pane, & vino ſub eiſdem ſpeciebus, ſufficientem ad deſtruendas illorum ſubſtantias, illaſque re ipſa deſtruit; idque ſufficit ad conuerſionem, & tranſſubſtantiationem, quam Eccleſia Catholica in hoc myſterio credit. Explicatur, & confirmatur exemplo illo iuſtificationis: nam actio productiua gratiæ, diuino pacto affecta, oppoſitionem habet ſufficientem cum culpâ morali, eamque deſtruit, ideoque ſufficienter ibi reperitur conuerſio accidentalis, quam Orthodoxi agnoſcimus: Ergo & productio Chriſti prædicta oppoſitionem habet ſufficientem cum pane, & vino ſub ipſorum ſpeciebus, & ipſorum ſubſtantias deſtruit, ideoque ſufficiẽter ibi reperitur conuerſio ſubſtantialis, quam in Conſecratione Catholici profitentur.

deſtruendi phyſicè ſubſtantias panis, & vini.

Explicatur à ſimili in negotio primæ iuſtificationis peccatoris.

61. **Hæc oppoſitio moralis eſt prior, & nobilior, & certior, quàm mere phyſica.**

Dicimus ſecundò, oppoſitionem iſtam eſſe moralem; priorem tamen, & nobiliorem, & efficaciorem phyſicam, ſi fortè etiam iſta hîc reperiatur. Eſſe moralem, claret: quia ſolum conſiſtit in eo, quod Chriſti productio velut efficiatur, & informetur prædictis Chriſti verbis, quibus omninò debetur panis, & vini deſtructio ſub illorum ſpeciebus: Atqui productionem Chriſti ſic informari, & affici Chriſti verbis, quidpiam morale eſt: Ergo & illa oppoſitio eſt moralis. Eſſe priorem phyſicâ, ſi iſta hîc reperiatur, claret: nam ſi Chriſti productio deſtruens panem, & vinum ideo ponitur, quia verba Chriſti illam exigunt: Ergo ſi productio Chriſti phyſicam habet oppoſitionem cum pane, & vino; hanc oppoſitionem phyſicam præcedit oppoſitio moralis. Eſſe nobiliorem, claret: quia conſiſtit in actu Chriſti, qui eſt lôgè nobiliſſimus. Eſſe denique efficaciorem, patet: quia hæc oppoſitio inuoluit actum Chriſti, & ſupponit actum increatum, & ambos efficaces: Vnde hâc poſitâ oppoſitione nec diuinitus poteſt non ſequi deſtructio panis, & vini: at verò ſi phyſica reperiatur oppoſitio, nô poteſt eſſe maior, quam ex natura rei, qualis reperitur inter duos qualitatũ gradus oppoſitos, ac proinde poſita eiuſmodi actione, ſi non daretur alia oppoſitio, poſſet diuinitus non ſequi panis, & vini deſtructio: Igitur hæc moralis oppoſitio phyſicam oppoſitionem efficacitate ſuperat. Conſonant hæc, & explicãdis inſeruiunt iis quæ Diſputationibus de Sacramentis in genere d. 10. ſect. 4. tradidimus, & latè confirmauimus; nempe, efficientiam moralem ſacramentorum in gratiam, eſſe phyſicâ priore, & nobiliorem: & addere potuiſſemus, eſſe etiam vim efficaciorem.

Hæc eſt etiã oppoſitio efficacior, ſicut virtus cauſandi gratiam in ſacramentis.

§. IV.

§. IV.

Tranſſubſtantiationem in Euchariſtia phyſicam Recentiores prædicant, ſed ſolùm moralem aſſerunt.

61. Plures aiunt eſſe Phyſicam oppoſitionem.

MAxima Recentiorum pars, ſi benè ipſorum mens attendatur, & in pauca conferatur, exiſtimant, panem ſub ſuis ſpeciebus, & vinum ſub ſuis ſubſtantialiter deſinere propter phyſicam oppoſitionem, quam corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis poſitum, & ſuſtentans illas, habet cum ſubſtantia panis, & Chriſtis ſanguis poſitus ſub ſpeciebus vini, & ſuſtentans illas, habet cum ſubſtantia vini. Quia ſcilicet hoc ipſo, quod accidentia panis, & vini à Chriſti corpore ſuſtentantur, amittant vnionem cum pane, & vino: panis autem, & vinum ſine vnione cum ſuis accidentibus perſiſtere non poſſunt, ac proindè deſinunt eſſe. Et hoc aiunt ſufficere ad hoc, vt conuerſio, & tranſſubſtantiatio ſit phyſica; quia deſinunt panis, & vinum ex vi actionis phyſicæ, quæ eſt munus, & actus, ſubſtantiæ proprius, nempe ſuſtentare accidentia.

Qui tamen non probant talem eſſe.

Aduerſus omnes eos Doctores, duo nobis generatim occurrunt. Primum eſt, quod conuerſio ſubſtantialis, vt phyſica ſit, ſequi debet phyſicè ex aliquo ſubſtantiali: Sed iuxta DD. iſtos conuerſio panis, & vini non ſequitur phyſicè ex aliquo ſubſtantiali, ſed accidentali, talis enim eſt actualis ſuſtentatio accidentium: Ergo non eſt conuerſio ſubſtantialis phyſica. Alterum eſt, neque ex iſto ipſo actu ſuſtentandi accidentia deſitionem panis, & vini ſequi phyſicè, ſed moraliter: Ergo non afferunt conuerſionem phyſicam, ſed moralem. Conſequentia dilucida eſt; antecedens in ſingulis dicendi modis oſtendendum.

Patris Suarez, & Patris Lugi modus ita ſimul exponitur, & probatur. Chriſti corpus ſub ſpeciebus vini conſtitui, eſt ita ſub illis poni, vt illas ſuſtentet, non quidem materialiter vt ſubiectum inhæſionis, ſed efficienter, conſeruando nempe illas per ſe exiſtentes, ſiue extra ſubiectum, atque adeo deſtruendo vnionem ipſarum cum pane: Atqui hoc ipſo, quod panis ſuis proprietatibus ſpoliatur, poſtulat phyſicè deſtrui: Ergo ex vi poſitionis Corporis Chriſti ſub accidentibus phyſicè ſpectatæ deſtruitur panis & ſimiliter ex vi poſitionis ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus vini phyſicè ſpectatæ deſtruitur vinum: & per conſequens ibi datur ſubſtantialis conuerſio, & tranſſubſtantiatio phyſica.

63. Quia conuerſio ſubſtantialis nõ poteſt dari ſine Actione productiua alicuius ſubſtantiæ.

Cæterum conuerſio ſubſtantialis, phyſica, vel ſolum moralis, nec eſſe, nec intelligi valet ſine actione ſubſtantiali, per quam aliquid vere ſubſtantiale producatur, vt ſect. 1. §. 1. fuit comprobatum: Atqui illi DD. nullam hîc ſtatuunt actionem ſubſtantialem, nam ſolum conſtituunt productionem præſentiæ Chriſti, & conſeruationem ſpecierum extra ſubiectum: Ergo non ponunt conuerſionem ſubſtantialem, atque adeo nec tranſſubſtantiationem. Rurſus, ſiue Chriſtus ibi ſubſtantialiter producatur; vt vult Suarez, ſiue ſolum producatur quoad præſentiam localem, vt contendit Lugus, neuter ponit oppoſitionem phyſicam, ſed vterque moralem. Quia nihil ponunt, cum quo pugnet perſiſtentia panis ſub ſuis ſpeciebus, & perſiſtentia vini ſub ſuis, niſi ſuperaddatur liber actus diuinus, prorſus indebitus, quod ſequente inductione perſpicuum facio.

In primis enim cum tria, vel quatuor entia hîc reperiantur, nimirum productio ſubſtantiæ Chriſti, & productio præſentiæ Chriſti in ſpatio ſpecierum, & iſtarum diſſolutio à ſubiecto, & extra ſubiectum per ſe exiſtentia, & conſeruatio: inprimis Chriſti productioni, vel productioni præſentiæ Chriſti in ſpatio ſpecierum non debetur phyſicè panis deſitio, prout Aduerſantes fatentur, dum palam docent, & cum omnibus pene Doctoribus tradunt, vel potius ſupponunt, Chriſti corpus, & panis ſubſtantiam in eodem loco phyſicè non pugnare.

Deinde Chriſto producto in ſpatio ſpecierum non debetur phyſicè, quod ipſe efficienter conſeruet accidentia panis, & hac ratione illas ſpecies ſuſtentet, & vicem ſubiecti ſine imperfectione ſuppleat: quod etiam Aduerſarij neceſſe eſt fateantur; quia Chriſti præſentia in ſpatio ſpecierum non exigit phyſicè vt Chriſtus illarum inhærentiam deſtruat, & per ſe exigentes ſtare conſeruet: proinde hoc ipſum ex actu Dei prorſus libero, & phyſicam ſecundarum cauſarum exigentiam excludente promeruit.

Denique poſito, quod Chriſtus illas ſpecies & à ſubiecto diſſoluat, & per ſe exiſtentes conſeruet, & hac ratione illis ſubſtet; adhuc hæc ſuſtentatio non poſtulat phyſicè panis, & vini deſtructionem. Nam ſi poſtularet Aduerſarij aiunt, quia panis, & vini ſubſtantiæ ſuis proprietatibus orbatæ, poſtulant deſtrui: Sed hoc eſt apertè falſum: Ergo &c. Minor probatur: quia iuxta ipſas Aduerſariorum doctrinas, & omnino veras, eſſentia quælibet creata ſuas ſibi producit proprietates, proinde iſtis ſeu *naturaliter, ſeu ſupernaturaliter orbata*, Si naturæ ſuę relinquatur, alias ſimiles ſtatim ſibi producet: Ergo illis prioribus orbata, *non poſtulat deſtrui, ſed alias ſibi producere*: atque adeo panis à ſuis proprietatibus abiunctus, alias ſibi naturaliter producet; quod ſi non producat, id prouenient ex actu Dei prorſus libero, & ipſi ſubſtantiæ violento, & nulli cauſæ ſecundæ tunc debito nolentis concurrere cum pane ad alias proprietates producendas: & ex hoc actu diuino, planè libero, & morali proximè prouenier deſtructio panis; non autem ex phyſica accidentium per ſe exiſtentia, vel ipſorum extra ſubiectum conſeruatione: vel ſi ex iſtis prouenit, non certè phyſicè ſpectatis, & nudè ſumptis, ſed moraliter acceptis; & illo diuino actu libero, & morali veſtitis. Proinde ſententia hæc non aſſert oppoſitionẽ phyſicã, ſed moralem.

64. Modus alius P. Valentiæ reiicitur.

Valentia quæſt. 3. puncto 3. docet, in qualibet ſubſtantia naturaliter ſubſtante accidentibus duplicem eſſe reſpectum ad ipſamet accidentia; vnum ſubſtantialem, & alterum accidentalem: iſtumque non habere Chriſti ſubſtantiam ad accidentia aliena, ſed illum; eumque reſpectum eſſe modum ſubſtantialem; & cum iſto repugnare perſiſtentiam panis, & vini cum Chriſti corpore, & ſanguine.

Sed contra quia prior ille reſpectus, quẽ Valentia conſtituit in qualibet ſubſtãtia ſuis ſubſtante accidentibus, & ab inhærẽtia diſtinguit, ac ſubſtantialem nuncupat, nequit eſſe aliud, quam ipſamet ſubſtantialis entitas, & capacitas recipiendi accidentia ſuſtentando ipſorum inhærentiam: Modus autem ſubſtantialis, quo

Chriſtus aliena reſpiciat, & ſuſtentet accidentia, planè eſt fictitius; nam & ſubſtantiam non complet, nec ſubſtantialiter conſtituit, nec ad accidentium ſuſtentationem conducit: Ergo reiiciendus eſt.

65. Alius modus P. Moncæi nihilo melior.

Moncæus Diſp. 11. cap. 14. & 15. dicit ſubſtantiam panis, & vini in Euchariſtia deſinere ob repugnantiam phyſicam, quam habent cum modo vnionis, quo Chriſti corpus vnitur illis ſpeciebus, tanquam contentum cum continentibus; ita ſcilicet, vt motis illis, moueatur; quieſcentibus, quieſcat; ſumptis, ſumatur, manducatis, manducetur. Nam accidentia panis non habent vt poſſint ita continere, niſi vnam ſubſtantiam: proinde hoc ipſo quod ea ratione contineant ſubſtantiam Chriſti, petunt non continere ſubſtantiam panis: Sicut vna ſubſtantia non poteſt ſuſtentare duas naturas, ac proinde hoc ipſo quod ſuſtentaret alienam, peteret non ſuſtentare propriam. Ex hoc autem quod accidentia panis non contineant modo dicto panem, id eſt, non ei phyſicè vniantur, naturaliter ſequitur, vt panis ſubſtãtia deſinat, ac proinde phyſica detur cõuerſio.

Vrgent illũ pares difficultates, vel maiores aliis.

Verum permiſſo nunc iſto vnionis modo, quem ſupra Diſp. 51. ſ. 1. 2 confutauimus adhuc Moncæus in duos illos defectus in aliis notatos incurrit. Etenim ad conuerſionem iſtam nullam affert actionem ſubſtantialem; proinde non tuetur conuerſionem verè ſubſtantialem, atque adeo nec tranſſubſtantiationem. Falsò etiam aſſerit, ſubſtantiam panis, & ſubſtantiam vini poſtulare ſui deſitionem hoc ipſo, quod primæuis ſuis proprietatibus expolientur: non enim poſtulant deſinere, ſed alias ſimiles ſtatim producere, vt num. 63. iam diximus. Quare quod non alias producant, omnino prouenit ex libera Dei voluntate naturis rerum minime debita, nolentis cum pane concurrere ad productionem nouarum proprietatum. Cumque hinc ſequatur panis deſitio, planè ſequitur ex aliquo morali, nempe ex deſtructione priorum proprietatum hoc Dei actu libero affectæ, & quaſi informatæ: ideoque conuerſio, quam aſſerit Moncæus, non magis phyſica, nec minus moralis eſt, quàm præcedẽs.

§. V.

Phyſicam etiam eſſe Tranſſubſtantiationem contendimus, & probamus.

66. Triplex iniri poteſt ratio theſim iſtam explicandi, & confirmandi. Primam habet Granadus Tract. 3. Diſp. 4. conſtituens nimirum productionem Dominici corporis in ſpatio ſpecierum panis, natura ſua repugnantem cum exiſtentia panis: itemque productionem Dominici ſanguinis in ſpatio ſpecierum vini natura ſua pugnantem cum exiſtentia vini. Talis enim productio non implicat: Atqui eſt manifeſtiſſimè apta ad conſtituendam, & explicandam, & propugnandam in hoc myſterio phyſicam conuerſionem, & phyſicam tranſſubſtantiationem: erit enim vnionis ſubſtantiæ deſitio ex vi ſubſtantialis productionis alterius: igitur aſſerenda eſt.

An ſit poſſibilis Productio corporis Chriſti natura ſua repugnans cum ſubſtantia Panis in eodem ſpatio.

Non poſſumus hanc ingredi viam. Nam etſi libentiſſimè concedamus minorem: & hanc actionem, ſi poſſibilis eſſet, fore conuerſioni phyſicè inducendæ ſummopere idoneam: negare tamen cogimur Maiorem. Nam illa Dominici corporis productio palam deberet eſſe diſtinctæ ſpeciei ab illa, quam extra Euchariſtiam terminat; cum illa repugnantiam ex ſe, & phyſicè non habeat, hæc verò habeat: Atqui talem actionem ab illa ſecundum ſpeciem diſtingui, planè repugnat: Ergo &c. Minor probatur, quia quod terminari poſſint actiones eſſentialiter diſtinctæ ad eundem terminum, inde prouenit, quod illarum vna phyſicè attingit rem aliquam, quam altera non attingit; vna pendet phyſicè ab aliquo principio, à qua altera phyſicè non pendet; ex. gr. ad eandem ſpecie nigredinem terminari poteſt eductio, quæ phyſicè attingit albedinem, & ſubiectum, & ab iſto phyſicè, & eſſentialiter pendet; ad eandem nigredinem terminari poteſt creatio, quæ nec à ſubiecto eſſentialiter, nec phyſicè pendet, nec ipſum phyſicè attingit. At verò, quod actiones reſpicientium hunc ſolum terminum, v.gr. hanc ſolam albedinem, vt duæ ipſius puræ creationes, aut duæ ipſius ex hac materia eductiones, cùm nihil aliud reſpiciat vna, quàm altera, inter ſe eſſentialiter diſtinguantur, imperceptibile eſt.

Videtur impoſſibilis ſententia Granadi, & aliorum.

67. Confirmatur hoc, & explicatur: Quia cum actiones ſint omninò propter terminos, & in ordine ad illos, ſiue in ſubiecto, ſiue extra ſubiectum conſtituendos, omninò ſpecificantur in ordine ad ipſos, ſiue in ſubiecto, ſiue extra ſubiectum conſtituendos; & proinde ſicut ab illis hanc, vel illam ſpeciem accipiunt, ita ex illis hanc, vel illam cũ aliquo repugnantiam, vel nõ repugnantiam hauriunt. Ergo vbi duæ fuerint productiones eiuſdem termini, vel in hoc ſubiecto, vel extra ſubiectum; eandem inde ſpeciẽ accipient, eandemque cũ aliquo repugnantiam, vel nõ repugnantiam haurient: Atqui ſic ſe habent duæ Chriſti productiones, vna intra hoc myſteriũ, altera extra hoc myſteriũ; nam, teſte Granado, eundẽ habent terminũ, nempe Chriſti ſubſtantiam, eodemque modo reſpiciunt, & nõ reſpiciunt ſubiectũ: Ergo neceſſe eſt habeant eandem intimam ſpeciem; ac proinde eandem cum aliquo repugnantiam, vel non repugnantiam: Sed iſtam non habet cum pane productio Chriſti extra Euchariſtiam: Ergo nec eiuſdem productio ſub ſpeciebus Euchariſticis talem repugnantiam habet.

68. An ſit poſſibilis iuxta P. Herice & alios.

Alteram viam inſiſteret proculdubio P. Valentinus de Herice, ſi conſequẽter ageret. Diceret enim panem ſub ſuis ſpeciebus deſinere ex vi naturalis oppoſitionis, quam Dominici corporis poſitio ſub illis diceret cũ pane: & ſimiliter vinum ſub ſuis ſpeciebus deſinere ex vi naturalis oppoſitionis, quam Dominici ſanguinis poſitio ſub illis diceret cum vino. Dicit enim 1. p. Tract. 2. Diſp. 16. actum Dei liberum efficacem includere ipſam actionem Dei ad extra: & actionem ſpecificari à ſuo principio actiuo; & in Deo voluntatem eſſe omnipotentiã, ac proinde actionem Dei externam ſpecificari à ſuo principio volitiuo: quare ſi Deus hunc terminum producat ex hac intentione, & eundẽ poſteà producat ex altera ſecundũ ſpeciem intentione, actiones iſtas fore ſpecie diuerſas, vtpote ſpeciẽ ſumentes ab actiuis principiis ſpecie diſtinctis. Hinc ille conſequenter infert, etſi gratia habitualis ſecundum ſe nõ opponatur peccato veniali, tamen illud phyſicè deſtruere, non per ſe ipſam ſolam, ſed per actionem, qua Deus gratiã hic, & nunc producit ex intentione talis peccati venialis deſtruendi: hæc enim actio phy-

ſicè

Digitized by Google

ſicè opponitur peccato veniali: proinde iſtud deſtruitur ex vi talis productionis gratiæ. Sic, inquam, ille Doctor neceſſariâ conſecutione diceret, Chriſti poſitionem ſub alienis ſpeciebus eſſe actionem ortam ex volitione deſtruendi panem, & deſtruendi vinum; imò intrinſecè, & eſſentialiter eſſe volitionem diuinam efficacem deſtruendi illas ſubſtantias, ac proinde cum illis phyſicè pugnare,

69. *Illius fundamenta non probantur.* Hæc etiam ſententia conuerſionem,& tranſſubſtātiationē phyſicam, apertiſſimè tueretur: Cæterum ſicut ex illis principiis manifeſtiſſimè deducitur, & ex ſolis illis, aut illorum pleriſque deduci valet, ſic à nobis approbari non poteſt, quibus omnia illa principia falſa ſunt, & in diſputationibus de voluntate Dei, & de virtute pœnitentiæ fuſius impugnata. Quibus impugnationibus nouam iſtam, & præſentis inſtituti propriam adiungimus. Quando ex putri materiâ generatur mus, vel Deus producit murem ex voluntate efficaci deſtruendi putrem materiam, vel non. Si non producit illum ex tali voluntate, agit efficaciter ſine voluntate efficaci, & non ſe accommodat naturis rerum, quorum vtrumque abſurdum eſt. Si verò murem ex illâ voluntate producit, duæ cauſæ formales totales expellent putrem materiam, nempe & forma muris, & productio formæ muris; quod manifeſtè ſuperfluum eſt. Sequela verò patet. Quod etiam ambæ expellant illam formaliter, eſt clarum, quoniam ambæ cum illâ formaliter opponuntur, vt hæc ſententia docet. Quod verò formaliter illam expellant vt cauſæ totales, etiam liquet. Nam ſi forma muris ex ſe non pugnaret in eodem ſubiecto cum materiâ putri, pugnaret productio formæ muris ex efficaci voluntate deſtruendi formam muris: Rurſus, ſi productio formæ muris non haberet eiuſmodi oppoſitionem cum putri materiâ, forma muris cum tali putri materiâ oppoſitionem formalem haberet: Igitur de facto ambæ habent oppoſitionem formalem, ſufficientem, & efficacem ad expellendam putrem illam formam; & cum ambæ ſimul in eandem materiam ingrediantur, ambæ illam expellunt vt cauſæ formales totales.

§. II.

Vera ratio phyſica tuendi conuerſionem initur.

70. *Nouiter aſſertur via ad defendendā oppoſitionē eſſe phyſicam inter ſubſtantias Chriſti & panis.* TErtiam ergo cogimur viam non tam ingredi, vel inſiſtere, quam aperire, vel tentare, Doctoribuſque explorandam, & examinandam relinquere. Dicimus enim panem ſub ſuis ſpeciebus deſtrui ex vi phyſicæ oppoſitionis, quam ſubſtantialis productio Dominici corporis dependenter ab ſpeciebus panis habet cum ſubſtantiâ panis: & pariter vinum ſub propriis ſpeciebus deſtrui ex vi phyſicæ oppoſitionis, quam ſubſtantialis productio Dominici ſanguinis dependenter ab ſpeciebus vini, habet cum ſubſtantiâ vini. Diximus enim ſuprà diſp. 31. Chriſti corpus in Euchariſtiâ produci per actionem dependentem eſſentialiter ab ſpeciebus panis, & formaliter illud cum ipſis vnientem: eodemque modo produci Chriſti ſanguinem dependentem, & vnitum cum ſpeciebus vini. Si verò nunc oſtenderimus priorem actionem cum pane, & alteram cum vino phyſicè opponi; adeo Chriſti corpus tali actione productum phyſicè petere, vt deſtruatur ſubſtantia panis; Chriſtique ſanguinem tali actione productum phyſicè petere, vt deſtruatur ſubſtantia vini; conſtabit vtique actionem, quam conuerſiuam ponimus, eſſe ſubſtantialem; & eſſe phyſicè, ac eſſentialiter conuerſiuam totius panis in Chriſti corpus, totiuſque vini in Chriſti ſanguinem: quorum ſicut neutrum in aliorum ſententiis inuenitur; ita vtrumque ad conuerſionem, & tranſſubſtantiationem ſubſtantialem phyſicam requiritur, vt ex naturalibus conuerſionibus hactenus oſtendimus; & apertiſſimè ſufficit, vt omnes concedent.

Iam verò, Chriſti corpore ſubſtantialiter producto, perq; ſui productionē ſpeciebus panis phyſicè vnito, duplex nobis cōtingere videtur phyſica exigentia deſtructionis panis: prior in ipſo Chriſto ſic producto, & ſpeciebus panis phyſicè vnito: poſterior in ipſis panis ſpeciebus, illam Dominici corporis productionem quaſi ſuſtentantibus, & vnionem terminantibus. Vtramlibet autem exigentiam ſufficere, vt illa Chriſti productio phyſicè conuerſiua, & phyſicè tranſſubſtantiatiua ſit, nemo erit qui non videat; ſicut etiam nemo qui non intelligat, duas alias ſimiles indigentias oriri ex Chriſti ſanguine ſubſtantialiter in Euchariſtiâ producto, perque ſui productionem ſpeciebus vini phyſicè vnito; vnam ſcilicet in ipſo ſanguine ſic producto, & vnito, & alterā in vini ſpeciebus eam terminantibus vnionē.

Prior illa exigentia Dominici corporis probatur. Quia Chriſti corpus in Euchariſtiâ, cum totam ſuam retineat quantitatem; & quidem, vt celebris iam ſententia fert, identificatam cum materiâ primâ; propriiſſimè, & formaliſſimè eſt quantum: Sed corpus verè, & propriè quantum, phyſicè poſtulat, vt in ipſius ſpatio non ſimul exiſtat aliud corpus quantum: Ergo Chriſti corpus phyſicè vnitum ſpeciebus panis, atque adeo exiſtens in ipſarum ſpatio, phyſicè petit, vt in eo ſpatio non exiſtat panis. Atqui non petit, vt panis transferatur ex eo loco in alium: nam non eſt in mundo locus alius, ad quē transferri poſſit, cū totus orbis plenus ſit; ac proinde quocūq; deferretur panis, deberet cum corpore quāto penetrari: Ergo Chriſti corpus cū ſpeciebus phyſicè vnitū, phyſicè poſtulat, vt panis deſtruatur. 71.

Corpus Chriſti eſt phyſicè quātum, ſiue habens ſuam phyſicam quantitatem.

Contra priorem tamen huius probationis partem, quæ ſyllogiſmo continetur, dices: Ratio cur corpus quantum phyſicè poſtulat, vt in ipſius loco non ſimul exiſtat aliud, eſt quia non poteſt cum illo naturaliter penetrari: Sed in Euchariſtiâ Chriſti corpus, licet propriiſſimè ſit quantum, priuatum tamen eſt actuali extenſione, ſiue impenetratione, & taliter affectum, vt naturaliter penetrari poſſit cum alio quolibet corpore quanto, perinde prorſus ac ſi non eſſet corpus, ſed ſpiritus: Ergo dum in Euchariſtiâ ſic exiſtit, non phyſicè poſtulat, vt in ipſius ſpatio corpus aliud quantum non ſimul exiſtat. Minor communiſſima eſt, & ſuadetur, quia vnicum indiuiſibile quantitatis non eſt impenetrabile niſi cum illis, quibuſcum phyſicè vnitur, vt conſtat in ſuperficie manûs dexteræ, quæ impenetrabilis eſt cum ſuperficiebus aliis eiuſdem manûs, penetrabilis verò cum ſuperficie manûs ſiniſtræ. Vnde ſi ſuperficies illa non eſſet aliis vnita, ſed ſeorſim ſola poneretur, cum quolibet corpore quanto eſſet penetrabilis: Atqui Dominicum 72.

vnicum corpus in Euchariſtia redactum eſt ad punctum; & in quolibet puncto ſpatij totum exiſtit, perinde ac ſi eſſet vnum punctum ab actuali extenſione ſeparatum: Ergo æquè penetrabile eſt, ac eſſet vnicum punctum, ab aliis omnino ſeiunctum: & conſequenter æquè ac ſi non eſſet corpus, ſed ſpiritus: Ergo phyſicè non magis poteſt non penetrari cum pane, quàm ſi non foret corpus, ſed ſpiritus.

Contrà: quia aliud eſt, quod Chriſti corpus in Euchariſtia non ſit proximè potens, ſiue proximè expeditum ad impediendam exiſtentiam alterius corporis ſecum in eodem ſpatio; & aliud eſt, quod phyſicè non poſtulet eam impedire. Prius illud eſt veriſſimum, vt obiectio conuincit; hoc autem poſterius omnino falſū.

Actualis Penetratio alterius corporis eſt Phyſicè violenta, contra appetitum innatum corporis veri.

Etenim actualis penetratio alterius corporis cū Chriſto in Euchariſtia poſito, eſt ipſi phyſicè violenta: Ergo Chriſti corpus in Euchariſtia exiſtens, phyſicè poſtulat eam impediri. Antecedens patet, quoniam eſſentiæ non ſolum violenta eſt ablatio facultatis, ſeu poteſtatis, ſed etiam illatio actus contrarij; v.gr. igni non ſolū eſſet violentū priuari leuitate motiua ſurſū, ſed etiam ablata ea violentū eſſet impelli deorſum, proinde corpori quāto, & per ſe, & ex natura ſua potenti & expedito ad ſui penetrationem cum altero phyſicè auertendam, nō ſolum erit violentum priuari tali poteſtate proxima, & expedita; ſed etiam pati actum ei contrariū, nempe actualem cum alio corpore quanto penetrationem.

Sicut ignis calore priuatus adhuc exigit carere frigore, & frigus illi eſt violentū phyſicè.

Quapropter ſicut ignis leuitate priuatus, adhuc phyſicè peteret, non trahi deorſum; & calore priuatus, adhuc phyſicè poſceret, non frigeſieri, ita corpus quantum actuali extenſione priuatum, adhuc phyſicè poſtulat non penetrari cum alio.

73. *Vera ſententia confirmatur.*

Hinc facilis eſt tum confutatiō totius obiectionis, tum noſtræ ſententiæ robuſta confirmatio. Dum enim in maiore dicitur, corpus quantum ideò phyſicè poſcere impenetrationem, quia naturaliter nequit eam ſubire: verum eſt, ſi illud *naturaliter* idem ſit ac omni ſecluſa violentia; falſum autem ſi non idem ſit, ſed etiam ſuppoſita violentia. Nam quemadmodum illud, quod ex actu abſolutè libero neceſſariè ſequitur, abſolutè eſt liberum; ſic illud, quod ex abſolutè violento naturaliter ſequitur, etiam abſolutè eſt violentum; & proinde contra phyſicam ſubiecti ſui propenſionem, & exigentiam.

Dum autem in minori dicitur, Chriſti corpus ita eſſe affectum, vt naturaliter penetrari poſſit cum alio corpore, nec magis reſiſtat penetrationi, quam ſi non eſſet corpus, ſed ſpiritus: ſi velint Aduerſantes illud *naturaliter* idem eſſe ac omni ſecluſa violentia, falſum eſt, vt conſtat; ſi autem velint, ſuppoſita priori violentia, ſine nouo miraculo poſſe cum alio corpore penetrari, veriſſimè quidem loquuntur; ſed nihil efficiunt, tum quia illud abſolutè violentum eſt, cum ex abſolutè violento ſequatur: tum etiam quia in ſe ipſo eſt violentum, vt ratione, & exemplis confirmauimus.

Quod ſuppoſito vno miraculo fit ſine nouo non dicitur abſolutè naturaliter fieri.

Quocirca valde falſum eſt, quod Chriſti corpus in Euchariſtia non magis poſcat impenetrationem cum alio corpore quanto, quam ſi non eſſet corpus, ſed ſpiritus: nam ſpiritus ex ſe non poſcit impenetrationem, corpus autem, ex ſe phyſicè illam poſcit, ac proinde ſemper eam phyſicè poſcit.

74. Aduerſus alteram probationis partem, enthymemate contentam, obiicies. Si Chriſti corpus in Euchariſtia poſitum, & ſpeciebus panis phyſicè vnitum, phyſicè peteret ac exigeret, vt in eo loco ſimul non exiſteret panis, huic petitioni, & exigentiæ ſatisfieret citra phyſicam panis deſtructionem, nimirum locali tranſlatione ad alium locum.

Aliud argumentū in contrarium.

Quod enim dicitur, nullum eſſe locum, in quem transferri poſſit, quia totus orbis plenus eſt, hoc, inquam, friuolum eſt, vel apparet: quia poſſet corpus aliquod valdè rarum condenſari, & contractione ſui tantum ſpatij relinquere, quantum pani capiendo ſufficeret.

Infringitur, iuxta veram Philoſophiā de Raro, & Denſo.

Contrà: Nam inprimis ratio noſtra ſupponit ſententiam de Raro, & denſo veram, & iam hodiè probatiſſimam; nempe Rarum, & Denſum fieri ingreſſu, & egreſſu corpuſculorum; proinde eandem omnino quantitatem, aut idem omnino corpus non poſſe nunc maiori, nunc minori ſpatio reſpondere. In hac autem opinione perſpicuum eſt, non poſſe per condenſationem corpus aliquod ita coarctari, vt pani locum relinquat: nam locus, quem per compreſſionem pororum videretur aliqua ſubſtantia relinquere, impleretur corpuſculis ex ipſa per compreſſionem egreſſis. Quocirca nobis, qui hanc ſententiam ſemper tenuimus, & propugnauimus, hæc ratio ſufficientiſſima eſt, vtpote planè conuincens.

75. *Diluitur iuxta etiam viam Philoſophandi de Raritate & Denſitate.*

Demus tamen veram eſſe contrariam illam Rari, & Denſi conſtitutionem: nec ſic apparet, quomodo naturis rerum phyſicè debitum ſit, quod panis ab ſpecierum ſuarum loco in alium transferatur: ſæpius enim contrarium reperiemus, ſiue conſideremus ipſum panem, qui transferendus eſſet, ſiue locum, quo transferendum eſſet, ſiue ſpatium, ex quo transferendum eſſet, ſiue denique viā, qua transferendum eſſet. Quæ omnia vt pateant, præmitto tanquam rem certiſſimam, Chriſti corpus conſtitui ſub ſpeciebus panis in inſtanti; panem autem non poſſe ex illarum ſpatio per motum localē egredi, niſi ſucceſſiuè, atque adeo non in illo inſtanti, ſed in ſequenti tempore, & ſic diſputo.

Chriſti corpus ſub ſpeciebus conſtituitur in inſtanti; Panis deferri alio nequit niſi ſucceſſiuo motu, & tempore.

Vel panis ex eo loco deberet egredi cū nouis in ſe ipſo productis proprietatibus, vel ſine vllis? Si cum nouis proprietatibus, iam in eodem ſpatio duratione priuſquam panis egrederetur, coëxiſterent duplicatæ proprietates panis, duplex nempe odor, duplex ſapor, duplex albedo, atque adeo duplex eiuſdem ſpeciei quantitas, nam ſupponimus rem quamlibet corporeā, eſſe quantitatem, cum alia eiuſdem ſpeciei impenetrabilem: in hoc autem euentu plura paria quātitatum eiuſdē ſpeciei penetrarentur: Ergo talis euentus non eſſet iuxta, ſed potius contra naturalem rerum exigentiam. Si verò dicas, panem tunc egreſſurū ſine vllis proprietatibus; nihil magis contrarium naturis rerum; vtpote quarum primus, & naturaliſſimus actus eſt, ſuas ſibi producere proprietates, poſtea verò alias actiones exercere: panis verò tunc præpoſterè procederet, vt claret.

Rurſus, eſto ēgreſſurus eſſet: rogo, quem ad locum deducendus? Cur magis ad iſtum, quam ad alium? ad dextrum, quam ad ſiniſtrum; ad ſuperiorē, quam ad inferiorē: & cum productio Dominici corporis in Euchariſtia phyſicam vllam mutationem in corporibus contiguis, aut propinquis non efficiat, quæ cauſa naturalis condenſaret naturaliter aerem, aut aliud corpus, vt in ſpatium per condenſationem relictum

Nec datur locus, quò deferatur Panis, niſi diuina.

ctum, panis intraret? Præſertim verò ſi conſecraretur, vt poteſt, & ſolet ad multorum communionem, magna panis quantitas: eſſet enim opus vaſta quadam corporis condenſatione. Vt non dicam, panem conſecrari etiam poſſe in vaſe argenteo, vel aureo, vndique clauſo, eſſeque incredibile, quod panis poſtularet egredi per vaſis partes ſolidas, vel illas perrumpendo, vel penetrando. Non ergo conſonat naturis rerum, vt poſita conſecratione corporis Dominici, ſubſtantia panis phyſicè poſtulet ad locum alium migrare: Cumque Chriſti corpus ſub ſpeciebus productum, eiſque vnitum phyſicè poſtulet, vt vidimus, eam in eo loco non exiſtere, phyſicè poſtulat eâ deſinere.

Neque panis poſtulat aliò migrare.

76\. *Tertium fit Argumentum contra ſententiam aſſertam.*

Tertia obiectio ſit tam aduerſus noſtram aſſertionem, quam totam ipſius probationem, iuxta quas Chriſti corpus cum dependenter ab ſpeciebus panis in Euchariſtia producatur, & conſeruetur, neutiquam poſtulat illarum ſpecierum deſtructionem ſed potius conſeruationem: proinde ſi phyſicè poſtulat, vt panis ſubſtantia deſtruatur, phyſicè petit, vt panis accidentia deſinant inhærere ſubſtantiæ panis, & ab ipſa pendere, ſeu quod idem eſt, phyſicè petit, vt panis accidentia deſinant conſeruari per actionem eductiuam, & incipiant conſeruari per actionem creatiuam, & per ſe exiſtere. Atqui hoc, ſicut eſt dictis ex euidenter conſequês, ita in ſe ipſo falſum eſt; idque duas ob cauſas. Vnam, quia ſupernaturalis vnio ſpecierum panis cum Chriſti corpore non phyſicè opponitur vnioni earundem cum ſubſtantia panis: Ergo non poſtulat eius vnionis deſtructionem: Alteram, quia ſpecierum illarum extra ſubiectum conſeruatio, & per ſe exiſtentia, tam eſt naturæ violenta, quam eſſet conſiſtentia panis cum Chriſto in eodem ſpatio: Ergo non maior eſt ratio, cur Chriſti corpus dependenter ab ſpeciebus panis productum, & ipſa productione cum ipſis phyſicè vnitum, phyſicè poſtulet illam accidentium per ſe exiſtentiam, quam ipſius panis deſtructionem.

77\. *Diſſoluitur.*

Conceſſa maiore, quæ noſtra prorſus ſententia eſt, nego minorem; eiuſque impugno probationes. Priorem quidem, quia Chriſti corpus, cum ſpeciebus panis vnitum, phyſicè opponitur exiſtentiæ panis cum ipſo in eodem loco: Ergo vnio Dominici corporis cum ſpeciebus panis phyſicè opponitur vnioni earundem ſpecierum cum panis ſubſtantia, & quod idem eſt, vnio ſpecierum cum Chriſto, phyſicè opponitur vnioni ſpecierum cum pane: ac proinde poſtulat eius vnionis deſitionem, ne ſcilicet ſequatur duorum corporum penetratio. Cum autem illa Chriſti cum ſpeciebus vnio nô poſtulet ſpecierum deſtructionem, ſed conſeruationem, perſpicue poſtulat conſeruationem ipſarum creatiuam, ſeu per ſe exiſtentiam.

Quia vnio data ſpecierum cum Chriſto phyſice opponitur vnioni ſpecierum ipſarum cum Pane.

Alteram verò probationem hinc impugno. Quia ſi ſpecies panis, dum Chriſti corpori vniuntur, manerent vnitæ cum pane, duo ſequerentur naturis rerum minimè conſona, vnum violentum, nempe duo corpora quanta ſimul coëxiſtere in eodem ſpatio: & alterum ſupernaturale, nempe idem accidens ſimul eſſe vnitum ad duas ſubſtantias totales: Ergo licet accidentium per ſe exiſtentia, ſi abſolutè ſpectetur, tam ſit naturæ violenta, ac duorum corporum penetratio: tamen ex ſuppoſitione quod Chriſtus dependenter ab ſpeciebus producatur, & ipſis vniatur, conuenientius naturæ eſt, quod ſpecies per ſe exiſtât, quàm quod non per ſe exiſtât. Nã ſi per ſe exiſtât, ea ſola, qualiſcumque violentia ſequitur ex prædicta Chriſti poſitione: ſi verò non per ſe exiſtant, ſequitur & vnum ſtricte violentum, nimirum duorum corporum penetratio, & in ſingulis plurimorum accidentium duplex vnio phyſica totalis, & integra cum duabus ſubſtantiis integris, & totalibus, atque inter ſe diuerſiſſimis, quales ſunt panis, & Chriſti corpus.

Ex ſuppoſitione eſt conuenientius naturæ, quod ſpecies exiſtant per ſe, & ſine inhærentia in Pane.

78\. *Quædam inſtantia.*

At inquies: Tam diſſonum naturæ eſt quod idem corpus phyſicè eſt vnitum ſimul cum ſuis accidentibus, & alienis; quam quod idem accidens ſimul ſit phyſicè vnitum cum propria ſubſtantia & cum aliena: Sed ex illa Chriſti poſitione, & ſequitur accidentium per ſe exiſtentia, & vnio eiuſdem Chriſti cum ſuis accidentibus, & cum alienis, nimirum panis: Ergo par incommodum incurritur ſeparatione accidentium, & ex non ſeparatione.

Retunditur.

Contra tamen eſt primò, quia licet totum antecedens eſſet verum, negandum eſſet conſequens; non enim tam violentum eſt, quod vnum corpus vnitum ſit naturaliter ſuis accidentibus, & ſupernaturaliter alienis; ac eſt violentum, duas quantitates eſſe in eodem loco penetratas. Secundò, quia quod idem Chriſti corpus vnitum ſit accidentibus propriis, & alienis, non ſequitur ex actione, per quam ibi Chriſtus ponitur, ſed in ea includitur, quippe quæ ſimul eſt Chriſti productio dependenter phyſicè ab ſpeciebus, & ſimul illius cum eiſdem vnio. Si autem quod ex illa actione phyſicè ſequitur, minus violentum, minuſque ſuperfluum eſt, & quod phyſicè ſequitur, eſt panis deſitio; planè illa Chriſti productio eſt phyſicè cauſa deſitionis panis, ac proinde cum omni proprietate eſt phyſicè conuerſiua, quod vnum in hoc §. intendimus.

79\. Ex dictis conſtat primò, conuerſionem, quam ponimus, eſſe duplici titulo ſubſtantialem; vno, quia verſatur inter duas ſubſtantias, alteram cedentem, & alteram ſuccedentem: altero, quia eſt deſitio ſubſtantialis, & ſequitur ex productione ſubſtantialis: & non ſolum eſſe conuerſionem ſubſtantialem, ſed etiam phyſicam, cum per actionem ſubſtantialem phyſicè inducatur. Quas duas rationes Euchariſtica Tranſſubſtantiatio, in nulla aliarum opinionum ſimul obtinet, vt ſupra conſpeximus: nam iuxta quaſdam illarum nulla hic datur actio ſubſtantialis: & quæ iuxta alias reperitur, non inducit phyſicè panis deſtructionem: imo iſta iuxta nullam prædictarum ſententiarum ſequitur phyſicè, ſed ſolùm moraliter ex actione ſiue ſubſtantiali, ſiue accidentali, prout in §. IV. perſpicuum reddidimus.

Tranſſubſtantiatio eſt deſitio ſubſtantialis ex Productione ſubſtantialis.

Eſtque moralis ſimul & Phyſica, iuxta dicta ſupra.

Inde autem infertur, Tranſſubſtantiationem, quam aſſerimus, propriiſſimè eſſe ſimul moralem, & phyſicam. Moralem quidem, quia Chriſti productio, Chriſti verbis affecta, & velut informata, moraliter inducit panis deſtructionem, ſic prorſus, vt licet iſtam phyſicè non peteret, moraliter tamen ipſam cum omnimoda neceſſitate induceret: & ſimiliter, ſi Chriſti verbis non informaretur; atque adeò phyſicam panis deſitionem non peteret, aut induceret moraliter, eam ratione ſuæ phyſicæ entitatis, peteret, & induceret phyſicè. In quo apparet tum ſingulariſſima præſtantia noſtræ Tranſſubſtantiationis ſupra Cæteras, quas aliæ ſen-

tentiæ proferunt; cum hæc habeat totam perfectionem Tranſſubſtantiationis moralis ſine imperfectione Tranſſubſtantiationis non phyſicæ, & totam perfectionem tranſſubſtantiationis phyſicæ ſine imperfectione tranſſubſtantiationis non moralis. Tum etiam diuinæ prouidentiæ ſumma perfectio, & exactio, quæ voluit & myſterium hoc nobiliſſimum, ſuorumque mirabilium admirabiliſſimam memoriam actione, & conuerſione nobiliſſima in lucem edere; & in vnam, & eandem actionem hæc omnia coniungere, eſſe Chriſti productionem phyſicam, & vnionem cum ſpeciebus phyſicam, & eſſe panis phyſicè deſtructiuam, vt hactenus probauimus: & tandem eſſe Chriſti phyſicè ſacrificatiuam, quod diſp. 31. ſect. 1. & 2. ſæpius attigimus; & diſp. ex inſtituto aſtruemus.

Præſtantia & nobilitas noſtræ Tranſſubſtantiationis quanta?

SECTIO III.

Quidnam Euchariſtica Tranſſubſtantiatio ſit, & in quo propriè conſiſtat?

80\. VAzquez diſp 181. reiicit ſententiam illorum, qui aſſerunt, tranſſubſtantiationem eſſe productionem ſubſtantiæ Chriſti, quia ſine eiuſmodi productione poteſt eſſe, & re ipſa reperitur tranſſubſtantiatio, & quia poſita eiuſmodi actione poſſet non eſſe tranſſubſtantiatio, quia poſſet non ſequi panis, & vini deſtructio.

Tranſſubſtantiatio non conſiſtit formaliter in Productione Phyſica.

Placet, tranſſubſtantiationem non eſſe productionem. Non quod ſine productione poſſit eſſe tranſſubſtantiatio. Nam iſtam eſſe non poſſe ſine ſubſtantiali productione termini ad quem, ſect. 1. §. 1. latè confirmauimus. Nec item ex eo quod poſſet eſſe illa productio, & non reperiri conuerſio, quia poſſet non ſequi deſitio panis, & vini. Nam hæc ratio ſicut rectè probat, productionem non eſſe ipſam conuerſionis formam, ſeu partem formalem; ita non probat, non eſſe partem tranſſubſtantiationis materialem: quippe etiam poſſet poſita materia prima non dari compoſitum, & tamen in ipſa partialiter conſiſtit compoſiti ſubſtantialis eſſentia.

Nam tranſitus potius eſt deſitio totius ex poſitione alterius termini.

Mihi ſolida ratio, cur tranſſubſtantiatio in productione non conſiſtat, eſt; quia tranſſubſtantiatio eſt tranſitus vnius ſubſtantiæ cedentis in aliam ſubſtantiam ſuccedentem: Sed eiuſmodi tranſitus non conſiſtit in productione, ſed potius in deſtructione, vel potius deſitione; nam in hac materia tranſire eſt deſinere vnius ad ingreſſum ſiue ob ingreſſum alterius: Ergo tranſitus, atque adeo tranſſubſtantiatio non eſt productio. Confirmatur, quia ſi conuerſio eſſet productio, terminum denominaret conuerſum, & tranſſubſtantiatio tranſſubſtantiatum: Atqui nec Chriſtus, nec præſentia Chriſti, nec aliquis terminus in Euchariſtia productus, denominatur conuerſus, aut tranſſubſtantiatus: Ergo tranſſubſtantiatio neutiquam in productione conſiſtit.

Addunt Vazquez, & complures: Primò tranſſubſtantiationem non conſiſtere in ipſa panis, & vini deſitione: quia poſſet hæc re ipſa exiſtere, quin daretur conuerſio, ſi nimirum panis, & vinum ſub ſuis accidentibus, deſinerent, quin aliqua ſubſtantia ipſis ſuccederet. Iam tamen ex num. 33. conſtat, inde ſolum fieri, vt deſitio non ſit tranſſubſtantiationis pars formalis, non autem fieri, vt non ſit pars eſſentialis, quod ſtatim amplius euoluemus.

Rurſus addunt tranſſubſtantiationem non aliud eſſe, niſi ordinem inter vnam ſubſtantiam ſub eiſdem accidentibus cedentem, & alteram ſuccedentem: Quia quodcumque aliud aſſignetur, poſſet exiſtere, quin daretur tranſſubſtantiatio: Sed ille ordo ſubſtantiarum eſſe non poteſt abſque tranſſubſtantiatione, neque iſta ſine illo: Ergo tranſſubſtantiatio conſiſtit in ordine ſubſtantiarum cedentis, & ſuccedentis. Sed contra, quia conuerſio, & tranſſubſtantiatio planè eſt, & concipitur vt via: Sed ille ordo duarum ſubſtantiarum non eſt, nec concipitur vt via: Ergo ille ordo non eſt conuerſio, nec tranſſubſtantiatio; eſto ſit huic eſſentialis, de quo paulo infra dicetur. 81.

Neque in Ordine vel relatione Prædicamentali, aut reſpectu rationis formali.

Tandem addunt, eum ordinem ſubſtantiæ cedentis, & ſuccedentis, in quo tranſſubſtantiationem iſtam conſtituunt, non eſſe relationem realem, ſed rationis: quia relatio realis requirit vt ſubiectum, & terminus actu exiſtant: Sed hîc non exiſtunt, nam ſubſtantia cedens, deſiit eſſe: Ergo tranſſubſtantiatio non eſt ordo, ſeu relatio realis, ſed rationis. Hoc etiam nobis valdè diſpliceret, quamuis tranſſubſtantiationem in ordine duarum ſubſtantiarum totaliter conſtitueremus. Quia vel aiunt, ordinem illum eſſe relationem rationis propriam; & ſic dicunt tranſſubſtantiationem eſſe ens rationis, & tamdiu ſolum exiſtens, quamdiu cogitatur, ac proinde fictum quæ dici nequeunt. Vel aiunt, ordinem illum eſſe relationem rationis impropriam; & ſic impropriè loquuntur, & rem, non explicant, dum non dicunt, quidnam illa propriè ſit.

Aliqui Recentiores tanquam huic malo medicinam facientes, affirmant, tranſſubſtantiationem eſſe fundamentum, quod noſtra mẽs habet, ad concipiendam, & fingendã relationẽ rationis inter ſubſtantiam cedentem, & ſuccedentem. Sed hi quoque dupliciter deficiũt. Nam non declarant, nec aſſignant, quid nam ſit illud fundamentum: & quamuis aſſignarent, falsò dicerent, in illo conſiſtere tranſſubſtantiationem formaliter: nam prius eſt, rem in ſe eſſe talem, quàm eſſe fundamentum, aut præbere occaſionem intellectui, ad fingendam, vel concipiendam in ipſa relationem rationis. 82.

Neque fundamentali.

Alij demum affirmant, tranſſubſtantiationem non aliud eſſe, quam extrinſecam denominationem in ſubſtantia cedente, ſumptam à ſubſtantia ſuccedente. Sed contra hos idem argumentum numeri 81. dirigimus: quippe tranſſubſtantiatio ſumpta in recto, & eſt, & concipitur vt via deſitiua; hoc enim eſt conuerti, nempe in aliud deſinere: Denominatio verò extrinſeca, deſumpta à ſubſtantia ſuccedente, eſt ipſamet ſubſtantia ſuccedens, ac proinde in recto neutiquam eſt via deſitiua, eſto viam deſitiuam connotet, ſicut cauſa effectum: Ergo tranſſubſtantiatio non eſt extrinſeca denominatio in ſubſtantia deſinente, deſumpta à ſubſtantia ſuccedente. 83.

Neque denominatio ſolum extrinſeca dicenda eſt.

Reſpondeo. Tranſſubſtantiatio eſt: *ſubſtantialis deſitio panis, & vini, inducta per productionem corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & per productionem ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus vini* 84.

Eſt ſubſtantialis deſitio &c.

Digitized by Google

vini. Nam tranſſubſtantiatio forma eſt eius, quod tranſſubſtantiatur: quod autem tranſſubſtantiatur eſt panis, & vinum: ac proinde tranſſubſtantiatio forma eſt panis, & vini: non eſt autem ipſorum forma, niſi quatenus deſinentium ex vi corporis, & ſanguinis Chriſti ſub eiſdem accidentibus ingredientium: Ergo eſt deſitio panis, & vini, inducta per productionem Dominici corporis, & Dominici ſanguinis ſub eiſdem accidentibus productorum. Declaratur amplius, & roboratur: quia conuerti vnum in aliud, eſt deſinere propter inceptionem alterius ſub vno tertio communi: Tranſſubſtantiari autem eſt conuerti: Ergo tranſſubſtantiari panem in corpus Chriſti ſub accidentibus panis, erit deſinere panem ob inceptionem Chriſti corporis ſub illis: & tranſſubſtantiari vinum in Chriſti ſanguinem ſub accidentibus vini, erit vinum ſub eis deſinere ob ingreſſum Dominici ſanguinis.

Hinc patet fruſtra labore Vazquium, & alios pleroſque Neotericos, dum quærunt rationem vnicam, & omnino ſimplicem, in quâ tranſſubſtantiatio conſiſtat. Eſt enim tranſſubſtantiatio concretum accidentale, ſicut artifex, & album: ac proinde eſt quidpiam dicens eſſentialiter duas rationes, vnam in recto, & alteram in obliquo. Dicit autem tranſſubſtantiatio in recto panis, & vini deſitionem, & in obliquo denominationem extrinſecam, deſumptam ex productione Dominici corporis, & ſanguinis, eam deſitionem phyſicè inducente. Nam cum panis, & vini deſitio poſſet non eſſe conuerſio, quippe quæ poſſet induci ſine ſubſtantia ſuccedente; in eſſe conuerſionis completur per hoc, quod eſt, phyſicè induci virtute productionis corporis, & ſanguinis Chriſti ſub diſtinctis accidentibus.

Deſitio ſignificatur di rectè, & connotando in obliquo productionem inducentem ipſius.

85. Dices, incidere nos in id, quod ſupra improbauimus, nempe tranſſubſtantiationem eſſe denominationem extrinſecam; quod improbauimus, quia tranſſubſtantiatio eſt, & concipitur vt via, neutrumque habet externa denominatio. Negamus tamen illationem: quia non dicimus, tranſſubſtantiationem eſſe denominationem extrinſecam in recto, ſed in obliquo: nam in recto eſt deſitio, quæ palam eſt, & concipitur vt via; in obliquo autem dicit extrinſecam denominationem; & in obliquo nec eſt, nec concipitur vt via, ſed vt inducta per productionem ſubſtantiæ ſuccedentis. Itaque ſicut album eſt ſubiectum habens albedinem, ita tranſſubſtantiatio eſt deſitio vnius ſubſtantiæ inducta, ſiue cauſata per alterius ſub communi tertio productionem.

Dices rurſus. Denominatio extrinſeca eſt ipſamet forma extrinſeca, vnde ſumitur: ſed tranſſubſtantiatio conſtituitur per denominationem extrinſecam, deſumptam à productione Dominici corporis, & ſanguinis: Ergo conſtituitur per ſuam ipſius cauſam. Diſtinguo conſequens: conſtituitur in recto, ſiue in eſſe deſitionis, nego; in iſto enim conſtituitur per ſuum eſſe intrinſecum, vel potius per ſuum intrinſecum non eſſe. Conſtituitur in obliquo, concedo conſequentiam; & probo conſequens, tum ratione, quia deſitionem illam eſſe conuerſionem à nulla alia cauſa poteſt formaliter prouenire: Tum apertiſſimo exemplo generationis, de qua loquitur Ariſtoteles in libro 1. Phyſicorum, & cuius principium ait, eſſe priuationem. Etenim productio illa ſecundum ſuum eſſe intrinſecum non eſt generatio eſſentialiter, & intrinſecè, ſed accidentaliter, & extrinſecè, perque denominationem extrinſecam à priuatione præcedente: & tamen hæc dicitur eſſe principium generationis, quatenus talis: Ergo conſtituitur illa productio in ratione formali generationis per priuationem, quæ eſt ipſius principium. Pari ergo ratione panis, & vini deſitio conſtituitur in ratione formali tranſſubſtantiationis per productionem, quæ eſt ipſius cauſa.

Sic eductio formæ eſt generatio dicta per extrinſecam denominationem à priuatione præuia.

Quo exemplo nihil eſt aptius ad rem iſtam tum explicandam, tum illuſtrandam, tum verò etiam confirmandam: Nam ſicut productio ignis eſſentialiter eſt ignis productio, & accidentaliter generatio, ſiquidem poſſet ea productio ſimul cum materia primò productâ exiſtere: Sic panis, & vini deſitio, eſſentialiter eſt deſitio panis, & vini, accidentaliter autem tranſſubſtantiatio, nam poſſet ea deſitio reperiri, quin alia ſubſtantia pani, vinoque ſuccederet. Ergo ſicut generatio eſt concretum accidentale dicens in recto productionem ſubſtantialem ex materia, & in obliquo eſſe principiatam à priuatione: Sic prorſus tranſſubſtantiatio erit concretum accidentale, in recto importans panis, & vini deſitionem, & in obliquo eſſe cauſatam à productione Dominici corporis, & ſanguinis ſub vno tertio communi.

SECTIO IV.

In quo ſubiecto tranſſubſtantiatio ſit, & in qua duratione fiat.

86. Circa priorem quæſtionem probè notant recentiores cum Lugo diſp. 7. num. 172. quæſtionem eſſe poſſe de ſubiecto denominationis, vel inhæſionis, vel adhæſionis. A primo autem incipientes aiunt, ſubiectum denominationis eſſe ambos terminos: quia tranſſubſtantiatio ambos denominat, terminum enim à quo denominat conuerſum, & terminum ad quem denominat eum, in quem fit conuerſio.

Praua, meo iudicio, philoſophandi ratio. Nam vel iſti conſtituunt tranſſubſtantionem in actione productiuâ, ſeu Chriſti, ſeu alterius rei, & in hoc decipiuntur; nam eiuſmodi actio non eſt conuerſio, cum non ſit deſitio, ſed deſitionis, atque adeò conuerſionis cauſa. Vel tranſſubſtantiationem conſtituunt in panis, ac vini deſitione: & hæc perperam dicitur dare termino ad quem, denominationem eius, in quem alter conuertitur. Etenim hoc ipſo, quod hæc eſt tranſſubſtantiatio phyſica, vt hi contendunt, inducitur phyſicè per actionem ſubſtantialem, proinde ex ſe inductiuam tranſſubſtantiationis: atque adeò talem, quæ intrinſecè denominat ſuum terminum, denominatione eius, in quem alius tranſſubſtantiatur: proinde hæc denominatio non prouenit à deſitione termini à quo, ſed ab actione poſitiuâ, quæ verſatur circa terminum ad quem, vel ipſum phyſicè producendo, vt nos cenſuimus; vel modum aliquem in eo producendo, vel aliena acciden-

Impugnantur plures RR.

tia conſeruando, prout alij cenſent. Eſſe enim terminum in quem alius conuertitur, non aliud eſt, quam eſſe phyſicè cauſam, vt alius in aliquo tertio communi deſinat.

Qui ſolam moralem Tranſſubſtantiationem defendunt.

Cæterum illa ipſa philoſophandi ratione, quam aduerſantes ineunt, non obſcurè produnt ſe non hic tueri, vel agnoſcere tranſſubſtantiationem phyſicam, ſed moralem, qualem iuxta ipſorum doctrinas in hoc myſterio reperiri ſuprà oſtendimus. Quod autem non ipſimet hoc ipſum agnoſcant, argumento eſt. Nam ſi in illis actionibus poſitiuis, quas hic ſtatuunt, ſentirent vim phyſicè deſtructiuam panis, & vini, profectò dicerent, actionem illam, ſeu ſimplicem, ſeu duplicem, quæ phyſicè deſtructiua eſſet panis, & vini, tria præſtare munera: primum: ſuos terminos poſitiuos producere; ſecundum, panem, ac vinum deſtruere; tertium, eorum deſtructionem denominare conuerſionem totalem, ſiue tranſſubſtantiationem. Si enim illa actio phyſicè eſt conuerſiua; alicuius eſt phyſicè conuerſiua; non niſi panis, & vini: Ergo inductiua deſitionis ipſorum: Sed iſtorum deſitio propterea ſolum inducit rationem conuerſionis, & tranſſubſtantiationis, quia inducitur ex vi productionis Chriſti ad ſubſtandum accidentibus: Igitur, ſi tales ſunt actiones poſitiuæ, quas hi Doctores conſtituunt, ab illis denominabitur illa deſitio conuerſio, & tranſſubſtantiatio.

87. Subiectum denominationis eſt illa ſolum ſubſtantia, quæ conuertitur & deſtruitur.

Ego verò ad priorem illam quæſtiunculam reſpondeo, ſubiectum denominationis eſſe ſolum panem, & vinum, & aquam, ſeu ſubſtantias, quæ deſinunt. Nam tranſſubſtantiari eſt conuerti, & conuerti eſt deſinere ob introductionem alterius, vt ſæpius explicatum eſt: Sed panis, vinum, & aqua ſunt quæ deſinunt ob introductionem Dominici corporis, & ſanguinis, ſeu quæ propriè conuertuntur: Ergo ſola ipſa ſunt denominationis ſubiectum. Vnde conſtat, ſubiectum iſtius denominationis, dum iſtam accipit, non exiſtere: nam dum primò denominatur conuerti, primò deſinit; & dum poſtea denominatur conuerſum, iam antea deſiit. Itaque conuerti eſt, ob alterius introductionem deſinere: & fuiſſe conuerſum eſt, ob alterius introductionem deſiiſſe.

88. Si quæſtio ſit de ſubiecto inhæſionis, vel adhæſionis, diſtinguunt iidem Authores. Nam tranſſubſtantiatio includit, inquiunt, deſitionem panis, & vini, quæ eſt mutatio negatiua, & quoad hanc partem non indiget ſubiecto poſitiuo: eo tamen modo, quo habet eſſe, pro ſubiecto inhæſionis habet panem, vinumque deſtructum. Continet etiam tranſſubſtantiatio actionem poſitiuam, qua Chriſti corpus, & ſanguis conſeruent accidentia; & hæc actio eſt in ipſis accidentibus, vt in ſubiecto adhæſionis. Continet tandem actionem, qua accidentia producant præſentiam in Chriſti corpore, & ſanguine: & hæc actio, ſicut quælibet eductio, ſubiectatur in Chriſti corpore, & ſanguine, vt in ſubiecto adhæſionis, & in præſentia, tamquam in ſubiecto adhæſionis.

89. Tranſſubſtantiationis nullum datur ſubiectum proprium inhæſionis, vel adhæſionis.

Ego tamen cum iſtas actiones à tranſſubſtantiatione iam expulerim, & ſolam panis, & vini deſitionem in recto tranſſubſtantiationem eſſe confirmauerim: Affirmo primo tranſſubſtantiationis nullum eſſe inhæſionis, vel adhæſionis ſubiectum proprium. Quia ſubiectum inhæſionis, vel adhæſionis propriè tale, non eſt niſi per ſuam actualem entitatem poſitiuam: Sed hic nullum tale reperitur: Ergo nec proprium inhæſionis, vel adhæſionis ſubiectum. Maior, & illatio clarent; nec minus minor. Nam ſi quod deberet hic eſſe ſubiectum inhæſionis, vel adhæſionis proprium, deberent eſſe panis, & vinum, quæ deſinunt, quando deſinunt: Atqui tunc phyſicè non exiſtunt: Ergo &c.

Aſſero ſecundò: Panem, & vinum eſſe tranſſubſtantiationi ſubiectum improprium adhæſionis, inhæſionis autem nec proprium, nec improprium: Neutrum eſſe proprium iam ex dictis liquet, quia phyſicè non exiſtunt. Eſſe vero ſubiectum improprium ſolius adhæſionis, & non inhæſionis, patet: quoniam oppoſitorum ſicut eadem eſt ratio, ita idem inhæſionis, adhæſioniſue ſubiectum: Atqui panis, & vini productio, & deſitio ſunt oppoſitæ: Ergo idem eſt illis ſubiectum inhæſionis, vel adhæſionis: Atqui panis, & vinum reſpectu ſuæ productionis erant adhæſionis ſubiectum, & non inhæſionis: Ergo pariter ſunt reſpectu ſuæ deſitionis, atque adeo tranſſubſtantiationis. 90. Impropriam dici poſſunt Panis & vinum, quæ deſinunt per ipſam.

Ad poſteriorem quæſtionem breuiſſimè reſpondeo, Tranſſubſtantiationem ſemper fieri inſtanti. Quia tota temporis duratio, & extenſio ſolis conſtat inſtantibus, vt ante annos ferè triginta in Phyſicis latè tradidimus. Hæc autem conuerſio, & tranſſubſtantiatio tota tunc fit, cum primum verba conſecrationis terminantur, vt abunde conſtare poteſt ex Tractatu de ſacramentis in genere diſp. 12. ſect. 3. Nam propterea gratia ſacramentorum tunc producitur, quando ſacramentalis materia, & forma completè ponuntur, quia producitur ſupernaturaliter, & à ſacramentis moraliter, & ſine contrario phyſicè obſiſtente. Sed his omnibus modis tranſſubſtantiatio cauſatur per verba conſecrationis: Ergo ſemper fit in inſtanti. Iuxta ſententiam verò, quæ temporis proceſſionem non conſtat ſolis inſtantibus, quam difficile ſit huic reſpondere quæſtioni, quid ve conſequenter, licet implicatiſſimè reſponderi debeat, ex loco etiam allegato facilè cognoſci poteſt. 91. Tranſſubſtantiatio fit inſtanti.

SECTIO V.

Quomodo termini Tranſſubſtantiationis in enunciationibus coniungendi ſint?

PLures interpretes cum S. Thoma q. 75. ar. 8. quærentes, *Vtrum hæc ſit falſa, Ex pane fit corpus Chriſti*, copioſè docent, quid in tota quæſtione, quam proponimus, teneri debeat. Alij cum Suarez diſp. 50. ſect. 9. diſquirentes, *Quomodo in hac tranſſubſtantiatione loquendum ſit*, doctrinam illam vberem ad aliquas regulas redigunt. Vtrique adferunt, vt prouerbio dicitur, Aliud in titulo, aliud in pyxide. Nam priores vnam tantum proponunt quæſtionem, eamque facilem, & plurimas, ac difficiles expediunt. Alteri è contra, cunctas in titulo proponunt, & multas illarum inexpeditas relinquunt, v.g. Sit ne dicendum, *Tranſſubſtantiatio eſt deſitio; Tranſſubſtantiatio eſt creatio*, &c. quæ ſicut non debent hic examinari, ſic nec debuerunt in titulo comprehendi, vt re vera comprehenduntur ſub iſto, *Quomodo ſit in hac tranſſubſtantia* 92. Ratio tituli ſpecialis redditur.

Digitized by Google

ſubſtantiatione loquendum. Quod monere cogimur, vt rationem reddamus noui tituli, qui ſolas, & omnes amplectitur enunciationes, quæ debent hoc loco examinari, nempe illas, in quibus ambo termini tranſſubſtantiationis ponuntur, nempe Chriſti corpus, & panis; Chriſti ſanguis, & vinum, ſubſtantia panis, & ſubſtantia corporis Chriſti; ſubſtantia vini, & ſubſtantia ſanguinis Dominici, ex. gr. *Ex pane fit corpus Chriſti; Panis eſt corpus Chriſti; Qui erat panis, eſt Chriſti corpus*, &c.

Regulæ ab aliis traditæ examinantur.

Cæterum regulæ, quas Doctores citati tradunt, tres communiter ſunt. Prima; Propoſitiones, quæ ſignificant tranſitum vnius ſubſtantiæ in aliam, aut productionem vnius ex alia, tanquam ex termino à quo, ſunt veræ, & propriæ; v g. *Ex pane fit corpus Chriſti*. Sed contra: Ergo etiam hæc, *Ex corpore Chriſti fit panis*, eſt vera, & propria; quod eſt erroneum. Secunda regula eſt. *Propoſitiones, quæ denotant manere aliquid proprium ſubſtantiæ panis, & vini, falſæ ſunt*. Contra; Ergo hæc, *In Chriſti corpore manent proprietates panis*, erit falſa, quod eſt falſiſſimum. Tertia regula: *Propoſitiones, quæ indicant aliquod prædicatum ſubſtantiale commune Chriſto, & pani, manere in hoc ſacramento, in rigore ſunt veræ*, ſed impropriæ, v. gr. *Id, quod erat panis, eſt corpus Chriſti*. Quia ſenſus eſt, ſub illis accidentibus ſucceſſiuè eſſe panem, & Chriſti corpus, quæ conueniunt in ratione corporis ſubſtantialis: quam rationem video traditam à S. Doctore in fine corporis. Sed (quod pace illorum DD. & præſertim Angelici, dixerim) videtur ſanè hæc ſubtilitas, eiuſve ſenſus nec in mentem veniſſe pleroſque hominum ea locutione vtentium

Et contra illas fit Argumentum non exigui ponderis.

Addo, contra prædictos Authores obiectionem non exigui ponderis Nam per eiuſmodi regulas ſolummodo nobis tradunt, eas propoſitiones eſſe veras, vel tolerandas, quæ habent ſenſum veritati tranſſubſtantiationis conſonum, & illas falſas, & cauendas, quæ ſenſum habent diſſonum. In quo tripliciter peccant. Nam & actum agunt, cum illud neminem lateat, nec ſatis indicant, quænam ſint propoſitiones prioris &, quænam poſterioris generis, quæ eſt doctrina maximè expetenda: Et illo admiſſo ſtylo, multas alias regulas omittunt, v. g. *Propoſitiones, quæ indicant terminum, qui conuertitur, alio migrare, vel illum, in quem conuertitur, per medium aduenire, falſæ ſunt*. &c. Ac denique nimium ſeuerè, ne dicam ſcrupuloſè agunt; nam propoſitiones multas damnant, quæ per ſe approbari poſſunt, & à PP. vſurpantur, vt in ſequentibus regulis conſtabit

93. **Authoris regula Prima deſumitur ex S. Thom.**

Prima regula ſit: Enunciationes iis terminis conſtantes, quæ ſimpliciter, & nudè prædicant vnum de altero, falſæ ſunt, & neutiquam vſurpandæ: Ex. gr. *Panis, eſt Chriſti corpus, vinum eſt Chriſti ſanguis*. Hanc regulam, etſi non tam explicatam, vel modificatam, primam omnium tradit S. Thomas citatus, inquiens. *Non poteſt vnum extremum de altero prædicari per verbum ſubſtantiuum præſentis temporis. Non enim dicimus; non ens eſt ens; vel panis eſt corpus Chriſti: vel aër eſt ignis, vel album eſt nigrum*. Ratio eſt clariſſima, quia tales enunciationes ſignificant extrema illa eſſe inter ſe realiter idem, quod eſt abſonum. Quod autem in cap. *Ego Berengarius*, de conſecrat. di. p. 2. dicitur, *Panis, & vinum poſt conſecrationem ſunt verum corpus, & ſanguis Chriſti*, & S. Ambroſ. lib. 4. c. 4. de ſacram. *Quomodo poteſt qui panis eſt, corpus eſſe Chriſti: Conſecratione*: me iudice, non continet difficultatem: quia non prædicatur vnus terminus de altero ſimpliciter, & nudè, ſed addita actione conſecrationis. Quare propoſitio illa, *Panis conſecratione eſt Chriſti corpus*, hunc reddit ſenſum, *per conſecrationem efficitur Chriſti corpus*, & hæc habet iſtum, *Conuertitur in Chriſti corpus*, vt ſtatim explicabitur. Similiter vera eſt iſta, *Quod erat panis, eſt Chriſti corpus*: nam apertè indicat mutationem interueniſſe, quæ mutatio non potuit identificare terminos, qui ante ipſam diſtinguebantur. Proinde ſatis æquiualet illa locutio, iſti, *Ex pane factum eſt Corpus Chriſti*, quam eſſe propriam illicò videbimus.

94. **Regula ſecunda & ex eodem S. Thoma.**

Secunda regula. Enunciationes, quæ ſonant terminum à Quo fieri, vel factum eſſe terminum ad Quem, veræ ſunt, licet impropriæ: nempe, *Panis fit corpus Chriſti, vinum fit ſanguis Chriſti*. Hanc regulam tradit S. Thomas citatus: cum enim improbaſſet locutionem iſtam, *Panis fit corpus Chriſti*, poſtea ſubdidit poſſe concedi per ſimilitudinem cum conuerſionibus naturalibus, quam iam explico. Dicit enim S. Thomas hanc propoſitionem, *Aër fit ignis*, & id genus alias, quæ ab omnibus admittuntur, eſſe veras; quia aliquid ſubſtantiale termini, qui conuertitur, manet in termino in quem conuertitur, nempe materia prima: eſſeque veras, licet figuratas, ſumpta per Synecdochen parte pro toto, ſenſumque eſſe, *materia, quæ fuit ſub forma aëris, nunc eſt ſub forma ignis*. Cum autem in tranſſubſtantiatione maneat aliquid accidentale, ſub quo erat terminus à quo, & nunc eſt terminus ad quem: ob hanc ſimilitudinem dici poteſt, *Panis fit Chriſti corpus, & Vinum fit Chriſti ſanguis*: Eſt enim ſenſus, Quod antea erat continens ſubſtantiam panis, fit modò continens ſubſtantiam Dominicæ carnis. &c. Sic Eccleſia in feſto Corporis Chriſti canit, *Verbum caro, panem verum verbo carnem efficit, Fitque ſanguis Chriſti merum*. Et in cap. *Non omnis* de Conſecrat. diſt. 2. *Non omnis panis, ſed accipiens benedictionem Chriſti, fit corpus Chriſti*.

95. **Regula Tertia ex eodem S. Thom.**

Tertia regula. Enunciationes indicantes dictam effectionem per præpoſitionem *Ex*, ſunt veræ, & propriæ, v. gr. *Ex pane fit corpus Chriſti, Ex vino fit ſanguis Chriſti*. Tradit etiam hanc regulam S. Thomas citatus in hæc verba: *Propter ordinem extremorum poſſumus vti in omnibus hac propoſitione, ex, quæ ordinem deſignat: poſſumus enim verè, & propriè dicere, quod ex non ente fit ens, & ex pane corpus Chriſti*. Ratio eſt, quam innuit S. Doctor, quia per tales locutiones non ſignificamus, illud, quod fit, componi ex altero, ſed illud, ex quo fit, cedere, & alterum ſub quodam tertio communi, ei ſuccedere, idque cum ordine, & connexione, ita ſcilicet, vt ex introductione vnius ſequatur expulſio, & deſitio alterius: quod eſt in omni vera conuerſione veriſſimum. Explicari hoc poteſt amplius: Quia præpoſitio *ex* aptiſſima eſt ad ſignificandam deſitionem illius rationis, cui præponitur: vnde etiam in compoſitione eam deſitionem ſignificat, vt conſtat in his nominibus, Exconſul, Eximperator, Exauctoratus: Ergo dum extra compoſitionem præponitur rei deſinenti cum verbo fit, efficitur, vel ſimile, verbi gratiâ *Ex pane fit corpus Chriſti*, optimè ſignificatur vnius deſitio propter inceptionem alterius.

Aliquando illud ex Quo fit aliud cedit.

Quarta

96. Regula 4.

Quarta regula. Locutiones indicantes eum tranſitum interuentu propoſitionis *de* vt *de pane fit corpus Chriſti, de vino fit Chriſti ſanguis*, poſſunt eſſe falſæ, & poſſunt eſſe veræ; ſed nunc ſimpliciter apud quoſcumque non ſunt vſurpandæ. Poſſe eſſe falſas cuncti Doctores tradunt. Ratio verò eſt quam tradit S. Thomas, quia particula, *de* ſignificare poteſt conſubſtantialitatem terminorum, ſic enim Verbum ex Patre natum, dicitur, Deus de Deo, lumen de lumine: Sed Chriſti corpus non eſt conſubſtantiale pani, nec ſanguis vino: Ergo hæ propoſitiones poſſunt eſſe falſæ.

Præpoſitio, de, & præpoſitio, ex, ſynonym vſurpantur: nõ tamen ſemper.

Poſſe eſſe veras, probatur; quia præpoſitio *de* poteſt eſſe ſynonyma præpoſitioni *ex*: Sed præpoſitiones includentes præpoſitionem *ex* ſunt veræ: Ergo includentes præpoſitionem *de* poſſunt etiam veræ eſſe. Maior claret, Primò; quia *ex*, & *de* communiter ſunt ſynonyma. Secundò, quia apud Græcos non ſunt duæ, ſed vnica, nimirum *ex*; Vnde in ſymbolo Nicæno eâdem præpoſitione *ex* dicitur Verbum ex Patre natum, quâ poſtea dicitur Deus de Deo. Tertiò, quia Patres, hâc procul dubio ſynonymiæ ratione ducti, ita loquuntur, vt Ambroſius, lib. 4. de Sacramentis, cap. 4. *Vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti.* Guitmundus in opere de Euchariſtiâ contra Berengarium, quod habetur in Bibliotheca VV. Patrum, tomo 3. *Non de nihilo fit hic corpus, ſed de his, quæ erant.* Poſtremò, quia particula *ex* indifferens eſt, vt ſignificet præſuppoſitum ſubiectum ſubſtantiale, & vt non ſignificet: vt patet in his, *Ex aere fit ignis, Ex pane fit Chriſti corpus*, quarum prior illud ſubiectum ſignificat, non poſterior; & ideò vera eſt: Ergo pariter dum dicitur, *De aere fit ignis, De vino fit Chriſti ſanguis*, prior quidem ſignificans commune ſubiectum ſubſtantiale, erit vera; & ſimiliter poſterior nequaquam illud ſignificans.

Simpliciter autem non eſſe nunc eas propoſitiones apud quoſcumque vſurpandas, conſtat: quia communiter Doctores exiſtimant, per præpoſitionem *de* ſignificari commune ſubiectum ſubſtantiale; quâ exiſtimatione poſitâ, non poſſent eæ locutiones offenſione omni carere, quæ vitanda eſt. Non tamen dubito, quin poſſit ſenſim apud viros doctos ea locutio introduci: ſicut ſenſibiles affectus in Chriſto, quos pridem nemo audebat paſſiones appellare, ſed propaſſiones, nunc alteratâ dictionis proprietate, iam ab omnibus viris doctis inter viros doctos paſſiones vocitantur.

SECTIO VI.

Quodnam ens in aliud poſſit conuerti.

97. Quænam poſſint conuerti ſubſtantialiter.

QVæſtionem hanc variè decidunt Scriptores, quiſque iuxta ſuam de conuerſione doctrinam. Cum autem apud nos conuerſio ſit, deſitio vnius rei, ex vi alterius in vno tertio producti, inde generaliter ad quæſtionem reſpondemus: Omne, & illud ſolum poſſe conuerti in aliquid, quod poteſt deſinere ex vi alicuius in vno tertio producti: ſiue id poſſit naturaliter, vt poteſt aër ex vi ignis in eius materiâ producti; ſiue ſupernaturaliter, vt poteſt panis, ex vi corporis, & vinum ex vi Dominici ſanguinis in eiſdem ſpeciebus productorum; itemque ſiue id poſſit ex alterius in vno tertio producti vi phyſicâ, vt aër virtute ignis; ſiue ex vi morali, vt panis ex virtute Dominici corporis per verba conſecrationis producti, ſiue ſimul ex vi morali, & phyſicâ, vt idem panis deſtruitur ex vi Dominici corporis, tum poſiti ſub accidentibus per verba Chriſti, quæ ad ſuam veritatem panis deſitionem moraliter cauſant; tum per Chriſti productionem phyſicè poſtulantem, vt deſtruatur. Ex hâc vero generali regulâ, & ex cæteris huius diſputationis doctrinis ſequentes deducuntur aſſertiones.

Nec Deus in creaturam, nec creatura in Deum propriè conuerti poteſt. Nam vt res aliqua propriè conuertatur, debet ſubſtantialiter deſinere: vtque aliqua in ipſam conuertatur, debet illa, in quam conuertitur, ſubſtantialiter incipere: Sed Deus ſubſtantialiter deſinere, vel ſubſtantialiter incipere non poteſt: Ergo nec ipſe conuerti in creaturam, nec creatura in Deum. Maior probata fuit in ſect. 1. §. 1. & 2. & confirmatur authoritate Patrum, qui inde contra Eutychetem probarunt, nec humanitatem in diuinitatem, nec iſtam in illam, virtute incarnationis fuiſſe conuerſam. Sumebant enim plerique Patres conuerſionẽ propriè: ſed Eutyches eam accipiebat impropriè; qualem ſcilicet hodie ponunt in Euchariſtiâ plures Doctores; aſſerentes, panem conuerti in Chriſtum, licet Chriſtus qui iam præexiſtit, non denuo producatur: ſed ſolum ſubeat munus ſuſtentandi accidentia panis; ita enim aiebant, humanitatem conuerſam eſſe in Deum, qui iam præſupponebatur exiſtens, quia denuo produceretur, ſed ſolum ſubiret munus ſuſtentandi accidentia humanitatis: Alij verò Patres conuerſionem accipiebant talem, qualem Eutyches conſtituebat: ideoque dicebant, idem eſſe, carnem conuerti in Deum, & Deum conuerti in carnem; nam hoc ipſo, quod caro deſineret ſub ſuis accidentibus, à verbo ſuſtentatis, ipſa quidem caro ſubſtantialiter conuertebatur in Deum: Deus autem accidentaliter; ſiue apparenter conuertebatur in carnem, prout in tomo de Incarnat. diſp. 14. ſect. 1. §. 3. fuſe proſecuti ſumus.

Quo ſenſu Patres ſumebant conuerſionẽ dum Eutychem arguebant.

Poteſt qualibet ſubſtantia corporea, ex materia, & forma coaleſcens, conuerti diuinitus in quamlibet ſimilibus partibus compoſitam; idque tam conuerſione partiali, quam etiam totali, ſeu tranſſubſtantiali, & quidem vel purè morali, vel purè phyſicâ, vel ſimul phyſicâ, & morali. Poſſet enim Deus in materiam cœleſtem inducere formam ſubſtantialem ignis, atque ad huius phyſicam exigentiam forma cœleſtis deſtrueretur: atque adeo cœlum conuerteretur in ignem conuerſione partiali miraculoſâ; ſicut nunc aër conuertitur conuerſione partiali naturali. Poſſet item Deus dependenter ab accidentibus cœli producere, & cum illis vnire totam terram: & tunc iſta phyſicè deſtrueret ſubſtantiam integram cœleſtem; & ſic cœlum tranſſubſtantiaretur phyſicè in terram. Quod ſi Deus terram ſub illis accidentibus poneret, non illis phyſicè vnitam, ſed per hæc verba, *Hæc eſt terra*; cœlum in terram tranſſubſtantiaretur moraliter. Si verò ſimul vteretur & productione 99.

Cœlum in terrã cõuerti poſſe diuinitus, tum phyſicè, tum moraliter.

vnitiua

vn'tiua terræ cum accidentibus cœli, & verbis illis, *Hæc eſt terra*, tranſſubſtantiaretur cælum in terram conuerſione ſimul morali, & phyſica; prout nunc in Euchariſtia tranſſubſtantiari panem in corpus, & vinum in ſanguinem Dominicum, ſuprà demonſtrauimus.

110. *Corpus in ſpiritum poſſet conuerti morali ſed non phyſica tranſſubſtantiatione.*

Poteſt Corpus conuerti in Spiritum, conuerſione ſubſtantiali quidem, ſed ob ſpecialem rationem morali; nullo tamen modo phyſica. Probantur omnes partes ordine ſuo. Poſſe conuerti conuerſione vere ſubſtantiali, patet. Nam ſicut circa panem Chriſtus dixit, *Hoc eſt corpus meum*, ita dicere poſſet, *Iſte eſt Angelus Michael*, iſtumque ibi ſubſtantialiter producere. Tunc autem eiuſmodi verba, quia non poſſent non eſſe vera, poſcerent vt ſubſtantia panis non ibi maneret, ac proinde poſſet ſub accidentibus ſuis ſubſtantialiter deſinere, & ita in ſpiritum conuerti ſubſtantiali cōuerſione. Poſſe conuerti conuerſione ob ſpecialem rationem morali, patet: nam ad veritatem verborum non eſſet neceſſarium, vt panis ſubſtantialiter deſtrueretur cum ſufficeret, in alium locū transferri: & ipſe ſuis ſpoliatus proprietatibus non poſtularet ſubſtantialiter deſinere, ſed alias ſibi producere. Quare ſi deſtrueretur prolatis verbis, non deſtrueretur vi actionis producentis Michaëlem, vt affectæ, & velut informatæ verbis illis; ſed vt affectæ, & velut informatæ decreto diuino deſtruendi panem: Sicut nunc offenſa grauis deſtruitur vi productionis gratiæ habitualis, inuoluentis, vel ſecum afferentis diuinam voluntatem deſtruendi grauem offenſam: Conuerteretur ergo tunc Corpus in ſpiritum conuerſione ſubſtantiali, & per ſpecialem titulum morali. Non poſſe autem conuerti cōuerſione phyſica, etiam claret. Nam neque ſpiritus, neque eius productio, etiam dependens ab ſpeciebus panis, eamque cū illis phyſicè vniens, haberet phyſicam incompoſſibilitatem cum pane, ac proinde nec illū phyſicè deſtrueret.

101. *Spiritus etiā poteſt conuerti in Corpus morali conuerſione.*

Spiritus etiam conuerti valet in Corpus eodem genere conuerſionis, nempe ſubſtantialis, ob ſimilem titulum moralis, & neutiquam phyſica. Poſſet enim Angelus aſſumere qualitatem aliquā corpoream, v.g. albedinē, ita vt cū illa faceret vnū moraliter, & circa illam verè diceretur, *Iſte eſt Angelus.* Tunc verò poſſet Chriſtus circa illud aggregatum dicere, *Iſte eſt panis.* Quibus prolatis verbis, vt vera euaderent, deberet Angelus ſub illis accidentibus non permanere; cumque poſſet ſub illis deſinere per ſubſtantialem ſui deſitionē; atque adeo in panē conuerti conuerſione ſubſtantiali & morali, & eiuſdem generis cum præcedente, & perconſequens non phyſica: cum nec panis, nec eius productio phyſicè poſcerent ſubſtantialem Angeli deſitionem: quod ex præcedente aſſertione abundè cōſtat.

101. *Eodem genere conuerti poteſt vnum concretum accidentale in aliud quodcumque.*

Diuinitus poteſt quodlibet concretum accidentale conuerti in quodlibet aliud, v.g. album in viride, viride in album, dulce in rubrum, conuerſione tamen morali, non verò phyſica. Nam circa ſubiectum purè, ſeu ſolummodo candidum dicere poſſet Chriſtus, *Hoc eſt ſolummodo dulce*: & hæc verba certiſſimè inducerent in illud ſubiectum dulcedinem, & deſtruerent albedinem, cum aliter vera eſſe non poſſent; & vtrumque præſtare poſſent non cauſalitate phyſica, ſed morali: nec dulcor inductus, aut eius inductio phyſice deſtruerent albedinem, vtpote cum qua non pugnant, vt in ſaccharo cernimus.

Valet etiam diuinitus ſubſtantia conuerti in accidens, & accidens in ſubſtantiam, eodemque genere conuerſionis moralis, ſed non phyſica. Nam poſſet diuinitus exiſtere per ſe tota dulcedo huius pomi, & phyſicè vniri, & regi hac ipſa albedine, & tunc Chriſtus circa illam dicere *Hoc eſt ſolummodo aurum.* Tunc enim tota illa dulcedo, quæ ſub his accidentibus latebat, & vnū cum eis conſtituebat, abeſſe deberet ab his accidentibus externis, poſſetque omnino deſtrui, atque adeò conuerti, iuxta ſuperius dicta. *Item quod ſubſtantia concreti totalis in accidens concreti poteſt.*

DISPVTATIO XXXVI.

De Chriſti rebus purè creatis in Euchariſtia exiſtentibus ex vi verborum vel per concomitantiam.

SECTIO I. *Diſputationis integer ſtatus.*
§. 1. *Diſtinctionem ex vi verborum, & per concomitantiam, neceſſariam eſſe, & ab Eccleſia definitam.*
§. 2. *Quinam ſit genuinus ſenſus diſtinctionis ex vi verborum, & per concomitantiā.*
SECTIO II. *Quid includat Chriſti corpus, quod ex vi verborum ponitur ſub ſpecie panis.*
§. 1. *Refelluntur placita Gabrielis, Ægidij, Soti, & Scoti.*
§. 2. *Sententia Patris Franciſci Suarez.*
§. 3. *Opinio Patris Gabrielis Vazquez.*
§. 4. *Exiſtimatio Patris Ioannis de Lugo.*
§. 5. *Poſt alias tres reiectas ſententias noſtra profertur.*
SECTIO III. *Quidnam dicat Chriſti ſanguis, qui ex vi verborū ponitur ſub ſpecie vini.*
SECTIO IV. *An ex vi verborum ponatur ſub ſpecie panis totum Chriſti corpus, & ſub ſpecie Vini totus Chriſti ſanguis.*
SECTIO V. *An ex vi verborum ponatur Chriſti ſanguis totus continuus.*
SECTIO VI. *An aliqua accidentia ex vi verborum in Euchariſtia ponantur.*
SECTIO. VII. *Quænam entia creata ſub ſpecie panis, & ſub ſpecie Vini per concomitantiam collocentur.*

CONſultò diſputationem inſcribimus de Chriſti rebus creatis altero illarum modorum in Euchariſtia exiſtentibus, ex. gr. de Chriſti materia & ſubſtantiali forma, & vnione ipſas inter ſe connectente: nam de entibus increatis tam abſolutis quam relatiuis, deque ipſa hypoſtatica vnione, quæ licet creata ſit, appellari ſolet ens non pure creatum, de his, inquam, rebus ſpeciales ſunt difficultates, quas proxima diſputatio ventilabit.

SECTIO I.

Diſputationis ſtatus.

PAtebit huius diſputationis ſtatus, vbi diſtinctionis huius *Ex vi verborum, vel per concomitantiam*, tres conſtiterint rationes, neceſſitas, authoritas, & genuinus ſenſus.

Digitized by Google

§. I.

Diſtinctionem ex vi verborum, vel per concomitantiam neceſſariam eſſe, & ab Eccleſiâ definitam.

DIſtinctionem iſtam, qua intelligamus quaſdam res in Euchariſtia eſſe ex vi verborum, & quaſdam per concomitantiam, prorſus eſſe in hoc myſterio requiſitam, & ſimpliciter neceſſariam, ſententia eſt omnium Catholicorum aduerſus Lutherum: qui teſtibus Ruardo Tapper art. 13. & Ioanne Coclæo lib. 2. Miſcellan. cap. 9. diſtinctionem iſtam, & ſolemnes formulas *ex vi verborum, & per concomitantiam*, non ſolû non admiſit vt neceſſarias, verum etiam pluribus in locis irriſit vt ludiceras.

Lutherus hæc irriſit; ſed iniquiſſimè, & inſipientiſſimè.

Probatur tamen ſimul & diſtinctionis eius neceſſitas, & Lutheri inconſequentia. Cum enim hæreticus ille fateatur, Chriſti Domini ſubſtantiam in hoſtia, & calice veriſſime eſſe, idque quia verba illa Chriſti ſunt: *Hoc eſt corpus meum*; *Hic eſt ſanguis meus*; compertæ inconſequentiæ eſt contemnere locutiones & formulas: nam ſine ipſis intelligi non poteſt, quid in hoſtia, & quid in calice poni debeat, & re ipſa ponatur, ad hoc vt illa ipſa Chriſti verba vera ſint. Nihil tamen mirandum iſtud Lutheri vitium. Eſt enim improbitas, Nazianzeno teſte, ἀνωμαλία q. d. praua ratiocinatrix, peruerſe colligens, & oppoſitum ei quod inferendum eſt, inferens. Talis illa tua eſt, Luthere, circa hoc myſterium ἀνωμαλία. *Nullum mihi feſtum feſto corporis Chriſti deteſtabilius*, ſi enim vt fateris, Chriſti corpus in Euchariſtia vere eſt, nullum profecto feſtum eſſe tibi deberet amabilius.

Quid improbitas à S. Nazianz. dicatur.

2. Supereſt inter Catholicos diſceptatio, Num ea diſtinctio *ex vi verborum*, *vel per concomitantiam*, definita iam ſit ab Eccleſia in Concilio Tridentino, ac proinde illam negare, non ſolum ſit temerarium, quia cunctis Doctoribus oppoſitum, nec ſolum ſit erroneum, quia ex ipſo myſterio redarguitur; verum etiam hæreticum, vtpote ab Eccleſia iam damnatum. Negat Suarez, quia licet Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 3. diſtinctionem illam vſurpet, & doceat quid in ſacramento, ex vi verborum, & quid per concomitantiam exiſtat; poſtea tamen in canonibus dum veritatem ipſam ſub anathemate definit, eam diſtinctionem non adhibet.

Exiſtimo tamen cum Vazquez, & recentiorum compluribus, eam diſtinctionem à Concilio definitam ideóque ſine manifeſta hæreſi negari non poſſe. Probant ij DD. quia doctrina quam Concilium in capitibus tradit, ab ipſo vocatur Catholica veritas, & catholica doctrina, ſed non vrgent. Tum quia non conſtat, appellationes illas Catholicæ doctrinæ, & catholicæ veritatis cadere ſupra totam capitum doctrinam, cum ſufficere videatur, ſi ita vocetur ea doctrina, quam poſtea Canones ex capitibus eliciunt. Tum deinde, quia concilium definit ſub anathemate, veritatem, & doctrinam illam eſſe catholicam: Aduerſantes vero contendunt, concilium definire tanquam de fide ſolam illam, cuius contradictoriam ſub anathemate damnat. Tum poſtremò, quia catholica veritas, & catholica doctrina dici poteſt illa, quæ nequit negari ſine errore.

Et quid vocetur doctrina catholica in concilio definita et de fide.

Rurſus probant, quia niſi omnia quæ Tridentinum in capitibus ad doctrinam ſpectantia tradit, de fide eſſent, nihil firmum aut ſtabile tradidiſſet Concilium extra canones. Contra, nam inprimis tradidiſſet firmum & ſtabile totum illud, quod poſtea canonibus complectitur. Deinde, quia quod abſque errore negari nequit, firmum ac ſtabile eſt: & ita ſe haberet totum illud, quod in capitibus, ſiue extra canones, Tridêtina ſynodus tradidit. Addo, nihil eſſe in eiuſmodi capitibus ad doctrinam ſpectans, quod ſine controuerſia fidei dogma ſit, & non contineatur vel in eiuſdem Concilij canonibus, vel in alia Eccleſiæ definitione à Tridentinis diſtincta. Proinde quod ij Doctores inferunt, vim non habet. 3.

Denique probant, quia Concilium eo tantum ſine canones condidit, vt hæreſes quæ fuerant, & quæ tunc erant, ſub anathemate damnaret: ſed aduerſus diſtinctionem iſtam ex vi verborum, & per concomitantiam nulla tunc erat, aut olim fuerat hæreſis: nam hæretici veram & realem Chriſti præſentiam ſub vtraque ſpecie negabant: ſi enim illam admiſiſſent, diſtinctionem iſtam neutiquam negaſſent: Ergo fundamentum Patris Suarez debile eſt.

Contra, quia teſtibus DD. num. 1. productis, & ipſomet Vaſquez in illa ipſa diſput. 85. cap. 1. num. 3. Lutherus cum aperte concederet in Euchariſtia veritatem Dominici corporis, & ſanguinis, totiuſque Chriſti ſub vtralibet ſpecie; tamen concomitantiam in vno ſcripto irriſit, in altero quæſtionem de concomitantia vanam, & inutilem vocauit; quidam autem Lutheranorum, admittentes totum Chriſtum in vtralibet ſpecie realiter eſſe, nihilominus concomitantiam negabant: Ergo circa iſtam, quando Concilium celebrabatur, iam hæretici male ſenſerant, docuerant, & ſcripſerant. Proinde dicet Suarez, cauſam cur S. Synodus eum ſenſum ſub anathemate non damnauit, non fuiſſe quod aſſertus adhuc ab hæreticis non fuiſſet, ſed quod illum ipſa non cenſeret palam hæreticum, nec pro palam hæretico haberi vellet.

Reor nihilominus diſtinctionem ex vi verborum, & ex vi concomitantiæ, definitam à Concilio fuiſſe propriè, & in ſe ipſa; ac proinde illam negare propriam & ſtrictam hæreſim eſſe. Primò, quia incredibile eſt, & Concilij grauitate, & ſanctitate, diuinique ſpiritus aſſiſtentia indignum, quod duas veritates eodem tenore verborum, eademque ratione, & oratione ſemper ab Eccleſia creditas eſſe pronunciet, & tamen non intelligat ambas ad fidem propriè pertinuiſſe: Atqui Tridentinum eodem verborum tenore, eademque ratione, & oratione pronunciat, ſemper ab Eccleſia creditam fuiſſe exiſtentiam totius Chriſti ſub vtralibet ſpecie; & exiſtentiam quarundam Chriſti partium ex vi verborum, & aliarum per concomitantiam: Ergo diſtinctionem iſtam omnino docet ad fidem pertinere. Maior probationem non deſiderat: Minorem locupletiſſimè teſtantur ipſa Concilij verba cap. illo 3. quæ ſic habent: *ſemper hæc fides in Eccleſia fuit, ſtatim poſt conſecrationem veram Domini noſtri corpus, verumque eius ſanguinem ſub panis,* 4.

4\. Diſtinctionē eſſe diffinitā à Tridentino, probatur 1. argumento.

&

& vini ſpecie, vna enim ipſius anima & diuinitate exiſtere: Sed corpus quidem(nempe exiſtere) *ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub vini ſpecie ex vi verborum; ipſum autem corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animamque ſub vtraque, vi naturalis illius connexionis, & concomitantiæ, qua partes Chriſti Domini inter ſe copulantur.*

Secundo, quia Chriſti corpus in hoſtia exi-

5. Argumentū ſecundum. ſtere, vt vera ſint Chriſti verba, *Hoc eſt corpus meum*; & Chriſti ſanguinem in calice exiſtere, vt vera ſint Chriſti verba, *Hic eſt ſanguis meus*, prout ex fide conſtat: & tamen Chriſti ſanguinem eſſe realiter in hoſtia, & Chriſti corpus in calice, & animam vtrobique, vt etiam fides ſancit; hæc inquam nullatenus eſſe vera poſſunt abſque diſtinctione inter vim verborum, & concomitantiam, vt per ſe manifeſtiſſimum eſt: Ergo incredibile etiam eſt, & Spiritu ſancto indignum, quod Generalis Synodus hæc tria ſimul, eodemque orationis filo pronuncians, eius inſtinctu, & aſſiſtentia, duo priora tanquam fidei dogmata pronunciet, iſtud vero tertium non item. quid enim aut Spiritum ſanctum ab illa tertia fidei inſpiratione, aut S. Synodum ab eius promulgatione, vel definitione poterat retardare.

6. Argumentū Tertium. Tertiò, quoniam aſſiſtentia diuini ſpiritus in Conciliis ad res fidei definiendas, alligata non eſt anathematiſmis ſeu canonibus, vt conſtat in pleriſque Conciliis, quæ doctrinas fidei plurimas, extra canones definiunt, neque

Concilia non ſemper definiunt res fidei cum anathematiſmis. eſt credibile quod Tridentinum poteſtatem, quam à ſpiritu ſancto Concilia cætera habuerant, vltro coarctare, vel potius abdicare voluerit, nihil definire intendens niſi ſub anathemate, ſeu per canones. Sicut ergo cætera Concilia, dum in capitibus, aut ſeſſionibus, aut Actionibus, quæſtionem fidei verſant, quidquid ad illam quæſtionem, & rei veritatem propriè ſpectans pronuntiant, pro fidei dogmate pronunciant; ſic prorſus Concilium Tridentinum. Proinde cum diſtinctio ex vi verborum, & per concomitantiam, ad veritates definitas propriiſſimè, & proximè ſpectet, & vna cum illis, eodemque orationis filo pronuntietur, omnino pronuntiatur tanquam dogma fidei.

7. Argumentū Quartum. Quartò, quia ſic planius, & proprius intelligitur S. Synodus doctrinam, quam in capitibus tradit, vocare doctrinam catholicam, & veritatē catholicam, vt in ſeſſ. 6. & 13. proximè ante canones, quæ loca protulit Vazquez, & addere poſſumus ſeſſ. 14. immediate etiam ante canones, vbi ita dicitur: *Hac ſunt quæ de Pœnitentia, & Extremæ vnctionis ſacramentis hæc ſancta Oecumenica ſynodus profitetur, & docet, atque omnibus Chriſti fidelibus credenda, & tenenda proponit*: & ſeſſ. 22. cap. 9. quod canonibus præludit, vocans præcedentium capitum doctrinam, veterem fidens, in ſacroſancto Euangelio, Apoſtolorum traditionibus, ſanctorumque Patrum doctrina fundatam, itemque puriſſimam fidem, ſacramque doctrinam.

8. Cur Synodus Trident. non poſuerit expreſſe in Canonib. iſtam diſtinctionem Vt autem S. Synodus hanc diſtinctionem in anathematiſmis non exprimeret, vna vel altera ratione, eaque optima potuit adduci. Nam in cap. 4. declarauerat, ſemper in Eccleſia creditum, & fidei dogma fuiſſe, tranſſubſtantiari panem & vinum in Chriſti corpus & ſanguinem propterea quòd Chriſtus verè dixit; *Hoc eſt corpus meum*; *Hic eſt ſanguis meus*; quod fuit declarare ſemper fuiſſe creditum, conuerſionem iſtam fieri ex vi verborum; prout ſynodus in cap. 3. proximè antecedente fieri docuerat. Rurſus eadem S. Synodus in Can. 1. definiuit, contineri in Euchariſtia vere, & realiter, & ſubſtantialiter totum Chriſtum, & in Can. 3. totum Chriſtum in vnaquaque ſpecie contineri: quod ſuppoſita priori definitione, planè fuit definire, ſub vna ſpecie corpus, & ſub altera ſanguinem, & ſub vtraque animam per concomitantiam conſtitui, prout eadem S. Synodus in cap. 3. conſtitui docuerat. Proinde non opus habuit eam diſtinctionem rurſus in canonibus repetere: ſiquidem admiſſis iis, quæ de fide eſſe declarauerat, & quæ ſub anathemate definierat, euidenter ea diſtinctio inferebatur. Quod ſi à Luthero veritates illas admittente, diſtinctio hæc negabatur, negabatur ſtultiſſimè, vt num. 1. dicebamus; debuitque S. Synodus hominis dementiam contemptu potius, quam anathematis gladio petere. Potuit etiam data opera veritates aliquas, in capitibus definitas, in canonibus non iterare, & inter illas iſtam; eo ſcilicet fine, ne exiſtimaretur aut nihil velle, aut nihil poſſe pro fidei dogmate declarare, niſi mucrone illo diſtricto.

§. II.

Quidnam ſit eſſe, rem aliquam, vel poni in Euchariſtia ex vi verborum, & quidnam eſſe vel poni per concomitantiam.

Neceſſitas & autoritas diſtinctionis iſtius ex vi verborum & per concomitantiam, 9.
omnino debuit anteire præſenti quæſtioni: ne videremur non ſolum diſtinctionem ipſam, verum etiam certum illius ſenſum quem aſſignaturi ſumus, pro fidei dogmate tradere: cum tamen poſt diſtinctionem iſtam quantalibet certitudine, etiam fidei catholicæ ſtabilitam, non apud omnes citra controuerſiam conſtet, quem ſenſum ambo diſtinctionis huius membra contineant. Cuius rei deciſionem tum præſenti, tum ſequenti Diſputationi valde neceſſariam ſubiectis notationibus præmuniam, & poſtea duabus aſſertionibus expediam. Si tamen præmonuero non abs re poſitas in titulo voces illas *eſſe*, *vel poni*; quia quædam res ſub ſpeciebus vere & realiter per conſecrationem ponuntur cum antea ibi non eſſent, vt entitas corporis, & entitas animæ Chriſti; quædam verò non re ipſa ponuntur, quia iam antea erant; & tamen per conſecrationem ibi ſunt, nouo ſcilicet exiſtendi titulo, nempe verbi diuini ſubſiſtentia, & diuinitas prout infra conſtabit.

Aſſero primum. In modo exiſtendi ex vi 10. Eſſe ex vi verborum eſt ſignificari vt exiſtens ibi per verba conſecratoria.
verborum ſub Euchariſtica ſpecie, ſaltem includitur, rem ideo ſub eiuſmodi ſpecie exiſtere, vel conſtitui, quia per verba conſecrationis ſignificatur ibi exiſtens. Hanc aſſertionē nullus reiiciet, vtpote in omnium doctrina contentā, & omnino claram. Cum enim eiuſmodi verba neceſſariſſimè vera ſint, vtpote quæ Chriſti nomine

Digitized by Google

nomine profitentur, diuinamque promiſſionem habeant annexam: neceſſe prorſus eſt, vt res, quam ſub ſpeciebus exiſtere ſignificant, in illomet inſtanti ſub eis exiſtat; nam alioqui verba vera non eſſent. Conſultiſſimè autem notauimus, in illo exiſtendi modo ſaltem includi, propterea rem ſub Euchariſtiæ ſpecie exiſtere, vel conſtitui, quod per verba conſecrationis ſignificatur ibi exiſtens: quia licet modus exiſtendi ex vi verborum includat eſſentialiter hanc rationem, non tamen ſolam: vt ſecundâ aſſertione declarabitur.

11\.
Exiſtit ex vi verborum quid includitur & continetur in illo, quod ibi exiſtit quia eſt ſignificatum per iſta verba.

Aſſero ſecundùm: Omne illud ſub aliqua ſpecie eſſe ex vi verborum, quod eſſentialiter conſtituit rem, quæ ex vi verborum exiſtit; ſiue per talem rem illud importemus in recto, ſiue ſolum in obliquo. Probatur. Nam id omnino requiritur ad verborum veritatem; & alioqui nihil eſt, quod eiuſmodi exiſtentiam impediat. Proinde ex vi horum verborum: *Iſte eſt Antonius*, exiſteret ſub ſpeciebus aggregatum phyſicum huius materiæ, & huius animæ, & vnionis ambas connectentis: & aggregatum metaphyſicum ſubſtantiæ, viuentis, ſentientis, rationalis, & Antonianæ quoniam Antonius vnumque aggregatum eſſentialiter, & in recto importat. Ex vi autem iſtorum verborum, *Hoc eſt album*, eſſent ſub ſpeciebus ſubiectum, albedo, & vtriuſque nexus, & omnia prædicata ſuperiora, vt ens, accidens, qualitas: quoniam album importat in recto ſubiectum, & in obliquo albedinem, & vtriuſque nexum, & prædicata iſtis ſuperiora.

12\.
An ſit etiam id, quod requiſitum, eſt neceſſarium vt res ſignificata detur, & exiſtat ſub ſpecie.

Inde fieri videtur vt ſub ſpeciebus ex vi verborum ſit etiam aliquid neutro modo conſtituens rem, quæ ex vi verborū dicitur eſſe, ſi neceſſe ſit illud ſub ſpeciebus eſſe ad hoc vt res illa ſub illis exiſtat. Et ratio redderetur admodum apparens: quia ſub aliqua ſpecierum omne illud exiſtit, ſeu ſtatuitur ex vi verborū, quod neceſſe eſt ibi exiſtere, vt verba veritatem contineant: ſed ad hoc neceſſe eſt ſub ſpeciebus illud, quo non exiſtente non exiſteret ibi res illa, quam verba ſignificant ibi exiſtere: Ergo illud ex vi verborum exiſtit, etiamſi tali rei non ſit eſſentiale, nec eam intrinſecè conſtituat. Exemplo ſit illud, quod ſub ſpeciebus collocaretur ex vi horum verborum; *Hæc eſt vnio phyſica*: non enim collocaretur ex vi verborum ſola vnio, ſed etiam duo extrema vnibilia, cum abſque illis hic exiſtentibus vnio hîc exiſtere non poſſet.

Non videtur aſſerendum iuxta præſentem inſtitutionem Euchariſtiæ.

Cæterum & ſi doctrina hæc vera eſſe poſſet iuxta poſſibilem aliquam inſtitutionem: tamen iuſta præſentem à Chriſto factam, ab vniuerſis Doctoribus intellectam vera non eſt. Etenim vel illud non conſtitutiuum rei, quæ vi verborum exiſtit, ſignificatur per verba, vel non. ſi non ſignificatur, non exiſtit ex vi verborum, vt omnes omnino ſentiunt: ſi vero per verba ſignificatur, hac ſubdiſtinctione argumentor. Aut ſignificatur confuſè, vt ratio inferior per nomen ſuperioris v.g. homo per nomen animal: & hoc neutiquam ſufficit: Tum quia nunc ex vi verborum ponitur aliqua ratio ſuperior, & tamen non ſic ponitur eius inferior, idque iuxta Doctores omnes, vt ſectione ſequenti conuincam: Tum etiam quia alioqui poſitâ ex vi verborum ratione ſuperiore, ponerentur ex vi verborum omnes inferiores, quod pluſquam abſurdum eſt. Aut illud per verba ſignificaretur clare, tanquam eſſentiale connotatū illius rei, quæ ex vi verborum ponitur: & neque iſtud ſatis eſt: nam corpus, cum eſſentialiter ſit creatura, eſſentialiter connotat creatorem, & quidem exiſtentem, & influentem in eo loco, vbi corpus eſt: & tamen corpus ex vi verborum exiſtit ſub ſpecie panis, creator autem, aut omnipotentia ex vi verborum non ibi exiſtit; ergo.

13\.
Neceſſe eſt, quod ſit quid intrinſecum & cōſtitutiuum rei, quæ verbis enunciatur.

Aſſero tertium. Vt aliquid ex vi verborum ſub Euchariſtiæ ſpeciebus exiſtat, non ſufficit quod per verba ſignificetur, ſed neceſſe eſt ſit intrinſecum, & conſtitutiuum illius rei, quæ per eiuſmodi verba directè ſignificatur. Hæc doctrina non tot habet patronos ac præcedēs, cum aliquos habeat aduerſarios, aſſerentes ſcilicet exiſtere ex vi verborum ſub ſpecie Euchariſtiæ omne illud quod per verba ſignificatur. Noſtri tamen aſſerti rationem ex præſenti inſtitutione prout ab omnibus Doctoribus intellecta, deducere oportet, & diligenter attendere. Quia ſcilicet illud ſolum de facto dicitur ex vi verborum exiſtere, vel conſtitui, quod eſt tranſſubſtantiationis terminus ad quem, ſiue in quod ſubſtantia panis, aut vini conuertitur: Atqui neutra conuertitur in aliquid non conſtitutiuum rei, quæ ex vi verborum exiſtit, v. gr. in omnipotentiam: Ergo quantumuis illud ſignificetur, vt neceſſario requiſitum in ſpatio ſpecierum ad hoc vt corpus, & ſanguis ibi ponantur, nihilominus ipſum non ibi eſt ex vi verborum.

Non ſatis eſt quod ſit requiſitum, & ſignificetur vt requiſitū ad hoc, vt obiectū directè ſignificatum exiſtat.

Confirmatur, quia poteſt ex vi verborum ſub ſpeciebus conſtitui res aliqua ſecundum rationem communem, & abſtractam, & nō cōſtitui ſecundum rationem particularem & cōtractam: Ergo poteſt conſtitui ſecundum ſui conſtitutiuum, quin conſtituatur ſecundum non ſui conſtitutiuum, quantumuis cum ipſa ibidem connexum. Conſequentia probatur: quia tam impoſſibile eſt ex. gr. poni ſub ſpeciebus rationem communem abſque aliqua particulari, ac eſt impoſſibile poni corpus non exiſtente ibi omnipotentia: proinde tam repugnat verificari verba ſignificantia ſub ſpeciebus rationem aliquam communem, ſi non ponatur aliqua ratio particularis: ac repugnat verificari verba ſignificantia ſub ſpeciebus hūc ſanguinem non exiſtente ibi omnipotentia: ſed ratio communis & abſtracta conſtitui poteſt ſub ſpeciebus ex vi verborum, quamuis ſub eis ex vi verborum non conſtituatur ratio particularis & contracta, ſiue determinatè, & abſolutè, ſiue vage, aut ſub diſiunctione: idque quia ratio inferior, ſeu differentia neutro modo eſt rationis ſuperioris intrinſecè, ac eſſentialiter conſtitutiua: Ergo ex vi verborum cōſtituetur aliqua res, quin ponatur illud ſine quo ibi non exiſtente, nequit illa exiſtere, ſi iſtud non ſit illius conſtitutiuum. Quod autem res conſtitui poſſit ex vi verborum ſecūdum ſolam rationem communem, quin ponatur ſecundum rationem particularem, neque determinatè, neque vagè, prout in primo huius numeri antecedente poſuimus, doctrina eſt cōmuniſſima, apud omnes Theologos; nos autem ſectione ſequente oſtendemus, eſſe etiam illorum, à quibus impugnatur, nempe ſe ipſos deſerentibus.

Aliqua ratio communis poteſt conſtitui ex vi verborum, quamuis non conſtituatur ratio Particularis ex vi verborum ibidem.

Quid propriè ſit poni-

Quocirca reſpondeo: rem aliquam ex vi verborum ſub panis aut vini ſpecie eſſe, vel conſtitui,

ſub ſpeciebus ex vi verborum.

conſtitui, non aliud eſt, quam ideo ibi eſſe vel conſtitui, quia ſignificatur per verba conſecrationis, & eſt conſtitutiua rei quæ primario per verba ſignificatur, ſequitur euidenter ex præcedentibus, in quibus abunde probata fuit.

15. *Quid ſit per concomitantiam eſſe, vel conſtitui ib.*

Aſſero quartũ, & ad quęſtionẽ alterã reſpõdeo rem aliquã ſub ſpeciebus per concomitantiam eſſe, vel conſtitui, eſt ibi eſſe, vel conſtitui propter naturalẽ connexionẽ, quã habet cum illa, quæ ex vi verborum exiſtit, aut conſtituitur. Exemplo eſſe poteſt in moralibus, ſi publicus aliquis ſcriba ſcrinium furaretur pretioſum, & chartis publicis refertum; iure ambigeremus, vtrum illorum ex vi voluntatis prauæ ille furaretur ſcriniumne, an chartas; & vtrum per concomitantiam. Quod ſi ſolum apetiiſſet ſcrinium, iſtud ſolùm auferret ex vi prauæ intentionis, chartas verò per concomitantiam, vtpote in ſcrinio clauſo, nec citra fractionem reſerabili, contentas. Exemplo etiam eſſe poſſet in ipſis Euchariſtiæ myſteriis anima Chriſti, quæ naturalem habet nunc in cælo connexionem cum corpore, eſtque (vt ita dicam) in illud naturaliter incluſa: proinde poſito in Euchariſtia Chriſti corpore ex vi verborum, anima ibidem ponitur per concomitantiam; quia ſcilicet cum Chriſti corpore naturalem habet connexionem. Vnde colliges, rem quæ ponitur per concomitantiam, non poni cum omnimoda neceſſitate, etiam ex ſuppoſitione quod ponatur altera, cum qua connectitur: quia non habet cum illa connexionem eſſentialem, ſed ſolummodo naturalem; ac proinde talem, vt poſſit altera in ſacramento poni, licet altera non poneretur. Quare conſtitui vel exiſtere rem per concomitantiam, ſolum eſt conſtitui propter quandam decentiam: exemplum ſit in eadem Chriſti anima, quæ ſolum ponitur in Euchariſtia propter decentiam illam, vt Chriſti corpus, quod in cælo glorioſum, & animatum eſt, in Euchariſtia inanime non ſit, prout ex Concilio Tridentino infra referemus.

Res, quæ ponitur in Euchariſtia per concomitantiam non ponitur magis neceſſario, quando ponitur alia ex vi verborum, quam ſit neceſſaria coniunctio iſtius cum illa.

SECTIO II.

Quidnam includat Chriſti corpus, quod ex vi verborum ponitur ſub ſpecie panis?

15. DVbitationis huius ſenſus, vt ex præcedente ſectione deducitur, eſt: Quidnam propriè Chriſtus ſignificauerit termino iſto complexo *Corpus meum*; & proinde quidnam propriè ſignificent hæ duæ voces, *Corpus Chriſti*: nam quod Chriſtus ſignificauit, & illæ ſignificant, id ex vi verborum ſub ſpeciebus panis conſtituitur.

§. I.

Refelluntur placita Gabrielis, Ægidij Romani & Scoti.

GAbriel cum Maiore, & Marſilio apud Suarez d. 51. ſ. 4. in principio, & apud Vazquez d. 186. c. 1. etiam in principio, contendit per corpus ſignificari, & proinde ex vi verborum poni ſolam materiam primam. Refellendi tamen duplici ratione. Vnâ, quia ſola materia prima nihil continet proprium hominis: proinde nec eſt, nec propriè dicitur corpus hominis. Confirmatur, quia licet cadauer, quoniam aliquam retinet organizationem hominis propriam, ſit, & vocetur corpus hominis, non tamen illud, in quod cadauer conuertitur, cum redigitur in pulueres, aut cineres: Ergo neque materia prima, dum nullam adducit formam hominis propriam. Altera, quia tranſſubſtantiatio Euchariſtica & eſt formaliter conuerſio totius ſubſtantiæ in totam ſubſtantiam, & efficitur ex vi verborum: Ergo non in ſolam partem eſſentialem, nempe materiam. Quam rationem paulo inferiùs contra Lugi ſententiam, huic non diſſimillimam perurgebimus.

Corpus Chriſti dicit, Non ſolam materiam Primã.

Ægidius Romanus, Sotus, & Ledeſma, teſtibus Suarez in illa ſect. 1. & Vazquez c. 2. pronunciant, ſignificari per Corpus materiam primam, connotando formam ſubſtantialem rationalem. Cenſent enim, corpus hominis in recto dicere ſolam materiam, & in obliquo formam. Contrà primò: Quia corpus hominis non idem eſt, ac ſuſtentans actu formam: Ergo non dicit ſolam materiam in recto, & formam in obliquo. Antecedens probatur, quia corpus non eſt concretum accidentale, ſed eſſentiale, ac proinde nihil dicens in obliquo, ſed in recto. Contrà ſecundo: Quia licet corpus in recto diceret ſolam materiam, & in obliquo formam ſubſtantialem; ſanè corpus alicuius viuentis non diceret in obliquo formam viuentem determinatè, atque adeò nec Chriſti corpus formam rationalem: Tum quia corpus Petri defunctum, ſeu cadauer, propriè eſt corpus Petri; & proinde corpus Chriſti in triduo propriè erat Chriſti, & tamen non dicebat in obliquo formam rationalem: Tum etiam, quia alioquin ex vi verborum conſtitueretur ſub ſpeciebus panis anima Chriſti, quod eſt dictu nefas, prout ex Tridentino ſeſſ. 14. cap. 3. conſtat. 16.

Neque iſtam vi connoſcentem animam rationalem.

Scotus, & nonnulli alij Veteres apud Suarez, & Vazquez relatos, & ex recentioribus P. Dandinus lib. 2. de Animâ. Tex. 11. Dig. 8. part. 3. & P. Conin. quæſt. 76. art. 2. Dub. vnico, putant, eſſe in quolibet viuente corporeo formam quandam ſubſtantialem heterogeneam non viuentem, quâ partes ſubſtantialiter heterogeneæ conſtituuntur, V. gr. in ratione carnis humanæ, oſſis humani, Cartilaginis humanæ, cordis humani, & quâ etiam formâ diſponantur ad recipiendam formam viuentem. Dicunt itaque corpus humanum propriè eſſe compoſitum ex materiâ primâ, & eiuſmodi forma heterogenea, quod quidem compoſitum, & eſt in primo conceptionis inſtanti, & perſeuerat toto vitæ decurſu, permanetque etiam poſt mortem, quandiù cadauer perſiſtit. Hinc valdè conſequenter aſſerunt, Chriſti corpus, quod ex vi verborum ponitur, eſſe compoſitum ex Chriſti materia prima, & eiuſmodi Chriſti forma ſubſtantiali corporea, & heterogenea. 17.

Eſt quidem ſententia hæc ad præſentem quæſtionem explicandam appoſitiſſima; ſed minimè neceſſaria; nam etſi clariſſima eſt, & difficultatem aliquam auferat; non tamen aliam omnem opinionem obſcurat, nec difficultatem alicuius momenti depellit, quam infrà nõ ſim facilimè depulſurus. Ipſa verò in ſub fundamento doctrinas inuoluit perdifficiles, & à communi Philoſophorum ſenſu abhorrentes, & penè exoticas, & paradoxas; quales ſunt, quod in eadẽ materia ſimul naturaliter ſint duę

Neque formam materialem heterogeneam.

Præſtantia & nobilitas noſtræ Tranſſub. ſtantiationis quanta?

centiæ proferunt; cum hæc habeat totam perfectionem Tranſſubſtantiationis moralis ſine imperfectione Tranſſubſtantiationis non phyſicæ, & totam perfectionem tranſſubſtantiationis phyſicæ ſine imperfectione tranſſubſtantiationis non moralis. Tum etiam diuinæ prouidentiæ ſumma perfectio, & exactio, quæ voluit & myſterium hoc nobiliſſimum, ſuorumque mirabilium admirabiliſſimam memoriam actione, & conuerſione nobiliſſima in lucem edere; & in vnam, & eandem actionem hæc omnia coniungere, eſſe Chriſti productionem phyſicam, & vnionem cum ſpeciebus phyſicam, & eſſe panis phyſicè deſtructiuam, vt hactenus probauimus: & tandem eſſe Chriſti phyſicè ſacrificatiuam, quod diſp. 32. ſect. 1. & 2. ſæpius attigimus; & diſp. ex inſtituto aſtruemus.

SECTIO III.

Quidnam Euchariſtica Tranſſubſtantiatio ſit, & in quo propriè conſiſtat?

80. VAzquez diſp 181. reiicit ſententiam illorum, qui aſſerunt, tranſſubſtantiationem eſſe productionem ſubſtantiæ Chriſti, quia ſine eiuſmodi productione poteſt eſſe, & re ipſa reperitur tranſſubſtantiatio; & quia poſita eiuſmodi actione poſſet non eſſe tranſſubſtantiatio, quia poſſet non ſequi panis, & vini deſtructio.

Tranſſubſtantiatio non conſiſtit formaliter in Productione Phyſica.

Placet, tranſſubſtantiationem non eſſe productionem Non quod ſine productione poſſit eſſe tranſſubſtantiatio. Nam iſtam eſſe non poſſe ſine ſubſtantiali productione termini ad quem, ſect. 1. §. 2. latè confirmauimus. Nec item ex eo quod poſſet eſſe illa productio, & non reperiri conuerſio, quia poſſet non ſequi deſitio panis, & vini. Nam hæc ratio ſicut rectè probat, productionem non eſſe ipſam conuerſionis formam, ſeu partem formalem; ita non probat, non eſſe partem tranſſubſtantiationis materialem: quippe etiam poſſet poſita materia prima non dari compoſitum, & tamen in ipſa partialiter conſiſtit compoſiti ſubſtantialis eſſentia.

Nam tranſitus potius eſt deſitio totius ex poſitione alterius termini.

Mihi ſolida ratio, cur tranſſubſtantiatio in productione non conſiſtat, eſt; quia tranſſubſtantiatio eſt tranſitus vnius ſubſtantiæ cedentis in aliam ſubſtantiam ſuccedentem: Sed eiuſmodi tranſitus non conſiſtit in productione, ſed potius in deſtructione, vel potius deſitione; nam in hac materia tranſire eſt deſinere vnius ad ingreſſum ſiue ob ingreſſum alterius: Ergo tranſitus, atque adeo tranſſubſtantiatio non eſt productio. Confirmatur, quia ſi conuerſio eſſet productio, terminum denominaret conuerſum, & tranſſubſtantiatio tranſſubſtantiatum: Atqui nec Chriſtus, nec præſentia Chriſti, nec aliquis terminus in Euchariſtia productus, denominatur conuerſus, aut tranſſubſtantiatus: Ergo tranſſubſtantiatio neutiquam in productione conſiſtit.

Addunt Vazquez, & complures: Primò tranſſubſtantiationem non conſiſtere in ipſa panis, & vini deſitione: quia poſſet hæc re ipſa exiſtere, quin daretur conuerſio, ſi nimirum panis, & vinum ſub ſuis accidentibus, deſinerent, quin aliqua ſubſtantia ipſis ſuccederet. Iam tamen ex num. 33. conſtat, inde ſolum fieri, vt deſitio non ſit tranſſubſtantiationis pars formalis, non autem fieri, vt non ſit pars eſſentialis, quod ſtatim amplius euoluemus.

Rurſus addunt tranſſubſtantiationem non aliud eſſe, niſi ordinem inter vnam ſubſtantiam ſub eiſdem accidentibus cedentem, & alteram ſuccedentem: Quia quodcumque aliud aſſignetur, poſſet exiſtere, quin daretur tranſſubſtantiatio: Sed ille ordo ſubſtantiarum eſſe non poteſt abſque tranſſubſtantiatione, neque iſta ſine illo: Ergo tranſſubſtantiatio conſiſtit in ordine ſubſtantiarum cedentis, & ſuccedentis. Sed contra, quia conuerſio, & tranſſubſtantiatio planè eſt, & concipitur vt via: Sed ille ordo duarum ſubſtantiarum non eſt, nec concipitur vt via: Ergo ille ordo non eſt conuerſio, nec tranſſubſtantiatio; eſto ſit huic eſſentialis, de quo paulo infra dicetur. 81.

Neque in Ordine vel relatione Prædicamentali, aut re pecto rationis formali.

Tandem addunt, cum ordinem ſubſtantiæ cedentis, & ſuccedentis, in quo tranſſubſtantiationem iſtam conſtituunt, non eſſe relationem realem, ſed rationis: quia relatio realis requirit vt ſubiectum, & terminus actu exiſtant: Sed hîc non exiſtunt, nam ſubſtantia cedens, deſiit eſſe: Ergo tranſſubſtantiatio non eſt ordo, ſeu relatio realis, ſed rationis. Hoc etiam nobis valdè diſpliceret, quamuis tranſſubſtantiationem in ordine duarum ſubſtantiarum totaliter conſtitueremus. Quia vel aiunt, ordinem illum eſſe relationem rationis propriam; & ſic dicunt tranſſubſtantiationem eſſe ens rationis, & tamdiu ſolum exiſtens, quamdiu cogitatur, ac proinde fictum quæ dici nequeunt. Vel aiunt, ordinem illum eſſe relationem rationis impropriam; & ſic impropriè loquuntur, & rem, non explicant, dum non dicunt, quidnam illa propriè ſit.

82. Neque fundamentaliter.

Aliqui Recentiores tanquam huic malo medicinam facientes, affirmant, tranſſubſtantiationem eſſe fundamentum, quod noſtra mēs habet, ad concipiendam, & fingendā relationē rationis inter ſubſtantiam cedentem, & ſuccedentem. Sed hi quoque dupliciter deficiunt. Nam non declarant, nec aſſignant, quid nam ſit illud fundamentum: & quamuis aſſignarent, falsò dicerent, in illo conſiſtere tranſſubſtantiationem formaliter: nam prius eſt, rem in ſe eſſe talem, quàm eſſe fundamentum, aut præbere occaſionem intellectui, ad fingendam, vel concipiendam in ipſa relationem rationis.

83. Neque denominatio ſolum extrinſeca dicenda eſt.

Alij demum affirmant, tranſſubſtantiationem non aliud eſſe, quam extrinſecam denominationem in ſubſtantia cedente, ſumptam à ſubſtantia ſuccedente. Sed contra hos idem argumentum numeri 81. dirigimus: quippe tranſſubſtantiatio ſumpta in recto, & eſt, & concipitur vt via deſitiua; hoc enim eſt conuerti, nempe in aliud deſinere: Denominatio verò extrinſeca, deſumpta à ſubſtantia ſuccedente, eſt ipſamet ſubſtantia ſuccedens, ac proinde in recto neutiquam eſt via deſitiua, eſto viam deſitiuam connotet, ſicut cauſa effectum: Ergo tranſſubſtantiatio non eſt extrinſeca denominatio in ſubſtantia deſinente, deſumpta à ſubſtantia ſuccedente.

84. Eſt ſubſtantialis deſitio &c.

Reſpondeo. Tranſſubſtantiatio eſt: *ſubſtantialis deſitio panis, & vini, inducta per productionem corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & per productionem ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus vini*

Digitized by Google

vini. Nam tranſſubſtantiatio forma eſt eius, quod tranſſubſtantiatur: quod autem tranſſubſtantiatur eſt panis, & vinum: ac proinde tranſſubſtantiatio forma eſt panis, & vini: non eſt autem ipſorum forma, niſi quatenus deſinentium ex vi corporis, & ſanguinis Chriſti ſub eiſdem accidentibus ingredientium: Ergo eſt deſitio panis, & vini, inducta per productionem Dominici corporis, & Dominici ſanguinis ſub eiſdem accidentibus productorum. Declaratur amplius, & roboratur: quia conuerti vnum in aliud, eſt deſinere propter inceptionem alterius ſub vno tertio communi: Tranſſubſtantiari autem eſt conuerti: Ergo tranſſubſtantiari panem in corpus Chriſti ſub accidentibus panis, erit deſinere panem ob inceptionem Chriſti corporis ſub illis: & tranſſubſtantiari vinum in Chriſti ſanguinem ſub accidentibus vini, erit vinum ſub eis deſinere ob ingreſſum Dominici ſanguinis.

Hinc patet fruſtra labore Vazquium, & alios pleroſque Neotericos, dum quærunt rationem vnicam, & omnino ſimplicem, in quâ tranſſubſtantiatio conſiſtat. Eſt enim tranſſubſtantiatio concretum accidentale, ſicut artifex, & album: ac proinde eſt quidpiam dicens eſſentialiter duas rationes, vnam in recto, & alteram in obliquo. Dicit autem tranſſubſtantiatio in recto panis, & vini deſitionem, & in obliquo denominationem extrinſecam, deſumptam ex productione Dominici corporis, & ſanguinis, eam deſitionem phyſice inducente. Nam cum panis, & vini deſitio poſſet non eſſe conuerſio, quippe quæ poſſet induci ſine ſubſtantia ſuccedente; in eſſe conuerſionis completur per hoc, quod eſt, phyſice induci virtute productionis corporis, & ſanguinis Chriſti ſub diſtinctis accidentibus.

Deſitio ſignificatur di eſſe, & connotando in obliquo productionem inducentem ipſius.

85. Dices, incidere nos in id, quod ſupra improbauimus, nempe tranſſubſtantiationem eſſe denominationem extrinſecam; quod improbauimus, quia tranſſubſtantiatio eſt, & concipitur vt via, neutrumque habet externa denominatio. Negamus tamen illationem: quia non dicimus, tranſſubſtantiationem eſſe denominationem extrinſecam in recto, ſed in obliquo: nam in recto eſt deſitio, quæ palam eſt, & concipitur vt via; in obliquo autem dicit extrinſecam denominationem; & in obliquo nec eſt, nec concipitur vt via, ſed vt inducta per productionem ſubſtantiæ ſuccedentis. Itaque ſicut album eſt ſubiectum habens albedinem, ita tranſſubſtantiatio eſt deſitio vnius ſubſtantiæ inducta, ſiue cauſata per alterius ſub communi tertio productionem.

Dices rurſus. Denominatio extrinſeca eſt ipſamet forma extrinſeca, vnde ſumitur: ſed tranſſubſtantiatio conſtituitur per denominationem extrinſecam, deſumptam à productione Dominici corporis, & ſanguinis: Ergo conſtituitur per ſuam ipſius cauſam. Diſtinguo conſequens: conſtituitur in recto, ſiue in eſſe deſitionis, nego; in iſto enim conſtituitur per ſuum eſſe intrinſecum, vel potius per ſuum intrinſecum non eſſe. Conſtituitur in obliquo, concedo conſequentiam; & probo conſequens, tum ratione, quia deſitionem illam eſſe conuerſionem à nulla alia cauſa poteſt formaliter prouenire: Tum apertiſſimo exemplo generationis, de qua loquitur Ariſtoteles in libro 1. Phyſicorum, & cuius principium ait, eſſe priuationem. Etenim productio illa ſecundum ſuum eſſe intrinſecum non eſt generatio eſſentialiter, & intrinſece, ſed accidentaliter, & extrinſecè, perque denominationem extrinſecam à priuatione præcedente: & tamen hæc dicitur eſſe principium generationis, quatenus talis: Ergo conſtituitur illa productio in ratione formali generationis per priuationem, quæ eſt ipſius principium. Pari ergo ratione panis, & vini deſitio conſtituitur in ratione formali tranſſubſtantiationis per productionem, quæ eſt ipſius cauſa.

Sic eductio formæ eſt generatio dicta per extrinſecam denominationem à priuatione præuia.

Quo exemplo nihil eſt aptius ad rem iſtam tum explicandam, tum illuſtrandam, tum verò etiam confirmandam: Nam ſicut productio ignis eſſentialiter eſt ignis productio, & accidentaliter generatio, ſiquidem poſſet ea productio ſimul cum materia primò productâ exiſtere: Sic panis, & vini deſitio, eſſentialiter eſt deſitio panis, & vini, accidentaliter autem tranſſubſtantiatio, nam poſſet ea deſitio reperiri, quin alia ſubſtantia pani, vinoque ſuccederet. Ergo ſicut generatio eſt concretum accidentale dicens in recto productionem ſubſtantialem ex materia, & in obliquo eſſe principiatam à priuatione: Sic prorſus tranſſubſtantiatio erit concretum accidentale, in recto importans panis, & vini deſitionem, & in obliquo eſſe cauſatam à productione Dominici corporis, & ſanguinis ſub vno tertio communi.

SECTIO IV.

In quo ſubiecto tranſſubſtantiatio ſit, & in qua duratione fiat.

Circa priorem quæſtionem probè notant recentiores cum Lugo diſp. 7. num. 172. quæſtionem eſſe poſſe de ſubiecto denominationis, vel inhæſionis, vel adhæſionis. A primo autem incipientes aiunt, ſubiectum denominationis eſſe ambos terminos: quia tranſſubſtantiatio ambos denominat, terminum enim à quo denominat conuerſum, & terminum ad quem denominat eum, in quem fit conuerſio. 86.

Praua, meo iudicio, philoſophandi ratio. Nam vel iſti conſtituunt tranſſubſtantionem in actione productiuâ, ſeu Chriſti, ſeu alterius rei, & in hoc decipiuntur; nam eiuſmodi actio non eſt conuerſio, cum non ſit deſitio, ſed deſitionis, atque adeò conuerſionis cauſa. Vel tranſſubſtantiationem conſtituunt in panis, ac vini deſitione: & hæc perperam dicitur dare termino ad quem, denominationem eius, in quem alter conuertitur. Etenim hoc ipſo, quod hæc eſt tranſſubſtantiatio phyſica, vt hi contendunt, inducitur phyſicè per actionem ſubſtantialem, proinde ex ſe inductiuam tranſſubſtantiationis: atque adeò talem, quæ intrinſecè denominat ſuum terminum, denominatione eius, in quem alius tranſſubſtantiatur: proinde hæc denominatio non prouenit à deſitione termini à quo, ſed ab actione poſitiuâ, quæ verſatur circa terminum ad quem, vel ipſum phyſicè producendo, vt nos cenſuimus; vel modum aliquem in eo producendo, vel aliena acciden-

Impugnantur plures RR.

tia conſeruando, prout alij cenſent. Eſſe enim terminum in quem alius conuertitur, non aliud eſt, quam eſſe phyſicè cauſam, vt alius in aliquo tertio communi deſinat.

Qui ſolam moralem Tranſſubſtantiationem defendunt.

Cæterum illa ipſa philoſophandi ratione, quam aduerſantes ineunt, non obſcurè produnt ſe non hic tueri, vel agnoſcere tranſſubſtantiationem phyſicam, ſed moralem, qualem iuxta ipſorum doctrinas in hoc myſterio reperiri ſuprà oſtendimus. Quod autem non ipſimet hoc ipſum agnoſcant, argumento eſt. Nam ſi in illis actionibus poſitiuis, quas hic ſtatuunt, ſentirent vim phyſicè deſtructiuam panis, & vini, profectò dicerent, actionem illam, ſeu ſimplicem, ſeu duplicem, quæ phyſicè deſtructiua eſſet panis, & vini, tria præſtare munera; primum: ſuos terminos poſitiuos producere; ſecundum, panem, ac vinum deſtruere; tertium, eorum deſtructionem denominare conuerſionem totalem, ſiue tranſſubſtantiationem. Si enim illa actio phyſicè eſt conuerſiua; alicuius eſt phyſicè conuerſiua; non niſi panis, & vini: Ergo inductiua deſitionis ipſorum: Sed iſtorum deſitio propterea ſolum inducit rationem conuerſionis, & tranſſubſtantiationis, quia inducitur ex vi productionis Chriſti ad ſubſtandum accidentibus: Igitur, ſi tales ſunt actiones poſitiuæ, quas hi Doctores conſtituunt, ab illis denominabitur illa deſitio conuerſio, & tranſſubſtantiatio.

87\. Subiectum denominationis eſt illa ſolum ſubſtantia, quæ conuertitur & deſtruitur.

Ego verò ad priorem illam quæſtiunculam reſpondeo, ſubiectum denominationis eſſe ſolum panem, & vinum, & aquam, ſeu ſubſtantias, quæ deſinunt. Nam tranſſubſtantiari eſt conuerti, & conuerti eſt deſinere ob introductionem alterius, vt ſæpius explicatum eſt: Sed panis, vinum, & aqua ſunt quæ deſinunt ob introductionem Dominici corporis, & ſanguinis, ſeu quæ propriè conuertuntur: Ergo ſola ipſa ſunt denominationis ſubiectum. Vnde conſtat, ſubiectum iſtius denominationis, dum iſtam accipit, non exiſtere: nam dum primò denominatur conuerti, primò deſinit; & dum poſtea denominatur conuerſum, iam antea deſiit. Itaque conuerti eſt, ob alterius introductionem deſinere; & fuiſſe conuerſum eſt, ob alterius introductionem deſiiſſe.

88\. Si quæſtio ſit de ſubiecto inhæſionis, vel adhæſionis, diſtinguunt iidem Authores Nam tranſſubſtantiatio includit, inquiunt, deſitionem panis, & vini, quæ eſt mutatio negatiua, & quoad hanc partem non indiget ſubiecto poſitiuo: eo tamen modo, quo habet eſſe, pro ſubiecto inhæſionis habet panem, vinumque deſtructum. Continet etiam tranſſubſtantiatio actionem poſitiuam, qua Chriſti corpus, & ſanguis conſeruent accidentia; & hæc actio eſt in ipſis accidentibus, vt in ſubiecto adhæſionis. Continet tandem actionem, qua accidentia producant præſentiam in Chriſti corpore, & ſanguine: & hæc actio, ſicut quælibet eductio, ſubiectatur in Chriſti corpore, & ſanguine, vt in ſubiecto adhæſionis, & in præſentia, tamquam in ſubiecto adhæſionis.

89\. Tranſſubſtantiationis nullum datur ſubiectũ proprium inhæſionis, vel adhæſionis.

Ego tamen cum iſtas actiones à tranſſubſtantiatione iam expulerim, & ſolam panis, & vini deſitionem in recto tranſſubſtantiationem eſſe confirmauerim: Affirmo primo tranſſubſtantiationis nullum eſſe inhæſionis, vel adhæſionis ſubiectum proprium. Quia ſubiectum inhæſionis, vel adhæſionis propriè tale, non eſt niſi per ſuam actualem entitatem poſitiuam: Sed hic nullum tale reperitur: Ergo nec proprium inhæſionis, vel adhæſionis ſubiectum. Maior, & illatio clarent; nec minus minor. Nam ſi quod deberet hic eſſe ſubiectum inhæſionis, vel adhæſionis proprium, deberent eſſe panis, & vinum, quæ deſinunt, quando deſinunt: Atqui tunc phyſicè non exiſtunt: Ergo &c.

Improprium dici poſſunt Panis & vinum, quæ deſinunt per ipſam.

Aſſero ſecundò: Panem, & vinum eſſe tranſſubſtantiationi ſubiectum improprium adhæſionis, inhæſionis autem nec proprium, nec improprium: Neutrum eſſe proprium iam ex dictis liquet, quia phyſicè non exiſtunt. Eſſe vero ſubiectum improprium ſolius adhæſionis, & non inhæſionis, patet: quoniam oppoſitorum ſicut eadem eſt ratio, ita idem inhæſionis, adhæſioniſue ſubiectum: Atqui panis, & vini productio, & deſitio ſunt oppoſitæ: Ergo idem eſt illis ſubiectum inhæſionis, vel adhæſionis: Atqui panis, & vinum reſpectu ſuæ productionis erant adhæſionis ſubiectum, & non inhæſionis: Ergo pariter ſunt reſpectu ſuæ deſitionis, atque adeo tranſſubſtantiationis. 90.

Ad poſteriorem quæſtionem breuiſſimè reſpondeo, Tranſſubſtantiationem ſemper fieri inſtanti. Quia tota temporis duratio, & extenſio ſolis conſtat inſtantibus, vt ante annos, ferè triginta in Phyſicis latè tradidimus. Hæc autem conuerſio, & tranſſubſtantiatio tota tunc fit, cum primum verba conſecrationis terminantur, vt abunde conſtare poteſt ex Tractatu de ſacramentis in genere diſp. 12. ſect. 3. Nam propterea gratia ſacramentorum tunc producitur, quando ſacramentalis materia, & forma completè ponuntur, quia producitur ſupernaturaliter, & à ſacramentis moraliter, & ſine, contrario phyſicè obſiſtente. Sed his omnibus modis tranſſubſtantiatio cauſatur per verba conſecrationis: Ergo ſemper fit in inſtanti. Iuxta ſententiam verò, quæ temporis proceſſionem non conſtat ſolis inſtantibus, quam difficile ſit huic reſpondere quæſtioni, quid ve conſequenter, licet implicatiſſimè reſponderi debeat, ex loco etiam allegato facilè cognoſci poteſt. 91. Tranſſubſtantiatio fit inſtanti.

SECTIO V.

Quomodo termini Tranſſubſtantiationis in enunciationibus coniungendi ſint?

Plures interpretes cum S. Thoma q. 57. ar. 8. quærentes, *Vtrum hæc ſit falſa, Ex pane fit corpus Chriſti*, copioſè docent, quid in tota quæſtione, quam proponimus, teneri debeat. Alij cum Suarez diſp. 50. ſect. 9. diſquirentes, *Quomodo in hac tranſſubſtantiatione loquendum ſit*, doctrinam illam vberem ad aliquas regulas redigunt. Vtrique adferunt, vt prouerbio dicitur, Aliud in titulo, aliud in pyxide Nam priores vnam tantum proponunt quæſtionem, eamque facilem, & plurimas, ac difficiles expediunt. Alteri è contra, cunctas in titulo proponunt, & multas illarum inexpeditas relinquunt, v.g. Sit ne dicendum, *Tranſſubſtantiatio eſt deſitio, Tranſſubſtantiatio eſt creatio*, &c. quæ ſicut non debent hic examinari, ſic nec debuerunt in titulo comprehendi, vt re vera comprehenduntur ſub iſto, *Quomodo ſit in hac tranſſubſtantia* 92. Ratio tituli ſpecialis redditur.

Digitized by Google

ſubſtantiatione loquendum. Quod monere cogimur, vt rationem reddamus noui tituli, qui ſolas, & omnes amplectitur enunciationes, quæ debent hoc loco examinari, nempe illas, in quibus ambo termini tranſſubſtantiationis ponuntur, nempe Chriſti corpus, & panis; Chriſti ſanguis, & vinum, ſubſtantia panis, & ſubſtantia corporis Chriſti; ſubſtantia vini, & ſubſtantia ſanguinis Dominici, ex. gr. *Ex pane fit corpus Chriſti; Panis eſt corpus Chriſti; Qui erat panis, eſt Chriſti corpus.* &c.

Regulæ ab aliis traditæ examinantur.

Cæterum regulæ, quas Doctores citati tradunt, tres communiter ſunt. Prima; Propoſitiones, quæ ſignificant tranſitum vnius ſubſtantiæ in aliam, aut productionem vnius ex alia, tanquam ex termino à quo, ſunt veræ, & propriæ; v. g. *Ex pane fit corpus Chriſti.* Sed contra: Ergo etiam hæc, *Ex corpore Chriſti fit panis,* eſt vera, & propria; quod eſt erroneum. Secunda regula eſt. *Propoſitiones, quæ denotant manere aliquid proprium ſubſtantiæ panis, & vini, falſæ ſunt.* Contra; Ergo hæc, *In Chriſti corpore manent proprietates panis*, erit falſa, quod eſt falſiſſimum. Tertia regula: *Propoſitiones, quæ indicant aliquod prædicatum ſubſtantiale commune Chriſto, & pani, manere in hoc ſacramento, in rigore ſunt veræ,* ſed impropriæ, v. gr. *Id, quod erat panis, eſt corpus Chriſti.* Quia ſenſus eſt, ſub illis accidentibus ſucceſſiuè eſſe panem, & Chriſti corpus, quæ conueniunt in ratione corporis ſubſtantialis: quam rationem video traditam à S. Doctore in fine corporis. Sed (quod pace illorum DD. & præſertim Angelici, dixerim) videtur ſanè hæc ſubtilitas, eiuſve ſenſus nec in mentem veniſſe pleroſque hominum ea locutione vtentium.

Et contra illas fit Argumentum non exigui ponderis.

Addo, contra prædictos Authores obiectionem non exigui ponderis. Nam per eiuſmodi regulas ſolummodo nobis tradunt, eas propoſitiones eſſe veras, vel tolerandas, quæ habent ſenſum veritati tranſſubſtantiationis conſonum, & illas falſas, & cauendas, quæ ſenſum habent diſſonum. In quo tripliciter peccant. Nam & actum agunt, cum illud neminem lateat; nec ſatis indicant, quænam ſint propoſitiones prioris &, quænam poſterioris generis, quæ eſt doctrina maximè expetenda: Et illo admiſſo ſtylo, multas alias regulas omittunt, v. g. *Propoſitiones, quæ indicant terminum, qui conuertitur, alio migrare, vel illum, in quem conuertitur, per medium aduenire, falſæ ſunt.* &c. Ac denique nimium ſeuerè, ne dicam ſcrupuloſe agunt; nam propoſitiones multas damnant, quæ per ſe approbari poſſunt, & à PP. vſurpantur; vt in ſequentibus regulis conſtabit.

93. Authoris regula Prima deſumitur ex S. Thom.

Prima regula ſit: Enunciationes iis terminis conſtantes, quæ ſimpliciter, & nudè prædicant vnum de altero, falſæ ſunt, & neutiquam vſurpandæ: Ex. gr. *Panis, eſt Chriſti corpus, vinum eſt Chriſti ſanguis.* Hanc regulam, etſi non tam explicatam, vel modificatam, primam omnium tradit S. Thomas citatus, inquiens. *Non poteſt vnum extremum de altero prædicari per verbum ſubſtantiuum præſentis temporis. Non enim dicimus, non ens eſt ens; vel panis eſt corpus Chriſti: vel aer eſt ignis, vel album eſt nigrum.* Ratio eſt clariſſima, quia tales enunciationes ſignificant extrema illa eſſe inter ſe realiter idem, quod eſt abſonum. Quod autem in cap. *Ego Berengarius,* de conſecrat. diſp. 2. dicitur, *Panis, & vinum poſt conſecrationem ſunt verum corpus, & ſanguis Chriſti,* & S. Ambroſ. lib. 4. c. 4. de ſacram. *Quomodo poteſt qui panis eſt, corpus eſſe Chriſti? Conſecratione*: me iudice, non continet difficultatem: quia non prædicatur vnus terminus de altero ſimpliciter, & nudè, ſed addita actione conſecrationis. Quare propoſitio illa, *Panis conſecratione eſt Chriſti corpus,* hunc reddit ſenſum, *per conſecrationem efficitur Chriſti corpus,* & hæc habet iſtum, *Conuertitur in Chriſti corpus,* vt ſtatim explicabitur. Similiter vera eſt iſta, *Quod erat panis, eſt Chriſti corpus:* nam apertè indicat mutationem interueniſſe, quæ mutatio non potuit identificare terminos, qui ante ipſam diſtinguebantur. Proinde ſatis æquiualet illa locutio, iſti, *Ex pane factum eſt Corpus Chriſti,* quam eſſe propriam illicò videbimus.

94. Regula ſecunda & ex eodem S. Thoma.

Secunda regula. Enunciationes, quæ ſonant terminum à Quo fieri, vel factum eſſe terminum ad Quem, veræ ſunt, licet impropriæ: nempe, *Panis fit corpus Chriſti, vinum fit ſanguis Chriſti.* Hanc regulam tradit S. Thomas citatus: cum enim improbaſſet locutionem iſtam, *Panis fit corpus Chriſti*, poſtea ſubdidit poſſe concedi per ſimilitudinem cum conuerſionibus naturalibus, quam iam explico. Dicit enim S. Thomas hanc propoſitionem, *Aer fit ignis,* & id genus alias, quæ ab omnibus admittuntur, eſſe veras; quia aliquid ſubſtantiale termini, qui conuertitur, manet in termino in quem conuertitur, nempe materia prima: eſſeque veras, licet figuratas, ſumpta per Synecdochen parte pro toto, ſenſumque eſſe, *materia, quæ fuit ſub forma aeris, nunc eſt ſub forma ignis.* Cum autem in tranſſubſtantiatione maneat aliquid accidentale, ſub quo erat terminus à quo, & nunc eſt terminus ad quem: ob hanc ſimilitudinem dici poteſt, *Panis fit Chriſti corpus, & Vinum fit Chriſti ſanguis.* Eſt enim ſenſus, Quod antea erat continens ſubſtantiam panis, fit modò continens ſubſtantiam Dominicæ carnis. &c. Sic Eccleſia in feſto Corporis Chriſti canit, *Verbum caro, panem verum verbo carnem efficit, Fitque ſanguis Chriſti merum.* Et in cap. *Non omnis* de Conſecrat. diſt. 2. *Non omnis panis, ſed accipiens benedictionem Chriſti, fit corpus Chriſti.*

95. Regula Tertia ex eodem S. Thom.

Tertia regula. Enunciationes indicantes dictam effectionem per præpoſitionem *Ex*, ſunt veræ, & propriæ, v. gr. *Ex pane fit corpus Chriſti, Ex vino fit ſanguis Chriſti.* Tradit etiam hanc regulam S. Thomas citatus in hæc verba: *Propter ordinem extremorum poſſumus vti in omnibus hac propoſitione, ex, quæ ordinem deſignat: poſſumus enim verè, & propriè dicere, quod ex non ente fit ens, & ex pane corpus Chriſti.* Ratio eſt, quam innuit S. Doctor, quia per tales locutiones non ſignificamus, illud, quod fit, componi ex altero, ſed illud, ex quo fit, cedere, & alterum ſub quodam tertio communi, ei ſuccedere, idque cum ordine, & connexione, ita ſcilicet, vt ex introductione vnius ſequatur expulſio, & deſitio alterius: quod eſt in omni vera conuerſione veriſſimum. Explicari hoc poteſt amplius: Quia præpoſitio *ex* aptiſſima eſt ad ſignificandam deſitionem illius rationis, cui præponitur: vnde etiam in compoſitione eam deſitionem ſignificat, vt conſtat in his nominibus, Exconſul, Eximperator, Exautoratus: Ergo dum extra compoſitionem præponitur rei deſinenti cum verbo fit, efficitur, vel ſimile, verbi gratia *Ex pane fit corpus Chriſti*, optimè ſignificatur vnius deſitio propter inceptionem alterius.

Aliquando illud ex Quo fit, aliud cedit.

Quarta

gitized by Google

96. Regula 4. Quarta regula. Locutiones indicantes eum tranſitum interuentu propoſitionis *de* vt *de pane fit corpus Chriſti, de vino fit Chriſti ſanguis,* poſſunt eſſe falſæ, & poſſunt eſſe veræ; ſed nunc ſimpliciter apud quoſcumque non ſunt vſurpandæ. Poſſe eſſe falſas cuncti Doctores tradunt. Ratio verò eſt quam tradit S. Thomas, quia particula, *de* ſignificare poteſt conſubſtantialitatem terminorum, ſic enim Verbum ex Patre natum, dicitur, Deus de Deo, lumen de lumine: Sed Chriſti corpus non eſt conſubſtantiale pani, nec ſanguis vino: Ergo hæ propoſitiones poſſunt eſſe falſæ.

Poſſe eſſe veras, probatur; quia præpoſitio *de* poteſt eſſe ſynonyma præpoſitioni *ex*: Sed præpoſitiones includentes præpoſitionem *ex* ſunt veræ: Ergo includentes præpoſitionem *de* poſſunt etiam veræ eſſe. Maior claret, Primò; quia *ex*, & *de* communiter ſunt ſynonyma. Secundò, quia apud Græcos non ſunt duæ, ſed vnica, nimirum *ex*; Vnde in ſymbolo Nicæno eâdem præpoſitione *ex* dicitur Verbum ex Patre natum, quâ poſtea dicitur Deus de Deo. Tertiò, quia Patres, hâc procul dubio ſynonymiæ ratione ducti, ita loquuntur, vt Ambroſius, lib. 4. de Sacramentis, cap. 4. *Vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti.* Guitmundus in opere de Euchariſtiâ contra Berengarium, quod habetur in Bibliotheca VV. Patrum, tomo 3. *Non de nihilo fit hic corpus, ſed de his, quæ erant.* Poſtremò, quia particula *ex* indifferens eſt, vt ſignificet præſuppoſitum ſubiectum ſubſtantiale, & vt non ſignificet: vt patet in his, *Ex aere fit ignis, Ex pane fit Chriſti corpus* quarum prior illud ſubiectum ſignificat, non poſterior; & ideo vera eſt: Ergo pariter dum dicitur, *De aere fit ignis, De vino fit Chriſti ſanguis,* prior quidem ſignificans commune ſubiectum ſubſtantiale, erit vera; & ſimiliter poſterior nequaquam illud ſignificans.

Præpoſitio, de, & præpoſitio, ex, ſynonymè vſurpantur: nõ autem quando...

Simpliciter autem non eſſe nunc eas propoſitiones apud quoſcumque vſurpandas, conſtat: quia communiter Doctores exiſtimant, per præpoſitionem *de* ſignificari commune ſubiectum ſubſtantiale; quâ exiſtimatione poſitâ, non poſſent eæ locutiones offenſione omni carere, quæ vitanda eſt. Non tamen dubito, quin poſſit ſenſim apud viros doctos ea locutio introduci: ſicut ſenſibiles affectus in Chriſto, quos pridem nemo audebat paſſiones appellare, ſed propaſſiones, nunc alteratâ dictionis proprietate, iam ab omnibus viris doctis inter viros doctos paſſiones vocitantur.

SECTIO VI.

Quodnam ens in aliud poſſit conuerti.

97. Quænam poſſint conuerti ſubſtantialiter.

QVæſtionem hanc variè decidunt Scriptores, quiſque iuxta ſuam de conuerſione doctrinam. Cum autem apud nos conuerſio ſit, deſitio vnius rei, ex vi alterius in vno tertio producti, inde generaliter ad quæſtionem reſpondemus: Omne, & illud ſolum poſſe conuerti in aliquid, quod poteſt deſinere ex vi alicuius in vno tertio producti: ſiue id poſſit naturaliter, vt poteſt aër ex vi ignis in eius materiâ producti; ſiue ſupernaturaliter, vt poteſt panis, ex vi corporis, & vinum ex vi Dominici ſanguinis in eiſdem ſpeciebus productorum; itemque ſiue id poſſit ex alterius in vno tertio producti vi phyſicâ, vt aër virtute ignis; ſiue ex vi morali, vt panis ex virtute Dominici corporis per verba conſecrationis producti, ſiue ſimul ex vi morali, & phyſicâ, vt idem panis deſtruitur ex vi Dominici corporis, tum poſiti ſub accidentibus per verba Chriſti, quæ ad ſuam veritatem panis deſitionem moraliter cauſant; tum per Chriſti productionem phyſicè poſtulantem, vt deſtruatur. Ex hâc vero generali regulâ, & ex cæteris huius diſputationis doctrinis ſequentes deducuntur aſſertiones.

Nec Deus in creaturam, nec creatura in Deum propriè conuerti poteſt. Nam vt res aliqua propriè conuertatur, debet ſubſtantialiter deſinere: vtque aliqua in ipſam conuertatur, debet illa, in quam conuertitur, ſubſtantialiter incipere: Sed Deus ſubſtantialiter deſinere, vel ſubſtantialiter incipere non poteſt: Ergo nec ipſe conuerti in creaturam, nec creatura in Deum. Maior probata fuit in ſect. 1. §. 1. & 2. & confirmatur authoritate Patrum, qui inde contra Eutychetem probarunt, nec humanitatem in diuinitatem, nec iſtam in illam, virtute incarnationis fuiſſe conuerſam. Sumebant enim plerique Patres conuerſionẽ propriè: ſed Eutyches eam accipiebat impropriè; qualem ſcilicet hodie ponunt in Euchariſtia plures Doctores; aſſerentes, panem conuerti in Chriſtum, licet Chriſtus qui iam præexiſtit, non denuo producatur: ſed ſolum ſubeat munus ſuſtentandi accidentia panis; ita enim aiebant, humanitatem conuerſam eſſe in Deum, quia non præſupponebatur exiſtens, quia denuo produceretur, ſed ſolum ſubiret munus ſuſtentandi accidentia humanitatis: Alij verò Patres conuerſionem accipiebant talem, qualem Eutyches conſtituebat: ideoque dicebant, idem eſſe, carnem conuerti in Deum, & Deum conuerti in carnem; nam hoc ipſo, quod caro deſineret ſub ſuis accidentibus, à verbo ſuſtentatis, ipſa quidem caro ſubſtantialiter conuertebatur in Deum: Deus autem accidentaliter; ſiue apparenter conuertebatur in carnem, prout in tomo de Incarnat. diſp. 14. ſect. 1. §. 3. fusè proſecuti ſumus. Quo ſenſu Patres ſumebant conuerſionẽ, quo Eutyches ſuguebat.

99. *Omne ens quod eſt ſubſtantia corporea, ex materia, & forma coaleſcens, conuerti diuinitus in quamlibet ſimilibus partibus compoſitam, idque tam conuerſione partiali, quam etiam totali, ſeu tranſubſtantiali, & quidem vel purè morali, vel purè phyſica, vel ſimul phyſica, & morali.* Poſſet enim Deus in materiam cœleſtem inducere formam ſubſtantialem ignis, atque ad huius phyſicam exigentiam forma cœleſtis deſtrueretur: atque adeo cœlum conuerteretur in ignem conuerſione partiali miraculosâ; ſicut nunc aër conuertitur conuerſione partiali naturali. Poſſet item Deus dependenter ab accidentibus cœli producere, & cum illis vnire totam terram: & tunc iſta phyſicè deſtrueret ſubſtantiam integram cœleſtem; & ſic cœlum tranſſubſtantiaretur phyſicè in terram. Quod ſi Deus terram ſub illis accidentibus poneret, non illis phyſicè vnitam, ſed per hæc verba, *Hæc eſt terra;* cœlum in terram tranſſubſtantiaretur moraliter. Si verò ſimul vteretur & productione vnitiua

Cœlum in terrã cõuerti poſſe diuinitus, tum phyſicè, tum moraliter.

Digitized by Google

vn'tiua terræ cum accidentibus cœli, & verbis illis, *Hæc eſt terra*, tranſſubſtantiaretur cælum in terram conuerſione ſimul morali, & phyſica; prout nunc in Euchariſtia tranſſubſtantiari panem in corpus, & vinum in ſanguinem Dominicum, ſuprà demonſtrauimus.

110. Corpus in ſpiritum poſſet conuerti morali ſed non phyſica tranſſubſtantiatione.

Poteſt Corpus conuerti in Spiritum, conuerſione ſubſtantiali quidem, ſed ob ſpecialem rationem morali; nullo tamen modo phyſica. Probantur omnes partes ordine ſuo. Poſſe conuerti conuerſione vere ſubſtantiali, patet. Nam ſicut circa panem Chriſtus dixit, *Hoc eſt corpus meum*, ita dicere poſſet, *Iſte eſt Angelus Michaël*, iſtumque ibi ſubſtantialiter producere. Tunc autem eiuſmodi verba, quia non poſſent non eſſe vera, poſcerent vt ſubſtantia panis non ibi maneret, ac proinde poſſet ſub accidentibus ſuis ſubſtantialiter deſinere, & ita in ſpiritum conuerti ſubſtantiali cõuerſione. Poſſe conuerti conuerſione ob ſpecialem rationem morali, patet: nam ad veritatem verborum non eſſet neceſſarium, vt panis ſubſtantialiter deſtrueretur cum ſufficeret, in alium locũ transferri: & ipſe ſuis ſpoliatus proprietatibus non poſtularet ſubſtantialiter deſinere, ſed alias ſibi producere. Quare ſi deſtrueretur prolatis verbis, non deſtrueretur vi actionis producentis Michaëlem, vt affectæ, & velut informatæ verbis illis; ſed vt affectæ, & velut informatæ decreto diuino deſtruendi panem: Sicut nunc offenſa grauis deſtruitur vi productionis gratiæ habitualis, inuoluentis, vel ſecum afferentis diuinam voluntatem deſtruendi grauem offenſam: Conuerteretur ergo tunc Corpus in ſpiritum conuerſione ſubſtantiali, & per ſpecialem titulum morali. Non poſſe autem conuerti cõuerſione phyſica, etiam claret. Nam neque ſpiritus, neque eius productio, etiam dependens ab ſpeciebus panis, eamque cũ illis phyſicè vniens, haberet phyſicam incompoſſibilitatem cum pane, ac proinde nec illũ phyſicè deſtrueret.

101. Spiritus etiã poteſt conuerti in Corpus morali conuerſione.

Spiritus etiam conuerti valet in Corpus eodem genere conuerſionis, nempe ſubſtantialis, ob ſimilem titulum moralis, & neutiquam phyſica. Poſſet enim Angelus aſſumere qualitatem aliquã corpoream, v.g. albedinẽ, ita vt cũ illa faceret vnũ moraliter, & circa illam verè diceretur, *Iſte eſt Angelus.* Tunc verò poſſet Chriſtus circa illud aggregatum dicere, *Iſte eſt panis.* Quibus prolatis verbis, vt vera euaderent, deberet Angelus ſub illis accidentibus non permanere; cumque poſſet ſub illis deſinere per ſubſtantialem ſui deſitionẽ; atque adeo in panẽ conuerti conuerſione ſubſtantiali & morali, & eiuſdem generis cum præcedente, & perconſequens non phyſica: cum nec panis, nec eius productio phyſicè poſcerent ſubſtantialem Angeli deſitionem: quod ex præcedente aſſertione abundè cõſtat.

102. Eodem genere conuerti poteſt vnum concretum accidentale in aliud quodcumque.

Diuinitus poteſt quodlibet concretum accidentale conuerti in quodlibet aliud, v.g. album in viride, viride in album, dulce in rubrum, conuerſione tamen morali, non verò phyſica. Nam circa ſubiectum purè, ſeu ſolummodo candidum diceré poſſet Chriſtus, *Hoc eſt ſolummodo dulce*: & hæc verba certiſſime inducerent in illud ſubiectum dulcedinem, & deſtruerent albedinem, cum aliter vera eſſe non poſſent; & vtrumque præſtare poſſent non cauſalitate phyſica, ſed morali: nec dulcor inductus, aut eius inductio phyſice deſtruerent albedinem, vtpote cum qua non pugnant, vt in ſaccharo cernimus.

Valet etiam diuinitus ſubſtantia conuerti in accidens, & accidens in ſubſtantiam, eodemque genere conuerſionis moralis, ſed non phyſica. Nam poſſet diuinitus exiſtere per ſe tota dulcedo huius pomi, & phyſicè vniri, & tegi hac ipſa albedine, & tunc Chriſtus circa illam dicere *Hoc eſt ſolummodo aurum.* Tunc enim tota illa dulcedo, quæ ſub his accidentibus latebat, & vnũ cum eis conſtituebat, abeſſe deberet ab his accidentibus externis, poſſetquè omnino deſtrui, atque adeò conuerti, iuxta ſuperius dicta.

Item quod ſubſtantia conuerti totalis in accidens conuerti poteſt.

DISPVTATIO XXXVI.

De Chriſti rebus purè creatis in Euchariſtia exiſtentibus ex vi verborum vel per concomitantiam.

SECTIO I. *Diſputationis integer ſtatus.*

§. 1. *Diſtinctionem ex vi verborum, & per concomitantiam, neceſſariam eſſe, & ab Eccleſia definitam.*

§. 2. *Quinam ſit genuinus ſenſus diſtinctionis ex vi verborum, & per concomitantiã.*

SECTIO II. *Quid includat Chriſti corpus, quod ex vi verborum ponitur ſub ſpecie panis.*

§. 1. *Refelluntur placita Gabrielis, Ægidij, Soti, & Scoti.*

§. 2. *Sententia Patris Franciſci Suarez.*

§. 3. *Opinio Patris Gabrielis Vazquez.*

§. 4. *Exiſtimatio Patris Ioannis de Lugo.*

§. 5. *Poſt alias tres reiectas ſententias noſtra profertur.*

SECTIO III. *Quidnam dicat Chriſti ſanguis, qui ex vi verborũ ponitur ſub ſpecie vini.*

SECTIO IV. *An ex vi verborum ponatur ſub ſpecie panis totum Chriſti corpus, & ſub ſpecie Vini totus Chriſti ſanguis.*

SECTIO V. *An ex vi verborum ponatur Chriſti ſanguis totus continuus.*

SECTIO VI. *An aliqua accidentia ex vi verborum in Euchariſtia ponantur.*

SECTIO VII. *Quanam entia creata ſub ſpecie panis, & ſub ſpecie Vini per concomitantiam collocentur.*

CONſultò diſputationem inſcribimus de Chriſti rebus creatis altero illarum modorum in Euchariſtia exiſtentibus, ex. gr. de Chriſti materia & ſubſtantiali forma, & vnione ipſas inter ſe connectente: nam de entibus increatis tam abſolutis quam relatiuis, deque ipſa hypoſtatica vnione, quæ licet creata ſit, appellari ſolet ens non pure creatum, de his, inquam, rebus ſpeciales ſunt difficultates, quas proxima diſputatio ventilabit.

SECTIO I.

Diſputationis ſtatus.

PAtebit huius diſputationis ſtatus, vbi diſtinctionis huius *Ex vi verborum*, *vel per concomitantiam*, tres conſtiterint rationes, neceſſitas, authoritas, & genuinus ſenſus.

§. I.

Diſtinctionem ex vi verborum, vel per concomitantiam neceſſariam eſſe, & ab Eccleſiâ definitam.

DIſtinctionem iſtam, qua intelligamus quaſdam res in Euchariſtia eſſe ex vi verborum, & quaſdam per concomitantiam, prorſus eſſe in hoc myſterio requiſitam, & ſimpliciter neceſſariam, ſententia eſt omnium Catholicorum aduerſus Lutherum: qui teſtibus Ruardo Tapper art. 13. & Ioanne Coclæo lib. 2. Miſcellan. cap. 9. diſtinctionem iſtam, & ſolemnes formulas *ex vi verborum, & per concomitantiam*, non ſolû non admiſit vt neceſſarias, verum etiam pluribus in locis irriſit vt ludicras.

Lutherus hæc irriſit, ſed iniquiſſimè, & inſipientiſſimè.

Probatur tamen ſimul & diſtinctionis eius neceſſitas, & Lutheri inconſequentia. Cum enim hæreticus ille fateatur, Chriſti Domini ſubſtantiam in hoſtia, & calice veriſſime eſſe, idque quia verba illa Chriſti ſunt: *Hoc eſt corpus meum; Hic eſt ſanguis meus*; compertæ inconſequentiæ eſt contemnere locutiones & formulas: nam ſine ipſis intelligi non poteſt, quid in hoſtia, & quid in calice poni debeat, & re ipſa ponatur, ad hoc vt illa ipſa Chriſti verba vera ſint. Nihil tamen mirandum iſtud Lutheri vitium. Eſt enim improbitas, Nazianzeno teſte, ἀσυλλόγιστος q. d. praua ratiocinatrix, peruerſe colligens, & oppoſitum ei quod inferendum eſt, inferens. Talis illa tua eſt, Luthere, circa, hoc myſterium ἀσυλλογιστία. *Nullum mihi feſtum feſto corporis Chriſti deteſtabilius*, ſi enim vt fateris, Chriſti corpus in Euchariſtia vere eſt, nullum profecto feſtum eſſe tibi deberet amabilius.

Quid improbitas à S. Nazianz. dicatur.

2. Supereſt inter Catholicos diſceptatio, Num ea diſtinctio *ex vi verborum, vel per concomitantiam*, definita iam ſit ab Eccleſia in Concilio Tridentino, ac proinde illam negare, non ſolum ſit temerarium, quia cunctis Doctoribus oppoſitum, nec ſolum ſit erroneum, quia ex ipſo myſterio redarguitur; verum etiam hæreticum, vtpote ab Eccleſia iam damnatum. Negat Suarez, quia licet Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 3. diſtinctionem illam vſurpet, & doceat quid in ſacramento, ex vi verborum, & quid per concomitantiam exiſtat; poſtea tamen in canonibus dum veritatem ipſam ſub anathemate definit, eam diſtinctionem non adhibet.

Exiſtimo tamen cum Vazquez, & recentiorum compluribus, eam diſtinctionem à Concilio definitam ideóque ſine manifeſta hæreſi negari non poſſe. Probant ij DD. quia doctrina quam Concilium in capitibus tradit, ab ipſo vocatur Catholica veritas, & catholica doctrina, ſed non vrgent. Tum quia non conſtat, appellationes illas Catholicæ doctrinæ, & catholicæ veritatis cadere ſupra totam capitum doctrinam, cum ſufficere videatur, ſi ita vocetur ea doctrina, quam poſtea Canones ex capitibus eliciunt. Tum deinde, quia concilium definit ſub anathemate, veritatem, & doctrinam illam eſſe catholicam: Aduerſantes vero contendunt, concilium definire tanquam de fide ſolam illam, cuius contradictoriam ſub anathemate damnat. Tum poſtremò, quia catholica veritas, & catholica doctrina dici poteſt illa, quæ nequit negari ſine errore. 3.

Et quid vocetur doctrina catholica in concilio definita et de fide.

Rurſus probant, quia niſi omnia quæ Tridentinum in capitibus ad doctrinam ſpectantia tradit, de fide eſſent, nihil firmum aut ſtabile tradidiſſet Concilium extra canones. Contra, nam inprimis tradidiſſet firmum & ſtabile totum illud, quod poſtea canonibus complectitur. Deinde, quia quod abſque errore negari nequit, firmum ac ſtabile eſt: & ita ſe haberet totum illud, quod in capitibus, ſiue extra canones, Tridẽtina ſynodus tradidit. Addo, nihil eſſe in eiuſmodi capitibus ad doctrinam ſpectans, quod ſine controuerſia fidei dogma ſit, & non contineatur vel in eiuſdem Concilij canonibus, vel in alia Eccleſiæ definitione à Tridentinis diſtincta. Proinde quod ij Doctores inferunt, vim non habet.

Denique probant, quia Concilium eo tantum fine canones condidit, vt hæreſes quæ fuerant, & quæ tunc erant, ſub anathemate damnaret: ſed aduerſus diſtinctionem iſtam ex vi verborum, & per concomitantiam nulla tunc erat, aut olim fuerat hæreſis: nam hæretici veram & realem Chriſti præſentiam ſub vtraque ſpecie negabant: ſi enim illam admiſiſſent, diſtinctionem iſtam neutiquam negaſſent: Ergo fundamentum Patris Suarez debile eſt.

Contra, quia teſtibus DD. num. 1. productis, & ipſomet Vaſquez in illa ipſa diſput. 85. cap. 1. num. 3. Lutherus cum aperte concedeter in Euchariſtia veritatem Dominici corporis, & ſanguinis, totiuſque Chriſti ſub vtralibet ſpecie; tamen concomitantiam in vno ſcripto irriſit, in altero quæſtionem de concomitantia vanam, & inutilem vocauit; quidam autem Lutheranorum, admittentes totum Chriſtum in vtralibet ſpecie realiter eſſe, nihilominus concomitantiam negabant: Ergo circa iſtam, quando Concilium celebrabatur, iam hæretici male ſenſerant, docuerant, & ſcripſerant. Proinde dicet Suarez, cauſam cur S. Synodus eum ſenſum ſub anathemate non damnauit, non fuiſſe quod aſſertus adhuc ab hæreticis non fuiſſet, ſed quod illum ipſa non cenſeret palam hæreticum, nec pro palam hæretico haberi vellet.

Reor nihilominus diſtinctionem ex vi verborum, & ex vi concomitantiæ, definitam à Concilio fuiſſe propriè, & in ſe ipſa; ac proinde illam negare propriam & ſtrictam hæreſim eſſe. Primò, quia incredibile eſt, & Concilij grauitate, & ſanctitate, diuinique ſpiritus aſſiſtentia indignum, quod duas veritates eodem tenore verborum, eademque ratione, & oratione ſemper ab Eccleſia creditas eſſe pronunciet, & tamen non intelligat ambas ad fidem propriè pertinuiſſe: Atqui Tridentinum eodem verborum tenore, eademque ratione, & oratione pronunciat, ſemper ab Eccleſia creditam fuiſſe exiſtentiam totius Chriſti ſub vtralibet ſpecie; & exiſtentiam quarundam Chriſti partium ex vi verborum, & aliarum per concomitantiam: Ergo diſtinctionem iſtam omnino docet ad fidem pertinere. Maior probationem non deſiderat: Minorem locupletiſſimè teſtantur ipſa Concilij verba cap. illo 3. quæ ſic habent: *ſemper hæc fides in Eccleſia fuit, ſtatim poſt conſecrationem verum Domini noſtri corpus, verumque eius ſanguinem ſub panis, &*

4. Diſtinctionẽ eſſe diffinitã à Tridentino, probatur 1. argumento.

Digitized by Google

& vini ſpecie, vna cum ipſius anima & diuinitate exiſtere: Sed corpus quidem(nempe exiſtere)*ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub vini ſpecie ex vi verborum; ipſum autem corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animamque ſub vtraque, vi naturalis illius connexionis, & concomitantiæ, qua partes Chriſti Domini inter ſe copulantur.*

5. Argumentū ſecundum. Secundo, quia Chriſti corpus in hoſtia exiſtere, vt vera ſint Chriſti verba, *Hoc eſt corpus meum*; & Chriſti ſanguinem in calice exiſtere, vt vera ſint Chriſti verba, *Hic eſt ſanguis meus*, prout ex fide conſtat: & tamen Chriſti ſanguinem eſſe realiter in hoſtia, & Chriſti corpus in calice, & animam vtrobique, vt etiam fides ſancit; hæc inquam nullatenus eſſe vera poſſunt abſque diſtinctione inter vim verborum, & concomitantiam, vt per ſe manifeſtiſſimum eſt: Ergo incredibile etiam eſt, & Spiritu ſancto indignum, quod Generalis Synodus hæc tria ſimul, eodemque orationis filo pronuncians, eius inſtinctu, & aſſiſtentia, duo priora tanquam fidei dogmata pronunciet, iſtud vero tertium non item. quid enim aut Spiritum ſanctum ab illa tertia fidei inſpiratione, aut S.Synodum ab eius promulgatione, vel definitione poterat retardare.

6. Argumentū Tertium. Tertiò, quoniam aſſiſtentia diuini ſpiritus in Conciliis ad res fidei definiendas, alligata non eſt anathematiſmis ſeu canonibus, vt conſtat in pleriſque Conciliis, quæ doctrinas fidei plurimas, extra canones definiunt, neque eſt credibile quod Tridentinum poteſtatem, quam à ſpiritu ſancto Concilia cætera habuerant, vltro coarctare, vel potius abdicare voluerit, nihil definire intendens niſi ſub anathemate, ſeu per canones. Sicut ergo cætera Concilia, dum in capitibus, aut ſeſſionibus, aut Actionibus, quæſtionem fidei verſant, quidquid ad illam quæſtionem, & rei veritatem propriè ſpectans pronuntiant, pro fidei dogmate pronunciant; ſic prorſus Concilium Tridentinum. Proinde cum diſtinctio ex vi verborum, & per concomitantiam, ad veritates definitas propriiſſimè, & proximè ſpectet, & vna cum illis, eodemque orationis filo pronuntietur, omnino pronuntiatur tanquam dogma fidei.

Concilia non ſemper definiunt res fidei cum anathematiſmis.

7. Argumentū Quartum. Quartò, quia ſic planius, & proprius intelligitur S.Synodus doctrinam, quam in capitibus tradit, vocare doctrinam catholicam, & veritatē catholicam, vt in ſeſſ.6.& 13. proximè ante canones, quæ loca protulit Vazquez, & addere poſſumus ſeſſ. 14. immediatè etiam ante canones, vbi ita dicitur: *Hæc ſunt quæ de Pœnitentiæ, & Extremæ vnctionis ſacramentis hæc ſancta Oecumenica ſynodus profitetur, & docet, atque omnibus Chriſti fidelibus credenda, & tenenda proponit*: & ſeſſ. 22. cap. 9. quod canonibus præludit, vocans præcedentium capitum doctrinam, veterem fidem, in ſacroſancto Euangelio, Apoſtolorum traditionibus, ſanctorumque Patrum doctrina fundatam, itemque puriſſimam fidem, ſacramque doctrinam.

8. Cur Synodus Trident. non poſuerit expreſſe in Canonib. iſtam diſtinctionem. Vt autem S.Synodus hanc diſtinctionem in anathematiſmis non exprimeret, vna vel altera ratione, eaque optima potuit adduci. Nam in cap. 4. declarauerat, ſemper in Eccleſia creditum, & fidei dogma fuiſſe, tranſſubſtantiari panem & vinum in Chriſti corpus & ſanguinem propterea quòd Chriſtus verè dixit; *Hoc eſt corpus meum*; *Hic eſt ſanguis meus*; quod fuit declarare ſemper fuiſſe creditum, conuerſionem iſtam fieri ex vi verborum; prout ſynodus in cap.3. proximè antecedente fieri docuerat. Rurſus eadem S. Synodus in Can. 1. definiuit, contineri in Euchariſtia vere, & realiter, & ſubſtantialiter totum Chriſtum, & in Can. 3. totum Chriſtum in vnaquaque ſpecie contineri: quod ſuppoſita priori definitione, planè fuit definire, ſub vna ſpecie corpus, & ſub altera ſanguinem, & ſub vtraque animam per concomitantiam conſtitui, prout eadem S.Synodus in cap.3. conſtitui docuerat. Proinde non opus habuit eam diſtinctionem rurſus in canonibus repetere: ſiquidem admiſſis iis, quæ de fide eſſe declarauerat, & quæ ſub anathemate definierat, euidenter ea diſtinctio inferebatur. Quod ſi à Luthero veritates illas admittente, diſtinctio hæc negabatur, negabatur ſtultiſſimè, vt num. 1. dicebamus; debuitque S. Synodus hominis dementiam contemptu potius, quam anathematis gladio petere. Potuit etiam data opera veritates aliquas, in capitibus definitas, in canonibus non iterare, & inter illas iſtam; eo ſcilicet fine, ne exiſtimaretur aut nihil velle, aut nihil poſſe pro fidei dogmate declarare, niſi mucrone illo diſtricto.

§. II.

Quidnam ſit eſſe, rem aliquam, vel poni in Euchariſtia ex vi verborum, & quidnam eſſe vel poni per concomitantiam.

Neceſſitas & autoritas diſtinctionis iſtius ex vi verborum & per concomitantiam, omnino debuit anteire præſenti quæſtioni: ne videremur non ſolum diſtinctionem ipſam, verum etiam certum illius ſenſum quem aſſignaturi ſumus, pro fidei dogmate tradere: cum tamen poſt diſtinctionem iſtam quantalibet certitudine, etiam fidei catholicæ ſtabilitam, non apud omnes citra controuerſiam conſtet, quem ſenſum ambo diſtinctionis huius membra contineant. Cuius rei deciſionem tum præſenti, tum ſequenti Diſputationi valde neceſſariam ſubiectis notationibus præmuniam, & poſtea duabus aſſertionibus expediam. Si tamen præmonuero non abs re poſitas in titulo voces illas *eſſe*, *vel poni*; quia quædam res ſub ſpeciebus vere & realiter per conſecrationem ponuntur cum antea ibi non eſſent, vt entitas corporis, & entitas animæ Chriſti; quædam verò non re ipſa ponuntur, quia iam antea erant; & tamen per conſecrationem ibi ſunt, nouo ſcilicet exiſtendi titulo, nempe verbi diuini ſubſiſtentia, & diuinitas prout infra conſtabit. 9.

Aſſero primum. In modo exiſtendi ex vi verborum ſub Euchariſtica ſpecie, ſaltem includitur, rem ideo ſub eiuſmodi ſpecie exiſtere, vel conſtitui, quia per verba conſecrationis ſignificatur ibi exiſtens. Hanc aſſertionē nullus reiiciet, vtpote in omnium doctrina contentā, & omnino claram. Cum enim eiuſmodi verba neceſſariſſimè vera ſint, vtpote quæ Chriſti 10. Eſſe ex vi verborum eſt ſignificari vt exiſtens ibi per verba conſecratoria.

ſub ſpeciebus ex vi verborum.

conſtitui, non aliud eſt, quam ideo ibi eſſe vel conſtitui, quia ſignificatur per verba conſecrationis, & eſt conſtitutiua rei quæ primario per verba ſignificatur, ſequitur euidenter ex præcedentibus, in quibus abunde probata fuit.

15. *Quid ſit per concomitantiam eſſe, vel conſtitui ib.*

Aſſero quartũ, & ad quęſtionẽ alterĩ reſpõdeo rem aliquã ſub ſpeciebus per concomitantiam eſſe, vel conſtitui, eſt ibi eſſe, vel conſtitui propter naturalẽ connexionẽ, quã habet cum illa, quæ ex vi verborum exiſtit, aut conſtituitur. Exemplo eſſe poteſt in moralibus, ſi publicus aliquis ſcriba ſcrinium furaretur pretioſum, & chartis publicis refertum; iure ambigeremus, vtrum illorum ex vi voluntatis prauæ ille furaretur ſcrinium ne, an chartas; & vtrum per concomitantiam. Quod ſi ſolum appetiiſſet ſcrinium, illud ſolùm auferret ex vi prauæ intentionis, chartas verò per concomitantiam, vtpote in ſcrinio clauſo, nec citra fractionem reſerabili, contentas. Exemplo etiam eſſe poſſet in ipſis Euchariſtiæ myſteriis anima Chriſti, quæ naturalem habet nunc in cælo connexionem cum corpore, eſtque (vt ita dicam) in illud naturaliter incluſa: proinde poſito in Euchariſtia Chriſti corpore ex vi verborum, anima ibidem ponitur per concomitantiam; quia ſcilicet cum Chriſti corpore naturalem habet connexionem.

Res, quæ ponitur in Euchariſtia per concomitantiam non ponitur neceſſario, quando ponitur alia ex vi verborum, quam ſit neceſſaria coniunctio iſtius cum illa.

Vnde colliges, rem quæ ponitur per concomitantiam, non poni cum omnimoda neceſſitate, etiam ex ſuppoſitione quod ponatur altera, cum qua connectitur: quia non habet cum illa connexionem eſſentialem, ſed ſolummodo naturalem; ac proinde talem, vt poſſit altera in ſacramento poni, licet altera non poneretur. Quare conſtitui vel exiſtere rem per concomitantiam, ſolum eſt conſtitui propter quandam decentiam: exemplum ſit in eadem Chriſti anima, quæ ſolum ponitur in Euchariſtia propter decentiam illam, vt Chriſti corpus, quod in cælo glorioſum, & animatum eſt, in Euchariſtia inanime non ſit, prout ex Concilio Tridentino infra referemus.

SECTIO II.

Quidnam includat Chriſti corpus, quod ex vi verborum ponitur ſub ſpecie panis?

18. DVbitationis huius ſenſus, vt ex præcedente ſectione deducitur, eſt: Quidnam propriè Chriſtus ſignificauerit termino iſto complexo *Corpus meum*; & proinde quidnam propriè ſignificent hæ duæ voces, *Corpus Chriſti*: nam quod Chriſtus ſignificauit, & illæ ſignificant, id ex vi verborum ſub ſpeciebus panis conſtituitur.

§. I.

Refelluntur placita Gabrielis, Ægidij Romani & Scoti.

19. GAbriel cum Maiore, & Marſilio apud Suarez d. 51. ſ. 4. in principio, & apud Vazquez d. 186. c. 1. etiam in principio, contendit per corpus ſignificari, & proinde ex vi verborum poni ſolam materiam primam. Refellendi tamen duplici ratione. Vna, quia ſola materia prima nihil continet proprium hominis: proinde nec eſt, nec propriè dicitur corpus hominis.

Corpus Chriſti dicit, Non ſolam materiam Primã.

Confirmatur, quia licet cadauer, quoniam aliquam retinet organizationem hominis propriam, ſit, & vocetur corpus hominis, non tamen illud, in quod cadauer conuertitur, cum redigitur in pulueres, aut cineres: Ergo neque materia prima, dum nullam adducit formam hominis propriam. Altera, quia tranſſubſtantiatio Euchariſtica & eſt formaliter conuerſio totius ſubſtantiæ in totam ſubſtantiam, & efficitur ex vi verborum: Ergo non in ſolam partem eſſentialem, nempe materiam. Quam rationem paulo inferiùs contra Lugi ſententiam, huic non diſſimillimam perurgebimus.

Ægidius Romanus, Sotus, & Ledeſma, teſtibus Suarez in illa ſect. 1. & Vazquez c. 2. pronunciant, ſignificari per Corpus materiam primam, connotando formam ſubſtantialem rationalem. Cenſent enim, corpus hominis in recto dicere ſolam materiam, & in obliquo formam. Contrà primò: Quia corpus hominis non idem eſt, ac ſuſtentans actu formam: Ergo non dicit ſolam materiam in recto, & formam in obliquo. Antecedens probatur, quia corpus non eſt concretum accidentale, ſed eſſentiale, ac proinde nihil dicens in obliquo, ſed in recto. Contrà ſecundo: Quia licet corpus in recto diceret ſolam materiam, & in obliquo formam ſubſtantialem; ſanè corpus alicuius viuentis non diceret in obliquo formam viuentem determinatè, atque adeò nec Chriſti corpus formam rationalem: Tum quia corpus Petri defunctum, ſeu cadauer, propriè eſt corpus Petri; & proinde corpus Chriſti in triduo propriè erat Chriſti, & tamen non dicebat in obliquo formam rationalem: Tum etiam, quia alioquin ex vi verborum conſtitueretur ſub ſpeciebus panis anima Chriſti, quod eſt dictu nefas, prout ex Tridentino ſeſſ. 14. cap. 3. conſtat. 16. *Neque iſtam vt connoſcentem animam rationalem.*

Scotus, & nonnulli alij Veteres apud Suarez, & Vazquez relatos, & ex recentioribus P. Dandinus lib. 2. de Animâ, Tex. 11. Dig. 8. part. 3. & P. Conin. quæſt. 76. art. 2. Dub. vnico, putant, eſſe in quolibet viuente corporeo formam quandam ſubſtantialem heterogeneam non viuentem, quâ partes ſubſtantialiter heterogeneæ conſtituuntur, V. gr. in ratione carnis humanæ, oſſis humani, Cartilaginis humanæ, cordis humani, & quâ etiam formâ diſponantur ad recipiendam formam viuentem. Dicunt itaque corpus humanum propriè eſſe compoſitum ex materiâ primâ, & eiuſmodi forma heterogenea, quod quidem compoſitum, & eſt in primo conceptionis inſtanti, & perſeuerat toto vitæ decurſu, permanetque etiam poſt mortem, quandiù cadauer perſiſtit. Hinc valdè conſequenter aſſerunt, Chriſti corpus, quod ex vi verborum ponitur, eſſe compoſitum ex Chriſti materia prima, & eiuſmodi Chriſti forma ſubſtantiali corporea, & heterogenea. 17.

Eſt quidem ſententia hæc ad præſentem quæſtionem explicandam appoſitiſſima; ſed minimè neceſſaria; nam etſi clariſſima eſt, & difficultatem aliquam auferat; non tamen aliam omnem opinionem obſcurat, nec difficultatem alicuius momenti depellit, quam infrà nõ ſim facilimè depulſurus. Ipſa verò in ſuo fundamento doctrinas inuoluit perdifficiles, & à communi Philoſophorum ſenſu abhorrentes, & penè exoticas, & paradoxas; quales ſunt, quod in eadẽ materia ſimul naturaliter ſint duę formæ

Neque formam materialem heterogeneam.

Digitized by Google

formæ ſubſtantiales; Quod vna illarum diſcedente, vel pereunte, altera nihilominus naturaliter permaneat, noua non adueniente; Quod in omni viuentis deſtructione detur ſubſtantialis corruptio, ſine ſubſtantiali generatione. Quod in omni productione viuentis corporei detur ſubſtantialis generatio, ſine ſubſtantiali corruptione; & alia, quæ in tract. de anima refelluntur: Ideoque huic ſententiæ acquieſcere non valemus.

§. II.

Sententia Patris Suarez.

18. Pater Suarez diſp. illa 51. ſect. 4. per varias concluſiones ſuam ſenſim aperiens ſententiam, aſſerit, Per corpus intelligi, Compoſitum ſubſtantiale humanum, præciſum à viuo, & mortuo. Impugnat cum Vazquez diſp. 186. cap. 1. duabus rationibus. Vna, quia corpus carneum, quale eſt Dominicum, non eſt vniuocum, ad viuum, & ad mortuum. Altera, quia per conſecrationem, quæ eſt actio ſingularis, non ponitur niſi res ſingularis; quale non eſt corpus à viuo, & mortuo præciſum. Vtramque tamen rationem nullam eſſe, & ipſimet Vazquio contrariam, commodius oſtendam in §. proximè ſequente, dum illius ſententiam impugnabo.

Opinionem P. Suarez impugnat imprimis P. Vazquez

Deinde P. Lugo ſed minus efficaciter.

Lugus contra Suarez hac vnica ratione pugnat: quia ſi ex vi verborum ponitur aliqua forma ſubſtantialis, ſequitur poni ex vi verborum animam, contra Concilij Tridentini definitionem; Re tamen vera id non ſequitur: nam, vt rectè ait Suarez, & aſſentitur Vazquez, poni ex vi verborum animam, vt dat eſſe corporis, non eſt poni animam, vt animam: rectiuſque, & breuius, & clariùs dicere poſſent, poni ex vi verborum eſſe, vel inuoluere ſignificari determinate per verba; compoſitum autem ſubſtantiale, commune viuo, & mortuo, non ſignificat animatum, atque adeo nec animam; non igitur hæc ponitur ex vi verborum. Adde, quod eandem reſponſionem quoad ſubſtantiam pro ſe ipſo profert Lugus mem. 50. docens: ideò ex vi verborum non poni organizationem ſubſtantialem, quia iuxta ipſius doctrinam, ſolum ponitur organizatio præciſa à ſubſtantiali, & accidentali: Ergo iuxta ſententiam Patris Suarez, ideò non ponitur ex vi verborum forma rationalis, quia ſolum ponitur forma præciſa à rationali, & cadauerica: Et ſic poſſunt applicari cætera, quæ Lugus contra Suarez latiſſimè profert.

19. Nihilominus Patri Suarez diſſentio, quia cenſeo, corpus, quod ſub ſpeciebus panis ex vi verborum conſtituitur, non poſſe eſſe modo illo abſtractum; non quod ad corpus viuum, & mortuum, ad carnem viuam, & mortuam, non poſſit dari ratio corporis organici, & ratio carnis vniuoca; nam iſtas dari poſſe rectè Suarez probat, vt ſequente §. repræſentabo, vbi rationem iſtam in ipſius authorem retorquebo: ſed ob aliam rationem ſpecialiſſimam, & ni fallor palmariam. Cui præmitto; Corpus, quod hic ex vi verborum conſtituitur, non eſſe corpus commune Chriſto, & aliis hominibus, ſed corpus Chriſti proprium, ſeu quod in idem recidit, corpus ſingulare Chriſti ſolius: hoc enim declarat illud pronomen *meum*, & res ipſa per ſe claret: Corpus autem ſolius Chriſti proprium, quod in Euchariſtia conſtitui poteſt, Vel eſt illud, quod habebat Chriſtus in extrema cœna, dum conſecrabat: vel eſt illud, quod habuit in triduo, dum mortuus erat. Vtrumque verò, licet diuerſis conſtaret formis, nempe rationali, & cadauerica, materia tamen eadē numero conſtabat: proinde corpus Chriſti viuū in cœna, & nunc in cœlo eſſentialiter eſt compoſitum ex hac materia prima A, & ex hac numerica forma rationali: & corpus Chriſti mortuum in triduo eſſentialiter fuit compoſitum ex hac eadem materia prima A, & ex hac indiuiduâ forma cadauerica B.

Alia ratione arguitur illa ſententia.

Quibus, vt clariſſimis, poſitis, ita diſputo. 20.
Corpus Chriſti viuum, quod nunc realiter ſub ſpeciebus panis conſtituitur, eſſentialiter eſt compoſitum ex hac materia prima A, & hac numero forma rationali: Corpus autem mortuum, quod in Euchariſtia poneretur, ſi Chriſtus non reſurrexiſſet, eſſet eſſentialiter compoſitum ex hac eadem materia prima A, & ex hac numero forma cadaueris: Sed ab his duobus compoſitis præſcindi non poteſt ratio vna vniuoca, ſiue vnum Chriſti corpus ambobus vniuocè commune: Ergo corpus Chriſti, quod ſub ſpeciebus panis ex vi verborum conſtituitur, non eſt corpus vniuocè commune ad corpus Chriſti viuum, & ad corpus Chriſti mortuum. Maior, & conſequentia clariſſimæ ſunt. Minorē oſtendo: quia vt à corpore Chriſti mortuo præſcinderetur vna ratio, quæ eſſet Chriſti corpus, deberet abſtrahi totum compoſitum, quod eſſet commune ambobus: proinde abſtrahi deberet materia communis duabus materiis, & forma communis duabus formis, & eſſentialis vnio communis duabus eſſentialibus vnionibus. Hoc autem apertè eſt impoſſibile: quia materia eſt vna, & eadem numero in Chriſti corpore viuo, & mortuo, vt iam vidimus: & proinde non ſunt duæ Chriſti materię, à quibus materia Chriſti duabus communis poſſit præſcindi: Ergo Chriſti corpus, quod corpori Chriſti viuo, & corpori Chriſti mortuo commune, & vniuocum, prorſus repugnat.

Quæ ratio videtur validiſſima.

Simili ratione, dum de ſumma Trinitate diſſererem, probaui non poſſe à tribus diuinis perſonis abſtrahi rationem vnam, & vniuocam diuinæ perſonæ. Quia ſcilicet perſona quælibet diuina, licet formalius dicat perſonalitatem ſuam, quam eſſentiam, vtramque tamen eſſentialiter, & in recto dicit: proinde vt à tribus diuinis perſonis abſtraheretur vna ratio diuinæ perſonæ, deberet abſtrahi vna ratio, quæ eſſentialiter diceret coniunctum, vel quaſi coniunctum ex perſonalitate diuina vt ſic, & ex eſſentia diuina vt ſic: & per conſequens deberet abſtrahi diuina perſonalitas, quæ eſſet tribus diuinis perſonalitatibus communis, & eſſentia diuina tribus eſſentiis diuinis communis; quorum etſi prius poſſibile eſſet, poſterius planè implicat. Porro in euentu præſenti pariſſima eſt ratio: nam ſicut in diuinis perſonis perſonalitates ſunt re ipſa diſtinctæ, & eſſentia, tribus communis, eſt numero vna: Ita in Chriſti corpore viuo, & mortuo formæ ſunt realiter diſtinctæ, materia verò ambabus communis, vnica numero.

Perſona diuina vt ſic non eſt vna ratio præciſa à tribus ſingulis Perſonis diuinis.

§. III.

§. III.

Opinio Patris Vaſquez.

21 EXiſtimat Vaſquez Diſput 186. cap. vlt. ſub ſpeciebus panis ex vi verborum conſtitui Chriſti corpus, non determinatè viuum, nec determinatè mortuum, ſed diſiunctiuè, aut viuum, aut mortuum; itaque verborum ſenſum eſſe; *Hoc eſt corpus meum, Vel viuum, Vel mortuum*: Proindè ad ipſorum veritatem non requiri determinatè, vt ponatur anima, nec determinatè, vt ponatur forma cadaueris, ſed vel illa, vel iſta: Atque adeò quod nunc anima ponatur, non prouenire ex ſignificatione, & vi verborum: ſed ex eo, quod Chriſtus in cælo rationalem animam nunc habeat. Hanc ſententiam ait Lugus num. 77. teneri à Vaſquez cum aliis Doctoribus; & ſibi non diſplicere, ſi aliquid addat, vel aliquid explicetur, quod fortaſsè non erit contra mentem ſuorum Authorum; & hanc eſſe rationem, ob quam ipſe eam impugnare nolit.

Verum nec Vaſquez pro ſententia iſta Doctorem aliquem retulit, quòd apud neminem forſan eam vidiſſet: Nec ipſe video, quidnam huic ſententiæ poſſit addi, quod alicuius momenti ſit, quin ipſam eſſentialiter mutet; ac proinde illius Authori valdè repugnet. Rurſus additio, vel noua explicatio, non redderet hanc ſententiam eandem cum illa, quam Lugus tuetur, vt ex ambarum comparatione ſtatim deprehenditur; proindè ipſam relinqueret eſſentialiter diuerſam, & planè contrariam. Quomodò igitur alterius Authori non diſplicentem? Quo iure ab illo non impugnandam? Quo item iure ſine illa explicatione, vel additamento relinquendam.

22. *Sententia Vaſquez impugnatur, dum eius rationes diluuntur.*

Mihi diſplicet ſententia Patris Vaſquez, quia debilibus nititur fundamentis, & inter ſe minimè cohærentibus; neque firmis aliis aptè cohærentibus ſuſtineri valet, vt iam oſtendo. Suadet enim illam Vaſquez ſola impugnatione cæterarum: Cæterum non expugnatione: neque rationibus directis in ſententiam, quam nos infrà pronunciabimus.

Potiſſima ratio Patris Vaſquez eſt: Quia corpus, quod ex vi verborum ponitur, non eſt à viuo, & mortuo præciſum: Ergo eſt corpus diſiunctim, aut viuum, aut mortuum. Antecedens probat, quia corpus illud, quod ex vi verborum in Euchariſtia ponitur, eſt caro; conſtans ſcilicet carne, oſſe, cartilagine, & aliis partibus organicis: Sed, authore Ariſtotele lib. 2. de Generat. anim. cap. 1. à carne viua, & à carne mortua præſcindi non poteſt vna, ſiue vniuoca ratio carnis: Ergo nec ab hominis corpore viuo, & mortuo vna, ſiue vniuoca ratio humani corporis, & per conſequens vna tantùm æquiuoca, vel analoga, & per conſequens diſiunctiua, viuum, aut mortuum.

Reſpondet Lugus Diſp. 8. num. 72. hoc argumento nimium probari, etiam contra ipſius authorem, nempe carnem mortuam non eſſe ſimpliciter carnem. Contrà, quia hoc eſt ipſiſſimum Vaſqui medium; quippe qui ſicut ait, per corpus intelligi diſiunctiuè viuum, aut mortuum; ita ſi conſecratio fieret per hanc formulam, *Hæc eſt caro mea*, ſenſum fore, *Hæc eſt caro mea viua, vel mortua*. Reſpondendum arbitror, Ariſtotelem, dum dixit, non eſt caro, niſi habeat animam; vel voluiſſe non eſſe carnem, niſi habeat animam de præſenti, aut de præterito: Vel ſi voluit, non eſſe carnem, niſi habeat animam de præſenti, debuiſſe illi ſuo pronunciato de præſenti probationem adiungere, quam non facilè reperiſſet. Quippe omnes homines, dum de cibis loquuntur, aiunt, ſe veſci carnibus, v. gr. carne arietina, carne taurina, &c. nec cenſentur impropriè, & metaphoricè loqui. Et ratio manifeſta eſt, quia caro v. gr. hominis ſolùm dicit corpus humanum, id eſt, ſubſtantialiter heterogeneum, quam rationem æquè habet mortuum, ac viuum: nam viuum habet vnionis partes ſubſtantialiter diuerſas, & mortuum habet ſubſtantialiter diuerſas partes ipſius formæ, & vnionis: proindè & viuum eſt propriè caro humana, & mortuum eſt propriè caro humana, idemque eſt de cæterorum animantium carnibus.

Pergit verò Vaſquez; Quia per conſecrationem non conſtituitur in Euchariſtia corpus abſtractum, & commune, ſed contractum, & ſingulare: Ergo nomine corporis non ſignificatur corpus viuo, & mortuo commune: Alioqui poſſemus in communi ſermone, digitum intendentes in Petrum, dicere, *Hoc eſt animal Petri*; *Iſte eſt homo Petri*; & quiſque, ſe ipſum indicans, dicere poſſet. *Hoc eſt animal meum*; *Iſte eſt homo meus*. Non tamen premit: Quia ſi à Chriſti corpore viuo, & à Chriſti corpore mortuo præſcindi poſſet vna ratio corporis Chriſti, illa ratio contractior eſſet, quàm corpus de prædicamento ſubſtantiæ, quippè quæ à duobus dumtaxat inferioribus præſcinderetur, & ſolis illis duobus competeret. Quapropter, cum adeò contracta foret, & ſolius Chriſti propria, rectiſſimè poſſet à Chriſto, & à nobis, Chriſti nomine loquentibus, affici pronomine *Meum*: & non aperietur aditus locutionibus illis palam ineptis, quas ex iſta ſententia Vaſquez inferri contendit. 23.

Addo, rationem iſtam vel petere principium, vel poſſe retorqueri in ſuum Authorem. Dum enim aſſerit, Corpus, quod ex vi verborum in Euchariſtia ponitur, non eſſe commune; ſi intelligit, non eſſe commune, prout per verba ſignificatur, petit principium: Si intelligit, non eſſe commune, prout à parte rei ponitur, contra ipſum retorquetur iſta ratio. Nam corpus, prout à parte rei ponitur, non ſolùm non eſt commune, ſed nec eſt indeterminatum, aut diſiunctiuum, ſed determinatum, & certum: Ergo ſi ex vi verborum non ponitur commune viuo, & mortuo; nec poni debet diſiunctiuum, ſeu vagum, nempe aut viuum, aut mortuum.

Addo rurſus, hanc rationem videri in Patre Vaſquez infirmam in conſequentia. Nam in Diſput. 186. cap. 4. num. 23. affirmat, poſſe ab accidentibus viui, & mortui præſcindi rationem communem: *Ac proinde*, inquit, *quantitas, & cætera accidentia, pertinentia ad rationem corporis, erunt ex vi verborum ſub ſpeciebus panis ſecundum rationem, & conceptum illum vnicum, & communem*: Atqui ſicut in Euchariſtia non ponitur commune, ſed ſingulare corpus, ita non ponitur commune, ſed ſingulare accidens: Ergo ſi rectè ponitur ex vi verborum communis, & abſtracta ratio accidentis, *Notatur in-conſequentia in P. Vaſquez.*

tized by Google

ris, quam hoc loco Vaſquez affirmat, nec Suarez negat: æquè poterit ex vi verborum conſtitui communis, & abſtracta ratio corporis, quam hoc loco Suarez aſtruit, nec Vaſquez deſtruit.

Vt hæc veritas magis eluceat, agamus ita pro Vaſquez. Si verba conſecrationis eſſent, *Iſte eſt homo Ieſus*, vel quæ idem ſonant, *Iſte eſt Filius hominis*, & vim haberent in Euchariſtia conſtituendi Chriſtum talem, qualem extra reperirent, ſi viuum, viuum, ſi mortuum, mortuum; tunc, inquam, verba illa, *Iſte eſt homo Ieſus*, certiſſime haberent ſenſum æquiuocum, & indeterminatum, propriéque diſiunctiuum, nempe *Iſte eſt homo Ieſus, aut viuus, aut mortuus*: Ergo & nunc diſiunctiuum habent. Retorquemus tamen, quia tunc ſenſus ille diſiunctiuus eſſet omninò neceſſarius, eò quòd homini viuo, & mortuo non detur vnus hominis conceptus: Atqui corpori Chriſti viuo, & mortuo reſpondere valet, & re ipſa reſpondet, & nomine *Corpus* ſignificatur vnicus conceptus, quem ad §. 5. oſtenſuri ſumus: Ergo diſiunctiuus ſenſus nequaquam hîc admittendus.

§. IV.

Exiſtimatio Patris Lugo.

24. PRonunciat Lugus Diſput. 8. ſect. 4. à num. 78. Per *Corpus* ſignificari, & ex vi verborum poni materiam primam affectam organizatione aptâ ad formam humanam, abſtrahente ab organizatione ſubſtantiali, & accidentali; ſic nempe, vt corpus in recto dicat ſolam materiam primam, & in obliquo organizationem ab accidentali, & ſubſtantiali præciſam.

Sententia P. Lugo, & eius argumenta diſcuſſa.

Primò autem dicit, hanc ſuam ſententiam cæterarum impugnatione poſſe probari Contrà, quia Lugus num. 77. Vaſquij ſententiam à ſua prorſus diuerſam, ſi augeatur, aut aliter explicetur, non improbat, nec impugnare vult: Vel ergo Vaſquij ſententia cum illo additamento, vel explicatu euaderet ſubſtantialiter eadem cum aliqua illarum, quas Lugus impugnat: & ſic illam improbans, & impugnare volens, Vaſquij ſententiam improbat, & impugnare vult. Sin ab illis omnibus exurgeret ſubſtantialiter diuerſa; dum iſtam Lugus non improbet, ac impugnet, nequit ſuam cæterarum impugnatione probare.

25. Secundò probat, quia per corpus in ſermone communi, atque adeò in Chriſti verbis, intelligitur eſſentialis pars viuentis, & non totum viuens: Sed materia prima dicens in obliquo prædictam organizationem, eſt eiuſmodi pars viuentis: Ergo illa propriè per corpus in communi ſermone, atque adeò in Chriſti Domini verbis intelligitur.

Contrà, quia corpus in ſermone communi, ac proinde in Chriſti verbis, non eſt concretum accidentale; dicens nempe vnam rem in recto, & alteram in obliquo; ſed eſſentiale, nempe ſolùm dicens, & in recto, res omnes, quibus eſſentialiter conſtituitur, vt homo, leo, ceruus, &c. Ergo corpus in communi ſermone, & proinde in Chriſti verbis, non dicit organizationem in obliquo, ſed vel in recto, vel neutro modo.

Contrà rurſus, quia licet in communi locutione, ac per conſequens in Chriſti verbis conſecratoriis, corpus in recto ſignificet hominis partem; non tamen partem condiſtinctam ab omni forma ſubſtantiali hominis, ſed condiſtinctam à ſanguine hominis: vt patet ex Chriſti ſermone, *Hoc eſt corpus meum*; *Hic eſt ſanguis meus*: Nam prior pars continet totum, quod in homine poteſt habere rationem cibi, & poſterior totum, quod poteſt habere rationem potus; quarum rationum neutra ſine forma ſubſtantiali ſtat, quod argumentũ num. promouebitur. Proinde ſecunda iſta probatio friuola eſt, & in æquiuoco laborat, & occaſionem affert theſim, pro qua dimicat, nouiter impugnandi.

Tertiò tandem probat Lugus, quia ſi materia prima formam habeat rationalem, & ſpectetur dicens in recto organizationem ſubſtantialem, eſt corpus humanum: Atqui ſi per miraculum exiſtat, vel animo concipiatur habens ſolam organizationem accidentalem hominis propriam, eamque in obliquo dicens, eſt etiam propriè corpus humanum. Ergo materia prima dicens in obliquo organizationem à ſubſtantiali, & accidentali præciſam, & vtrique ſynonymè communem, eſt verè, ac propriè corpus hominis. 26.

Sed contrà diſſero. Tum quia falſæ ſunt ambæ præmiſſæ: quoniam corpus, vt iam vidimus, non eſt concretum accidentale, dicens formã in obliquo; ſed eſſentiale, eamque dicens in recto: Tum etiam, quia licet hoc titulo falſæ non eſſent, & Maior admitteretur. Minor negari deberet, vt alio titulo falſa: quia ſcilicet corpus humanum nec eſt, nec in communi ſermone intelligitur, niſi illud, quod naturali modo, & ordinario curſu cum organizatione ſibi debita reperitur; tale autem non eſſet materia prima ſolam habens hominis organizationem accidentalem, vt per ſe eſt manifeſtum.

Deinde Lugi ſententiam quinque impugno rationibus Prima; Corpus illud, quod ſermone Dominico ſignificatur, eſt corpus Chriſti carneum, & vera caro, vtpote valens eſſe cibus, vt palam indicant plurima Chriſti verba apud Ioannem 6 præſertim autem illa apud pleroſque Euangeliſtas, *Accipite, & manducate, Hoc eſt corpus meum*: ſic nimirum, ſicut Chriſti ſanguis, quem ipſius verba ſignificant, eſt Chriſti ſanguis talis, qui poſſit in potum cedere, iuxta varia quoque verba eiuſdem Chriſti, & nominatim illa, *Bibite ex eo omnes, Hic eſt ſanguis meus*: Atqui materia prima dicens in obliquo dictam organizationem à ſubſtantiali, & accidentali præciſam, non eſt Chriſti corpus verè carneum, & vera caro, potens eſſe cibus: nam ſi materia prima ſolam haberet organizationis formam accidentalem, non eſſet profectò vera caro, nec cibus carneus: quis enim ſolam materiam primam ſolis accidentibus affectam aut pro cibo ſumeret, aut veram carnem, verumque eſſe cibum diceret? Igitur Chriſti corpus, per ipſius verba ſignificatum, haudquaquã eſt ſola materia prima dictam importans organizationem, ſubſtantiali nempe, & accidentali communem. 27.

Secunda Organizatio ſubſtantialis, & organizatio accidentalis talem inter ſe connexionem habent, vt non modo neutra ſine altera vnquam exiſtat, verum etiam vna ſic diſpoſitio alterius, 28.

Organizatio accidẽtalis.

Digitized by Google

& ſubſtantialis ſunt inter ſe connexæ, & ſubordinatæ.

alterius, ac proinde altera illam ità prærequirat, & præſupponat; vt per potentiam naturalem ſine illa præcedente reperiri re ipſa non poſſit: Ergo ſine vllo fundamento dicitur, per Chriſti corpus in communi, & vulgari ſermone ſignificari Chriſti materia importans in obliquo organizationem à ſubſtantiali, & accidentali præciſam. Probo conſequentiam; quoniam vt præciſio communi, & ordinario ſermoni accommodata ſit, fieri deberet à duobus materiæ ſtatibus, quorum vnus communi, & ordinaria lege alterum non includeret, aut ſupponeret, ſed excluderet, eique ſeſe opponeret; nam eiuſmodi abſtractio fit ex comparatione, & æſtimatione morali ſtatuum inferiorum, à quibus ſuperior, eiſque communis abſtrahitur: Atqui neuter illorum ſtatuum cum altero opponitur, neuter alterum excludit, ſed potius vterque alterum in re ipſa, atque adeò in morali conſideratione, & æſtimatione includit: Ergo præciſio, quam Lugi ſententia fert, minimè accommodata eſt ad communem, ordinarium, vulgaremque ſermonem.

Explano rationem hanc, & eam ſtabilio. Nam illa organizatio ſuperior omninò præſcindi debet conſiderata materia in duobus diſtinctis ſtatibus; in quorum ſcilicet vno conſideretur habens organizationem ſubſtantialem, ac proinde in obliquo dicens ſubſtantialem formam; in altero autem ſpectetur habens organizationem accidentalem, quod eſt ipſiſſimum Lugi placitum: Atqui ſecundum iſtos duos ſtatus nequit humano more, & morali modo materia conſiderari: Ergo præciſio iſta neutiquam accommodata eſt communi, & ordinariæ conceptioni, ac proinde nec ordinariæ, & vulgari verborum ſignificationi. Minor, quæ ſola probationem deſiderat, probatur: Vel enim materia conſideratur, vt habens in vno ſtatum ſolam organizationem ſubſtantialem, & in altero ſolam accidentalem: Vel conſideratur, vt habens in vno ſtatu organizationem ſubſtantialem, & accidentalem ſimul, & in altero ſolam accidentalem: Vel conſideratur, vt habens in vno organizationem accidentalem, & ſubſtantialem ſimul, & in altero ſolam ſubſtantialem. Prima conſideratio cadit ſupra vtrumque ſtatum naturaliter impoſſibilem, & planè miraculoſum, & nunquam re ipſa futurum: proinde communi conceptioni, & abſtractioni, & locutioni neutiquam congruit. Secunda, & Tertia conſideratio cadunt etiam ſupra vnum ſtatum naturaliter impoſſibilem, atque adeo eodem titulo ſunt ineptæ communi ſenſui, abſtractioni, & locutioni. Et rurſus omnes hæ conſiderationes laborant alio morbo manifeſtæ impoſſibilitatis, & repugnantiæ, quam ſequente numero probabimus.

29\. Corpus Chriſti non poteſt dicere in recto, vel in obliquo organizationē præciſam à ſubſtantiali, & Accidentali.

Tertia. Si Chriſti corpus in obliquo diceret organizationem à ſubſtantiali, & accidentali præciſam, diceret præciſam à duabus, quarum vtraque, vel alterutra conſtituatur, vel conſtitui poſſit ſub ſpeciebus panis, ex vi verborum, aut per concomitantiam. Quis enim hoc negauerit? Sed Chriſti corpus talem organizationem in obliquo non dicit: quod quidem negabitur; ſed hoc ſyllogiſmo facilè oſtenditur. Accidentalis organizatio eſſentialiter includit figuram accidentalem, ſeu ſitualem: Sed hæc ſub ſpeciebus panis, nec ex vi verborum, nec per concomitantiam conſtituitur, aut conſtitui poteſt: Ergo &c. Cōſecutio per ſeſe elicitur, vt per ſeſe claret: Minor expreſsè, & fusè traditur à Lugo diſp. 8. ſect. 2. & à nobis diſp. 35. probata fuit. Maior videtur eſſe clariſſima, quia ſicut organizatio ſubſtantialis pro materiali ſupponit, aut includit multas ſubſtantiales partes, & pro formali dicit diuerſitatem illarum, ſine inæqualitatem in perfectione ſubſtantialis, ſic organizatio accidentali ſupponit, aut includit multitudinem rerum corporearum, & pro formali, diuerſitatem ipſarum in figura ſituali: Vel certè, ſi hanc diuerſitatem non includit, vt vltimam formam, certè includit, vt partem eſſentialem: Vnde ſi cadauer humanum non haberet figuram ſitualem capitis, brachij, pectoris, & cæterarum partium, non haberet ſimpliciter organizationem accidentalē. Ideoque iſtam Chriſtus nec habet ſub ſpeciebus panis, ex vi verborum, nec per concomitantiam, nec habere poteſt: quia neutro modo poteſt ibi conſtitui cum actuali extenſione in ordine ad locum.

Organizatio accidentalis includit figuram ſitualem formaliter.

30\.

Quarta. Accidentalis organizatio non ſolum includit figuram accidentalem partium materiæ primæ, & primarum, ac ſecundarum qualitatum, ſed etiam aliarum partium ſubſtantialium, vt in homine viuo partium vnionis, & in mortuo partium formæ cadaueris: Ergo vel Chriſti corpus in obliquo dicit organizationem præciſam à tota ſubſtantiali, & à tota accidentali, Vel non: Si non: dicit abſolutè abſtractam ab organizatione accidentali, cum hæc eſſentialiter totum illud includat: Si dicit: Ergo ex vi verborum ponitur forma ſubſtantialis, quod enixe Lugus fugitat. Sequela patet: Nam illud ponitur ex vi verborum, quo realiter non poſito, ſaltem diuinitus poni non poteſt illud, quod verba ſignificant: ſed organizatio integra, ſeu præciſa ab integra ſubſtantiali, & integra accidentali, nec diuinitus poni valet, non poſita forma ſubſtantiali: nam poni nequit niſi vel organizatio ſubſtantialis, vel accidentalis: Atqui neutra poni poteſt, etiam diuinitus, ſine forma ſubſtantiali, nam organizatio ſubſtantialis formam ſubſtantialem, ſaltem in obliquo, dicit; & organizatio accidentalis includit figuram accidentalem, non ſolum materiæ, ſed etiam totius compoſiti ſubſtantialis: Ergo ſi corpus dicit in obliquo organizationem ab integra ſubſtantiali & accidentali præciſam, ex vi verborum ponetur forma ſubſtantialis ſub ſpeciebus panis. Proinde vel Lugus impropriè accipit organizationem, ideoque non affert rationem vtrique communem: Vel non effugit quod fugitat, nempe quod ex vi verborum ſub ſpeciebus panis ſubſtantialis forma ponatur.

Quinta. Corpus in Chriſti verbis tale eſt, quale in communi, & vulgari ſermone: Sed in iſto eſt concretum eſſentiale, per ſuam ſcilicet materiam, & formam in recto conſtitutum; non autem concretum in obliquo formam aliquam exprimens: Ergo etiam in Chriſti verbis. Maior, & Conſecutio patent. Minor vel ex eo probatur, quod inter innumerabiles Doctores vnus tantum, aut alter in eam ſignificationem inciderit, aut incidens conſenſerit: Communis autem ſignificatio, licet cunctis non pateat, certè cunctis non latet. Ratione etiam agimus: Quia concretum, quod in obliquo dicit formam, ſiue ſubſtantialem, ſiue accidentalem, com

31\. Corpus in Chriſti verbis tale dicitur, quale in communi ſermone intelligitur.

Digitized by Google

communiſſimè eſt compoſitum, aut deriuatum ab illius formæ nuncupatione, vel hæc à nuncupatione illius ex. gr. Album dicit in obliquo albedinem, & Pater paternitatem, & Artifex artem, & Auratum aurum: Atqui Corpus non deriuatur, aut componitur ex nuncupatione organizationis, neque nuncupatio organizationis à nuncupatione corporis; nec prudenter concedet aliquis, Chriſti corporeitatem, vel corporalitatem abſolutè, & ſimpliciter, & in communi ſermone ſupponi pro aliquo excludente Chriſti materiam. Igitur ea corporis Chriſti ratio, quam Lugus aſtruit, admittenda non eſt.

§. V.

Poſt alias tres reiectas noſtra ſententia profertur.

32. *Aliæ tres opiniones excogitatæ huc vſque.*

EX dictis facilè eſt ferre iudicium de tribus aliis ſententiis hoc loco excogitabilibus. Prima, Chriſti corpus in recto dicere ſolam materiam primam, quam in extrema cœna Chriſtus habebat, & nunc habet; in obliquo autem formam ſubſtantialem abſtractam ab anima ipſius rationali, & à forma cadaueris, quam ipſius materia in triduo habuit. Secunda, Per corpus ſignificari materiam Chriſti primam, quæ eſt eadem numero quam in ſuprema nocte habuit, & nunc habet: & in obliquo formam ſubſtantialem, non quidem abſtracta ab eius anima rationali, & forma ipſius cadauerica, ſed hanc, vel illam ſub diſiunctione. Tertia, Corpus dicere in recto ſolam Chriſti materiam primam, & in obliquo organizationem propriam Chriſti, non quidem ab organizatione ſubſtantiali, & accidentali abſtractam, & vnam, illiſque vniuocam; ſed diſiunctiuè ſumptam, nempe organizationem Chriſti propriam, vel ſubſtantialem, vel accidentalem.

33. *Nulla ipſarum admittitur.*

De his, inquam, tribus ſententiis facile eſt ex præcedentium confutatione ferre iudicium. Quælibet enim paucioribus laborat incommodis, quam illarum plures, ſeorſim ſumptæ. Cæterum quælibet etiam laborat pluribus eorum, quæ in aliis notauimus, præſertim in eam, quam ſuperiore §. reiecimus: & proindè impetitur validè rationibus in eam adductis. Ex. gr. quod ex vi verborum poni debet in recto ſubſtantia completa, & vera caro, qualis non eſt ſola materia in obliquo importans ſubſtantialem formam. Quis enim vnquam dixit, nomine carnis non importari formam ſubſtantialem in recto? Item, quod nomen Corpus in communi, & vulgari ſermone non ſit concretum eſſentiale conſtitutum in recto per ſuam formam; ſed accidentale illam in obliquo dicens, &c.

34. *Chriſti corpus in conſecratione dicitur Hæc materia prima determinatè cũ forma ſubſtantiali Chriſti abſtractè à rationali & cadauerica.*

Nobis vera ſententia eſt, Corpus in Chriſti verbis cõſecratoriis dicere compoſitum ex hac determinata Chriſti materia, & ex forma Chriſti ſubſtantiali abſtracta à rationali, & cadauerica. Exiſtimamus autem, hanc eſſe ipſiſſimam ſententiam Patris Suarez, quamuis altera longè diuerſa ei tribui ſoleat, vt ſuprà in §. 2. iam admonuimus: Tum quia verba illius ſine vlla violentia ſententiam iſtam ſonant, & eius argumenta eandem perſuadent: Et incredibile ducimus, à P. Suarez admiſſam rationem vniuocam ad corpus viuum, & mortuum, vna numero materia inſtitutam. Probamus aſſertionem, Primùm refutatione cæterarum omnium, quæ vel excogitatæ ſunt, vel excogitari poſſunt. Deindè Chriſti corpus manifeſtè dicit compoſitum ex hac numerica materia, cùm hæc ſit communis Chriſti corpori viuo, & mortuo; & ex Chriſti forma ſubſtantiali, cùm Chriſti corpus dicat materiam, & formam ſubſtantialem, Chriſti propriam: Atqui non dicit compoſitum ex Chriſti forma rationali determinatè, neque ex forma Chriſti cadauerica determinatè: Nunc enim ſine cadauerica eſt verum Chriſti corpus; & in triduo ſine rationali verum corpus Chriſti erat; nec dicit compoſitum ex forma Chriſti vel rationali, vel cadauerica diſiunctiuè; nam ab iſtis duabus præſcinditur conceptus vnus verè vniuocus: Ergo dicit compoſitum ex forma Chriſti ſubſtantiali ab illis duabus præciſa.

Hæc eſt ſententia P. Suarez.

Datur ratio communis præciſa à forma Chriſti rationali, & cadauerica.

Denique à ſimili: Sicut enim perſona Dei eſſentialiter, & in recto importat hanc numero Dei eſſentiam, & aliquam Dei perſonalitatem: Ita corpus Chriſti hanc numero Chriſti materiam, & aliquam ſubſtantialem Chriſti formam: Atqui ſi à tribus Dei perſonalitatibus abſtrahi poſſet conceptus vnus, & vniuocus diuinæ perſonalitatis, tunc perſona Dei diceret eſſentialiter, & in recto conſtitutum ex hac numero eſſentia Dei, & ex perſonalitate abſtracta à tribus Dei perſonalitatibus: Ergo cùm à duabus Chriſti formis ſubſtantialibus præſcindatur conceptus vnus, & vniuocus formæ ſubſtantialis Chriſti; conſequens eſt, vt Chriſti corpus in recto, & eſſentialiter ſit conſtitutum ex hac numero Chriſti materia, & ex Chriſti forma ſubſtantiali præſciſa à duabus illis Chriſti formis ſubſtantialibus. Si quid autem aduerſus conceptum iſtum abſtractum opponi valet, deſtructum iam eſt, cùm in §. 2. pro ſententia Patris Suarez; tum in §. 3. contra ſententiam Patris Vaſquez. 35.

SECTIO III.

Quidnam includat Chriſti ſanguis, qui ex vi verborum ſub ſpeciebus Vini conſtituitur.

COmmunior ſententia tuetur, ſanguinem non informari ab anima, ſed conſtare forma quadam non viuenti, quæ perſeueret tum quandiù ſanguis eſt intra corpus, tum etiam poſtea quam effuſus eſt. Hæc ſententia conſequenter aſſerit, ſanguinem in Chriſti verbis ſignificare compoſitum ſubſtantiale ex materia prima, & forma iſta propria ſanguinis; & proinde vi verborum ſub ſpecie vini compoſitum conſtitui: quia totum, & ſolum illud compoſitum eſt propriè Chriſti ſanguis; & ſic facile intelligitur, ſub ſpeciebus vini non poni ex vi verborum anima rationalis; longè aliter ac ſub ſpeciebus panis; ſub quibus nec anima ex vi verborum diceretur conſtitui, tam variæ ſententiæ excogitatæ, & ſectione ſuperiori recenſitæ ſunt. 36.

Quid dicendum. Si ſanguis non informatur Anima rationali.

Aliorum ſententia, nec paucorum eſt, quæ nobis

Digitized by Google

nobis in Tractatu de Anima, & ſæpius alibi placuit, ſanguinem non alia conſtare forma ſubſtantiali, quàm ipſius viuentis, in quo eſt; ac proinde in homine ſanguinem conſtare anima rationali. Et iuxta hanc ſententiam conſequentiſſimè dicimus, ſanguinem in Chriſti verbis conſecratoriis ſignificare compoſitum ex hac determinata materia, & ex forma ſanguinis Chriſti abſtracta ab anima rationali Chriſti, & ab alia forma ſubſtantiali, per quam ſanguis Chriſti mortuus, ſeu cadauericus conſtituebatur. Quod eadem ratione probari debet, qua paulò ante ſimilis aſſertio de Chriſti corpore probata fuit in ſectione 2. §. 5. à medio.

Verius eſt Animam ipſa eſſe formam ſanguinis in Animalibus.

37. Eſt quorundam ſententia, quam non obſcurè approbat Suarez, ſanguinem paulò poſtquam ex corpore extractus eſt, nempe quandò frigeſcit, & coagulatur, mutari ſubſtantialiter & eſſentialiter, deſtructione formæ vnius ſubſtãtialis, & receptione alterius. Quod ſi verum eſſet, à nobis conſequenter dici deberet, tres eſſe formas ſanguinis cuiuſque viuentis; Vnam, quam habet in venis, & intra corpus; Alteram, quam habet dum à corpore extrahitur, & adhuc liquidus, & calidus eſt: & tertiam, quam accipit quando iam frigeſcit, coagulatur, atque concreſcit: Ac proindè Chriſti ſanguinem in verbis conſecratoriis dicere compoſitum ex hac materià determinata, & ex forma Dominici ſanguinis à tribus illis abſtracta formis, & ipſis vniuocè communi.

Variatio formarum ſubſtantialium non eſt in ſanguine iam mortuo.

Cenſeo tamen non mutari ſanguinem ſubſtantialiter paulò poſtquam viuere deſiit, nempe quando frigeſcit, concreſcit, & coagulatur. Nam eiuſmodi mutationes non arguunt eſſentialem ſanguinis variationem: nam & aqua ex liquida glaciat, & lac ex liquido coagulatur, ſeu concreſcit; non tamen cum eſſentiali ſui ipſorum mutatione. Alioquin etiam Cera, plumbum, ſtannum, argẽtum, aurum, & quodcumque aliud metallum, dum calore ignis liqueſit, dici deberet eſſentialiter mutari, vt rei paritas oſtendit; cum tamen conſequens falſum omninò ſit. Accedit, quod ſanguinis, & carnis quoad hoc eadem debet eſſe ratio: ſed caro non habet niſi duas formas ſubſtantiales, quibus ſucceſſiuè conſtituatur, nempe vnam viuentem, & alteram non viuentem, qua poſteriore pereunte, iam non remanet caro, ſed vermis, vel aliquod fœdum corpus: Ergo pariter ſanguis duas tantum habet ſubſtantiales formas, per quas ſucceſſiuè conſtituatur, vnam ſcilicet viuentem, & alteram non viuentem;
38. ita ſcilicet vt hac pereunte; iam non permaneat ſanguis, ſed aliquis alius fœtidus liquor, fœtidumve aliud corpus. Quapropter ſicut corpus in ſua conſecratione dicit Chriſti corpus, compoſitum ex hac determinata Chriſti materia, & ex Chriſti forma abſtracta à rationali, & cadauerica: Sic prorſus ſanguis dicit compoſitum ex hac determinata Chriſti materia, ex Chriſti verò forma abſtracta à duabus tantum ſubſtantialibus ſanguinis, rationali nempe, & cadauerica.

Sanguis in conſecratione dicit formam ſanguinis abſtractam à duabus tantùm.

* * *

SECTIO IV.

An ex vi verborum ponatur ſub ſpeciè panis totum Chriſti corpus, & ſub ſpecie Vini totus Chriſti ſanguis.

CAuſa hæc de ſolo conſueuit diſputari ſanguine: re vera tamen communis eſt etiam corpori, prout ipſo decurſu patefiet. Quod ad ſanguinem attinet, ſunt qui dixerint, quandò Chriſtus in Cœna conſecrauit non poſitum fuiſſe ex vi verborum totum illius ſanguinem, ſed ſolùm illum, qui fuit in Paſſione fuſus; quia Chriſtus dixit, *Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur.* Nunc autem ex vi verborum totum Chriſti ſanguinem conſtitui: quia nunc ſanguis Chriſti ſolus eſt, quem Chriſtus reſurgens reſumpſit: Atqui ſolum reſumpſit ſanguinem, quem in Paſſione effuderat: Ergo nunc ſolus iſte ex vi verborum ſub vini ſpecie ponitur.

Prior tamen huius Doctrinæ pars non rectè probatur illo Chriſti dicto, *Qui pro vobis effundetur*: Tum quia verba illa non limitant ſanguinis quantitatem ad eum, qui fundendus erat; ſed vero Chriſti ſanguini ſeu totali, ſeu partiali prænunciant effuſionem: Tum etiam quia probabilior, & communior opinio fert, nullam Dominici ſanguinis partem in eius corpore manſiſſe poſt paſſionem, & lateris percuſſionem. Poſterior autem pars dicit rem incredibilem: nam ſi Chriſti corpus in ſepulchro partem aliquam ſanguinis habebat; qua probabilitatis ſpecie dici poteſt, Chriſtus reſurgens non eam reſumpſiſſe, ſed extra corpus illam reieciſſe? Tandem hæc opinio pugnantia dicit: nam vis verborum eadem fuit Chriſto cœnante, quæ nunc eſt: Ergo ex vi verborum idem prorſus poſitum fuit Chriſto cœnante, quod ponitur nunc.

Quomodò ſit idem ſanguis Chriſti poſitus in ſacramento à Chriſto cœnante, & qui nunc ponitur in Miſſa.

39. Lugus Diſp. 8. ſect. 5. pluresque Recentiores aiunt, poſitum eſſe in cœna ex vi verborum totum Chriſti ſanguinem: quia totus in Paſſione fuit effuſus: nunc autem poni totum Chriſti ſanguinem, quem Chriſtus nunc habet, & quem in Paſſione effudit; exceptis tamen aliquibus ipſius partibus, quæ paſſionis inſtrumentis, & cruci, & clauis, & lanceæ adhæſerunt: nam illæ partes poſt reſurrectionem reſumptæ non fuerunt, & poſt aliquod temporis ſpatium formam ſanguinis amiſerunt, & nunc in eiſdem manent inſtrumentis.

Quidam excipiunt aliquas partes ſanguinis, quæ inſtrumentis Paſſionis adhæſere.

Cæterùm in hac etiam doctrina claram videor videre repugnantiam. Nam & in ſuprema cœna, & nunc, vis verborum eadem eſt: Ergo ſi in cœna verba ſignificabant totum Chriſti ſanguinem, quem Chriſtus tunc habebat; etiam nunc totum illum ſignificant. Proindè cùm ex vi verborum ponatur ſanguis, qui per verba ſignificatur, pugnantia ſunt, non poni nunc ex vi verborum totum, qui in ſuprema cœna poſitus fuit.

40. Ex alia verò parte falſum exiſtimo poni ex vi verborum totum Chriſti ſanguinem, quem ipſe, dum in cœna conſecraret, habebat. Primò, quia certum eſt, ſtatim poſt cœnam aliquas illius

Non ponitur ex vi verborum Totus

Digitized by Google

Ille ſanguis, quem Chriſtus conſecratus in cœna habuit.

lius ſanguinis particulas vi nutritionis in carnem, & oſſa, & alias Chriſti ſubſtantias quæ ſanguis non ſunt tranſiiſſe: Ergo cum de facto illæ non ſint Chriſti ſanguis, non ponuntur de facto realiter, multoque minus ex vi verborum. Secundo, quia partes aliquæ ſanguinis, quæ paſſionis inſtrumentis adhæſerunt, non reſumptæ ſunt poſt reſurrectionem, neque modò ſubſtantialiter manent, ſed ſolum ipſarum materia ſub alia forma non ſanguinis: Ergo illæ particulæ nec realiter quidem, quanto minus ex vi verborum, in calice ponuntur: Idemque eſt de Chriſti corpore, quamuis Doctores, vt admonui, de ipſo taceant. Quânam ergo viâ nobis incedendum ita, vt verba conſecrationis totum Chriſti corpus, & totum Chriſti ſanguinem ſignificent, nec tamen plus, aut minùs ſonent, quam ipſa ſignificent, vel Chriſtus habeat?

41. Vt viam aperiam, noto ex nuperrimè dictis, Chriſti corpus, & ſanguinem à puncto illo, quo per primam Cœnæ conſecrationem producta fuerunt vſque ad reſurrectionem, & aliquem alium temporis tractum varias habuiſſe totalitates. Corpus enim Chriſti, quod in cœná erat, & ſub ſpeciebus panis eâ conſecratione poſitum fuit, ſtatim poſt illam conſecrationem iam nón erat phyſicè totum illud: ſiquidem vi nutritionis adiungebantur illi partes aliquæ ſubſtantiales, & aliquæ detrahebantur, idque ſucceſſiuè, & continuè: proinde toto tempore illius triſtiſſimæ noctis, & dimidiæ diei ſequentis, quoad in cruce expirauit, rationes totius phyſici phyſicè ſumpti mutauit. Hoc idem contigit Dominico ſanguini Nam ſanguis, quem in cœna Chriſtus habebat, & quem re ipſa tunc ſub vini ſpeciebus conſecratione poſuit; ſtatim poſt illud inſtans iam non erat totus ille, quippe cuius aliquæ partes in carnem, & oſſa conuerſæ fuerant, & econtrà multæ alimenti partes in ſanguinem tranſierant: Et cum hæc vtraque conuerſio ſucceſſiuè facta fuerit tota illa nocte, & media parte diei ſequentis; ſanè toto eo tempore Chriſti ſanguis, ita fuit variatus, vt ſingulis momentis, quantum ad totalitatem attinet, diuerſus eſſet, vt quiſque perſpiciet. Particulæ ſanguinis, quæ paſſionis inſtrumentis adhæſerunt, toto illo triduo veram habuerunt rationem, & formam Dominici ſanguinis, ſicut etiam ipſe ſanguis in horto, & in prætorio, & in cruce vbertim effuſus.

Chriſti ſanguis in vita mortali fuit variatus quoad totalitatem ferè momentis ſingulis.

Iam verò, ſi ſanctus Petrus in quolibet illius temporis ſpatio, quod inter cœnam, & reſurrectionem interceſſit, conſecraſſet, certiſſimè poſuiſſet in hoſtia realiter totum illud corpus, quod in inſtanti conſecrationis, verè eſſet, ac diceretur Chriſti corpus: & in calice poſuiſſet re ipſa totum illum ſanguinem, qui tunc verè diceretur eſſe Chriſti ſanguis, ſiue eſſet intra, ſiue extra venas; ſiue viuus, ſiue mortuus: ſicut nunc ſacerdotum quilibet re ipſa ponit in hoſtia totum corpus, quod verè eſt Chriſti corpus; & in calice totum ſanguinem, qui verè, & propriè nunc ſanguis Chriſti eſt, & nuncupatur.

42. Quâ ratione ponatur totus Chriſti ſanguis determinatur.

Nunc aſſero: Ponitur ex vi verborum in hoſtia totum Chriſti corpus, totalitate communi omnibus illis totalitatibus, quas Chriſti corpus in inſtanti primæ ſuæ conſecrationis, vſque ad inſtans reſurrectionis habuit: ſimiliter in calice conſtituitur totus Chriſti ſanguis totalitate communi cunctis illis totalitatibus, quas Chriſti ſanguis in inſtanti primæ conſecrationis, & deinceps ſubiit. Ratio eſt, quia Chriſtus in inſtanti, quo panem conſecrauit, poſuit ſub illius ſpeciebus realiter totum, quod tunc erat Chriſti corpus; & in inſtanti, quo vinum conſecrauit, poſuit re ipſa ſub illius ſpeciebus totũ; quod tũc erat Chriſti ſanguis: & ſi quis Apoſtolorum in quolibet illius tridui momento conſecraſſet, poſuiſſet realiter in hoſtia totum, quod pro illo inſtanti erat Chriſti corpus, & in calice totum, quod pro illo inſtanti erat Chriſti ſanguis: Vt etiam poſt reſurrectionem, & nunc ſub priori ſpecie re ipſa ponimus totum, quod nunc veram habet rationem Dominici corporis, & in calice totum, quod veram rationem habet Dominici ſanguinis. Igitur ex vi verborum ponitur ſub ſpecie panis totum Chriſti corpus, & ſub ſpecie vini totus Chriſti ſanguis, vtrumque tamen cum totalitate communi omnibus totalitatibus illis, quas in prima conſecratione, & deinceps obtinuit. Nam cum vis verborum ſemper fuerit eadem, oportuit fuiſſe talẽ, quæ omnes illas totalitates ſub aliqua ratione cõmuni cõplecteretur: Siquidẽ ob eãdẽ rationẽ Chriſti corpus in quâcuq; ſententia dicit corpus viuo, & mortuo, ſaltẽ diſiũctim cõmune.

Quæres, quomodò totalitas, quam dicit Chriſti corpus, ſit communis omnibus, quas à 43.
puncto primæ conſecrationis, Dominicũ corpus habuit: Et ſimiliter, quomodò totalitas, quam dicit Chriſti ſanguis, communis ſit omnibus, quas à puncto primæ conſecrationis Dominicus ſanguis accepit? Reſpondeo. Neutra eſt communis vniuocè, ſed diſiunctim. Nam tota illa corporis non ſunt inter ſe totaliter diſtincta: ſed vnum includitur in alio: & ſimiliter tota illa ſanguinis non ſunt inter ſe totaliter diſtincta, ſed vnum in alio includitur. Quapropter quemadmodum ſect. 2. vidimus, à corpore Chriſti viuo, & mortuo non poſſe abſtrahi vnicam, & vniuocam rationem corporis Chriſti, propterea quod Chriſti corpus viuum non eſt totaliter diſtinctum à corpore Chriſti mortuo, cum in vtroq; includatur eadem materia prima: Ita prorſus à toto Chriſti corpore pro primo illo primæ conſecrationis inſtãti, & à toto Chriſti corpore pro alio inſtanti non poteſt ratio totius corporis Chriſti vnica, & vniuoca præſcindi, ſed debet diſiunctim accipi: quod idem dici debet de toto Chriſti ſanguine, prout quiſque perſpiciet. Proinde quod ad totalitatem attinet, ſenſus vtriuſq; formæ diſiunctiuus erit in hunc modum; Hoc eſt meum corpus totum, aut cũ totalitate hâc, aut cum iſta, aut cum illa, aut cũ alia illarum, quas à prima conſecratione habuit: Idemque erit ſenſus formæ alterius.

Amplius declaratur totalitas ſignificata, & cauſata per verba conſecratoria.

Quæri poteſt. An ex vi verborum ponatur 44.
totus Chriſti ſanguis tum perfectus, tum imperfectus, an ſolus perfectus: ſic nimirum, vt in tractatu de Incarnat. quæritur, vtrum vterque verbo ſit immediatè vnius? Reſpondeo, poni totum Chriſti ſanguinem verum, qui quidem in Chriſto viuente eſt viuus, & in mortuo, & extra Chriſti corpus erat mortuus, ſiue amiſerat formam rationalem, aliam non, viuentem acceperat. Vnde vel Chriſti ſanguis, qui vocatur imperfectus, eſt vnus iſtorum, & ſic, eſt perfectè, & propriiſſimè Chriſti ſanguis

Ponitur ex vi verborum totus verus ſãguis Chriſti, qui veritus hypoſtaticè.

Digitized by Google

ſti ſanguis: Vel non eſt iſtorum aliquis, & ſic non eſt verus Chriſti ſanguis, ac proindè nec ex vi verborum, ponitur. Sic probabam in Tomo de Incarnat. Diſp. 26. ſect. 3. totum Chriſti verum ſanguinem à Verbo immediatè fuiſſe aſſumptum.

SECTIO V.

An ex vi verborum ponatur Chriſti ſanguis totus continuus.

45. Pater Suarez Diſp. 51. ſect. 3. §. *Sed quæres obiter*, affirmat totum Chriſti ſanguinem ex vi verborum poni continuum. Quia res liquidæ, ſi eiuſdem ſint ſpeciei, v.gr. duæ partes aquæ, vel olei, hoc ipſo quod fiant localiter indiſtantes, vniuntur inter ſe, & continuantur: Sed partes Dominici ſanguinis ſunt eiuſdem ſpeciei, & in Euchariſtia localiter indiſtantes: Ergo ex vi verborum totus Chriſti ſanguis ponitur continuus. Conſequentia ſuaderi poteſt, quoniam ex vi verborum ponitur totum illud, quod neceſſariò nectitur cum ipſorum effectu: Sed iſta continuatio neceſſariò nectitur cum poſitione Dominici ſanguinis in eodem ſpatio, quæ poſitio fit ex vi verborum: Ergo & totius Dominici ſanguinis continuatio.

Affirmat Suarez quia omnes partes ſanguinis ſunt indiſtantes loco.

§. I.

Lugi rationes negatiuæ debiles.

46. Prima, quia indè fieret, vt omnis particula Dominici ſanguinis cum omnibus aliis eſſet in calice continua, quia omnibus aliis localiter proxima. Sed non vrget: nam vna pars non eſt naturaliter capax plurium illarum vnionum; nec per verba conſecrationis eleuatur ad illas recipiendas: Proindè poſita omnium partium penetratione, dicet Suarez, totũ ſanguinem poni continuum ex vi verborum; quia hæc poſtulant, vt quælibet ſanguinis pars continuetur cum vna, vel altera, ſicut naturaliter ſolet, & non cum aliis; idque determinãte Deo vnam, vel alteram præ aliis. Exemplo ſit continuatio graduum qualitatis in ſententia conſtituente illos omninò ſimiles, & phyſicè vnitos: quod enim hic numero gradus, vel punctus A. phyſicè vniatur cum iſto gradu, vel puncto B, non prouenit ex natura, vel exigentia ipſius, cum omnes ſint omninò ſimiles, ſed ſolùm prouenit proximè ex voluntate diuina, quæ; cum iſte punctus poſtulet vniri cum vno, vel altero determinat hoc vnum, vel alterum priùs, quam alios duos.

Negat Lugus, & rationes affert ineffic aces.

Secunda, quia ſequeretur, Chriſti ſanguinem in Euchariſtia habere modum ſubſtantialem, quem non habet in cælo, quod nouum eſt apud Theologos. Contrà primò, quia tametſi concedamus continuationem illam debere fieri interuentu modi ſubſtantialis, non id ſequitur quod ille author infert: iam enim vidimus determinatam à Deo cuique parti continuationem cum hac tantùm vna, vel altera parte; cum illa ſcilicet, cum qua in cælo continuatur. Contrà ſecundò, quia tranſubſtantiatio, iuxta multorum ſententiam, fit mediante modo ſubſtantiali recepto in Chriſti corpore, & ſanguine: Ergo quod in Euchariſtia Chriſtus modum habeat ſubſtantialem, quem in cælo non habet, nouum apud Theologos non eſt. Contrà tertiò, quia fortaſſe nulla continuatio fit interuentu vnionis formalis, ſed effectiuæ, ſeu localiter attractiuæ, de quo alibi; proindè continuatio ſubſtantiæ non includet modum ſubſtantialem.

Quod in ſacramento habeat Chriſtus modum ſubſtantialem, quem in cælo non habet, nouum non eſt apud Theologos aſſertum.

48. Tertia, quia indiſtantia, quam in Euchariſtia partes Dominici ſanguinis inter ſe ipſas habent, non ſolùm non iuuat, ſed potiùs impedit ipſarum continuationem. Tum quia hæc non poſtulat partium penetrationem, ſed impenetrationem, & partium extra partes poſitionem, in locis tamen immediatis, ſiue proximis. Tum etiam, quia ipſa partium penetratio impedit, ne Chriſti ſanguis in Euchariſtia poſſit agere, vel pati, ideóque nec poſſit vnionem continuatiuam vel in ſe ipſo producere, vel ab alio productam recipere.

Continuatio phyſica non petit penetrationem partium, ſed iuxta-poſitionem immediatè.

Verùm nec iſta ratio, licet in ſpeciem vehementior, Patrem Suarez expugnat. Aut enim illa partium impenetratio requiritur eſſentialiter ad continuationem; aut non? Si eſſentialiter requiritur, nulla Dominici ſanguinis pars in Euchariſtia continuatur cum altera, quod hactenùs inauditum eſt, & iure à cunctis improbabitur: Si non requiritur eſſentialiter impenetratio, nihil obſtabit, quin partes penetratæ, inter ſe continuentur. Quod enim in altera probatione dicuntur ipſa inextenſione ligari, quominùs agere, vel pati poſſint, minimè obſtat: Ligantur enim in ordine ad actiones, & paſſiones priores continuatione excluſiua partis vnius à loco alterius; non tamen in ordine ad actiones, & paſſiones, quæ in tali excluſione imbibuntur. Nam ſi quantitas ad punctum ſemel redacta, poſteà deſideretur iuxta ſuam naturam agere, planè ſe extenderet localiter; & auferret illam inextenſionem: Atqui vniones efficere, & recipere continuatiuas, ſunt actiones, & paſſiones ad excludendam impenetrationem ex natura ſua tendentes, quippè non ſolùm partes quantitatis exigunt impenetrationẽ, ſed etiam ipſamet illarum vnio; & quidem expreſſiùs quàm partes, cum faciliùs intelligantur partes ad punctum redigi ſine ſui ipſarum deſtructione, quàm ſine deſtructione vnionis continuatiuæ, vt ſequente ſectione patebit: Ergò effectio, & receptio vnionis continuatiuæ eſt actio, & paſſio pertinens ad deſtruendam inextenſionem, & inducendam extenſionem, atque adeò pertinens ad primam proprietatem: Proindè partes non ligantur inextenſione, quin valeant in eas prorumpere.

Vnio continuatiua corporis exigit partes impenetratas actu.

§. II.

Negatiua aliæ rationes firmæ.

Nihilominùs Chriſti ſanguinem ex vi verborum non poni in calice totum continuum, triplici ratione mihi perſuadeo. Prima ſit, quia ſiue totus Chriſti ſanguis ponatur à parte rei continuus, ſiue non, ſeruatur, & conſtat legitimus verborum ſenſus: nam etſi partes aliquæ ponantur diſcontinuæ ab aliis, aggregatum ex omnibus dicitur verè, & proprie 49.

Vnio continuatiua inter partes ſanguinis Chriſti ex vi verborum non ſignificatur, nec ponitur.

Digitized by Google

priè iuxta communem locutionem Chriſti ſanguis, Petri enim ſanguis propriè, & citrà metaphoram dicitur is, qui ex Petri venis in duplici vaſe excipitur: Ergò non conſtituitur in calice ex vi verborum Chriſti ſanguis totus continuus.

Firmo rationem hanc, ſimulque oppoſitam deſtruo. Nam licet, iuxta Patrem Suarez, Chriſti ſanguis hoc ipſo quod in eodem loco totus exiſteret, naturaliter ſeſe continuaret, vt contingit variis, eiuſdemque liquoris partibus in vnum, idemque vas immiſſis; ſanè illa continuatio ſanguinis reſpondentis capiti cum ſanguine reſpondente cordi, non fieret ex vi verborum, cùm hæc abſque tali continuatione veritatem haberent; ſed fieret conſequenter, ſeu per concomitantiam, nempè virtute naturali efficiẽdi talem continuationẽ.

Notanda eſt Doctrina hæc apud Suarez.

Illuſtro rurſus, & firmo exemplis ex ipſomet Suarez accerſitis: Diſtinguit enim quantitatem totaliter à materia prima, & intellectum ab anima: Et aſſerit, quantitatem non conſtitui nunc ex vi verborum in hoſtia; conſequenter dicturus, non poni intellectum, etiã ſub ratione communi proprietatis formam Chriſti ſubſtantialem conſequentis. Ita verò diſputo: Connaturalius eſt materiæ, vbicumque exiſtit, ſuam ſibi producere quantitatem, & formæ ſubſtantiali ſuam proprietatem: quàm duabus partibus ſanguinis, in eundem confluentibus locum ſe ipſas continuare: Sed poſita ex vi verborum materia, non ponitur ex vi verborum quantitas; & poſita ex vi verborum forma, non ponitur ex vi verborum ipſius proprietas: idque quia ſine quantitate, & formæ proprietate, conſtaret integer verborum ſenſus; & illarum poſitio naturali quadam conſecutione ſequitur ex materiæ, & formæ poſitione: Ergò propter eaſdem rationes non ponitur Chriſti ſanguis totus continuus.

50. Secunda ratio ſit etiam fundamenti, quo Suarez vnico nititur, deſtructiua. Non totus Chriſti ſanguis ponitur ex vi verborum in calice fluidus, liquidus, aut mollis: Ergo nec totus continuus. Conſequentiam omninò debet admittere Suarez, cum ſuam ſententiam inde ſolum probet, quod eiuſdem liquoris fluidæ, & liquidæ partes, ſi loco non diſtent, ſe ipſas naturaliter continuant. Antecedens duplici via mihi videtur clariſſimum. Vna, quia Petri ſanguis ſiue ſit liquidus, ſiue ſit concretus, Petri ſanguis eſt, propriéque dicitur: Ergo ſimiliter Chriſti ſanguis. Altera, quia in triduo mortis Chriſti totus Chriſti ſanguis erat concretus: & conſecrante Petro, totus fuiſſet in calice poſitus ex vi verborum: Ergo ex vi verborum non ponitur fluidus.

Ex vi verborum non ponitur totus ſanguis liquidus formaliter.

51. Tertia, quia ſi Dominicus ſanguis ex vi verborum conſtitueretur in calice totus continuus, in calice eſſet re ipſa totus continuus: quis enim hoc negare audeat? Atqui Dominicus ſanguis non eſt in calice reipſa totus continuus: Ergo nec ex vi verborum totus ibi continuus ponitur. Minor patet, quia Chriſti ſanguis in calice non eſt re ipſa ſolus, ſed re ipſa eſt in corpore, & in eiſdem venis, & arteriis, in quibus ſupra cælos cum naturali extenſione, & præſentia exiſtit: Atqui ſanguis in venis, & arteriis exiſtens non eſt totus continuus, nam ſanguis venalis, qui eſt in vena, quæ à iecore incipit, & inſtar arboris protenditur vſque ad extremas corporis partes, non eſt continuus cum ſanguine arteriali contento in vena, quæ incipit à corde, & per varios arteriarum ramuſculos, alterius inſtar arboris, diuiditur: Ergo &c. Quia tamen hîc falsò ſupponitur, ſanguinem venalem, & arterialem ſpecie diſtingui, rationem tertiam ſic inſtituimus.

Neque totus continuus exiſtit intra corpus naturaliter.

Licet vi verborum poneretur ſanguis viuus, poneretur indifferens ad continuum, & diſcontinuum: Ergò &c. Antecedens de continuo patet, quia nunc in Chriſto totus ſanguis continuus eſt. De diſcontinuo probatur, quia ſanguis in corpore mortali naturaliter eſt diſcontinuus; nam vt particula ſanguinis conuertatur in carnem, egreditur è vena per porum, & ſic à ſanguine in venis remanente diſcontinuatur, & permanet aliquo tempore priuſquàm conuertatur in carnem: Ergò etiam ſanguis viuus indifferens eſt ad continuum, & diſcontinuũ. 52.

Quamuis vi Verborum ponatur totus ſanguis, ponitur indifferens ad continuum vel diſcontinuum.

SECTIO VI.

An aliqua accidentia ex vi verborum in Euchariſtia ponantur.

VAſquez Diſp. 187. cap 4. ſuam hac de re ſententiam tribus comprehendit capitibus. Primò ſcribit, ſub ſpecie panis ex vi verborum conſtitui quantitatem, & alias qualitates humani corporis proprias. Quia ex vi verborũ conſtituitur ſub ſpecie panis corpus Chriſti organicum: Sed non eſt organicum ſine quantitate, & aliis qualitatibus humani corporis propriis: Ergo & quantitas, & iſtæ qualitates ex vi verborum ſub panis ſpecie ponuntur. Minorem probat; quia cum materiæ brachiorum, capitis, & pedum ab eadem anima rationali informentur, nequeunt ab ea ſola recipere diuerſitatem talem organicam, vt vna conſtituat pedem, altera caput &c. proinde ad eiuſmodi conſtitutionem eſſentialiter ingrediuntur quantitas, & aliæ corporeæ qualitates, illarum ſcilicet partium propriæ: ac proinde illæ vi verborum in hoſtia ponuntur. 53.

P. Vaſq ait conſtitui quantitatem.

Reiiciendum tamen eſt caput iſtud cum ſua probatione: Quia licet materia capitis, & pedis eadem anima rationali informentur, habẽt nihilominus inter ſe ipſas diuerſitatem ſubſtantialem à diuerſis, & inæqualibus partibus ſubſtantialis vnionis: Ergo ad diuerſitatem capitis, brachij, & pedis non requiritur phyſicum aliquod accidens.

Subſtantialis diuerſitas reperta inter partes corporis humani.

Secundò ſcribit Vaſquez, ſub ſpecie panis conſtitui ex vi verborum quantitatem, & qualitates viuenti, & mortuo communes, non disiunctiuè, ſed ſecundum rationem abſtractam, & vniuocè communem. Quia iuxta ſententiam, vt ille ait, veram, & antiquam, non ſunt eadem accidentia in viuo, & in mortuo: proindè ſicut corpus ponitur disiunctìm aut viuum, aut mortuum, propterea quod ad viuum, & mortuũ non datur vniuoca ratio corporis humani: ita è contrà ponuntur accidentia abſtracta ab accidentibus viui, & mortui, quia ab iſtis poteſt vna ratio, & vniuoca præſcindi. 54.

Idem affirmat conſtitui qualitates viuenti, & mortuo communes.

Hoc etiam caput cum ſua probatione reiiciendum. Primò, quia quod in corruptione fiat reſolutio vſque ad materiam primam, non tam eſt antiqua, & vera, quàm falſa, & antiqua ſententia. Secundò, quia ſub ſpecie panis conſtituuntur ex vi verborum accidẽtia, conſtituũtur

Reiicitur opinio iſta Vaſquez cum ſuo fundamento.

Digitized by Google

accidentia cõſtitutiua corporis organici Chriſti: Sed corpus organicum non eſt vniuocum ad viuum, & mortuum: Ergo accidens conſtitutiuum corporis organici non eſt vniuocum ad conſtitutiuum viui, & ad conſtitutiuum mortui: quia non eſt vniuocum ad conſtitutiuum corporis organici. Et quidem vniuocum ad informatiuum corporis: quia tam viuum, quàm mortuum eſt propriè corpus: non tamen eſt accidens vniuocum ad conſtitutiuum humani, vel organici corporis: quia corpus organicum viuum, & mortuum non conueniunt, vt ais, in ratione organici corporis. Sic dicebam. Alicubi hominem, & pratum eſſe vniuocè cauſam ſuarum proprietatum: quarum vna in homine dicitur riſus propriè, & altera in prato impropriè, propterea hominem, & pratum non conuenire vniuocè in ratione riſibilis, ſeu quod idem eſt efficientis riſum.

55. *Idem Vaſq. negat ſub ſpecie Vini poni quantitatem, vel qualitates ſanguinis ex vi verborũ.*

Tertiò ſcribit Vaſquez, ſub ſpecie vini non poni ex vi verborum quantitatem, nec qualitates corporeas, ſed ſolùm compoſitum ſubſtantiale ex materia prima, & ex propria forma ſanguinis non viuente: nam hæc ſiue intra, ſiue extra corpus eadem eſt, & ſanguinem eſſentialiter conſtituit, & ab aliis partibus eſſentialiter diſtinguit: Proindè vt Chriſti verba vera ſint, & in calice ſanguinem ipſius ponant, neceſſarium non eſt, vt ponant quantitatem, aut aliquas corporeas qualitates.

Quod videtur falſum, & inconſequenter dictum.

Non minùs iſtud reiici debet, quia falſum, & inconſequens. Falſum quidem, quia iuxta ſententiam nobis veram, ſanguis, dum in venis incorruptus eſt, non alia conſtituitur forma, quam ipſius viuentis: dumque extra venas, forma cadaueris: Proinde Chriſti ſanguis eodemmodo ponitur ex vi verborum, quo Chriſti corpus, vt ſupra ſect. 4. ſtabilitum fuit. Inconſequens verò, quia ſanguinis materia ex vi verborum non ponitur indiuiſibilis, & partibus carens, ſed diuiſibilis, & partibus conſtans: Atqui, iuxta Vaſquez, materia prima non habet partes niſi à quantitate: Ergò conſequenter debuit ab illo pronunciari, quantitatem ex vi verborum in calice conſtitui.

56. Suarez Diſp. 51. ſect. 5. Lugus Diſp. 8. n. 85. & communiſſimè Doctores aiunt, nullũ Chriſti accidens in Euchariſtia conſtitui ex vi verborum, ſed ſolummodò per concomitantiam. Sed occurrit aduerſus hanc ſententiam non leue dilemma. Vel enim Chriſtus in Euchariſtia cõſtituitur per veram, & ſubſtantialem ſuæ ſubſtantiæ reproductionem, vt nos cum Suarez, plurimiſque aliis ſuprà tradidimus. Vel conſtituitur per ſolam productionem phyſicæ præſentiæ localis, vt Lugus cùm Vaſquez, aliiſque permultis arbitratur: Sed vtrouis modo conſtituatur, eo modo conſtituitur ex vi verborum: Ergo aliquod Chriſti accidens ex vi verborum in Euchariſtia conſtituitur. Maior extra dubitationem eſt: Minor etiam, quia quicumque ſumant ſubſtantialem productionem, eam ponẽt vt ſimpliciter neceſſariam ad veritatem verborum: & ſimiliter qui phyſicam præſentiam aſſerant, eam aſſerunt, vt eidem veritati ſimpliciter neceſſariam: Ac proinde ſiue ponatur Chriſti reproductio, hæc ponitur ex vi verborum; ſi verò præſentiæ modus, hic ex vi verborũ conſtituitur. Nunc ſic, actio productiua ſubſtantiæ Chriſti iuxta communem ſententiam eſt verum Chriſti accidens: & phyſicus præſentiæ modus eſt verum Chriſti accidens: Ergo aliquod verum Chriſti accidens ex vi verborum in Euchariſtia ponitur.

Dilemmate arguitur communis ſententia iuxta eoſdem D.D.

Actio iuxta Plures; Præſentia iuxta omnes D.D. eſt Accidẽs.

Vrgeo, quia ex vi verborũ in Euchariſtia ponitur quidquid eſſentialiter ſonant pronomen, *Hoc*, in conſecratione panis, & pronomen, *Hic*, in conſecratione vini: Sed vtrobique ſignificat præſentiam localem, ſiue iſta ſit accidens intrinſecum, ſiue extrinſecum: Ergò etiam nos, qui ſolum iſtud admittimus, aſſerere cogimur ex vi verborum in Euchariſtia poni verum aliquod Chriſti accidens. Maior, & illatio conſpicuæ ſunt. Minor oſtenditur, quia pronomina *Hoc*, &, *Hic*, ſicut eſſentialiter ſignificant rẽ ſenſibilẽ, ita eſſentialiter ſignificant rẽ præſentẽ: Ergo vt ipſorũ verus ſenſus cõſtet, eſſentialiſſimè requiritur, vt ſubſtãtiæ Dominicæ præſẽtia in hoc myſterio vel producatur, ſi producibilis eſt, vel reſultet, ſi non eſt producibilis.

Propter hanc rationem excogitari poſſet tertia, & quaſi media ſententia ſic diſtinguens. Ex vi verborum in Euchariſtia nullũ ponitur accidens eorum, quæ Chriſtus extra Euchariſtiam habet: eſto, conſtituatur vnum, vel alterũ illorum, quæ habet in ipſamet Euchariſtia, nimirum præſentiæ modus, iuxta illos qui aſſerunt, Chriſtum hîc ſubſtantialiter non reproduci, vel Dominicæ ſubſtantiæ reproductio, & præſentia, iuxta illos quibuſcum aſſeruimus, Chriſti ſubſtantiam hîc reproduci ſubſtantialiter. Sed noſtra hæc via pariter adſtruitur: quia licet Chriſti ſubſtantia in hoc myſterio non reproducatur, neceſſe tamen eſt, vt in hoc myſterio veram ſui terminet productionem, quam in cœlo terminat: Ergò neceſſe eſt ex vi verborum ponatur illa productio, per quam Chriſti ſubſtantia in cælo conſeruatur: proindè iam ex vi verborum conſtituetur in hoc myſterio verum aliquod accidens eorum, quæ Chriſtus habet in cælo. 57. *Alia ſententia nouiter excogitabilis.*

Ob hanc rationem exiſtere poſſet quarta ſententia, alio modo etiam media, quæ ſic diſtingueret: In Euchariſtia nullum omninò Chriſti accidens ponitur, aut exiſtit ex vi verborum *Corpus meum*, & *ſanguis meus*: aliquod verò ponitur, aut exiſtit ex vi verborum: *Hoc eſt corpus meum*, aut, *Hic eſt ſanguis meus*. Prior pars oſtenderetur: quia *corpus meum*, & *ſanguis meus*, dum Chriſti nomine proferuntur, ſolam ſignificant Dominici corporis, ſanguiniſque ſubſtantiam: Ergo vi illorum ſola hæc in hoc myſterio ſtatuitur. Altera pars demonſtraretur: quia *Hoc eſt corpus meum*; &, *Hic eſt ſanguis meus*, non ſignificant Dominici corporis, ſanguiniſque ſubſtantiam ſolam, ſed hic, & nunc præſentem: Ergo vi illorum omnium verborum non eſt in hoc myſterio ſola illa ſubſtantia, ſed etiam eius præſentia ad hunc locum, & correſpondentia ad hoc tempus. 58. *Rurſus alia ſententia media proponitur.*

Cæterùm ſine vlla diſtinctione, cum communi ſententia dicimus, Nullum accidens ex vi verborum in Euchariſtia conſtitui. Suademur inprimis authoritate S. Thomæ 3. p. q. 76. art. 5. dicente, quantitatem, & alia Chriſti accidentia non poni in Euchariſtia ex vi ſacramenti, ſed per concomitantiam. Dices, nõ poni ex vi ſacramenti idem eſſe, ac non poni tanquã neceſſaria ad eſſentiam ſacramenti: nam compoſitum ex ſola Chriſti ſubſtantia, & ſpeciebus alienis, plenè ſacramentum eſſet, & ita in ordine ad ſacramentum conſtituendũ concomitanter ibi ponitur quantitas: non tamen indè fit, vt nõ ponatur ex vi verborum, hoc eſt, 59. *Nullum accidens conſtituitur ex vi verborum in Euchariſtia.*

tanquam neceſſaria ad veritatem verborum ſeruandam. Sed contrà, quia S. Doctori idem eſt, eſſe neceſſarium ex vi ſacramenti, ac eſſe neceſſarium ex vi verborum: Tum quia verba ſunt Sacramentum, quatenus ſignificant: Tum etiam quia ſacramentum Euchariſticum non conſtat eſſentialiter niſi rebus iis, quæ per verba ſignificantur: Vndè licet in calice ſit corpus, & in hoſtia ſit ſanguis, tamen nec corpus eſſentiale eſt ſacramento calicis, nec ſanguis ſacramento hoſtiæ, vt iam ſuprà me dixiſſe memini, rationemque propriam aſſignaui, quia ſcilicet in calice ſolus ſanguis cum accidentibus vini, & in hoſtia ſolum corpus cum accidentibus panis phyſicè vnitur.

Euchariſtia quibus conſtet eſſentialiter.

Deinde probari ſolet aſſertio ratione eiuſdem S. Thomæ: quia ſcilicet ex vi verborum ſolum illud ponitur, ad quod ipſa conuerſio terminatur: Sed conuerſio, vtpote ſubſtantialis, & tranſſubſtantiatio terminatur ad ſolam ſubſtantiam: Ergo ſola hæc, & non accidens ex vi verborum in myſterio iſto collocatur. Sed contrà, quia ſi accidens ex vi verborũ in obliquo ponatur, conuerſio non terminabitur ad accidens directè, ſed ad ſubſtantiã, quæ illud in obliquo importat: ſcilicet ad materiam primam in recto, quæ in obliquo dicit organizationẽ abſtractã à ſubſtantiali, & accidentali.

60. Solum ponitur vi verborum id, quod ſignificatur verbis aſſignatis.

Firmiter probatur hâc ratione, quæ ſimul ſit contrariæ deſtructio. Solũ illud ex vi verborum in Euchariſtiæ myſterio ponitur, quod per verba *Corpus meum, & ſanguis meus* ſignificatur: Atqui per eiuſmodi verba ſolum ſignificatur Chriſti ſubſtantia, nullumque ſignificatur accidens: Ergo ex vi verborum in hoc myſterio ſola Chriſti ſubſtantia, nullumque accidens ponitur. Minoris veritas, & conſequẽtiæ bonitas per ſe clarent. Maior certiſſima eſt, & à nullo negabitur, cùm ab omnibus concedatur, idem eſſe quærere, quid in hoſtia ponatur ex vi verborum, ac quid ſignificet in Chriſti verbis *Corpus meum*; & idem eſſe quærere, quid in calice ponatur ex vi verborum, ac quidnam in ore Chriſti ſignificent verba iſta *ſanguis meus*.

De actione Chriſti productiua ſtatuitur.

Accedit, nihil eſſe contra hanc ſententiam, quod vel ſpeciem aliquam habeat roboris, vel non iam eneruatum ſit. Solum illud, quod num. 57. de productione diximus, poſſet alicui difficultatem ingerere, ſed non alicui ſatis attento. Vel enim Chriſti productio non ſignificatur per illa verba, *Corpus meum*; *ſanguis meus*: Vel ſignificatur: Si non ſignificatur; Accidens eſt, & proinde non intrinſecè pertinens ad ſubſtantialem compoſitionem Dominici corporis, aut ſanguinis, nec ex vi verborum ſub ipſorum ſpeciebus conſtituitur. Si verò per illa verba ſignificatur; quidpiam ſubſtantiale eſt, & vnum cum Chriſto ſubſtantiali entitate conſtituens; ideóque debet æquè ex vi verborum ſub panis, & vini ſpeciebus collocari.

SECTIO VII.

Quænam entia creata ſub ſpecie panis, & ſub ſpecie vini per concomitantiam collocentur?

61. Per concomitantiam ſub ſpecie panis eſt ſanguis, & ſub ſpecie vini eſt corpus, & ſub vtraque eſt anima Chriſti.

SVb ſpecie panis conſtitui ſanguinem, & ſub ſpecie vini conſtitui corpus, & ſub vtrâque ſpecie conſtitui animam per concomitantiam, expreſsè definitur in Tridentino ſeſſ. 13. cap. 3. & inſinuatur ratio: quia Chriſtus poſt reſurrectionem non ſolum in anima, ſed etiam in corpore beatus, & glorioſus exiſtit: proindè connaturaliter ei debetur, vt ipſius corpus non exiſtat alicubi ſine ſuo ſanguine, nec eius ſanguis ſine ſuo corpore, nec item eius corpus ſine ſua anima rationali, &c.

Et proprietates, & omnia Chriſti accidentia independentia à loco certo.

Ex hâc ratione ſequitur primò, eſſe ſub vtráque ſpecie per concomitantiam omnes proprietates, & ornamenta independentia à loco determinato, quæ Chriſtus habet in cœlo, v. gr. quantitatem, ſi hæc à re quantâ diſtinguitur; primas qualitates cum optima temperie, & ſecundas ex his reſultantes, pilos item, & capillos. &c.

Etiam ſuperna, & ſtatus beatitudinis propria.

Sequitur ſecundò, eſſe per concomitantiam in Chriſti anima cunctas perfectiones ſupernaturales, independentes à certo ſpatio locali, quas in cœlo Chriſtus habet; nempe gratiam habitualem, & reliquos habitus intrinſecè ſupernaturales, gloriæ lumen, & viſionem beatificam, amoremque diuinum: quia gratiam vnionis congruentiſſimè ſequitur gratia habitualis, & aliæ dictæ perfectiones.

62.

Sequitur tertiò, habere Chriſtum in Euchariſtiâ cunctas beati corporis perfectiones, quas in Euchariſtia habere poteſt, & tales eſſe claritatem, & impaſſibilitatem: ſunt enim illæ dotes magnum beati corporis ornamentum, imò & magna pars beatitudinis corporalis: proindè congruentiſſimè debentur corpori, perfectè iam in cœlis beato, vbicumque alibi ponatur, ſi tamen ponatur illarum capax. Ponitur autem in hoc myſterio capax claritatis, & impaſſibilitatis; & quodammodò magis impaſſibilis, quam in cœlo, quatenus ſcilicet in cœlo ita eſt extenſum, vt ſi igni applicaretur, poſſet calefieri, & comburi, niſi Deus ignem alligaret: in Euchariſtia verò taliter eſt, vt cauſæ naturales, quamuis applicentur, & non alligentur, nequeant in Chriſtum agere: proindè habet ibi Chriſtus dotem impaſſibilitatis quodammodò auctam; & habet etiam quodammodò imminutam; nam in cœlo deſinere non poteſt ſubſtantialiter, & in hoſtia, & calice poteſt.

At impaſſibilitas quodammodo maior, & quodammodo diminuta eſt.

63. Sed agilitatis, & ſubtilitatis Dotes non ſunt expeditæ ad actus ſecundos.

Tandem ſequitur, non hîc habere corpus Chriſti dotem agilitatis, nec ſubtilitatis, ſaltem expeditas. Quia prior conſiſtit in poteſtate ſe mouendi de loco ad locum celerrimè; & in Euchariſtia nequit ſe loco mouere: ſubtilitas verò ſita eſt in facultate, quâ beati corpus pro libito poteſt cum quolibet alio corpore ſe penetrare. Et hanc poteſtatem alligatam habet in hoc myſterio corpus Chriſti: quia phyſicè vnitur ſpeciebus panis, & vini; & proinde ſicut ſpecies nequeunt ſe cum alio corpore penetrare, ita neque ipſum Chriſti corpus ſub illis exiſtens.

DISPVTATIO XXXVII.

De modo, quo vnio hypoſtatica, & perſonæ diuinæ exiſtunt in Euchariſtia.

VNio hypoſtatica, licet ſit facta realiter, in hac diſputatione coniungitur cum Verbo diuino, quia vtriuſque ratio eſt eadem quatenus ad præſens attinet inſtitutum.

SECT.

Digitized by Google

SECTIO I.

An Verbum Diuinum, & hypoſtatica Vnio ex vi verborum in hoc myſterio exiſtant.

GRadum facimus à rebus creatis, quæ in Euchariſtia ponuntur, ad increatas, Diuinitatem ſcilicet, eiuſque Perſonas, & ratione ſecundæ ad Vnionem hypoſtaticam, vt ſtatim ediſſeremus.

§. I.

Verbum, & Vnio vi verborum in Euchariſtia ſunt.

1\. PLacet quidem annotatio Lugi Diſput. 8. num. 111. Cùm de rebus increatis in præſens agitur, non eſſe quærendum, ex gr. Num Diuinitas, eiuſque perſonæ ex vi verborum in Euchariſtia ponantur. Diſplicet tamen ratio, quòd nequeant ibi nouam adquirere præſentiam; nam nec in ſpatio iuſti nouam adquirere poſſunt, & tamen dicuntur ad iuſtum venire: ratio vera eſt, quia *poni* ſignificat actionem phyſicam terminatam ad rem, quæ poni dicitur; neque hæc ſignificatio limitata, vel temperata eſt per ſacram ſcripturam, aut per Eccleſiam, vt temperata eſt in verbo *veniendi*. Diſplicet item, limitatio, quam idem author ſubindicat, nempè ſolùm quæri poſſe, Num Diuina eſſentia, & Perſonæ in hoc ſacramento ſint. Etenim Catholico, & Scholaſtico ſtylo quæri poſſet, Vtrùm Diuinitas, & Diuinæ perſonæ ex vi verborum, aut aliter veniant. Sicut enim ad animam iuſti veniunt, quia ratione gratiæ habitualis habent nouum titulum in illius ſpatio exiſtendi: ſic poſſet inquiri, Num ad Euchariſtiam veniant, ratione ſcilicet alicuius effectus in Euchariſtia poſiti, ex quo reſultet ſpecialis titulus, vt in illius ſpatio ſint: imò de Perſonis procedentibus quæri poſſet, Num ex vi verborum *Admittantur* ad Euchariſtiam, cùm ex vi gratiæ habitualis ad iuſtum *mittantur*.

Poni ſignificat Actionis phyſicæ, Terminum.

Ex rebus autem increatis in præſenti controuerſia primum locum obtinet Verbum Diuinum, & ratione illius hypoſtatica Vnio: quæ tametſi creata eſt, eius tamen, ac Verbi Diuini, quantum ad præſentem quæſtionem attinet, vna, & eadem eſt ratio: Cum nec Verbum in Chriſti humanitate ſpecialiter ſit, niſi per Vnionem hypoſtaticam; neque item hæc, niſi verbo eſſentialiter affixa: & proindè nec Verbum eſſe poſſit in Euchariſtia ſiue ex vi verborum, ſiue per concomitantiam, ſiue alio quouis modo, niſi eodem modo, quo Verbum eſt ibi, Vnio hypoſtatica ſit; & è conuerſo. Quapropter in aſſertionis probationibus, dum ſolius Verbi mentionem explicitam habebimus, Vnionis implicitam habere cenſendi ſumus.

2\. His præmiſſis affirmamus, Verbum Diuinum, Vnionemque hypoſtaticam in hoc myſterio ex vi verborum exiſtere. Hæc affirmatio, licet in Recentioribus paucos habeat patronos: inprimis tamen, teſte Lugo Diſp. 8. ſect. 6. num. 113. *aliquibus Doctoribus videtur probabilis*, idque nulla facta mentione rectæ intelligentiæ Concilij Tridentini (nam huic potiſſimè, & ferè vnicè, contraria ſententia innititur) ſequenti §. proferendæ: hac enim comperta, non dubito, quin eiſdem ſententia hæc valdè probabilis, vel potiùs omninò vera videretur.

Verbum & Vnio ſunt ex vi verborum in Euchariſtia.

Deindè inter Recentiores expreſſè aſſeritur, & ex profeſſo aſtruitur à Theologo præſtantiſſimo, deque venerabili Euchariſtia optimè merito, Claudio de Sainctes, Repet. 9. cap. 3. inter medium, & finem pagina 526. Conceptis enim verbis aſſerit non poſſe Diuinitatem à Chriſti corpore, & ſanguine ita ſeparari, *Vt vllo pacto ſermo de Euchariſtia à Chriſto habitus, verborum ſignificationem retineret.* Hoc ipſum, poſtquam optima ratione, quam num... nos exponemus, aſtruxit, iterum, & clariùs affirmat, inquiens: *Quod ſi corpus in cœna Domini à Diuinitate relinqueretur, falſa eſſet oratio Chriſti affirmantis, ſuum eſſe corpus. Quamuis enim remaneret corpus, non tamen remaneret corpus Chriſti, & Filij Dei.* Quod latè confirmat, aſſignato diſcrimine inter naturam, quæ eſt corpus Verbi, & purpuram, quæ eſt veſtis Regis: probans nempe, iſtam eſſe veſtem regiam, ſiue à Rege actu geſtetur, ſiue non: Corpus autem non eſſe Chriſti, niſi dum à Verbo ſuſtentatur, & in eo ſubſiſtit.

Claudius de Sainctes inſignis Theologus aſſerit hoc ipſum.

Demum plerique Recentiores oppoſitam ſententiam ideò potiſſimè tuentur, quia ſibi perſuadent, vel perſuaſum habent, illam ex Tridentino Concilio deduci: Propterea vias plurimas, & ſanè difficilimas, ad eam propugnandam excogitarunt, hodiéque excogitant, vt in §. 4. conſpiciemus. Ideò nos perſuaſionem iſtam refellere, & Concilij Tridentini grauiſſimam authoritatem Aduerſariis, tanquam hactenus non quidem iniuſtis, ſed tamen bonæ dumtaxat fidei poſſeſſoribus eripere, iam aggredimur.

Recentiores varias vias, & difficillimas inierunt, quia opinantur contrarium.

§. II.

Concilium Tridentinum noſtræ Theſi non aduerſatur.

TRidentini Concilij teſtimonium, quo ferè vnico Recentiores ad contrariam ſententiam pertrahuntur, habetur ſeſſ. 13. cap. 3. vbi cum definiiſſent Patres, Chriſti corpus, & ſanguinem ſub panis, & vini ſpecie, vna cum ipſius anima, & Diuinitate exiſtere, protinus adiunxerunt: *Sed corpus quidem ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub vini ſpecie, ex vi verborum; ipſum autem corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animamque ſub vtraque, vi naturalis illius connexionis, & concomitantiæ, qua partes Chriſti Domini, qui iam ex mortuis reſurrexit non amplius moriturus, inter ſe copulantur: Diuinitatem porrò, propter admirabilem illam eius cum corpore, & anima hypoſtaticam Vnionem.* Volunt autem Aduerſantes, nomine Diuinitatis ſignificari diuinum Verbum: quam partem, etſi §. 3. refutaturi ſumus, nunc illis permittimus. Addunt verò Concilij ſenſum eſſe, Diuinitatem ſub vtraque ſpecie eſſe concomitanter; quia de hoc modo exiſtendi proximè antè diſſerit, ac proinde eum quoque Diuinitati adhibuit; quam doctrinam ita refellimus. 3.

Teſtimoniū Tridentini declaratur.

Memorata Concilij verba tres habent partes, 4.

Digitized by Google

Verbum, exiſtere, ſubintelligitur in Textu Concilij.

partes, in quarum ſingulis per zeugma ſubintelligitur infinitiuus ille, *Exiſtere*, hoc ſcilicet pacto: *Sed corpus quidem ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub ſpecie vini, exiſtere vi verborum: Corpus autem ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, & animam ſub vtraque, exiſtere per concomitantiam: Diuinitatem porrò, exiſtere propter hypoſtaticam Vnionem.* Sed hæc ipſa partitio vnum dumtaxat, vel alterum admittit ſenſum, quorum neuter Aduerſariis patrocinatur: Ergò in hoc teſtimonio nullum illis eſt patrocinium. Maior, & conſequentia manifeſtæ ſunt. Minor tres habet partes: Vna eſt; partitionem illam vnum, vel alterum habere ſenſum; Altera eſt; neutrum Aduerſariis fauere: Poſtrema eſt; non admittere alium, nempe quem Aduerſarij cogitant: & quoad omnes haſce partes. Minor ſingillatim oſtendenda eſt.

5\. Si Tres modi exiſtendi aliquid intra Euchariſtiam aſſignentur.

Primò poteſt illa partitio ſic intelligi, vt Concilium tres diſtinguat exiſtendi modos; primum, *Ex vi verborum*; Secundum, *Per concomitantiam*; Tertium, *Per Vnionem hypoſtaticam*. Et hæc intelligentia nullam profectò violentiam, nullam duritiem præfert; ſed molliter, ac ſuauiter fluit: ſic nempè vt ſi diceres, Petrus mihi detulit centum aureos, & Ioannes centum aureos, & Franciſcus centum aureos: Sed Petrus quidem, ex iuſtitia, Ioannes autem ex gratitudine, Franciſcus porrò propter æternam gloriam; Citra vllam profectò violentiam perque ſummam quandam connaturalitatem intelligeremus, Franciſcum neutro ex duobus præuiuiis titulis, ſed tertio, prorſúſque diſtincto centum aureos detuliſſe, v. gr. titulo eleemoſynæ, vel alio ſimili: Ergò pariter intelligi poteſt Concilium diſtinguere tres exiſtendi modos, ſeu titulos, nempè, *Ex vi verborum*, & *Per concomitantiam*, & *Per Vnionem hypoſtaticam*. Et in hoc ſenſu, quem nos in Tomo de Incarnat. Diſp. 23. ſect. 2. latè confirmauimus, nullatenus fauet Concilium Aduerſariis, vt per ſe conſpicuum eſt.

6\. Si duo modi dumtaxat diſtinguantur.

Secundò poteſt Concilium ſic accipi, vt poſtquam duos illos priores modos diſtinxit, aſſerens quaſdam res exiſtere ex vi verborum, & quaſdam per concomitantiam adiungat, diuinitatem ſub vtraque ſpecie exiſtere, propter hypoſtaticam Vnionem; ſiue exiſtat ex vi verborum, ſiue per concomitantiam. Quo ſenſu nihil Aduerſarios iuuari, luce eſt clarius. Sic autem ipſum aſſtruimus. Senſus iſte prædictis Concilij verbis citra vllam violentiam competit: Atqui aliunde ſumma Concilij authoritate, & grauitate digniſſimus eſt: Ergò Concilij verba duos capiunt ſenſus admodùm aptos, quorum neuter Aduerſantibus ſuffragatur. Conſequentia per ſe clareſcit: Præmiſſæ probationem exigunt.

Maior ergò probatur. Quia potuit Verbum in Euchariſtia exiſtere *ex vi verborum*, & potuit exiſtere *Per concomitantiam*: ſed vtrouis modo exiſteret, veriſſimè diceretur exiſtere propter Vnionem hypoſtaticam: Ergò Concilij locutio planiſſimè capit hunc ſenſum, Diuinitatem exiſtere propter hypoſtaticam Vnionem, ſiue exiſtat ex vi verborum, ſiue per concomitantiam. Hac illatione nihil clarius. Maiore nihil communius, nec probatu facilius: nam ſi Chriſtus dixiſſet, *Hoc eſt corpus meum in Verbo ſubſiſtens*: Verbum ibi exiſteret ex vi verborum: Si dixiſſet, *Iſta eſt entitas materiæ, in quam Maria entitatem formæ rationalis induxit*, eſſet Verbum per concomitantiam. Minor æquè eſt facilis, quia ratio, ſeu medium neceſſarium, & efficax, vt corpus illud in Verbo ſubſiſtat, eſt Vnio hypoſtatica; & hac ſtante in materia, non poteſt non exiſtere Verbum vbi materia eſt: Ergò in priori propter Vnionem exiſteret Verbum ex vi verborum, & in altero etiam propter Vnionem exiſteret per concomitantiam.

Minor verò præcipui ſyllogiſmi, quæ continebat, eſſe hunc ſenſum Concilij grauitate, & authoritate digniſſimum, probatur. Quia Concilium in verbis adductis certò, ac dilucidè ſtatuit veritatem ſpectantem ad fidem Catholicam; nempè eſſe totum Chriſtum in Euchariſtia realiter: & ſub ſpecie quidem panis corpus, & ſub vini ſanguinem, *Ex vi verborum*: ſub ſpecie verò vini corpus, & ſub ſpecie panis ſanguinem, animamque ſub vtraque *concomitanter*: Diuinitatem porrò propter hypoſtaticam Vnionem: Quod autem Diuinitas ex vi verborum, aut per comitantiam ſit, nihil ad fidem ſpectabat; cum totum id pendeat ex ea quæſtione, Num Chriſtus his verbis *Corpus meum, ſanguis meus*, intellexerit non ſolam entitatem ſui corporis, & ſanguinis, ſed etiam ſuam ſubſiſtentiam. Id verò quid, precor, ad ſtatuendam huius myſterij fidem, vel ad Concilij ſcopum, vel ad dirimendas cum Hæreticis controuerſias attinebat? Pertinuit igitur vehementer ad Concilij authoritatem, & inſtitutū, non eam rem definire, ſed conſtituta fidei veritate, quod ibi ſit propter Vnionem Diuinitas; ſit ne ex vi verborum; an concomitanter, an etiam aliter, Theologis committere diſputandum, vel ex aliis ſui ipſius dictis inferendum.

7\. Senſus eſt grauitate Concilij digniſſimus.

Et fini Concilij conſonus.

Iam verò, quòd ibi Concilium non ſignificet, Diuinitatem in Euchariſtia per concomitantiam exiſtere, prout Aduerſarij cogitant; & quod hic ſenſus omninò violentus ſit, vt num. 4. in Minori præcipui ſyllogiſmi propoſuimus, probatur. Quia ſi Concilium id ſignificaret, eſſet, vt Aduerſantes volunt, quia cum dixiſſet, Corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, & animam ſub vtraque eſſe per concomitantiam, immediatè ſubdidit, *Diuinitatem porrò propter hypoſtaticam Vnionem*; ita ſcilicet, vt in hac parte ſubintelligatur *Tò per concomitantiam*, quod in proxima præceſſerat: Sed hoc eſt apertè falſum: Ergò ſenſus ille Concilij verbis non congruit. Maior eſt totum Aduerſantium fundamentum: proindè conſequentia manifeſtiſſima. Minorem verò, quæ ſola negatur, ipſo Concilij contextu diligenter expenſo conſpicuam ſine dubio reddemus.

8\. Non poſſunt Aduerſarij ex Tridentino tueri ſuā opinionem.

Quippè non ait nudè Concilium, *Corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animamque ſub vtraque eſſe per concomitantiam; ſed vi naturalis illius connexionis, & concomitantiæ, qua Chriſti partes nunc inter ſe copulantur.* Dicant igitur Aduerſarij, quænam iſtius coli vox, aut vocum aggregatio concomitantiam ſignificans, per zeugma ſubintelligi debeat in ſequenti iſto colo, *Diuinitatem porrò propter hypoſtaticam Vnionem*? Dum enim id non oſtendant, ſenſum illum probare, vel tueri non poſſunt, vt per ſe conſtat. Non poſſe autem id oſtendere, inductione ſubiecta probatur.

Non enim ſubintelligi debent, nec poſſunt omnes iſtæ voces, *vi naturalis illius connexionis*,

Digitized by Google

xionis, & concomitantiæ, qua Chriſti partes inter ſe copulantur: nam hic titulus eſt ſpecialiſſimus & proprius ad aſtruendam exiſtentiam vnius partis per concomitantiam, vbi altera eſt ex vi verborum: Et aliunde eſt impertinens ad aſtruendam in Euchariſtia concomitantem verbi exiſtentiam, quippe quod ſi nunc per concomitantiam ibi exiſtit, etiam exiſteret, quamuis vna tantum Chriſti pars ibi reperiretur. Non igitur ibi debent, nec poſſunt per Zeugma ſubintelligi voces illæ omnes, *vi naturalis illius connexionis, & concomitantiæ, qua Chriſti partes inter ſe copulantur.*

Nec debent, aut poſſunt per Zeugma ſubintelligi ſolæ iſtæ voces, *vi concomitantiæ*. Hoc enim eſſet contra totam humanæ locutionis conſuetudinem. Etenim per Zeugma non ſubintelliguntur in vno colo voces, quæ in altero tanquam eius propriæ ponuntur, nimirum affectæ adiectiuis, propriis illius coli, in quo exprimuntur, ac proinde ad illius coli materiam per eiuſmodi adiectiua alligatæ, & proinde eidem colo, in quo exprimuntur, appropriatæ: Sic vero ſe habent voces iſtæ, *vi concomitantiæ*, cum non ponantur nudæ, ſed proprio illius coli adiectiuo veſtitæ; in hunc nempe modum: *vi naturalis illius connexionis, & concomitantiæ, qua Chriſti partes nunc inter ſe copulantur.*

9. Exemplo rem illuſtremus: Si quis ita loqueretur: *Petrus quidem Ioanni detulit centum aureos titulo gratitudinis: Antonius autem totidem titulo illius obligationis iuſtitiæ, quam ex emptione contraxerat: Martinus porro totidem, propter metum æternæ damnationis.* Sanè in hac tertia verborum parte nemo iure ſubintelligeret, Martinum detuliſſe centum aureos ex iuſtitia, vel emptione debitos; nam & iuſtitiæ titulus, & ex emptione conſurgens, non poneretur in parte præcedente nudus, vel tamquam indifferens ad multas perſonas, ſed tamquam Antonij proprius: & Martinus propter metum damnationis æternæ potuiſſet Ioanni centum illos aureos deferre ſine vlla iuſtitiæ obligatione; ſcilicet nomine eleemoſynæ ad Deum ſibi placandum; titulo Charitatis, ad illius neceſſitatem ſubleuandam, aliiſque plurimis titulis gehennæ metum inducentibus: Ergo ſimiliter in tertia noſtri contextus parte, non eſt cur debeat ſubintelligi τὸ *vi concomitantiæ*. Eſt enim ratio pariſſima: nam & titulus concomitantiæ ponitur vt ſecundi membri proprius; & poteſt Diuinitas aliter, quam vi concomitantiæ ſub vtraque ſpecie poni, & ſemper ob Vnionem hypoſtaticam; vt ſuprà iam demonſtraui.

Diuinitas exiſtit in ſacramento propter Hypoſtaticam vnionem.

10. Amplius elucidatur ſenſus tridentini ex interpunctione.

Nec illud cogi, ſed aperiri debet, ad pleniorem veritatis oſtenſionem, quod in hoc Tridentini contextu, quem verſamus, maiore interpunctione diſtinguitur, & ſeparatur colon tertium, vbi agitur de exiſtentia Diuinitatis propter hypoſtaticam vnionem, à colo ſecundo, in quo agitur de exiſtentia corporis ſub ſpecie vini & de exiſtentia ſanguinis ſub ſpecie panis, & de exiſtentia animæ ſub vtraque, per concomitantiam; quàm iſtud ſecundum colon ſeparetur à primo, vbi ſermo eſt de exiſtentia corporis ſub ſpecie panis, deque exiſtentia ſanguinis ſub ſpecie vini; & vi verborum. Etenim inter partem primam, & ſecundam, in quibuſdã editionibus ponitur (;) ſeu colon minus; inter ſecundam, & tertiam ponitur (:) ſeu colon maius: In aliis autem editionibus inter primam, & ſecundam partem ponitur colon maius; inter ſecundam autem, & tertiam ponitur punctum. Ergo inueriſimile eſt, quod in tertia parte ſubintelligatur illa verba *vi concomitantiæ*. Conſequentia eſt euidens; quia ſi hæc ſubintelligerentur, tota interpunctionis ratio poſtularet, vt non magis diuideretur tertia pars à ſecundâ, quàm ſecunda à primâ, ſed potiùs minùs: quia ſcilicet in primâ, & ſecundâ ſunt duo diuerſi modi exiſtendi; atque adeò poſtulant magnâ interpunctione diſiungi: in tertia verò poneretur idem exiſtendi modus, qui in ſecunda: Ergo multò minùs deberet à ſecunda diſtingui, quam hæc à primâ. Demus enim Petrum Paulo ſoluiſſe centum aureos ex iuſtitiâ, Ioannem autem, & Martinum ex gratitudine ob diuerſa beneficia ab illo accepta; profectò ineptiſſimè quis ita interpungeret. *Petrus quidem centum Paulo detulit aureos obligatione iuſtitiæ, Ioannes autem alios centum titulo gratitudinis: Martinus porrò propter libertatis beneficium à me acceptum.* Vel ita: *Petrus quidem Paulo detulit centum obligatione iuſtitiæ: Ioannes autem alios centum titulo gratitudinis: Martinus porrò propter libertatis beneficium à Paulo acceptum.* Vtraque enim iſtarum interpunctionum ineptiſſima eſſet; nec debemus, nec poſſumus Concilio talem aſcribere: Ergo nec ipſum in tertio colo de concomitantia intelligere.

§. III.

Tridentini Patres, antiquioreſque Theologi ſupponunt, verbi perſonalitatem, & vnionem hypoſtaticam ex vi verborum exiſtere.

Hanc theſim vt aſtruamus, præmittimus Conciliũ nomine diuinitatis non intelligere Verbum diuinum, nec eius perſonalitatem, ſed ſolam diuinam eſſentiam, ſeu deitatem. Primò, quia Concilium in materia doctrinali, ſubtili, & valdè Theologicâ, non eſt credendum recedere à locutione propriâ, & Theologis vſitatâ, & vſurpare impropram, & inuſitatam: Atqui diuinitatem pro merâ deitate, ſeu Dei natura dicere, locutio eſt propria, & Theologis vſitata: Verbum autem, eiuſue perſonalitatem diuinitate vocarẽ, locutio eſt impropria, & Theologis inuſitata: Ergo non eſt credendum Concilium ab illa diſceſſiſſe, & iſtam vſurpaſſe; ſed potiùs credi debet nomine diuinitatis non diuinum Verbum, aut eius perſonalitatem, ſed ipſam deitatem ſignificaſſe. Nec dicas, non poſſe Concilium ab impropria locutione vindicari. Nam ait, exiſtere in Euchariſtia diuinitatem propter mirabilem eius cum corpore, & animâ hypoſtaticam vnionem Sed contrà, quia cum diuinitas mediatè ſit humanitati vnita, ſanè vnionem hypoſtaticam, vnionem diuinitatis vocare, nec inſolita eſt, nec impropria locutio.

11. Tridentinum vocat diuinitatem Deitatem ipſam, & eſſentiam diuinam, Quo nomine non intelligit ipſam verbi Perſonalitatem.

Diuinitas eſt mediatè vnita cum Humana natura.

Secundò, quia hoc ipſo, quod Concilium dixerat, eſſe in Euchariſtia Chriſti corpus; & Chriſti ſanguinem, & Chriſti animam, diceret eſſe in Euchariſtia Verbum; cum ex fide conſtet iſtud cum illis omnibus fuiſſe hypoſtaticè vnitum, & nunquam ſeparatum: Ergo non eſt cur credamus nomine diuinitatis intellexiſſe Verbum diuinum, ſed nudam, quaſi

Digitized by Google

vox ſonat, Deitatem. Confirmo, quia Concilium in tertia parte non dicit eſſe in Euchariſtia Vnionem hypoſtaticam, ſed potius ſupponit illam eſſe in Euchariſtia: Ergo ſupponit iam antea ſufficienter dictum, illam exiſtere, nimirum, dum dictum erat, Chriſti corpus, & ſanguinem, & animam ibi exiſtere: ac fortaſſe propterea Concilij Patres aiunt, exiſtere diuinitatem *propter mirabilem illam eius cum corpore, & anima hypoſtaticam Vnionem*, quaſi dicant, propter illam vnionem, quam aſſignato Chriſti corpore, & anima ſatis, ſuperque indicauimus.

13. Dices, Tridentini Patres eam locutionem, & ſententiam accipiunt ex S. Thoma, & aliis antiquis ſcholæ Doctoribus de hac materia ſcribentibus: Sed iis Doctores nomine Diuinitatis intelligunt in præſenti Verbum diuinum: Ergò etiam Tridentini Patres iſtud intelligunt. Nego Minorem, & impugno: quia qui pro illa citantur ſunt Innocentius III. lib. 4. de Myſteriis Miſſæ cap. 19. S. Thomas hic q. 76. ar. 1. ad 1. & in 4. diſt. 10. q. 2. Durandus ibidem q. 6. n. 6. & Marſilius quæſt. 8. ar. 2. Sed hi Doctores eam ſententiam non tradunt: Ergo &c. Minorem probo, quia Innocentius quæſtionem iſtam, vt plurimas alias decernere non audet: & ſolum reputat ineptam argumentationem, quam aliqui pro noſtra ſententia afferebant. Reliqui verò nec Verbum, nec Verbi ſubſiſtentiam nominant, ſed ſolum Diuinitatem, vt apud ipſos videri poteſt nec aliquid dicunt, quod non poſſit de ſola Diuinitate optimè intelligi vt iam oſtendam.

S. Thom. & alij priſci DD. nomine diuinitatis non intelligebant Verbum diuinũ.

Tres enim rationes proferunt. Vnam, S. Thomas hic q. 76. ar. 1. ad 1. inquiens. *Quia enim Diuinitas corpus aſſumptum numquam depoſuit, vbicumque eſt corpus Chriſti, neceſſè eſt eius Diuinitatem eſſe.* Atqui S. Thomas in hac eadem 3. p. q. 2. ar. 2. expreſſe ait, naturam diuinam ſecundariè ſumpſiſſe terminum humanitatis, eamque ſecundariò aſſumpſiſſe: Ergo credibilius eſt, hic accipere aſſumptionem pro ſecundaria, quam accipere diuinitatem pro Verbo, aut verbi perſonalitate. Alteram rationem habet idem S. Thomas in 4 diſt. 10. q. 1. ar. 2. quæſtiunc. 1. nempe ex vi verborum nõ eſt niſi quod eſt terminus conuerſionis: Sed non eſt terminus conuerſionis, niſi quod eſt cibus, & potus, quod non habet anima, nec diuinitas: Ergo &c Minor autem ſi de Deitate capiatur, veriſſima eſt: ſi de Verbi ſuppoſito, falſa: nam ſicut ſubſiſtentia non ratiocinatur, eſt tamen complementum naturæ ratiocinantis, & cum ea conſtituit hominem; ita licet ſubſiſtentia diuina non alat, vnitur tamen humanitati, eſtque illius complementum, & cum ipſa conſtituit cibum, & cum natura ſanguinis vnum potum: Tertiam rationem plerique aſſerunt, quia Diuinitas per corpus non ſignificatur: quæ ratio de Deitate verum habet, de perſonalitate falſum, vt iam oſtendimus, & infra roborabimus.

Diuina ſubſiſtentia cum natura corporea conſtituit cibum; & cum natura ſanguinis conſtituit vnum potũ.

14. Hinc obiectionem redarguo, partemque alteram aſſertionis confirmo. Nam antiquos illos Scholaſticos, homines planè exactos quique in hac ipſa controuerſia, quia videbant corpus, de quo Chriſtus agebat, non eſſe ſolam materiam primam, nec eſſe corpus anima rationali præditum, eo quod in triduo conſecrari potuiſſet, affirmarunt Chriſti corpus dicere animam rationalem, non vt talem, ſed vt formam dantem eſſe humanum, viuo, & mortuo commune, vt videre licet in Durando, & aliis: homines, inquam, adeo ſubtiles, incredibile eſt nomine corporis non intelligere corpus ſubſiſtens; cum prius ſit eſſe corpus, atque adeò ſubſiſtens, quam eſſe animatum, aut inanime, viuum, aut mortuum. Corpus autem pro ſubſiſtente ſumentes, manifeſtè ſuppoſuerunt, Verbi perſonalitatem ex vi verborum in Euchariſtia exiſtere; & proinde nomine Diuinitatis non Verbi perſonam, ſed Deitatem intellexerunt. Atque adeò S. Synodus doctrinam iſtam ſupponens, eodem ſenſu Diuinitatis nomen accepit.

Corpus intelligitur ſubſiſtens & corpus Chriſti includit verbi diuini ſubſiſtentiam.

Vrgeo, quia S. Thomas, aliique antiqui Theologi, nunquam aiunt, Vnionem hypoſtaticam eſſe in Euchariſtia per concomitantiam: At ſi cenſerent, Verbum diuinum per concomitantiam ibi exiſtere, neceſſariò idem de Vnione cenſuiſſent, id autem cenſentes nunquam omnino dixiſſe, ſed perpetuo ſilentio tèuiſſe, veriſimilitudinem non habet. Neceſſe igitur eſt, vt S. Thomas, & antiqui alij Theologi dum aſſerunt, Diuinitatem in Euchariſtia exiſtere, Diuinitatem propriè, & ſtrictè ſumant: dumque pronunciant, corpus ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub ſpecie vini ex vi verborum exiſtere, corpus accipiant propriè pro ſubſiſtente, & ſanguinem item propriè pro ſubſiſtente; atque adeò cenſeant, Verbi diuini ſubſiſtentiam, & Vnionem hypoſtaticam ex vi verborum ſub dictis ſpeciebus eſſe; eademque fuerit Concilij Tridentini mens; quippe quod eodem pacto ſe habuerit, decernendo Corpus eſſe ex vi verborum ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub ſpecie vini; & addendo Diuinitatem ſub vtraque; & non exprimendo qua ratione ſit in hoc myſterio Vnio hypoſtatica, ſed ſupponendo illam eſſe ratione ſcilicet corporis, & ſanguinis; & affirmando Diuinitatem ſub vtraque ſpecie exiſtere propter Vnionem illam hypoſtaticam, nempe in Chriſti corpore, & ſanguine directè incluſam.

Antiquorum nemo dixit vnionem Hypoſtaticam eſſe in Euchariſtia per concomitantiã.

§. IV.

Eandem veritatem ex plurimis fidei regulis, & Theologis Recentioribus inferimus.

15. Pontifices, Concilia, & Patres, quos in Tomo de Incarnat. Diſp. 12. ſect. 2. §. 2. magno numero attulimus, & expendimus, perſpicuè docuerunt, Chriſti humanitatem eadem actione, qua producta fuit, cum Verbi fuiſſe perſonalitate vnitam. Inde autem iuxta communem theologizandi rationem apertiſſimè ſequitur, Verbi perſonalitatem in Euchariſtia ex vi verborum exiſtere. Non enim poteſt, etiam diuinitus, exiſtere vnio, niſi vbi vtrumque extremum exiſtat; ſed ex vi verborum exiſtit in Euchariſtiæ ſacramento vnio humanitatis cum Verbi ſubſiſtentia: Ergo & hæc ibidem ex vi verborum exiſtit. Maior per ſe innoteſcit. Conſequentia pleriſque Recentium placet. Minor patet, quia vi verborum ponitur humanitatis Chriſti productio: Sed hæc, vt ex tot fidei regulis præmiſimus, eſt ipſamet Vnio hypoſtatica: Ergo &c.

Humanitas producta eſt & vnita cũ Perſonalitate per eamdem Actionem.

Illam ipſam identitatem Vnionis hypoſtaticæ cum humanitatis productione tradiderunt,

runt, vt in ſect. citata §. 1. oſtendimus, S. Thomas, plurimique alij grauiſſimi Theologi, tum Reales, tum Nominales, tam Veteres, quam Recentiores, & in eis Molina, Valentia, quorum ſententiam ipſemet Suarez, ibidem adductus, ſatis probabilem exiſtimat. Quocirca ratione numero proximo facta planè conuincitur, ſententiam, quam in hac ſectione tuemur, ex S. Thoma, cæteriſque proximè relatis deduci vt veram; & ex P. Suarez, vt ſatis probabilem.

Quod ipſe P. Suarez exiſtimat probabile.

16. Et conſequenter debet aſſerere.

Imò cenſemus ex ipſo P. Suarez eam deduci vt veram, & proinde inconſequenter ab ipſo fuiſſe impugnatam. Cenſet enim Suarez, vt in loco proximè citato de Incarnatione retulimus, humanam Chriſti naturam eſſe productam per quandam actionem, & ſi cum Vnione hypoſtatica non identificatam, eſſentialiter tamen cum ipſa connexam, ita ſcilicet, vt ſine Vnione hypoſtatica nec diuinitus exiſtere poſſet: ad eum planè modum, quo tradit, Eductionem, etſi non ſit vnio, eſſe tamen cum vnione ſummè connexam, ita vt ſine illa per nullam potentiam poſſit exiſtere. Vnde ſic argumentor: Ex vi verborum ponitur humanitatis productio eſſentialiſſimè coniuncta cum Vnione hypoſtatica: Ergo ex vi verborum ponitur Vnio hypoſtatica: Ergo & Verbi hypoſtaſis. Quæ duæ illationes ſunt euidentes iuxta communiſſimam Recentiorum Theologiam, aſſerentium, ſi Vnio vi verborum exiſtat, & Verbum ex vi verborum exiſtere, quia illa ſine iſto nullatenus exiſtere valet, nec ſignificari directè verbis Chriſti conſecratoriis.

17. Et Thomiſtæ coguntur affirmare, iuxta opinionem ſuam.

Quare etiam Recentiores Thomiſtæ, ſi conſequenter loquantur, in hanc ſententiam, vel in aliam, quam omnes renuunt, mihi compelli videntur. Docent quippe Chriſti humanitatem non habere exiſtentiam creatam, ſed exiſtere, per increatam, per quam ſcilicet Verbi perſonalitas exiſtit: proinde vel per ipſam Verbi perſonalitatem, ſi hæc ſibi exiſtentia eſt, vel per exiſtentiam increatam abſolutam. Ex quo ſic argumentor. Chriſti corpus in ſacramento ex vi verborum ponitur exiſtens: Ergo ex vi verborum eſt in ſacramento exiſtentia, per quam Chriſti corpus exiſtit: Vel ergo iſtud exiſtit per Verbi perſonalitatem, & ſic hæc ex vi verborum in ſacramento eſt, quod intendimus: Vel Chriſti corpus exiſtit per exiſtentiam abſolutam, ſeu per ipſam Diuinitatem; & ſic Diuinitas ex vi verborum in Euchariſtia eſt, quod omnes omninò reſpuunt, & plerique docent à Tridentino damnatum.

Dominic. Bannes egregius Thomiſtarum Magiſter vrgetur, quia cenſet in Euchariſtia manere exiſtentiam ſubſtantiæ Panis.

Confirmatur, quia propterea Recentes aliqui Thomiſtæ, & nominatim Bannes 1. p. q. 3. ar. 4. & q. 4. art. 2. in prima editione, docuerunt, in Euchariſtia permanere creatam panis, & vini exiſtentiam, quia cenſent iſtam ab entitate creatæ ſubſtantiæ re ipſa diſtinctam: & accidentia exiſtere per exiſtentiam ſuæ ſubſtantiæ; ac proinde cum panis, & vini accidentia exiſtant in Euchariſtia, prorſus exiſtere accidentia panis per exiſtentiam panis, & accidentia vini per exiſtentiam vini. Quam ſententiam in poſteriori editione ita reuocat Bannes, vt adhuc affirmet eſſe probabilem. Cùm igitur Thomiſtæ Recentiores obfirmato animo, & tanquam verum affirment, Chriſti corpus, & ſanguinem exiſtere per exiſtentiam increata; & negare non poſſint, Chriſti corpus in Euchariſtia ex vi verborum eſſe exiſtens, & Chriſti ſanguinem exiſtentem; omninò neceſſe eſt, aſſerant, increatam, ſeu diuinam exiſtentiam ex vi verborum ſub vtraque ſpecierum exiſtere.

§. V.

Rationibus comprobamus.

18. Prima ratio pro vera ſententia.

PRima. Corpus hominis, vt eſt viuo, & mortuo commune, in recto dicit compoſitum ex humani corporis natura, & ſubſiſtentia, ac proinde in recto dicit, & ſubſtantialem humani corporis entitatem, & ipſius ſubſiſtentiam: Ergo Chriſti corpus in recto dicit compoſitum ex humanitate Chriſti, & ſubſiſtentia Verbi, ac proinde iſtam in recto dicit.

Reſpondent Aduerſantes; Etſi corpus habeat realiter ſubſiſtentiam, & à parte rei ſit in recto ſubſiſtens: nomen tamen *Corpus* non ſignificare ſubſiſtentiam: quia ſignificat corpus vt partem, & pars non ſignificat ſubſiſtentiam: quod duplici via probant: Vna, quia tametſi brachium, caput, pes à parte rei ſint aliquid in recto ſubſiſtens, nihilominus tamen ipſorum nomina ſubſiſtentiam non ſignificant; Vnde abſolutè dicitur. Verbum aſſumpſiſſe caput, brachia, & pedes, cum tamen ſubſiſtentias minimè aſſumpſerit. Altera, quia licet Verbum diuinum vnitum ſit brachio, & pedi, non tamen dicitur, *Verbum diuinum eſt brachium*, aut, *Verbum diuinum eſt pes.*

Reſponſio contrariorum debilis.

Hæc tamen debiliſſima ſunt. Nam inprimis, ſi corpus ex natura ſua, & à parte rei, eſt quidpiam compoſitum ex natura, & ſubſiſtentia; quæ ratio eſſe poteſt, vt nomen *Corpus*, non illud compoſitum ſignificet? Cur, obſecro, ſignum à ſignato diſcrepet? Dices, quia ſignificat illud vt partem. Sed contra, quia ſi eſſe re ipſa partem, corpori non aufert, quod à parte rei ſit compoſitum ex entitate ſubſtantiali, & ſubſiſtentia: Ergò nec illi aufert, quod nomine ſibi proprio quatenus tale ſignificetur. Deinde, ſi nomen, vt rectè dixit Ariſtoteles, compendioſa eſt rei definitio, & Aduerſariorum plerique concedunt corpus, quod eſt hominis pars, eſſe quidpiam ſubſiſtens; ſanè contra ſe ipſos agunt, aſſerentes, per nomen, *Corpus*, non ſignificari ſubſiſtentiã. Prætereà licet materia prima non vendicaret ſubſiſtentiam propriam, ac proinde nec nomen *Corpus* pro materia prima vſurpatum, ſubſiſtentiam ſignificaret; hoc tamen in præſenti locum nõ habet: nam *Corpus* in Chriſti verbis non ſignificat corpus vt partem eſſentialem contra diſtinctam à forma ſubſtantiali, ſed ſignificat totum quoddam compoſitum ex materia, & forma, vt à ſanguine contradiſtinctum: Atqui totum illud, vt à ſanguine contradiſtinctum, & poteſt, & ſolet à parte rei eſſe, & ſignificari ſubſiſtens, vt quotidie cernimus in cadauere exſangui; & conſtitit in ipſo Chriſti corpore poſt lateris percuſſionem: Ergo fundamenta illa conſpicuè debilia ſunt.

Nomen eſt definitio compendioſa.

19. Secunda ratio ex verbis Chriſti deſumitur.

Secunda. Qui dixit, *Hoc eſt corpus meum*, erat ſubſiſtens, & ſubſiſtens per Verbi ſubſiſtentiam, & nunquam aliam habuerat, habituruſve erat: Ergo voce illa, *meum* non ſignificauit corpus abſque ſubſiſtentia, ſed cum ſubſtentia, neque cum alia ab illa, quam habebat, habituruſque erat ſemper, atque adeò Verbi: Proinde τὸ, *corpus meum* in Chriſti locutione

tionẽ

tione diuinam Verbi ſubſtantiam actu,& formaliter ſonat.

Hac voce *Meum* conuincitur Suarez n. 15. relatus, & Ochagauia tract.da Euchariſtia, vt credant corpus in Chriſti verbis ſignificare ſubſiſtentiá,abſtractá tamen à ſubſiſtentia Verbi, & ab alia creata, quam humanitas poſſet habere. Sed refelluntur validiſſimè. Primò quia propterea Chriſtus voce *Corpus* ſignificauit corpus conſtitutum per formam ſubſtantialem abſtractam à rationali, & cadauericâ, quia de facto futurum erat vtrâque iſtâ ratione: dabatque Chriſtus poteſtatem ponendi ſuum corpus, cum ea forma,cum qua futurum erat: ſed Chriſti corpus nunquam fuit, nec futurum eſt cum ſubſiſtentia creata, nec Chriſtus poteſtatem dedit nobis ad conſtituendum ſuum corpus cum creata ſubſiſtentia in hoc myſterio: Ergo dici non poteſt per corpus ſignificaſſe ſubſiſtens per ſubſiſtentiam creatæ, & increatæ communem.

Quæ verba non ſignificant ſubſiſtentiam abſtractè.

Confirmo: Quia ſicut Chriſti corpus nunquam habiturum erat ſubſiſtentiam creatam, ita nec habiturum erat alteram increatam,nempè Patris;aut Spiritus ſancti,aut Spiratoris, aut abſolutam, deitatiſque propriam: Ergo ſicut non obſtante, quod creatam non eſſet habiturum, ſignificat ſubſiſtentiam abſtractam à creatâ; ſic dici debuit, ſignificare ſubſiſtentiam abſtractam ab omni increata, & creatâ; quod aduerſari;negant: vel certè ſolâ, & omni ſubſiſtentia increata; & ſic iam ſubſiſtentia Diuina conſtitueretur ex vi verborum ſub ſpecie panis. Et ſanè miror,non illos iſtud aſſeruiſſe, cum & concedant ſubſiſtentiæ increatæ vnum conceptum vniuocum;& Chriſti dignitati,& ſacramento magis id congrueret, vt num. 22. exponetur? Et ſic effugerent id, quod tantoperè fugitant,nempe Verbum diuinum, quod in Tridentino per diuinitatem intelligunt, ex vi verborum hîc eſſe, non enim eſſet niſi per concomitantiam. Quæ denuò probant,in ſententiâ contrariâ nihil conſtans,aut firmum eſſe.

Et ſententia contraria parum conſtans in dictis.

20. Deindè, cum corpus, quod Chiſtus ſub ſpecie panis tradebat, eſſet tunc Verbo vnitum, & Chriſti corpus, ſeu viuum,ſeu mortuum, quod à nobis poſteà ſub ſpecie panis erat ponendum, ſemper eſſet futurum. Corpus Chriſti, & in Verbo ſubſiſtens: quæ ratio mouere potuit Chriſtum, vt per τὸ, *meum*, non ſignificaret in Verbo ſubſiſtens? Certè nulla poteſt aſſignari ratio, quæ Chriſtum ad eam nominis vſurpationem adigeret, tam alienam ab vſu, & locutione ſolemni, & prætereà ad ſacramenti veritatem, ſortem, & effectum minimè requiſitam, vt per ſe propemodum conſtat, & diluendo contrariorum argumento poſteà roborabitur.

Quin potius ad illam vocis acceptionem vitandam duplici alio incommodo vehementiſſimè incitabatur: Vno, quia alioqui valdè inconſequenter in verbis proximè ſequentibus ageret; Altero,quia ipſum beneficium, quod in Euchariſtia nobis conferebat, infinitè minueret.Prius incommodum oſtendo,quia Chriſti verba hæc ſunt. *Accipite,& manducat, hoc eſt corpus meum,quod pro vobis tradetur*,Atqui relatiuū,*quod*,nō dicit corpus abſq; ſubſiſtentia,nec cum ſubſiſtentia abſtracta à creatâ & increata, ſed cum ſubſiſtentia increata:nam etli *Chriſtus non eſt traditus* quatenus Deus, vt rectè docuit Adrianus Papa in ſua Decretali contra Felicem, & Elipandum, verè tamen Deus traditus fuit: nam eſt traditus, vt eſſet pretium noſtræ redemptionis, nec aliter fuit noſtræ redemptionis pretium,niſi deificatum: Ergo etiam nomen *Corpus* non dicit ſolam corporis eſſentiam,vel cum ſubſiſtentia creata,vel abſtracta à creata, & increata, ſed cum ſubſiſtentia Verbi increatâ. Conſequentiam probo, quia tametſi verba illa *quod pro vobis effundetur*, neceſſaria non ſint ad conſecrationem, & ad iſtam efficiendam non requiratur illa proportio relatiui *quod*,ad,*Corpus*, antecedens;aliundè tamen duplici ex capite requiritur: Vno, quia in hâc materiâ, vbi Hæretici verba tam variè capiunt, tenendus Catholicis eſt planiſſimus, & pleniſſimus, & omninò ſimplex, & vniformis verborum ſenſus: quod minimè fiet, ſi dicamus, τὸ, *Corpus*, non ſonare quidpiam ſubſiſtens,& τὸ, *quod*, quidpiam ſubſiſtens ſonare. Nam *quod traditur*, & *qui effundetur*, referunt planè nomen,*Corpus*, & nomen,*Sanguis*, nuper ſignificatione communi, & vſitata apud homines prolatum, & dictum; ergo dictum & prolatum, vt eſt nomen concretum ſubſtantiale completum.

Et minuit dignitatem beneficij diuini.

Corpus ſignificatur ſubſiſtens ſicut tunc erat, & ſemper fuit in Chriſto.

Alterum incommodum demonſtro, quia ſi *Corpus* non ſignificaret corpus in Verbo ſubſiſtens, traditio illa. *Accipite*, *Hoc eſt corpus meum*, infinitè deficeret in ratione dignitatis, & beneficij,quod contineretur verbis eiſdem, corpus in recto ſubſiſtens ſignificantibus. Corpus enim vel nullam omnino dicens ſubſiſtentiam, vel dicens ſubſiſtentiam à creata, & increata præciſam, & proinde indifferentem ad illarum vtramlibet, infinitè inferius eſt corpore determinatè includente ſubſiſtentiam diuinam: Ergo ſi Chriſtus cum dixit, *Accipite, & manducate*, *Hoc eſt corpus meum*, per verba *Corpus meum* non intellexiſſet, & ſignificaſſet corpus diuinam habens ſubſiſtentiam,profectò infinitè minuiſſet, & depreſſiſſet beneficium, quod tunc hominibus conferebat:non enim ſignificaſſet corpus hominis Dei, ſed indifferens ad corpus hominis Dei, & ad corpus puri hominis; proindè non corpus deificatum, ſed indifferens ad deificatum, & non deificatum: & proinde innuiſſet, vel tunc non illis dari deificatum,vel aliquando certè ſine deificatione dandum. Quod expreſſis verbis damnat Concilium Alexandrinum in Epiſtola ad Neſtorium poſt medium, approbatum ab Epheſino 1. & relatum in cap. *Neceſſaria*, de conſecratione diſt. 2. loquens enim expreſsè de carne, quam in Euchariſtiâ ſumimus, ſic habet: *Neque enim illam vt carnem communem, ſuſcipimus (abſit hoc) neque rurſum tanquam viri cuiuſdam iuſtificati, aut dignitatis tantum æqualitate Verbo conſociati, aut diuinam inhabitationem ſortiti: ſed tanquam verè viuificatam,ipſiuſque Verbi propriam.* Igitur nec ipſe Chriſtus exiſtimandus eſt illam ſignificaſſe, niſi vt Verbi propriam,hoc eſt,ipſi Verbo perſonaliter vnitam.Sic enim idem Concilium Alexandrinum ibidem intelligit carnem factam eſſe Verbi propriam, ita de Verbo loquens: *In ipſo vtero carni vnitum, ſuſtentaſſe dicitur generationem carnalem, tanquam propriæ carnis generationem, propriam ſibi faciens.*

21.

Alterum incommodum ex illa opinione.

Quia non ſignificaretur corpus diuinizatū, ſiue deificatum, & viuificans.

Tertiâ,& hinc elicitâ.Nam corpus,quod ex vi verborum in Euchariſtia ponitur, eſt corpus

Tertia ratio quia vnio hypoſtatica ponitur ex vi verborum in Euchariſtia.

pus Chriſti, atque adeò Verbi proprium Atqui formaliter eſt Verbi proprium per Vnionem hypoſtaticam: Ergo corpus illud formaliter ex vi verborum, *corpus meum*, dicit Vnionem hypoſtaticam, proinde hæc ex vi verborum ſub ſpecie panis conſtituitur. Hæc poſteriori illatio iuxta communiſſimam, omniumque ſententiam optima eſt: nam Vnio hypoſtatica nec eſſe, nec intelligi, nec ſignificari valet, niſi exiſtente, intellecta, & immediate ſignificata Verbi perſonalitate. Prior autem illatio, æquè perſpicua eſt: nam humana Chriſti natura non aliter, nec per aliud facta eſt, & formaliter conſtituitur Verbi propria, niſi per Vnionem hypoſtaticam, vt in Minori dicitur, & in Tomo de Incarnatione diſp. 66. ſect. 1. §. 3. probatum à nobis eſt & inde deductum, Chriſtum reduplicatiue, quatenus hominem, eſſe Dei filium, non adoptiuum, nec naturalem, ſed proprium.

23\. Quarta ratio, quia vnio hypoſtatica eſt ipſa creatio corporis Chriſti.

Quarta demum ratione, & ex propriis principiis deducta. Dixi namque, & ex Pontificibus, Conciliis, Patribus, & Scholaſticæ doctrinæ principibus, & rationibus, latiſſimè confirmaui in Tomo de Incarnat. diſp. 12. ſect. 2. Vnionem, qua nectuntur inter ſe Chriſti materia, & anima, duabus quaſi partibus conſtare: Vna, quæ eſt modus productus, & per ſe ipſam affigitur animæ: Altera, quæ eſt eius productio, & per ſe ipſam affigitur materiæ, & Verbo: quapropter hæc humanitas eſſentialiter includit vnionem iſtam cum Verbo. Rurſus, Vnio, qua nectebantur inter ſe materia, & forma Dominici cadaueris ſimul erat vnio formæ cum materia, & cum Verbo: quapropter hæc cadaueritas, ſiue hæc natura Dominici cadaueris, cum eſſentialiter includeret hanc vnionem, eſſentialiter dicebat Verbi ſubſiſtentiam in obliquo Hinc argumentor: Corpus enim, quod in verbis conſecrationis habetur, eſt compoſitum ex hac materia, & ex forma, & ex hac vnione abſtractis à forma, & vnione huius Dominici corporis viui, & à forma, & vnione huius Dominici corporis mortui: Sed vtriuſque nomen eſſentialiter, & expreſſe ſignificat Diuini Verbi ſubſiſtentiam: Ergo iſtam dicit corpus, quod in Chriſti verbis continetur: Ergo Verbi ſubſiſtentia ex vi verborum in hoc myſteriò eſt: quæ duæ Illationes nulli Theologorum non placebunt.

Et vnio Materiæ & formæ ſubſtantialis eſt vnita hypoſtaticè cum Verbo.

24\. Quinta ratio ex natura conuerſionis ſubſtantiæ poſſet formari.

Quinta demum ratione ſic multi agerent. Terminus conuerſionis à Quo, & ad Quem debent ſibi ipſis ſumma proportione reſpondere: Atqui terminus huius cōuerſionis à Quo non eſt ſola entitas panis, ſeu panitas, ſed panis ipſe ſubſiſtens, ſeu compoſitum ex panitate, & ſubſiſtentia ipſius: Ergo terminus ad Quem non eſt ſola entitas Dominici corporis, ſed corpus ipſum ſubſiſtens, ſeu compoſitum ex hac ſubſtantiali entitate, & ex ſubſiſtentia Dominica, nempe Verbi Cæterum quia Maior iſtius ſyllogiſmi pro vt communiter, ſonat, non eſt vniuerſim vera, prout in diſp. 35. ſect. 1. ex profeſſo demonſtraui: propterea ſic limitari, & ad verum ſenſum reuocari poteſt, totuſque ſyllogiſmus vtiliter inſtitui.

Quia requiritur proporrio quantum fieri poſſit inter duo terminos, ſed non ſumma, quando tali eſt impoſſibilis & ſecundum aliquid repugnans dari

Illud, quod vi verborum ſub ſpecie panis exiſtit, & illud, quod vi verborum deſinit; debent, quantum fieri poteſt, ſibi ipſis proportione reſpondere: Cum enim oppoſitorum eadem ſit ratio oppoſito modo; debent profectò, quantum poſſint, cum oppoſitione proportionem inter ſe paritatemque ſeruare: Sed illud, quod vi verborum ſub ſpecie panis deſinit, eſt compoſitum ex panitate, ſeu natura panis, & ex ſubſiſtentia creata, & propria, per quam ſubſiſtit natura illius panis, vt in Sectione vltima docebamus: Ergo illud, quod vi verborum ſub ſpecie panis exiſtit, eſt compoſitum ex natura corporis, & ſubſiſtentia increata, ſeu diuini Verbi, per quam ſcilicet natura illius corporis ſubſiſtit.

§. VI.

Sub vtraque ſpecie ſunt etiam per concomitantiam Verbum, & Vnio hypoſtatica.

25\. Sanguis ſignificatur ſubſiſtens, ſicut corpus.

CONſtat ex præcedente doctrina, Verbum diuinum non ſolum ſub ſpecie panis ex vi verborum exiſtere, prout iam oſtendimus, ſed etiam ſub ſpecie vini. Nam eiſdem argumentis ex æquo ſtabilitur vtrumque: ſanguis enim ille, qui ex vi verborum ſub ſpecie vini conſtituitur, æquè eſt ſanguis ſubſiſtens, & ſanguis Chriſti, ac corpus, quod ſub ſpecie panis conſtituitur, corpus ſubſiſtens, & Chriſti eſt: Atqui propter has duas rationes, Verbi ſubſiſtentia ſub ſpecie panis ex vi verborum exiſtit, vt hactenus comprobauimus: Ergo propter eaſdem ex vi verborum exiſtit ſub ſpecie vini.

Vbi Chriſti ſanguis, & Chriſti corpus eſt per concomitantiam, ibi eſt Verbum per concomitantiam, eodē modo, & eadem ratione.

Hinc manifeſtè ſequitur, eandem Verbi ſubſiſtentiam per concomitantiam quoque exiſtere tum ſub ſpecie panis, tum ſub ſpecie vini: Quoniam eo modo Verbum exiſtit in Euchariſtia, ſiue ſub ſpecie panis, ſiue ſub ſpecie vini, quo modo ibidem Chriſti corpus, & ſanguis exiſtunt: Sed Chriſti corpus ſub ſpecie vini, & Chriſti ſanguis ſub ſpecie panis, exiſtit per concomitantiam: Ergo etiam Verbi perſonalitas. Maior claret: nam ideò Verbi perſonalitas ex vi verborum exiſtit ſub ſpecie panis, & ſub ſpecie vini; quia ex vi verborum ſub ſpecie panis exiſtit corpus ſubſiſtens, & Chriſti proprium; & ſub ſpecie vini ex vi verborum exiſtit ſanguis ſubſiſtens, & Chriſti proprius; vt in hac ſectione probatum eſt: Ergo vbi Chriſti corpus, & vbi Chriſti ſanguis exiſtet per concomitantiam, ibidem per concomitantiam Verbi perſonalitas exiſtet. Atqui ſub ſpecie panis exiſtit per concomitantiam Chriſti ſanguis, & ſub ſpecie vini exiſtit per concomitantiam Chriſti corpus: Ergo Verbi perſonalitas exiſtit per concomitantiam ſub ſpecie panis; & eadem Verbi perſonalitas concomitanter exiſtit ſub ſpecie vini.

Itaque ſicut ratione corporis ex vi verborum exiſtentis ſub ſpecie panis, Verbi perſonalitas ex vi verborum exiſtit ſub ſpecie panis: & ratione ſanguinis ex vi verborum exiſtentis ſub ſpecie vini, Verbi perſonalitas ex vi verborum exiſtit ſub ſpecie vini: Sic ratione corporis exiſtentis concomitanter ſub ſpecie vini, Verbi quoque perſonalitas ſub ſpecie vini concomitanter exiſtit: & ratione ſanguinis per concomitantiam exiſtentis ſub ſpecie panis, Verbi etiam perſonalitas concomitanter exiſtit ſub ſpeciē panis. 26.

Hinc petitur deſtructio Obiectionis, quæ poſſet in hunc modum fieri. Exiſtere rem eandem 27.

Digitized by Google

In contrariũ Obiecta ſoluũtur facile.

dem ſub eadem ſpecie ex vi verborum , & exiſtere per concomitantiam , inuoluunt oppoſitionem contradictoriam : Ergo implicat Verbi perſonalitatem ſub ſpecie v. g. panis vtroque modo ſimul exiſtere. Antecedens ſuadebitur, quia rem exiſtere per concomitantiam eſt exiſtere ita , vt per verba non ſignificetur: exiſtere autem ex vi verborum eſt exiſtere ita, vt per verba ſignificetur : Atqui rem eandem per verba ſignificari , & non ſignificari , contradictoriam dicit oppoſitionem : Igitur eandem dicit, Verbi perſonalitatem ſub eadem ſpecie v.g.panis,ex vi verborum , & per concomitantiam eſſe.

Iſtius , inquam , obiectionis deſtructio ex proximè dictis petitur.Diſtinguo namque Maiorem:Exiſtere vnam , & eandem rem ſub vna, & eadem ſpecie ex vi verborum, & per concomitantiam non variato exiſtendi titulo, inuoluit contradictionem, concedo ; & hac ratione repugnantiam inuoluit,quod Verbi perſonalitas , prout Dominici corporis complementum eſt,ſub ſpecie panis exiſtat ex vi verborum , & ſimul per concomitantiam,quia repugnantiam inuoluit, quod Verbi perſonalitas verbis illis, Dominicis,*Corpus meum*,ſimul ſignificetur , & non ſignificetur. Variato autem exiſtendi titulo , contradictionem inuoluit , quod eadem res ſub eadem ſpecie ſimul ex vi verborum , & concomitanter exiſtat,nego Maiorem.Contradictio namque eſt, *Affirmatio , & negatio einſdem de eodem ſecundum idem* : quæ poſtrema pars in præſenti locum non habet: nam Verbi perſonalitas eſt ſub ſpecie panis , quatenus eſt ſubſtantialis terminus,ſiue ſubſiſtentia Dominici corporis ſub illa exiſtentis ſpecie ex vi verborum:& eſt ſub ſpecie panis concomitanter,quatenus eſt ſubſiſtentia , ſeu ſubſtantialis terminus Dominici ſanguinis , ſub illa eadem ſpecie exiſtentis concomitanter.

Quia non repugnat variato titulo exiſtendi, exiſtere diuerſimodis eandem rem in eodem loco,& Sacramento.

28. Alia obiectio contra principalem Theſim.

Coloratior eſſet Obiectio contra potiſſimam Sectionis huius theſim ad hunc modum Illud omne,quod ex vi verborum exiſtit in hoc myſterio, eſt terminus ad Quem tranſſubſtantiationis,Atqui Verbum diuinum non eſt terminus tranſſubſtantiationis ad Quem : Ergo in hoc myſterio non exiſtit ex vi verborum.Maior ab omnibus approbatur. Minor ſequitur ex diſp.35. ſect. 1. §. 3. vbi docuimus ,& multis confirmauimus,terminum ad quem conuerſionis,atque adeo tranſſubſtantiationis, vbi alterutra datur,debere ſubſtantialiter incipere : Sed Verbum diuinum, vbi tranſſubſtantiatio exercetur,non incipit ſubſtantialiter:Igitur non eſt tranſſubſtantiationis terminus.

Quæ ſuprà iam eſt præoccupata , & modo ſoluitur.

Hæc tamen obiectio præoccupata iam eſt in eadem diſp. & ſect. §. 2. à numero 16. vbi diximus , vt aliquid ſit conuerſionis terminus ad Quem per ſuam entitatem , debere per ſuam entitatem ſubſtantialiter ibi tunc incipere,vbi exhibetur conuerſio. Non tamen id neceſſe eſt,vt ſit terminus conuerſionis per communicationem idiomatum , ſed ſatis eſt quod vnitam ſuæ perſonæ habeat naturam, quæ ſubſtantialiter incipiat. Ad eum ſcilicet modum,quo vt aliquis ſecundum ſuam naturam moriatur, neceſſe eſt, vt ſecundum ſuam naturam ſit factus , & ex materia ,& viuente forma compoſitus ; Non tamen id eſt neceſſarium vt moriatur aliquis per communicationem idiomatum ; ad hoc enim ſufficit, quod ſuæ perſonæ vnitam habeat naturam viuentem ex materia,& forma compoſitam.Quapropter ſicut Verbum diuinum verè dicitur mortuum , non quidem per ſuam naturam , ſed communicatione idiomatum , quæ intercedit inter duas naturas eadem perſonalitate ſubſiſtentes : pari ratione Verbum idem diuinum 29.
verè dicitur terminus tranſſubſtantiationis, non quidem per ſuam entitatem, ſed communicatione idiomatum ; ita ſcilicet , vt dicatur conuerſionem terminare, & ſubſtantialiter incipere , quia Chriſti humanitas conuerſionem terminat , & ſubſtantialiter incipit ; Sicut verè dicitur mortuum,non per ſuam entitatem , ſed communicatione idiomatum,quia Chriſti humanitas,Verbo vnita, per ſuam entitatem mortua fuit.

Verbum dicitur incipere, & terminare conuerſionem ſub ſpeciebus communicatione idiomatum.

At inquies. Illud eſt ſecundum ſuam entitatem terminus ad Quem conuerſionis , quod 30.
ſecundum ſuam entitatem per verba ſignificatur : Sed Verbum ſecundum ſuam entitatem per verba ſignificatur:Ergò per ſuam entitatem eſt terminus ad Quem conuerſionis. Reſpondeo Maiorem eſſe falſam,& authoritate , & ratione in illa ipſa diſputat.;5. ſect. 1. impugnatam , vbi docuimus , præter hoc,quod eſt per verba ſignificari , aliquid aliud in termino ad Quem requiri , nempe , vt incipiat ſecundum ſuam entitatem cum oppoſitione cum termino à Quo. At verbum ſecundum ſuam entitatem non incipit neque producitur per conſecrationem , niſi tantum ſecundum naturam aſſumptam quæ reproducitur,& incipit exiſtere dependenter ab ſpeciebus. Vnde perſonalitas Verbi , dicitur terminus conuerſionis , ſicut , ſignificatur per verba , & ponitur ex vi verborum ſub illis accidentibus ſimul cum humanitate,quatenus talis Perſonalitas , conſtituit Corpus vnum per ſe , & ſanguinem vnum per ſe completum , cum illa natura , quæ ſecundum entitatem producitur de nouo , & incipit phyſicè ; Et eſt terminus productus realiter ſub illis accidentibus. Itaque Perſonalitas Verbi dicitur incipere ſolum denominatiue , & per communicationem idiomatum , quia natura humana incipit eſſe ſub illis , at nihilominus perſonalitas Verbi ſignificatur per verba conſecratoria ; & ponitur ſub ſpeciebus vi ipſorum verborum. *Hoc eſt Corpus meum* : Et *Hic eſt ſanguis meus*. Ratio eſt quia ſicut iſtud ſufficit , vt perſonalitas Verbi dicatur propriè ſignificari per verba, ita , & poni ex vi verborum in ſacramento quanuis ipſa realiter ſit infactibilis & inincaptibilis ſecundum eſſe diuinum : ſolumque dici poſſit incipere ſub ſpeciebus denominatiuè . & per communicationem idiomatum.

Quia requiritur vt terminus ad quem producatur de nouo.

SECTIO II.

Quomodo Diuinitas & Pater , & Spiritus ſanctus ſint in Euchariſtia.

SVpponimus cum doctrina comuni Deitatem , Patrem , ac Spiritum Sanctum ſub

Non ex vi verborum; ſub neutra ſpecierum eſſe ex vi verborum: nam ex vi verborum, illud ſolum in Euchariſtia eſt quod per verba ſignificatur. Sed diuinitas, Pater, & Spiritus ſanctus per verba *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus*, non ſignificantur: ergo nec ex vi verborum in hoc myſterio exiſtunt. Maior & minor ſunt communes; & conſequentia euidens.

32. Sed modo ſpeciali, qui eſt diuerſus à concomitantiæ titulo.

Affirmamus deitatem, Patrem, & Spiritum ſanctum ſub vtraque ſpecie exiſtere modo quodam ſpeciali qui non eſt concomitantiæ: ſed alius nobilior, & ſtrictior. Hoc aſſerimus in tractatu de incarnatione diſp. 23. ſectio 2. Et quod attinet ad diuinitatem valdè probabiliter indicat Tridentina ſynodus nuper citata, & ponderata; cum enim dixiſſet, Chriſti corpus, ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub ſpecie vini eſſe ex vi verborum, & corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, & animam ſub vtraque eſſe per concomitantiam, adiunxit; *diuinitatem porro exiſtere per hypoſtaticam vnionem*; valdè probabiliter indicans exiſtere modo quodam peculiari ac diſtincto.

Hic modus probatur ex Tridentino.

33. Et rationibus.

Ratione idem probamus, tam de diuinitate, quam de Patre, & Spiritu ſancto. Quia per concomitantiam illæ tantum res dicuntur in hoc myſterio exiſtere, quæ ſolum naturaliter, & valde congruenter connectuntur cum illis quæ ex vi verborum exiſtunt ibidem: ſic enim Chriſti corpus exiſtit ſub ſpecie vini, & ſanguis ſub ſpecie panis, & anima ſub vtraque. Sed diuinitas, Pater, ac Spiritus ſanctus non ſolùm naturali; ſed omnimoda neceſſitate connectuntur cum Verbi perſonalitate, quod non per concomitantiam ſed alio modo peculiari, & nobiliori & ſtrictiori ſub vtraque ſpecie exiſtunt. Conſequentia probatur; quia verbi perſonalitas ex vi verborum ſub vtraque ſpecie exiſtit: ergo diuinitas, & Pater, ac Spiritus modo iſto peculiari. Antecedens probatum fuit ſect. præcedenti: vbi cum num. 2. citauerimus aliquos Recentiores, quibus, teſte Lugo, illud probabile videtur, repoſuimus expreſſè aſſertum, & ex profeſſo probatum à viro doctiſſimo deque Euchariſtia præclarè merito Claudio de Sainctes, repetitione 9. c. 3. pag. 326. vbi contendit, & probat, quod ſi illud quod Chriſtus offerebat non eſſet tunc Verbo vnitum falſo Chriſtus dixiſſet *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus*. Quia ſcilicet illud corpus, & ille ſanguis non eſſet loquentis proprius, ſed extraneus.

Et authoritate Doctorum.

34. Præſertim Thomiſtarũ

Idem Doctor in mentem mihi reuocauit rationem aliquam, ob quam plures Thomiſtæ Recentiores in hanc ſententiam conſentire debent; aiunt enim, creatam Chriſti naturam, eiuſve materiam, & formam non aliter exiſtere, quam per ipſam Verbi diuinam exiſtentiam; Atqui Dominicum corpus & Dominicus ſanguis ex vi verborum in Euchariſtia ponitur exiſtens, & exiſtens per determinatam exiſtentiam, quam ab inſtanti incarnationis habuit, & ſemper habebit: ergo & Verbi diuini exiſtentia ſub ambabus ſpeciebus ex vi verborum exiſtit.

35. Appellari poteſt circũinſeſſio.

Quæres, quomodo vocetur modus ille peculiaris, quo ſub vtraque ſpecie exiſtunt diuinitas, Pater, & Spiritus? Reſpondeo ex dictis in citato loco de incarnatione, modum iſtum, dum aliud non ſuppetit nomen, appellari poſſe *modum exiſtendi per circuminſeſſionem* earum perfectionum cum diuino Verbo; prout in tractatu de Trinitate circuminſeſſio latius explicatur.

DISPVTATIO XXXVIII.

De accidentibus panis & vini in Euchariſtia manentibus.

SECTIO. I. *Quænam accidentia panis & vini in Euchariſtia maneant.*
SECTIO. II. *Num omnia panis & vini accidentia quæ remanent, abſque ſubiecto ſint.*
SECTIO. III. *Accidentia, quæ hîc abſque ſubiecto ſunt, qua ratione per ſe exiſtant.*
§. 1. *Terminant actionem intrinſecè creatiuam, & in ſubſtantia ſupernaturalem.*
§. 2. *Per hanc ſolam actionem per ſe exiſtunt.*
SECTIO. IV. *Vtrum hæc accidentia naturaliter agere, & pati poſſint.*
SECTIO. V. *Quomodo ex Euchariſticis accidentibus aliqua ſubſtantia generetur.*
SECTIO. VI. *Reliquæ dubitationes ad hæc accidentia pertinentes.*

SECTIO I.

Quænam accidentia panis, & vini in Euchariſtia maneant.

DIco primò. Fide diuinâ certum eſt in Euchariſtia manere omnia panis, & vini accidentia, quæ ſenſu aliquo percipi valent. Concilium enim Lateranenſe relatum in cap. *Firmiter* de ſumma Trin. & Fid. Cath. & Florẽtinum ſeſſ. 25. in Armenorum inſtructione §. *Tertium eſt*, & Tridentinum ſeſſ. 13. can. 2. definiunt, Chriſti corpus contineri ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub ſpecie vini: ſpecies autem panis non aliud eſt, quàm aggregatum ex accidentibus ſenſibilibus panis, & ſpecies vini non aliud eſt, quàm aggregatum ex accidentibus ſenſibilibus vini: eſt enim hoc loco ſpecies quaſi externa & ſpectabilis facies quæ latentem, & non ſpectabilem ſubſtantiam naturaliter manifeſtat: qua de re legatur caput ſpecies, de conſecrat. diſt. 2. panis vero ſpeciẽ, & quaſi faciem componũt omnia accidentia panis: vini etiam ſpeciem & quaſi faciem componunt omnia accidentia vini, quæ ſenſu aliquo percipi valent; nec eſt cur aliquod illorum excipiatur, vel in diffinitionibus relatis non comprehendatur: Igitur fide diuina conſtat; illa omnia in hoc myſterio manere. 1. Omne panis & vini accidens ſenſibile manere fides tradit.

2\. *Theologicus etiam diſcurſus probat.*

Dico ſecundo: Id ipſum conſtat Theologico diſcurſu. Nam ſi aliquod eorum accidentium non maneret, ex gr. ſapor; tunc aut ſumpto ſacramento ſentiretur ſapor, aut non: ſi non ſentiretur, hoc ipſo deprehenderetur myſterij veritas, fieretque phyſicè euidens, eſſe ibi Chriſti corpus & ſanguinem, & deeſſe panem & vinum. Si vero ſapor ibi non exiſtens perinde ſentiretur, ac ſi ibi exiſteret, immutante ſcilicet Deo guſtum, vel per ſpecies impreſſas, vel ſine illis, idque ad myſterium occultandum: profectò, cùm ſapor æquæ manere poſſit, ac cætera accidentia, magis connaturaliter celatur myſterium ſapore ipſo manente; tum quia manent aliæ qualitates cum permiſtione poſtulante ſaporem; tum deinde quia ſapor ipſe connaturalius efficit ſui ſpeciem impreſſam ad ſui ſenſionem; tum poſtremò quia ſi dicatur ſapor deeſſe, & tamen æquè ſentiri, ac ſi adeſſet; idem dici poterit de quolibet alio panis, ac vini accidente, & ita de nullo certum eſſet, quòd hîc reuera exiſteret. Cum autem hoc myſterium vtpote Sacramentum, eſſentialiter ſit ſenſibile, eſſentialiter includit partem ſenſibilem: cumque ſenſibile ſit ad modum panis & vini eſſentialiter includit accidentia panis & vini ſenſibilia non quædam potius quàm alia: ergo omnia.

3\. *Quid de qualitatibus ſi quæ ſunt, occultæ.*

Eſt controuerſia, ſit ne diuina fide certum, permanere quoque alia panis & vini accidentia, quæ ſenſu percipi nequeunt, nempè occultas illas qualitates quas aliqui ponunt, vt radicem temperamenti. Suarez diſp. 56. ſect. 1. concluſ. 2. negat eſſe fide certum; & inter alias rationes probat, quia ſpecierum nomen illa tantum ſignificat accidentia, quæ ſub aliquem ſenſum cadunt. Subdit tamen eſſe probabilius manere etiam eiuſmodi qualitates occultas, quia conſonantius eſt locutioni, & phraſi Conciliorum.

Vaſquez verò diſp. 194. cap. 1. Lugo diſp. 10. ſect. 1. num. 4. doctique alij Recentiores aiunt, eſſe de fide & inter alias rationes probant, quia ſi ſpecierum nomine concilia ſignificarent ſola accidentia per ſe ſenſibilia definirent non manere cætera, nam definiunt eſſe Chriſti ſubſtantiam in Hoſtia & Calice, *manentibus dumtaxat panis, ac vini ſpeciebus*. Quod autem illud concilia definiant, & per ſe abſurdum eſt, & ipſimet Suarez apertè repugnat, nempe aſſerenti etiam illa accidentia per ſe non ſenſibilia permanere, idque eſſe magis conſonum locutionibus conciliorum.

4\. *Non eſt fide certum eas manere.*

Dico tertiò, etſi admittamus eiuſmodi accidentia in pane & vino naturaliter inueniri, non eſt de fide quod in hoc myſterio maneant accidentia, quæ ſub ſenſum aliquem per ſe non cadunt. Nam hoc ſpectare ad fidem ſolùm poſſet propter definitiones Conciliorum; ſed propter iſtas minimè ſpectat, ergo ad fidem non ſpectat. Minor, quæ ſola negabitur oſtenditur: quia de hac re nunquam fuit hæreſis, aut contentio Catholicorum cum Hæreticis; neque myſterij pleniſſima veritas ab eâ controuerſia vllatenus pendet, ergo incredibile prorſus eſt, eam partem ab Eccleſia fuiſſe definitam: Confirmo, quia quæ Vaſquez, alijque aduerſantes ex Conciliis afferunt, ſolidiſſimè, & ſinceriſſimè poſſumus intelligere, & exponere, quin eam definitionem continere cenſeantur, vt iam præſtare aggredimur.

Primò & potiſſimè opponunt, quòd Tridentinum ſeſſ. 13. can. 2. definit conuerſionem fieri, manentibus dumtaxat panis & vini ſpeciebus: Atqui ſi nomine ſpecierum intelligerentur illa ſolùm accidentia, quæ per ſe cadunt ſub ſenſum, definiret Concilium cætera quæ per ſenſum non cadunt, in ſacramento non manere, quod & veritati, & oppoſitæ ſententiæ Doctoribus aduerſatur; igitur Concilium Tridentinum, & proinde cætera creata Concilia, nomine ſpecierum in ſacramento manentium cuncta panis, & vini accidentia intelligunt, & ibi permanere definiunt. 5. *Aſſumpti manere occurritur.*

6\. Nego tamen minorem, & impugno, quia quantumuis Concilia nomine ſpecierum intelligant ſola illa accidentia panis, & vini quæ ſub aliquem ſenſum per ſe cadunt, & definiant illa ſola in ſacramento manere per illud *ſola* non negant comitantiam aliorum accidentium panis, ac vini propriorum, nam de his, vt dixi, quæſtio non erat, ſed comitantiam ſubſtantiæ panis, & vini totalis, ac partialis, de qua erat cum Hæreticis controuerſia, nam ſimul cum ſpeciebus panis & vini remanerent. Erat inquam lis vtrum in Hoſtiâ permaneret ſubſtantia & veritas panis & vini, ſimulque eius ſpecies ſine apparentia, ſiue in pane ſit aliquid aliud, quod nec ſit panis veritas, nec apparentia: definit autem Concilium ex illis duobus entibus, de quibus lis erat, non manere panis, aut vini ſubſtantiam, ſed ſolum ſpeciem, ſiue præter hæc duo ſit in pane & vino tertium aliquid, ſiue non, vtpote ad rem non pertinens, & hæc ſola eſt definitio grauiſſima, & hæc ſola ad rem pertinens, & proinde ſola tantis digna Conciliis.

7\. Indè impugnatur Vaſquez num. 4. dicens Antiquos omnes Scholaſticos, dum hoc myſterium explicarent abſolute ſenſiſſe omnia panis, ac vini accidentia in eo manere, vt proinde Concilia id ipſum definiuiſſe: alioquin ſi omnium (inquit Vaſquez) non eſſet eadem ratio, diſtinctè oſtenderent Concilia, quænam accidentia certa fide credenda eſſent in ſacramento manere & de aliis nihil dixiſſent. Impugnatur inquam, nam antiqui etiam ſcholaſtici dum inter accidentia ſenſibilia & inſenſibilia non diſtinguunt, attenti ad ſolam myſterij veritatem, nomine accidentium intelligunt illa, quorum permanentia pertinet ad myſterij veritatem, nimirum ſpecies ſenſibiles, de cæteris non cogitantes, vel ſaltem non curantes: & eodem modo ſe habent Concilia. Vnde quia non eſt omnium accidentium eadem ratio; propterea Concilia declarant ſpecies ſiue accidentia ſenſibilia permanere, deque aliis inſenſibilibus nec verbum faciunt. *Et illis obiicitur authoritas DD.*

8\. Secundò arguit Vaſquez, quia ſpecies panis, & vini, quæ ſunt accidentia per ſe ſenſibilia. per ſe & ex natura ſua pendent ab inſenſibilibus, ſi quæ talia ſunt: ergo non licet dubitare quin Concilium dum definit, manere ſenſibilia, ſimiliter definiat, manere etiam inſenſibilia, quia licet illa ſine iſtis miraculo conſecrati

creari poſſent, tamen non ſunt admittenda miracula, niſi quæ ad conuerſionis veritatem neceſſaria ſunt. Sed contra, tum quia hoc ipſum vltimo loco dictum, de fide non eſt, cum in nulla fidei regula contineatur, tum verò & præcipuè, quia ſi de fide eſſet, inde Vaſquium redarguerent, quia plura miracula multiplicantur, & ſine vlla neceſſitate vel fructu, ſi accidentia illa occulta in hoc myſterio maneant, quam ſi non maneant, vt ſtatim oſtendam.

9. Probabilius eſt eas haud manere.

Dico quarto, quamuis admittantur eiuſmodi occultæ qualitates vt pani, & vino naturales, tamen nec eſt certum, vt ait Vaſquez, nec probabilius, vt vult Suarez eas in hoc myſterio manere, ſed potius eſt probabilius non manere, quia ſi certum, aut probabilius eſſet illas in Euchariſtia manere, eſſet vt miracula ſine neceſſitate non multiplicarentur; quod eſt illorum DD. fundamentum vnicum. Atqui non eſt certum, nec probabilius miracula per illarum qualitatum abſentiam abſque neceſſitate multiplicari quam non multiplicari: ergo non eſt certum, nec probabilius eas in Euchariſtia qualitates manere, quam non manere. Minor patet, quia miraculorum multiplicatio ſi daretur, in eo conſiſteret, quod cum qualitates ſenſibiles petant ab occultis conſeruari, connaturale eſſet, vt ſola quantitas ſubiecto careret, & in ea permanerét qualitates occultæ & cæteras non occultas conſeruarent ſic enim vnum tantum eſſet miraculum, nempe exiſtentia quantitatis extra ſubiectum, aliter verò adderetur alterum, nempe exiſtentia qualitatum ſenſibilium ſine ſuis naturalibus cauſis, nempe qualitatibus occultis. Hoc autem fundamentum firmum non eſt, quia quantitatem diſtingui ab re quantà nec certum eſt, nec probabilius: Si autem non diſtinguitur omnia ſingula panis, & vini accidentia, quæ hic permanent, ſunt, & cõſeruantur extra ſubiectũ, & per actiones creatiuas, ad quas abſque fundamento dicerentur concurrere cauſæ aliquæ ſecundæ, vel occultæ qualitates: ergo cum qualitates occultæ in hoc euentu neque neceſſariæ ſint ad Sacramentum in ſe ipſo conſtituendum, neque ad

Qualitates iſtas inſenſibiles conſeruari non neceſſe.

ſpecies, quæ illud conſtituunt conſeruandas, ſanè per qualitatum occultam cõſeruationem, abſque neceſſitate multiplicarentur tot miracula, quot eiuſmodi qualitates conſeruarentur, quia ſine neceſſitate conſeruarentur, abſque ſubiecto, proinde probabilius eſſet, illas qualitates occultas in Euchariſtia non permanere.

Dico tandem in Euchariſtiæ Sacramento ſolum permanere panis, & vini accidentia, quæ per ſe ſub ſenſum cadunt. Ratio mihi duplex eſt. Prior, quia qualitates illæ occultæ forſitan

10. Solum manent accidentia ſenſibilia.

fictitiæ ſunt, vt in Philoſophia monui & abſolutè probant duo illa Philoſophiæ lumina Petrus Hurtadus, & Rodericus de Arriaga in ſuis Phyſicis diſp. 1. Altera, quia quamuis eæ qualitates fictitiæ non ſint, verum cenſeo, vel ſaltem probabilius, quantitatem ab re quanta non diſtingui re ipſa, vt ſectione ſequente breuiter dicam, & proinde miracula plura fore, ſi qualitates illæ permanerent, vt nuper expoſui.

SECTIO II.

Num omnia panis, & vini accidentia, quæ hîc remanent, abſque ſubiecto ſint.

QVæſtionis huius deciſio communiter exiſtimatur pendere ab illius deciſione, Num 11.
quantitas reipſa diſtinguatur ab re quanta, ſitque peculiare accidens, & materiæ primæ proprietas naturaliſſime illã conſequens, & ſolum diuinitus ab ea ſeparabilis? Nam ſi accidens iſtud negetur, vt à Nominalibus, & à multis, doctiſſimiſque recentioribus negatur, conſequenter dici debent omnia panis, & vini accidentia, quæ in hoc ſacramento ſunt, exiſtere per ſe & abſque ſubiecto cum non inhæreant quantitati panis, aut vini, nec ſubſtantiæ, vel quantitati Chriſti, nec inter ipſa panis, & vini accidentia deſignari poſſit vnum, in quo cætera præter vel contra naturalem ſuam, & illius inclinationem ſubiectentur. Siquidem experimento conſpicimus in Euchariſtia remitti qualitatem quamlibet, quin deſtruatur, vel remittatur altera; proinde non eſt credendum cunctas illas in vna inhæſiuè exiſtere.

Si verò quantitas diſtinguatur ab re quanta, 12.
& eſſe materiæ primæ prima accidentalis proprietas conſequens eſſe cenſeatur, vt dicantur & quantitas hæc in ſacramento manere, & eſſe ſubiectũ cæterorum accidentium panis & vini; & proinde ſolum quantitatem eſſe in Euchariſtia per ſe, & ſine ſubiecto, cætera verò panis, & vini accidentia non eſſe per ſe & abſque ſubiecto, ſed in alio, nempe in quantitate tanquam in ſubiecto inhæſiuis.

Ego tamen tamen etſi quondam inuita plane 13. Quantitas cum re quanto idẽ.
minerua conatus fuerim, quantitatem ab re quanta re ipſa diſtinctam aſſerere tanquam materiæ primæ primùm proprietatem accidentalem, poſtea tamen palam negaui, & nunc nego talem reperiri quantitatem, ſed quamlibet rem corpoream eſſe ſibi ipſi ſuam quantitatem. Primo quia quælibet res corporea per ſe & ex ſe poſtulat habere partes in ſpatio extenſas, & alias extra alias; ac proinde expellere ex earum ſpatio quaſlibet alias ſimiles; ideoque per ſe ipſam, & ſine alterius adminiculo eſt impenetrabilis; atque adeo propriè quantitas. Secundò, quia Doctores ij, qui quantitatem illam peculiarem ſtatuunt, non ſolum rem omnino ſuperfluam important, vt ex proxima ratione liquet; ſed etiam inconſequenter, & inconſtanter loquuntur, & plurima dicunt cum principiis Philoſophicis pugnantia pro vt ex numero proxime ſequenti patebit.

Si differat, reliqua accidentia non ſuſtinet.

Reor inſuper etiam admiſſa eiuſcemodi quantitate, cætera panis, & vini accidentia non eſſe in illa velut in ſubiecto, ſed omnia eſſe abſque ſubiecto & per ſe exiſtere. Quia licèt admittatur in ſubſtantia materiali talis quantitas, non eſt dicendum qualitates corporeas ei inhærere. Quoniam ad hoc aſſerendum, non eſt fundamentum. Primo, quia quantitas illa iam habet ſufficiens munus, nempe cauſandi impenetrationem tum in ſuis partibus, tum in alienis quo

Digitized by Google

ergo fundamento deſertur ei munus alterum, & tam graue eſt, quale eſt cunctas qualitates corporeas ſuſtinere? ſecundò quia ſubiectum inhæſionis eſt ſubiectum ex quo forma educta educitur; vnam verò formam accidentalem eſſe ſubiectum ex quo materiales omnes qualitates educũtur, ſine fundaméto aſſeritur. Tertiò quia Doctores aduerſantes aiunt, ſingulas entitates ſingulas habere præſentias, & dum corpus impellitur ſingulos recipere impulſus, ergo materiæ, & formæ & qualitatum impulſus non recipiuntur in quantitate; & proinde ſi conſequenter agendum eſt, nullæ in ipſa recipiuntur. Quartò, quia diſpoſitiones in eo ſubiecto debent immediatè inhærere phyſicè, quod ad formam ſubſtantialem recipiendam phyſicè diſponunt. Atqui materiales qualitates ad formam ſubſtantialem recipiendam diſponunt phyſicè, non quantitatem illam, ſed materiam: ergo non in quantitate. Sed in ipſa materiæ entitate phyſicè inhærent.

14. *Repugnãtibus obuiam itur.* Quod autem huic poſtremæ rationi reſpondet Lugus diſp.10.num.15. diſpoſitiones eſſe velut milites Regi præuios quos neceſſe non eſt intrare ad ipſum cubiculum vbi rex cubaturus eſt, ſed ſufficit ſi portas occupent; hæc autem reſponſio politica magis, quam phyſica eſt, & minimè ſufficiens. Quia portarum peranteambulantis occupatio moraliter eſt idem cum occupatione ipſiuſmet intimi receſſus: at phyſicè inhærere quantitati, non eſt phyſicè inhærere materiæ primæ.

15. Opponit idem autor num.7.& ſequẽtibus Mota quantitate ſpecierum, mouentur conſequenter cætera accidentia panis & vini: ergo neceſſe eſt inhæreant quantitati. Reſpondeo antecedens eſſe valdè æquiuocum, vel enim ſignificat quantitatem moueri antecedenter ſeu prius natura, & alia accidentia conſequenter & ſuperius natura; & hoc eſt falſum & penè aperta petitio principij vtpote indicans motum qualitatum pendere à motu quantitatis, & non è contra; quod perindè ferè eſt ac dicere qualitates inhærere quantitati, & non è contra. Vel Antecedens illud tantum ſignificat quando mouetur quantitas, moueri etiam qualitates; & hoc ſenſu verum eſt, ſed conſequentia nulla. Quod in primis ad hominem oſtendo; quia licet iuxta Lugi ſententiam Chriſtus & ſpecies phyſicè non vniãtur, tamen quocumque ferũtur ſpecies, fertur Chriſtus, & è conuerſo, idque propter mutuam interactionem inter Chriſtum erga ſpecies, & ſpecierum erga Chriſti præſentiam: ergo licet qualitates quãtitati non inhæreant, quocũque feratur quantitas feruntur ipſæ, & viciſſim; non ob qualitatum vnionem cum illa, ſed ob connexionem illius, & illarum cum vno tertio nempe Chriſto, & Chriſti cum illis. Deinde in mea ſententia illud etiam claret, quia quantitas & qualitates immediatè ſunt Chriſto phyſicè vnitæ, proinde quocumque ipſæ ferantur, feruntur & quantitas & qualitates. *Argumentũ fit ad hominem ex ipſius dictis.*

16. Rurſus opponit, quod dum Euchariſtiã ſumitur, ac deſcendit in ſtomachum vel per iniuriam, aut incogitantiam caſu in terram decidit omnes qualitates per vnam grauitatis qualitatem grauitant, ſeu deorſum feruntur: Igitur omnes eidem quantitati phyſicè vniũtur. Nulla tamen eſt oppoſitionis ratio etiam in ipſius oppoſitoris doctrina, quia ſtante illa mutua colligatione, quam inter Chriſtum, & ſpecies ipſe ſtatuit, deſcedente panis grauitate, neceſſe eſt quantitatem, & qualitates quantumuis quantitati non phyſicè vnitas condeſcendere. Idem claret in ſententia noſtra; quia cum grauitas, & cæteræ qualitates ſint Chriſto phyſicè vnitæ, deſcendente grauitate deſcendit Chriſtus, & proinde accidentia omnia Chriſto phyſicè coniuncta.

Opponi etiam poterat difficultas explicandi quomodo qualitates iſtæ ab agente naturali immutari phyſicè poſſint, aut diſpoſitiones ad aliam ſubſtantiam in ipſarum loco produci, ſed hanc difficultatem ſectione 5. commodiùs expediemus. 17.

SECTIO III.

Panis & vini accidentia qua ratione ſine ſubiecto, & per ſe exiſtant.

EXploramus quænam ſit forma vel quaſi forma, cuius virtute, & beneficio proximè habent huiuſmodi accidentia, quòd extra ſubiectum, & per ſe exiſtant. 18.

§. I.

Terminant actionem intrinſecè creatiuam, & in ſubſtantia ſupernaturalem.

PAter Leonardus Leſſius de ſummo bono lib.3. cap.4.num.49. pronuntiat Euchariſtica accidentia dum extra ſubiectum ſunt, non recipere, ſeu terminare nouum Dei influxum actiuum diſtinctum ab illo quem terminabant, dum in pane & vino exiſtebant. *Sentiens terminare eandem actionem, quam prius.*

Cum enim iuxta non obſcuram Leſſij ſententiam entitas accidentis producatur naturaliter per vnam actionem, & eius naturalis inhærentia per alteram, addit ille autor productionem entitatis accidentis non pendere ab inhærentiæ productione: proinde hac ceſſante ceſſare quidem inhærentiam, & illa priori actione perſeuerante, perſeuerare & conſeruari entitatem accidentis, cæterum poſt inhærentiæ deductionem perſeuerare entitatem accidentis in rerum natura incipiendo eſſe extra ſubiectum ſeu per ſe.

Verumtamen hæc philoſophia perdifficilis eſt. Quoniam actio quam accidens, cum ſubiecto inhærebat, terminabat, & poſtea extra ſubiectum terminat nec ex ſe & per ſeipſam affigitur ſubiecto, nec mediante inhærentia, ergo nullo modo affigitur ſubiecto per ſeipſam, nam ſic prorſus implicat illam ipſam abſque ſubiecto manere, vt per ſe claret, nec ſubiecto affigitur mediante inhærentia; eſt enim illa actio prior natura, quam inhærentia; ergo independens ab inhærentia. Confirmatur, quia iuxta Leſſij doctrinam actio illa ipſiſſima perſiſtit non perſiſtente inhærentia; & quidem ſicut deſtructa vnione materiæ cum forma rationali productio iſtius perſeuerat eadem in ſtatu ſeparationis, quæ fuerat in ſtatu informationis; conſequens igitur eſt, vt productio illa *Impugnatur ex profeſſo.*

illa

Digitized by Google

illa formæ accidentalis neutiquam ex natura ſua pendeat à ſubiecto, ac proinde ſtricte ſit creatio; quod eſt manifeſtiſſimè abſurdum. Confirmo, quia non poteſt accidentalis entitas educi vt quod, niſi eius productio educatur vt quo; nec poteſt educi vt quo niſi per ſe ipſam pendeat à ſubiecto. Atqui iuxta Leſſium hæc non educitur vt quo, nam alioqui conſequenter poſſet ſine ſubiecto perſiſtere; ergo iuxta illam ſententiam accidens talis entitas non educitur vt quod, cumque multo minus educatur vt quo plane creatur.

20. Iſtud verò quam ſit abſurdum, & abſonum, nemo non videat, nam inde inprimis infertur aut agentia naturalia non producere naturaliter formas accidentales, aut naturaliter illas producere per creationem. Rurſus infertur actus vitales aut eſſe modos, quod plerique abiiciunt, aut ſi ſunt entitates duabus conſtare productionibus, vna entitatis creatiua, altera vnionis eductiua, cumque totus voluntatis actus liber ſit, poſſe voluntatem pro libito producere, & verè creare qualitatem volitiuam, & non illam ſibi vnire; itaque libere volitionem producere, nec tamen per illam velle; quæ pluſquam exotica ſunt. Præterea nunquam explicabitur in illa ſententia cur entitalis entitas ex ſe magis pendeat à ſubiecto quam anima rationalis à materia. Denique ſi agens naturale educit vnionem formæ accidentalis, cur non ipſam formam accidentalem.

21. Sententes terminare duas actiones connexas eſſentialiter.

P. Suarez, & non pauci Recentiores tradunt entitates quidem accidentales per vnam actionem produci naturaliter; & ipſarum cum ſubiecto vnionem, ſiue inhærentiam produci per actionem alteram; Sic tamen, vt illa prior actio tam eſſentialiter connectatur cum hac poſteriori, vt hac deficiente nequeat prior, etiam diuinitus perſiſtere. Cumque in Euchariſticis Panis, & vini accidentibus omnino deſit actio productiua inhærentiæ, propterea dicunt eiuſmodi accidentia non conſeruari per actionem, quæ prius in pane, & vino conſeruabantur, ſed per aliam longe diuerſam quippe quæ ex natura ſua, nec inhærentiam, nec inhærentiæ productionem poſtulat, eſtque proprie, & ſecundum intrinſecam ſuam eſſentiam creatiua talium accidentium & ipſis, iuxta ſuam natiuam propenſionem attentis minime debita.

22. Similiter impugnantur.

Nec iſtam Philoſophiam ſolidam autumo. Si enim dum lignum calidum efficitur, duæ ibi ſunt realiter diſtinctæ productiones, vna entitatis, caloris, altera modi inhærentiæ, illa naturæ ordine prior, hæc naturæ ordine poſterior, quo fundamento dici poteſt illa prior ab iſta poſteriori tam eſſentialiter dependere, vt nec diuinitus ſine ipſa poſſit exiſtere? Sane vera naturæ prioritas independentia eſt à dependenti; proinde ſi productio entitatis prior natura eſt productione inhærentiæ, independens ab ipſa eſt: ergo ſine fundamento nobis obtruditur, & ſine conſequentia dicitur tam eſſentialiter ab ipſa pendere. Rurſus vel naturalis productio entitatis caloris per ſe ipſam attingit ſubiectum vel non: ſi per ſe ipſam attingit ſubiectum ſe ipſa ſubiecto phyſice affigitur, & vt quo, ac proinde ipſius terminus per illam affigitur, vt quod; Ergo fruſtra & ſuperdue requiritur vlterior affixio quæ ſit inhærentia ſiue vnio; Si autem naturalis productio entitatis caloris per ſe ipſam non affigitur ſubiecto, non pendet per ſe ipſam à ſubiecto, ergo non pendet ab illo eſſentialiter: ergo ſine fundamento dicitur in Euchariſtia mutari; Sed dici debet eadem per manere

Dico tamen primo. Actio, quam eiuſmodi accidentia in Euchariſtia terminant, eſſentialiter, ac totaliter ab ipſorum eductione, ſeu naturali productione diſtinguitur. Quia naturalis actio, qua formæ accidentalis entitas producitur, eſt per ſe ipſam, & eſſentialiter pendens à ſubiecto, vt pote eductio illius entitatis ex illo, ac proinde realiter paſſio, ſiue receptio prædictæ entitatis in ſubiecto; Sed actio, per quam Euchariſtica panis ac vini accidentia conſeruantur non eſt ipſorum eductio, nec à ſubiecto per ſe ipſa pendens, nec ipſorum in ſubiecto receptio, nec realiter paſſio: Igitur omnino diſtinguitur ab actione, per quam in pane, & in vino naturaliter conſeruabantur. 23.

23. Terminant actionem ab eductione prorſus diuerſam.

Dico ſecundo. Eiuſmodi actio ſecundum eſſe ſuum intrinſecum ſpectata proprie & ſtricte creatiua eſt. Nam actio pure ſecundum entitatem ſuam à ſubiecto inhæſionis non pendens, creatiue Hæc actio neutiquam ab inhæſionis ſubiecto pendet; immo potius in ſubiecto inhæſionis eſſe nequit: ergo proprie, & ſtricte creatio eſt. 24

24. Stricte creatiuam.

Confirmatur, & explicatur, quia ſicut illa prior actio per quam accidentia panis & vini in ſubiecto conſeruabantur per ſe ipſam pendebat à ſubiecto: ita prorſus hæc poſterior per ſe ipſam pugnat cum ſubiecto, ſed illa quia per ſe ipſam affixa ſubiecto erat propriè eductiua; ergo hæc quia per ſe ipſam pugnans cum ſubiecto, eſt proprie & ſtricte creatiua.

Conſultò dixi eſſe creatiuam & eſſe proprie & ſtricte creationem ſi ſecundũ ſuũ eſſe intrinſecum ſpectentur, quia creationis nomen frequentiſſimè ſonat primam rei productionem vt à conſeruatione diſtinctam, cumque actio de qua loquimur, licet eſſe potuiſſet prima ſui termini productio, re ipſa tamen & de facto non ſit, niſi conſeruatio, cum iam illum præſupponat in rerum natura exiſtentem, ideo multi, nec immerito recuſant eam vocare creationem abſolute, ſed cum illa conditione, ſi ſecundum intrinſecam ſuam entitatem conſideretur. 25.

Hinc etiam conſtat, actionem iſtam creatiuam, qua conſeruantur accidentia, eſſe intrinſece ſupernaturalem.

§. II.

Per hanc ſolam actionem accidentia per ſe exiſtunt.

SVarez diſp. 56. ſect. 2. Vaſquez diſp. 194. c. 2. & communiſſime Recentiores quibus nouiſſimè ſubſcribit Lugus diſp. [illegible] ſect. 1. n. 19. tradunt accidentia, quæ in Sacramento extra ſubiectum ſunt vltra actionem intrinſece creatiuam, qua conſeruantur, habere modum alterũ, quo formaliter & poſitiue exiſtant per ſe accidentaliter ſicut ſubſtantialis entitas præter actionẽ ſui productiuam, dicitur habere ſubſiſtentiæ modum, quo formaliter & poſitiue exiſtat per ſe ſubſtantialiter. 26.

Affirmo tamẽ, accidẽtia in Euchariſtia ſubiecto 27.

Per ſolam ipſam actionem exiſtunt per ſe. eatore per actionem creatiuã;qua conſeruantur exiſtere per ſe, plenè ac perfectè ſine vlteriori modo ſuppetaddito. Sic philoſophantur Scotus in 4. diſt. 12. quæſt. 1. Richardus, Paludanus, Marſil. & Sotus apud Suarez relatum. Item Bellarminus lib. 3. cap. 24. argument. 7. ad finem. Henriquez lib. 8. cap. 30. §. 2. Valentia diſp. 6. quæſt. 5. pag. 1. Albertinus Corollar 13. Theologico ex principio primo philoſophico, puncto. 5. & in his Aragonum regnis, ante annos plurimos pleríque noſtræ Societatis Profeſſores.

28. Nam omnis alius modus eſt ſuperfluus; creatione poſita. Mihi ratio eſt, quia quantitatis, aut cuiuslibet qualitatis productio creatiua ſufficiens eſt, vt eius terminus plenè, ac perfectè exiſtat per ſe; ergo vlterior modus non eſt aſſerendus. Antecedens probatur, quia formam accidentalem exiſtere per ſe, vel dicit eſſe independentem à ſubiecto, vel à complemento, aut aliter ad ipſum explicandum, vel eſt non indigere ſubiecto, cui innitatur ad ſui exiſtentiam, & conſeruationem, vel eſt non indigere aliquo per quod in ſuo eſſe compleatur, ſed poſita formæ accidentalis creatione, talis forma non indiget altero modo ad iſtos effectus nec ad aliquẽ ipſorum: ergo illa creatio ſufficiens eſt, vt accidentalis forma per ipſam creata, plenè ac perfectè per ſe exiſtat. Maior in confeſſo eſt apud omnes: Minoris partes duæ ſigillatim aſtrui poſtulant.

29. Patet hoc à Priori. Prior oſtẽditur, quoniã actio creatiua per ſe ipsã, & eſſentialiter, eſt indepẽdens à ſubiecto: ergo dum forma per creationẽ producitur, nequit ſimul cum ſubiecto eſſe: ergo neutiquã à ſubiecto pẽdet. Nihil enim magis à ſubiecto indepẽdẽs, quã quod repugnantiã habet, imò impoſſibilitatẽ ſaltẽ naturalẽ, vt in ſubiecto ſit; ſed accidẽtalis entitas, dũ actionẽ ſui creatiuã terminat repugnantiam habet, & impoſſibilitatem ſaltem naturalem, vt actione illa perſeuerante, in ſubiecto inhæſionis ſit; ergo per eiuſmodi creationem plenè redditur à ſubiecto independens. Confirmo, quia creatio per ſe ipſam eſt à ſubiecto independens vt quo: ergo ipſius terminus per illam redditur à ſubiecto independens vt quod: confirmo idipſum à contrariis, nam quia eductio per ſe ipſam, & vt quo à ſubiecto dependet; ideo terminus ipſius per illam à ſubiecto eſt vt quod dependens: ergo quia creatio per ipſam & vt quo eſt independens à ſubiecto terminus eius per ipſam eſt vt quod à ſubiecto independens.

30. Item à Pari. Altera minoris pars æquè ſolidè probatur; quia entitas accidentalis dum naturaliter in ſubiecto exiſtit & inhæret, vel completur in ſuo eſſe per inhærentiam, vel non? ſi per inhærentiam, non completur, opus non eſt, vt ſine ſubiecto exiſtens per modum aliquem in ſuo eſſe compleatur. Si autem (vt ego reor) dum in ſubiecto naturaliter exiſtit per inhærentiam completur, ergo dum extra ſubiectum eſt, completur per creationem. Probo conſequentiam, quoniam inhærentia formæ eductæ non aliud eſt realiter quam ipſius eductio; ergo ſi eductio, quæ per ſe ipſam pendet à ſubiecto, ſimul reddit ſuam formam & à ſubiecto pẽdentem, & in ſuo eſſe cõpletã, conſequens eſt, vt creatio, quæ per ſe ipſam à ſubiecto independet, ſuam reddat formam & independentem à ſubiecto, & completam in ſuo eſſe.

Oppones. Ratio exiſtendi per ſe, ſiue per ſe exiſtentis, quæ formæ accidentali ſupernaturaliter in ſacramento inducitur, imitatur naturalem creaturæ ſubſiſtentiam. Atqui naturalis creaturæ ſubſiſtentia, eſt modus re ipſa diſtinctus à productione ſubſtantiali etiam creatiua: ergo & per ſe exiſtentia, quæ formæ accidentali in ſacramento tribuitur, erit modus ab actione iſtius formæ creatiuæ realiter diſtinctus. 31. Obiectio ex ſubſiſtentia.

Doctiſſimi Recentiores diſcrimen eſſe aiunt, quia forma accidentalis vnam tantum habet dependentiam, nempe à ſubiecto, & hanc pleniſſimè habet per ſui ipſius eductionem: at verò ſubſtantia creata duas habet independentias, vnam à ſubiecto, alteram à ſuppoſito, ſiue ab aliena ſubſiſtentia, & priorem habet ab actione creatiua, non verò alteram, ſed ab vlteriori modo ſuppetaddito. 32. Male à quibuſdam diluitur.

Sed contrà quoniam independentia quam ſubſtantia habet à ſuppoſito, ſiue ab aliena ſubſiſtentia, non aliud eſt quàm non indigere vlteriori complemento ſubſtantiali: Vnde ſic agimus. Eductio formæ accidentalis, duos ei præbet effectus, reddere nempe illam à ſubiecto actualiter dependentem vt auctores prædicti fatentur: ſicut etiam creatio ſuum reddit terminum actualiter à ſubiecto independentem. Sed illa eadem eductio formam accidentalem reddit completam in eſſe accidentali: ergo & ſubſtantiæ creatio terminum reddit completum in eſſe ſubſtantiali. Minor probatur, quia iuxta ſententiam nobis alibi ex profeſſo confirmatam, & dictis recentioribus valde probatam, Eductio formæ accidentalis eſt ipſiſſima eius inhærentia: Hæc autem complementum eſt accidentalis rei inhærentis: tum quia reſpondet ſubſiſtentiæ, quæ complementum eſt rei ſubſiſtentis, tum etiam quia conceptus inhærentiæ quatenus talis, non conſtituit ſpecialem categoriam, ſed reducitur ad categoriam ſuæ formæ, non vt ipſius pars, ergo vt complementum. 33.

Quapropter ad obiectionem reſpondeo negando minorem: nam ſicut eductio formæ accidentalis per ſe ipſam pendens à ſubiecto ſuam formam reddit à ſubiecto pendentem, & inhærentem, ſiue accidentaliter completam: ita prorſus productio rei ſubſtantialis à ſubiecto, & ab aliqua ſubſiſtentia independens vt quo, ſuũ terminũ reddit, & à ſubiecto independentem vt quod, & ab aliena ſubſiſtentia independentem vt quod, ac proinde ſubſtantialiter completum, & ſubſiſtentem. Qua de re fusè diſſeruimus in tomo de Incarnatione diſput. 12. præſertim ſect. 1. & 2. vbi conſpeximus creationem humanitatis Chriſti, non eſſe ipſius ſubſiſtentiam quia per ſe ipſam & eſſentialiter pendet à ſubſiſtentia diuini ſcilicet Verbi. 34. Funditus euertitur.

SECTIO IV.

Vtrum hæc accidentia naturaliter agere & pati poſsint.

QVæſtio prima. Vtrum naturaliter agere poſſint ſicut quando ſubiecto inhærebant actione ſcilicet intentionali emittendi ſenſibiles ſui ſpecies, & actione reali ſeu phyſica 35. Agere poſſunt ſicuti dum inhærebant.

Digitized by Google

phyſica producendi calorem frigus, &c. Reſpondeo poſſe, quia nullum habet impedimentum, aut vinculum, quo virtus ipſorum conſtringatur ne in eiuſmodi prodeat actiones. Quod enim non exiſtant modo naturali in ſubiecto, ſed ſupernaturali extra ſubiectum; hoc inquam non ligat ipſorum actiuitatem, nam nec ſubiectum, nec inhærentia ad ſubiectū eſt virtus actiua totalis, aut partialis, ſolumque ſe habet ſubiectum, vt vehiculum virtutis actiuæ accidentalis; quapropter dum hæc independenter ab illo vehiculo exiſtit, non eſt vnde ab operatione impediatur. Præſertim verò cum inhærentia non ſit effectus ipſius accidentis, ac proinde illa impedita non impediatur primus accidentis effectus: hoc enim non impedito, non eſt cur cæteri impediantur.

Sicut Humanitas agit etiam carens propria ſubſiſtentia naturali.

Tandem ob rationes his ſimillimas humana Chriſti natura licet propriam non habeat ſubſiſtentiam, poteſt actiones humanas connaturaliter exercere: ergo & accidentia, licet non habeant inhærentiam, poterunt connaturaliter actiones alioqui ſibi proprias elicere.

36. Ea poti ſtrictam ſui mutationem ſicut in ſubiecto poſſunt.

Secunda quæſtio Num Euchariſtiæ accidentia poſſint ab agente naturali naturaliter pati ac immutari? Reſpondeo cum diſtinctione. Nam ſi ſermo ſit de paſſione, & immutatione ſtrictè ſumpta quæ eſt paſſio in ſubiecto inhæſionis, dicam hæc accidentia poſſe in hoc myſterio naturaliter pati, & immutari: non minus quam dum erant in ſubiecto. Ratio eſt, quia dum ſubiecto inerant, non aliam paſſionem, & immutationem à cauſa naturali recipiebant, præter impulſum mutationemque localem: iſtam in Euchariſtia propriè & connaturaliter ab agente naturali poſſunt recipere: ergo paſſiones omnes, & immutationes propriè dictas, quas ab agente naturali recipere valent, in ſubiecto eaſdem recipere valent, & recipiuntur à in ſubiecto. Et ratio priori eſt, quia qualitates iſtæ, dum ſubiecto naturaliter inhærent; ideo connaturaliter ab agente naturali, localem impulſionem mutationemque recipiunt: quia corporeæ ſunt, & localiter extenſæ vtrumque vnum habent ſubiecto carentes; ergo pari connaturalitate poſſunt eiuſmodi mutationes ab agente naturali ſuſcipere.

At inquiet aliquis: Non poſſunt hæc accidentia locum mutare, quin locum mutent actiones ipſorum conſeruatiuæ, vtpote quæ ſunt illis intimè affixæ tanquam ipſarum modi; ſed agens naturale non poteſt naturaliter agere in eiuſmodi actiones, vtpote ſecundum ſubſtantiam ſupernaturales; ergo nec poteſt iis accidentibus impulſum, motumve localem naturaliter imprimere.

Diſtinguimus Minorem. Sed enim agens naturale poteſt rem ſupernaturalem loco mouere, & ſic neganda eſt minor. vel non poteſt & ſic diſtinguimus conſequens: non poteſt agens naturale iis qualitatibus vt ab actione ſupernaturali diſtinctis impulſum imprimere negamus: Vt actione ſupernaturali coniunctis concedimus. Nec ideo tamen motus localis accidentium huius myſterij non ponitur ad actionem impulſiuam creati agentis; nam impreſſo naturali impulſu entitatibus qualitatum Deus ad occultandum myſterium impulſionem imprimit ipſarum ſupernaturalibus conſeruationibus, ſicut alia multa per ſe ipſum ob eundem finem in hoc myſterio præſtat; de quibus aliqua ſtatim recenſebimus.

Si autem ſit ſermo de accidentium illorum mutationibus & paſſionibus non propriè, ſtrictèque acceptis, quales ſunt graduum intenſiones & remiſſiones, cum certum apud me ſit vnum gradum propriè, & ſtrictè non recipi inhæſiuè in altero, Reſpondeo mutationes iſtas in qualitates Euchariſticas virtute naturalium agentium non induci. Ratio manifeſta eſt, quam in ipſa receptione attigi, quia ſcilicet gradus intenſionis non inhærent alij aliis, ſed omnes ſubiecto quod à qualitate dicitur quale vt calidum, aut frigidum, proinde ex illo ſolum poſſunt virtute agentis naturalis produci, & per conſequens ea virtute non poſſunt niſi educi, & ex ſubiecto ſubſtantiali eiſdem connaturali; ſed in Euchariſtia ſubiectum tale non eſt, ergo non poſſunt eæ mutationes virtute agentis naturalis naturaliter induci, ſiue ſint intenſiones, nā iſtæ in hoc myſterio ſunt propriè creationes: ſiue ſint remiſſiones, nam iſtæ fiunt per graduum oppoſitorum proprias, & ſtrictas creationes. 38. Sceus vero mutationem impropriam.

Quocircà dum Euchariſticæ qualitates intenduntur, ac remittuntur, dicendum eſt, aut agens creatum, quod ad agendum approximatum eſt, nihil omnino agens, ſed ſolum Deum eas actiones exercere, ne probaletur myſterium, agente naturali approximato, & nullo circa ſpecies effectu introducto, aut actiuam virtutem agentis naturalis diuinitus eleuari ad producendas extra ſubiectum ſuas formas ſupernaturaliter, quas ſolum in ſubiecto producere valet naturaliter. 39.

Nec eſt vt nobis hoc exprobret, tanquam proprium ſententiæ negantis quantitatem vnam cunctis rebus corporeis communem. Nam etiam hac admiſſa quantitate, neceſſe eſt multa iis ſimillima in hoc myſterio deuorare. v. gr. Poſtquam circa Euchariſticas qualitates ſiue panis ſiue vini nimium caloris productum fuit, & poſtea recuperatur priſtinum frigus; hæc actio recuperatiua frigoris, cum ſit recuperatio proprietatis vini, non poteſt naturaliter elici niſi à ſubſtantia vini: proinde vel tunc exercetur à ſolo Deo, vel à qualitatibus vini non naturaliter, ſed diuinitus eleuatis, vt aduerſantes planè concedunt. Quo exemplo molleſcunt omnia, quæ Lugus num. 28. tanquam duriuſcula obiicit; vt indè perſuadeat quantitatem ab omni re quanta re ipſa diſtinctam. Ego verò durius multò cenſeo, & naturæ, & eius auctori formam ſuperfluam, & modum agendi ineptum tribuere, idque eo ſolum fine, vt miraculorum multiplicationem Deo negemus in eo myſterio, quod ipſe eſſe voluit memoriam mirabilium ſuorum. 40. Neque id eſt noſtre ſententiæ ſingulare.

Sed inſtat Lugus ſi dicantur ſpecies vini non calefieri ab igne applicato, ſed ibi Deus actione creatiuâ producere calorem per ſe ſubſiſtentem vini ſpeciebus non vnitum: pariter dici poterit manus non frigefieri, aut madefieri ab eiſdem ſpeciebus. Sed Deus ad ipſarum præſentiam producere in manu frigiditatem, aut humiditatem, vt occultetur myſterium. Sed imprimis nos non abſolutè dicimus calorem illum, qui in Euchariſtia producitur, non produci ab igne approximato, ſed vel non produci ab illo, niſi eleuato, vel produci à ſolo Deo. Deinde licet abſolutè 41. Neque inde infertur poſſe negari quod ſpecies agunt.

diceremus à ſolo Deo produci, diſcrimen eſſet latiſſimum; quia qualitatum per ſe exiſtentia non eis ligat natiuam agendi vim: ignis autem ad creandum non habet natiuam vim. Ergo quantumuis dicatur ignis non creare calorem; non eſt conſequens dicatur calor per ſe exiſtens, & applicatus manui non eam calefacere.

Vrgeo nam etiam videmus poſtquam ignis ad calicem eſt applicatus, reſtitutionem ibi fieri ad priſtinum frigus; perinde quaſi ibi exiſteret agens quod ſibi frigiditatem illam inſtauraret, & tamen concedente Lugo, & ratione clamante; nullum ibi ſtare agens creatum reperitur; & tamen, non ideo ſibi Lugus fas cenſet dicere, quando ſpecies ad manum applicantur, agens quod eam calefacit, non eſſe creatum: Igitur ex eo quod ignis ad Euchariſtiam admotus non eum calorem producat, non licebit negare quod vini ſpecies ad manum applicatæ manum calefaciant & humectent.

SECTIO V.

Quomodo ex Euchariſticis accidentibus aliqua ſubſtantia generetur.

42. Aſtruitur ſuppoſitio contra veterum nonnullos.

ASſeruere quidam in deſtructione illorum accidentium nullam omnino generari ſubſtantiam; & proinde in illarum decoctione per calorem, & aliàs ſtomachi qualitates non interuenire veram productionem chili. Recte tamen ait S. Thomas quæſt. 77. art. 5. manifeſtè verum eſſe id quod ſupponimus, quia qualitates illæ non annihilantur, ſed aliquid manifeſtè eis ſuccedit. Et patet, nam quando comburuntur, rediguntur in cineres, & quando diutiſſimè aſſeruantur, ranceſcunt, putrefiunt, & ſub eis vermiculi generantur; ac proinde dum in ſtomacho ſunt, ad calorem ſtomachi talis fiet mutatio, vt in ſpecierum decoctarum ſpatio ponatur vltima veluti diſpoſitio, & conſequenter ipſa ſubſtãtialis Chriſti forma. Quomodo autem, ex eis aliquid generari poſſit (inquit S. Thomas citatus) difficile eſt videre.

43. Et quidem S. Doctor manifeſtiſſimè ibi mutationem fieri circa aërem circunſtantem, ſed vbi ſunt ipſæ ſpecies nec reproduci panem & vinum, quæ per conſecrationem deſierant; nec reproduci ipſorum materiam primam; Sed educi formam ſubſtantialem ex quantitate panis, & quantitate vini gerente vices materiæ ſine nouo miraculo, ſed ex vi miraculi præcedentis, quo ſcilicet per conſecrationem data fuit quãtitati virtus ſuſtentatiua formarum ſubſtantialium, & gerendi munus, quod alioqui materiæ primæ proprium eſt.

44. S. Thomas difficile loquutus.

Hæc tamen doctrina merito deſeritur. Nam vt omittam quod quantitas neutiquam eſt ſpeciale accidens, ſed quælibet materialis entitas ſua ſibi quantitas eſt, vt inquam hoc omittam, quod hodie eſt valde plauſibile, & prædictam ſententiam à fundamentis euertit; habet illa doctrina grauiſſimam ſui refutationem. Etenim homini vermi, & omni compoſito ſubſtantiali corporeo eſſentialis eſt materia prima: proinde compoſitum ex quantitate & forma rationali non eſſet homo, & compoſitum ex quantitate & forma vermis, non eſſet vermis, & conſequenter partialis introductio formæ viuentis in quantitatem non eſſet nutritio. Cum igitur ex Euchariſtiæ ſpeciebus nutriatur homo, & generetur vermis, non inducitur eorum forma in quantitatem, ſed in materiam primam. Confirmatur, quia vel quantitas illa maneret abſque materia prima, ſupplendo illius vices vſque ad mundi finem, vel ſolum in prima generatione, quæ fit ſpeciebus corruptis.

Hoc ſecundum fundamento caret, nam ſi pro generationibus ſequentibus materia reſtituitur cur non pro hac prima generatione. Illud autem prius grauiſſimis laborat incommodis, nam decurſu temporis, in qua tanta conſeruatur materia, plurimum materiæ primæ in mundi principio creatæ deficeret, & magna quantitatis quantitas abſque materia foret & generationes ſuſtineret: Vnde triplex eſſet incommodum. Primum, quia pleræque productiones & Chriſtianorum nutritiones monſtroſæ eſſent, idque non monſtroſitate accidentali, ſed eſſentiali, ſecundum quod ſæpe contingeret quantitatem panis, & vini in Euchariſtia deſtructi tandem per varias mutationes accipere diſpoſitiones & formas panis & vini, & ad conſecrationem adhiberi, & conſecrationem irritam eſſe, vt pote circa illegitimas materias. Tertium quod in reſurrectione plane deeſſent plures materiæ, vel ſaltem totales, vel ſaltem partiales propriæ & peculiares quorundam hominum, ac proinde vel illæ materiæ in reſurrectione reproducerentur, vel non; ſi dicatur hoc ſecundum, eſt contra fidem, quod quiſque ſuo cum proprio corpore reſurget: ſi prius illud aſſeratur; eſt inconſequens, nam ſi tunc materia prima, quæ periit reproducenda eſt, cur non potius in præſenti?

Et grauiſſima ſequerentur incommoda ex illa doctrina recepta ſine examine.

Nec dixeris hanc difficultatem explicandi quomodo in reſurrectione ſuam quiſque materiam integram accipiet, communem eſſe huic ſententiæ & oppoſitæ, nam etiam vna & eadem materia eſt ſucceſſiue vnius hominis, & poſt aliquot annos eſt alterius, & poſt alios pluſculos alius, & ſic deinceps: cuius ergo erit in reſurrectione & quando quiſque ſuam integrã recipiet. Nec, inquam, hoc dixeris, nam licet in communi ſententia punctum iſtud difficultatẽ habeat, ſed non inſuperabilem; ſaltẽ enim ſuperabit qui ſeu vere, ſeu falſe dicat fore vt materia prima, quæ pluribus eſſentialis fuit, in reſurrectione reproducatur in multis locis, & à multis ſimul poſſideatur. Quæ reſponſio iuxta ſententiam, quam impugnamus, locum non habet, ſicut nec in ſententia negantium poſſe idem Corpus in pluribus locis diuina virtute circunſcriptiuè conſtitui: nec enim beatorum corpora cum definitiuis, ſed circunſcriptiuis præſentiis reſurgent. 45.

46. Deſtructis ſpeciebus ex materia fit generatio

Dicendum igitur eſt, ſubſtantiam quæ deſtructis panis & vini diſpoſitionibus gignitur, non gigni ex aliquo panis, aut vini accidente, tanquam ex ſubiecto, ſeu materiæ primæ munus obeunte, ſed ex materia prima, quæ in inſtanti, quo ponuntur diſpoſitiones Chriſti, verbi gratia aut vermis, in illius diſpoſitionis locali ſpatio producitur. Hæc eſt hodie communiſſima ſententia, & efficaciter probatur partim impugnationibus cæterarum adductis; partim quia præterquam quod illarum omniũ difficultates, & abſurditates euitat, ipſa nullam prorſus incurrit.

Quæ

Digitized by Google

47. Quæritur, an materia, quæ tali generationi, & nouæ formæ recipiendæ tunc ſufficitur, ſit eadem numero quæ per conſecrationem deſtructa fuit? Reſpondet. Lugus diſp. 10. ſect. 1. n. 31. & conſentiunt Recentiores veriorem videri partem affirmantem. Ego vero cenſeo veriſſimam idque ob rationem moralem, quam nuper attuli, quia ſcilicet alioqui non patet aditus ad intelligendum aut explicandum, qua ratione in conſummatione ſæculi quiſque ſuo cum corpore integre reſurget.

Ex eadem numero quæ perierat.

48. Quæretur inſuper num ſit ratio phyſica, ob quam illa numero materia produci debeat quam alia, quæ nunquam extitit. Reſpondet Lugus, rationem eſſe veriſimilem; quia probabile eſt accidens per ſuam indiuiduationem poſtulare magis illud numero ſubiectum quam aliud; Ergo hæc accidentia, quæ in tali numero materia fuerunt phyſicè, poſtulant magis illam quam aliam. Reſpondeo antecedens non eſſe veriſimile; quia nulla poteſt probabili ratione fulciri: ſi enim hæc numero materia prorſus eſt eiuſdem rationis, & paris perfectionis cum illa, cur accidens, aut quantitas ex natura ſua potiùs petet vnam, quàm alteram? Firmo, quia ſubſtantia hæc ex duabus proprietatibus eiuſdem rationis, & paris perfectionis non magis depoſcit iſtam quam illam, ideoque à Deo determinatur ad producendam illam & non illam: Ergo & hæc proprietas ex duabus æqualibus materiis non magis depoſcet vnam quam alteram.

Sine phyſica exigente.

Accidentalis entitas non magis petit ex ſe ineſſe huic materiæ, quàm alteri ſimili.

49. Probat inſuper Lugus, quia licet hæc albedo ſit abſolute indifferens ad hoc & ad aliud ſubiectum; poſtquam tamen in hoc ſubiecto exiſtit, poſtulat non migrare ad aliud: ergo cum hæc accidentia fuerint ſemel in hac numero materia, connaturaliter exigunt eſſe in illa. Contrà, quia quod accidens ex ſuppoſitione quod in vno ſubiecto fuerit, dum in ipſo eſt poſtulet non migrare ad aliud, inde ſolum oritur, quod nullum agens naturale poteſt ipſum ex vno in aliud transferre: at quantumuis in aliquo ſubiecto iam fuerit, ſi poſtea extra omne ſubiectum exiſtat, non eſt cur potius appetat magis in vno eſſe quam in alio, ſiquidem in hoc determinato fuiſſe non eſt ipſi entitati, quam habet, quidpiam intrinſecum; proinde dum extra ſubiectum exiſtit, perinde indifferens eſt ad hoc vel ad aliud ſubiectum, ac dum erat in ſtatu meræ poſſibilitatis vel ſaltim æquè, ac ſi primò productum fuiſſet, & poſtea conſeruatum extra omne ſubiectum, & in nullo vnquam ſubiecto extitiſſet.

50. Equidem ob iſtas rationes in hac ſententia ſum. Si tamen in accidente, quod prius in pane & vino fuit, ponatur exigentia phyſica ad eſſendum (vt ſic loquar) idem omnino accidens quod antea fuit, neceſſario dicendum eſt accidentia, quæ manent in ſubſtantia, quæ tunc gignitur, phyſice poſtulare, vt eadem numero materia, cui prius inhæſerant, reproducatur. Nam dum inhærebant, conſtituebant cum hac inhærentia vnum integrum accidens; proinde ſi phyſice poſcunt eſſe idem omnino accidens, quod in ſubiecto erant phyſicè poſtulant illam inhærentiam, & proinde hanc numero materiam primam, vtpote ſine qua hæc numero inhærentia nec diuinitùs valet redire.

Niſi ex aliqua ſuppoſitione.

SECTIO VI.

Reliquæ dubitationes ad hæc accidentia pertinentes.

Prima, quando hæc accidentia deſinant continere Chriſti ſubſtantiam? Reſpondeo tunc deſinunt eam Domini ſubſtantiam continere, cum primum phyſica vnio ſubſtantiæ Chriſti cum ipſis accidentibus deſtruitur; & hæc tunc deſtruitur cum primum hæc accidentia ſic immutantur, vt naturaliter nequeant panis aut vini ſubſtantiam continere. Ratio eſt quia Chriſti ſubſtantia tandiu ſolum eſt *in Euchariſtia*, quandiu rationem ſacramenti componit. Atqui rationem ſacramenti tandiu ſolum componit, quandiu ſpecies panis, & vini propriæ, ſiue ipſorum ſubſtantiam continere valentes perſiſtunt. nam cum iſtis, & non cum aliis Dominica ſubſtantia conſtituit, & componit rationem ſacramenti; ergo cum primum iſtæ modo dicto immutatæ ſunt, Chriſti ſubſtantia eſſe ibi deſinit. 51.

Deſinunt continere Chriſti ſubſtantiam cũ panis & vini non poſſent.

Secunda dubitatio. An ſi Chriſti corpus & ſanguis eſſent extra Euchariſtiam in cineres redacta, & poſſet ex vi præſentis inſtitutionis fieri Conſecratio quanam ratione Chriſti ſubſtantia ſub ſpeciebus corruptis eſſe deſineret? Reſpondemus in ſuppoſitione manifeſtâ contineri repugnantiã; ſiquidé ex vi præſentis inſtitutionis habetur, vt nõ poſſit Chriſti ſubſtãtia ſub ſpeciebus per conſecrationẽ conſtitui, niſi qualis & ſubſtantialiter extra Euchariſtiam, ita ſcilicet vt ſi extra Euchariſtiam viuat, cõſtituatur viua, ſi extra non viuat, cõſtituatur nõviua: Si ergo extra Euchariſtiam ſubſtantialiter non exiſteret, nulla poſſet ex vi præſentis inſtitutionis fieri conſecratio, per quam Chriſti ſubſtantia ſub ſpeciebus conſtitueretur, cum nec poſſet conſtitui viuens, nec poſſet conſtitui non viuens. Cæterum illo dato impoſſibili; Reſpondeo tunc ſub ſpeciebus corruptis deſituram Chriſti ſubſtantiam ſecundum illud eſſe quod per conſecrationem ſub eis integris poſitum fuiſſet. Nunc enim ſecundum illud re ipſa deſinit, quod per Conſecrationem ponitur: ergo tunc ſecũdum illud deſineret, quod per conſecrationem poſitum eſſet. 52.

Quid ſi Chriſti Corpus extra Euchariſtiã eſſet deſtructum.

Tertia dubitatio. Num ſi conſecratæ ſpecies cum aliis liquoribus, v. gr. cum lacte, vel aqua permiſceantur, ſtatim Chriſti ſubſtantia deſinat ſub eis exiſtere. Diſputat hac de re S. Thomas quæſt. 77. art. 8. cuius reſolutionem ait Lugus diſp. 10. ſect. 3. num. 41. communiter cenſeri minus probabilem: ſed non video iuſtam huius reputationis cauſam; ſi quidem ſancti Doctoris reſolutio eſt: Si tanta fiat permixtio, vt tertia quædam ſubſtantia reſultet, deſinere ibi Chriſti ſubſtantiam, ſi vero non fiat tanta permixtio, Chriſti ſubſtantiam non ibi deſinere. Quæ Doctoris ſancti reſolutio, & veriſſima & ſolidiſſima eſt, ideoque nobis maxime placet; quia ſpecies panis & vini tandiu continent Chriſti ſubſtantiam, quandiu tales perſiſtunt, vt poſſent panis & vini ſubſtantiam continere: Sed quando cum aliquo liquore ſic permiſcentur, vt tertius quidam reſultet, ita immutantur, vt nequeant panis ac vini conti- 53.

Quid ſi ſpecies cum aliis permiſcerentur.

Vera Reſolutio S. Thomæ placet.

nere

nere ſubſtantiam; dumque non ita permiſcerentur vt tertius reſultet liquor, ſubſtantiam panis ac vini continere valent: ergo in priori euentu Dominicam ſubſtantiam continere deſinunt, & in altero non item.

54. Si verò conſecratæ ſpecies admiſceantur ſubſtantiæ, idem habenti nomen quod ſubſtantia propria ipſarum v.gr. ſpecies panis cum pane non conſecrato, & ſpecies vini cum vino non conſecrato, diſtinguendum eſt. Aut enim ſubſtantia cui admiſcentur ſimul cum eodem nomine habent eandem eſſentiam, & conſequenter eaſdem propriiſſimas proprietates: & ſic Dominica ſubſtantia non ſolum per admixtionem non deſinet ſub ſpeciebus admixtis, verum etiam diutius erit ſub illis, quam ſi non admixtæ eſſent. Quia ſubſtantia cui admiſcentur non ſolum non in illas agit, vtpote ſuis omnino ſimiles, verumetiam iuuat, vt diutiùs conſeruentur, nam agentia naturalia difficilius deſtruunt minorem accidentium quantitatem, quam maiorem.

55. Aut verò ſubſtantia, cum qua ſpecies conſecratæ permiſcentur, etſi nomen idem, v.gr. vini, habeat, non eſt eiuſdem ſpeciei cum vino, quod ſpeciebus admixtis ante conſecrationem ſubſtabat; ſubdiſtinguendum exiſtimo. Nam ſi ſubſtantia, cui tales admiſcentur ſpecies in eas non agat v.gr. vinum rubrum in ſpecies vini albi conſecratas, eadem erit huius euentus, & præcedentis ratio proinde eadem reſponſio; fore ſcilicet vt eiuſmodi ſpecies conſecratæ diutius retineant Chriſti ſubſtantiam, quam ſi ſolæ & impermiſtæ manſiſſent, quia diutius integræ permanebunt. At ſi vinum, cui admiſcentur, in eas agat, nodus exurgit non parum ſtrictus. Quamuis enim dum vinum non inducit ſuam integram diſpoſitionem certiſſimè perſiſtat ſub admixtis ſpeciebus Chriſti ſubſtantia; tamen etiam ſi vinum rubrum ſuam diſpoſitionem inducat videtur Chriſti ſubſtantia, & ibi deſinere quia ponitur diſpoſitio ſubſtantiæ à ſua diſtinctæ, & non ibi deſinere quia non ponitur diſpoſitio ſubſtantiæ ſub qua Chriſti ſubſtantia nequeat ſecundùm præſentem inſtitutionem eſſe.

Alius nodus non parum difficilis.

Cenſeo tamen Chriſti ſubſtantiam tunc inde abfuturam; quia deeſſet ſubſtantialiter illa vini ſpecies, cum qua vnum ſacramentum conſtituebat, circa illam enim prolatum erat pronomen *Hic*, & proinde illa non durante nec Dominicus ſanguis ibi perſiſteret. Accedit, quod Chriſti Corpus ſub ſpeciebus panis, & Chriſti ſanguis ſub ſpeciebus vini non ſunt, niſi phyſicè illis vnita; nec phyſicè illis vniuntur niſi per actionem ſui ipſorum productiuam; & hæc ſine nouis verbis conſecrationis noua exiſtere non poteſt: Noua vero prorſus exiſteret, ſi Chriſti ſanguis inde tunc non abeſſet, quippe qui phyſicè vniri deberet complemento diſpoſitionis vini robuſtioris.

Soluitur tamen.

56. Poſtquam hanc firmaui ſententiam inuenio contrariam à Lugo traditam diſput. 10. à n. 42. vſque ad 50. Probat illam primo, quia ſi vinum rubrum & album in calice permixta conſecrarentur, & poſtea vnum agat in alterum, fidelium ſenſus eſt non aliam ibi ſubſtantiam eſſe, præter Chriſti ſanguinem. Contra, quia de caſu pene contingente, & à fidelibus communiter non audito; nullus poteſt eſſe communis fidelium ſenſus.

Lugo ſuperiora impugnanti occurrimus.

Deinde probat, quia alioqui debuiſſet Eccleſia præcipere, ne prima purificatio calicis fieret per vinum robuſtius conſecrato, ne ſcilicet actiuitate ſua ſtatim ab ſpeciebus, quæ purificatione extrahuntur, expelleret Dominicum ſanguinem. Contra item: Tum quia licet ab illis eum ſtatim expelleret, non minus gratiæ ſacerdos acciperet, nam illud ſpecierum reſiduum nouam gratiam non confert: Tum etiam quia quamtumuis robuſtum eſſet vinum, non tam celeriter induceret in iis ſpeciebus ſui diſpoſitionem, quin eas deſineret prius deſcendere in ſtomachum: ad quem cum primum pertingit ſacramentum gratiam ſuam producit: ergo licet eæ ſpecies reſiduæ gratiam producere poſſent, non debuiſſet Eccleſia præceptum illud imponere. 57.

Tandem probat à priori, quia Chriſti ſanguis tandiu ſub illis accidentibus manet, quandiu illa moraliter ſunt eadem quæ fuerunt tempore conſecrationis. Sed licet ita mutentur vt diſponant ad vinum alterius ſpeciei, ſunt eadem moraliter; nam in ordine ad vſus humanos eodemmodo ſe habent: ergo Chriſti ſanguinem retinent. Minorem nego, & impugno; quia vinum album & rubrum non ſolum in entitate phyſica, ſed etiam in æſtimatione morali, & in ordine ad humanos vſus magnopere differunt, ergo etiam ipſorum ſpecies, ſeu proprietates. Addo, multum hic eſſe attendendam varietatem phyſicam accidentium, eo quod cum ipſorum noua parte phyſica deberet, vt illis ſubſtaret, phyſicè vniri Chriſti ſanguis; hæc vero noua vnio phyſica ſine noua conſecratione fieri non valet. Nec dicas vnionem illam phyſicam ſpectare ad opinionem noſtram peculiarem, nam & illam ſuprà ſolide firmauimus; & Aduerſarij conſequenter agunt ad alias ſuas ſententias nec minus peculiares, nec magis ſolidas. 58.

59. *Inter Chriſtum & ſpecies vnio Phyſica noua non datur ſine noua conſecratione.*

60. Quarta dubitatio. Quando conſecratæ ſpecies cum vino non conſecrato continuantur, ſitne Chriſti ſanguis in puncto continuatiuo nouiter tunc producto. Reſpondemus negando: nam & ſuppoſitio quod producatur nouū indiuiſibile falſa eſt, tum apud nos, qui tota indiuiſibilia continuo tribuimus; tum apud aliquos Recentiores qui omnia indiuiſibilia continuo negant; & apud illos qui partes & indiuiſibilia concedunt, etſi in illa continuatione nouum producatur indiuiſibile, ſub illo tamen non eſt dicendus eſſe Chriſti ſanguis; quia Chriſti ſubſtantia de nouo ſine noua conſecratione non producitur.

Quid de puncto in continuatione ſpecierum producto.

61. Quinta dubitatio. Quid agendum de vino in quod incideret gutta ſpecierum conſecratarum: Reſpondeo, ſi vinum eſſet alterius ſpeciei, & robuſtius priore conſecrato, paulò poſtquam guttam recepit, habendum quaſi non illam accepiſſet: quia ſiue ſuas, ſiue tertij diſpoſitiones in eam immiſerit, ab ea gutta Chriſti ſanguinem abeſſe fecit; iuxta doctrinam in tertia dubitatione firmatam. Si verò vinum illud tale non ſit vt guttam ſpecierum ſubſtantialiter mutare poſſit, eo quod ſit eiuſdem ſpeciei cum priore conſecrato; Reſpondeo cum Suarez diſput. 57. ſect. 4. §. vltimo; ſeparandum totum illud eſſe in ſacros conſecrationis vſus. At inquit P. Lugus num 52. durum hoc videri, tum quia poſſet gutta cadere ſupra ſtagnum vini, tum quia non ſe exponerent ſinguli

Quid ſi gutta ſpecierum in alium liquorem incidat.

ſinguli bibentes periculo bibendi Dominicum ſanguinem. Contra, quia prior ratio moralis non eſt poſterior à morali periculo non liberat aliquis enim aut plures bibentium certiſſime biberent Chriſti ſanguinem; ergo ſinguli periculum illud ſubirent. Itaque præſtat reſponſio P. Suarez.

61. *Caro, vel puer exiſtens vere ne exiſtant?*

Sexta dubitatio, quando caro vel Puer vel ſanguis in ſpeciebus conſecratis apparet; deſinat ne tunc eſſe Chriſti ſubſtantia ſub eiuſmodi ſpeciebus? Reſpondeo cum communi ſententia; non deſinere. Nam eſſet ingens deordinatio, tunc inde abeſſe Chriſti ſubſtantiam quando per miraculoſam operationem ibi adeſſe ſignificatur, & confirmatur.

63. *Species in ſtomacho breuiſſime conſumuntur.*

Septima dubitatio. Quanto tempore vſque adeo mutentur in ſtomacho ſpecies, vt Chriſti ſubſtantiam iam non contineant? Reſpondeo conſulendos hac de re medicos; & illis in arte ſua fidem habendam. Conſulti vero medici Romani prout P. Lugus citatus refert, aiunt & fuſe probant hoſtiam quam laici ſumere ſolent regulariter, & ab ſtomacho mediocri corrumpi in vno horæ minuto, hoc eſt, in vnius horæ parte ſexageſima, proinde in vnius quadrantis parte decima quinta: Hoſtiam verò quam ſacerdotes ſumunt; ſimulque ſpecies vini conſecratas corrumpi in horæ ſemiquadrante. Quæ reſolutio pro cunctis terræ plagis probanda, & ad praxim applicanda videtur: nam ſi in quibuſdam regionibus, vt in hac noſtra Aragonia robuſtiora ſunt alimenta, etiam ſtomachi ſunt robuſtiores. Quocirca ſi poſt dimidium horæ quadrantem a confecto ſacro ſumpſeris cibum, vel nauſea compellente euomueris, nec Euchariſtiam euomes, nec irreligioſe tractabis.

DISPVTATIO XXXIX.

De verborum forma, qua Sacramentum Euchariſtiæ conficitur.

SECTIO I. *Qualem benedictionem, gratiarum actionem, & fractionem, conſecrationis verbis Chriſtus præmiſerit.*
§. 1. *Has omnes actiones retulit Matthæus; itemque Marcus, Lucas, & Paulus.*
§. 2. *Benedictio, gratiarumque actio; & panis fractio ſingillam explicantur.*
SECTIO II. *Quænam Chriſti verba neceſſaria ſint ad vtriuſque conſecrationis valorem*
§. 1. *Eſſentialia ſunt.* Hoc eſt Corpus meum: Hic eſt ſanguis meus: *non tamen,* eſt, *expreſſum.*
§. 2. *Vocula* enim, *non eſt eſſentialis, & an ſit cauſalis.*
SECTIO III. *Neceſſariâ ne ſint Verba, quæ iſtis,* Hoc eſt corpus meum; Hic eſt ſanguis meus, *præponuntur, aut poſtponuntur.*
SECTIO IV. *Cæteras huius loci quæſtiones percurro.*

SECTIO I.

Qualem benedictionem, Gratiarum actionem, & fractionem, conſecrationis verbis Chriſtus præmiſerit.

QVæſtionem hanc, tanquam Biblicam plerique Scholaſtici omittunt; nos eatenus explicabimus, quatenus ad expediendam præſentis diſputationis viam, expediet. 1.

§. I.

Has omnes actiones retulit Matthæus; itemque Marcus, Lucas & Paulus.

2. *Benedictionem panis, & vini ab Euangeliſtis relatam negat Vaſquez.*

NEgat hanc ſuppoſitionem Vaſquez diſp. 196. cap. 2. ratus ſcilicet benedictionem à Chriſto quidem adhibitam, quia mos erat fidelibus cibos ante ſumptionem benedicere; eam tamen benedictionem quam pani & vino conſecrando Chriſtus adhibuit, à nullo Sacrorum eiuſmodi Scriptorum commemoratam; quia nullus ipſorum ponit in eodem loco duo illa verba εὐλογήσας εὐχαριστήσας benedicens, & gratias agens, ſed vbi vnum ponunt, omittunt alterum, verbi gratia Matthæus & Marcus in conſecratione panis adhibent participium εὐχαριστήσας *gratias agens.* & omittunt participium εὐλογήσας *Benedicens*; in conſecratione autem calicis adhibent vocem εὐλογήσας *benedicens* & mittunt vocem εὐχαριστήσας gratias agens: Ergo duabus illis vocibus eandem rem vtrobique ſignificarunt, nempe gratiarum actionem, atque adeo ſiluerunt omnino benedictionem. Et confirmari poteſt, quia Lucas dum in cap. 22. v. 19. & 30. & Paulus dum 1. Cor. 11. v. 24. & 25. Sacramenti huius inſtitutionem conſcribunt, nullam habent mentionem benedictionis, & expreſsè ponunt gratiarum actionem.

3. *Benedictio, & gratiarum actio, & fractio referuntur à ſingulis.*

Ego tamen exiſtimo ſingulos illos Canonicos ſcriptores attuliſſe, & litteris mandaſſe tres illas omnes Chriſti actiones Benedictionem, Gratiarum actionem, & Fractionem. De his duabus omnes conſentiunt: de Benedictione circa quam eſt diſſenſio, inprimis id probamus ad hominem contra Vaſquez. Nam Chriſtus, vt ille fatetur, adhibuit menſæ benedictionem, & quidem, menſæ Euchariſticæ adhibuit benedictionem ſpecialem, & communi & ſolemni longè maiorem, vt in §. 2. probaturi ſumus: ſed in omnibus illis & ſingulis quatuor Canonicis ſcriptoribus inueniemus vocem, quæ de benedictione iſta ſpeciali à Chriſto exhibita, poſſit intelligi: Non ergo negare, ſed affirmare debemus, talē benedictionem ab omnibus illis quatuor ſacris ſcriptoribus eſſe narratam. Conſequentiam probo, quia rem tantam commemorare, & neutiquam ſilentio tegere omnino ſpectabat, & ad munus Hiſtorici, vel mediocriter diligentis, nedū cœleſti Spiritu afflati: tum etiam quia plurimum conducebat ad excitandam in lectoribus huius myſterij

reue

reuerentiam, vt mox videbimus: Tum poſtremò quia alioqui damus Hæreticis ſacrarum cæremoniarum execratoribus id quod auide exoptant, nempe ſacrum menſæ benedicendæ ritum Chriſti autoritate non confirmari.

4. Singulorum illorum teſtimonia.

Minoris probationem petimus ex ipſis trium illorum Euangeliſtarum, & Pauli teſtimoniis. Matthæus enim cap. 26. v. 26. & 27. ſic habet: *Accepit Ieſus panem & Benedixit, ac Fregit, deditque diſcipulis ſuis, &: Accipite, & comedite: Hoc eſt corpus meum: & accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic eſt enim ſanguis meus.* Vbi actionem conſecrationi panis præuiam appellat Benedictionem, non gratiarum actionem: è contra vero actionem præuiam conſecrationi calicis, nominat Gratiarum actionem, non benedictionem. Eundemque tenet ordinem Marcus cap. 14. v. 22. & 23. dicens: *Accepit Ieſus panem, & Benedicens* (εὐλογήσας, cum benedixiſſet) *fregit & dedit eis, & ait: Hoc eſt corpus meum, & accepto calice Gratias agens* (εὐχαριστήσας *cum gratias egiſſet*) *fregit & dedit eis, & ait illis Hic eſt ſanguis meus.* Quod autem vterque Euangeliſta memorat Chriſtum ante conſecrationem panis *gratias egiſſe*, & ante conſecrationem calicis, *benedixiſſe* non perſuadet accepiſſe gratias agere pro benedicere, aut è conuerſo. Nam εὐλογεῖν, *benedicere* non eſt εὐχαριστεῖν gratias agere, nec è conuerſo: ſed potius omninò differunt, cum illud ſit pro vno beneficio capiendo preces fundere, & iſtud pro alio beneficio accepto gratitudinem oſtendere. Cumque diuini Scriptores minime recuſent ad eandem rem ſæpe ſignificandam eodem ſæpe vti verbo, cenſeri non poſſunt Matthæus & Marcus ſolo animo vitandi repetitionem eiuſdem vocis tam impropriè loqui voluiſſe. Potius credi debent propriè locuti, vel animo non repetendi eandem rem, vel certè ſignificandi magnam duarum illarum actionum connexionem: quæ duo duobus numeris ſequentibus euoluam.

5. Quod vno loco idem Euangeliſta ponit in alio ſimili ſubintelligi vult.

Sicut vnus Euangeliſta prætermittit multa Chriſti dicta & facta quæ ab alio commemorantur, & commemorat multa quæ ab illo prætermittuntur; idque præſtat ne narrationem repetat, ſed impleat: ita poſuit vnus idemque Euangeliſta, verba *benedicendi*, & *gratias agendi* hic vſurpaſſe, & diſtribuiſſe, vt cum vni conſecrationi præmiſiſſet ſolam vocem *benedicendi*, alteri conſecrationi præmitteret ſolam vocem *Gratias agendi*; ne ſcilicet rem eandem bis diceret, cum ex ipſa materia, & communi more, & ritu conſtare poſſet Chriſtum vtrique conſecrationi vtramque actionem adhibuiſſe. Hoc enim longe minoris incommodi eſt, quam ſolo verbi variandi ſtudio locutionem vſurpaſſe impropriiſſimam.

6. Vel certe quando duo ſunt coniuncta poſito vno, alterū poſitum eſſe intelligitur.

Vel ſi mauis, quodque mihi magis arridet, ſic te expedies: erant illæ duæ actiones *Agendi gratias* Deo, & *Benedicendi* alimoniæ, tam connexæ inter ſe moraliter, vt vnius narratione, vel commemoratione cenſeretur alterius narratio, vel commemoratio comprehendi. Sic feſtiuitas illa, quam nudius decimus celebrauimus, tria ſortitur præcipua nomina Chriſti Præſentatio, Deiparæ Purificatio & Hypapante, ſiue occurſus; propter illa ſcilicet tria, quæ poſtridie Kalendas Februarij recoluntur. Vnde ſi quis dicatur eo die ex libro Euangeliorum in Miſſa recitaſſe, vel cantaſſe Chriſti præſentationem, hoc ipſo intelligetur cantaſſe, vel recitaſſe, Deiparæ Purificationem, & Simeonis occurſum, & vice verſa; quia ſcilicet recitationes iſtæ ſunt moraliter connexæ. Atqui gratiarum actio pro cibo, & potu in menſa propoſitis, & ad refectionem diuino munere oblatis; & oratio vt ipſorum eſus ad corporis animique ſalutem prodeſſet, moraliter erant connexæ. Proinde commemorata circa panis conſecrationem benedictione, commemorata cenſebatur gratiarum actio; & commemorata circa vini conſecrationem gratiarum actione commemorata cenſebatur benedictio.

Confirmantur hæc omnia & locupletantur. Quia tametſi Lucas in cap. 22. verſ. 19. & 20. dum Euchariſtiæ primam inſtitutionem litteris mandaret, benedictionis mentionem, vel ſaltem appellationem miſit inquiens: *Accepto pane* (λαβὼν ἄρτον cum accepiſſet panem) *Gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens, Hoc eſt corpus meum. Similiter & calicem* (id eſt, ſimiliter cum accepiſſet calicem) *poſtquam cœnauit* (ſupple etiam per zeugma *gratias egit*) *dicens; Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine.* Tamen in cap. 24. verſ. 30. de Sacramenti huius ſecunda conſecratione apud caſtellum Emaus à Chriſto facta ſermonem inſtituens, benedictionis vocem vſurpauit; ita ſcribens: *Accepit panem, & Benedixit ac fregit & porrigebat illis.* Paulus item etſi 1. Corinth. 11. v. 24. & 25. dum primæ conſecrationis narrationem texeret, benedictionis vocem conticuit: idem tamen cap. 10 proximè antecedente v. 16. abunde illam expreſſit, dicens: *Calix Benedictionis, cui Benedicimus, nonnè communicatio ſanguinis Chriſti eſt?* Abunde inquam: quia τὸ *calix benedictionis* indicauit eſſe calicem quem Chriſtus eximia quadam & planè ſingulari benedictione aſſerit; & τὸ, *cui Benedicimus*, id eſt, cui nos etiam exemplo diuino benedictionem impertimur, euidentiſſime declarauit, *benedicendi* vocem ſe accipere non pro *Gratias agere* (nec enim Chriſtus, nec nos Calici nondum conſecrato gratias agimus) ſed pro oratione, qua Calici nondum conſecrato Chriſtus bene precatus eſt, & qua nos etiam benepreeamur: & hoc ipſo Paulus euidentiſſimè declarauit, & veluti ſigillo obſignauit benedictionem conſecrationi præmiſſam, non ab Euangeliſtis impropriè, & pro gratiarum actione ſed propriè, & pro fauſta precatione fuiſſe vſurpatam. — 7. Lucas & Paulus alibi benedictionem expreſſe aſſerunt.

Sanctus itaque Lucas dum de prima venerabilis Euchariſtiæ inſtitutione ſermonem habuit, propterea benedictionis non meminit, quia ſtatim poſt vnum caput ſacramenti eiuſdem ſecundam conſecrationem ab ipſomet Chriſto factum enarrans, benedictionem erat expreſsè poſiturus. Sanctus vero Paulus, comitem ſuum Lucam imitans, & ex illius Euangelio, quod ipſemet Paulus ſuum, iuxta multorum intelligentiam appellat, narrationem primæ inſtitutionis huius ſacramenti deſcribens, ideo benedictionem non ibi commemorauit, quia in proximè antecedente capite iam illam abunde poſuerat; vel potius ideo prius illam abundè poſuerat, quia paulò poſt, de prima inſtitutione agens, eamque ex Lucæ Euangelio deſcribens, benedictionem erat omiſſurus. Proinde ſicut Marcus Matthæum imitatus eſt in benedictione circa primam ſacramenti huius inſtitutionem deſcribenda, & in modo illum — 8. Et neutet eam voluit bis apponere.

Digitized by Google

illum deſcribendi: ſic Paulus Lucam ſecutus eſt in benedictione, tùm circa primam inſtitutionem non afferenda, tùm ad propinquum illi narrationi locum repræſentanda.

9. Ex dictis hic deducuntur huc ſpectantia. Atque tam diligens diuinorum quatuor Scriptorum circa benedictionem à Chriſto Domino exhibitam cura, & obſeruatio; hæc tam continua, & velut rhithmica exactio, tria illa perſuadet, quæ in hoc §. ſequimur. Primum actionem iſtam non ſolum fuiſſe à gratiarum actione prorſus diſtinctam, ſed etiam ab omnibus, & ſingulis illis quatuor ſcriptoribus Canonicis, *Benedictionis* nomine ſignificatam. Secundum benedictionem hanc non fuiſſe ordinariam illam, quam Hebræi, & ipſe Chriſtus communi menſæ impertiebant, quæque in §. ſequente probabitur; ſed aliam ſpecialiorem & ſpecioſiorem. Tertium: ſacros illos quatuor ſcriptores vocibus *Benedicere, & Benedictio*: neutiquam vſos pro vocibus *Gratias agere, & gratiarum actio*; nam illius benedictionis ſumma dignitas poſtulabat non confundi cum alia diuerſiſſima gratiarum actione, ſed per ſe, & ſeorſim commemorari. Quæ tria, prout hîc occaſio ferebat, probata ſunt; & in § proximo firmabuntur.

§. II.

Benedictio Gratiarumque actio, & panis fractio ſingillatim explicantur.

10. Benedictio à Chriſto data duas habuit partes. Prima pars exponitur. Benedictio ſpecialiſſima, quam Euchariſtiæ conſecrationi præmittere Chriſtus voluit, duas continet petitiones, vnam vt ſibi daretur perpetim morari, & ab eiſdem manducari, & bibi atque ad hunc obtinendum finem, admirabilis huius ſacramenti perpetuus in Eccleſia vſus exiſteret. *Benedixit Chriſtus panem & calicem* (inquit noſter Cornelius à Lap, Ioan. 16. v. 26.) *hoc eſt, Dei benedictionem, & omnipotentiam ſuper panem & vinum inuocauit, vt præſto eſſet etiam, & in futuris omnibus conſecrationibus ad panem conuertendum in corpus, & vinum calicis in ſanguinem Chriſti quando legitimè pronunciantur verba conſecrationis.* Cum hac verò Chriſti precatione mirificè congruit illa, quâ nos ex Canonicis præſcriptis cruciformè benedictionem pani, & vino iam iam conſecrandis tribuentes, oramus, vt nobis corpus & ſanguis fiat Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quamquam nos minimè rogamus, vt materiis & verbis ritè adhibitis fiat, nam huius beneficij diuinam habemus promiſſionem, ſed petimus, vt legitima non deſit intentio, vel probatio, ne tantum impediatur opus.

Et Altera. Altera petitionis pars fuit, vt cibus ille, & potus, quem iam Chriſtus conficere, & exhibere parabat ſumentibus eſſet ſalubris. In qua benedictione Chriſtus tum legi & conſuetudini paruit, tum nouam & ſanctiorem adiecit, quod iam ediſſero.

11. Menſæ Benedictionis vſus vetuſtiſſimus fuit. Menſæ namque, & cibis ante ſumptionem benedicere vetuſtiſſimum fuit inſtitutum; non quidem ethnicis, vt Nouarinus in Agno Euchariſtico num. 492. malè aſſerit, & ex ſolo prægustatoris munere peius confirmat, quaſi prægustare idem eſſet, ac benedictionem præmittere; ſed Hebræis, quibus à Moyſe præceptum Ariſteas in lib. de LXXII. Interpretibus aſſerit his verbis: *Rectè iuſſit tunc Deum laudare cum menſæ accumbimus.* Et forſan id tangit Dauid tum Pſal. 21. verſ. 30. concinens *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ*, hoc ſcilicet ſenſu *Manducauerunt, quia adorauerunt*, quaſi abſque adoratione non liceret manducare: tum Pſalm. 115. verſ. 13. pſallens: *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo*: hoc item intellectu: *Calicem accipiam ſalubrem, quia Domini inuocationem præmittam*; tanquam ſine illa contra Dominicum præceptum, ac proinde, & animæ & corpori nociturum, quæ ſtatim dicendis mirum in modum conſonant.

Refert enim Ioſephus libr. 2. de bello Iud. c. 7. ritum hunc ab Eſſenis religioſſimè obſeruatum, inquiens: *ante cibum preces fundit Sacerdos, & cibum ante precationem guſtare, nefas. Poſteaquam pranderunt; Sacerdos rurſus precatur; ſic & cibi ſumptionem incipientes, & finientes Deum tanquam alimenti largitorem venerantur.* Narrat etiam Philo lib. de vita contemplatiua, hoc eſt de primis Chriſtianiſmi Religioſis, monaſchimi ſtatum auſpicatis inter libri medium & finem, poſtquam totas ſeptem hebdomadas ſolitarij tranſegiſſent, conuenire ſolitos ad communem ædem: *priuſquam diſcumbant ſtantes vna ſerie, decenter, ſublatiſque ad cœlum manibus, atque oculis (his quoniam didicerunt ſpectare cœleſtia, illis vtpote incorruptis à muneribus, & quæſtu illicito) precantur, vt Deo placeant in conuiuium.* Hæc referunt Hæbræorum diſertiſſimi & diligentiſſimi ſcriptores. 12. Ioſephi, & Philonis teſtimonium.

Et quod caput, & his omnibus longè firmius, & ſolidius, eiſque firmitudinem, ſoliditatemque concilians Apoſtolus 1. ad Timoth. 4. verſ. 4. & 5. *Omnis* (inquit) *creatura Dei bona eſt: & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur ſanctificatur enim per Verbum Dei, & orationem.* Græca. διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως hoc eſt, per Verbum Dei, & allocutionem; nempe qua Deum alloquimur, & oramus, ſic enim idem Apoſtolus ad Rom. 11. verſic. 2. & 3. ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ: *interpellat Deum.* Porro verba illa *Per Verbum Dei, & orationem*, non ſolum indicant orationem quæ cibi, & potus benedictionem contineret, corporis refectioni præmitti ſolitam fuiſſe, verum etiam fuiſſe ſolemnem, & certâ quadam formula conceptam, verbiſq; conſtantem diuinis, ſiue hæc fuiſſent è diuinis libris excepta, ſiue Moyſi dictata, & citra ſcripturam tradita, & traditionis interuentu, quaſi per manus in poſteros deriuata: nam alioqui non dicerentur ab Apoſtolo ſimpliciter & abſolutè verbum Dei. Atque inde ſcilicet hic mos ad Catholicos ſemper viguit hodieque tam viget, vt quod de ſuo tempore Tertullian. in Apol. cap. 39. nos de noſtro verè prædicamus. *Non prius diſcumbitur, quam oratio ad Deum prægustetur.* 13. Apoſtoli Pauli ſolidius.

Erat igitur illa oratio, menſæque præmiſſa benedictio vti nunc etiam eſt, fau- 14. Erat illa benedictio Dei pro vtraque ſalute præſtita.

ſta quædam Numinis precatio, vt alimonia à Deo nobis, vt à Domino famulis conceſſa corpori ſic prodeſſet; vt obſequij diuini curam diligentiamque proueheret. Quæ quidem oratio potiorem ſecuritatem præſtabat, quam apud Imperatores illa cibi, potuſque præguſtatio veneni ſuſpicionem depellens: ad quam citra dubium illudendo alludit Tertullianus verbis illis nuper deſcriptis. *Non prius diſcumbitur, quam oratio ad Deum præguſtetur,* quaſi dicat, nobilius, & certius eſſe nobis præguſtationis munus, apud quos ipſum ad menſam accubitum certiſſima præit orationis præguſtatio.

15. Chriſtus quoties, & quando menſæ illi benedixerit.

Chriſtus verò, cùm ante omnem illam cœnam inchoatam benedictionem in more tunc vel etiam in præcepto poſitam præmiſiſſet, poſtea dum in medio refectionis verſaretur, nempe inter cœnam legalem, & communem: Euchariſtiam in pane & vino iam iam conſecraturus alteram eis benedictionem tribuit, nouam & peculiarem, quoad tempus & horam, cum non ſoleret benedictio niſi ante inchoatas epulas exhiberi, nec minus ſpecialem, & nouam, quoad verba, quibus conſtabat, & affectus ardentiſſimos, quos exprimebat; quæ ſcilicet ſignificaret, nouam tunc exhibendam alimoniam, & omninò diuiniſſimam, ſicque diſcipulos attentiſſimos redderet; eiſdemque à Deo obtineret eum pietatis ſenſum & affectum, qui ſimul & tantæ maieſtati congrueret & animos ad magnum gratiæ incrementum ex eius ſumptione percipiendum diſponeret. Hoc enim reſpectu S. Iacobus in ſua liturgia paulò ante conſecrationem: *Stemus* (inquit) *honeſtè, ſtemus reuerenter, ſtemus cum timore Dei, & compunctione; attenti ſimus diuinæ oblationi* &c. & paulo poſt: *Attollamus mentes & corda* &c. & ſimilia præmittuntur in cæteris omnibus liturgiis. Nec obſtat, quod quando Chriſtus orationem illam pronunciauit, nondum panis & vinum conſecrata eſſent; orauit enim, vt ſtatim futura conſecratio non diſcipulis in mortem, ſed in vitam, & ſalutem ſpiritualem cederet; nam & nos ante conſecrationem ex Canonis præſcripto, & formula rite precamur, vt hoſtia, quæ conſecranda eſt, & conſecratio, & oblatio ex litibus ad honorem, & nobis proficiat in vitam æternam.

16. Ab illa ſolemni benedictione Euchariſtia benedictio dicitur.

Atque illa tam eximia Chriſti benedictio, quam Chriſtus materiis Euchariſticis adhibuit, cauſa extitit, vel occaſio, vt Euchariſtia donaretur nomine *Benedictionis*; tum in obliquo, tum in recto: quorum vtrumlibet indicat inſignem benedictionem. Dicitur enim à Paulo calix Euchariſticus, *Calix benedictionis*, id eſt, inſigniter benedictus; phraſi prorſus Hebræa, ſicut Antichriſtus ab eodem Paulo dicitur, *Homo peccati, filius perditionis*, hoc eſt inſigniter peccator, vt homo perditiſſimus. Vocatur etiam Euchariſtia in recto *benedictio*; inde S. Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 7. *paruulam Euchariſtiæ partem, aut ipſam Euchariſtiam mole exiguam, vocat paruulam benedictionem*, his verbis. *Sicut parum fermenti, vt Paulus ait, totam maſſam fermentat, ſic paruula Benedictio totum hominem in ſe ipſam attrahit, & ſua gratia replet.* Nuncupatur autem *benedictio* quoniam obiectum eſt inſignis benedictionis; ſicut Cantic. 8. verſ. 7. diuina ſponſa nominatur, *dilectio.* tanquam obiectum inſignis dilectionis, & apud ſacros, & profanos ſcriptores id cui magnam curam impendimus nominatur *cura.* Vnde Maronianum illud, *Raucæ mea cura palumbes.*

Gratiarum iam ſequitur actio, quam quidem eleuatis ad Patrem oculis vt in Canone 17. Pro quo beneficio gratias tunc egerit Chriſtus.
dicitur ſtatim adhibuit Chriſtus; ſolita vero maiorem, & prorſus eximiam adeoque ſingularem, & peculiarem, vt ab illa ſummum hoc ſacramentum εὐχαριστία. *Euchariſtia*, nempe gratiarum actio nuncupetur. Egit enim Chriſtus Deo, & Patri gratias, quod petitioni ſuæ, quam nuper expoſuimus, annuit: Qua quidem gratiarum actione ſeipſum imitatus eſt; qui Ioan. 11. cum Lazari ſuſcitationem verſ. 38. *fremens in ſe ipſo*, hoc eſt mentaliter, ac enixiſſimè petiiſſet; ac impetraſſet: poſtea v. 47. Lazarum iam iam excitaturus, *Eleuatis ſurſum oculis dixit Pater Gratias ago tibi quoniam audiſti me.*

Enim vero, qui propter conceſſam Lazari 18. Pro Euchariſtiæ inſtitutione conceſſa.
defuncti excitationem tam enixe poſtulatam, & obtentam adeo gratum oſtentauit animum: Is ob impetratam venerabilis Euchariſtiæ inſtitutionem, ſuique ipſius tam admirabilem & multiplicem excitationem, reproductionem, & perpetuam cum hominibus commorationem, longè maiores gratias ègit: ſic nimirum, vt quoniam hoc ſacramentum aptiſſimum eſſe poterat ſymbolum omnium penè diuinorum erga homines beneficiorum, præſertimque ſupernaturalium, atque adeo præ cæteris mirabilium; ideo Chriſtus hoc ipſum myſterium, & tunc Deo obtulerit, & à nobis offerendum inſtituerit in memoriam, gratamque recordationem, & gratiarum actionem pro cunctis illis diuinis muneribus, iuxta illud Pſalm. 100. verſ. 4. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe*: & inde nouus, & eximius ortus ſit titulus, vt hoc diuiniſſimum ſacramentum εὐχαριστία, gratiarum actio, per antonomaſiam nominetur.

Quod ſi Redemptor noſter conceſſam La- 19. Sicut ob Lazari ſuſcitationem obtentam.
zari ſuſcitationem per verba: *Lazare veni foras.* iam iam executurus gratiarum actioni ſubdidit: *Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis; ſed propter populum, qui circunſtat dixi; vt credant quia tu me miſiſti*: idem conceſſam diuiniſſimi ſacramenti inſtitutionem, & conſecrationem, per verba. *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus*, iam iam operi mandaturus gratiarum actioni potuit eandem orationem & quidem auctam ſubiicere, & ſine dubio ſubiecit, inquiens; *vt credant, quia tu me miſiſti*, & credentes animum præparent, ad tantum hoſpitem à te miſſum, qua par eſt illius venerationem, & ſuarum animarum vtilitatem excipiendum.

Iam vero panis fractio, plus quodammo- 20. Fractionem qualem Dominus fecerit.
do ſingularitatis habuit. Nam etſi Chriſtus communi menſæ non tam magnificam benedictionē, & gratiarū actionem, aliquam tamen ſolemnem

Digitized by Google

lemnemq ue præmiſerat; fractionem verò panis neutiquam fecerat, vtpote inſolitam, & ſupervacaneam, cum accumbentium quiſque ſuum panis orbem, aut quadram coram appoſitam haberet. Cæterum cum ad peculiarem hanc & planè diuinam Cœnam, ventum eſt, acceptum vnum panem Chriſtus ipſe in tredecim particulas ſingulas à ſingulis accumbentium ſumendas diuiſit. Fregit autem, ac diuiſit in exiguas partes, vt indicaret, cibi illius præſtantiam, ac dignitatem non de externa, & ſenſibili mole, ſed de interna, & inuiſibili virtute eſſe æſtimandum; ſicut ob eandem rationem fecit, vt calicis conſecrati modicum quiſque hauſtum acciperet; ideò namque bibere omnes iuſſit ex eodem Calice, & quidem exiguæ cupæ, quem ego dum Valentiæ degerem, & ſæpè conſpexi, & aliquando in manus accepi. Illam vero panis diuiſionem ideo Chriſtus ante conſecrationem fecit, ne ſi prius conſecraretur, particulæ iam conſecratæ per fractionem deciderent; è contra verò propter eundem finem voluit vt omnes ex eodem calice biberent, ne calicis reliquiæ, è multis calicibus poſt ſumptionem forent exſugendæ.

22. Quo fine & fructu fiat fractio priuſquam conſecratio.

Hæc vero panis fractio, & in partes diuiſio propterea à tribus Euangeliſtis, & ab Apoſtolo Paulo, tam diſtinctè narrata, & proprio ſemper nomine relata fuit, quia ſingularis prorſus, & huiuſce diuinæ menſæ propriiſſima eſt, & ſimul, vt norma præſcriberetur, quam poſtea teneret, & reuera tenuit, ac tenet Eccleſia, dum pro communione populi prius panem diuidit, quam conſecret. Rurſus quoniam hæc fractio tam eſt huius diuinæ menſæ propria inde, etiam factum, vt Euchariſtiæ ſacræ vſus, & eſus abſolutè vocetur fractio panis Luc. 24. verſ. 35. *Cognouerunt eum in fractione panis.* Act. 2. verſ. 42. *Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communione, & fractione panis, & orationibus.* 1. Corinth. 10. verſ. 16. *Panis quem frangimus, nonne participatio Corporis eſt Chriſti.*

Vſus Euchariſtiæ per antonomaſiã panis fractio.

SECTIO II.

Quæ Verba neceſſaria ſint ad conſecrationis valorem.

QVando lis nobis intenditur non ſolùm de Chriſti verbis, ſed etiam de aliis: propterea nunc de ſolis Chriſti agimus, de cæteris poſtmodum acturi.

§. I.

Neceſſaria ſunt. Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus; *ſed non verbum* eſt *expreſſum.*

23. Eſſentialia *Hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus.*

PRima concluſio: Ad conſecrationem panis eſſentialiter exiguntur verba illa *Hoc eſt corpus meum*; & ad conſecrationem, calicis illa; *Hic eſt ſanguis meus*, vel æquiualentia, vt: *Hic eſt Calix ſanguinis mei.* Pertinet ad fidem, vtpote vniuerſæ Eccleſiæ ſenſus; & expreſſè ſignificatus à Florentino, in Decreto Eugenij IV. pro inſtruendis Armenis §. *Tertium eſt*, dicentis: Forma huius ſacramenti ſunt verba Saluatoris, quibus hoc conficitur ſacramentum, Sacerdos enim in perſona Chriſti loquens, hoc conficit ſacramentum. Quæ diffinitio palam loquitur, & à totâ Eccleſiâ intelligitur de illis Saluatoris Verbis, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt calix ſanguinis mei.* 24.

24. Patres expreſsè affirmant.

Probatur etiam ex Patribus, expreſsè affirmantibus hoc ſacramentum confici Chriſti Verbis, & nominatim verbis illis adductis. Ambroſius lib. 4. de ſacramentis cap. 4. dum conſecrationis præparationem, prout in Canone legitur, deſcribit: *Reliqua* inquit, *quæ dicuntur laus Deo defertur: oratio præmittitur pro populo, pro regibus, pro cæteris vbi venitur, vt conficiatur venerabile ſacramentum, iam non ſuis ſermonibus ſacerdos, ſed vtitur ſermonibus Chriſti*: Nemo non videat ſermones hos Chriſti eſſe prædicta verba, *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus.* Clarius id aſſeruit Damaſcenus libr. 4. fid. cap. 14. inquiens: *Dixit Deus: Hoc eſt corpus meum: & donec ipſe veniat, hoc efficitur.* Clariſſimè vero Chryſoſtomus homil. de Proditore Iuda referens enim τό: *Hoc eſt corpus meum*: ſubdit; Hoc verbum res propoſitas immutat. Cæteri Patres legi poſſunt apud noſtros Recentiores.

Suadetur enim ratione. Quia Sacramentum Euchariſticum effici debet iis verbis, quæ Dominici corporis & ſanguinis præſentiam, & panis, ac vini eſſentiam ſignificent, & inducant: ſed ſi memorata verba excludantur, nulla alia ſuperſunt, quæ ſignificatum illum habere, & effectum illum ſortiri poſſunt, ergo prædicta verba ad conſecrationem vtriuſque ſpeciei eſſentialiter exiguntur. Maior liquet ex vniuerſa doctrina de ſacramentis: præſertim ex ea, quam fuſè tradidimus & confirmauimus ſupra diſputione 36. ſectio 1. Minor conſtat inductione: maximè verò ſi ſupponamus ex argumento primo, & ſecundo, ſacramentum iſtud confici debere Chriſti verbis: ſi enim illa, de quibus agimus ſecludantur, nulla prorſus reperientur, quæ ſignificatum, & effectum illum ſortiri queant. 25.

25. Ratio perſuadet.

Denique ſuadetur; quia Sacramenti huius effectio, & conſecratio eſt verè proptereque ſacrificium: cuius ſacrificij præcipuus miniſter & ſacerdos eſt Chriſtus, vt infra diſputatione 45. ſectio. 1. confirmabitur; proinde neceſſe eſt, vt huiuſmodi conſecratio talibus fiat verbis, quæ ſignificent illam à Chriſto, tanquam à principali offerente proficiſci: ſed iſtud non ſignificatur abſque iſtis verbis, *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus*; & verbis iſtis optimè ſignificatur; ergo verba iſta ad conſecrationis valorem requiruntur.

Altera ratio perſuadet.

26. Nō eſt eſſentiale Verbū, *eſt*, expreſſū.

Secunda concluſio : non requiritur ad validam panis, aut vini conſecrationem vt verbum *eſt* exprimatur, ſeu vocaliter pronuncietur. Hæc aſſertio quamuis à nemine, quod ſciam affirmetur, à nemine tamen quod nouerim negatur, nec exiſtimo, negabitur. Nam virtualiter ab omnibus traditur. Nam etſi Doctores omnes ad validam conſecrationem exigunt, verba iſta : *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus*, exigunt tamen vt apponantur eo modo, quo in tractatu de ſacramentis in genere exigunt, vt adhibeantur Verba quæ Chriſtus inſtituit. Vnde ſic argumentor : Verba ſacramentalia tunc ſufficienter proferuntur ; quando iuxta receptum loquendi morem, & vſum eam habent ſignificationem, quam Chriſtus exigit : Atqui memorata Verba, licet ore non exprimatur Verbum *eſt* ; tamen iuxta receptum loquendi morem, vſum, & ſtylum, habent ſignificationem illam, quam Chriſtus exigit ; ergo ad validam conſecrationem non requiritur vt Verbum, *eſt*, ore proferatur. Maior in confeſſo eſt apud omnes, & latè confirmata manet in diſp. 6. ſectio 1. Minor claret ; quia iuxta receptum loquendi morem quamuis in oratione Verbum ſubſtantiuum non exprimatur, ſubintelligitur, redditurque idem ſenſus, qui verbo illo expreſſo redderetur ; idque non ſolum apud cultiores, & Laconiſmi Affectatores, ſed etiam apud alios, nec ſolum apud Latinos quorum nobis vſus ad probationem ſufficeret, ſed etiam apud cæteros non tantum profanos, ſed etiam ſacros. Ex. gr. Pſalm. 1. verſ. 1. *Beatus vir qui non abiit in concilio impiorum* Pſalm. 45. verſ. 1. *Deus noſter refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus*, & verſ. 8. *Dominus Virtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter Deus Iacob.* Pſalm. 115. verſ. 1. *O Domine quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ* ; & alia plura in Pſalmis occurrentia quæ propterea libentius affero, quia notiſſima, & quia morem iſtum probant in tribus linguis Hebræa qua primum Pſalmi conſcripti, Græca in quam LXXII. conuerſi ; & Latina in quam ex LXXII. verſione tranſlati. Quapropter verba iſta : *Hoc corpus meum, Hic ſanguis meus* ; eundem habent ſignificatum & ſenſum, quem habent dum expreſſo verbo illo dicimus : *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus.*

Quia ſubintellectum eandem habet rationē quam expreſſum.

27. Hæc theſis cum Nouatoribus nihil cōuenit.

Hinc patet longè diſtare theſim ab aſſertione nouatorum aſſerentium, ſatis eſſe ad conſecrationem Verba iſta : *Accipite & manducate hoc corpus meum. Accipite & bibite hunc ſanguinem meum.* Qui enim hoc dicunt, omnino negant neceſſarium eſſe Verbum, *eſt*, ſiue expreſſum ſiue ſubintellectum, imò à conſecrationis forma illud penitus amandant cum corpus & ſanguinem in quarto caſu conſtituant : Nos autem cum omnibus Catholici in recto dicimus, *Corpus*, & *Sanguis* ; & Verbum, *eſt*, ſaltem ſubintellectum eſſentialiter ad conſecrationem exigi pronunciamus.

Interrogat tamen aliquis an voluntariè, & citra contemptum omittere expreſſam prolationem vocalem Verbi *eſt*, ipſum ſubintelligendo, eſſet peccatum mortale?

28. Verbum *eſt*, conſulto nō exprimere, culpa eſſet grauis per ſe.

Reſpondeo affirmando : quia circa ſubſtantiam actionis grauiſſimæ omnium, quæ in Eccleſia exercentur, & quæ à Sacerdote vt Eccleſiæ miniſtro, & in Chriſti nomine exercetur, diſcedere ab eo ritu quem Chriſtus tenuit, & Eccleſiæ commendauit, & ipſa Eccleſia perpetuo ſequitur : grauis deordinatio eſt. proinde graui culpa carere non poteſt, ſaltem per ſe, & nude ſpectatum ; nam per incogitantiam aliquo modo vincibilem ab illo exprimendo abſtinere graui Dei offenſione vacaret ; graui autem, & leui ſi verbum, *eſt*, reticeres ad euadendam necem quam aliquis ſibi, ſi verbum illud exprimeres minitaretur, nam quidem in odium fidei, vel Eccleſiæ contemptum, ſed ob aliquem alium finem neutri contrarium.

Per accidēs leuis, & nulla.

§. I.

Vocula enim, *neque eſſentialis eſt ; neque hic videtur, tam cauſalis, quam confirmans.*

29. Vox enim non eſt eſſentialis conſecrationi.

Tertia concluſio : Ad neutram conſecrationem eſſentialiter exigitur particula, *enim*. Traditur ab omnibus Doctores, & probatur primò, non quod omnes Euangeliſtæ vocem iſtam prætermiſerint, vt per incogitantiam grauiſſimus autor inſinuat, ſed quod ſolus Matthæus eam adhibuerit, & non in ambabus conſecrationibus, ſed in ſola calicis. Nec enim eſt veriſimile quempiam è quatuor ſacris Scriptoribus conſecrationis Hiſtoriam narrantibus aliquid omiſiſſe eſſentiale ; ergo vox *enim* eſſentialis non eſt ; ſecunda quia τὸ *enim*, nec à Sanctis Patribus recenſetur inter verba, quibus conſecratio conficitur, vt num. 24. videri poteſt. Tertio quia verba, *Hoc eſt Corpus meum* : *Hic eſt Sanguis meus*, non indigent conſortio vocis, *enim*, vt Chriſti Corpus, ſanguinemque ſignificent : ergo neque vt ſub ſpeciebus vtrumque producant. Illatio conſpicua eſt, nam ſacramentalia verba effectum illum producunt ; quem ſignificant : proinde, cum verba *Hoc eſt Corpus meum* : *Hic eſt Sanguis meus* ; Chriſti Corpus & Sanguinem ſignificent : vtrumque etiam producunt ; ideoque ad eum effectum nullatenus *vocem*, *enim*, requirunt.

Vnus Matthæus adhibuit inter verba conſecrationis, *enim*.

30. Siue ſit confirmans, ſiue cauſalis.

Confirmo, quia vel dictiuncula *enim* in præſenti eſt aduerbium affirmantis, vel eſt coniunctio cauſalis : Neutro modo eſſentialis eſt : ergo nullo. Minor probatur ; quia ſi eſt aduerbium affirmantis, idem ſonans, quod *verè*, vel *profectò* : nullam rem ſignificat earum, quæ in Euchariſtia ponuntur, ſed ſolam certitudinem, aut veritatem qua ponuntur ; hanc autem iam cætera verba ſimpliciter ſignificant, cum proferantur nomine Chriſti, cuius verba ſicut non poſſunt non eſſe vera, ita neceſſe eſt effectum verè, ac certò ſortiantur. Proinde ſi vox *enim* cauſalis eſt, non ſignificat Chriſti ſubſtantiam nec huius ſacramenti

Digitized by Google

crámenti veritatem, ſed ſolum cauſam ſam vſus ipſius; Nam vox *enim* cauſalis eſt, Chriſti oratio in has duas enuntiationes reſoluitur, vel potius iſtas duas continet: Hoc eſt corpus meum; ideoque volo vt hoc manducetis: Hic eſt ſanguis meus; ideoque volo, vt iſtum bibatis: Atqui ſignificatio vſus huius ſacramenti, vel etiam ſignificatio cauſæ talis vſus neceſſario non eſt ad valide conſecrandum; ergò nec particula *enim.* ſi cauſalis eſt. Imò verò ſi cauſalis eſt, non ſolum non eſt neceſſaria, ſed potius videtur impedire legitimum vſum cæterorum verborum, vt in ſequenti concluſione declarabitur.

31. Quarta concluſio. Vox *enim* in præſenti non videtur eſſe cauſalis, ſed rei, quæ aſſeritur confirmatiua, & æquiualens ſiue ſynonyma vocibus iſtis *verè, certè, profectò*, & ſimilibus. Ratio quæ apparentiam iſtam aſtruere videtur, ex tribus conſtat, nempe, Quod vocis *enim* ſenſus cauſalis, plus hîc videtur nocere, quam prodeſſe. Quod ſenſus confirmatiuus in particulam *enim*, vniuerſim acceptam, optime cadit. Quodque in præſenti mirifice congruit cum ſummo ſacramento, & cum ipſo Chriſto illud prædicante: quæ tria ſingillatim firmari poſſe videntur.

Vox enim hic non videtur cauſalis, ſed confirmatiua.

32. Inprimis dum in ſacro miniſterio dicimus, *Accipite, & manducate ex hoc omnes*; *Accipite & bibite ex eo omnes*; hiſtoricè dumtaxat, ſeu recitatiuè loquimur: alioqui ridicule prorſus, & indigne ageremus, cum ſæpe nulli adſint, quos ad eſum Dominici corporis, & nunquam vlli quos ad potum Dominici ſanguinis inuitemus. E contra verò dum dicimus, *Hoc eſt corpus meum*; *Hic eſt calix ſanguinis mei*: ſignificatiuè tantum, ſiue enunciatiuè loquimur, vt ſect. 3. probabitur. Itaque dum dicimus, *Accipite & manducate*, loquimur hiſtoricè, & non enunciatiue, dum vero dicimus, *Hoc eſt corpus meum*, loquimur enunciatiuè, & non hiſtoricè. Negari autem non poteſt, quin vox *enim*, ſi cauſalis eſt, poſteriorem iſtam verborum partem cum illa priori nectat, hoc ſcilicet ſenſu: *Accipite, & manducate, nam hoc eſt corpus meum*: *Accipite & bibite; nam hic eſt ſanguis meus.* Atqui duas enuntiationes continentes ſeu continuas, alteram purè hiſtoricam, alteram purè enuntiatiuam, vno inter ſe nexu cauſali connecti, difficillimum eſt, vel potius omninò impoſſibile: Ergo &c.

33. Eſſe difficillimum, probatur; quia cauſalis *enim*, cum cadat ſupra duas propoſitiones olim à Chriſto probatas, apertiſſimè indicat, vel præſefert ambas à ſacerdote, vel ſolum hiſtoricè, vel ſolum enunciatiuè proferri. Cum enim hunc reddant ſenſum, *Accipite & manducate; nam hoc eſt corpus meum*, profectò qui mente concipiat, primam proferri merè hiſtoricè, pariter concipiet alteram mere hiſtorice proferri: & cui veniat in mentem vnam pronunciari mere enuntiatiue pariter veniet, alteram mere enunciatiue pronunciari. Quis enim ex his duabus enuntiationibus, *Accipite, nam hoc eſt corpus meum*, alteram pure hiſtoricam, & alteram pure enuntiatiuam, vel faciet ipſe facile, vel ab alio factas, aut facile comperiat aut facile dignoſcat? Eſt itaque admodum difficile vnam illarum efficere hiſtoricam & alteram enuntiatiuam.

Senſum vnius partis enuntiatiuũ & alterius hiſtoricum eſſe difficillimum.

34. Eſſe impoſſibile probatur, Quia poſtquam retuli tamquam à Chriſto dictum. *Accipite, & manducate*, & adiicio; *Nam hoc eſt corpus meum.* Vel illud, *Nam*, eſt enuntiatiuum, vel hiſtoricum: neutrum dici valet; ergo nec forma conſecrationis, ſi vox, *enim* æquiualet voci, *nam*, valebit proferri. Non eſſe illud, *nam*, ſiue, *enim*, enuntiatiuum, probatur; quia *nam*, enuntiatiuum eſſentialiter eſt nexus ſermonis enuntiatiui præcedentis: quid enim ineptius, inſulſius, aut impoſſibilius, quàm ſi nullam præmittens enuntiationem dicas: *Nam iſte eſt Petrus*? Atqui, in præſenti euentu, voci, *nam*, non præcedit ſermo enunciatiuus, ſed mere hiſtoricus, Videlicet, *Accipite, & manducate*: ergo iſtud, *nam*, nequit eſſe enuntiatiuum. Nec dici poteſt eſſe hiſtoricum: quià, *nam*, hiſtoricum eſſentialiter eſt nexus orationis hiſtoricæ cum præcedente: ſed oratio, *Hoc eſt corpus meum*, hiſtorica non eſt; ergo neque *nam*, aut *enim*, eſt hiſtoricum. Atqui Vocem, *nam*, humano more prolatam, nec eſſe hiſtoricam, nec enuntiatiuam eſt impoſſibile: Ergo *enim* ſi cauſalem habeat ſenſum, humanam conſecrationis prolationem reddit impoſſibilem.

Imò & impoſſibile videtur.

35. Agnoſcimus quidem, & fatemur conſecrationem fore validam, quoties adfuerit animus verus conſecrandi: ſic, enim valide conſecrant innumerabiles ſacerdotes, qui ſenſum enuntiatiuum ab hiſtorico non diſtinguunt; imo & vix verba conſecrationis intelliguunt. Quod hæc ratio contendit, eſt; ſi conſecratorius ſermo, prout ex ſe poſtulat ab intelligente proferri, conſideretur, videri prolationem iſtã impoſſibilem, ſi vocula, *enim* cauſalis ſit; quod negari nequit eſſe abſurdum. Quis enim tale non reputet, quod vel Chriſtus exemplo ſuo nos docuerit, vel Eccleſia præcepto ſuo nos adſtrinxerit, ea Verba proferre, quæ per ſe loquendo, vel difficile, vel nullo modo, poſſunt ita proferri, vt poſtulant.

Sed non conſecrationem.

36. Deinde confirmatiuum ſenſum in particulam, *enim*, cadere, poſſeque proinde illam eſſe aduerbium affirmantis, idemque ſonare ac, *Vere, certe, profectò*; probatur, quia ſenſum iſtum apertiſſime habet apud ipſos Latinæ linguæ parentes, & clariſſimos auctores; idque tam in principio orationis, quam deinceps, vt vnius Plauti ſubiecta exempla confirmant in Perſa. Act. 2. ſcen. 2. So. *quid ad te attinet?* Æ. *Enim non ibis*, In Trinum. Act 5. ſcen 2. Ch. *Liſiteri quidem Philtonis filio.* LY. *Enim me nominat.* In Menech. Act. 1. ſect. 2. ME, *Sed quid agis*: PE. *ego ne? Id enim quod tu vis, id ago, atque nego.* In Milit. Act. 2. ſect. 3. PA, *Tute ſcis ſoli tibi; Mihi ne dixis, ſcire nolo*, Sc, *non faciam enim, quin ſcias.* Apud eumdem Plautum paſſim legitur. *Quia enim*, pro, *Quia profectò.*

Vox, enim affirmatiua.

Hinc lux Lucifero Calaritano ſæpius vſurpanti particulam *enim* cum ingenti obſcuritate; non quod eam adhibeat redundantem, perinde atque Græci particulam, δὴ, quod affirmat noſter I. Ludouic. Lacerda in Aduerſar. c.45 n 50. ſed antiquorum more affirmatiuam: quo animaduerſo tota diſſipatur obſcuritas. Atque hûc affirmatiuum ſenſum particulæ, *enim*, agnoſcunt, & expreſſe adnotant in Plauto Doctiſſimi quique Interpretes, vti Dionyſius Lambinus, & Feder. Zaum & diligẽtiſſimi quique dictionum Latinarũ expoſitores, præſertim vero nouiſſime Ioannes Paſſeratius, vbi etiam

Digitized by Google

Valerium Maximum allegat. Quare quod Philip. Pareus in Plauti Lexic ſcribit. *τὸ, enim* in prædictis Plauti locis, *παρέλκον*, id eſt redundans eſſe, tamquam paradoxon eſt reiiciendum.

37. Ad extremum ſenſus affirmatiuus ſi voci *enim* in præſenti attribuatur, & per conſequens hi ſermones ex hac notione exiſtentes: *hoc eſt vere corpus meum: hic eſt vere ſanguis meus*, per ſe apparent mirabilem habere conſonantiam cum ipſa rei magnitudine, quæ ſane ſummo iure poſtulat per voces vehementer aſſertorias ennunciari. Congruunt item eximie cum ipſo Chriſto apud Ioan. cap. 6. dicente: *Caro mea vere eſt cibus* &c. *Amen, Amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem* &c. Vbi duabus Euchariſtiæ partibus duæ reſpondent affirmatiuæ, & iuratoriæ particulæ *Amen, Amen.* Quid æquè aptum & conſonans huic orationi, *Caro mea vere eſt cibus*, ac illa, *Hoc eſt enim Corpus meum?* Quid tam ad numeros orationis iſtius; *Sanguis meus vere eſt potus*, quam iſte, *Hic eſt enim ſanguis meus.*

Hic ſenſus mire congruit.

38. Obiici vero poteſt, quod in contextu Græco, non habeatur aduerbium *ἀληθῶς*, vere, ſed *γὰρ*, quod perpetuo cauſale eſt, idemque ſonans, quod *quia, quoniam*, vel *nam*, ergo Latinum enim, quod in vulgata editione illi reſpondet omnino cauſale eſt. Reſpondeo tamen obiectionem iſtam vt habet multum ſpecioſitatis, & apparentiæ, ſic parum habere firmitatis, aut roboris: ſupponit quippe Græcam voculam, *γὰρ*, à latino Bibliorum interprete explicatam, & interpretatam eſſe voce, *enim*, quæ eſt ſuppoſitio falſa. Nam vocem, *enim*, ſolum appoſuit interpres Matthæi, & hic non Græce, ſed hebraicè ſcripſit: proinde non *γὰρ* per *enim*, ſed *enim* per *γὰρ* interpretata eſt à Græco, ad quem proinde non eſt prouocandum à Latino, ſed potius à Græco ad contextum latinum Matthæi; qui credendus eſt vſurpaſſe voculam *enim*, ſiue dictionem Hebraicam correſpondentem noſtræ particulæ latinæ *enim*, in ſenſu maxime, & vnice conueniente, qualem oſtendimus eſſe affirmatiuum; eſto non ſit ita vulgaris, & communis, ac ſenſus cauſalis. Nam & Vulgatus noſter antiquitatem ſæpiſſime iectatur, vt cum ait Centurio Mat. 8. *Dico huic, vade; & vadit: & alio, veni; & venit.* Et ſex centies alias, qua de re videri poteſt fuſior pro vulgato latino Apologia, & quidem ab homine Hæretico elaborata, quam deſcribit noſter Iac. Gretſerus pro Cardinali Bellarmino tom. 1.

Non abeſt Græcum *γὰρ*; quia Matthæus non ſcripſit Græcè Euangel.

Confirmatur noſtra reſponſio, ex eo quod nec in textu Syriaco, nec in Hebraico ipſo, reperitur talis aliqua particula ſenſum cauſalem ferens: ſed oratio eſt pure affirmatiua, *Ecce hic ſanguis meus.* Vt videre eſt in Bibliis Regiis, quæ circunferuntur.

39. Cæterum aſſertionem iſtam num. 31. propoſitam nemo iure dixerit eſſe communi Doctorum contrariam, quippe non aſſerimus, Vocem illam *enim* in præſenti eſſe affirmatiuam, & non cauſalem, ſed ita videri: & fundamenta quæ attulimus eſſe eiuſmodi, vt illis innitenti, videri poſſit vox *enim* in verbis Conſecrationis non Euchariſtici eſus, & potus cauſam reddere, ſed Dominicæ in Euchariſtia præſentiæ veritatem confirmare. Ita vero eſſe contra Doctores omnes, quis niſi temerè affirmet.

Neque hæc Theſis communi opponitur.

Huius itaque rei iudicio aliis relicto nobis quærendum ſupereſt, an dictiunculam, *enim* 40.
in conſecratione deliberate omittere, ſit mortale. Eſſe enim verum peccatum, vere conſentiunt Doctores, quia contra Eccleſiæ vel præceptum, vel conſuetudinem præcepto inductam, quin etiam contra Chriſti exemplum, quem particulam, *enim* adhibuiſſe conſtat, non ſolum traditione, ſed etiam expreſſo Euangeliſtæ Matthæi 26. teſtimonio, dum calicis conſecrationem à Chriſto factam commemorans ait Chriſtum dixiſſe, *Hic eſt enim ſanguis meus.* Vnde optime infertur etiam in conſecratione panis particulam enim adhibuiſſe, & dixiſſe, *Hoc eſt enim corpus meum.*

Vocem *enim* omittere, conſtat eſſe peccatum.

Gabriel in 4. diſtinct. 8. quæſt. 3. & Angelus Verb. Euchariſtia num. 22. peccati mortalis damnant eum qui particulam *enim* ſcienter omittat. Ducuntur 1. quia iuxta Scotum vox, *enim* contingit Chriſti verba ſequentia cum præcedentibus; ſed hæc neceſſaria ſunt, ergo &c. Hoc tamen fundamentum falſum eſſe iam conſtat. Ducuntur 2. quia tota Eccleſia particulam, *enim* adhibet. Hinc tamen etſi culpa infertur, non tamen grauis, Quia bene poteſt Eccleſiæ conſuetudo eſſe in re leui; qualem exiſtimo eſſe benedictionem aquæ in calicem infundendæ, etiam in Miſſis non defunctorum. 41.

Non per ſe graue; nec leue, ſi ex contemptu.

E contra vero Sotus in 4. diſtinct. 1. quæſt. 1. art. 8. ſcribit, omiſſionem iſtam forte non eſſe mortalem etiam ex contemptu ortam. Quia poteſt contemptus in re leui eſſe leuis. Sed non video, qui poſſit contemptus hic eſſe leuis, cum ſit circa rem à Chriſto factam, ab Eccleſiæ conſuetudine præceptam, & vſurpatam; ac proinde & Chriſtum & totam Eccleſiam attingat.

Mediam viam, & me iudice, rectiſſimam tenent Marſil. & Ledeſm. quos ſequitur Suarez Diſput. 59. ſect. 1. §. *Sed quæres*, nempe omiſſionem voculæ *enim* non eſſe mortalem, quia materia leuis eſt; cum hæc vox non ſolum non pertineat ad eſſentiam formæ, ſed nec ad ipſius ſubſtantiam, & ſimul ſit vna duntaxat vocula: nam tria hæc ſimul ſumpta proculdubio materiam leuem efficiunt. Si tamen ex contemptu naſcatur omiſſio, addunt iidem Doctores, non excuſandam à mortali: quia grauitas actionis, & Chriſti exemplum & totius Eccleſiæ præceptum, & conſuetudo, contemptu illo attinguntur; ac proinde grauem illum efficiunt: multoque certius grauis, ſeu multo grauior eſſet, ſi non ſolum in conſecratione vnius ſpeciei, ſed vtriuſque, vel non tantum in vno ſacro, ſed in pluribus omitteretur, præſertim in vno die, v.gr. in die natali Domini: nam in omnibus tribus Miſſis vocem *enim* omittere, fortaſſis, etiam contemptu ſecluſo, Doctores mortalis damnarent. 42.

Sed per ſe leue; & ex contemptu graue.

* * *

SECTIO

SECTIO III.

Neceſſaria ne ſint verba quæ iſtis, Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus, *præponuntur, aut poſtponuntur?*

IN Latina Liturgia conſecrationem panis, præcedunt verba: *Qui pridie quã pateretur.* &c. Et conſecrationem calicis iſta: *Simili modo poſtquam cœnatum eſt.* &c. ſequuntur iſta: *noui & æterni teſtamenti*: &c. In Græcis Liturgiis ſubſequitur oratio, qua ſacerdos à Deo petit, vt quæ in altari ſunt faciat Corpus & ſanguinem Domini. De his omnibus ex ordine exercenda quæſtio.

§. I.

Non requiruntur præcedentia.

43. Scotus requirit clauſulam. *Qui pridie quam pateretur.*

SCotus in 4. diſt. 8. q. 2. §. *de ſecundo.* ſentit Clauſulam illam, quæ verbis conſecrationis præmittitur, & incipit: *Qui pridie quam pateretur*: eſſentialiter prærequiri ad valide cõſecrãdum non quidem tanquam formæ partem, ſed tanquam neceſſariam, ad formæ valorem, quia ſcilicet ſi ſermo ille non præiret non ſignificaretur per voces illas, *Corpus meum, ſanguis meus* referri ad corpus, & ſanguinem Chriſti; ſed ad Corpus & ſanguinem ſacerdotis eas voces, proferentis. Poſſet aliquis hanc ſententiam ita temperare, vt vera ſit quando verba Chriſti conſecratoria proferuntur, cum vocula cauſali *enim*, quia hæc aliis præuiis non reddunt ſenſum perfectum: non vero ſi ſola proferantur, quia hæc ſenſum perfectiſſimum abſque aliorum conſortio reddunt.

44. Non opus vlla verba præmitti his, *Hoc eſt corpus &c.*

Communis, & vera ſententia eſt, ad valide conſecrandum non requiri, vt Chriſti verbis. *Hoc eſt Corpus meum*; *Hic eſt ſanguis meus* alia vel ipſius Christi, vel alterius verba præmittantur. Omiſſis vero rationibus, quibus hæc

45. aſſertio probari ſolet, ita diſſerimus. Verba iſta *Hoc eſt Corpus meum. Hic eſt ſanguis meus*, à ſacerdote ſuper panem, & vinum pronuntiata, ſignificationem habent ſacramentalem ab ipſo Chriſto inſtitutam, eiſque impoſitam: ergo ſortiuntur verum conſecrationis effectum. Conſequentia perſpicua eſt; nam ſi verba cum illa ſacramentali ſignificatione proferuntur. Chriſti proferuntur nomine, & Chriſti nomine ſignificant illud eſſe Chriſti corpus, & illum eſſe Chriſti ſanguinem, & proinde non panem, aut vinum: Cumque verba nequeant non facere illud, quod Chriſti nomine ſignificant, neceſſe eſt, vt in illo euentu veram efficerent tranſſubſtantiationem, panis, & vini in Chriſti Corpus, & ſanguinem. Antecedens, quod ab Scoto negabitur oſtenditur, deſtructione fundamenti Scotici; nam vt verba ſubeant ſacramentalem ſignificationem à Chriſto inſtitutam, non opus eſt, vt ſenſibili verbo ſignificetur ea proferri in Chriſti nomine, & de Chriſti corpore, ſed ſufficit, quod à legitimo Miniſtro, ſupra materiam legitimam cum legitima intentione proferantur, quæ doctrina; quoniam argumenti Scotici deſtructionem continet, variis firmatur exemplis.

Sacerdos pœnitentem abſoluit per iudiciariam poteſtatem à Chriſto Domino acceptam, & ipſius Chriſti nomine: & tamen, vt valide abſoluat, ſufficiunt hæc verba: *Te abſoluo*; nec requiruntur illa præuia *Ego auctoritate Chriſti &c.* quibus expreſſe ſignificat ſe Chriſti nomine abſoluere. Si autem hoc ipſo, quod ille ſit ſacerdos confeſſarius, & verba hæc: *te abſoluo* ſuper pœnitentem pronuntiet, ſufficienter indicatur id facere, vt Chriſti Miniſter: ergo pariter hoc ipſo, quod idem ſit Chriſti ſacerdos, & verba *Hoc eſt corpus meum* ſuper panem, & *Hic eſt ſanguis meus* ſuper vinum pronuntiet, ſufficienter intelligitur pronuntiare vt Chriſti Miniſter, imò potiori ratione, nam verba illa *te abſoluo* Iudex mere humanus, & ſecularis in cauſa ſeculari ſuper hominem proferre poteſt, & ſolet, & cum valore, ac effectu ſententiæ & abſolutionis ſecularis; at verba iſta *Hoc eſt corpus meum* circa panem pronuntiare nec valide poteſt, nec etiam inualide ſolet, qui ſacerdos Chriſti non eſt. 46. Exempla ſunt verba *te abſoluo.*

Procurator etiam poteſt non expreſſa hic, & nunc ſui principalis auctoritate verba proferre, per quæ hic, & nunc illius nomine valide contrahat, quia ſcilicet vere fuit conſtitutus Procurator, & hic, & nunc perſeuerat procurator, & intendit agere, vt procurator: ergo cum Petrus vere fuerit creatus ſacerdos, & Chriſti Miniſter, & hic, & nunc eam dignitatem retineat, velitque agere vt Chriſti Miniſter, & Chriſti ſacerdos, conſecrationis verba ſuper idoneas materias proferendo valide aget. Retorquebis: quia ſi perſona cũ qua procurator vult nomine ſui principalis contrahere, non habet ſigna per quæ ſufficienter cognoſcat eum agere nomine ſui principalis, contractus erit inualidus: ergo ſi ſacerdos ſolum dicat; *Hoc eſt corpus meum*; *Hic eſt ſanguis meus* inualide conſecrabit, quia non ſatis indicat ſe Chriſti nomine agere. Nego conſequentiam, quia poſita Chriſti inſtitutione, & Petri ſacerdotio & legitima conſecrationis materia verba ipſa ſuper illam prolata ſufficientiſſime indicant Petrum loqui vt Chriſti Miniſtrum cum alias eiuſmodi verba ſupra panem, aut vinum nec proferri ſoleant, nec licite poſſint. Simile eſſet ſi Paulus procurator eſſet religioſus aut Eunuchus: hoc enim ipſo quod conſtaret eum eſſe procuratorem conſtitutum, conſtaret loqui, non ſuo ſed principalis nomine. 47. Et procurator contrahens non expreſſo nomine principalis.

Hæc item verba: *Accipio te in meam*: *Accipio te in meum* quamuis nec ſenſibiliter ſignificent, tamen ſi proferantur à perſonis baptizatis & ad contrahendum habilibus, & cum legitima intentione ſufficienter ſacramentum inſtituunt, & ſufficienter ſignificant gratiam, & eam conferunt idque præſtant; quia ad totum hoc ſunt per Chriſti inſtitutionem eleuata: ergo etiam verba iſta: *Hoc eſt Corpus meum. Hic eſt ſanguis meus*, licet ſola proferantur, dummodo à legitimo Miniſtro, & cum legitima intentione, & ſupra materiam legitimam, vere producent Chriſti corpus, & ſanguinem, deſinentque panem, & vinum, quia totum iſtud ex Chriſti inſtitutione, & Chriſti nomine ſignificant; illatio manifeſta eſt, quia gratia ſanctificans æque eſt effectus verborum ſacramenti 48. Verba item illa *Accipio te in meam*: *Accipio te in meum.*

Digitized by Google

menti ac eſt tranſſubſtantiatio effectus verborum conſecrationis: ſed illa verba ſacramenti quanuis expreſſe non ſignificent gratiam, tamen illam ſufficienter ſignificant, & re ipſa producunt, quoniam ad vtrumque ſunt, & à Chriſto inſtituta, & à perſonis habilibus, cum legitima intentione proferantur: Ergo propter eaſdem cauſas verba conſecrationis, licet expreſſe non ſignificentur proferri nomine Chriſti, tamen eius nomine ſufficienter proferentur, & tranſſubſtantiationem realiter ſignificabunt, & inducent.

49. Aduerſariis occurritur. Per hæc deſtructum manet fundamentum Scoticæ ſententiæ num. 43. propoſitum. Nec firmius eſt fundamentum temperationis ibidem excogitatæ; nam in primis vocula *enim* forte non eſt cauſalis, ſed confirmans vt 5. propoſuimus. Deinde licet cauſalis ſit, & à ſacerdote, vt cauſalis proferatur, & alia verba non præmittantur, ſi tamen verus adſit, & ſerius conſecrandi animus, vera fiet conſecratio. Nam illa verba. *Hoc eſt enim corpus meum* duas tunc includent enunciationes. Vnam. *Hoc eſt corpus meum*; alteram, *& ideo*: poſito autem ſerio conſecrandi animo, verba illa *Hoc eſt corpus meum* conſecrationis ſortiuntur effectum; eſto pars illa *& ideo* tanquam inepta, & nullius ponderis & ad rem non pertinens veram non habeat ſignificationem, atque adeo nec ſenſum vere cauſalem.

50. Quid ſi vox *enim* omnino fiat cauſalis? Quod ſi ſacerdos omnino intenderet veram enuntiationem cauſam tunc efficere, ſiue conſecrationem validam, ſiue inualidam eſſet effecturus: hoc inquam animo poſito, dubius ſaltem mihi videretur conſecrationis valor; quoniam hæc oratio, *Nam hoc eſt corpus meum*, nulla alia præcedente valde imperfecta videtur, imo prorſus inepta, cum ex vna parte cauſam reddat, & ex alia nullius rei cauſam reddat: Oratio verò tam inepta ſaltem dubium videtur, num ad valide conſecrandum apta ſit; & idem eſſet de iſta Nam *ego te abſoluo*, & de iſta, *Nam ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Conſultò autem dixi ſaltem dubium id mihi fore; quia fortaſſe dicent plurimi duas ibi fore enuntiationes, aut quaſi duas, vnam *Hoc eſt corpus*, alteram, *& hæc eſt ratio cur*: & illam priorem aptam futuram, ideoque ſortituram conſecrationis effectum; eſto altera incepta foret; & idem fore in ſimilibus formis aliorum ſacramentorum; cuius rei iudicium aliis relinquo.

§. II.

Nec item ſubſequentia in Canone, ſeu Græco, ſeu Latino.

51. Ad conſecrandum panem non requiritur, *Quod pro vobis tradetur.* PRior huius tituli pars eſt, ad panem conſecrãdum non requiri voces illas; *Quod pro vobis tradetur*, vel quæ græcè habentur, *Quod pro vobis frangitur*. Eſt contra Græcos, & ad fidem attinet. Nam Eccleſia Catholica, quæ grauiter errare nequit, iis verbis non vtitur: erraret autem grauiſſime ſi ad valorem conſecrationis eſſent neceſſaria: quia nunquam panem vere conſecraret; nunquam Laicis veram Chriſti ſubſtantiam, & Euchariſtiam traderet ſumendam; nunquam Euchariſtiæ ſacramentum ſimpliciter integrum conficeret. Nunquam verum ſacrificium à Chriſto inſtitutum offerret, quod vtriuſque ſpeciei conſecrationem eſſentialiter includit.

Rurſus quia non eſt credibile ſacrum aliquem ſcriptorem, dum hiſtoriam ſupremæ Cœnæ & Euchariſtiæ inſtitutionis contexeret, omiſiſſe aliquid eſſentialiter requiſitum ad conſecrationis valorem; atqui verba illa, *Quod pro vobis tradetur* omnino prætermiſere Matthæus, & Marcus: ergo ſignũ eſt ad valorẽ conſecrationis neceſſaria non eſſe. Dices forſitan ambos Euangeliſtas ad conſecrationem calicis retuliſſe verba hæc. *Qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*, & ita indicaſſe etiam verba illa, *Quod pro vobis tradetur*: requiri ad validam conſecrationem panis. Sed contra, vbi verba ritualia, & eſſentialia ſunt non ſatisfit legibus narrationis, ſi legentium diſcurſui, etiam ſimilitudine vel paritate innixo relinquantur, nam optime potuiſſet Chriſtus velle & inſtituere, vt ad conſecrationem ſanguinis neceſſarium eſſet, dicere *Qui pro vobis & pro multis effundetur*: & tamen ad conſecrationem Corporis non opus eſſet dicere *Quod pro vobis tradetur*, aut quod pro vobis frangitur. Alteram obiectionem quæ hic fieri poſſet ex collatione duorum Conciliorum Carthaginenſis, & Florentini conſultò reſeruamus ad tractatum de ordine diſp... ſect.. 52. Probat ſacrorum ſcriptorum tacitur.

Firmatur teſtimoniis Patrum num. 23. relatis: palam enim aſſerunt conſecrationem effici verbis iſtis, *Hoc eſt corpus meum*. Si autem plura vel alia requirerentur valde imperfecte, imò & pernicioſè loquerentur Patres: quippe, qui grauiſſimè errandi anſam propriiſſimam exhiberent. Denique verba ſacramentalia id efficiunt, quod ſignificant; ſed hæc verba *Hoc eſt Corpus meum*; licet non adiungantur illa. *Quod pro vobis tradetur*: ſignificant Chriſti Corpus ſub accidentibus panis; ergo licet illa non adiungantur, hæc illud producent. Minor patet; quia illa, *Quod pro vobis tradetur* non tam ſignificant Chriſti corpus quam eius traditionem: econtra vero hæc: *Hoc eſt corpus meum*, ipſiſſimum Chriſti corpus, illudque ſolum ſignificant. 53. Patrum teſtimonia idem ſignificant.

Poſterior tituli pars eſt, ad validam Calicis conſecrationem non requiri hæc verba. *Noui, & æterni teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Nec aliquod ex ipſis. Non omnia requiri patet; quia nec in ſacris ſcriptoribus, nec in aliqua liturgia præter quam in Romano Canone, ea omnia reperiuntur eſtque incredibile, vel omnes Scriptores ſacros, vel omnes omnium Liturgiarum illarum auctores, nedum vtroſque ſimul, omiſiſſe partem conſecrationi eſſentialem. Non requiri aliquid ex illis verbis, Probatur; Quia nulla eſt ratio, cur vnum aut alterum aut plura requiramus & non omnia; ergo nec aliqua. 54. Ad conſecrandum vinum non requiritur Tò *Noui & æterni. &c.*

Dices ſpecialiter exigi verba hæc. *Qui pro vobis, & pro multis effundetur.* Contra, nam ad conſecrationem panis ſufficiunt iſta *Hoc eſt Corpus meum*: ſine his, *quod pro vobis tradetur*. Ergo ad conſecrationem Calicis ſufficiunt iſta. *Hic eſt ſanguis meus*, abſque illis; *Qui pro vobis, & pro multis effundetur*, ſicut enim Euangeliſtæ referunt illa, *Qui pro vobis, & pro multis effundetur* ita referunt iſta; *Quod pro vobis tradetur*. & tamen hæc non exiguntur; ergo nec illa. Addo rationem ſpecialiſſimam; quia ſcilicet

Chri

Google

Chriſtus hæc omnia protulit, *Qui pro vobis, & pro multis effundetur.* Nam ſacri Scriptores omnia referunt; at qui nullus omnia, nam vnus ſolum ait, *pro multis* alter ſolum pro vobis nec eſt credibile quempiam omiſiſſe aliquid conſecrationi eſſentiale; ergo tale non eſt *τὸ pro multis* aut τὸ pro vobis, ac proinde, nec *τὸ qui effundetur.*

56. Nec aduerſantur ſcriptura nec Miſſale.

Nec refert quod aliqua ex his verbis apud Lucam, & Paulum intereruntur aliis manifeſte eſſentialibus, cum dicitur *Hic Calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine.* Nam etiam particula *enim* apud Matthæum ſimiliter inſeritur, nec tamen eſſentialis eſt. Nec item refert, quod in Miſſali hæc omnia maiuſculis characteribus ſcribuntur, & à ſacerdote ſupra Calicem proferuntur: nam etiam id habet vocula *enim,* quam liquet ex dictis non eſſe eſſentialem. Solum inde fit omnia hæc verba proferri debere vno quaſi Spiritu tam corporali quam myſtico, propterea quod ſequentia licet neceſſaria non ſint, multum tamen cohæreant cum præcedentibus.

57. Nec item S. Thomas.

Nec dictis aduerſatur S Thomas.q.78. art. 3. dicens verba iſta, *Noui, & æterni teſtamenti* &c. vſque ad *Hæc quotieſcumque* excluſiue, eſſe de ſubſtantia formæ: expreſſe enim docet non eſſe neceſſaria ad conſecrationem, ſeu tranſſubſtantiationem, idque ſolum vult ſententia communis, ſed ad aliam ſignificationem: ſic enim loquitur. Per prima verba cum dicitur *Hic eſt calix ſanguinis mei*; ſignificatur ipſa conuerſio vini in ſanguinem, eo modo quo dictum eſt in forma conſecrationis panis. Per verba autem ſequentia ſignificatur virtus ſanguinis effuſi in paſſione, quæ operatur in hoc ſacramento. Nunc ita diſputo. Non vult ſanctus Doctor verba illa eſſe de ſubſtantia ita vt ſine illis non fieret vini tranſſubſtantiatio, nam in hoc æquiparat verba hæc. *Hic eſt Calix ſanguinis mei* illis, *Hoc eſt corpus meum:* nec vult eſſe de ſubſtantia formæ, tanquam ſine illis paſſio vel ſanguis Chriſti non operaretur in hoc ſacramento; Quis enim tanto Doctori tribuat iſtam doctrinam? ergo ſolum vult eſſe de ſubſtantia tanquam vnum orationis tractum componentia, & ideo ſimul cum aliis ſuper Calicem proferenda vno quaſi ſpiritu, id eſt ſine interruptione.

Hoc autem nihil probat, nam etiam particula *enim* cum cæteris ita profertur & tamen eſſentialis non eſt.

§. III.

Nec requiritur aliæ ſubſequens Eccleſiæ precatio.

58. Non requiritur precatio in Græcorum liturgiis adhibita poſteriorum.

IN Græcis Liturgiis ſic habetur: *Emitte ſpiritum tuum*, & fac hunc panem pretioſum Corpus Chriſti tui, Quod vero in hoc Calice eſt, pretioſum ſanguinem Chriſti tui, vt fiat nobis in ſanctificationem, *& in peccatorum remiſſionem.* Probatur concluſio; quia Græci ipſi in Concilio Florentino ſeſſione vltima interrogati; cur ſcilicet poſt Chriſti verba: *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt Calix ſanguinis mei*; adderent prædictam orationem, quaſi ſupponentes conſecrationem nondum eſſe factam: reſponderunt conſecrationem Chriſti verbis fieri, licet ipſi poſtea petant, vt cedat in ipſorum vtilitatem, & ratio clara eſt, quia Chriſti verba conuerſionem ſufficienter indicant, atque adeò faciunt, vt oſtendimus.

De hac obiectione, ex Græcis liturgiis petita doctiſſime agit Lugus diſp. 13. ſect. 1. & 2. Ego, vt meum aperiam animum, cenſeo, precationem illam ab auctoribus Græcarum liturgiarum ante verba Chriſti poſitam fuiſſe, ſed poſtea inuerſo liturgiarum ordine à Græcis ipſis qui primis auctoribus Liturgiarum ſuccedere poſt Chriſti verba diſpoſitam.

SECTIO IV.

Cæteras huius loci quæſtiones percurro.

PRima an verba conſecrationis dicantur annuntiatiue? An recitatiue? An vtroque modo ſimul? totidem ſunt de hoc puncto ſententiæ. Ego vt quæſtionem reſoluam ſic eam explico. Alterius verba proferre, ſolum recitatiue, ſeu materialiter, ſeu hiſtoricè idem ſunt, nempe illa pronunciare, vt ſolum alterius, non aſſerendo rem per verba ipſa ſignificatam, vt cum dicimus: *Caluinus dixit: Deus eſt cauſa peccati*, non enim aſſerimus Deum eſſe peccati cauſam; ſed ſolum narramus, Caluinum id pronuntiaſſe, ſolum enuntiatiue ſignificatiue, ſeu formaliter alterius verba proferre, idem etiam ſunt, nempe illa pronuntiare ſine intentione narrandi fuiſſe ab illo dicta, ſed ſolum ſignificandi, quod illa ſonant: vt ſi proferam: iſtam anguſta eſt via, quæ ducit ad vitam & ampla quæ ad perditionem, non intendens fuiſſe à Chriſto, vel aliquo alio dictam, ſed ſolum ſignificare eius obiectum, vtroque modo ſimul alterius verba proferre, quidnam ſit ex duobus membris explicatis. 59. Poſſumus alterius verba proferre recitatiue, ſeu materialiter, vel ſignificatiue, & formaliter.

60. Verba conſecratoria dicuntur enuntiatiue.

Mihi dicendum videtur cum Vaſquez diſp. 200. cap. 2. verba conſecrationis ſolum proferri enuntiatiue primum; quia ſi ſolum proferam verba hæc: *Hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus.* fiet conſecratio, ſed tunc non proferentur recitatiue, ſed enuntiatiue; ergo ita ſemper proferuntur. Minor probatur, quia vt proferantur recitatiue debent alia præmitti. Confirmatur hæc ratio, quia verba quæ præmittuntur conſecratoriis, nempe, de, qui pridie quam pateretur &c. multis annis in Canone non fuerunt, ſed ab Alexandro I. addita, ergo antea ſolum enuntiatiue dicebantur verba conſecrationis, ac proinde nunc.

Secundò quia pronomina, *Hoc*, & *Hic*, determinate ſignificant contentum ſub his numero accidentibus, atque adeo conſignificant hæc numero accidentia ergo non dicuntur hiſtoricè, ſed enuntiatiue. Probatur (inquam) quia ſi recitatiue proferrentur, ſenſus eſſet Chriſtum dixiſſe *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus*, conſignificando hæc numero accidentia ſed in hoc ſenſu verba eſſent falſa quatenus recitatiua; Quia falſum eſſet Chriſtum verba ſua protuliſſe ſuper hæc numero accidentia; ergo.

61. Et mere enuntiatiue.

Illud libet aduertere quod ſacerdos, dum actu conſecrat, verba profert mere enuntiatiue, dum actu, inquam, conſecrat: Quia ſi verba, quæ ante conſecrationem regulariter præmittit, cum verbis conſecrationis coniungantur,

Digitized by Google

gantur, ſine dubio conſurget quædam narratio, & repræſentatio hiſtorica ſaltem externa; quæ tamen conſecrationis formulam non afficit qualitate vel conditione narrationis intrinſecus; quia non facit vt ſacerdotis animus, dum conſecrationis verba profert, ſit recitare vel narrare. Quod declaro hoc exemplo. Si ſcirem Petrum glorioſum militem ſtatim dicturum eſſe verba iſta: *De virium robore nemini concedo*, & paulo ante dicerem meo amico, ſic ſolet Petrus iactare ſuam virtutem & fortitudinem, & tunc Petrus ea verba proferret; Conſurgeret ex meis & illius verbis quædam hiſtoriæ & narrationis ſpecies, ſed quæ Petri ſermonem intrinſecè non afficeret, vel intrinſece hiſtoricum redderet, cum Petrus nihil narrare vel recitare intenderet, ſed ſuam enuntiare, & prædicare fortitudinem, quod ergo tunc eueniret Petro, & mihi vt duabus perſonis diſtinctis, hoc ipſum ſacerdoti contingit; nam dum profert verba illa; *Qui pridie quam pateretur*, vſque ad verba conſecrationis excluſiuè, vnam ſuſtinet perſonam nempe Narratoris ſeu Hiſtorici: dum vero adiungit, *Hoc eſt Corpus meum: Hic eſt calix meus*, alteram ſuſtinet perſonam ſcilicet ipſius Chriſti in cuius nomine & perſona Sacerdos, teſte Florentino relato, Euchariſtiam conficit, atque adeo verba illa profert.

Sacerdos narratiuè profert vſque ad formam conſecrationis.

62. Quid pronomina *Hoc, & Hic* ſignificent.

Secunda difficultas quid ſignificent pronomina *Hoc*, & *Hic*: Reſpondeo pronomen *hoc* immediate ſignificat Chriſti Corpus, & conſignificat hæc numero accidentia; ſicut etiam pronomen *hic* immediate ſignificat Chriſti ſanguinem & conſignificat hæc accidentia numerica. Probatur quia vtrunque pronomen eſt in hoc loco adiectiuum, atque adeo pronomen hoc in priori conſecratione non ponitur ſubſtantiue, qua ratione poni ſolet interdum *hoc*, veluti ſolitariè, & ſonat idem quod *hæc res*, quod aperte conſtat ex pronomine, *hic*, Quod abſolute concordat cum nomine. *Calix* in genere numero, & caſu, cum autem nomen Græcum *Potirion*, id eſt poculum, neutrius ſit generis.

Obiicies Chriſtus dixit, *Accipite & manducate ex hoc omnes; hoc eſt enim Corpus meum*; ſed in priori parte ablatiuus ille, *hoc*, non ſignificat enuntiatiue Corpus Chriſti; ergo neque in altera rectus, *Hoc*. Reſpondeo negando minorem: Ad probationem dico, Ablatiuum illum, *Hoc*, non fuiſſe falſum quia referebatur ad corpus, ſtatim ſub illis accidentibus ponendum; ſicut nec rectus, *hoc*, aut, *hic*, falſo prolatus fuit, quia relatus ad corpus, & ſanguinem ſtatim ponendum ſub illis accidentibus.

Tertia. An Chriſti verba conſecrationem efficiant, vt vera ſunt, an vt vera ſint? Cenſeo hoc ſecundum cum Recentioribus. Vide ſupra Diſp. 36. ſect. 1. n. 5. & 6.

63. Verba cauſant, vt ſint vera.

Quarta. An multi ſacerdotes ſimul poſſint eandem materiam conſecrare. Affirmo, & probatur ex Eccleſiæ praxi, quando noui ſacerdotes conſecrantur. Hanc tamen difficultatem proprius ſpectare video ad diſp. 45. ſect. 1. ibi fuſe tractabimus de more illo, recepto ab Eccleſia, in Miſſa Ordinationis ſacræ, in qua ſacerdotes initiantur, & operantur ſacris.

DISPVTATIO XL.

De iis quæ poteſt in Euchariſtia Chriſtus naturaliter agere, & pati.

Sectio. I. *Poſſitne Chriſtus in Euchariſtia naturaliter actiones aliquas elicere.*

Sectio. II. *Valeat ne Chriſtus in Euchariſtia ab agente naturali mutationes accipere.*

Sectio. III. *Quot, & quales mutationes ſubeat Chriſtus, dum eſſe deſinit ſub ſpeciebus.*

Sectio IV. *An Chriſtus ſub ſpeciebus deſinens, conuertatur in ſubſtantiam, quæ ibi gignitur.*

§. 1. *Partis aſſertoria robur non vulgare exeritur.*

§. 2. *Multiplex negandi via precluditur.*

§. 3. *Facilis & expedita negationis ſemita aperitur.*

Solum eſt diſputatio de iis, quæ poteſt Chriſtus in hoc myſterio agere, & pati naturaliter: nam de iis, quæ poteſt ſupernaturaliter, nulla eſt huius loci propria quæſtio, cum res pertineat ad potentiam obedientialem, Chriſti humanitati cum cæteris creaturis communem, tam in loco diuiſibili, & extenſo, quam in indiuiſibili, & inextenſo. 1.

SECTIO I.

Poſſitne Chriſtus in Euchariſtia naturaliter actiones aliquas elicere.

Non poteſt corporeas, nec incorporeas dependentes à corporeis.

Vniuerſim reſpondeo non poſſe naturaliter exercere operationes corporeas, ſiue immanentes, ſiue tranſeuntes, & proinde, nec incorporeas, quæ à corporeis dependent. Cuius generalis reſponſi ratio generalis eſt: Quia ſcilicet impedita actiuitate eſſentiæ erga primam proprietatem, conſequentiſſimè, & conuenientiſſimè ligatur actiuitas erga cæteros actus, & effectus, qui ſecundum naturalem curſum poſteriores prima proprietate ſunt: ſed extenſio humanitatis in ſpatio eſt ipſius humanitatis proprietas prima, vel ſaltem naturæ prioritate antecedens actionem aliam humanitatis corpoream, & materialem: ergo impedita eiuſmodi extenſione locali, nequit humanitas operationem vllam corpoream exercere. Maior ſuadetur, Primo, quia ſicut potentiæ, & proprietates ſunt propter operationes, ita ordo potentiarum, & operationum eſt propter ipſas operationes: Igitur ſi prima, vel priori proprietate impedita inuertatur ille naturalis ordo potentiarum, nequibunt naturaliter aliæ operationes exerceri. Secundò ſpeciatim probatur de proprietate extenſionis, nam hæc eſt naturaliter neceſſaria ad tollendam indifferentiam, & confuſionem, alioquin certiſſimè extituram.

Si

Digitized by Google

Si enim agens naturale valde heterogeneum verbi gratia vna parte vehementer calidum, altera vehementer frigidum, alia valde ſiccum, & alia magnopere humidum, totum in vno puncto ſit, eique applicetur ſubiectum: quænam illarum quatuor partium in ſubiectum aget; cum omnes ſint æquè applicatæ ſubiectumque æquè potens à ſingulis pati, nec ab omnibus ſimul potens.

2. Sed neque loco ſeipſum mouere.

Hinc elicies primò, non poſſe naturaliter Chriſtum in hoc myſterio ſe ipſum loco mouere, vel localiter impellere. Non quod præſentiæ modus vt recentiores probant, ſit intrinſece naturalis, cum talis modus phyſicus ſictitius ſit, nec item quod anima, prout alij Recentiores probant, nequeat membrum vnū impellere, niſi interuentu alterius, ad quod requiritur vtriuſque extenſio: dum enim anima mouet ſolum extremum digiti articulum, non impellit vnum membrum per alterum. Ratio vera eſt, quam adhibui, nempe quia ligata priori proprietate, & ſpeciatim extenſione, cæteræ actiones naturaliter ligantur, quia extenſionem, vel organizationem requirunt.

3. Speciali ratione demóſtratur ex propria ſententia.

Altera ſe offert ratio, & quidem huius conſectarij propriiſſima. Quia vel Chriſtus moueret ſe localiter ab hoc ſpatio hoſtiæ ad alterum; vel in ipſo hoſtiæ ſpatio ex vna parte in alteram: neutro modo poteſt virtute naturali: Ergo nullo. Minor quoad priorem partem in mea ſententia claret: quia Chriſtus phyſicè vnitus eſt ſpeciebus, quapropter vt ſe moueret ab vna parte hoſtiæ ad alteram, deberet trahere ſpecies vnius partis loci ad ſpecies alterius partis loci, & illas duas ſpecierum partes in eodem loco ponere, & propriiſſimè reddere penetratas; quod naturalis efficacitas creata neutiquam poteſt. Quoad alteram partem ſuadetur, quia Chriſtus ab ſpatio vbi nunc eſt hoſtia ad alterum diſtinctum nec poteſt ſe ipſum mouere motu ſimplici, vel progreſſiuo: ergo nullo. Non motu ſimplici, nam hoc motu nequit homo, nec aliquod bipes terreſtre ſe ipſū naturaliter ciere eſt enim ille motus proprium rerum inſenſibilium, & elementorum, & lapidum, & arborum, & animalium volatilium. Non motu progreſſiuo, nam per iſtum deberet moueri, & locum mutare vna Chriſti pars prius quam altera; proinde vel trahenda eſſet vna ſpecierum pars ad ſpatium alterius, & cum ipſa penetrari, quod virtuti creatæ naturali non conceditur, vel deberet hoſtia frangi, aut inflecti; & hoſtiæ fractio, vel inflexio fieri deberet, mediante motu Chriſti locali, non ſimplici, quia iſte non eſt homini conceſſus naturaliter, vt vidimus; non progreſſiuo, quia cum totus Chriſtus in quolibet hoſtiæ puncto ſit, moto vno Chriſti indiuiſibili totus Chriſtus moueretur, atque adeo non vna pars poſt alteram ſed omnes ſimul.

4. Conſectarii iſtius ratio propria.

Inde elicies ſecundo, non poſſe Chriſtum in Euchariſtia naturaliter exercere actionem aliquam corpoream tranſeuntem. Quia ſcilicet impeditionem primæ, vel prioris proprietatis naturaliter ſequitur alligatio virium naturalium ad ſequentium proprietatum effectus, & actiones. Eſt etiam huius conſectarij propria ratio. Quia ſi Chriſtus agere poſſet tranſeunter ex. g. in manum Sacerdotis approximatam; non eſſet cur actionem potius calefaciendi, quam frigefaciendi, humectandi, vel exiccandi exerceret; cum æquè applicatas ad ſubiectum haberet partes actiuas calidas, frigidas, humidas, & ſiccas. Agere namque ſecundum omnes ſimul, & in eandem ſubiecti partem, naturæ limitatio non ſinit: determinare vnam præ omnibus aliis, dum æquè omnes applicatæ ſunt, voluntati creatæ naturale non eſt: determinari vnam præ cæteris per ſubiecti capacitatem dici non poteſt: nam plures ſunt æquè actiuæ, & ſubiectum æquè capax huius, ac illius, & cuiuſlibet: Ergo naturaliter non valet Chriſtus actionem tranſeuntem ibi exercere.

Vrgeo, quia totus Chriſtus totaliter exiſtit in quolibet ſpecierum puncto: proinde ſi applicata hoſtia verbi gratia ad volam iſtius manus poſſent Chriſti qualitates corporales in volam agere, vel agerent ſolum vt exiſtentes in omnibus, ac ſingulis partibus primæ ſuperficiei hoſtiæ; vel prout exiſtentes in illis, & in aliis ſequentium ſuperficierum. Si hoc poſteriori modo agerent, conſpiraret vna, & eadem res cum ſe ipſa ad vnam, & eandem actionem pene infinities, quod natura rerum non fert. Si priori illo modo agerent, ita diſputo. Licet eædem partes, quæ forent in prima hoſtiæ ſuperficie, eſſent etiam in ſecunda, & in tertia, & in cæteris, tamen non agerent ſimul cum ſe ipſis in prima exiſtentibus: Ergo nec agerent prout in prima exiſtentes. Etenim diuerſæ partes caloris in diuerſis ſuperficiebus exiſtentes conſpirant cum exiſtentibus in prima: ſed eædem Chriſti qualitates diuerſis ſpecierum ſuperficiebus correſpondentes æquiualent qualitatibus re ipſa diſtinctis: Ergo ſi non conſpirarent cum ſe ipſis ad eandem actionem, eſſet quia inextenſio impedit, ne ſequantur normam cauſarum naturalium, ac proinde impediret, ne quidpiam caloris producerent.

Ruſus elicies, non poſſe Chriſtum in Euchariſtia naturaliter exercere operationes ſenſuum, & appetituum externorum. Quia cum ſint actus vitales deberet illos efficere ſimul, & recipere: neutrum poſſet naturaliter propter inextenſionem, vt ſupra dicebamus: Ergo &c. Et huc admoueri poſſunt plures earum rationum, quibus paulo ante vtebamur. 5. Cum nequeat ſenſationes externas, nec internas.

Tandem elicies, nec intellectiones quidem poſſe Chriſtum in Euchariſtia naturaliter exercere, vtendo ſpeciebus adquiſitis; & conſequenter neque volitiones ab illarum intellectionum exercitio pendentes. Prior pars conſtat, quia non poteſt Chriſtus illis vti ſpeciebus ſine conuerſione ad phantaſmata, id eſt abſque præuia productione, & receptione phantaſmatis, corporea ſcilicet, & materiali: ſeu hæc requirit in ſui principio tam actiuo, quam paſſiuo, localem extenſionem, vt iam vidimus: Ergo. Poſterior pars claret, quia cum illæ volitiones à talibus pendeant intellectionibus, his impeditis, vel naturaliter impoſſibilibus, neceſſe eſt, illas impediri, & naturaliter eſſe impoſſibiles. Neque intelligere per ſpecies adquiſitas ſenſibus. Nec appetere conſequenter.

SECTIO II.

Num Chriſtus in Euchariſtia pati poſſit ab agente naturali.

Reſpondeo. Naturaliter nequit pati ab agente naturali ſiue corporeo, ſiue ſpirituali. 6.

Non poteſt quid pati naturaliter.

tuali. Quia corpus non minus exigit extenſionem localem ad patiendũ quam ad agendum: ſed abſque locali extenſione non poteſt naturaliter agere: Ergo neque naturaliter pati. Maior claret, quia localis extenſio iuxta naturaliſſimum ordinem, non minus præcedit, & præſupponitur aliarum formarum, & effectuum, receptionibus, quam actionibus: proinde ſignum eſt, non eſſe minus requiſitam ad illas quam ad iſtas. Imo longè clarius id intelligitur, quam illud, nam ſi corpus inextenſũ ageret, deeſſet quidẽ vna cõditio ex iis, quæ requiruntur, nempe agentis corporei extenſio: Si verò corpus inextenſum ab agente naturali pateretur, deberet agens naturale producere effectum inextenſum, & in ſubiecto inextenſo; ac proinde duplex deeſſet conditio; vna in effectu, altera in ſubiecto. Si autem agens corporeum naturale non poteſt agere dum ipſi deeſt prima illa, & vna conditio: profectò nec ſpirituale poterit agere, dum ſubiecto deeſt vna, & effectui altera.

7. Nec motum, aut impulſum recipere in ſe naturalem.

Hinc patet, non poſſe Chriſtum in Euchariſtia naturaliter loco moueri virtute agẽtis naturalis etiam Angelici. Non quod præſentia ſit modus, aut entitas intrinſecè ſupernaturalis, iã enim vidimus, nec eſſe modum, nec entitatem, phyſicè inhærentem: nec item quod impulſus Chriſto in Euchariſtia imprimendus ſit intrinſecè ſupernaturalis, eſt enim intrinſecè naturalis: ſed quod impulſus iſte ſit corporeus, & per vires naturalis agẽtis produci nequeat, niſi in ſubiecto localiter extenſo. Cõfirmatur, quia vel idem numero impulſus imprimendus eſſet omnibus, & ſingulis Chriſti partibus in vno puncto exiſtentibus; vel cuilibet illarum partium ſuus diſtinctus: prius eſt impoſſibile naturali agenti, nempe vnam qualitatem in tot ſubiectis producere: nec minus impoſſibile eſt alterum nempe tot numero qualitates omnino ſimiles, & naturaliter poſtulantes diuerſa loca in eodem indiuiſibili conſtituere.

8. Mouetur vero diuinitus confortata virtute agentis naturalis.

Quæres, quomodo quiſquis loco mouet ſpecies, moueat cum ipſis Chriſti ſubſtantiam? Reſpondeo, non mouet illam virtute naturali, niſi diuinitus confortata; non quod ille impulſus intrinſecè ſit ſupernaturalis, ſed quod ad tantum, & tali modo mouendum non ſufficiant nudæ vires naturales. Qui enim ſpecies impellit leuiſſimo conatu producit innumerabiles impulſus; nimirum ſub ſingulis ſpecierum punctis vnum in Chriſti corpore, & alterum in Chriſti anima, & ſingulos in ſingulis vtriuſque accidentibus: quod virtute naturali diuinitus non roborata, neutiquam fieri poſſe, per ſe claret. Rurſus, quia Chriſti corpus eiuſque corporeæ affectiones non poſſunt ab agẽte naturali recipere impulſum, aut aliam qualitatem, dum localem non habent extenſionem: cum autem agens naturale non impellat Chriſti animam, niſi impellendo prius natura Chriſti corpus, & iſtud abſque diuina confortatione impellere non poſſit, planè fit, vt nec animam poſſit.

9. Fortaſſis agente naturali ſolum ſpecies ſenſibiles impellente.

Fortaſſis etiam agens naturale ſpecies impellens, abſque Dei confortatione, & Chriſti materiam, eiuſque materiales affectiones cum Dei confortatione nec cum iſta quidem impellit Chriſti animam, eiuſque ſpirituales affectiones. Quia dum homo ab agente pure materiali impellitur, v g. dum equo vehitur, non eſt credendus equus producere ipſum animæ impulſum, vtpote ſpiritualem: ſed ſolum producere materialem corporis; animam autem per Sympathiam cum corpore, eiuſque materiali vnione, tunc excitari ad producendum in ſe ipſa ſpiritualem impulſum; idque fieri ad eum ferè modum, quo per obiecti ſenſibilis corporeum phantaſma, dicitur anima excitari ad producendum in ſe ipſa ſpeciem eiuſdem obiecti ſpiritualem. Cum igitur communis, & ordinarius modus, quo rationalis anima, dum corpus ab extrinſeco impellitur, ſe ipſam naturaliter impellit, conſequens videtur, vel ſaltem valde congruum, vt in hoc myſterio, dum ab agente naturali diuinitus confortato impellitur Chriſti corpus, eius etiam anima diuinitus excitetur, & confortetur, ac determinetur ad impulſum in ſe ipſa ſpiritualem producendum.

SECTIO III.

Quot, & quales mutationes ſubeat Chriſtus, dum eſſe deſinit ſub ſpeciebus.

Canoniſtarum plurimi cum Gloſſa in cap. *Tribus gradibus*, de conſecr. diſt. 1. Guitmundus lib. 2. de veritate corporis, & ſanguinis Chriſti, & Algerus lib. 2. de ſacramento corporis, & ſanguinis Chriſti c. 1. docuerũt, Chriſtum, corruptis ſpeciebus, vel ſua ipſius virtute, vel Angelorum miniſterio, ſtatim in cœlum auolare. Sed hæc ſententia iam antiquata eſt, & nunquam in ſcholis viguit; & merito, quia Chriſtus fit præſens ſpeciebus abſque locali ſuo è cælis deſcenſu: ergo & ſub ſpeciebus deſinit eſſe præſens abſque locali ſuo in cœlos aſcenſu. Conſequentia patet, nam ſi ſit præſens per productionem ſui ſubſtantialem, per eius productionis deſitionem fiet abſens: ſi præſens fit per productionem præſentiæ phyſicæ, per eius deſtructionem abſens fiet: ſi denique per vtriuſque productiones in ſpatio ſpecierum adeſt; per earum productionum deſtructiones indidem aberit. 10. Quædam opinio proſus vt antiquata reiicitur.

P. Vaſquez diſp. 193. cap. 5. ſcribit, Chriſtum ſub ſpeciebus deſinere per aliquam mutationem, non quidem poſitiuam, qua poſitiuum aliquid adquirat; ſed negatiuam, qua modum vnionis amittat, quo ſpeciebus vnitur, iuxta ipſius Vaſquij ſententiam. Cæterum ſicut ille iuxta illam conſequentiſſime loquitur; ſic nos, qui ſententiam illam ſupra confutauimus, iſtam conſequentiſſimè reiicimus; quia cenſemus falſo fundamento nixam, & ob aliam rationem numero ſequenti adducendam. Et alia P. Vaſquez.

P. Lugus diſput. 10. ſect. 3. pluresque Recentiorum aſſerunt, Chriſtum ſub ſpeciebus deſinere per ſolam deſtructionem modi præſentiæ, quem in illarum ſpatio habebat. Conſequenter quidem, ſed conſequenter ad ſententiam, quæ docet, Chriſtum in Euchariſtia conſtitui per ſolam illius modi productionẽ, quod eſſe falſum tota diſp. 31. perſuaſimus; ideoque ſententiam iſtam falſam eſſe. Addimus contra illam, & præcedentem, quod iuxta illas per Miſſæ ſacrificium ſolus præſentiæ modus ſacrificatur, vtpotè qui ſolus producitur, ſoluſque deſtruitur.

P. Sua

Digitized by Google

Sententia P. Suar. magis approbatur.

P. Suarez diſp. 54. ſect. 1. tria dicit. Primum eſt, Chriſtum non deſinere ſub ſpeciebus ſine aliqua mutatione in ipſo facta. Quod mihi placet, quia deſinere eſt aliquo pacto mutari. Alterum eſt, Chriſtum hac mutatione nihil poſitiuum adquirere, ſed amittere. Quod etiam approbo, quia rem poſitiuam deſinere nõ eſt aliquid poſitiuum adquirere, ſed deperdere, ſeu amittere. Tertium eſt, Chriſtum hac negatiuâ ſui mutatione nihil amittere ſubſtantiale, ſed ſolam præſentiam, quam in ſpecierum ſpatio habebat. Hoc mihi diſplicet, non ſolum, quia falſum, verum etiam quia autoris ſui principiis contrarium, vt iam aperiam.

Sed non ſecundam omnia.

12. Aſſerimus primò. Chriſtus deſinendo eſſe ſub ſpeciebus, nullam ſubit mutationem propriè, & ſtricte ſumptam. Quia mutatio propriè, & ſtrictè ſumpta phyſicè recipitur in ſubiecto, quod illam recipit: ſed per Chriſti deſitionem ſub ſpeciebus, nulla fit mutatio, quæ phyſicè in ipſo recipiatur: ergo Chriſtus ſub ſpeciebus deſinendo, nullã ſubit propriè dictã mutationẽ. Maior & illatio ſunt illuſtriſſimæ. Minor etiam claret; nam in inſtanti deſitionis Chriſti ſub ſpeciebus, iam Chriſtus ibi non eſt, ergo non recipit ibi phyſicè mutationem propriè dictã: in cœlo autem exiſtens nullam intrinſecã mutationem tunc recipit, quia deſinere Chriſtum ſub ſpeciebus, eſt ipſi Chriſto in cœlis exiſtenti mera extrinſeca denominatio: Ergo &c.

13. Sub ſpeciebus eſſe Chriſtus deſinens ſubit vnam mutationem ſubſtantialem negatiuam.

Aſſerimus ſecundò. Chriſtus ſub ſpeciebus deſinens vnam ſubit mutationem negatiuam ſubſtantialem. Probo apertiſſimè, etiam in ſententia P. Suarez; nam Chriſtus ſub ſpeciebus eſſe incipiens vnam accipit mutationem poſitiuam ſubſtantialem; qua ſubſtantialiter producitur, ſeu reproducitur: Ergo dum idem ſub ſpeciebus deſinit, aliam recipit mutationem negatiuam ſubſtantialem, quæ ſit deſitio productionis illius, ſeu reproductionis ſubſtantialis. Quod enim dicat aliquis, illam productionem eſſe eandem cum illa, qua Chriſtus conſeruatur, localiter replicatam: ac proinde non illam in Euchariſtiæ deſtructione deſtrui ſubſtantialiter, ſed ſolum illius præſentiam, ſeu localem replicationem: hoc inquam, apud nos locum non habet, qui cenſemus actionem illam eſſe à cœleſti diuerſam, & in ſingulis Euchariſtiis diſtinctam, vt pote eſſentialiter affixam ad iſtas numero ſpecies, vt diſp. 34. ſect. 2. conſtitit.

Opponit Suarez, eſſe Chriſto indecens, quod ſub ſpecibus deſinens ſubeat mutationẽ ſubſtantialem. Sed inconſequenter, vt autumo; & probo: quia iudice Suarez, non eſt Chriſto indecens, quod ſub ſpeciebus eſſe incipiat per mutationem ſubſtantialem poſitiuam, quæ ſit vera ſui ipſius productio: Ergo non eſt Chriſto indecens, ſed omnino decens, & neceſſariſſimè conſequens, quod ſub ſpeciebus deſinat eſſe per mutationem ſubſtantialem negatiuam, quæ ſit illius ſubſtãtialis productionis deſitio.

14. Et quatuor accidentales etiam negatiuas.

Aſſerimus tertiò. Chriſtus ſub ſpeciebus eſſe deſinens quatuor ſubit mutationes negatiuas accidentales: primam, qua deſinit eſſe localiter præſens ſpatio ſpecierum; ſecundam, qua deſinit eſſe præſens ipſis ſpeciebus: tertiam, qua deſinit circumdari ſpatio proximo ſpeciebus: quartam, qua circumdari deſinit corpore ſpecies ipſas ambiente, & circumdante. Clarent omnes aſſertionis partes, ideoque probatio ſuperuacanea eſt.

SECTIO IV.

An Chriſtus ſub ſpeciebus deſinens conuertatur in ſubſtantiam, quæ ibi gignitur.

NVm Chriſti ſub ſpeciebus deſitio propriè ſit eius cõuerſio in ſubſtantiã, quæ in illo ſpatio tunc producitur, magna Recentiorũ cõtentione diſcutitur: & quia nodus eſt vindice digniſſimus, peculiarẽ poſtulat diſquiſitionẽ.

§. I.

Partis aſſertoriæ robur non vulgare exeritur.

DVm ſpecies Euchariſtiæ corrumpũtur, ita vt non ſint ſufficientes ad conſeruandã in vna materia formã ſubſtantialẽ panis, & in altera formã ſubſtantialem vini, tunc inquam in ſpatio ſpecierum non ſolũ deſinit eſſe Chriſti ſubſtantia, ſed producitur ſubſtantia noua: ita ſcilicet, vt materia panis, quæ per cõſecrationẽ deſtructa fuerat, tunc reproducatur, quando Chriſtus deſinit eſſe in hoſtia; & ſimiliter reproducatur materia vini, quando Chriſtus deſinit eſſe in calice; quæ quidem materia reproduci dicitur in inſtanti, in quo ſpecies Euchariſticæ tã alteratæ ſunt, vt cõſtituant diſpoſitiones proximas alterius ſubſtantiæ, quæ non ſit panis, & alterius, quæ non ſit vinum. In illo enim inſtanti, quo tales diſpoſitiones complentur, poſterius natura reproduci fertur prædicta materia, & poſterius natura ſubiectari in illa prædictæ diſpoſitiones, & poſterius natura introduci forma ſubſtantialis ad quã diſponũt. 15.

Hac poſita doctrina, quæ receptiſſima eſt, quærimus, vtrum Chriſtus dum corruptis ſpeciebus deſinit, conuertatur in ſubſtantiam, quæ tunc in ipſarum ſpatio producitur. Hæc verò ſubſtantia multiplex eſt: nam ſi ſpecies corrũpuntur in ſtomacho, ſubſtantia, quæ in ipſarum ſpatio producitur, partim eſt chylus, & partim ſubſtantia excrementitia, nondum fœtida, nec prauis aliis qualitatibus affecta; nam iſtas in inteſtinis contrahit. Si verò ſpecies corrumpuntur extra ſtomachum, ſubſtantia, quæ tunc in ipſarum ſpatio generatur, interdum eſt vermiculus, interdum aliqua putris materia.

16. Quidam affirmare poſſe defendunt.

Paludanus, Capreolus, & Caietanus apud Suarez, diſp. 54. ſect. 3. docuerunt, Chriſtum; vt in Euchariſtia eſt, conuerti poſſe in aliam ſubſtãtiam: nec apparet, vt rectè notat Suarez, quo alio modo poſſit in aliam ſubſtantiam aliter ſibi ſuccedentem, ac nunc ſuccedit ſubſtantia, quæ in ſpatio ſpecierum corruptarum nunc gignitur. Quidam Recentiores, eodem Suarez teſte, pronuntiant, Chriſtum de facto in eam ſubſtantiam conuerti, & tranſubſtantiari, quod Rodericus Arriaga diſp. 1. de Generat. ſect. 3. licet non prorſus affirmet, ait affirmari poſſe.

Et impugnantur ab aliis minus bene, quam oportet.

Impugnat hanc ſententiam Suarez. Primo, quia Patres docent, non conuerti Chriſtum in nos, ſed nos in ipſum. Occurro; nam hinc apparet, non loqui Patres de conuerſione phyſica; neque enim nos in Chriſtum phyſicè conuertimur: & quam-

Digitized by Google

uis agerent, non repugnarent aſſerentibus, Chriſtum conuerti; vtpote non aientibus, conuerti in nos, ſed in ſubſtantiam aliam, quæ licet ſit intra nos, totaliter tamen differt à nobis. Secundò, quia Chriſtus deſinens non mutatur ſubſtantialiter, ſed localiter. Hoc tamen falſum eſſe, & ipſi Suarez contrarium, ſupra oſtendimus. Tertiò, quia ſubſtantia, quæ Chriſto deſinente producitur, non eſt vna quoad ſpeciem, ſed multiplex pro varietate diſpoſitionum. Verum nec ſubſtantia, in quam conuerti valet homo, eſt vna ſecundum ſpeciem, cum poſſit eſſe cadauer, vel ignis, pro varietate agentium, & diſpoſitionum: & tamen homo, dum deſinit, propriè conuertitur. Quartò, quia inter actiones conuerſionis debet eſſe ordo: ſed inter actiones, quæ reperiũtur, deſinente Chriſto, & incipiente altera ſubſtantia, nõ reperitur actionũ ordo, ſed cumulus: Ergo nec vera conuerſio. Minoris tamẽ falſitas iuxta communẽ, eiuſdemque Doctoris ſententiã, illico patebit.

17. Aſſertur Argumentum pro illa ſententia affirmante.

Econtra namque, ſententia ſtatuens veram Chriſti conuerſionem in eiuſmodi ſubſtantiam habet in primis pro ſe validiſſimam rationem à priori. Si quidem vt vnum in alterum verè conuertatur tria tantum requirũtur, & omnium iudicio ſufficiunt: Primum, vt detur ens quoddam ambobus ſucceſſiuè commune velut campus in quo pugnent; Secundum, vt vnum illorum ſub illo tertio cõmuni ſubſtantialiter deſinat, & alterum ibidem ſubſtantialiter incipiat; Tertium vt quod ſubſtantialiter deſinit, deſinat propterea quod alterum ibi ſubſtantialiter incipiat, ita nempe, vt iſtius inceptio ſit cauſa deſitionis illius: Atqui tria hæc in præſenti reperiuntur: Igitur & vera conuerſio. Minor, quæ ſola probationem exigit, probatur. Nam hic datur tertium illud commune, ſcilicet accidentia. Nam ſi ſubſtantia realiter differt à quantitate ſua, quantitas panis certiſſimè eſt communis Chriſto in Euchariſtia manenti, & ſubſtantiæ, quæ ibidem generatur: Si vero ſubſtantia non differt à ſuâ quantitate, ſed quodlibet ens corporeum eſt quantitas, ſanè cum reſolutio non fiat vſque ad materiam primam, neceſſe eſt, qualitates aliquas panis, quibus ſuberat in Euchariſtia Chriſtus, perſeuerare in ſubſtantia, quæ Chriſto deſinente, gignitur: Deinde datur ſub iſto communi ſubſtantialis deſitio Chriſti, & ſubſtantialis inceptio alterius ſubſtantiæ, prout in ſuperioribus conſtitit. Tandem ideo Chriſtus ſub illo tertio ſubſtantialiter deſinit, quia alterũ ſubſtantialiter ſub ipſo incipit: ideo nãque deſinunt ibi diſpoſitiones, & proprietates panis, quia incipiunt diſpoſitiones, & proprietates v.g. chyli: Ergo ideo quoque deſinit ibi ſubſtantialiter Chriſtus, quia incipit ibi ſubſtantialiter chylus. Quapropter manifeſtus eſt ibi actionum ordo, & non mera congeries, & aggregatio.

18. Deinde præſefert hæc ſententia miram cum ipſius myſterij veritate cohærentiam, & conſequentiam, & ineluctabilem connexionem. Cum enim in Euchariſtiæ conſecratione & inceptione ſubſtantialis deſitio panis per Chriſti productionem ſub illius accidentibus inducta, vera fuerit panis conuerſio in Chriſtum; cur ſubſtantialis deſitio Chriſti per aduenientis ſubſtantiæ ſubſtantialem productionem inducta, non erit Chriſti vera conuerſio in eiuſmodi ſubſtantiam? An quod in priori euentu intercedunt verba, *Hec eſt corpus meum*, quæ Chriſtum producendo panem deſtruunt, & in altero euentu verba non reperiuntur? At conuerſio illa quatenus phyſica non fit, quia verba illam ſignificant; ſed quia Chriſti corpus ſub panis accidentibus productum, eam phyſice inducit, vt ſupra oſtendimus. An quod productio nouæ ſubſtantiæ non fit ex intentione expellendi Chriſtum? At hæc intentio cum ſit moralis, & ſolum poſſit concurrere moraliter, impertinens eſt ad conuerſionem phyſicam An quod ſubſtantia ſuccedens imperfectior eſt præcedente? At, hoc non obſtante, homo, & quodlibet viuens conuertitur in cadauer.

Tandem hæc ſententia, nullum verum habet incommodum. 19. Soluuntur incommoda. Quod enim ab aliquibus affertur, indecens Chriſto eſſe, quod dicatur conuerti in ſubſtantiam excrementitiam fœtidam, ex qua chylus ſecernitur, & in vermem, aut murem; in primis quoad ſubſtantiam excrementitiam fœtidam, falſum eſt; nam vt ſupra monui, ſubſtantia excrementitia non in ſtomacho, ſed in inteſtinis fœtorem, & alias prauas qualitates contrahit. Deinde licet totum illud verum eſſet, & Chriſto indecens apud ignaros, quibus conuerti in aliud ſonat, recipere illius eſſentiam: non tamen eſſet indecens apud ignaros, quibus vnum conuerti in aliud, non aliud eſt, quam deſinere ob illius introductionem. Vnde potius eſt Chriſto decentiſſimum, conuerti in eiuſmodi ſubſtantiam, hoc eſt deſinere ſub illis accidentibus, ne ſimul commoretur cum ſubſtantia tam vili: Sic enim iuſtus conuertitur in peccatorem, deſinente in homine diuina gratia, propter introductionem diuinæ offenſæ, ne ſcilicet in eodem ſubiecto, tanquam ſub eodem tecto cum tam infami hoſte ſimul habitet.

§. I.

Multiplex negandi via præcluditur.

QVod Chriſtus in chylum, vermem, ſubſtantiam putrem, aut excrementitiam conuertatur, cum Recentiorum quidam abſurdum eſſe; alij non eſſe exiſtiment: vtrique probare conantur non conuerti; conatu tamen irrito, prout ipſorum adductis, & labefactatis rationibus clarebit, 20

Lugus aliique multi probant; quoniam vt Chriſtus in chylum v.g. conuerteretur, deberet Chriſtus tũc deſinere ſimpliciter: Chriſtus verò tunc non deſinit ſimpliciter: Ergo non cõuertitur in illam ſubſtantiam. Sed contra, quia terminus ad quem conuerſionis non debet ſimpliciter incipere: Ergo nec terminus à quo ſimpliciter deſinere: quam illationem fuse probaui ſupra diſp. 55. ſect. 1. & 2.

Rationes aliquorum proferuntur & oſtenduntur friuolæ.

Arriaga de Gener. diſp. 1. ſect. 3. n. 21. ſic probat. Ad conuerſionem vnius ſubſtantiæ in alteram requiritur tertium quoddam ambabus ſucceſſiue commune: ſed in præſenti euentu tertium iſtud non datur: Ergo nec Chriſti ſubſtantia in alteram conuertitur. Minorem probat, quia accidentia, quæ primo fuerant panis; & poſtea ſubſtantiæ Chriſti, & ideo fuerant tertium aptum, vt panis in Chriſtum conuerteretur, hæc inquam accidentia, quando noua ſubſtantia producitur non

Digitized by Google

non manent: atque adeo non manet tertium, quod ſubſtantiæ Chriſti, & ſubſtantiæ chyli v.g. ſucceſſiue commune ſit:

Contra, quia ſi vult Arriaga, nullum eiuſmodi accidentium permanere, ſibi ipſi, & veræ phyſicæ aduerſatur aſſerentibus, plura corrupti accid. tia in genito permanere. Si verò vult, non omnia accidentia panis, ſub quibus fuerat Chriſtus manere in chylo, verum quid aſſerit; ſed quod conuerſioni non obſtat. Non enim ad eam requiritur, vt tertium illud ambobus terminis, totum, & integrum ſit ſucceſſiuè cōmune: Si enim in inſtanti, quo Petrus nutritur, pars ipſius materię annihilaretur, & pars formam cadaueris reciperet, vere Petrus in cadauer conuerteretur.

21. Ouiedo de Generat. controu. 1. puncto 5. n. 18. probat, Chriſtum in chylum v.g non conuerti, quia non deſinit eſſe ſub ſpeciebus ob aduentum formæ chyli, ſed ob defectum accidentiū panis; ita vt prius introducantur diſpoſitiones chyli, poſterius deficiant diſpoſitiones panis (loquor, inquit, de prioritate, & poſterioritate naturæ; hæc enim omnia in eodē inſtanti temporis contingunt) deinde deficiat Chriſti corpus, & poſtea creetur, aut recreetur materia, in quam introducenda eſt chyli forma, & poſtremo forma hæc introducatur. Cum ergo Chriſtus non deſinat ex vi ſubſtantiæ aduenientis, imo deſinat prius natura, quam eiuſmodi ſubſtantia adueniat, conſequens eſt, vt in eam non conuertatur.

P. Ouiedus impugnatur ſpecialiter.

Omiſſis iis, quæ ſibi Ouiedus obiicit, & permiſſa nunc illa parentheſi, quod nimirum hæc omnia in vnico temporis inſtanti tranſigantur; contendo rationem adductam debilem eſſe, propterea quod in illo inſtanti temporis non rectè diſponat inſtantia naturæ; neque hæc poſſe rectè diſponi, quin prius natura ſit, aliquid ſubſtantiæ aduenientis produci, quam Chriſtum deſinere. Primò enim ſucceſſiuè præmittūtur, & in inſtanti cōplentur diſpoſitiones chyli, poſterius autem natura non ſolū deſtruuntur diſpoſitiones panis, ſed etiam producitur materia futura chyli; quod indè patet, quia ſi diſpoſitio vltima chyli produceretur in materia, poſterius natura non ſolum deſtrueretur diſpoſitio panis, ſed etiam introduceretur forma chyli: quidē diſpoſitio vltima chyli duos habet effectus ſuæ introductioni immediatos, vnum negatiuum deſtruendi diſpoſitiones panis, alterum poſitiuum introducendi formam chyli: Ergo poſterius natura, quam diſpoſitio chyli in materiam inducitur, in eodem naturæ inſtanti duos iſtos præſtat effectus. Hinc argumentor: Ergo quando chyli diſpoſitio producitur extra materiam, ſiue independenter ab ipſa, cum poſſit poſterius natura inducere formam chyli; naturæ ordo poſtulat, vt in ſigno, quo ſi præextitiſſet materia induceret formam chyli, producatur materia, in quam eiuſmodi forma introducenda eſt: eo ſcilicèt fine, vt generationis opus, quantum fieri poſſit promoueatur; & cum in illo inſtanti naturæ non poſſit obtineri finis, & totum, quod eſt chylus, ſeu genitum, ponatur medium, & ipſius pars, nempe materia: cur enim hic ordo teneri non debeat Ouiedus non explicat; & conſtituta illa doctrina, quod hoc totum negotium vno inſtanti phyſico peragatur, me iudice, explicari non poteſt. Quod ſi chyli diſpoſitionibus in hoc inſtāti phyſico primū productis, poſterius natura deſtruūtur diſpoſitiones panis, & reproducitur futura chyli materia; vel in hanc introducitur forma chyli prius natura, quā deſinat Chriſtus, vel ſimul natura ſunt, & illam formā induci, & Chriſtū deſinere: ſi prius dicatur, chylus eſt cauſa, vt Chriſtus deſinat, ac proinde Chriſtus in chylū conuertitur: ſi dicatur poſterius, materia futura chyli cauſa eſt, vt deſinat Chriſtus, qui proinde conuertitur in eiuſmodi materiam.

Ego cum aliquando cenſerem, hæc omnia ſolo vno tēporis inſtanti peragi, ſic in eo diſponebam inſtantia naturæ, & Chriſti cōuerſionē in chylū, aut in materiā vitare nitebar. Primò ſucceſſiue inducitur, & in inſtanti perficitur vltima ad chylum diſpoſitio: deinde poſterius natura deſtruitur diſpoſitio panis, & ſimul Chriſti conſeruatio, quæ eſt eiuſdē vnio cū panis diſpoſitione, proinde nequit intelligi iſtam deſinere, quin illa vnio, & productio, ſimul deſinat, ac proinde ipſius terminus; itaque in ſigno immediatè ſequente productionem diſpoſitionū chyli, & deſinūt diſpoſitiones, & deſinit Chriſtus. In illo autem ipſo ſigno iuxta doctrinam numero præcedente firmatā, producitur futura chyli materia; ſimulque natura ſunt & Chriſtum deſinere, & materiam produci; quapropter materia non eſt cauſa, vt Chriſtus deſinat; & per conſequens Chriſtus in eam nō conuertitur, multoque minus in chylum, vt pote ipſo illo ſigno nondum exiſtentem. 22.

Alia via præponitur tuendi partem negantem.

Cæterū neq; via hæc recta, & expedita eſt. Nam vt omittam, quod ſententiā vulgarē imitatur in falſa ſuppoſitione, quod in hoc toto negotio ſolū vnicu temporis reperiatur inſtās; quā falſitatem poſtea clariſſimè detegemus: nō videtur verum, quod deſtructio vnionis, & deſtructio vnius extremi eſſentialiter, & per ſe ipſam ab eo pendentis, pertineant ad vnū, & idem naturæ ſignū, ſed ad duo diuerſa, & immediata. Nam toties eiuſmodi ſigna diſtinguimus; quoties hoc ens ſiue poſitiuum ſiue negatiuū, dicimus eſſe prius natura, quam illud. & nō è contra, quoties hoc in re ipſa poſitū eſt cauſa, vel ratio, vt aliud ponatur, & nō è contra: ſed iſta eſt ratio cauſalis; & vera. Propterea deſtruitur vnio, quia deſtruitur extremū; & non è cōtra: Ergo deſtructio, ſeu deſitio extremi, prius natura eſt, quam deſitio, ſeu deſtructio vnionis. 23.

Non tamen ducitur recta.

Hoc autem poſito, ſic diſponenda ſunt naturæ inſtantia. Primū ſucceſſiue introducūtur, & in inſtanti complentur diſpoſitiones ad chyli formā: poſterius naturā deſtruuntur diſpoſitiones panis, & producitur materia prima chyli forma poſtea receptura: in alio ſigno poſteriori ſimul deſinit Chriſtus, quia deſierunt accidentia, à quibus eius cōſeruatio eſſentialiſſime pendebat, & in materiā inducūtur diſpoſitiones ad chyli formam & in alio ſigno poſteriore introducitur chyli formā, ſeu chylus producitur: Ergo prius natura eſt materiæ chyli productio, quam chyli deſitio: proinde Chriſtus in chyli materiam conuertitur: tum quia materiæ productio eſt prius natura, quā Chriſti deſitio: Tum etiam quia iuxta meam ſententiam, materia prima cum ſit realiter quantitas, phyſicè pugnat in eodem ſpatio cū chyli ſubſtantia, quæ etiam eſt quantitas prout in diſp. 35. ſect. 2. §. 5. probaui: atque adeo ſtrictè cauſa eſt, vt Chriſtus deſinat: qui proinde in ipſam ſtrictè conuertitur.

§. III.

Facilis, & expedita negationis ſemita aperitur.

24. TOta difficultas, atque adeo impoſſibilitas reddēdi claram, & conſpicuam rationē, ob quā inductis qualitatibus, quæ poſſunt natura ſua ad chyli formam vltimo diſponere; deſtructiſque panis, aut vini diſpoſitionibus, quibus Chriſti ſubſtantia Euchariſtię ſubeſt & producta ibidē chyli ſubſtantia, & Chriſti ſubſtantia, deſtructa non hæc in illā conuertatur; tota, inquam, impoſſibilitas id aperte demonſtrandi naſcitur ex eo, quod omnes huius rei tractatores pro certo ſupponunt, totam iſtam productionum, & deſtructionum ſeriem, in vnico tēporis inſtanti, cum diuerſis naturæ ſignis inſtantibúſque exhiberi. Quare ſuppoſitionem iſtam falſitatis coarguere noſtri muneris eſt; quod munus dupliciter exequemur: nempe & permittentes communiori ſententiæ, quantitatem eſſe peculiare accidens qualitateſque omnes ad formam ſubſtantialem diſponentes ſoli quantitati inhærere; & philoſophantes iuxta noſtram ſententiam, quæ renuit, quantitatem eſſe peculiare accidens; atque etiam eo permiſſo ſubdit, qualitates illas non in quantitate, ſed in materia prima ſubiectari.

Supponunt communiter omnia iſta deſtrui, & produci ſimul, vnico indiuiſibili temporis inſtanti.

Illud verò præmonemus, quod iuxta communem ſententiam qualitates quantitati inhærentes non diſponunt vltimo ad formā ſubſtantialem, niſi iam quantitas, in qua ſubiectantur, materiæ primæ inhæreat: quare ſi quantitas præexiſtat per creationem conſeruata, licet recipiat diſpoſitiones vltimò ad chylum diſpoſitiuas non reddet materiam vltimò diſpoſitam, quoad vſque per actionem eductiuam à materia pendeat, eique inhæreat: neque à materia per eductionem pendebit, eique inhærebit, in inſtanti temporis, in quo per creationē conſeruatur, niſi in eodem inſtanti temporis terminet duas totales ſui ipſius productiones, vnā creatiuam, & alteram eductiuam vt perſpicuum eſt. Similiter & omnino conſequenter, ſi quantitas non eſt peculiare accidens, vel ſi qualitates ad chylum vltimò diſpoſitiuæ non inhærent quantitati, ſed materiæ primæ, non illam vltimo diſponent, donec ab ipſa per eductionem pendeant, & ipſi inhæreant: quod ſi per creationem in hoc inſtanti temporis exiſtunt, non pendebunt in eodem à materia per eductionē, niſi eodem inſtanti temporis ſimul terminent, & ſui creationem, & ſui eductionem.

25. Hinc euidenter infero, totam illam productionum deſtructionumque ſeriem, non poſſe in eodem inſtanti temporis poni, ſiue exhiberi ſine vno è tribus, cuiuſuis iudicio palam incōmodis, & neutiquā admittendis: nēpe aut eundem terminū in eodē inſtanti tēporis duas terminare ſui productiones integras, & totales, vnā creatiuam, & alteram eductiuā: aut materiā primā in aliquo vno, & reali temporis inſtanti nullā habere ſubſtantialē formā: aut ipſam habere ſine diſpoſitionibus ipſius. Si enim in inſtanti tēporis in quo producitur, ſeu cōpletur vltima diſpoſitio chyli, & poſterius natura deſtruitur vltima panis, reproducitur materia, ex qua formandus eſt chylus: rogo. Vel quātitas, aut eiuſmodi diſpoſitio, quæ in illo inſtanti per creationē exiſtit, ſit inhærens materiæ per eductionem vel non? ſi ſit; duas in eodem inſtanti term[illegible]at ſui productiones, creationem ſcilicet, ac eductionem: Si non ſit, omnino re ſtat, vt vel forma chyli nō inducatur in illo inſtāti in materiam, quod eſt iſtam eſſe realiter ſine ſubſtātiali forma: vel ſi forma chyli tūc introducitur, introducatur, & in illo inſtanti temporis ſit ſine ſua diſpoſitione. Quapropter vt cunctos eos ſcopulos vitemus, neceſſe eſt aſſeramus, non omnes eas productiones, & deſitiones in vnico inſtanti temporis primum exiſtere: ſed in duobus temporis inſtantibus, tres ſcilicet in vno, & tres in altero, idque hoc ordine.

Sed falſum eſſe quod ſupponitur, probatur, ex abſurdo.

Non fiunt in eodem temporis inſtanti eæ actiones omnes, ſed in pluribus ſucceſſiuè.

In priori temporis inſtanti primum producuntur, ſeu complentur qualitates, quæ natura ſua diſponunt ad formam chyli; & poſterius natura deſtruuntur aliæ, quæ natura ſua diſponunt ad formam panis; & quia ab his eſſentialiter pendet Euchariſtica Chriſti productio, poſterius natura productio hæc, & proinde Chriſtus deſinit. Quoniam autem in hoc inſtanti temporis nequit reproduci materia, quæ formam chyli receptura eſt, quin vnum è tribus memoratis incommodis incurratur; propterea reliquum huius operis ad ſequens inſtans temporis differtur. In quo primum reproducitur materia, quæ chyli futura eſt; & poſterius natura formæ accidentales ad chylum vltimò diſpoſitiuæ, fiunt per eductionem ab ea materia dependentes, eique inhærentes, ſicque ipſam vltimo diſponunt: denique poſterius natura chyli forma introducitur, ſeu quod idem eſt, chylus formatur.

His conſtitutis, quæ meo iudicio ſolida ſunt, clariſſimè probatur, Chriſtum non conuerti in chylum, aut in aliam ſubſtantiam, quæ deſtructis Euchariſtiæ ſpeciebus, in ipſarum ſpatio producitur, aut generatur. Nam vt Chriſtus in eam ſubſtantiam conuerteretur, deberet deſinere propterea, quod talis ſubſtantia eſſet introducta, ſiue, vt dici ſolet, ad eius introductionem, ita ſcilicet, vt illius ſubſtantiæ vera, & actualis introductio cauſa eſſet deſitionis Chriſti: Atqui non ita contingit: Ergo Chriſtus in eam ſubſtantiam non conuertitur. Maior & illatio clariſſima ſunt. Minor probātur; quia prius non ſolum natura, ſed etiam reali duratione, quam eiuſmodi ſubſtantia producatur, aut introducatur, Chriſtus deſinit: Ergo illius ſubſtantiæ introductio vera, & actualis nullatenus eſt cauſa deſitionis Chriſti; qua conſecutione nihil manifeſtius. Antecedens vero ex ordine, & numero inſtantium, quæ in illa productionum & deſtructionum ſerie reperiri, iam oſtendimus, euidenter conſtat, cum è duobus temporis inſtantibus ad eā ſeriem pertinentibus, in priori deſinat Chriſtus, & in altero materia chyli futura producatur, in altero diſpoſitiones, & chyli formā recipiat. Quam ſeriem, vt aliquid addendo, clariorem reddam, iterum repræſento. 26.

In priori inſtanti deſinit Chriſtus; & in altero materia prima chyli producitur.

Ante omnia in priori temporis inſtanti producuntur, ſiue perficiuntur, atque complentur qualitates, quæ natæ ſunt vltimò diſponere ad formam chyli: in ſigno naturę immediatè ſequenti deſtruuntur panis ſpecies, quæ natæ ſunt vltimo diſponere ad formam panis, & ſine quibus panis forma naturaliter exiſtere, aut conſeruari non poteſt. in altero naturæ ſigno deſtructionem ſpecierū immediate ſubſequente, deſinit Chriſtus; idque iuxta plurium quidē ſentētiā, neceſſitate profecta ex pacto, & actu, quo Deus deſinēte neceſſaria diſpoſitione panis, Chriſtus deſinat: iuxta meā vero ſentētiā neceſſitatę etiā phyſica, propterea ſcilicet quod deſi 27.

deſinentibus accidentibus panis,quibus Chriſtus per ſui productionem erat phyſicè vnitus, omnino neceſſe ſit,eam productionem , atque adeo Chriſtum deſinere. Et hæc tantum tria, in priori inſtanti temporis exhibētur, ſiue executioni mandantur, vt ab vno ex tribus grauiſſimis incōmodis manet oſtenſum. In altero autem inſtanti temporis proxime ſequente, primum reproducitur in eo ſpatio materia prima,quæ per panis conſecrationem eſſe deſierat: poſterius natura accidentia,quæ per creationē conſeruantur,per eductionem ex tali materia, cum ipſa vniutur ; & in alio naturæ ſigno poſteriore inducitur in eam materiā chyli forma, ſeu quod idem eſt, chylus generatur. Vbi perſpicuè vides , prius duratione reali deſinere Chriſtū, quam aut chylus generetur,aut eius materia prima in ſpatio ſpecierum deſinentiū reproducatur : proinde nec ipſum chylū , nec aliquam ſubſtantiā totalem,aut partialem actu introducta,cauſam eſſe deſitionis Chriſti:proinde Chriſtum non cōuerti in chylum ; & per conſequens nec in aliquam ſubſtantiam totalem,aut partialem,nam iſtarum,& chyli eadem eſt ratio,prout quiſque vel mediocriter attentus,deprehendet.

18. *Quo pacto omnia prorſus incommoda ceſſant.*

Obiicies,nec in hac ſentiendi,& inſtantia, & ſigna diſponendi ratione,vitari incōmodu:nēpe quod chyli , vel alterius ſubſtantiæ vltima diſpoſitio ſit in vno inſtanti tēporis ſine forma ſubſtantiali. Diſtinguo iſtud cōſequens, ſi enim intelligatur de diſpoſitione vltima in actu ſecundo accepta,ſiue propriè,& actualiter diſponente,falſum eſt quod infertur ; nā in inſtanti reali temporis,in quo talis diſpoſitio materiā informat,ſeu propriè diſponit, adiunctā habet formam ſubſtantialem. Si vero intelligatur de diſpoſitione in actu primo ſpectata , nēpe exigente quidē informare materiam , & actualiter illā diſponere,nondū tamen illā informante,& diſponente,negamus, id eſſe incommodū ; ſed cōmodum eſt & valde philoſophicum,vt dum actu nō diſponit,nō habeat formā,& dum ipſa non introducta eſt,non illam introducat.Inde quidem fit , vt eiuſmodi accidentibus pro illo priori inſtanti temporis nulla ſubſtantia ſubſit. Hoc tamen ſi cum quolibet & tribus incommodis , quæ intulimus, conferatur , culex eſt præ camelo,cum enim hæc accidentia pro illo inſtanti à nulla ſubſtantia pendeant , & nulla ab ipſis,vt probatum eſt , quid mirum , quod nulla tunc illis ſubſit?

DISPVTATIO XLI.

De ſacræ Euchariſtiæ effectibus.

SECTIO I. *Quando Euchariſtia conferat augmentum habitualis gratiæ.*
§. 1. *Effectum illum Euchariſtia confert, ante quam ſpecies actione ſtomachi conſumantur.*
§. 2. *Eum confert effectum , quando primum à ſtomacho perfecte continetur.*
§. 3. *Non tamen quandiu in ſtomacho exiſtit.*
SECTIO II. *An vtraque ſpecies plus gratiæ conferat,quam altera ſola?*
§. 1. *Pars affirmans aſſeritur & probatur.*
§. 2. *Deſtruendis obiectionibus conſtabilitur,*

SECTIO III. *An & quatenus & quomodo Euchariſtia cauſet venialium remiſſionem.*
SECTIO IV. *An, & qui tribuat Euchariſtia preſeruationem à mortalibus.*
SECTIO V. *An Euchariſtia effectus ſit æternæ beatitudinis conſecutio.*
SECTIO VI. *Sit ne quoque Euchariſtiæ effectus, noſtra,& dominicæ carnis vnitas.*
§. 1. *Hanc vnitatem Patres aſtruunt,preſertim exemplo illo:* Erunt duo in carne vna.
§. 2. *Explicatione & applicatione eius exempli vnitas dicta ſuadetur.*
§. 3. *Triplicis obiectionis deſtructione præcedens doctrina elucidatur.*
SECTIO VII. *An & quomodo ſit huius ſacramenti effectus glorioſa corporum reſurrectio.*

SECTIO I.

Quando Euchariſtia conferat augmentum gratiæ.

VT certum relinquimus Euchariſtiam & numquam cōferre primam gratiam quod ſupra diſp.11.ſect.2.de omnibus viuorū ſacramentis probauimus,& per ſe conferre gratiam ſecundam,ſiue gratiç augmentum prout ibidē ſect.1.de iiſdē viuorū ſacramentis oſtendimus, & de Euchariſtico nominatim definiunt duo Generalia concilia,Florentinum ſeſſ.25.in inſtructione Armenorū §.*tertiū eſt*,& Tridentinū ſeſſ.13.c.2.ſolent autem ſub huius ſectionis titulo duæ quæſtiones haberi,vna quo tempore altera quanto tempore inducat Euchariſtia iſtum effectum: quibus ego iſtam præire volui. 1.

De fide eſt, conferre per ſe augmentum gratiæ.

§. I.

Effectum illum Euchariſtia confert , antequam ſpecies actione ſtomachi conſumantur.

RAtio dubitandi videtur acris ac vehemēs. 2. Quia iuxta communem Theologorū doctrinā & à Concilio Florentino definitam ſeſſ. 25 in decreto Eugenij pro inſtruendis Armenis §.*Quinto Eccleſiaſticorum* , ſacramenta nouæ legis cum ſint cauſæ,& ſubſidia gratiæ ſeu vitæ ſpiritualis proportionem ſeruant in ſuorum effectuum productione cum cauſis & ſubſidiis vitæ corporalis, ita ſcilicet vt Baptiſmus nos in lucem ſeu vitam Chriſtianam edat. Confirmatio nos in vita iam accepta roboret: Euchariſtia nutriat &c. ſed corporalis cibus & potus , effectum nutriendi non præbet,quoad vſque viuentis actione diſſipantur: Ergo Chriſti Corpus & ſanguis cum in Euchariſtia per modum cibi & potus gratiam nutriant & augeant,cum effectum non ante conferent quam Euchariſtiæ ſpecies actione ſtomachi conſumantur,

Confirmatur quia ex illa proportione ſacramentorum cum cauſis & ſubſidiis vitæ corporalis colligimus ſingulis nouç legis ſacramētis ſingulos reſūdere gratiæ habitualis effectus:& nominatim ex proportione cibi & potus Euchariſtici cū cibo,& potu corporeo collegimus diſp.citat.Euchariſtiā non conferre primā gratiā,ſed eius augmentum : & poſtea colligemus

Digitized by Google

plus gratiæ conferri per vtramque ſpeciem quam per alteram ſolam: Ergo ex eadem proportione inferre debemus, non conferre effectum nutritionis, niſi quando ſpecies Euchariſticæ deſtruantur.

3. Certiſſima vero ſententia eſt: Euchariſtiam conferre ſuum gratiæ habitualis augmẽtum prius quam ſpecies deſtruantur. Hanc enim doctrinam plane ſupponunt omnes Doctores, dum aſſerunt conferri effectum iſtum ab Euchariſtia quando primo verum eſt dicere, eam manducatam eſſe: & ex profeſſo diſquirunt, ſit ne manducata, dum ore ſumitur, an dum gutture traiicitur: an vero cum primo ſtomachum attingit: non autem id inquirunt de tempore, quo ſpecies deſinunt: nam certum eſt antea manducatam eſſe. Nec dubito quin aſſertio tam certa ſit, vt oppoſita defendi non poſſit, non ſolum abſque temeritate, vtpote contra omnes Doctores, & in re grauiſſima, ſed etiam ſine grauiori aliqua nota.

Idque præſtat tum ſolum, cum eſt manducata.

Probatur quia gratia huius ſacramenti propria, à Chriſto promittitur manducantibus Euchariſtiam Ioan.6.v.52 *Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum*: & v.55. *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam* & v.59. *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Reſpondeat aliquis, argumentationem retorquendo promitti nempe gratiam iſtius ſacramenti propriam ſumentibus Euchariſtiam, eo modo quo vitæ corporalis conſeruatio, promitti valet, & ſolet ſumenti cibum: non enim promittitur ſumenti dumtaxat, ſed detinenti & decoquenti: Ergo pariter promittitur vitæ ſpiritualis nutritio, ſumenti Euchariſtiam, adiuncta ſcilicet retentione intra ſtomachum, & decoctione. Sed contra quia detentio hæc ſicut rationi dubitandi conſentanea, & valde cohærens eſt: ita æque paradoxa, & à Doctorum ſenſu & verborum Chriſti cõmuniſſimo intellectu abhorrens: proinde vel hoc nomine prorſus incredibilis, & improbabilis.

4. Secundo, quia ſententia contraria multis & grauiſſimis exundat incommodis. Nam Euchariſtia, non ſolum non daret gratiam, dum ipſa exiſteret, ſed nec in inſtanti quo ipſa deſineret, ſed poſtea quando chylus ſub ipſius Euchariſtici ſacramenti ſpeciebus Euchariſticis factus, in hominis ſubſtantiam tranſiret. Vnde plerique moribundi cum in ſtatu gratiæ Euchariſtiam integre ſumpſiſſent, eius gratiam non reciperent, quia citius corporaliter morerentur; & idem contingeret multis ſanis, quia lethaliter peccarent ante illam duplicem coctionem. Et conſequenter longiuſculo tractu poſt communionem grauiter peccare eſſet ſacrilegium, quia priuans Euchariſtiam proprio effectu gratiæ ſanctificantis, quem illa ex opere operato tribueret. Præterea qui maiorem hoſtiam ſumeret, & in gratia nutritionem corporalem perageret, plus gratiæ reciperet: & tandiu gratiam reciperet, quandiu nutritionem ex chilo, vt ſic dicam, Euchariſtico, ſe ipſum corporaliter reciperet. Quin etiam dici deberet, Chriſtum in hominis gratiam habitualem moraliter conuerti, & alia quæ non minus conſequentiæ, quam abſurditatis habent.

5. Tertio ratione à priori, quæ ſimul oppoſitã rationẽ diluat. Quia cibus, & potus Euchariſticus non ſumuntur vt hominem nutriant migrando in eius ſubſtantiam naturalem; cum iam conſtet, Chriſtum nec in hominis, nec in chyli, nec alterius rei ſubſtantiam conuerti: nec migrando in eius gratiam habitualem, aut iſtius augmentum, cum certum ſit Chriſti gratiam partialem, aut totalem non conuerti in gratiam totalem, aut partialem ſumentis Euchariſtiam; Sed ſumuntur vt hominem nutriant ſpiritualiter, augendo ſcilicet ipſius gratiam habitualem: Atqui vt Euchariſticus cibus, & potus hunc præſtet effectum, nec debet, nec poteſt eum differre vſque ad ſpecierum corruptionem, atque adeo ſui ipſius deſitionem: Ergo ante iſtam illum producit. Maior in confeſſo eſt apud omnes, & traditur à PP. aſſerentibus per Euchariſtiam non Chriſtum in hominem iuſtum, ſed iuſtum in Chriſtum mutari, hoc eſt in gratiam creſcere. Sic enim S. Auguſtinus lib. 7. Confeſſionum cap. 10. Deum inducit, tanquam ſibi iam iam ex erroribus emergenti, verba iſta loquentem: *Cibus ſum grandium, creſce, & manducabis me, Nec tu me in te mutabis, ſicut cibum carnis tuæ ſed tu mutaberis in me.* Conſequentia clara eſt: Minor probationem ſequentem deſiderat.

Per Euchariſtiam homo iuſtus in Chriſtum mutatur.

Effectus augendi gratiam non fit ab Euchariſtia in genere cauſæ materialis, ſicut augmentum viuentis ab alimento cauſatur (alioquin oporteret aliquam Euchariſtiæ partem manere in ipſo communicante, ſicut alimenti materia manet in homine ſe nutriente) ſed fit augmentum gratiæ ab Euchariſtia efficienter: Atqui vt Euchariſtia effectum iſtum cauſet efficienter, non ſolum non debet, ſed nec poteſt eum differre vſque ad ſui deſitionem, quia vel efficit phyſice, & ſic neceſſe eſt, vt quando efficit phyſice exiſtat: vel efficit moraliter, & quoad hanc efficientiam non poteſt cum fundamento dici expectare ſuam phyſicam deſitionem; quippe cum effectio moralis, nec vniuerſim in rebus humanis, nec in ſacramentis exigat phyſicam ſuæ cauſæ deſitionem; vt conſtat in publicis ſcripturarum inſtrumentis, ſeu tabulis publicis, & autenticis, quæ præſentiam ſui phyſicam ad moraliter cauſandum requirunt; & in ſacramentis aliis ab Euchariſtia diſtinctis, quæ dum operantur, ſaltem phyſice exiſtunt quoad aliquam ſuæ materiæ partem, ſignificatione moraliter informatam. Quod in ſententia quam refellimus locum non habet: nam etſi deficiente Chriſto maneat pars aliqua ſpecierum, quæ erant ſacramenti pars, & proinde ſacramentali ſignificatione informabantur, dum Chriſtum continebant; tamen quando iam Chriſtum non continent, eam ſignificationem non habent, cum nec partiale ſacramentum ſint. 6.

Species quando non continent Chriſtum, nec partiale ſacramentum ſunt.

Hinc petitur deſtructio rationis pro contraria doctrina initio propoſitæ. Negamus enim conſequentiam; quia proportio quam Concilia, & Doctores intendunt, non eſt tanta, vt ſicut cibus, & potus naturalis, vt viuentem nutriant, conuertuntur in eius ſubſtantiam naturalem; ita cibus, & potus ſupernaturalis, nempe Euchariſticus, vt iuſtum nutriant, conuerti debeant in eius entitatem, aut ſtatum ſupernaturalem, ſed iſtum efficienter perficiant, & augeant. Cum hoc autem ſicut optime ſtant omnes illæ proportiones in argumento recenſitæ, ſic nullo modo ſtat, ſed potius pugnat, quod

Digitized by Google

quod Euchariſticus cibus, & potus effectum augendæ gratiæ habitualis non prius tribuant, quam per ſpecierum deſtructionem deſinant, vt oſtenſum eſt.

§. II.

Eum confert effectum, quando primum à ſtomacho perfectè continetur.

7. CVm poſſit eſſe quæſtio, num Euchariſtia ſuum tribuat effectum dum eſt in ore, an dum in gutture, an cum in ſtomacho. Vaſquez diſp. 203. cap. 2. num. 17. dicit inutile eſſe id inquirere, cum incertum ſit, & ex mera Dei voluntate pendeat, ideoque eius ſcientiæ reſeruandum, An is qui ſacramentum ore excepit, & antequam deglutiret, obiit, gratiam Euchariſtiam acceperit. Sed non eſt cur eam quæſtionem vocemus inutilem: nam licet non euidentem, valde tamen probabilem eius deciſionem poſſumus ex principiis partim certis, partim probabilioribus deducere; ſicut alibi ſolemus. Nam etiam ex Dei voluntate pendet, quod Euchariſtia v. gr. vel Baptiſmus plus gratiæ conferat, quam alia ſacramenta, & tamen quodnam ſacramentum plus gratiæ tribuat, non inutiliter à Theologis, & ab ipſo Vaſquez diſputatur.

Hoc inquirere immeritò inducatur inutile à Patre Vaſquez.

Prima ſententia eſt Maioris in 4. diſtin. 9. qu. 1. Conferri gratiam ab Euchariſtia in toto comeſtionis tractu, nempe dum ore excipitur, & ſuo modo manditur, & per guttur mittitur. Quia promiſſio gratiæ facta eſt manducationi, *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Sed contra, tum quia facta eſt promiſſio manducationi ſimpliciter dictæ, atque adeo completæ, vt mox declarabitur: tum etiam, quia alioquin, is qui lentius Euchariſtiam manderet, & traiiceret, plus gratiæ reciperet, ſi cætera eſſent paria, quod plane eſt abſonum. Mitto aliud ab illo autore excogitatum, nempe tunc conferri gratiam in ſumptione quando homo eſt magis diſpoſitus: quid enim ſi in toto tractu eſt æque diſpoſitus, vt infans, aut æger ſenſu orbatus.

Secunda ergo ſententia ſit, Euchariſtiam ſuum tribuere effectum cum primum ore excipitur. A qua Patri Lugo non videtur alienus Pater Vaſquez vbi ſupra num. 17. dicens, negari non poſſe, quin ſpecies verè manducentur quando ſunt in ore, & dentibus conteruntur, iuxta ſignificationem verbi *manduce*. Eumque Lugus inconſequentiæ damnat, adiungentem non poſſe decerni in quonam ex prædictis temporibus gratiam ſuam Euchariſtia præbeat: quia ſi certum eſt, inquit Lugus, ſpecies verè manducari dum ſolum habentur in ore, non videtur poſſe negari accipi fructum ſacramenti: nec hoc debet ſolum diuino iudicio relinqui, cum habeamus certam promiſſionem gratiæ dandæ; *qui manducat hunc panem viuet in æternum.*

Qui etiam ſiue immeritò notatus inconſequentiæ.

Sed imprimis abſque cauſa videtur Vaſquez ab hac prima ſententia non eſſe alienus; cum neutiquam aſſerat, manducari ſpecies dum ſolum ore exceptæ ſunt, ſed quando ſunt in ore, & dentibus conteruntur. Deinde licet hanc partem aſſerat, non eſt in altera inconſequens: quia manducatio vera, & completa, de qua Dominus loquitur, multis conſtat partibus, in quarum qualibet dicitur homo manducare, non tamen ex ea ſola, & ab aliis ſeiuncta conſequi effectum manducationi perfectæ naturaliter annexum, v. gr. refocillationem corpoream; atque adeò, nec ſupernaturaliter promiſſam vt gratiæ augmentationem. Sic triturantis eſt poſſe frumentum vento purgare: & frumentum vento purgantis, eſt purum frumentum in horrea poſſe concludere; & frumentum molentis, poſſe panes aquæ admiſtione conficere: & agricola cum primùm tribulam ſuper meſſem in area ſparſam circumagit, dicitur triturare, non tamen iam poſſe frumentum purgare vento: & cum primum trituratam ſegetem vento committere incipit, dicitur frumentum vento purgare, ne dum tamen poſſe mundum frumentum horreis includere: dumque Piſtrini molam ſuper triticum vertere incipit, vere dicitur molere, nondum, tamen poſſe panem conficere: Idemque paſſim in pleriſque rebus, negotiiſque contingit.

Tertia ſententia eſt Patris Suarez diſp. 63. ſect. 4. §. *Et dico poſſet*, Conferri gratiam ab Euchariſtia, quando iam hæc tranſilit indiuiſibilem terminum, quo os à gutture diuiditur, atque adeo cum deglutiri incipit. Quia promiſſio facta eſt manducationi: Sed tunc iam datur manducatio: Ergo tunc gratia tribuitur. Contra quia ſic facta eſt promiſſio manducanti; ſicut lucrum promittitur negotianti, & ſtipendium militanti: non autem promittitur lucrum inchoari negotiationem, quantumuis in illo initio dicatur propriè negotiari: nec ſtipendium militanti prima hora, quantumuis tunc dicatur propriè militare: Ergo ſimiliter promittitur gratia manducanti Euchariſtiam, nimirum perfecta, & integra manducatione: qualis non eſt dum cibus, aut potus in gutture exiſtit: nam ſi quis ex gutture illum vomeret, ieiunus eſſet, atque adeo poſſet Euchariſtiam licite recipere: et ſi manducanti pœna eſſet impoſita, non illam incurreret, vbi fauores cum odiis in ſententiæ confutationem conſpirant.

10. Quarta ſententia eſt plurium Recentiorum, tunc Euchariſtiam conferre ſuum gratię habitualis effectum, quando primo ſtomachum attingit. Sed contra, quia poteſt attingere ſtomachum, quin ſit propriè manducata: Ergo vt effectum tribuat, non ſatis eſt; Antecedens facile probatur, quia cibus non eſt propriè manducatus, donec à ſtomacho propriè contineatur; poteſt autem ſtomachum attingere, quin à ſtomacho propriè contineatur, vt ſi fruſti alicuius parte vna intra guttur exiſtente, altera intra ſtomachum ſit, hæc enim nondum dici poteſt ab ſtomacho propriè contineri, nam adhuc eſt in ingreſſu, nondum ſic ſtomacho ſubiecta, vt poſſit illius actione decoqui; ſi enim prima pars, & velut prima tantum ſuperficies intra ſtomachum eſt, pro nulla prorſus habetur: ſi maior aliqua pars ſtomachum intrauit, pendula adhuc eſt, & proinde non valens actione ſtomachi ſubſtantialiter mutari: nec dubito quin ſi eſſet cibus naturalis, vt panis, vel caro, & retrocederet, ac ore reiiceretur, hominem relinqueret ieiunum, & licite potentem ad Euchariſtiam accedere.

11. Eucharistia confert ſuam gratiam cũ demittitur intra ſtomachum manducata.

Mihi vera ſententia eſt, Euchariſtiam tunc augmentum habitualis gratiæ tribuere, cum primum à gutture in ſtomacho dimittitur, & in ſtomachum demittitur. Quia effectum illum præſtat, quando primo verum eſt dicere ſumptam eſſe: Sed tunc ſolum eſt verum dicere ſumptam eſſe, & manducatam cum primum à gutture dimittitur, & in ſtomachum demittitur: quia tunc primum ſtomacho tradita eſt, & ab ipſo primum perfecte poſſeſſa: Ergo tunc illum tribuit effectum. Confirmatur, quia naturalis cibus tunc primum ita eſt in ſtomacho, vt iam homo non ſit ieiunus: Ergo tunc primo verum eſt cibum illum eſſe manducatum: Ergo ſimiliter Euchariſtiam eſſe ſumptam.

12. At inquiet Suarez, hunc dicendi modum eſſe nimis rigoroſum: nam eo conſtituto, ſi quis Euchariſtiam reuerenter accipiat, & in gutture habens antequam in ſtomacho prædicta ratione committat, moriatur, decedet abſque effectu ſacramenti. Reſpondeo id eſſe omnino verum, quia non ille Euchariſtiam proprie manducauit: neque hunc eſſe rigorem nimium, ſed veram, & ſolidam manducationis acceptionem. Imo ego dicerem oppoſitam ſententiam eſſe nimis rigidam, quia ſcilicet iudicaret non eſſe ieiunum, nec licite communicare poſſe illum, qui cibi partem in cuſpide v.gr. ferreæ virgulæ in ſtomachum immitteret, & non dimiſſam ſtatim reuocaret. Nec aliquid aliud Suarez obiicit, quod alicuius roboris ſit: & non iſto ipſo exemplo ieiunij retundatur.

Quando quis iudicatur non eſſe ieiunus, ſi cibum naturalem ſumpſit.

§. III.

Non tamen quandiu in ſtomacho exiſtit.

13. Maior in 4. diſt. 9. quæſt. 1. argumento 5. ſub dubio; Caietanus vero q. 79. art. 1. Abſolute affirmat; Valentia quæſt. 7. puncto 1. & Suarez Diſp. 63. ſect. 7. tanquam valde probabile tuentur, Euchariſtiam, quamdiu in ſtomacho eſt, conferre gratiam, ſi tamen augeatur diſpoſitio: Denique Lugus Diſput. 11. ſect. 2. à num. 46. ſcribit eam ſententiam, quamuis olim male audierit, iam tamen communiter admitti, & eſſe magis probabilem, & piam. Sed contrà: nam vt concedam ſententiam iſtam ſpeciem quandam pietatis præſeferre; falſum eſt, eſſe communem, atque adeo probabiliorem, vt ex oppoſitæ propugnatoribus, rationibuſque patebit.

14. Euchariſtia non confert gratiam ex operato quandiu in ſtomacho eſt.

Aio itaque Euchariſtiam non conferre ex opere operato gratiam quandiu in ſtomacho eſt, etiam appoſita noua diſpoſitione. Hanc ſententiam ante Caietani tempus, omnes abſque controuerſia probabant, poſtea vero iam tradiderunt Victoria in ſumma q. 67. Sotus in 4. diſt. 11. quæſt. 2. art. 1. Ledeſma 1. 4. q. 20. art. 1. Henriquez lib. 8. cap. 45. & noſtro tempore, Vaſquez Diſp. 203. cap. 2. & Mæratius diſp. 33. ſect. 1. & Granadus Tract 9. Diſput. 7. ſect. 1. & 2. Ochagauia Tract. 2. q. 1. n. 6.

Sed in ipſa phyſica ſumptione iuxta S. Thom.

Probatur imprimis teſtimonio S. Thomæ 3. p. q. 80. art. 8. ad 6. ſic reſpondentis. *Maxima deuotio requiritur in ipſa ſumptione huius ſacramenti; quia tunc percipitur ſacramenti effectus: qua quidem deuotio magis impeditur per præcedentia, quam per ſubſequentia: & ideo magis eſt inſtitutum quod homines ieiunent ante ſumptionem huius ſacramenti, quam poſt.* Dices, S. Doctor ſtatim ait interponendam eſſe aliquam temporis moram inter ſumptionem Euchariſtiæ, & aliorum ciborum; non tamen eſſe obligationem continuandi ieiunium per aliquas horas, vt olim Diaconis præcipiebatur; tunc autem Diaconi communicabant ſub vtraque ſpecie, & ſpeciem panis ſumebant in multo maiori quantitate, quam nunc ſolemus, nempe in magnitudine buccellæ communis, cuius decoctio per aliquas horas differtur: Ergo dum S. Thomas ait, effectum Euchariſticum in ipſa ſumptione percipi, per ſumptionem intelligit ſolam illam moram, quam tunc præcedere vult cibis aliis corporeis; & quam Veteres interponebant; quia ſcil. toto illo tempore nunc, & olim ſpecies perſeuerant, atque adeo gratiam produceret ſi adſit deuotio, quæ per ſumptionem aliorum ciborum impeditur. Sed contra quia S. Thomas, ſolum ait illam ieiunij continuationem, longiorem factam olim fuiſſe per maiorem deuotionem; & nunc aliquam faciendam ob reuerentiam ſacramenti; nam aliquam habet indecentiam dum ſpecies in ſtomacho ſunt, communes cibos immittere. Loquitur ergo de ſumptione, non moraliter, ſed phyſice ſumpta: & in ea docet Euchariſticum effectum percipi.

Secundo, quia ſacramenta tranſeuntia ſolum habent effectum cum primum perfecta ſunt, Ergo ſacramentum permanens tunc ſolum ſortitur effectum cum primum manducatum eſt. Conſequentiam probo, quia tranſeuntia ſacramenta propterea tunc ſolum edunt effectum, cum primum effecta ſunt, quia tunc primum applicata ſunt: ſed ſacramentum permanens tunc ſolum eſt applicatum cum primum eſt manducatum: Ergo ſicut illa tunc ſolum gratiam conferunt, cum primum perfecta ſunt: ita iſtud tunc ſolum cum primum manducatum eſt. Maior patet, quia ſacramenta tranſeuntia, quando perficiuntur, & habent vltimam ſui partem phyſice præſentem, cæteras habent præſentes moraliter: vnde illæ partes tunc manent moraliter, ſic totum poſtquam phyſicè perfectum eſt, poteſt intelligi perſiſtens moraliter; & tamen tunc licet augeatur diſpoſitio, ſacramentum nouam gratiam non tribuit: Ergo propterea in ſolo inſtanti phyſico in quo perficitur gratiam tribuit quia tunc primum applicatur. Alioqui conſulto poſſet Miniſter moraliter perſeuerare in voluntate, & miniſterio ſacramenti, præſertim autem coniuges, in voluntate & contractu: & interim alia & alia diſpoſitione adhibita, aliud & aliud gratiæ augmentum ex opere operato recipere. 15.

Sicut ſacramentum tranſiens tunc cauſat gratiam, quando perficitur.

Tertio, quoniam ex oppoſita ſententia fit vt ſtante in duobus hominibus pari diſpoſitione ſupernaturali, & impari complexione naturali ſacramentum iſtud gratias multo inæquales conferat. Sint enim Petrus & Paulus ſanctitate pares, communicent ſimul & cum pari prorſus deuotione actuali, quam per horam communicent. Petrus vero quia ſtomachi robuſtioris eſt, primo ſemiquadrante ſpecies decoquat: Paulus vero quia debilioris vſque ad horæ tertiam eas conſeruet: Profecto Paulus cum pari diſpoſi- 16.

In oppoſita ſententia debilitas ſtomachi recipientis proderit ad maiorem gratiam.

diſpoſitione ſupernaturali ob ſolam ſtomachi debilitatem naturalem multo maiorem gratiam ex opere operato reciperet. Similiter ſit, vt qui maiorem, aut minorem durioremque hoſtiam recipiat, cæteris animo paribus, plus gratiæ ex opere operato reportet: quod & ſtatim oſtendit ſuam abſurditatem, & occaſionem præbet à communi fidelium vſu recedendi ſumendo plures hoſtias, quod præſtantes ſub prætextu recipiendæ vberioris gratiæ, ante aliquot annos in Hiſpania per Apoſtolicos inquiſitores, notati ſunt.

17\. *Imo ad augendum infinite, ſi continuum conſtet infinitis partibus.*

Quarto quia hoc ipſo quod aliquis deuotionis actum quo Euchariſtiam percipit, continuat, diſpoſitionem auget, cum per illam continuationem fiat ſanctior, atque adeo magis diſpoſitus, tum per maiorem gratiam; tum per actum æquiualenter nouum. Inde autem efficitur, vt ille ex Euchariſtia gratiam recipiat, in ſententia P. Suarez actu infinitam vtpote quæ in ſingulis inſtantibus determinatam capiat accretionem: & quidem duplicem determinatam, vnam ratione actus deuotionis continuati & pro ſingulis nouis inſtantibus æquiualenter noui & alteram virtute ſacramenti, & proinde duplicem recipiat gratiæ infinitatem, vnam ex opere operantis propter deuotionis continuationem, alteram ex opere operato nempe virtute ipſius ſacramenti. Quam rationem, vt in alios feliciter, in nos tamen irrito conatu retorquebit Lugus diſp. 12 ſect. 2. n. 56. vt ibidem conſpici poteſt.

18\. *Si quis indigne recepit, ſi conteratur dum habet Euch ſtiā intus, reciperet ipſius gratiam.*

Quinto ſequitur eum qui Euchariſtiam indigne recipit, ſi dum illam intra ſe habet conteratur, gratiam illius recipere: & conſequenter obligari grauiter ad habendum gratiæ ſtatum, antequam ſpecies conſumantur, quæ duo Suarez concedit. Sed vt omittam eſſe nimis dura, dico eſſe puram conſequentiam. Nam acute Suarez ſect. 8. *Euchariſtia ficte ſuſcepta, ſi poſt ſpecierum conſumptionem auferatur fictio non confert gratiam.* Ergo neque eam confert, ablata fictione, ante conſumptionem. Lugus vero priorem partem negat, quia Euchariſtia non prodeſt niſi prout cibus voluntarie acceptus, acceptio vero voluntaria facta fuit in peccato. Contra, quia hoc eſt dicere Euchariſtiam non prodeſſe niſi voluntariè ſumatur in gratia, quod eſt principium petere.

19\. Tandem arguimus, deſtructione fundamentorum quibus oppoſita nititur opinio. Caietanus arguit, quia dum quis Euchariſtiam actu ſuſcipit, attendit, ne adhæreat hoſtia palato, ſi vero Sacerdos eſt, attendit ad debitum vinum: ac proinde raro adeſt tunc actualis deuotio requiſita ad effectum ſacramenti: quare ſi iſtud non daret poſtea gratiam, rariſſimè eam tribueret. Recte vero reſpondent Recentiores, etiam aduerſantes, ad effectum ſimpliciter Euchariſtiæ recipiendum non requiri actualem deuotionem; etſi valeat hæc ad maiorem effectum recipiendum.

Sacramentū non eſt cauſa ſimilis ſecundum omnia in cauſando naturalibus cauſis.

Solum ergo probant Recentiores, quia ſacramentum iſtud gratiam confert, per modum alimoniæ nutrientis, atque ſuſceptio ſolum ſe habet vt conditio, ſiue applicatio, non vt agendi virtus: ergo dum ſacramentum in ſtomacho fuerit, operari poterit ſicut in primo inſtanti: Cauſa enim neceſſaria debite applicata, non eſt cur non operetur, præſertim circa ſubiectum magis diſpoſitum. Reſpondeo ratione hac ad ſummum probatur hoc eſſe poſſibile, non tamen actu reperiri. Adde perperam hic ſupponi ſacramentum eſſe cauſam neceſſariam ad eum modum quo cauſæ phyſicæ neceſſariæ ſunt: nam inde fieret ſuſceptum ſiue applicatum in peccato, deſtructo iſto, & poſita diſpoſitione conferre gratiam; quod ipſi Lugo repugnat. Illatio vero eſt euidens: nam ſi cauſa naturalis in inſtanti applicetur ſubiecto indiſpoſito & perſeuerante applicatione iſtud diſponatur, tunc ipſa in eo ſuum producet effectum.

SECTIO II.

An vtraque ſpecies plus gratiæ conferat, quam altera ſola.

§. I.

Pars affirmans aſſeritur & probatur.

Mihi pars affirmans veriſſima eſt: quam indicauit olim Atalenſis in 4. q. 11. n. 2. art. 4. §. 3. ad 2. & ſuperiore ſæculo Ruardus art 15. §. Reſpondeo vtramque. & poſtea in §. Reſpondemus. item Gaſpar Caſſelius lib. 2. de Cœna & Calice Domini, & Arboreus in cap. 6. Ioan. & noſtro tempore Vaſq. diſp. 215. cap 2. & 3. & tandem Lugus diſp. 12. ſect. 3. 20.

Probatur primo auctoritate Clementis VI. & propenſione totius Eccleſiæ. Clemens enim VI. in Bulla data ad Regē Galliæ anno 1437. qua concedit ei communionem ſub vtraque ſpecie ſiue vſum Calicis; dicit enim ſe id concedere *ad maius gratiæ augmentum*: vt refert noſter Iacobus Gualterus in tabula Chronographica ad illum annum: & P. Henriquez lib. 8. de Euchariſtia cap. 44. §. 7. Teſtatus etiam fuit Franciſcus Blanco Archiepiſcopus Compoſtellanus qui Tridentino Concilio interfuit hanc fuiſſe vnanimem Patrum ſententiam, non fuiſſe tamen definitam ne Hæretici magis tumultuarentur, quod teſtimonium ſuppreſſo licet Archiepiſcopi nomine refert Henriquez ibidem §. 5. ſatiſque innuitur hic Patrum conſenſus in eius Concilij ſeſſ. 21. cap. 3. vbi cum apertiſſima alluſione ad hanc ſententiam decernitur, communionem ſub vtraque ſpecie non eſſe neceſſariam; non enim aiunt Patres, eum qui ſub vna tantum ſpecie communicat, vlla priuari gratia, ſed nulla priuari gratia neceſſaria ad ſalutem: innuunt ergo vel ſaltem dubium relinquunt, an aliqua gratia priuentur quæ ad ſalutem neceſſaria non ſit.

In Tridentino fuit vnanimis ſententia Patrum, ſed nō definita.

Secundo auctoritate S. Thomæ qui pro aduerſantibus ſolet afferri nempe 3. p. quæſt. 80. art. 12. ad 3. ſic enim habet: *Repræſentatio Dominicæ paſſionis agitur* in ipſa conſecratione huius ſacramenti, in qua non debet Corpus ſine ſanguine conſecrari. Poteſt autem à Populo corpus ſine ſanguine ſumi. Nec exinde ſequitur aliquod detrimentum; quia Sacerdos in perſona omnium ſanguinem offert & ſumit, *& ſub vtraque ſpecie totus Chriſtus continetur.* Docet itaque S. Thomas non poſſe conſecrari vnam ſpeciem ſine altera, quia ſequeretur detrimentum ſacrificij, vtpote eſſentialiter imbibentis repræſentationem Dominicæ Paſſionis

Eſt etiam Doctrina S. Thomæ

ſionis, ac proinde Dominici ſanguinis à corpore ſeparati: poſſe tamen ſolum panis ſpeciem à populo ſumi, quia inde nullum ſequitur detrimentum, vel ſacrificij, nam iſtud à Sacerdote per vtriuſque ſpeciei conſecrationem peragitur: vel ſalutis fidelium, quia ſub vtrauis ſpecie continetur totus Chriſtus, qui nempe Ioan. 6. dixit: *Qui manducat me, & ipſe, viuet propter me.* Itaque S. Thomas data opera docet, non fieri diſpendium æternæ ſalutis; quo ſatis indicat, non tantum adquiri gratiæ.

21\. *Et ratione probatur à priori.* Tertio ratione: quia ſacramenta nouæ legis conferunt gratiam quam ſignificant, vt in tractatu de ſacramentis ſuprà fusè notauimus & probauimus; atqui ſacramentum Euchariſticum ſub ſpecie panis ſignificat gratiam reficientem per modum cibi, & ſub ſpecie vini ſignificat gratiam reficientem per modum potus: Ergo ſub vtraque ſpecie plus gratiæ confert, quam ſub vnica: Patet conſequentia: quia cibus ſimul & potus plus multo reficit vitam naturalem, quam ſolus cibus, aut ſolus potus: Ergo & Euchariſtia ſub vtraque ſpecie multo plus reficit vitam ſupernaturalem quam ſub vnica.

Reſponſum P. Suarez impugnatur. Reſpondet Suarez non ſignificari per ſecundam ſpeciem, ſecundam gratiam, nam vnica eſt gratia quæ nos Chriſto coniungit; ſed eandem diuerſo modo ſignificari; per modum nempe cibi, & per modum potus. Sed contra: quia ſacramenta diuerſa v. gr. Baptiſmus, Confirmatio, & Pœnitentia cum Chriſto nos coniungunt per gratiam quam conferunt: & tamen diuerſas gratias conferunt, Baptiſmus regeneratiuam, Confirmatio conſeruatiuam, Pœnitentia reſuſcitatiuam, &c. Ergo panis, ac vini ſpecies, etſi nos Chriſto coniungant per gratiam nutritiuam, diuerſas tamen conferent gratias, nempe vnam nutritiuam, per modum cibi, & alteram nutritiuam per modum potus.

Alterum P. Bellarmini diluitur. Occurrit Bellarminus eandem iuſtitiam in ſacris litteris habere rationem cibi, & potus, nam eadem dicitur eſuriri, & ſitiri, iuxta illud Chriſti apud Matth. cap. 5. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.* Sed contra, quoniam ibi iuſtitia ſolum ſignificat vitam rectè actam, ſeu præceptorum omnium obſeruationem: eamque ſitire, & eſurire dicuntur, qui magna eius cupiditate tenentur: ac proinde loquutio eſt penitus metaphorica, cum legis diuinæ obſeruatio nullam proximam analogiam cum cibo magis quam cum potu habeat, vel è contra: At in præſenti ſpecies panis ſignificat refectionem ſpiritualem tamquam à cibo; & ſpecies vini refectionem ſpiritualem tamquam à potu profectam: Ergo licet eadem iuſtitia dicatur in S.S. ſitiri, & eſuriri, non tamen eadem gratia in præſenti eſſe, quæ datur tamquam cibus, & quæ datur tanquam potus.

22\. Quarto quia ſi ſpecies panis ſumatur ante ſpeciem vini confert gratiam: atqui ſi ſpecies vini ſumatur ante ſpeciem panis confert etiam gratiam: Ergo ſi ambæ ſucceſſiue ſumantur vnaquæque ſuam gratiam confert. Maior in confeſſo eſt apud omnes: Minor à ſolo Soto negabitur, exiſtimante Euchariſtiam ſub ſpecie ſanguinis eſſe quoddam ſacramentale: Ex oppoſita vero doctrina, quæ veriſſima eſt ita diſſerimus: Euchariſtia ſub ſpecie panis ſi ante ſpeciem vinis ſumatur, ideo confert gratiam, quia eſt verum ſacramentum nouæ legis, & proinde practice ſignificans gratiam: atqui ſub ſpecie ſanguinis etiam eſt nouæ legis ſacramentum, ideoque practice gratiam ſignificans: Ergo ſi ante ſpeciem panis ſumatur, gratiam conferet. Hinc probatur conſequentia: nam ideo quælibet ante alteram ſumpta confert gratiam, quia eſt nouæ legis ſacramentum: atqui ſiue ſumatur ante, ſiue poſt alteram ſemper eſt nouæ legis ſacramentum: Ergo ſemper gratiam confert: ac proinde ambæ plus gratiæ conferent, quam altera tantum. *Species vini conſecrati eſt ſacramentum.*

Dices: etiam quælibet hoſtiarum, vel ſpecierum ſolo numero differentium, ſi ante alteram ſumatur, gratiam confert: & tamen ſi ſtatim poſt, nequaquam. Hæc tamen inſtantia retorquetur in Aduerſarios, & rationem adductam confirmat. Duæ ſi quidem hoſtiæ v. gr. cum nec materia, nec ſignificatione differant, niſi numero prorſus æquiualent vni: ſicut duo ſigilla ſolo numero diſtincta, ſi in eadem charta multiplicentur, non plus operantur quam vnicum; at Euchariſtia ſub ſpecie panis, materia & ſignificatione differt, ab Euchariſtia ſub ſpecie vini: Materia quidem, quia ſpecies vini & Dominicus ſanguis aggregatum eſt ſpecie diſtinctum, ab aggregato ex ſpecie panis & Chriſti corpore, & ſimiliter virtus ſignificatiua, & collatiua gratiæ per modum cibi ſpecie differt a virtute productiua, & ſignificatiua gratiæ per modum potus. Igitur hoc diſcrimen noſtram confirmat ſententiam. 23.

Inquies non poſſe gratiam, quæ eſt effectus huius ſacramenti, diſtingui in gratiam per modum cibi, & per modum potus nam eſt vnius ſpeciei. Contra, nam quæ datur per omnia ſacramenta vnius etiam ſpeciei eſt: & tamen diſtinguitur in gratiam per modum regenerationis, corroborationis, nutritionis &c. Et ratio eſt quoniam his modis diſtinguitur non in ſe ipſa ſed per ordinem ad auxilia ſpecie diſtincta, vt fuse explicuimus ſupra, diſp. 8. ſect. 2. de omnibus ſacramentis, & nunc ſpeciatim dicimus gratiam per modum cibi eſſe gratiam cui annexa ſunt auxilia multum corroborantia humanam fragilitatem, & animantia ad diuinum obſequium, iuxta illud Pſal. 103. *Panis cor hominis confirmat.* Gratiam vero per modum potus eſſe gratiam in ordine ad auxilia quæ animum ſpiritualiter in diuino obſequio etiam exhilarent, iuxta illud eiuſdem Dauidis, Pſalm. eodem: *Et vinum lætificat cor hominis.* Ideoque prouidentiſſimè fit, vt ſacerdotes cum per ſe loquendo carere debeant carnalibus ſolatiis Euchariſtiam accipiant ſub ſpecie vini cuius interuentu abundent conſolationibus ſpiritualibus. 24. *Omnis certe Gratia ſacramentalis habitualis eſt vnius ſpeciei in ſe ipſa, differunt autem gratiæ diuerſæ ſacramentorum per ordinem ad auxilia ſpecialiter diuerſa.*

§. II.

Deſtruendis obiectionibus conſtabilitur.

Oppoſitam ſententiam tradunt complures quos refert & ſequitur Suarez diſput. 63. ſect. 6. quorum argumenta partim iam in ipſos retorſimus & nunc cæterorum deſtructione ſententiam noſtram firmabimus. 25.

Oppo

Concil. Moguntinum explicatur.

Opponunt nobis Concilium Moguntinum c.51. definiens Communionem ſub vna ſpecie ad ſalutem ſumentium æque vtilem & efficacem eſſe quam ſub vtraque. Reſpondeo Synodum iſtam Prouincialem eſſe & nunquam à Papa confirmatam: quæ vel in hoc ſuo decreto plus dicit, quam poſtea dixit Tridentina in ſuo ſupra citato: vel non? Si non; ſolum vult communionem ſub vna ſpecie æque vtilem & efficacem eſſe ad euadendam æternam mortem, atque ſub vtraque: ſi vero amplius vult, correcta eſt per Tridentinam quæ conſultiſſime dixit laicos nulla priuari gratia ad ſalutem neceſſaria.

26. Baſilienſe profertur.

Deinde obiiciunt Concilium Baſilienſe conceſſiſſe Boëmis communionem ſub vtraque ſpecie, cum conditione tamen vt quatuor iſta confiterentur. Primum, non eſſe Præceptum communicandi ſub vtraque ſpecie. Secundum non eſſe prohibitionem communicandi ſub altera tantum ſpecie: Tertium non plus ſumi ſub vtraque ſpecie, quam ſub vna tantum: Quartum, ſub vtralibet ſpecie totum eſſe Chriſtum: Atqui niſi tertium intelligatur de gratia per hoc ſacramentum collata non poteſt à quarto diſtingui: Ergo cenſuit Concilium per ambas ſpecies non maiorem gratiam tribui, quam per vnicam.

Reſpondemus primo conceſſionem iſtam in eo Concilio, non extare, nec ſpeciem comparare, quare videri commenticiam. Deinde cum hac de re Concilium illud non egerit niſi ſeſſ.30. vbi definit non eſſe præceptum communicandi ſub vtraque ſpecie: morem autem, vt laici & ſacerdotes non conficientes ſub ſola panis ſpecie communicent, ſancte ab Eccleſia introductum eſſe: & ad eam ſpectare communicandi modum præſcribere: Omnino credendum eſt Concilium ſi illam fecit Boëmis facultatem feciſſe poſt iſtam ſeſſionem 30. quando ſcilicet iam ab Eugenio IV. defecerat, & proinde legitimum non erat. Præterea licet à Martino V. poſtea fuerit approbatum quoad ea quæ pertinent ad cenſuras & cauſas beneficiales, non tamen quoad alias functiones. Denique licet hoc decretum extaret & cum legitima auctoritate editum aut approbatum fuiſſet, adhuc noſtræ ſententiæ non opponeretur. Nam ſicut primum quod credi iubetur manifeſte eſt idem cum ſecundo, licet non ita declaratum: Ita tertium idem reipſa eſt cum quarto, licet minus explicite propoſitum: Quare ſolum credi iuſſiſſet, tam ſumi totum Chriſtum ſub vna tantum ſpecie, quam ſub duabus, & reuera hoc indicat vox illa *ſumi*: quæ non ad gratiam quæ percipitur, ſed ad ſacramentum quod ſuſcipitur applicari ſolet.

27. Opponunt præterea ſanctum Thomam opuſculo 58. cap. 29. ita ſcribentem: *Sicut ſumit Sacerdos ſanguinem Chriſti ſic etiam Populus* ſumit eum intellectualiter ſub ſpecie panis de ipſo corpore Chriſti, & eſt eis tam vtilis & tam dulcis, *vt ſacerdotibus, qui ſumunt eum ſub ſpecie vini de calice.* Reſpondeo: Non dicit S. Thomas ſumptionem vnius ſpeciei eſſe tam vtilem ac ſumptionem vtriuſque, non enim comparat ſumptionem vtriuſque ſpeciei, cum ſumptione vnius ſolius: ſed comparari ſumptionem hoſtiæ laicis datam, cum ſumptione Calicis ſacerdotibus conceſſa: & addit illam eſſe æque dulcem, & æque vtilem laicis, ac iſtam ſacerdotibus: quod eſt certiſſimum, quia ſpecies panis ſaltem tantum gratiæ confert, quantum ſpecies vini.

Nec S. Thom. opponitur.

Denique tres obiiciunt rationes; Primam; quia diuerſus effectus in ſacramentis deprehendi debet, aut ex diuerſitate cauſarum inſtrumentalium, quæ ſunt ſacramenta ipſa, vel ex diuerſitate cauſarum finalium, quæ per eiuſmodi cauſarum actionem intenduntur; vel ex vtraque diuerſitate ſimul: ſed in præſenti non eſt talis diuerſitas: nam idem Chriſtus eſt ſub vna ſpecie, qui ſub duabus: & idem finis ex eius actione intenditur, nempe vnio maior animæ cum Chriſto, ſiue gratiæ ſanctificantis nutritio: Ergo non eſt vnde deprehendi poſſit maior gratiæ effectus ex duabus ſpeciebus, quam ex vna dumtaxat prouenire. 28.

Argumentatio retorquetur in Aduerſarios.

Retorquetur hæc argumentatio. Nam vtraque illarum cauſarum diuerſa hic reperitur; inſtrumentalis quidem quæ eſt ipſum ſacramentum, quia Euchariſtia & ſub ſpecie panis ſola, & ſub ſpecie vini ſola, verum ſacramentum eſt, & ſub vna ſpecie eſſentialiter diſtinctum ab Euchariſtia ſub altera; tum ratione materiæ, nam ſub vna conſtat ex Chriſti corpore, & ſpecie panis: ſub altera conſtat ex Chriſti ſanguine, & ſpecie vini: tum ratione formæ nempe ſignificantis gratiam tamquam cibum & ſignificantis gratiam tamquam potum, vt ſuperius expoſuimus. Nec minus differunt cauſæ finales: nam vnius ſpeciei finis eſt, reficere animam habituali gratia tamquam cibo, & alterius reficere animam gratia habituali, tamquam potu: prout ſuperiori §. fuſe declaratum eſt.

Alteram quia Chriſti corpus & ſanguis in paſſione non tribuerunt nobis diuerſos effectus ſed vnum & eundem: Ergo & Euchariſtia prout continens formaliter Chriſti corpus, & prout continens formaliter Chriſti ſanguinem non affert diuerſos, ſed vnum & eundem gratiæ effectum. Nego conſequentiam, quia Chriſtus in paſſione profuit nobis, merendo, & ſatisfaciendo, ac proinde per actus quibus accipiebat & dolorem corporis, & effuſionem ſanguinis, & vtrumque pro obiecto habebat, & conſequenter corpus, & ſanguis ad vnum eundemque fructum concurrebant in eodemque merito iungebantur. At Chriſtus Dominus in Euchariſtia nobis non prodeſt, ſatisfaciendo nec merendo ſed tamquam ſacramentum, & velut cauſa naturalis, qua applicata ſi diuerſa ſit eſſentialiter ab altera, diuerſum edit effectum: Quare probat quidem iſta obiectio, Chriſti ſanguinem in ſacrificio Miſſæ, non afferre nobis diuerſum fructum, ab eo quem affert Chriſti corpus: nam etiam eſſe ſacrificij incruenti conſiſtit in myſtica ſeparatione ſanguinis à corpore: Cumque Chriſtus nobis in hoc ſacrificio proſit per modum impetrationis, hæc indiuiſibiliter habet pro obiecto Chriſti corpus & ſanguinem, ſiue myſticam vtriuſque ſeparationem: Cæterum Euchariſtiæ quatenus ſacramenti rationem habet, longe debet eſſe diuerſa ratio, prout expoſuimus. 29.

Tertiam, quia ſi ambæ ſpecies, plus gratiæ tribuerent quam vnica, profecto Romana Eccleſia iniuriam irrogaſſet laicis, aliiſque non ſacrificantibus, interdicens illis vſum Calicis, tantoque gratiæ incremento illos priuans. Nego 30.

Digitized by Google

go ſequelam: quia nulla illos priuat gratia ad ſalutem neceſſaria, vt optime probat Concilium Tridentinum ſeſſ.21.cap.1. in hæc verba: Namque qui dixit: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*: dixit quoque: *Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum: Et qui dixit Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam*: dixit etiam, *Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita: Et denique qui dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo*: dixit nihilominus, *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Cum autem gratiæ incrementum, ex calicis vſu proueniens, non ſit neceſſarium ad ſalutem, citra vllam iniuſtitiam Eccleſia prædictos communicantes eo priuat, vt iam oſtendam.

Eccleſia citra iniuſtitiã priuat laicos communicatione Calicis.

Etenim vt idem Concilium Tridentinum ibidem cap.2. tradit: ſemper Eccleſia poteſtatem habuit citra ſacramentorum adminiſtrationem ſalua illorum ſubſtantia, ea ſtatuendi, vel mutandi, *quæ ſuſcipientium vtilitati, ſeu ipſorum ſacramentorum venerationi, pro rerum, temporum & locorum varietate magis expedire iudicaret*; Atqui frequentiſſima ſacri calicis effuſio, quæ moraliter ſequeretur ex vſu calicis omnibus conceſſo, in magnam cederet Dominici ſanguinis irreuerentiam, non ſolum materialem in iis, qui inculpabiliter eum effunderent, verum etiam formalem in Eccleſia quæ effuſionem illam præuidens, non præcaueret, nec præcauere poſſet, calicis vſu omnibus conceſſo: Ergo iure, ac neceſſario illum non concedit.

31\. Euchariſtiæ participatio ſub vna ſpecie panis, iam olim figurata.

Adde quod Euchariſtiæ ſub cibi dumtaxat ſpecie participatio, iam olim in pleriſque huius myſterij præfiguratricibus ſymbolis adũbrata fuit, v.gr. in arbore vitæ; in Manna; in paucis panibus, quibus Dominus tam multa Hominum millia ſemel, ac iterum pauit, quam rationem attigit breuiſſime S. Thomas opus 58. cap.29. non procul à fine, de Chriſto dicens: *Multitudini hominum in deſerto panem ſine potu diſtribuit.* Eamque egregie promouet, & inſigni eruditione locupletat Illuſtriſſimus Dominus D. Petrus de Apaolaza Cæſarauguſtanæ huius vrbis Archiepiſcopus in Euchariſtiæ menſæ tomo, ſeu parte priore Excurſu 10.

SECTIO III.

An & quatenus, & quomodo Euchariſtia cauſet, venialium remiſſionem.

32\. Venialia peccata per Euchariſtiam ex opere operato remitti docent vniuerſi Theologi cum Magiſtro in 4.diſtinct.12.& S. Thoma in præſenti quæſtione 79. art.4. eſtque fidei dogma traditum à Tridentino ſeſſ.13. c.2. Vbi primo explicat primum huius ſacramenti effectum, quod eſt augmentum gratiæ, & ſtatim hunc ſecundum per hæc verba, *Sumi autem voluit* (Saluator noſter) *ſacramentum hoc tamquam ſpiritualem animarum cibum, quo alantur & confortentur viuentes vita illius qui dixit; Qui manducat me, & ipſe viuet propter me; & tanquam antidotum quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſeruemur*: vbi cum liberationem aperte diſterminet, à præſeruatione, planiſſime intelligit liberationem à culpis venialibus iam incurſis ac proinde ſtrictam illarum deſtructionem, ablationem, & remiſſionem. Poſt hanc vero ſanctionem parum eſt quod Autores Romani Catechiſmi dicunt, nempe remitti Euchariſtia peccata venialia, quod dubitari debeat, non eſt; cum id iam in dubium vocari non modo non debeat: ſed nec poſſit. Conſtat etiam veritas ex Patribus Chryſoſtomo, Cyrillo, Damaſceno, Cypriano vel Pſeudo-cypriano, Ambroſio & Auguſtino apud Suarez diſp.63. ſect. 2. §. *ſed contra*, hanc abſolute adſcribentibus Euchariſtiæ remiſſionem peccatorum; debent enim capi de remiſſione venialium: ſicut ſanctus Iacobus Apoſtolus pro effectu per ſe Vnctioni aſſignat; *Quod ſi infirmus in peccatis ſit remittentur ei*, nempe venialibus, quæ quidem ſpeciali iure peccata numero plurali nominantur, tum quia fere ſemper multa ſunt, tum quia vnum ſine aliis remitti poteſt & ſolet: ſi autem Patres loquerentur de remiſſione mortalium ſatis eſſet huic ſacramento tribuere, remiſſionem peccati, cum nequeat vnum mortale iuxta legem ordinariam ſine omnibus quæ ſunt in ſubiecto remitti.

Cauſare definit Tridentinum.

Et docent PP.

Aſſertionem probat S. Thomas, & pleriſque Doctores ratione perdifficili deducta ex ſimilitudine & analogia ſpiritualis & ſupernaturalis alimenti cum naturali & corporeo, in qua etiam quoad hanc partem perſiſtendum eſſe Romani Catechiſmi auctoribus videtur. Quia ſcilicet alimento naturali, & corporali reficitur, & recuperatur in corpore illud quod deperditur, aut minuitur frequenti, & continua actione caloris naturalis: Ergo alimento animæ quod eſt Euchariſtia reparatur, ac reficitur in anima illud quod deperditur, aut deteritur aſſidua actione & inuaſione concupiſcentiæ. 33.

Rationis huius difficultas eſt. Nam illud quod per alimentum naturale in corpore viuentis reficitur, omnibus notum eſt: quid vero ſit illud quod alimento ſpirituali, ſiue Euchariſtico reparatur, aut reficitur, non facile conſpicitur. Non enim eſt pars aliqua gratiæ, vel charitatis; quæ ſcilicet numquam remittitur, ſed vel tota deſtruitur, vel tota permanet: Nec item eſt capacitas aliqua recipiendi nouum gratiæ, vel charitatis gradum, ad eum modum quo per alimentum exhibetur viuenti partialis materia, in quam introducatur forma viuentis: nam capacitas recipiendi nouos charitatis gradus eſt ipſamet indiuiſibilis entitas animæ ac proinde ſicut impotens minui, ſic & impotens reparari. Præterea licet aſſignare poſſemus, aliquid quod in anima per alimoniam Euchariſticam reficeretur; explicandum eſſet quomodo illud reficeretur deſtructione venialium iam commiſſorum, & ſolum habitualiter permanentium: Denique ſi perſiſtendum eſt in illa ſimilitudine, & analogia naturalis, & ſupernaturalis alimenti, deducemus actionem iſtam venialium deſtructiuam ab Euchariſtia prouenientem neceſſariam eſſe neceſſitate medij ad conſeruandam vitam ſpiri

Cur Ratio S.Thom. difficilis videatur.

Digitized by Google

ſpiritualem, ſicut eſt actio corporei, naturaliſque alimenti ad conſeruandam vitam naturalem; quod eſt manifeſte falſum, & diſp. 44. ſect. 1. fuſiſſime confutandum.

Explicatur tamen proportio, quæ ſufficiens eſt in ſimilitudinibus.

34. Hic diſcurſus conuincit non eſſe rationem, & ſimilitudinem illam ſtrictiſſime capiendam; quod mirum non continget conſideranti, plerîſque ſimilitudinibus ſufficere proportionem aliquam veritatis explicatiuam, & hanc in præſenti non deficere. Sicut enim per calorem naturalem deteritur vis aliqua conſeruatiua viuentis, & ea virtus reficitur aſſiduè per alimentum: ita per calorem fomitis, ſeu deordinatæ concupiſcentiæ culpas veniales paſſim inducentis, minuitur, vel eneruatur virtus, & efficacitas charitatis, non quidem quoad ſeipſam, ſed quoad expeditionem, quam auferunt, ſeu minuunt peccata venialia iam incurſa, & habitualiter in homine permanentia, quæ illũ minus dignu faciunt auxiliis frequentibus, & vehementibus ad charitatis actus frequentes, & feruentes exercendos, & ſic augendã, & magnopere promouẽdam vitam ſupernaturalem.

Quibus modis Euchariſtia auferat culpas veniales iuxta alios.

35. Quæres, quam diſpoſitionem Euchariſtia poſtulet ad obices iſtos, ſiue ad culpas veniales auferendas. S. Thom. q. 79. art. 4. docet, hoc ſacramentum auferre venialia, partim ſe ipſo, & immediate, partim mediatè, actu charitatis, quẽ excitat. Inde colligit Suar. diſput. 63. ſect. 10. §. *Sed quæres*, tribus modis Euchariſtiã auferre venialia. Primò ſupponendo illorum attritionẽ, ex ſe inſufficientem ad deſtructionẽ illorum: ſicut ſacramenta mortuorũ auferunt culpas mortales, poſita illarũ attritione ad illas deſtruendas inſufficiente. Secundò excitãdo actũ charitatis, quo venialia deſtruutur. Tertiò ſine vlla alia diſpoſitione præter ſolam non complacentiam actualem, aut virtualem de venialibus. Mæratius diſp 34. ſect. 1. primum, & ſecundum modũ approbat; tertiumque improbat tanquam à communi ſenſu abhorrentem; cum inde fiat, vt quiſquis Euchariſtiam in gratia ſuſcipit, vt plurimum maneat ſine vllo peccato veniali, nam vt plurimum caret eiuſmodi complacentia de venialibus.

Quibus autem modis iuxta propriam ſententiam.

36. Ego iuxta doctrinam in Tractatu de Pœnitentia latè propoſitam, reſpõdeo primum: Euchariſtia remittit culpas veniales immediate, ſeu per ſeipſam; præcedente tamen tali ipſarum diſplicentia, quæ non ſit attritio ſupernaturalis quoad ſubſtantiã, ſed ſolùm quoad modum. Quoniã attritio perfecta, ſeu quoad ſubſtantiã ſupernaturalis de culpa veniali, ipſam delet; nõ autem attritio imperfecta, ſiue extrinſecè tãtũ ſupernaturalis: Ergo nõ illa, ſed iſta præcedẽte deſtruet Euchariſtia culpã venialẽ. Quod quidẽ, & Pœnitẽtię, & Euchariſtię, cũ Extrema Vnctione cõmune eſſe, loco cit. latè ſuadebimus.

Per deteſtationem ſupernaturalẽ quoad modum.

37. Deinde reſpondeo. Euchariſtia deſtruit culpas veniales mediatè, nẽpe excitãdo actũ charitatis, aut cõtritionis illarũ deteſtatiuũ. In hoc ſequor ambas illas ſententias n. 35. relatas: quia certũ eſt cuilibet ſacramento annexas eſſe gratias auxiliantes actuales, & excitantes ad actus valde conſonos inſtitutioni, & fini illius ſacramenti: ſacramentum autem Euchariſticũ inſtitutũ eſt ad perfectã animarũ cũ Deo vnionem, quæ ſit per ardentiſſimos charitatis affectus, & actus: Ergo ſumptioni huius ſacramenti debẽtur, & annexæ ſunt gratiæ auxiliares, excitãtes ad eiuſmodi actus charitatis, & cõtritionis deteſtatiuos peccatorũ venialiũ, ac proinde ipſorum deſtructiuos: quapropter Euchariſtiæ ſacramentum dum iſtos infert, ipſorum interuentu culpas veniales deſtruit.

Per gratias auxiliantes.

Præterea reſpondeo. Sacramentũ Euchariſticũ vnam, & eandem culpã venialẽ & mediate, & immediate deſtruit. Quoniam inter alios effectus, quos in anima ſui ſuſceptoris excitat, vnus eſt attritio de aliquo veniali peccato imperfecta, & quoad ſolu modum ſupernaturalis: ſed hac poſita, vt diſpoſitione, ſacramentũ Euchariſticũ eã culpam expellit: igitur eam illis duobus modis mediate ſcilicet, ac immediatè expellit; mediatè quidem inducendo diſpoſitionem, immædiate autem per ſe ipſum, poſita diſpoſitione, vt conditione. 38.

Numquam ſine deteſtatione aliqua venialium.

Poſtremò reſpondeo, Nullam culpã venialẽ delet Euchariſtia ſine aliqua virtuali, vel actuali illius deteſtatione, ſaltẽ quoad modũ ſupernaturali. Quia commune eſt omnibus ſacramentis, imo & ipſi Deo ſiue mediatè ſiue immediatè nullã culpam de lege ordinaria cuiquã remittere, ſine præuia ipſius deteſtatione: vnde etiam in altera vita nullum veniale remittitur iuſto, quod non ille prius formaliter aut virtualiter actu ſupernaturali deteſtetur: quod in Tractatu illo de Pœnitentiæ virtute fusè proſequebar. Firmo, quia vel aſſignari poteſt, quænam venialia ſine tali deteſtatione per Euchariſtiam auferantur, vel non poteſt: Si non poteſt, dicitur ab Aduerſariis res admodũ incerta, atque perplexa, & ſine fundamento ad eam cogente. Si vero poteſt, & dicuntur auferri culpæ aliquæ veniales, quæ maiorem habent cum Euchariſtico ſacramento diſconueniẽtiam vel pugnantiam; ad eas abolendas tribuentur per Euchariſtiam auxiliares gratiæ actuales, quarum interuentu is, qui communicauit, eliciat actus nobiliſſimos illarum deteſtatiuos, & per conſequens deſtructiuos. 39.

SECTIO IV.

Num, & qui tribuat Euchariſtia præſeruationem à mortalibus.

Aliqui colligunt ex Concil. Epheſino, & Alexandrino.

HVnc effectũ ab Euchariſtia præſtari, probat Mæratius ex epiſtola Synodica Cõcilij Epheſini, & ex Canone, ſiue Anathematiſmo XI. Alexand. ſimul, & Epheſini: ſed inefficaciter, nam his in locis, ſolũ decernitur, aut ſupponitur, Chriſti carnẽ eſſe viuificã, nec eſt ſermo de Chriſti carne, prout in Euchariſtia, ſed prout Verbo hypoſtaticè vnita, quam Patres aiũt, viuificã fuiſſe, & hominibus vitã, tũ corporeã, tũ ſpiritualem tribuiſſe, tanquã vnione perſonali propria Verbi factã; & per conſequẽs tanquã inſtrumentũ naturale conſubſtantialiter Verbo coniunctum, ad eũque modum quo manus dici ſolet inſtrumẽtũ hominis, cui ſcilicet eſt ſubſtãtialiter vnita, & cũ quo vnũ ſuppoſitũ conſtituit: quanquã etiã poſita phyſica vnione Chriſti humanitatem moraliter tantum influxiſſe in eiuſmodi viuificationem in Tomo de Incarnatione fuit oſtenſum. 40.

Rectius colligitur ex Florentino.

Rectius id probatur ex Concil. Florent. poſt ſeſſ. 25. ſeu poſtremã in Decret. Eug. IV. ad inſtruendos Armenos, tum in §. Quinto Eccleſiaſtic. affirmãte natos in Chriſto per Baptiſmũ & per cõfirmationẽ roboratos, diuina Euchariſtiæ alimonia nutriri: nam alimoniæ & nutritionis effectus proprius eſt vitæ conſeruatio:

Digitized by Google

rio: atque adeò in præſenti præſeruatio à mortalibus quibus dumtaxat ſpiritualis vita deſtruitur: tum etiam in §. Tertium eſt, dicente, omnemque effectum quem materialis cibus & potus quoad vitam agunt, corporalem ſuſtentando, augendo, reparando, & delectando, Sacramentum hoc quoad vitam operatur ſpiritualem.

41. Rectiſſimè ex Trident.

Efficaciſſime ſuadebitur ex Trident. ſeſſ. 13. cap. 2. dicente voluiſſe quoque Saluatorem hoc Sacramentum à nobis ſumi *tanquam antidotum, quo à peccatis mortalibus præſeruemur.* Dicet forſitan Soarez, non poſſe id negare ſine ingenti temeritate, cum a Concilio tam expreſsè affirmetur. Poſſe tamen abſque manifeſta hæreſi, cum in Canonibus non contineatur. Ego vero cenſeo negari non poſſe, citra manifeſtam hæreſim: quia palam à Concilio definitum quantumuis in Canones poſtea non fuerit relatum, vt in ſimili, dixi cum Vaſquez ſupra diſp..... ſect. 1. In ſimili, inquam: nam hic etiam ſancta Synodus eadem oratione, & ratione tres effectus huic Sacramento tribuit, eſtque indignum Spiritus ſancti aſſiſtentia vt vnum, vel alterum affirmet tanquam veritatem fidei, & alterum vel tertium non item.

Idem apertiſſimè ſupponitur in eiuſdem Concilij Tridentini ſeſſ. 22. cap. 4. vbi dum definitur: *Euchariſtiæ perceptionem ſacramentalem non eſſe paruulis rationis vſu adhuc carentibus obligatione aliqua neceſſariam*: pro ratione ſubiungitur, *quia per Baptiſmum renati, & Chriſto incorporati gratiam in illa ætate amittere non poſſunt.* Ergo manifeſtè ſupponitur Euchariſtiæ proprium effectum eſſe, vt gratia non amittatur, cumque ſolum amittatur per peccatum mortale, effectum Euchariſtiæ proprium eſſe à mortalibus præſeruare.

42. Eundem effectum prius Euchariſtiæ tribuerant antiqui Doctores, & præſertim Sanctus Thomas quæſt. 79. art. 1. ad 3. & toto art. 4. Nam in priori loco exponens illam Eccleſiæ de hoc Sacramento precationem, *ſit ablutio ſcelerum*: ait nomine ſcelerum, vel intelligi mortalia nobis occulta, iuxta illud: Ab occultis meis munda me Domine: vel intelligi etiam illa, quorum ſumus conſcij, & fortaſsè non contritis petimuſque, vt Euchariſtia percipiat in nobis contritionem: vel petere vt nobis det robur ad ſcelera iniuſtorum vitanda. In poſteriori autem loco fusè, & ex profeſſo veritatem eandem tradit, ſub hoc titulo, vtrum per hoc Sacramentum præſeruetur homo à peccatis futuris: nomine enim peccatorum intelligit S. Doctor ſola mortalia, tum quia cenſet venialia non eſſe ſimpliciter peccata, vt pluribus eius teſtimoniis, probaui tomo de Incarnatione diſput. 4. ſect. 6. à principio: tum etiam quia diſcurſus S. Doctoris ad ſola mortalia poteſt applicari.

43. Accedit ratio à Concilio Florentino explicitè poſita, & huic Sacramento valde propria, nempe quod Euchariſtiæ Sacramentum eſt inſtar alimoniæ reficiens animam: atqui proprium alimenti eſt vitam conſeruare, & ab incurſibus contrariis eam defendere, ac proinde à morte præſeruare: Igitur Euchariſticæ alimoniæ proprius erit effectus, vitã ſpiritualem conſeruare, & fouere, & ab incurſibus peccatorum mortalium, quibus ſolis deſtruitur, eam præmunire & re ipſa præſeruare. Confirmabitur id ſtatim recenſu, & explicatu modorum, quibus Euchariſtia ſuſceptorem ſuum à mortalibus præſeruat.

Ex ratione autem adducta deciſionem petimus poſterioris quæſtionis in titulo propoſitæ. Generatim enim dicimus Euchariſtiam, hunc præſeruationis effectum, iis ferè modis omnibus, quibus materialis & naturalis alimonia vitam animalis conſeruare, & à lethiferis incurſibus defendere ſolet: nempe augendò ipſam animæ vitam & voluptatem in bonarum actionum exercitatione, & prauarum depulſione ingerendo: Dæmonis aut præſentiam fugando, aut vires debilitando: ipſamque concupiſcentiam ſeu peccati fomitem coërcendo: quæ omnia ſingillatim, ſed breuiſſime iam explicamus. 44. Euchariſtia defendit à mortalibus, ſicut alimentum ab incurſibus lethiferis.

Inprimis Euchariſtia cum vitæ gratiam in ſubiecto inueniat, & ex opere operato augeat; hoc ipſo multum iuuat ad vitæ ſpiritualis conſeruationem: nam nouo gratiæ augmento noua debentur & annectuntur auxilia non ſolum ad ſe ipſum ſed ad totam ſubiecti gratiam tuendam, vtpotè quæ diminui non poteſt, ſed vel tota conſeruari, vel tota deperdi debet. In quo melius & felicius concurrit, Euchariſticus cibus ad vitæ ſpiritualis quam corporeus, ad vitæ corporalis conſeruationem: nam iſte ſi viuenti affert nouam partem vitæ, plerunque ſupponit aliquam eiuſdem vitæ partem, deperdi: cibus autem Euchariſticus gratiæ incrementum affert ſine vllo decremento: & proinde vitam illam, & in ſe ipſa auget & ſubſidia adiungit per quæ ab aduerſariis defendatur. Et hic eſt haud obſcure Chryſoſtomi ſenſus in Ioannem Homil. 45. dicentis: *ſanguis Chriſti, quam primum ac repente animam irrigat; vi quadam magna imbuit, & nobilitatem animæ quam ſemper irrigat & nutrit languere non ſinit.* S. Chryſoſt.

Deinde conferuntur hæc auxilia per alimoniam iſtam ſupernaturalem cum ſingulari ſimilitudine & analogia, ſeu conuenientia cum ſubſidiis quæ conferuntur per alimoniam naturalem: nempe ingerendo ſuauitatem & dulcedinem tum in rectis rationibus amandis, & exequendis; tum in contrariis odio proſequendis, & reiiciendis. 45. Ingerendo ſuauitatem ſpiritus.

Eſt enim, vt alicubi docet Ariſtoteles, *Mater operum voluptas*: vtque Auguſtinus, omneſque Patres & plerique Doctores tradunt, illud eſt ingens gratiæ beneficium, ſi in bonis agendis & malis fugiendis voluptas nobis ſenſum ingeneret. Sicut ergo ſalubris, ac delicatæ alimoniæ proprium eſt efficere, vt cum oblectatione verſemur in actionibus; quas alimonia deficiente ægre ſuſcipimus: ita ſpiritualis huius & nobiliſſimæ alimoniæ effectus, eſt voluptatem in bonis amplectendis, maliſque repellendis conciliare, vt rite illam poſſimus cum Dauide Pſalm..... ita precari: *Sicut adipe & pinguedine repleatur* Ariſtoteles. S. Auguſt.

Digitized by Google

pleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum. Hunc effectum Euchariſtico cibo tribuit Concilium Florentinũ §. Tertiũ eſt, dicens ſacramentum hoc digne ſumentibus præſtare omnem effectum in vita ſpirituali, quem præſtat corporalis in vita corporali, ſuſtentando, augendo, reparando & delectando.

46. Eundem latè explicat Suarez diſp. 63. ſect. 9. diuerſas adducens cauſas quæ dulcedinis i.lius ſenſum vel in aliud tempus à communione differant, vel omnino auferant quarum pleræque communes ſunt huic ſacramento & orationi.

Hanc ipſam delectationem Euchariſtia confert interuentu magnæ lucis intellectualis, qua circa res diuinas mentem perfundit. Eſt enim Deo ſolemne rationalem ſupernamque oblectationem ex præuio ſupernaturali lumine ingerere: ſicut etiam ex vehementi luce naturali calor naturalis exiſtit, vnde cap. 24. verſ. 32. duo Diſcipuli; *Nonne* (inquiunt) *cor noſtrum ardens erat in via, dum loqueretur nobis, & aperiret nobis ſcripturas?* Atque hic ſcilicet verè impletur quod Geneſ. 3. verſ. 5. falsò promiſſum: *In quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri & eritis ſicut Dy ſcientes bonum & malum.* Et quod 1. Reg. 14. verſ. 27. Guſtato melle illuminati ſunt oculi Ionathæ: & quod Iſai. 6. verſ. 7. diuino illo non tam vrente carbone, quàm ſplendente carbunculo, labiis admoto mirifice inſtructus eſt Iſaias: & quod Luc. 24. citato, in fractione panis aperti ſunt duorum diſcipulorum oculi, vt Chriſtum agnoſcerent: & Apocal. 2. v. 17. Vincenti datur calculus candidus & in eo nomen nouum ſcriptum quod nemo ſcit niſi qui accipit, &c.

47. Et cauſando præſeruationem à culpis. S. Cyrill.

Eandem præſeruationem Euchariſtia præmouet reprimendo peccati fomitem quod cum hyperbole extulit S. Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 17. de hoc ſacramento ſic ſcribens: *Non mortem ſolum ſed & morbos omnes depellit: ſedat ſæuientem membrorum noſtrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes enim extinguit.* Cum hyperbole, inquam; nam extinctio fomitis in hac vita niſi per ſpecialiſſimum, rariſſimumque priuilegium non contingit. Vnde S. Bernardus ſermone de Cœna Domini locutionem S. Cyrilli videtur voluiſſe temperare, ſic enim habet: *Quis poterit tam efferos motus frangere? Quis pruritum vlceris huius ferre queat? Confidite, quia & in hoc gratia ſubuenit & vt ſecur ſitis, ſacramenti Dominici corporis & ſanguinis pretioſi inueſtituram habetis. Duo enim illud ſacramentum operatur in nobis vt & ſenſum minuat in minimis; & in grauioribus peccatis, tollat omnino conſenſum.* Sed nimis temperauit cum ſolum concedat huic ſacramento oblationem conſenſus in magnis & diminutionem ſenſus in minimis. Mens enim Cyrilli ſublata hyperbole eſt, per Euchariſtiam fieri vt & in minimis & in magnis rariores & debiliores inſurgant fomitis inuaſiones ſeu concupiſcentiæ motus. Idquè perſuadet ſimilitudo huius alimoniæ cum naturali ſalubri: quæ ſi non omnes prauos humores, certè plurimos expellit, aut vt non generentur, ſua virtute & efficacitate præſtat.

S. Bern.

48. Et hanc ipſam fomitis repreſſionem & quaſi partialem extinctionem, Euchariſtia præſtat fugando & debilitando Dæmones qui ſolent motus illos fomitis excitare. Ideo ſanctiſſimus Martyr & Epiſcopus Ignatius in Epiſtola ad Epheſios ita illos ad Euchariſtiam frequentandam hortatur: Feſtinate ergo frequenter accedere: quando enim aſſiduè hoc ipſum agitur expelluntur poteſtates Satanæ. Chryſoſtomus autem Homil. 61. ad Populum Antiochenum alludens ad agni ſanguinem qui à do.i ibus Hebræorum Angelorum exterminationem auertebat, hæc inter alia plurima & optima ſcribit: *Hic ſanguis Dæmones procul pellit*; Angelos & Angelorum Dominum ad nos allicit. Dæmones enim cum Dominicum ſanguinem in nobis vident in fugam vertuntur; *Angeli autem concurrunt.* Et fomitis repreſſioné.

S. Chryſoſt.

Hanc eandem à peccatis mortalibus præſeruationem, quatenus magnam partem obtinetur pugnando, grauibuſque tentationibus reſiſtendo ſummopere iuuat ipſamet Chriſti præſentia realis dum viua fide & attenta mente conſideratur. Quemcumque enim in reſiſtendo & decertando laborem poſtulat & ab attento & intento animo reipſa obtinet ſumma dignitas ex Chriſti intra nos ſuſceptione ad nos pertingens: Vnde Chryſoſtomus Homil. 83. in Matthæum: *Qua ergo re non oportet puriorem eſſe eum qui tali fruitur ſacrificio*, quo ſolari radio non ſplendidiorem manum, quæ carnem hanc diuidit? os quod igni ſpirituali repletur? linguam quæ tremendo nimis ſanguine rubeſcit? Cogita quali ſis inſignitus honore? quali menſa fruaris? Quod Angeli videntes horreſcunt, neque libere audent intueri propter emicantem inde ſplendorem, *hoc nos paſcimur; huic nos vnimur, & facti ſumus vnum Chriſti corpus, & vna caro.* Et infra: *Quanam igitur erit nobis excuſatio*, cum talibus paſti talia peccemus: cum Lupi fiamus agnum comedentes: cum tamquam oues paſti, more leonum diripiamus. Adiuuat Præſentia Chriſti fide conſiderata.

Summopere quoque reſiſtentiam firmat & ſanctam aduerſus Diabolum pugnam accendit ipſa cæleſtis Imperatoris maieſtas; non ſolum in campum prodeuntis & in acie ipſa prælliantis, ſed etiam in ipſis ſuorum militum pectoribus viſceribuſque ſeſe inſinuantis. Hoc attendebat Chryſoſtomus Homil. 61. ad Populum Antiochenum dum aiebat: Tamquam leones igitur ignem ſpirantes ab illa menſa recedamus facti diabolo terribiles & caput noſtrum (nueſtro cabo, o, capitan) mente reuerentes & charitatem quam erga nos oſtendit, & alia pulcherrima quæ ſubdit Chryſoſtomus in eandem ſententiam. Nec vero mirum ſi Leones ignem ſpirantes efficiat, iuſtorum pectoribus præſens ille qui mundum *vicit Leo de Tribu Iuda radix David.* Illud potius mirandum, ſi non illi velut inſuperabiles impeccabiles euadant, Chriſto in ſua pectora ingreſſo, & hac ſeſe conſideratione armantes: quam haud dubie verſabat ardentiſſimus Martyr Ignatius, in Epiſtola quadam, dum Euchariſtiam dixit *Pharmacum immortalitatis*, dumque ſe Chriſtiferum vocari volebat, & Deiferũ. Quos enim animos aduerſus diabolum nõ ſumat qui ſe Deiferum attẽdat 49. Confirmat nos in pugna ſpirituali. Et attendit mirabiliter.

Digitized by Google

eſſe; quique non cum hyperbole, ſed cum proprietate vider ſe Deum portare, quomodo non eos ad pugnandum ſumat ſpiritus & qui reipſa Deum portat in corpore ſuo feruore etiam & pugnandi ardore, *Traiga vn Dios en el cuerpo.* vt noſter Hiſpaniſmus defert.

SECTIO V.

An Euchariſtici ſacramenti effectus ſit æternæ beatitudinis conſecutio.

50. Affirmant omnes DD. HVnc effectum omnium etiam conſenſu Euchariſtia præſtat, quem graphice adumbrauit tum Exodi 16. verſ. 14. & 15. Manna filiis Iſraël in deſerto datum quadraginta annis in cibum: tom. 3. Regum 19 verſ. 6. & 8. panis ille ſubcinericius quem Elias in deſerto comedit, *& ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vſque ad montem Dei Horeb*: ſatiſque indicauit Chriſtus apud Ioan. cap. 6. partim verſ. 32. panem Euchariſticum ipſi Manna præferens tamquam panem cæleſtem verum pani cœleſti figuratiuo: *Non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed Pater meus dat vobis panem de Cælo verum*: partim verſ. 52. & 59. *Si quis manducauerit ex hoc pane, & qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Et ſancta Tridentina ſynodus ſeſſ. 14. cap. 8. prope finem de iuſtis hunc cibum ſumentibus inquiens: *Cuius vigore confortati ex huius miſera peregrinationis itinere ad cæleſtem Patriam peruenire valeant.*

Et S. Thom. optime confirmat. Ratio qua probat hunc effectum S. Thomas quæſt. 79. art. 2. communis videbitur eſſe huic ſacramento cum cæteris omnibus vtpote conferentibus gratiam, & cum ea ius ad æternam gloriam, & ita ſignificare & concedere videtur Suarez ibidem in Commentario. Cæterum licet iſtud verum ſit quantum ad illam partem vbi S. Doctor ait: Chriſti Paſſionem hoc ſacramento repræſentatam, apertuiſſe nobis aditum Cæleſtis beatitudinis: Duæ verò partes quas adiungit nempe Chriſtum hoc ſacramento contentum eſſe cibum noſtrum; & huius cibi ſumptione præſignare cæleſtis beatitudinis ſocietatem, huius ſacramenti propriæ ſunt duaſque rationes inuoluunt, ſtatim euoluendas, & tertia quadam augendas.

51. Prima ratio. Sacramentum hoc eſt propriè & ſtrictè, viaticum, id eſt, alimentum viatorum ad cæleſtem Patriam contendentium. Sed Viatici proprius effectus eſt viatorem à quo ſumitur, ad itineris terminum perducere. Vnde apud Cantabros noſtros prouerbio dicitur, non ventrem à pedibus, ſed pedes geſtari à ventre: ergo iſtius ſacramenti proprius effectus eſt producere & introducere ad gloriam, vtpote, iſtius peregrinationis terminum. Hanc rationem & hunc effectum adumbrauit Manna quod populo ad terram lacte & melle fluentem iter agenti, fuit in alimoniam conceſſum; & panis ille, quo roboratus Elias ad ſanctum Dei montem peruenit: & Concilium Tridentinum numero præcedenti deſcriptum inquiens, iuſtos huius alimoniæ vigore, ab hac peregrinatione, ad cæleſtem peruenire gloriam, & denique ipſum viatici nomen quo ſacramentum iſtud à tota Eccleſia donatur.

Secunda ratio: Sacramenta nouæ legis eos cauſant effectus, quos ſignificant: ſed Euchariſtiæ ſacramentum, ſimul cum ſui ipſius perceptione ſpiritualiter præſignificat, & præfigurat æternæ beatitudinis adeptionem: Ergo ſpecialiter iſtam efficit. Maior & conſecutio dubitationi non ſubiacent. Minor expreſſe traditur à S. Dionyſio Areopagita lib. de Cæleſti Hierarchia cap. 1. ſub finem. Affirmat enim ritus hoſce ſenſibiles quos Eccleſia in Dei honorem vſurpat, ſymbola & figuras eſſe futurorum bonorum. Cumque plurimos eorum rituum quos ad ſacrificium adhibemus, exactiſſime recenſeat; & ſingulis ſingulas ſignificationes attribuat eorum bonorum quæ poſt hanc vitam à iuſtis poſſidentur; tandem ad Euchariſtiæ perceptionem tamquam ad extremam ſacrificij partem appulſus, ita loquitur: καὶ τῆς Ἰησοῦ μετουσίας τῆς θεοτάτης εὐχαριστίας μετάληψιν: id eſt diuiniſſimæque Euchariſtiæ perceptionem illius (ne mpe cæleſtis) communionis, Ieſu ſymbolum eſſe. Notat autem ibi ſolerter Georgius Pachymeras egregio ordine Dionyſium poſt omnes illos ritus ac ceremonias poſuiſſe diuiniſſimæ Euchariſtiæ perceptionem, nempe tamquam finem, & cuius gratia ceremoniæ illæ exhibentur, & qui poſt illas omnes exhibetur: nam ſacerdotes Græci ipſa Euchariſtiæ ſumptione ſacrificium terminant, nec deinde precem aliquam aut ritum alium adhibent, vt ipſe aliquando præſens obſeruaui. Sicque Euchariſtiæ ſumptionem expreſſiorem efficiunt imaginem adeptionis æternæ beatitudinis: qua ſcilicet adepta ceſſabunt huius vitæ labores, & actus, quoniam vt Ariſtoteles dixit: obtento fine ceſſat actio. 52. Signum eſt Beatitudinis Perfectæ ex S. Dionyſio.

Maiorem iſtam & Dionyſij loquutionem Eccleſia mutuatur in Miſſa de ſanctiſſimo ſacramento poſt communionem, Chriſtum orans: *Fac nos diuinitatis tuæ ſempiterna fruitione repleri: quam pretioſi corporis & ſanguinis tui temporalis perceptio præfigurat.* Quibus in locis nec Eccleſia, nec Dionyſius, imaginis aut ſymboli rationem, tribuunt Euchariſtiæ, ſed ipſius perceptioni: ſed cum diſcrimine, nam Dionyſius ait Euchariſtiæ ſumptionem ſymbolum eſſe viſionis, qua Ieſum, Deum & Hominem cernemus in patria, ſicut nempe ſenſibilis viſio, ipſius Chriſti in hac vita degentis ſymbolum erat ſpiritualis viſionis, qua nunc in patria percipitur: Eccleſia vero dicit Euchariſtiæ perceptionem figuram eſſe illius fruitionis quam diuinitate ipſa perfruemur. S. Dionyſ. & Eccleſia rationem Figuræ tribuunt Perceptioni Euchariſtiæ.

Tertia ratio: Venerabile ſacramentum æternæ beatitudinis eſt pignus: Ergo titulo ſpeciali iſtiuſque ſacramenti propriiſſimo, nobis illam conciliat. Conſequentia patet: quia pignus ad eum finem effectumque traditur, vt certiſſimè perſoluatur res alioqui debita; inde pro morali effectu, ſibique valde proprio, habet certiſſimam illius ſolutionem, & exhibitionem. Antecedens inprimis traditur ab Eccleſia dicente: *O ſacrum conuiuium in quo Chriſtus ſumitur, &c. futura gloria* 53. Pignus eſt æternæ Fælicitatis.

gloriæ nobis pignus datur. Deinde adeſt illa proportio, quod gloria iam iuſtis debetur ratione gratiæ ipſos ſanctificantis & quaſi pro aſſeueratione traditur illis præſertim morti proximis Euchariſticum gloriæ pignus. Præterea; ſummi eſt ponderis hæc alia proportio: quod pignus maioris eſſe debet valoris, quam debitum; & hoc ſacramentum vtpote Chriſtum continens pretioſius eſt & maioris valoris ipſa formali beatitudine. Quare ſicut ratione incarnationis Paulus dicebat Rom. 8. verſ. 32. *Qui proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Ita etiam ratione Euchariſtiæ id ipſum dicere poſſumus, & quidem capientes illud *omnia* pro beatitudine bonorum omnium cumulo. Quin & potiori iure illud de Eucharistia licet prædicare: Tum quia in hoc myſterio Deus propius & intimius ſingulis hominibus Euchariſtiam ſuſcipientibus ſuum Filium tradit: Tum etiam quia per Incarnationem ſemel eum tradidit, ſemelque produxit: per Euchariſtiam autem infinities tradit, infinitieſque producit: imo in qualibet conſecratione pene infinities, vt ſupra manet copioſe explicatum.

SECTIO VI.

Sit ne quoque ipſius effectus, noſtræ & Dominicæ carnis vnitas.

54. Affirmant Theologi. DOcuerunt ſuperiore ſæculo complures graueſque Theologi quos referunt & merito ſequuntur Suarez Diſp. 64. ſect. 3. Vaſquez diſput. 204. cap. 2. Granadus, & communiter alij Recentiores, ex Euchariſtiæ digna ſuſceptione reſultare quamdam vnitatem ſubſtantialem carnis noſtræ cum carne Chriſti non quidem hypoſtaticam aut aliam phyſicam ſed pluſquam affectiuam cuius conditiones in §. ſequenti declarabimus poſtquam eius veritatem in præſenti Patrum auctoritate aſtruxerimus.

§. I.

Affirmant PP.

Ex Patribus Eccleſiæ accipientes exempla. S. Irenæus. HAnc veritatem Patres multis aſtruunt exemplis præſertimque illo. *Erunt duo in carne vna.* S. Irenæus lib. 5. cap. 2. ſimilitudine vtitur viuentis & alimenti, quæ tandem ad eſſentiæ, ſeu naturæ vnitatem perueniunt. *Quomodo* (inquit) *carnem negant capacem eſſe donationis Dei, quæ ſanguine & corpore Chriſti nutritur & membrum eſt eius: quemadmodum Apoſtolus in ea quæ eſt ad Epheſios Epiſtola: Quoniam membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius. Non de ſpirituali aliquo & inuiſibili Homine dicens hæc: Spiritus neque carnem neque oſſa habet, ſed de ea diſpoſitione quæ eſt ſecundum Hominem quæ ex carnibus, & neruis, & oſſibus conſiſtit, quæ de Calice qui eſt ſanguis eius nutritur, & de pane qui eſt corpus eius augetur.* Vbi duas affert Irenæus ſuæ ſententiæ rationes, priorem, quia caro noſtra à Chriſti carne alitur, non quidem in ſe conuertens Chriſti carnem, ſed in ſe recipiens partem accidentium quæ deſtructis in ſtomacho diſpoſitionibus panis vniuntur materiæ, in quam forma rationalis introducitur. Alteram quam opportunius infrà exponemus. Eodem videtur vſus exemplo Theophylactus in cap. 6. Ioan. dum Chriſtum ita loquentem inducit. *Quemadmodum viuo propter Patrem, hoc eſt ſicut natus ſum ex Patre qui eſt vita, ita & qui manducat me viuit propter me, dum quodammodo miſcetur mihi, & transſelementatur in me.* Theophylactus.

55. S. Cyrillus Alexandr. S. Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Ioannem cap. 17. & lib. 11. cap. 26. ſimilitudinem affert cæreliquefactæ, in alteram liquefactam infuſæ & vnius ex ambabus conflatæ dicens: *Saluator ait qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in eo.* Vnde conſiderandum eſt non habitudine ſolum, quæ per charitatem intelligitur Chriſtum in nobis eſſe; verum etiam in participatione naturali. Nam quemadmodum ſi quis igne liquefactam ceram, alij ceræ ſimiliter liquefactæ ita miſcuerit, *vt vnum ex vtriſque factum videatur; ſic communione corporis & ſanguinis Chriſti ipſe in nobis eſt, & nos in ipſo.* Vbi duo habemus, primum hanc vnitatem non ſolum eſſe affectiuam; qualis charitate fit, ſed etiam naturalem: alterum eandem vnitatem eſſe ſimilem ei quæ ex duabus ceris liquatis permiſtiſque conſurgit: quæ duo iuxta Doctrinam paulo ſuperius præmiſſam capienda ſunt.

56. S. Hilarius. S. Hilarius lib. 8. de Trinit. ait, ſimilem eſſe vnitatem iſtam ei, qua Pater & Filius & Spiritus ſanctus vnum ſunt, non ſolum affectu, & voluntate, verum etiam eſſentia, ſeu natura. Similem, inquam, non parem: etſi enim vult vnitatem eſſe naturalem, non tamen eſſentialem, nec phyſicam, ſed pure affectiua ſtrictiorem: non enim ait, nos per dignam Euchariſtiæ perceptionem ad illam vnitatem Patris Filiique pertingere aut peruenire, ſed proficere, id eſt imitatione aliqua ad illam quaſi contendere: rurſus vnionem illam vocat perfectam, quaſi dicat numeris omnibus abſolutam; iſtam vero naturalem; hoc eſt, pluſquam affectiuam: & iſtam eſſe illius ſacramentum, id eſt ſignum: quod neceſſe non eſt æquet perfectionem vel proprietatem ſignificati.

Nec obſtat quod in media illa diſputatione ſic diſſerat Hilarius. *Perfectæ autem huius vnitatis ſacramentum ſuperius iam docuerat dicens: Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat meam carnem, & ipſe viuet propter me. Viuit ergo per Patrem: & quomodo per patrem viuit eodem modo nos per carnem eius viuimus. Omnis ergo comparatio ad intelligentiæ formam præſumitur, vt id de quo agitur, ſecundum propoſitum exemplum aſſequamur.* Non, inquam, obſtat: nam comparatio ſumitur vt rem de qua loquimur, ſecundum propoſitum exemplum debito modo intellectam aſſequamur, & vnitatem de qua loquimur, optime aſſequimur ſecundum exemplum propoſitum

quatenus vnitatem continet merè affectiuâ maiorem.

Verba Hilarij potiſſima deque multis pauciſſima hæc ſunt. *Si vere verbum caro factum eſt & nos vere verbum carnem cibo Dominico ſumimus: quomodo non naturaliter manere in nobis exiſtimandus eſt, qui & naturam carnis noſtræ iam inſeparabilem ſibi homo natus aſſumpſit, & naturam carnis ſuæ ad naturam æternitatis, ſub ſacramento nobis communicandæ carnis admiſcuit?* & paulò poſt: *Si vere igitur carnem corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit, & vere homo ille qui ex materia* (forte legendum ex Maria) *natus fuit Chriſtus eſt: noſque vere ſub myſterio carnem corporis ſui ſumimus, & per hoc vnum erimus, quia Pater in eo eſt & ille in nobis & ita ad vnitatem Patris proficiſceremur.* Et poſt paucula: *quod autem in nobis naturalis hæc vnitas ſit, ipſe ita teſtatus eſt, Qui edit meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in eo. Non enim quis in eo erit, niſi in quo ipſe fuerit, eius tantum in ſe aſſumptam habens carnem, qui ſuam ſumpſerit.*

Tandem diſputationem totam ſic Hilarius terminat, ſimulque in ſummam reducit. *Hæc autem idcirco à nobis commemorata ſunt, quia voluntatis vnitatem inter Patrem & Filium Hæretici mentientes, vnitatis noſtræ ad Deum vtebantur exemplo: tamquam nobis ad Filium, & per Filium, ad Patrem obſequio tantum & voluntate Religionis vnitis, nulla per ſacramentum carnis & ſanguinis naturalis communionis proprietas indulgeretur, cum & per honorem nobis datum Filij Dei & permanentem in nobis carnaliter Filium & in eo nobis corporaliter & inſeparabiliter vnitis, myſterium veræ ac rationalis vnitatis ſit prædicandum.*

57\. Multi vero Patres vnitatem hanc ſimilem eſſe aiunt ei, quam in coniugibus ex vſu matrimonij reſultare docuit Apoſtolus dicens: *Iam non ſunt duo ſed vna caro.* Ita S. Irenæus num. 54. deſcriptus; *vbi dicit carnem noſtram quæ ſanguine & corpore Chriſti nutritur, membrum eſſe eius, quemadmodum beato Paulo dicitur ea quæ eſt ad Epheſios epiſtola: quoniam membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius. Loquitur autem ibi Paulus de vnitate carnis per matrimonij vſum exiſtente, aſſerique illud: Et erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.*

S. Irenæus

Deinde S. Chryſoſtom. homil. 45. in Ioannem. *Vnum corpus ſumus & membra ex carne & oſſibus eius. Vt autem non ſolum per dilectionem ſed re ipſa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus eſt. Cum enim ſuum in nos amorem indicare vellet, per corpus ſuum ſe nobis commiſcuit, & in vnum nobiſcum redegit, vt corpus cum capite vniretur.* Vides nos eſſe vnum corpus & membra, & carne & oſſibus Chriſti; & non ſolum dilectione, ſed re ipſa in eius tranſire carnem: & ita corpus capiti vniri? quæ tria per matrimonij vſum effici, ſacræ litteræ clamant. Eandem ſententiam ſed maiori adhuc cum energia profert Homil. 61. ad Populum Antiochenum. Agens enim de eo quod ſimus cum Chriſto vnum corpus & membra ex carne eius, & oſſa ex oſſibus eius, ſubdit: *Vt itaque non tantum per charitatem hoc fiamus, verum vt ipſa re in illam miſceamur carnem, hoc per eſcam efficitur, quam largitus eſt nobis, volens oſtendere deſiderium quod erga nos habet. Propterea ſemetipſum nobis immiſcuit, & corpus ſuum in nos contemperauit, vt vnum quid efficiamur, tamquam corpus capiti coaptatum: ardenter enim amantium hoc eſt.*

S. Chryſoſt.

Præterea S. Auguſtinus contra aduerſarium legis & Prophetarum lib. 2. cap. 9. ſic habet. An & contra Apoſtolum propoſiturus eſt cathedram peſtilentiæ & diſputaturus de qualitate figurarum, atque dicturus non eum debuiſſe figuras rerum honeſtarum de rebus turpibus ducere: vt quod ſcriptum eſt de maſculo & fœmina, Erunt duo in carne vna, quibus additur: Sacramentum hoc magnum eſt, dico in Chriſto & Eccleſia, & paucis interiectis: *Erat* (legendum, reus erat) plane iſte retro cum ſuis millibus qui dixerũt durus eſt hic ſermo, quis eum poteſt audire: nos autem audiamus & intelligamus duos in carne vna Chriſtum, & Eccleſiam ſicut Mediatorem Dei & hominum hominem Chriſtum etiam carnem ſuam nobis manducandam bibendumque ſanguinem dantem, fideli corde atque ore ſuſcipiamus. 58.

S. Auguſt.

Denique Theodoretus in Epiſtolam ad Epheſios cap. 5. ſicut Chriſtus Eccleſiam ipſam nutriens & fouens & ei ſuum dans corpus & ſanguinem, quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius. Sicut enim Eua ex Adam facta eſt, ita nos ex Chriſto Domino. Cum eo enim in Baptiſmo conſepelimur, & corpus eius comedimus & ſanguinem bibimus. Idem Auctor tamquam legiſſet (vt poſuit) Auguſtinum num. proximo adductum, eandem obiectionem præoccupat ad illud 1. Cantic. 1. verſ. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui dicens, Neque verò quis debet offendi verbo oſculi: ſi quidem in ipſo myſterij tempore membra ſponſi ſuſcipimus, oſculamur, & amplectimur, & veluti ſponſali coniunctione cum eo copulamur.* Nihil potuit illuſtrius in confirmationem adduci. 59.

Theodoretus.

§. II.

Ratio ſuadet.

PEtrus Vaſquez diſp. illa 204. cap. 4. pluresque alij Recentiores vnitatem Dominicæ & noſtræ carnis ex Euchariſtiæ digna ſumptione profectam omnium optime intelligi & illuſtrari ex exemplo coniunctionis qua vir & mulier præcedente, & ſaltem moraliter perſiſtente mutuo voluntatum affectu carnaliter commiſcentur: ſiue ſint coniuges in quibus moraliter ſaltem permanent actus, quibus in matrimonium conſenſerunt, etiam ſi alter alterum inuitum cognoſcat; ſiue non ſint coniuges dum modo ſe cognoſcant ex mutuo voluntatum affectu: nam ſi vir mulierem non ſuam vi opprimat, aiunt, ex tali congreſſu neutiquam in eis exiſtere, ſeu reſultare carnis vnitatem. Addunt, iſtam quæ ex digna ſacramenti huius perceptione conſurgit, tamdiu ſolum permanere, quandiu qui illam adeptus eſt, in gratia perſeuerat: eamque vnionem cum neutiquam phyſica ſit, aut dici poſſit, eſſe, & appellari debere moralem. 60.

Nos

Exemplum commixtionis carnalis inter virum & vxorem cenſetur optime conuenire.

Nos quidem omnino cenſemus, vnitatem iſtam optimè declarari exemplo vnius carnis quam viri & mulieris congreſſus inuehit, nam hac ſimilitudine tum apertiſſime, tum plures Patres in præſens vtuntur illudque ipſum Pauli auctoritate fulcientes. Addimus tamen non rectè exponi vel percipi niſi exemplo vnitatis carnis reſultantis ex congreſſu duorum qui matrimonio legitimo coniuncti ſunt, id quod nobis tres vel quatuor rationes ſequentes perſuadent. Prima SS. Patres vt plurimum loquuntur expreſsè de vnitate carnis in duobus coniugibus exiſtentis: ſuamque ſententiam firmant ex Apoſtolo de ſolis coniugibus, primis nempe parentibus, loquente. Secunda quoniam vnitas de qua loquimur, per ſe loquendo perpetua eſſe poteſt dumque in hac vita ſumus abſque peccato ceſſare non poteſt: illa vero quæ in non coniugibus eſſe dicitur, nec per ſe loquendo perpetua eſſe debet, nec ſine peccato poteſt; cum perſeuerare nequeat ſine illo, affectu, qui palam illicitus eſt: proinde noſtra hæc vnitas illius exemplo perperàm exponitur. Tertia quia ſancta hæc carnis vnitas radix aut nouum ius eſt communicationis in bonis gloriæ, tum animæ, tum corporis, cum illa vnitas coniugum radix eſt vel nouum ius communicationis in plerisque bonis; quod non habet vnitas non coniugum. Ergo ſancta vnio per Euchariſtiam exiſtens non rectè concipitur inſtar vnitatis reſultantis ex copula non coniugali; imo ex hac tertia ratione inferimus, vnitatem carnis in non coniugibus nullam eſſe, quippe quæ radix non eſt eiuſmodi communicationis, ac proinde nō poſſe hanc de qua loquimur, quæque vera eſt falſæ illius vel inſtar concipi, vel exemplo declarari, ſed ſolum exemplo vnitatis carnis, quæ in coniugibus matrimonio conſummato reperitur.

Redditur Prima ratio ex dictis SS. Patrum.

Secunda ratio, quia vnio noſtra cum Chriſto perpetua eſſe poteſt.

Tertia ratio, quia dat nouum ius cōmunicationis in gloria.

62. Obiicies: Paulus 1. Corinth. 6. v. 15. & 17. *Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? tollens ergo membra Chriſti faciam membra meretricis? Abſit. Anneſcitis quoniam qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur? Erunt enim* (inquit) *duo in carne vna; qui autem adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt.* Ergo vt vir & mulier interuentu copulæ fiant vna caro, neceſſe non eſt vt ſint matrimonio inter ſe coniuncti; ſed ſolum requiritur vt inter ſe carnaliter commiſceantur. Proinde vt homo per Euchariſtiæ perceptionem fiat vna caro cum Chriſto, neceſſe non eſt vt cum Chriſto, ſit per gratiam coniunctus.

Reſpondeo conſequentiam, eiuſque conſectarium negari debere ab ipſo Vaſquez; vt pote negante vnitatem carnis inter virum & virginem ab illo violenter oppreſſam & tamen quo ſenſu Paulus ait: *Eum qui adhæret meretrici fieri vnam carnem cum illa*, idem diceret de adhærente meretrici etiam inuitæ. Non ergo tribuit illis Apoſtolus vnitatem propriam & perfectam ſed adumbratam, & inchoatam ſicut Apocalypſis tribuit impiis characterem Diaboli non proprium ſed ſimilitudinarium. At etiam Paulus ait, eum qui adhæret Deo fieri vnum ſpiritum cum illo, ratione tamen admodum diuerſa, & quæ ſi cum noſtra comparetur vnitas æquiuocè.

Explicatur locus Pauli de vnitate adumbrata, & inchoata.

63. Dein aſſerimus, vt hæc vnitas in homine reſultet duo requiri; vnum eſt vt re ipſa & in actu ſecundo recipiat Euchariſtiam, quod euidenter aſſerit S. Hilarius num relatus inquiens: Non enim quis in eo erit niſi in quo ipſe fuerit: eius tantum in ſe aſſumptam habens carnem, qui ſuam ſumpſerit. Et probat ratio clariſſ. magna ſcilicet ſumptio realis & corporalis reſpondet conſummationi matrimonij, quæ non ſolo affectu ſed actu poſita eſt neceſſaria conditio ad prædictam vnitatem. Alterum eſt vt Euchariſtiam cum debita diſpoſitione ſumat, ita vt ex illa augmentum gratiæ percipiat quia ſtatus gratiæ ſic præterequiritur ad vnitatem iſtam: ſicut matrimonij legitimus contractus, ad illam: proinde ſicut abſque præuio contractu matrimonij, non eſt vnitas carnis ex congreſſu carnali, vt nuper vidimus, ita neque hæc vnitas conſurgit ex communione niſi ſupponente gratiæ ſtatum.

Requiritur ad vnionem iſtam Perceptio actualis cum diſpoſitione debita.

Præterea, conſequenter dicimus, vt hæc vnitas perſeueret, neceſſarium eſſe & ſufficere ſi qui eam adeptus eſt, in gratia perſeueret. Quod eodem firmatur exemplo; nam vt carnis vnitas in viro & muliere perſeueret, neceſſarium & ſufficiens eſt, vt in eis perſeueret moraliter matrimonij contractus. Qua in re tum diſſimilitudo, tum ſimilitudo non vulgaris elucet. Diſſimilitudo quid? quia carnis vnitas per matrimonij conſummationem exiſtens, nequit iuxta legem ordinariam deſtrui, niſi per mortem corporalem alterius coniugis, cum non aliter contractus deſtrui queat. Vnitas vero de qua loquimur non neceſſario perpetua eſt, cum per mortalem culpam diſſipari poſſit. Similitudo vero, quia ſicut vnitas carnis in coniugibus non deſtruitur niſi per mortem alterius coniugis corporalem: ita prorſus hæc vnitas, quam Euchariſtiæ digna ſumptio confert, non ceſſat, niſi per mortem hominis ſpiritualem. 64.

Vlterius affirmamus vnitatem hanc, nec eſſe phyſicam, quia nec reſultat ex phyſica vnione, nec conſiſtit in phyſica identitate inter carnem Dominicam & noſtram; nec rectè appellari moralem, quia moralis vnitas in his præſertim materiis, ſolam voluntatum conformitatem ſeu concordiam ſonare ſolet: vnitas autem quam hic aſtruimus, non eſt ſecundum ſolum affectum, voluntatumque conſenſum: imo Sancti PP. in ſuperiori §. commemorati hac vnitate impugnant Hæreticos qui negabant tum inter Deum & Patrem, tum inter noſtram & Chriſti carnem omnem aliam vnionem præter affectiuam: Vnitatem autem de qua loquimur expreſſe vocant naturalem: aiunt noſtram cum Chriſti carne eſſe verum, non ſolum charitate, ſed etiam re ipſa. Qua quidem in ſe vt recedant ab vno extremo vnionis meræ affectiuæ ſeu purè moralis in alterum videntur declinare, nempe vnionis phyſicæ: reipſa tamen non iſtam affirmant nomine vnitatis naturalis, ſed vnitatem non merè affectiuam: quapropter illorum exponendo ſenſum ſatius erit, vnitatem iſtam vocare pluſquam pure moralem, ſeu plus quam purè affectiuam. 65.

Vnitas iſta rectè appellatur moralis, quia non eſt vnio Phyſica corporum, nec in ea fundatur.

Eſt plus quam affectiua.

Id ipſum non leuiter ſuadetur, ex iam relata coniugum vnitate, quæ quidem cum includat realem, & phyſicam ſeminum commiſtionem, dici non poteſt merè affectiua, ſeu purè moralis, ſed plus quam pure moralis: Ergo 66.

Digitized by Google

etiam & à fortiori vnitas de qua loquimur: à fortiori, inquam, quia dum Euchariſtia percipitur non datur localis coniunctio partialium ſubſtantiarum, iuſti recipientis, & Chriſti recepti; ſed tota Chriſti ſubſtantia iuſti corpus ingreditur.

§. III.

Triplicis obiectionis deſtructione præcedens doctrina elucidatur.

QVi prædictam vnitatem negant ſolum ducuntur, quia non vident ſufficiens eius aſſerendæ fundamentum: Qui autem eam admittũt contenti ſunt aſſignatione fundamenti, partim ex aliquibus PP. teſtimoniis iam adductis; partim ex vnitate coniugum, qua vnus vel alter Patrum, quos allegant, ad hanc iuſtorum cum Chriſto digne ſuſcepto vnitatem perſuadendam vtitur, nec aliquam ſibi ipſis difficultatem obiiciunt, cum tamen vt arbitror, duæ, vel tres quas ſubiicio non leuis momenti eſſe videantur.

67. Prima difficultas. Prima quia plerique Patres & plerique Doctores hanc vnitatem eſſe dicunt, inſtar illius quæ in coniugibus ex matrimonij conſummatione exiſtit, vnde P. Vaſquez ait inter iuſtum & Chriſtum eſſe quoddam matrimoniũ, quod per gratiam habitualem Euchariſtiæ receptioni præuiam contrahitur, ſicque ratum: per ipſam autem Euchariſtiæ dignam ſumptionem conſummatur. Hoc autem magni videtur incommodi, nam cum ſacramenta iuxta Concilium Florentinum ſupra citatum proportionem ſeruent cum ſubſidiis vitæ naturalis & ſacratiſſima Euchariſtia reſpondeat alimoniæ naturali: ſanè ex aſſertione iſtius matrimonij per Euchariſtiæ ſumptionem conſummati, nõ parua videtur exiſtere confuſio, dum eiuſmodi Euchariſtiæ ſumptio reſpondet & ſumptioni naturalis alimenti & conſummationi materialis Matrimonij.

Diſſoluitur. Reſpondemus nullam in hoc eſſe confuſionem dum eadem ſumptio diuerſimode conſideratur; nempe quatenus ſumptio ſacramenti ſpeciebus panis & vini conſtantis, reſpondeat manducationi refectiuæ corporis: & quatenus receptio ipſiuſmet ſubſtantiæ Chriſti reſpondeat conſummationi naturalis matrimonij. Sic enim idem baptiſmus quatenus per illum primo gratiam recipimus, reſpondet natiuitati naturali, & tamen quatenus ita gratiam recipimus vt à peccato liberemur, & vetus homo in nobis ceſſet, dicitur baptiſmus reſpondere illationi in ſepulchrum, ſeu tumulationi, iuxta illud Pauli ad Rom. cap. 6. *conſepulti enim ſumus cum Chriſto per baptiſmum in mortem.*

68. Secunda difficultas diluitur. Secunda obiectio: declarari non poteſt quidnam hæc vnitas ſit & quos habeat effectus; ergo ſtatuenda non eſt. Reſpondemus falſam, eſſe vtramque partem antecedentis: nam vt à priori incipiam, vnitas hæc eſt aggregatum ex ſtatu gratiæ in quo Euchariſtia recipitur, & ex ipſa Euchariſtiæ receptione; Perſeuerantia vero iſtius vnitatis eſt aggregatum ex digna Euchariſtiæ ſuſceptione præterita, & ex ſtatu gratiæ præſente, & perſeuerante. Sic nimirum, vt vnitas carnis inter virum & mulierem conſiſtit in aggregato ex matrimonio rato & eius conſummatione; Perſeuerantia verò illius vnitatis eſt aggregatum ex ipſa conſummatione, facta præuio legitimo matrimonio, & iſto perſeuerante. Quod vero attinet ad iſtius vnitatis effectus, eiuſdem vnitatis coniugalis exemplo declaratur. Sicut enim rato matrimonio ius habet vxor ad honorem & ſedem & alia bona, quæ talis viri vxori competunt: & tamen matrimonio conſummato illa eadem bona nouo titulo vxori debentur: pari ratione poſito ſtatu gratiæ habitualis, tamquam matrimonio rato debentur iuſto plurima bona, v. g. Reſurrectio corporis glorioſa: adiuncta verò Euchariſtiæ receptione tamquam matrimonij conſummatione, eadem bona nouo titulo debentur, vt ſectione ſequente declarabitur. Matrimonio conſummato, nouus titulus oritur ad bona coniugis.

Tertia Obiectio. Poſita in coniugibus vnitate carnis quam illis diuina Scriptura tribuit, ſpeciale peccatum iniuſtitiæ & adulterij eſt, fornicatio vtriuſvis eorum cum alieno. vel ergo poſita inter nos & Chriſtum vnitate iſta de qua loquimur, peccatum eius qui in gratia communicauit, & poſtea grauiter peccat, eſt ſpeciale peccatum: vel non: ſi non eſt; deficit analogia & ſimilitudo in effectu ſummi momenti: atque adeo colligitur talem vnitatem, nullam eſſe: ſi peccatum vero illud ſpeciale eſſe dicatur, dicetur quodpiam inauditum, & plane paradoxum. 69. Tertia difficultas.

Reſpondemus antecedens eſſe falſum, quatenus indicat ad adulterij circumſtantiam requiri vt ſit contra matrimonium iam conſummatum: nam rato matrimonio, fornicatio cuiuſvis coniugum adulterium eſt. Vnde ſicut peccatum mortale eius qui exiſtebat in gratia & Euchariſtiam non ſumpſerat etſi ſit contra ſpeciale matrimonium ratum, ſpeciale peccatum non eſt, ſed circumſtantia generalis nempe amittendi gratiam diuinam; ita peccatum mortale eius, qui poſt dignam communionem delinquit, non ſpeciale peccatum eſt ſed generalis circunſtantia, nempe deſtruendi illam cum Chriſto carnis vnitatem. Euaneſcit.

Imo quamuis hæc eſſet quædam dignitas quæ realiter perſeuerans poſſet actus ſpecialis irreligioſitatis offendi, ſicut poteſt templum & altare & perſona Deo ſpecialiter dicata: adhuc tamen peccatum mortale poſt dignam communionem incurſum neutiquam ſpeciale eſſet: quia ſcilicet per ipſum peccatum mortale talis vnitas deſtrueretur, non quidem ſicut fractione calicis deſtruitur conſecratio: vel deſtructione templi deſtruitur benedictio: ſed ſicut quolibet peccato mortali deſtruitur gratia. Nam dum quis ſacrum calicem malleo, vel lapide percutit, vel ad parietem allidit, percuſſio & alliſio ſimul ſunt cũm ipſa calicis conſecratione, vtpote non ceſſante vſque ad ipſam calicis fractionem, reipſa poſitam; & dum templum aut altare quiſpiam contumelioſe tractat, hæc contumelioſa tractatio, & conſecratio ſimul realiter exiſtunt: idemque eſt de offendente, vel percutiente perſonam ſpecialiter Deo conſecratam. Dum autem quis poſt dignam communionem factam, & vnitatem carnis cum Chriſto adeptam grauiter peccat, peccatum iſtud & illa vnitas non coëxiſtunt, cum vnitas peccato iſto deſtruatur. Quare ſicut peccare poſt acceptam gratiam, iſtamque peccato deſtruere, non eſt ſpeciale peccatum, niſi fiat ex intentione ſpeciali deſtruendi gratiam:

Digitized by Google

tiam: ita grauiter peccare poſt Euchariſtiam dignè ſuſceptam, & vnitatem illam cum Chriſti carne comparatam, eamque deſtruere non eſt ſpeciale peccatum niſi fiat ex affectu prædictam gratiam deſtruendi.

SECTIO VII.

An & quomodo ſit huius ſacramenti effectus, glorioſa Corporum reſurrectio.

70. Affirmant DD. omnes, ex Chriſti verbis.

EVchariſtico tandem ſacramento effectum iſtum competere, iure docent communiter Doctores & probatur primo verbis Chriſti apud Ioannem cap. 6. c. 54. *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam & Ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.* Vbi non coniunguntur manducare carnem & ſanguinem bibere, tamquam ambo neceſſaria ſint, vt Euchariſtia ſuum iſtum ſortiatur effectum, ſed alterum ipſorum ſub diſiunctione: ſic enim alterum etiam diſiunctiue ſumitur, vt quis habeat vitam æternam, vt conſtat ex v. 51. Dicente Domino: *Qui manducat hunc panem viuet in æternum*, prout etiam adnotauit Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 8. Inde etiam liquet non tribuere Euchariſtiam effectum iſtum cuilibet ipſam ſumenti, vel etiam cuilibet ſumenti in gratia, ſed digne ſumenti & in gratia perſeueranti, vt pote non aliter habituro vitam æternam.

71. Secundo probatur luculentiſſimis antiquitatis elogiis: Concilium enim Nicænum Euchariſtiam nuncupat *ſymbolum immortalitatis.* Eccleſia in oratione quadam poſt communionem, & auctor ſermonis de cœna Domini, apud Cyprianum, *immortalitatis alimoniam* S. Ignatius in ſua ad Epheſios epiſtola, *pharmacum immortalitatis.* S. Cyrillus lib. 4 in Ioan. cap. 16. *cibum nutrientem ad immortalitatem & ad vitam æternam*; & alia id genus ab aliis PP. dicuntur, quos allegant P. Suarez diſp. 64. ſect. 2. initio P. Lugus diſp. 12. num. 89. ad finem.

72. S. Baſil. ſecum Euchariſtiā ſepeliri iuſſit, ductus creditur reuelatione.

Tertio probatur antiquiſſimo illo ritu quo ſolita fuit Euchariſtia ſimul cum defunctis fidelium corporibus in ſepulchrum inferri. Legimus enim inprimis in vita S. Baſilij Magni per ſanctum Amphilochium, vel certe vetuſtiſſimum alium auctorem, conſcripta & apud Surium tom. 1. extante §. *Conuenientes ergo.* Legimus enim ibi, S. Baſilium dum aliquando ſacris operaretur, hoſtiamque diuiſiſſet in tres partes, vnam illarum magno cum timore ſumpſiſſe, alteram, vt cum ſuo defuncti corpore ſepeliretur iuſſiſſe; & tertiam intra columbam ex auro affabre factam ſuperaltare appenſam condidiſſe. Id vero quod S. Baſilius Euchariſtiam cum ſuo defuncti corpore ſepeliri, ſpeciali, vt credi par eſt, reuelatione ductus præcepit: plures poſtea imitati ſunt, ita vt defunctorum oribus Euchariſtiam inferrent, & ita ſimul cum illis contumularent; ſic prorſus vt neceſſe fuerit abuſum iſtum coërceri & generalis Concilij ſanctione aboleri trecentos poſt annos. Nam in VI. ſynodo penitus prohibetur, cuius Canon 83. ſic habet. *Nemo mortuorum corporibus Euchariſtiam communicet,*

Quod factum quidā alij imitati fuerunt vſque ad abuſum.

Qui prorſus fuit ſublatus per 6. Synodum general.

ſcriptum eſt enim: Accipite & comedite. Mortuorum autem corpora non poſſunt accipere, & comedere.

Porro dum S. Baſilius cæterique Fideles Euchariſtiam ſecum ſepeliendam curabant, varias in ea rationes à SS. PP. conſideratas indicabant & conſiderabant indicatas. Nempe illam ſpectabant tamquam vnguentum ex aromatibus immortalitatem conciliantibus cōfectum; qua ratione S. Ignatius Martyr in epiſtola quam ad Epheſios dedit Euchariſtiam ait eſſe φαρμακὸν τῆς ἀθανασίας. pharmacum immortalitatis: ſpectabant illam vt regium ſigillum æternæ mortis ſatellitibus aditum præcludens; non ſecus ac ſanguis ille Agni ab Hebræorum domibus exterminantem Angelum arcebat; teſte ſcilicet Magno Cyrillo in Exodum cap. 2. dicente: *Poſt mactationem iubet ſanguine illini poſtes domorum, & limen, nihil aliud mea quidem ſententia ſignificare volens*; quam vt venerando & pretioſo Chriſti ſanguine terrenam noſtram domum muniamus; atque vallemus, hoc eſt corpus noſtrum: mortem ſcilicet quam per tranſgreſſionem incurreramus, per vitæ ſanctificationem depellentes; *vita enim & ſanctificatio nobis eſt Chriſti cōmunio.* Spectabāt Euchariſtiam vt alimoniā immortalitatis conciliatricem; qua ratione ſcriptor Sermonis de Cœna domini apud S. Cyprianum: *Non iam*, inquit, *ad elaborata impenſis, & arte aruina populi inuitantur, ſed immortalitatis alimonia datur.* Et Eccleſia in Poſtcommunione Miſſæ ait: *conſecuti immortalitatis alimoniam* &c.

Spectabant Euchariſtiam; vt futuræ gloriæ etiam corporalis pignus, qua ratione canit Eccleſia. *O ſacrum conuiuium in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens impletur gratia: & futuræ gloriæ nobis pignus datur.* Et pulcherrime Chryſoſtomus in Epiſtolam priorem ad Corinthios Homil. 24. *Quando corpus Chriſti tibi propoſitum fuerit, dic tecum: Propter hoc corpus non amplius cinis & terra ego ſum: Propter hoc cœlum, & quæ in eo ſunt bona me accepturum ſpero, immortalem vitam, Angelorum ſedem, Chriſti conſuetudinem. Ipſa menſa animæ noſtræ vis eſt, fiduciæ vinculum, fundamentum, ſpes, ſalus, vita noſtra. Si hinc hoc ſacrificio nutriti migrauerimus, maxima cum fiducia ſanctum aſcendemus veſtibulum, tamquam aureis quibuſdam veſtibus contecti.* Ita Aureum eloquentiæ flumen.

Merito tamen ab Eccleſia mos ille ſacram Euchariſtiam cum fidelium corporibus ſepeliendi ſublatus eſt. Tum quia ſine Eccleſiæ conſenſu fuerat in re grauiſſima inductus. Tū deinde quia non ſatis congruens reuerentiæ erga tantum myſterium, quod à ſolis ſacerdotibus vel ex ipſorum commiſſione à Diaconis tangi & geſtari licet deberet autem à laicis & ab ipſis veſpillionibus, ſeu foſſariis vnà cum defuncto corpore tolli, geſtari, & in ſepulchro deponi. Tum poſtremo, quia plane contrarius fini proprio Euchariſtiæ, qui eſt augmentum gratiæ in ſuſceptore productum: quo fine Euchariſtiam priuare per ſe eſt illicitum, niſi de diuina diſpenſatione conſtet, vt quando Euchariſtia miraculosè accipit figuram carnis aut etiam in illo facto Magni Baſilij, quem, vt iam prædixi, credibile eſt diuina inſpiratione illud iniunxiſſe. 73. Mos ille merito non admiſſus, ſed abolitus ab Eccleſia catholica.

Ad hunc locum aliqua ratione ſpectat vſus quidam

Digitized by Google

S. Ambr. approbauit fidelium conſuetudinem geſtandi Euchariſtiam in pectore.

quidam antiquorum fidelium qui ad corporalis vitæ defenſionem ſacram Euchariſtiam cum Epiſcoporum facultate è cœlo ſuſpenſam geſtabant Sic enim S. Ambroſius, in oratione funebri fratris ſui Satyri, longe poſt medium loquitur. *Quid igitur obſeruantiam eius erga Dei cultum prædicem?* qui prius quam perfectioribus eſſet initiatus myſteriis in naufragio conſtitutus cum ea qua veheretur nauis ſcopuloſo illiſa vado, & vrgentibus hinc atque inde fluctibus ſolueretur, *non mortem metuens ſed ne vacuus è vita vacuus myſteriis exiret*, quos initiatos eſſe cognouerat, ab his diuinum illud fidelium ſacramentum popoſcit, non vt curioſos oculos inſereret arcanis, ſed vt fidei ſuæ conſequeretur auxilium: Etenim ligari fecit in Orario, & orarium inuoluit in collo, atque ita ſe deiecit in mare, non requirens de nauis compage reſolutam tabulam, cui ſupernatans iuuaretur, *quoniam fidei totius arma quæſierat. Itaque his ſecutum atque munitum ſatis credens, alia auxilia non deſiderauit.* Refert etiam Beda lib. 3. Hiſt. Anglicæ cap. 7. S. Bymarum conſueuiſſe ſanctam Euchariſtiam è collo geſtare ſuſpenſam.

Beda.

75\. Abuſus aliquorum ſceleratorum præcauendus à Prælatis Eccleſiæ.

Huc etiam ſuo modo pertinet abuſus ille ſceleratorum quorumdam, qui cum perpetuas ſimultates gerant & inter inimicorum ſclopos, & gladios paſſim de vita periclitentur, vt ſe ſe contra illos communiant, tutoſque & ſecuros reddant, quid agunt? ſacratiſſimæ Euchariſtiæ particulam exigua incluſam theca ſecum in ſinu geſtant, atque circumferunt rati nimirum certique ac omnino perſuaſi, dum ſacratiſſimum Chriſti corpus ſecum habuerint nullum ad ipſorum corpora hoſtilem impetum peruenturum: equidem in vnum iſtorum quandoque incidi, qui cum peccata cætera rite apud me in confeſſione aperuiſſet, iſtud adiecit, nempe quod ſecum Euchariſtiam ſacratiſſimam geſtaret, officij vero ſtatim admonitus, vt erat vere pœnitens confeſtim illam aurea lapſam theca incluſam mihi tradidit; quam ipſe inde extractam in Miſſa quam illico celebraui, cum ſanguinis Domini reliquiis, vna cum papyro qua amiciebatur, ſumpſi.

Dico etiam eum abuſum huc etiam ſuo modo ſpectare: tũ quia quod ſcelerati homines ſibi perſuadeant, tantam eſſe venerabilis ſacramenti virtutem vt corporis etiam ſceleribus fœdiſſimi cuius in ſinu reconditur, vitam à tam multis, tamque grauibus, ac præſentibus periculis tutam præſtet, ac velut immortalem reddat, hæc, inquam, falſa perſuaſio ex illa forſan manauit veriſſima, quod ſcilicet Euchariſtiæ beneficio corpora noſtra vitam ſint immortalem & glorioſam æternam habitura; & hic abuſus Euchariſtiam ſecum geſtandi ab illo abuſu, illam cum, defunctis ſepeliendi. Tum etiam quia ſicut ille abuſus iure prohibitus fuit, ita & potiori iure hic prohibitus eſt ac omnino deteſtandus: aduerſus quem acriter declamat Illuſtriſſimus Dominus D. Petrus de Apaolaza in ſuæ menſæ Euchariſticæ parte priore excurſu, XI. ſect. 2. n. 8.

Vnde forte manauerit.

Reprehẽditur acriter, ab inſigniter docto Archiepiſcopo Cæſarauguſtano.

76\. Glorioſa noſtri corporis reſurrectio prouenit ab Euchariſtia moraliter.

Quarto denique probatur aſſertio reſpondendo ad alteram tituli partem: quæ diſquirit quomodo glorioſa corporum reſurrectio ſit Euchariſtiæ effectus. Non enim ab Euchariſtia manat phyſice ſed moraliter, cum ipſum gratiæ incrementum quod ab Euchariſtia confertur non ab illa phyſicè ſed naturaliter fluat; Influxus autem moralis duplex eſt: Specialis auxiliatio quam Euchariſtia, quia viaticum eſt præbet ad perſeuerandum, ſeu iter omne in gratia percurrendum: Atque etiam ſingularis decentia, ſeu ſpecialis exigentia vt corpus hominis in gratia defuncti quod Euchariſtiæ ſacræ digna receptione ſacratum fuit, & vnum cum ipſa Chriſti carne moraliter effectum eſt, vt ſect. 6. declarabam; & non eſt poſtea profectum, conſortium habeat in gloria corporali cum ipſa Chriſti carne, cum qua fuit moraliter vnum; quod breuiter attigit Vaſquez, diſp. 169. n. 31.

Hinc elicies effectum iſtum ſi propriè & preſſe ſpectetur nec eſſe proprium Euchariſtiæ, 77.
nec alicuius ſacramenti nec omnibus communem, ſed Euchariſtiæ appropriatum. Ratio eſt, quia gloria corporis conſequitur gratiam finalem animæ: proinde effectus iſte propriè ſumptus ſolum à gratia finali procedit: Euchariſtiæ vero eſt appropriatus ob duas illas rationes huius ſacramenti proprias, nempe quod viaticum ſit; & ad perſeuerandum in gratia ſpecialiter auxilians, & quod cum homine iuſto vnam carnem moraliter conſtituat.

Et quia Euchariſtia eſt viaticum, & quia vnam carnem moraliter conſtituit cum noſtra.

Rurſus elicies, in effectu iſto ſtricte ſumpto glorioſæ reſurrectionis corporum nihil prorſus inueniri, quod ſit ſolius Euchariſtiæ effectus; Quia idem præſtatur ab aliis ſacramẽtis vſque ad finem ipſorum gratia conſeruata; illam, inquam, ipſam corporum glorioſam reſurrectionem Euchariſtiæ adſcribi per appropriationem. Quia ſcilicet auxilia quibus gratia conſeruatur, ſpecialiter fluunt ab Euchariſtia, vt conſeruetur; & quia glorioſa corporum reſurrectio generaliter debita propter gratiam finalem & animæ gloriam, nouo titulo datur, propter illam identitatem moralem cum Chriſti carne ab hoc Sacramento inductam.

At inquit Lugus diſp. 12. ſect. 3. num. 107. 78.
Euchariſtiam in hoc negotio non addere ſolum nouum titulum, ſed rem nouam ad quam dat titulum; quia ratione noui tituli confert maiora auxilia ad perſeuerandum, & in ordine ad eum effectum affert nouum augmentum gratiæ; atque adeo & gloriæ, tum animæ, tum corporis. Cæterum vt hoc totum concedatur, nihil nobis repugnat; quia per iſtum ſpecialem effectum, non afferet Euchariſtia corporis reſurrectionem glorioſam, de qua nobis ſermo, ſed magis glorioſam de qua non agimus.

Nec Ratio P. Lugi valet contra dictum noſtrum.

DISPVTATIO XLII.

De ſpirituali diſpoſitione ad Euchariſtiam recipiendam.

SECTIO I. *Quæ mundities à peccato requiratur, ad recipiendam Euchariſtiam.*

SECTIO II. *An & quomodo requiratur ſacramentalis Confeſſio.*

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO I.

Quæ munditiès à peccato requiratur ad recipiendam Euchariſtiam.

1. *Non habere conſcientiã culpæ mortalis requiritur per ſe.*

PRima concluſio. Ad Euchariſtiam digne & non ſacrilege recipiendam omnino requiritur vt ſuſceptor, non habeat conſcientiam peccati mortalis. Eſt de fide vt conſtabit ex his quæ ſect. 1. dicemus. Ratione conſtat. Tum quia Euchariſtia eſt ſacramentum viuorum; atque adeo recipere illam cum morte peccati eſt illam priuare effectu ſuo. Tum etiam quia non ſolum Euchariſtia eſt ſacramentum viuorum, ſed etiam ſumma veneratione digniſſimum; vt pote ſecum afferens & eſſentialiter includens ipſum Chriſtum Deum & hominem. Proinde illam in peccato mortali recipere, inſignis irreuerentia & ſacrilegium eſt; Conſulto enim diximus, omnino requiri carentiam peccati mortalis: quia moraliter & ſæpe accidit vt quis bona fide ſe exiſtimet eſſe in gratia & tamen reuera non ſit: qui ſuſcipiẽs Euchariſtiam non peccabit: quia non habebit conſcientiam peccati mortalis. Quam vero graue peccatum ſit cum conſcientia peccati mortalis Euchariſtiam ſumere & quomodo cum cæteris peccatis comparetur non eſt huius loci diſquirere ſed diſputationum de peccatis.

2. *Per accidens poteſt accidere contrarium in caſu aliquo.*

Secunda Concluſio: Per accidens poteſt moraliter contingere vt aliquis ſciens ſe eſſe in peccato mortali, communionem accipiat citra ſacrilegium, vel nouam culpam. Ita Doctores communiter: Quia poteſt accidere vt minus malum ſit communicare quàm communionem omittere; nam ſi quis ſciens ſe eſſe in mortali, videat Euchariſtiam ab hoſtibus conculcandam niſi ille illam citiſſime ſumat: tantum enim vrgere poteſt periculum, vt non det tempus contritioni eliciendæ. Sic etiam in tract. de ſacramentis diximus Sacerdotem ſibi conſcium culpæ mortalis qui aſſiſtit pœnitenti, iam iam morituro debere illum abſoluere non curando de elicienda contritione; ne fortè dum iſtam procurat, pœnitens expiret ſine abſolutione & damnum irreparabile incurrat.

3. *Nec alia requiritur munditiès ſpiritualis.*

Tertia concluſio, ad Euchariſtiam non ſacrilege ſumendam eiuſque fructum reipſa percipiendum, non alia requiritur ſpiritualis mũditiès, niſi carentia culpæ mortalis. Etiam eſt apud Theologos commune: quia commune eſt omnibus ſacramentis viuorum, vt pro diſpoſitione ſolam requirant gratiam, vt ipſam ex opere operato augeant. Confirmatur ab ingenti abſurdo, quia priuare Euchariſtiam effectu augendi gratiam eſt peccatum mortale: ergo ſi ad augmentum gratiæ ex Euchariſtia recipiendum, neceſſaria eſſet munditiès à peccato veniali, cum iſto communicare, eſſet peccatum mortale, quæ eſt manifeſta abſurditas.

4. *Obiectio proponitur.*

At inquies, Excommunicatione minore ligatus, peccat mortaliter recipiendo aliquod ſacramentum: Ergo non eſt abſurditas patens, quod peccato veniali infectus peccet mortaliter, ſi cum conſcientia venialis peccati recipiat ſacramentum Euchariſticum, & omnium nobiliſſimum. Antecedens in confeſſo eſt apud omnes & ex eo ſatis infertur, quod excommunicatus Minori, ſacramentum recipiens incurrit irregularitatem, quæ eſt pœna ſine dubio grauis: conſequentia vero probatur quia excommunicatio minor propter venialem culpam incurritur. Si ergo non eſt abſurdum quod ex ſola culpa veniali contrahitur talis excommunicatio, quæ ſit grauis obligatio non accipiendi vllum ſacramentum: non erit patens abſurditas quod ex ſtatu peccati venialis incurratur grauis obligatio non recipiendi Euchariſtiam.

Confirmatur: quia ſi dicamus, obligationem illam non recipiendi ſacramentum aliquod excommunicatione minore multum alleuiari ex eo quod talis excommunicationis abſolutio facilis eſt, cum poſſit à quolibet ſacerdote extra confeſſionem impendi: ſi hoc, inquam, dicamus, erit tibi in promptu & velut ad manum vehemens inſtantia; Nam etiam venialis peccati deſtructio facilis eſt, per illius videlicet deteſtationem, etiam extra ſacramentum.

Omiſſo tamen nunc antecedente, Reſpondeo nullam eſſe conſequentiam. Primo quia minorem excommunicationem & obligationem nullius recipiendi ſacramenti in tali excommunicatione contentam, aut ex ea reſultantem ſpecialis eſt diſpoſitio, & Eccleſiaſtica lex, violantibus imponens irregularitatem, ex qua recte colligitur illa grauis obligatio, quam iuſtis de cauſis Eccleſia poteſt imponere. Circa Euchariſtiam autem cum veniali peccato non recipiendam nulla eſt diſpoſitio, nec lex Eccleſiaſtica: diuina vero generaliter vt ſacramenta virorum licite recipiantur, ſolum exigit vt ſubiectum prius habeat gratiæ vitam, quæ cum innumeris peccatis venialibus conſiſtere poteſt & ſolet: proinde ad Euchariſtiam licite recipiendam carentiam peccati venialis ſub pœna peccati mortalis exigere, abſurditas eſt luce clarior. Et ſic eliditur obiectionis conſequentia. 5. *Permiſſo antecedente, reſpondetur.*

Facilius tollitur excommunicatio minor, quam omne veniale ex ſubiecto.

Ad Confirmationem permiſſa nunc, vel etiam admiſſa ratione illa leuaminis: adhuc Reſpondeo; inſtantiam eſſe nimium debilem. Quia longe facilius eſt excommunicationem minorem excutere, quam ab omni veniali liberum, hic & nunc eſſe: Quippe illa excommunicatio nec facile, nec frequenter contrahitur: & præterea per quemlibet ſacerdotem, auferri poteſt non ſolum extra confeſſionem ſed etiam in eo quem non pœnitet, aut cauſam excommunicationis illius peccando potuiſſe: aut eam incurriſſe. Peccatum autem veniale ſine vera ipſius pœnitentia nequit auferri: omnium autem venialium deſtructiuam habere pœnitentiam non facile eſt: Tum quia faciliìme obrepunt, etiam dum Euchariſtia recipitur, atque etiam dum ipſorum pœnitentia procuratur. Tum etiam quia vel deſtruenda ſunt omnia in ſacramento, & ſic iam illorum deſtructio, vltra actum pœnitentiæ, importat ſacramenti difficultatem: vel deſtruenda ſunt extra ſacramentum, & ſic non deleri poſſunt, niſi per actum intrinſece ſupernaturalem v. g. charitatis, contritionis, aut ſaltem attritionis; quapropter infirma etiam eſt argumenti confirmatio.

Hinc

Digitized by Google

Conſectaria quædam.

Hinc elicies primo iuſtum qui in ipſo communionis actu peccat venialiter, hoc non obſtante recipere augmentum gratiæ ex opere operato: quia non ponit obicem huic effectui. Secundo & à fortiori, non requiri ad hoc augmentum recipiendum actualem deuotionem: Eſto, quo maior puritas & deuotio fuerit, ſi cætera paria ſint, eo maius recipiatur augmentum. Tertio deduci vniuerſaliter, Si duo fideles ſint inæquales in gratia, & nullam aliam afferant diſpoſitionem plus augeri gratiam illius, qui maiorem præhabet gratiam; quia maiorem habet diſpoſitionem, & iuxta iſtius menſuram gratia augetur etiam ex opere operato, vt in tractatu de ſacramentis probaui.

SECTIO II.

An & quomodo requiratur ſacramentalis confeſſio?

7. Nulla lex obligat confiteri de venialibus ante Euchariſtiam.

DIco primo. Quamuis peccati venialis confeſſionem communioni præmittere, laudabile ſit, & in more poſitum, non tamen obligatorium, etiam ſub peccato veniali, quia nulla eſt diuina, vel Eccleſiaſtica lex ad venialis confeſſionem obligans vniuerſaliter: Eſto ferri poſſit eiuſmodi lex præſertim in religionibus maiorem quærentibus perfectionem, ſicut poteſt & ſolet in illis præcipi frequentior confeſſio & communio quam vniuerſaliter in reliquo Eccleſiaſtico corpore.

Datur vero lex de omnibus mortalibus commiſſis poſt Baptiſmum.

Dico ſecundo neceſſarium eſt & ſemper in Eccleſia fuit ante Euchariſtiæ ſumptionem confiteri ſacramentaliter omnia peccata mortalia poſt baptiſmum commiſſa. Ita omnes Catholici contra Caietanum in ſumma verbo: *communio ſacramentalis*: & alibi ſcribentis, nullum eſſe præceptum diuinum aut Eccleſiaſticum eiuſmodi peccata confitendi ſacra-
Tridentin. mentaliter ante communionem. Aſſertio vero definitur in Tridentino ſeſſ. 13. cap. 7. vbi refertur iſta obligatio non tamquam noua, ſed tamquam ab ipſo Eccleſiæ principio vigens. Affertur enim iſtud 1. Corint. 11: *Probet autem ſe ipſum homo*: & hæc verba ſubiiciuntur: *Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat*, eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius mortalis peccati, quantumuis ſibi contritus videatur abſque præmiſſa ſacramentali confeſſione, *ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat*. & infra Canone 11. declarat ipſa S. Synodus, illis, quos conſcientia peccati mortalis grauat, quantumcumque etiā ſe contritos exiſtiment, habita copia confeſſoris, neceſſario præmittendam eſſe confeſſionem ſacramentalem. Et ſtatim contrarium aſſerentes ipſo facto excommunicat.

8. Diuina poſitiua & à Chriſto lata.

Dico Tertio: Præceptum iſtud non eſt diuinum naturale, ſed diuinum poſitiuum à Chriſto traditum Apoſtolis, & per ipſos toti Eccleſiæ. Prior pars eſt clara, quia potui eſſet nō eſſe obligatio talem confeſſionem præmittendi cum poſſit aliter Deus religioſæ & ſanctæ communioni proſpicere. Altera pars probatur, quia Paulus dum Corinthiis ſcripſit *Probet autem ſe ipſum homo*, non tulit legem nouam, ſiue non antea latam, ſed iam prius latam & ipſis intimatam, vtpote cuius tranſgreſſionem in Corinthiis reprehenderat.

9. Quæ non vrget in caſibus aliquibus.

Dico quartò. Licitum eſt Euchariſtiam ſumere omiſſa mortalis confeſſione, ſi duæ conditiones ſimul concurrant, nempe vrgens communicandi neceſſitas & inopia Confeſſarij. Patet ex Trident. ſeſſ... Can. 7. ad finem, & communi Eccleſiæ ſenſu, Ratio vero eſt ſuauis inſtitutio Chriſti, qui noluit vt tantum ſpirituale donum cederet in iacturam honoris, vitæ aut alterius boni, magnæ æſtimationis, ex oppoſito certiſſime, & crebro futuram, vt ex ipſa conditionum explicatione patebit.

Vna conditio eſt vt deſit copia Confeſſarij nempe approbati, atque adeo iuriſdictionem habentis in peccata mortalia. Vnde colliges primo; non excuſari ab hoc peccato moribundum, qui eſſet communicaturus, ſi adeſſet aliquis ſacerdos, nam prò illo articulo omnes Sacerdotes ſunt Confeſſarii approbati.

Secundò colliges, Parochum qui ex officio celebrare debet, vt populus in die feſto Miſſam audiat, excuſari ſi ſolum habeat Sacerdotem non approbatum ab Ordinario: quia talis Sacerdos non habet iuriſdictionem in peccata mortalia niſi pro articulo mortis; & ita debuit diſponi: nam alioquin hoc ipſo quod apud illum Parochus confiteretur, proderet aliis ſuam culpam mortalem.

10. Quando cenſeatur non eſſe confeſſarij copia.

Quæres, quanta debeat eſſe Confeſſarij diſtantia vt excuſet Confeſſionis omiſſionem? Reſpondeo, Quamuis id prudentis arbitrio, nec ſe ipſum immodice amantis, definiendum ſit, tamen vniuerſim dicimus, tunc non eſſe Confeſſarij copiam quando attentis locorum & perſonarum, aliiſque occurrentibus circumſtantiis, non ſatis eſt temporis ad confeſſarium adeundum, & cum tempore redeundum ad communicandum.

Tertiò colliges dum Confeſſarius adeſt, pœnitens verò timet graue damnum, ſibi euenturum ſi apud illum confiteatur, non eſſe cenſendum copiam habere confeſſarij; quia cum tanto diſpendio non tenetur communionis vrgente neceſſitate confeſſionem præmittere: Si tamen hoc damnum timeat ex Confeſſione vnius mortalis, & habeat aliud mortale, iudicandum eſt ſicut de illo qui habet caſum reſeruatum, de quo in Tractatu de Pœnitentia.

Quandò moribundo adeſt diaconus, deeſt ſacerdos, & de aliis euētibus.

Altera conditio, eſt neceſſitas communicādi, quæ poteſt inprimis accidere moribundo cui adeſt Diaconus potens Euchariſtiam adminiſtrare, & non ſacerdos potens abſoluere: & poteſt etiam accidere ſacerdoti, ſi ad communicandum moribundum neceſſe ſit Miſſam celebrare, & celebraturus non habeat confeſſarij copiam. Ita Recentiores cum Suarez diſp. 66. ſect. 4. Addunt tamen cum Vaſquez. diſp. 208. cap. 2. extra hos duos caſus numquam eſſe neceſſitatem excuſantem à præcepto confitendi ſacramentaliter peccatum mortale ante communionem. Vnde ſi Parochus in graui peccato deprehenderetur, idque per oppidum publicaretur, & non haberet confeſſarij copiam, non poſſet Miſſam celebrare, vt Populus illam audiret, etiam in die feſtiuo: quia Miſſæ celebrationem omittens nō incurreret infamiam, immo celebrando ſine præmiſſa confeſſione noui peccati infamiā incurreret. Ego vero tertium inuenio caſum, nempe ſi quis abſque contemptu vel iniuria fidei vel ſacramenti cogeretur Euchariſtiam

ſumere

ſumere non præmiſſa confeſſione peccati mortalis etiam notorij, idque ſub interminatione corporalis mortis. Nam ſi confeſſio non obligat cum diſpendio famæ, non eſt cur obliget cum diſpendio vitæ.

Nec obligat cum diſpendio famæ, aut vitæ.

11. Rogas; an ille qui prætermiſſa confeſſione mortalis, communicauit, teneatur ſtatim poſt communionem confiteri. Reſpondeo cum P. Vaſquez diſputatione citata cap. 1. & pleriſque Recentioribus, ſolum ad id obligari ſacerdotē, qui cum conſcientia peccati mortalis vrgente neceſſitate acceſſit ad altare, vt Miſſam celebraret, quia de hoc ſolum loquitur Concilium Tridentinum citata ſeſſ. 13. Can. 7. dicens. *Quod ſi neceſſitate vrgente, ſacerdos abſque præuia confeſſione celebrauit, quamprimum confiteatur.* Id eſt, cum primum ſine graui incommodo poſſis iuxta illa, quæ ſuperius diximus. Hanc enim legem tulit Concilium pro ſacerdotibus qui in villulis aut oppidulis commorantur, & non facile confeſſarij copiam nanciſcuntur.

Tridentin.

Iam verò dum vrgente neceſsitate quiſpiam accedit ad Euchariſtiam nō præmiſſa mortalis Confeſſione, tenetur contritionem cōmunioni præmittere: quia tenetur non communicare, in peccato mortali; ſi vero non præmittat contritionem, vnum tantum committet peccatum, nimirum indignæ communionis,

Hoc loco plurimi diſputant: An Euchariſtia neganda ſit peccatori publico, vel occulto ipſam petenti: Sed hæc diſceptatio quia miniſtri obligationem attingit, in diſp. 45. ſect. 2 §. 2. commodiſſime expedietur.

DISPVTATIO XLIII.

De corporali diſpoſitione ad recipiendam Euchariſtiam.

SECTIO I. *Quænam corporis munditities, Externa diſpoſitio vel ſanitas ad Euchariſtiam prærequiratur?*

SECTIO II. *de ieiunio, ad cōmunionem requiſito.*

SECTIO I.

Quænam Corporis munditities, Externa diſpoſitio vel ſanitas ad Euchariſtiam prærequiratur.

1. Nulla deformitas vel macula, quæ non ſit moralis, impedit communicare.

RESpōdeo Primò, cum omnibus Theologis præſertim Recentioribus, nullam corporalem maculam quæ ſine peccato mortali contrahitur impedire licitam Euchariſtiæ perceptionem. Quia macula corporea vel lepræ, vel quæuis alia corporis deformitas, cum non ſit defectus moralis non obſtat fini vel effectui vel reuerentiæ huic ſacramento debitæ.

Nec Pollutio in ſomno nec acceſſus coniugalis.

Inde Colliges nullam eſſe culpam etiam venialem accedere ad Euchariſtiam poſt pollutionem, vel copulam carnalem, quam aliquis abſque peccato mortali paſſus fuerit, vel habuerit. Quamuis enim aliqui cum Suarez diſp. 68. ſect. 2. cenſeant regulariter eſſe culpam venialem poſt actum coniugalem ex nimia concupiſcentia habitum, eadem die communicare: Rectius tamen alij, cum Vazquez. q. 77. ar. 7. in commentario, id negant, propter adductam rationem, & addere poſſumus, quia alioquin etiam peccati venialis damnandus eſſet qui poſt cibum aut potum per nimiam venialem concupiſcentiam nocte præcedente ſumptum Euchariſtiam ſumeret.

Reſpondeo ſecundò. Nec eſt grauis obligatio abſtinendi à communione poſt maculam corporalem peccato mortali contractam, v. g. Pollutionem, voluntariam aut fornicationem, niſi Confeſſarius communionis dilationem iniungat. Ratio prioris partis eſt: quia ſimpliciter accedit ad Euchariſtiam digne ſeu non indigne, qui accedit in gratia. Ratio alterius partis eſt: quia iuſtæ poſſunt ſubeſſe cauſæ propter quas Confeſſarius eam dilationem prudenter præcipiat, vt in pœnam præteritæ culpæ, vel in præſeruationem ab imminenti &c. 2.

Niſi confeſſarius præcipiat ob cauſam iuſtam & iuxta finem Sacramenti.

Reſpondeo Tertio: nullus corporalis morbus communionem impedit, aut ex obligatione differt niſi qui vel impedit cibi ſumptionem vt gutturis conſtrictio, quæ Garrotillo dicitur, vel qui traiectum cogit euomere, vt ingens nauſea; vel minatur indignam ſacramenti tractationem, vt furia vel amentia. Ratio eſt: quia nullus alius morbus impedit reuerentiā, & diſpoſitionem ſacramento debitam, atque adeo nec ipſius effectum. 3.

Reſpondeo quarto, nulla alia exterior diſpoſitio ad Euchariſtiam recipiendam ſub pœna peccati requiritur, quia nulla alia in præcepto, vel in conſuetudine grauiter obligante habetur. Quod vero in Concilio Braccharenſi III. præcipitur, vt ſacerdos dum laicorum more communicat ſtolam habeat è collo pendentem: conſuetudine quidem receptum eſt, & obſeruari debet; ſecluſo tamen ſcandalo pro libito omitteretur citra culpam mortalem; quia nec in ſe eſt grauis; nec vt talis præcepta, vel ſaltē recepta videtur: quare deficiente ſtola nec erit peccatum graue, nec leue ſine illa, etiam ex deuotione, communicare. 4.

Quomodo accipiendū ſit concilij Braccharenſe circa Morem ſtolam geſtandi.

SECTIO II.

De ieiunio ad communionem requiſito

PRimo quæres. An ad communionem prærequiratur ex præcepto Eccleſiæ ieiunium. Reſpondeo, requiri: hoc verò præceptum iam inde ab Apoſtolicis temporibus viguiſſe communis eſt Catholicorum ſenſus & late probatur à Vaſquez diſp. 211. c. 1. & quidem de communione ſacerdotali expreſsè hoc præcipitur in concilio Braccharenſi 2. Can. 10. & in Toletano 7. can. 2. Qui ſic habet. *Nullus poſt cibum potumque quemlibet minimum ſumptum, Miſſas facere præſumat.* De cōmunione autem laycali habetur in Concilio Matiſconenſi 3. in fine. De vtraque porro ſupponitur, & confirmatur in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 13. non longe à principio §. *In nomine ſancte.* 5.

Ieiunium requiritur à tempore Apoſtolorū.

Secundo quæres. An requiratur ſolum ieiunium Eccleſiaſticum an vero naturale: ita ſcilicet vt poſt mediam noctem nihil omnino cibi, aut potus ſumatur. Reſpondeo naturale iſtud ieiunium requiri; quia hoc, ſo 6.

Digitized by Google

Conſectaria quædam.

Hinc elicies primo iuſtum qui in ipſo communionis actu peccat venialiter, hoc non obſtante recipere augmentum gratiæ ex opere operato; quia non ponit obicem huic effectui. Secundo & à fortiori, non requiri ad hoc augmentum recipiendum actualem deuotionem: Eſto, quo maior puritas & deuotio fuerit, ſi cætera paria ſint, eo maius recipiatur augmentum. Tertio deduci vniuerſaliter, Si duo fideles ſint inæquales in gratia, & nullam, aliam afferant diſpoſitionem plus augeri gratiam illius, qui maiorem præhabet gratiam; quia maiorem habet diſpoſitionem, & iuxta iſtius menſuram gratia augetur etiam ex opere operato, vt in tractatu de ſacramentis probaui.

SECTIO II.

An & quomodo requiratur ſacramentalis confeſſio?

7. Nulla lex obligat confiteri de venialibus ante Euchariſtiam.

DIco primo. Quamuis peccati venialis confeſſionem communioni præmittere, laudabile ſit, & in more poſitum, non tamen obligatorium, etiam ſub peccato veniali, quia nulla eſt diuina, vel Eccleſiaſtica lex ad venialis confeſſionem obligans vniuerſaliter: Eſto ferri poſſit eius modi lex præſertim in religionibus maiorem quærentibus perfectionem, ſicut poteſt & ſolet in illis præcipi frequentior confeſſio & communio quam vniuerſaliter in reliquo Eccleſiaſtico corpore.

Datur vero lex de omnibus mortalibus commiſſis poſt Baptiſmum.

Dico ſecundo neceſſarium eſt & ſemper in Eccleſia fuit ante Euchariſtiæ ſumptionem confiteri ſacramentaliter omnia peccata mortalia poſt baptiſmum commiſſa. Ita omnes Catholici contra Caietanum in ſumma verbo: *communio ſacramentalis*: & alibi ſcribentis, nullum eſſe præceptum diuinum aut Eccleſiaſticum eiuſmodi peccata confitendi ſacramentaliter ante communionem. (Tridentin.) Aſſertio vero definitur in Tridentino ſeſſ. 13. cap. 7. vbi refertur iſta obligatio non tamquam noua, ſed tamquam ab ipſo Eccleſiæ principio vigens. Affertur enim iſtud 1. Corint. 11. *Probet autem ſe ipſum homo*: & hæc verba ſubiiciuntur: *Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat*, eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius mortalis peccati, quantumuis ſibi contritus videatur abſque præmiſſa ſacramentali confeſſione, *ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat.* & infra Canone 11. declarat ipſa S. Synodus, illis, quos conſcientia peccati mortalis grauat, quantumcumque etiã ſe contritos exiſtiment, habita copia confeſſoris, neceſſario præmittendam eſſe confeſſionem ſacramentalem. Et ſtatim contrarium aſſerentes ipſo facto excommunicat.

8. Diuina poſitiua & à Chriſto lata.

Dico Tertio: Præceptum iſtud non eſt diuinum naturale, ſed diuinum poſitiuum à Chriſto traditum Apoſtolis, & per ipſos toti Eccleſiæ. Prior pars eſt clara, quia potuiſſet nõ eſſe obligatio talem confeſſionem præmittendi cum poſſit aliter Deus religioſæ & ſanctæ communioni proſpicere. Altera pars probatur, quia Paulus dum Corinthiis ſcripſit *Probet autem ſe ipſum homo*, non tulit legem nouam, ſiue non antea latam, ſed iam prius latam & ipſis intimatam, vtpote cuius tranſgreſſionem in Corinthiis reprehenderat.

Dico quartò. Licitum eſt Euchariſtiam ſumere omiſſa mortalis confeſſione, ſi duæ conditiones ſimul concurrant, nempe vrgens communicandi neceſſitas & inopia Confeſſarij. Patet ex Trident. ſeſſ... Can. 7. ad finem, & communi Eccleſiæ ſenſu, Ratio vero eſt ſuauis inſtitutio Chriſti, qui noluit vt tantum ſpirituale donum cederet in iacturam honoris, vitæ aut alterius boni, magnæ æſtimationis, ex oppoſito certiſſime, & crebro futuram, vt ex ipſa conditionum explicatione patebit. 9. Quæ non vrget in caſibus aliquibus.

Vna conditio eſt vt deſit copia Confeſſarij nempe approbati, atque adeo iuriſdictionem habentis in peccata mortalia. Vnde colliges primo; non excuſari ab hoc peccato moribundum, qui eſſet communicaturus, ſi adeſſet aliquis ſacerdos, nam prò illo articulo omnes Sacerdotes ſunt Confeſſarii approbati.

Secundò colliges, Parochum qui ex officio celebrare debet, vt populus in die feſto Miſſam audiat, excuſari ſi ſolum habeat Sacerdotem non approbatum ab Ordinario: quia talis Sacerdos non habet iuriſdictionem in peccata mortalia niſi pro articulo mortis; & ita debuit diſponi: nam alioquin hoc ipſo quod apud illum Parochus confiteretur, proderet aliis ſuam culpam mortalem.

Quæres, quanta debeat eſſe Confeſſarij diſtantia vt excuſet Confeſſionis omiſſionem? 10. Quando cenſeatur non eſſe confeſſarij copia.
Reſpondeo, Quamuis id prudentis arbitrio, nec ſe ipſum immodice amantis, definiendum ſit, tamen vniuerſim dicimus, tunc non eſſe Confeſſarij copiam quando attentis locorum & perſonarum, aliiſque occurrentibus circumſtantiis, non ſatis eſt temporis ad confeſſarium adeundum, & cum tempore redeundum ad communicandum.

Tertiò colliges dum Confeſſarius adeſt, pœnitens verò timet graue damnum, ſibi euenturum ſi apud illum confiteatur, non eſſe cenſendum copiam habere confeſſarij; quia cum tanto diſpendio non tenetur communionis vrgente neceſſitate confeſſionem præmittere: Si tamen hoc damnum timeat ex Confeſſione vnius mortalis; & habeat aliud mortale, iudicandum eſt ſicut de illo qui habet caſum reſeruatum, de quo in Tractatu de Pœnitentia.

Quandò moribundo adeſt diaconus, deeſt ſacerdos, & de aliis euẽtibus.

Altera conditio, eſt neceſſitas communicãdi, quæ poteſt inprimis accidere moribundo cui adeſt Diaconus potens Euchariſtiam adminiſtrare, & non ſacerdos potens abſoluere: & poteſt etiam accidere ſacerdoti, ſi ad communicandum moribundum neceſſe ſit Miſſam celebrare, & celebraturus non habeat confeſſarij copiam. Ita Recentiores cum Suarez diſp. 66. ſect. 4. Addunt tamen cum Vaſquez. diſp. 208. cap. 2. extra hos duos caſus numquam eſſe neceſſitatem excuſantem à præcepto confitendi ſacramentaliter peccatum mortale ante communionem. Vnde ſi Parochus in graui peccato deprehenderetur, idque per oppidum publicaretur, & non haberet confeſſarij copiam, non poſſet Miſſam celebrare, vt Populus illam audiret, etiam in die feſtiuo: quia Miſſæ celebrationem omittens nõ incurreret infamiam, immo celebrando ſine præmiſſa confeſſione noui peccati infamiã incurreret. Ego vero tertium inuenio caſum, nempe ſi quis abſque contemptu vel iniuria fidei vel ſacramenti cogeretur Euchariſtiam

ſumere

Digitized by Google

ſumere non præmiſſa confeſſione peccati mortalis etiam notorij, idque ſub interminatione corporalis mortis. Nam ſi confeſſio non obligat cum diſpendio famæ, non eſt cur obliget cum diſpendio vitæ.

Nec obliget cum diſpendio famæ, aut vitæ.

11. Rogas; an ille qui prætermiſſa confeſſione mortalis, communicauit, teneatur ſtatim poſt communionem conteri. Reſpondeo cum P. Vaſquez diſputatione citata cap. 1. & pleriſque Recentioribus, ſolum ad id obligari ſacerdotẽ, qui cum conſcientia peccati mortalis vrgente neceſſitate acceſſit ad altare, vt Miſſam celebraret, quia de hoc ſolum loquitur Concilium Tridentinum citata ſeſſ. 13. Can. 7. dicens. *Quod ſi neceſſitate vrgente, ſacerdos abſque præuia confeſſione celebrauit, quamprimum confiteatur.* Id eſt, cum primum ſine graui incommodo poſſis iuxta illa, quæ ſuperius diximus. Hanc enim legem tulit Concilium pro ſacerdotibus qui in villulis aut oppidulis commorantur, & non facile confeſſarij copiam nanciſcuntur.

Tridentin.

Iam verò dum vrgente neceſsitate quiſpiam accedit ad Euchariſtiam nõ præmiſſa mortalis Confeſſione, tenetur contritionem cõmunioni præmittere: quia tenetur non communicare, in peccato mortali; ſi vero non præmittat contritionem, vnum tantum committet peccatum, nẽ̄pe [illegible] indignę communionis,

Hoc loco plurimi diſputant: An Euchariſtia neganda ſit peccatori publico, vel occulto ipſam petenti: Sed hæc diſceptatio quia miniſtri obligationem attingit, in diſp. 45. ſect. 2 §. 2. commodiſſime expedietur.

DISPVTATIO XLIII.

De corporali diſpoſitione ad recipiendam Euchariſtiam.

SECTIO I. *Quænam corporis munditiès, Externa diſpoſitio vel ſanitas ad Euchariſtiam prærequiratur?*

SECTIO II *de ieiunio, ad cõmunionem requiſito.*

SECTIO I.

Quænam Corporis munditiès, Externa diſpoſitio vel ſanitas ad Euchariſtiam prærequiratur.

1. Nulla deformitas vel macula, quæ non ſit moralis, impedit communicare.

RESpõdeo Primò, cum omnibus Theologis præſertim Recentioribus, nullam corporalem maculam quæ ſine peccato mortali contrahitur impedire licitam Euchariſtiæ perceptionem. Quia macula corporea vel lepræ, vel quæuis alia corporis deformitas, cum non ſit defectus moralis non obſtat fini vel effectui vel reuerentiæ huic ſacramento debitæ.

Nec Pollutio in ſomno nec acceſſus coniugalis.

Inde Colliges nullam eſſe culpam etiam venialem accedere ad Euchariſtiam poſt pollutionem, vel copulam carnalem, quam aliquis abſque peccato mortali paſſus fuerit, vel habuerit. Quamuis enim aliqui cum Suarez diſp. 68. ſect. 2. cenſeant regulariter eſſe culpam venialem poſt actum coniugalem ex nimia concupiſcentia habitum, eadem die communicare: Rectius tamen alij, cum Vazquez. q. 77. ar. 7. in commentario, id negant, propter adductam rationem, & addere poſſumus, quia alioquin etiam peccati venialis damnandus eſſet qui poſt cibum aut potum per nimiam venialem concupiſcentiam nocte præcedente ſumptum Euchariſtiam ſumeret.

2. Reſpondeo ſecundò. Nec eſt grauis obligatio abſtinendi à communione poſt maculam corporalem peccato mortali contractam, v. g. Pollutionem, voluntariam aut fornicationem, niſi Confeſſarius communionis dilationem iniungat. Ratio prioris partis eſt: quia ſimpliciter accedit ad Euchariſtiam digne ſeu non indigne, qui accedit in gratia. Ratio alterius partis eſt: quia iuſtæ poſſunt ſubeſſe cauſæ propter quas Confeſſarius eam dilationem prudenter præcipiat, vt in pœnam præteritæ culpæ, vel in præſeruationem ab imminenti &c.

Niſi confeſſarius præcipiat ob cauſam iuſtam & iuxta finem Sacramenti.

3. Reſpondeo Tertio: nullus corporalis morbus communionem impedit, aut ex obligatione differt niſi qui vel impedit cibi ſumptionem vt gutturis conſtrictio, quæ Garrotillo dicitur, vel qui traiectum cogit euomere, vt ingens nauſea; vel minatur indignam ſacramenti tractationem, vt furia vel amentia. Ratio eſt: quia nullus alius morbus impedit reuerentiã, & diſpoſitionem ſacramento debitam, atque adeo nec ipſius effectum.

4. Reſpondeo quarto, nulla alia exterior diſpoſitio ad Euchariſtiam recipiendam ſub pœna peccati requiritur, quia nulla alia in præcepto, vel in conſuetudine grauiter obligante habetur. Quod vero in Concilio Braccharenſi III. præcipitur, vt ſacerdos dum laicorum more communicat ſtolam habeat è collo pendentem: conſuetudine quidem receptum eſt, & obſeruari debet; ſecluſo tamen ſcandalo pro libito omitteretur citra culpam mortalem; quia nec in ſe eſt grauis; nec vt talis præcepta, vel ſaltẽ recepta videtur: quare deficiente ſtola nec erit peccatum graue, nec leue ſine illa, etiam ex deuotione, communicare.

Quomodo accipiendũ ſit concilium Braccharenſe circa Morem ſtolam geſtandi.

SECTIO II.

De ieiunio ad communionem requiſito

5. PRimo quæres. An ad communionem prærequiratur ex præcepto Eccleſiæ ieiunium. Reſpondeo, requiri: hoc verò præceptum iam inde ab Apoſtolicis temporibus viguiſſe communis eſt Catholicorum ſenſus & late probatur à Vaſquez diſp. 211. c. 1. & quidem de communione ſacerdotali expreſsè hoc præcipitur in concilio Braccharenſi 2. Can. 10. & in Toletano 7. can. 2. Qui ſic habet. *Nullus poſt cibum potumque quemlibet minimum ſumptum, Miſſas facere præſumat.* De cõmunione autem laycali habetur in Concilio Matiſconenſi 3. in fine. De vtraque porro ſupponitur, & confirmatur in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 13. non longe à principio §. *In nomine ſancta.*

Ieiunium requiritur à tempore Apoſtolorũ.

6. Secundo quæres. An requiratur ſolum ieiunium Eccleſiaſticum an vero naturale: ita ſcilicet vt poſt mediam noctem nihil omnino cibi, aut potus ſumatur. Reſpondeo naturale iſtud ieiunium requiri; quia hoc, ſo

ſonant relatæ Conciliorum leges, & habet etiam totius Eccleſiæ ſenſus, & antiquiſſimus vſus. Nec mirum ſi in hoc præcepto non detur, aut non videatur dari materia leuis: nam licet modiciſſimus eſus aut potus in ſe ipſo ſpectatus leuis ſit: in ordine tamen ad finem intentum, qui eſt reuerentia tanto ſacramento debita, & forſan etiam ſignificatio Chriſti vt noſtri præcipui cibi non eſt leuis, ſed grauis: ſicut etiam appoſitio modiciſſimæ aquæ in vino conſecrando in ſe quidem leuis eſt; in ordine tamen ad ſignificationem grauis, ideoque grauiter obligat.

Nec in hac lege dari materia leuis videtur.

Dixi, Aut non videatur dari materia leuis: quia ſaltem quodam modo dari videtur: ſi quidem ieiunium iſtud naturale non frangitur, ſiquis ante communionem os obluat & ablutionem non ita integre ejiciat quin aliquid aquæ in ore relinquat, quod ſaliuæ immixtum, ſeu *per modum*, vt aiunt, *ſaliuæ* traiiciat: vt omnes Doctores nemine dempto fatentur.

Niſi aliquomodo, quando ſcil. per modum ſaliuæ.

7. Tertiò quæres. Quid ſit illud cuius ſumptione ieiunium iſtud frangitur? Reſpōdeo non frangi ieiunium iſtud cuiuſuis rei ſumptione, etiam perfecta vſque ad ſtomachum traiectione, ſed traiectione rei quæ calore ſtomachi decoqui & tranſmutari poſſit, vt panis, vinum, &c. Quare qui lapidis, vel ferri vel ceræ fruſtum deglutiret adhuc remaneret ieiunus & ad communionem aptus.

8. Quarto quæres qualis debeat eſſe ſumptio, vt ieiunium iſtud violetur? Reſpondeo debere eſſe perfectam, & conſummatam, ita eſt vt quod ſumitur ad ſtomachum vere perueniat. Iam id ſupra ſignificaui, quia hoc ſolum eſt vere & proprie comedere, & legum verba vt pote odioſa ſtrictè capienda ſunt. Quare ſiquis ore accepit aut etiam in gutture habuit cibum aut potum, & antequam ad ſtomachum demitteret reuocauit, ieiunium naturale ſeruat, & communicare poteſt; imo etiam ille qui fruſtulum cibi in cuſpide fili ferrei per guttur vſque ad ſtomachum demiſit, & non dimiſſum eadem cuſpide integrum nihilque prorſus diminutum extraxit ieiunus naturaliter eſt quia vere nihil cibi potuſue ſumpſit.

Comeſtio, vt impediat, debet eſſe conſummata.

9. Quinto quæres. An vt ieiuniū iſtud frangatur, illud quod in ſtomachum trajicitur debeat eſſe ab extrinſeco illatum? Affirmo cum communi Doctorum. Quia nemo aliter propriè comedit aut bibit, niſi in ſtomachum immittendo rem, quæ extra ſuam perſonam præexiſtens intra ipſam ponatur. Quare nō frangit ieiunium iſtud ille qui ſanguinem aut alium humorem qui ex capite defluit in os in ſtomachū mittit: frangeret vero ſi ſemel à ſuo corpore extractum in os acciperet, in ſtomachumque deiiceret.

Debet quod ſumitur eſſe ab extrinſeco.

10. Sexto quæres, an vt iſtud ieiunium frangatur debeat illud quod ſumitur, eſſe ori illatum eo ipſo die. Diſtinguendum reor: nam vel ſunt cibi reliquiæ per accidens relictæ v.g inter dentes, & per iſtas eo ipſo die traiectas ieiunium naturale non frangitur; & ſic intelligo S. Thomam quæſt. 80 ar. 8. ad 4. ſi vero non ſint reliquiæ per accidens relictæ, ſed vera pars cibi ante mediam noctem in os accepti, per eius traiectionem frangitur hoc ieiunium, v. g. ſi ante mediā noctem accipias in os ſacchaream aliquam tabellam paulatim eliquandam & eliciendam, vt eius liquoris partem ante mediam noctem deglutias, alteram vero partem poſt mediam noctem, ieiunium naturale franges quia ſimpliciter illa ſumptio eſt noua refectio per ſe & huius diei propria. Confirmatur, quia alioqui magnam ſacchari copiam, poſſes ante mediam noctem ori immittere, & poſt mediam noctem traiicere, & tamen communicare quam eſſe abſurditatem nullus neget.

An reliquiæ ex cibo diei prioris.

Septimo quæres, quando incipiat dies, in quo, ieiunium iſtud requiritur. Reſpondeo cum omnibus Doctoribus incipere à puncto mediæ noctis. Quare ſi quis falſo credens iam eſſe mediam noctem communicet, & poſtea deprehendat ſe communicaſſe ante mediam noctem, poterit poſt mediam noctem iterum communicare, etiam ſi poſt priorem communionem cibum ſumpſerit, dummodo ſit ante mediam noctem; quia ſuo iure vtetur. 11.

Incipit dies à puncto mediæ noctis.

Octauo quæres; quid ſi aliquis dubitet, an ſit ieiunus? Reſpondet probabiliter Lugus in hunc ferre modum: vel dubitat ſolum de actione ſumendi alimoniam, & certus eſt de tempore, & ſic poteſt communicare, verbi gratia ſi ſciat ſe poſt mediam noctem exercuiſſe talem actionem, verbi gratia abluiſſe os, & dubitet, num aliquid aquæ traiecerit. Vel econtrà certus eſt de ſumptione, & incertus de tempore, verbi gratia ſcit ſe certo comediſſe, & dubitat, vtrum poſt mediam noctem, & in hoc euentu non poteſt communicare. Ratio eſt quia in dubiis melior eſt conditio poſſidentis & in priori euentu poſſidet homo; in altero poſſidet præceptum. 12.

Quid de dubio circa ieiunium iſtud.

Sed quid ſi multa ſunt horologia, & alia aliis tardiora? Reſpondeo cum recentioribus quos approbat Lugo poſſe ſtare omnium tardiſſimo, dum non conſtet eius error. Nam iſto non conſtante quodlibet horologium facit opinionem probabilem.

Vbi plura ſunt horologia poteſt quis ſtare tardiſſimo, vel celeriori, ſi velit.

Nono quæres; an, & quando non obligetur ſiue excuſetur homo ab hac lege communicandi ieiunè: Reſpondeo primo, excuſari, vel potius non obligari vt communicet in articulo mortis, idque ſiue morbo aliquo laboret qui communicaturus eſt, ſiue ſupplicio extremo afficiendus ſit; quia ſic habet Eccleſiæ ſenſus & vſus. 13.

Hoc præceptum non datur in articulo mortis.

Addunt optime Suarez multique alij Doctores quibus conſentit Lugus, contra Vazquez, poſſe infirmum in eadem infirmitate, eodemque vrgente & continuato mortis periculo ſæpius communicare non ieiunum, quia ſic etiam habet fidelium vſus Eccleſiæ notus, & ſilentio ipſo approbatus. Vtrum vero ita communicare poſſit trigeſimo quoque die, aut vigeſimo, decimo, an octauo, tertio, an quotidie, (nam pro omnibus his ſpatiis Auctores ſunt.) Optima mihi videtur Lugi reſolutio ſeruandam nempe eſſe loci conſuetudinem. Quia ſicut hæc ſola licitas reddit plures communiones in eodem periculo; ita ſola hæc determinare debet certum earum interſtitium.

Quamuis ſæpius infirmus communicet in eodem morbo longiore.

Vnde colliges, cum Suarez aliiſque grauiſſimis, non licere ſacerdoti non ieiuno celebrare, vt moribundus communicet, omiſſis autem aliis rationibus vnica firma eſt; quia neque lex nec Eccleſiæ conſuetudo caſum iſtum excipit Quæ ratio clarior eſt apud nos qui cenſemus diuinum communionis præceptum non obligare in articulo mortis vt ſequente diſputatione probabitur. 14.

Non licet ſacerdoti nō ieiuno miſſam celebrare, vt infirmus communicet.

Secun

Etſi liceat aliquando communicare ad vitandum ſcandalum vel vitam ſeruandam

Secundo poſſe non ieiunum communicare ad vitandum ſcandalum vel infamiam vt commune Doctorum tradit: quia præceptum Eccleſiaſticum non obligat cum tanto diſpendio; quibus conſequenter & ob eandem rationem addo, poſſe etiam non ieiunum communicare ad vitandam mortem, vel aliquod grauiſſimum damnum comminatum, non in contemptum fidei, religionis, vel Eccleſiæ, vt in ſimili ſupra dixeram.

15. Ad ſacrificium inchoatum ſumendum.

Reſpondeo tertiò ad conſummandum ſacrificium inchoatum v. g. ſi ſacerdos deprehendat ſe non ſumpſiſſe ſpecies vini, ſed aquæ vel alius liquoris, poteſt non ieiunus communicare. Item ſi poſt conſecrationem recordatur ſe non eſſe ieiunum. Similiter ſi poſt calicis ablutionem inueniat aliquas corporis, vel ſanguinis reliquias in illa Miſſa conſecratas: quia illarum ſumptio, eſt ſacrificij conſummatio: Si vero conſecratæ fuerint in alia Miſſa & decenter conſeruari poſſint, non poſſunt licitè ſumi à non ieiuno propter contrariam rationem, quia nempe illarum ſumptio non eſt ſacrificij conſummatio.

Si reliquiæ ſacrificij decenter aſſeruari nequeunt

Ad ſacramenti irreuerentiam præcauendam

Reſpondeo vltimo; poſſe non ieiunum ad euitandam ipſius ſacramenti irreuerentiam, ex. gratia; ab Hæreticis aut aliis ingruentibus hoſtibus imminentem, ſi enim in hac neceſſitate peccatorem non obligat præceptum præmittendi contritionem, vt ſupra vidimus; multo minus obligat præmittendi ieiunium. Plura de his affert cit. Lugo diſp. 15. nobis præciſe hæc attigiſſe ſatis.

DISPVTATIO XLIV.

De Euchariſtiæ neceſſitate ad ſalutem.

SECTIO I. *An Euchariſtia neceſſaria ſit ad ſalutem neceſſitate medij.*

§. 1. *Neceſſaria non eſt adultis, nec paruulis in re.*

§. 2. *Nec in re, vel in voto ad primam gratiam.*

§. 3. *Nec ad perſeuerantiam, & gloriam.*

SECTIO II. *An, & quatenus Euchariſtia ſacramentum neceſſarium ſit neceſſitate præcepti diuini.*

§. 1. *Dari præceptum diuinum ſumendi Euchariſtiam.*

§. 2. *Præceptum diuinum percipiendi Euchariſtiam, quas obliget perſonas.*

§. 3. *Præceptum hoc diuinum quandonam obliget?*

SECTIO III. *Quomodo ſacramentum hoc neceſſarium ſit neceſſitate præcepti Eccleſiaſtici.*

§. 1. *Quas perſonas, & quo tempore præceptum Eccleſiaſticum Communionis obliget.*

§. 2. *Præceptum annua ſeu Paſchalis Communionis, quo tempore obliget?*

SECTIO IV. *An & quatenus hoc ſacramentum neceſſarium ſit ex Præcepto Eccleſiaſtico in Articulo mortis?*

NEceſſarium ad ſalutem vel eſt neceſſitate medij, vel præcepti diuini, vel præcepti Eccleſiaſtici tum tempore paſchatis, tum in articulo mortis.

Quæ omnia capita libuit hac Diſputatione complecti, & ſingula ſingulis ſectionibus expedire Supponimus autem ex Tractatu noſtro de fide, dum agitur de neceſſario ad ſalutem, nomine ſalutis intelligi promiſcuè gratiam iuſtificantem, & gloriam: vnde in hac diſputatione neceſſarium ad vtrumque, imo & ad perſeuerantiam, in Euchariſtia exquiremus.

SECTIO I.

An Euchariſtia neceſſaria ſit ad ſalutem neceſſitate medij.

DVm de Fidei neceſſitate diſſererem, ex inſtituto probaui, neceſſariũ illud eſſe neceſſitate medij, quod in rem, ad quã dicitur, ita influit, vt illa nunquã ſine ipſo habeatur: quod in præſenti ſupponendum voluimus. Porrò Euchariſtiam eſſe hoc modo neceſſariam ad ſalutem plures Hæretici docuerunt, vt eis tribuunt Guido Carmelita, & Thomas Valdenſis, Petrus Prateolus, & P. Suarez diſp. 40. ſect. 2. Cæterum omiſſis nunc Hæreticis, cum Scholaſticis diſſeremus. 1. Quid ſit eſſe medium neceſſarium ad ſalutem.

§. I.

Neceſſaria non eſt adultis, nec paruulis in re.

VT ab iis, quæ certa quidem ſunt, ſed propugnationem requirunt, incipiamus; aſſerimus primò, Euchariſtiam in re ſuſceptã nec adultis, nec infantibus eſſe medium neceſſariũ ad ſaluté. Hic eſt omnium Catholicorũ ſenſus, & proculdubio ad fidem pertinens. Quia quod eſt neceſſariũ neceſſitate medij in re ad ſaluté, ita ſe habet, vt ſine illo realiter habito, nũquam ſalus obtineatur; Atqui ſine Euchariſtiæ ſacramento realiter ſuſcepto, ſæpiſſimè ſalus omnino obtinetur; nam & per Baptiſmum tam infantes, quàm adulti; & per Pœnitentiam baptizati peccatores gratiam accipiunt; etſi abſque ſacramento Euchariſtiæ realiter ſumpto, decedant, conſequenter gloriam: Ergo iſtud neutris illorum eſt ad ſalutem neceſſarium neceſſitate medij in re. 2. Euchariſtia in re ſuſcepta non eſt tale medium.

Obiicies primò verba illa Chriſti apud Ioannem c. 6. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Quæ verba ſimillima ſunt iis euſdem Chriſti apud eundem Ioannem c. 3 de baptiſmo dicentis: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnũ Dei*, Vel igitur priora, quæ de Euchariſtia ſunt, loquuntur de neceſſitate medij in re: & ſic habemus intentum; vel de neceſſitate medij in voto; & hoc modo ſacramentũ Euchariſtiæ neceſſarium erit adultis in voto, infantibus autẽ in re. Reſpondeo verba, *Niſi mãducaueritis*, ſine fundamento capi de neceſſitate medij, prout ex dicendis planè cõſtabit. Nec obſtat ſimilitudo cũ illis; *Niſi quis renatus fuerit ex aqua*: nam ad vtrorumq; veritatem, ac proprietatẽ neceſſariũ nõ eſt, vt vtraque de neceſſitate eiuſdẽ generis

agant, ſed vt veram contineant neceſſitatem.

3. *Nec dicto obſtant verba Chriſti apud Ioan. 6.*

At inquies: aſtruens Chriſtus Euchariſtiæ neceſſitatem Ioan. 6. v. 57 ſic ait: *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me.* Atqui ſiue Chriſtus de ſe loquatur vt Verbo, ſiue vt homine, nullatenus viuere poteſt, quin à Patre vitam re ipſa recipiat: Ergo nec homo, quin re ipſa recipiat Euchariſtiam. Sed contrà quia comparatio non eſt ſtrictè capienda: nam alioqui probaret, nec diuinitus poſſe hominem in gratia viuere, niſi hoc ſacramento re ipſa ſuſcepto. Quare Chriſti ſenſus dumtaxat eſt. Sicut verum eſt, quòd ego accipiens entitatem à Patre, viuo propter Patrem: ita verum eſt, quod is, qui me dignè ſuſceperit, propter me viuet. Proinde continet inſignem huius veritatis aſſeuerationem, & confirmationem: quaſi nempe Chriſtus dicat. Non eſt quidem opus puri hominis ita ſe manducandum præbere hominibus, vt hi per illius eſum vitam diuinam viuant: ideo non efficiet opus iſtud purus homo, Sed Homo Deus. Quare ſicut ſum verus Deus, & vitam à Patre recipio; ſic efficere poſſum, & præſtabo, vt qui me manducauerint, vitam diuinam propter me viuant.

4. *Opponuntur ſententiæ S. Innocentij & S. Auguſtini.*

Obiicies ſecundò Innocentium I. epiſtola 26. quæ apud Auguſtinum eſt 93. ſcribens ad Patres Illiberitanos, & ipſorum ſynodum approbans, inde probat. Baptiſmum in re ſuſceptum neceſſarium eſſe paruulis, quia Chriſtus dixit: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis* & vnde S. Auguſtinus epiſt. 166. non longè poſt medium, illam ipſam baptiſmi neceſſitatem in paruulis, eiſdem Chriſti verbis aſtruens, & ad prædictum Innocentij locum alludens inquit; oppoſitam ſententiam eſſe, & contra domini ſententiam, & contra Apoſtolicæ ſedis auctoritatem, vbi de hac ipſa re cùm ageretur, hoc teſtimonium adhibitum eſt Euangelicum, ne paruuli non baptizati vitam poſſe habere credantur. Itaque & Synodus, & cum Synodo Pontifex, & cum ipſis Auguſtinus ita diſſerunt. Manducatio Chriſti neceſſaria eſt ad ſalutem: Ergo & paruulis Baptiſmus: Atqui loquūtur de Baptiſmo realiter ſuſcepto: Ergo & de Euchariſtia realiter ſumpta.

5. *Quæ varie declarantur à diuerſis.*

Multa hîc multi; ſed difficilia. S. Thomas, Laurentius Iuſtinianus, & Ianſenius, referente, & approbante Suarez Diſp. 40. ſect. 1. §. *Et iuxta hanc*, dicunt, verba illa Chriſti, *Niſi manducaueritis* & à Chriſto dicta de ſolis adultis, & ab Auguſtino per extenſionem intellecta etiam de paruulis. Sed quid Pontifex Innocentius Synodum approbans? Vel enim vtitur extenſione, vel non. Si non vtitur: ergo paruulis Euchariſtia neceſſaria eſt. Si vtitur; vel cum ſalua veritate, vel non: iſtud poſterius dici nequit: priori admiſſo neceſſe eſt Euchariſtiam eſſe paruulis neceſſariam: Ergo &c.

Idem Suarez ibidem §. *vltimo iam obſeruaui*, & Ioannes de Lugo diſp. 3. ſect. 2. num. 46. reſpondent, verba illa, Niſi manducaueritis, intelligi de neceſſitate præcepti in ordine ad adultos. De paruulis autē ab Innocētio, & Auguſtino capi de manducatione ſpirituali Chriſti, quæ fit per fidem; & de vnione ſpirituali cū ipſo, & eius mēbris, quæ fit per gratiam: Et cùm tam fides, quàm gratia, paruulis in Baptiſmo tribuatur, ideo rectam eſſe illorum argumentationē, quæ talis eſt: Niſi paruuli mãducauerint ſpiritualiter Chriſtum, non poſſunt habere vitam in ſe ipſis: Atqui non poſſunt illum ſpiritualiter manducare, niſi manducent in Baptiſmo: Ergo hic eſt paruulis ad ſalutem neceſſarius.

Mihi doctrina hæc diſplicet primò, & præcipuè, quia valde impropriè & violenter dicitur Chriſtus per fidem, aut in Baptiſmo manducari. Chriſtus enim in Baptiſmo nō ſe habet vt cibus, nec is, qui baptizatur ſe habet vt comedens: ſed Chriſtus ſe habet vt ſpiritualiter generans, & qui baptizatur, vt ſpiritualiter genitus. Et quidem in his materiis exactè ſeruanda eſt analogia, & conuenientia ſpiritualium cum corporeis: cùm Eugenius IV. in Concilio Florentino expreſſe pronuntiet, eam in ſacramentis obſeruari; ſic ſcilicet, vt per Baptiſmum renaſcamur, per Confirmationem roboremur, per Euchariſtiam nutriamur. Quo ergo fundamento, vel qua doctrinæ conſecutione dici poteſt Chriſtus per Baptiſmum, aut per fidem manducari? Secundò, quia ſi ſemel admittatur, verba illa, Niſi manducaueritis, in ſenſu litterali loqui de manducatione ſpirituali, quo fundamento, aut doctrinæ conſecutione perſuadebimus Hæreticis realem Chriſti in Euchariſtia præſentiam, realem manducationem? Tertio, quia ſine maiore circuitu, vel diſcurſu poſſunt illa verba intelligi, & conſequentiam à Pontifice intentam deducere, vt iam enitar oſtendere, 6.

Cæterum vt tacitæ obiectioni prius occurram, non nego, verba illa, *Niſi manducaueritis &c.* à SS. Patribus interdum accepta de Chriſti manducatione ſpirituali. Duo tamen addo: Primum, eos egiſſe de manducatione ſpirituali, conſiſtente in deſiderio manducandi realiter Chriſtum in Euchariſtia re ipſâ contentum, quam hodieque vocamus communionem ſpiritualem: Alterum eſt quando non egerunt de eiuſmodi communione, ſed de manducatione per fidem, ſine incommodo id egiſſe, dum vera Chriſti præſentia ab Hæreticis non impugnabatur; quia ſenſus ille ad alia prodeſſe poterat, & Euchariſtiæ non obeſſe: Eccleſiam autem eo ſenſu nunquam vſam; & nunc Doctores non debere vti, ne ſcilicet Hæreticis arma ſuppeditent. Firmo id, ab exemplis, ex Auguſtino, qui dum peccati originalis veritatem contra Hæreticos defendebat; nonnullis argumentis, & Scripturæ ſenſibus vtebatur minimè firmis; quia ſcilicet vſus ille nocere non poterat, & aliquibus prodeſſe poterat. Eccleſia verò, quæ clauem habet ſcientiæ, & Scripturarum, non ſic vſa eſt verbis illis, *Niſi manducaueritis*, vt iam explico.

7. *Patres egiſſe de communione ſpirituali.*

Aliquando fuit PP. ſpecialis modus arguendi cõtra Hæreticos.

8. *Innocentius loquutus eſt de reali mãducatione Chriſti, & ex ipſa probat neceſſitatem Baptiſmi.*

Dico enim, verba iſta Chriſti, *Niſi manducaueritis &c.* ab Innocentio Pontifice ad Concilium Mileuitanum ſcribente, & ipſum approbante, intelligi de manducatione Chriſti vera, & reali, quæ per Euchariſtiæ ſumptionem efficitur: & intelligi de neceſſitate præcepti in adultis: & inde rectiſſime inferre neceſſitatem realis Baptiſmi in paruulis hoc diſcurſu: Eiuſdem Chriſti eſt vitã nobis ſpiritualem tribuere, eamque nutrire, fouere, & conſeruare: ſed Chriſtus vitam ſpiritualem nobis fouet, nutrit, & conſeruat per Euchariſtiam, cùm ipſe dicat, *Niſi manducaueritis &c.* ergo vitam ſpiritualem ipſe nobis tribuit per Baptiſmum, quia ſiue adulti, ſiue paruuli ſine Baptiſmo nequeunt vitam habere ſpiritualem.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Nec in re, vel in Voto ad primam gratiam.

9. NEceſſariam non eſſe neceſſitate medii in re, conſtat ex §. præcedente; non eſſe neceſſariam neceſſitate medii in voto, communis eſt Catholicorum ſenſus: & de infantibus hâc ratione clariſſimus. Solum illud eſt neceſſarium in voto, quod aliquo modo cenſetur volitum per volitionem veram actu exiſtentem ex. gr. Baptiſmus adulto nondum baptizato, nec habenti copiam baptizantis, eſt neceſſarius in voto ad obtinendam gratiam primam; quoniam vt iſtam ille conſequatur, debet elicere actum contritionis, vel dilectionis Theologicæ, in quo actu continetur quodam modo, ſiue imbibitur votum, ſiue propoſitum obſeruandi omnia præcepta grauem inducentia obligationem; ac proinde præceptum Baptiſmi re ipſâ recipiendi. Cum autem infantes nullum ejus modi actum habere poſſint, non poteſt eis Euchariſtia neceſſaria eſſe in voto.

10. De adultis probatur primò, quoniam Eugenius IV. cum Concilio Florentino in Armenorum inſtructione §. *quintò Eccleſiaſticorum*, & deinceps, & Tridentinum ſeſſ. 7. & in cæteris de Sacramentis, ſolis Baptiſmo, & Pœnitentiæ pro effectu aſſignant peccati mortalis remiſſionem, & primam gratiam: Ergo cenſent, hæc duo ſacramenta effectum illum cauſare, ſine Euchariſtiæ voto. Patet conſequentia, quia dum aliqua res tribuit gratiam cum voto alterius, ad Concilium ſpectat id explicare, vt præſtitit in ſeſſ. 14. cap. 4. pronuncians, contritionem quidem conferre primam gratiam peccatori, per votum Sacramenti Pœnitētiæ in contritione incluſum proinde cum aſſerunt, hominem iuſtificari per Baptiſmum, & per Pœnitentiam, & per contritionem ratione voti Pœnitentiæ in contritione incluſi; & non dicunt id præſtari per Euchariſtiæ votum in aliquo trium iſtorum imbibitum, argumento eſt, hoc ſacramentum neceſſarium non eſſe neceſſitate medii in voto. Nam ſi eſſet, ſicut eſt Pœnitentiæ Sacramentum, cur Concilium dixiſſet, contritionem iuſtificare per votum quod includit ſacramenti Pœnitentiæ, & non dixiſſet etiam per votum quod includit Sacramenti Euchariſtiæ. Sicut enim iuſtificatus per contritionem tenetur ſuo tēpore, hoc eſt, ſemel in anno, recipere Sacramentum Pœnitentiæ, ſic etiam Euchariſtiæ: Si ergo ad Fideles illius obligationis monendos, votum explicat ſacramenti Pœnitentiæ in contritione incluſum; profectò ſi etiam votum Euchariſtiæ includeretur, debuiſſet Concilium ad eam obligationem intimandam, eiuſmodi incluſionem explicare.

11. Secundò probatur ex S. Thoma 3. par. q. 65. art. 4. Quærens enim, Vtrum omnia Sacramenta ſint de neceſſitate ſalutis, reſpondet, tria tantum neceſſaria eſſe; Baptiſmum, Pœnitentiam, & Ordinem; cum hoc tamen diſcrimine, vt Baptiſmus ſit neceſſarius omnibus, & ſingulis perſonis: Pœnitentia omnibus, & ſolis, quæ poſt Baptiſmum lethaliter peccarunt: Ordo autem ſit neceſſarius Eccleſiæ, ſive communitati. Vbi manifeſtè loquitur de neceſſitate medii in re, vel in voto; vt per ſe quiſque perſpiciet: proinde & S. Doct. procul eſſe vt ſentiat, Euchariſtiam hoc neceſſitatis genere, eſſe neceſſariā.

12. Tertiò ſuadetur ratione, quia quotieſcumque gratia confertur per votum vnius rei in alterâ incluſum, remanet obligatio exequendi rem illam per cujus votū gratia recipitur. Ex. cauſâ, qui iuſtificatur per ſacramenti Pœnitentiæ votum in contritione imbibitum, tenetur Pœnitentiæ Sacramentum poſtea realiter accipere; & adultus qui iuſtificatur per Baptiſmi votum in contritione, vel Theologica dilectione contentum, debet poſtea re ipſa baptizari. Sed non omnis adultus, qui primam recipit gratiam, tenetur poſtea recipere Euchariſtiam; nam pueris etiam ratione vtentibus, v gr. ſeptennibus, non dat Eccleſia communiter Euchariſtiam: & qui ſumpto viatico peccat mortaliter, non tenetur poſtea ſumere Euchariſtiam, cum tamen teneatur ſacramentaliter confiteri: Ergo nemo iuſtificatur per Euchariſtiæ votum in Baptiſmo, Pœnitentiâ, contritione vel theologica dilectione contentum.

13. Quartò, quia res illa, per cuius tanquam medii votum in alia clauſum iuſtificamur, ita ſe habet, vt ipſa per ſe ipſam, & ſine illius alterius conſortio poſſit, ac per ſe loquendo primam gratiam tribuat. Ex. cauſa Baptiſmus, & Pœnitentia, per quorum votum in contritione imbibitum primam gratiam peccator adultus accipit, ſi realiter applicentur, abſque contritione, vel dilectione. Atque ideo ſcilicet contritio dicitur eam conferre per votum illorum in ipſa contentum, quia per hoc votum diuinitus conſtituitur contritio quaſi vicaria ſacramenti, eiuſque realem ſuſceptionem ſupplens, cum obligatione tamen illius. Atqui Sacramētum Euchariſtiæ ſecundum ſe ipſum realiter applicatum peccatori, non ei primam gratiam tribuit: Ergo votum Euchariſtiæ tanquam medii nec in Baptiſmo, nec in Pœnitentia, nec in contritione, nec in theologica dilectione continetur. Major, & conſequentia ſolidiſſimæ ſunt. Minor fusè à nobis probata in tract. de ſacramentis in genere Diſp. 11. ſect. 2. Addo, quamvis Euchariſtia non nunquam primam gratiam conferret, non inde fieri, vt eius votum in contritione includatur: nam illam conferret per accidens, & conſequenter, ſupplens defectum contritionis: proinde contritio non confert, ſupplendo defectum Euchariſtiæ, & proinde nec per Euchariſtiæ votum in contritione imbibitum.

Votum Euchariſtiæ vt medii ad 1. gratiam non continetur in Baptiſmo, nec in contritione.

14. Opponi ſolet: quia ſicut Chriſtus Ioannis 3 dixit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum* Dei, ita Ioan. 6. dicit: *Niſi manducaueritis carnem filii hominis &c. non habebitis vitam in vobis*: Sed prima verba certiſſimè denotant neceſſitatem Baptiſmi tanquam medii, in re, vel in voto: Ergo & altera ſimilem Euchariſtiæ neceſſitatem ſignificant. Reſpondemus, nullam eſſe conſequentiam, vt iam ſupra num. 2. probauimus.

15. Opponuntur etiam aliqui PP. qui potius videntur agere de neceſſitate Euchariſtiæ ad gloriam corporis, quam ad gratiam animæ: ideoque illos §. 3. referam, & exponam. Si tamē contendas, de neceſſitate ad gratiam diſſerere; dicam, vel non agere de neceſſitate medii, ſed præcepti; vel ſi de neceſſitate medii, non de neceſſitate ſimpliciter, ſed ſecūdum quid. proinde cenſentes, Euchariſtiæ votum, ſeu deſiderium eſſe medium valde conueniens ad primam gratiam conſequendam.

Digitized

16. Opponitur item S.Thomas 3.p.q. 79. ar. 1. ad 1.affirmans, neminem iuſtificari ante Euchariſtiæ ſuſceptionem ſine voto ipſius, aut proprio,vt habent adulti in contritione; aut alieno, quale habent paruuli per Eccleſiam Reſpondeo S.Thomam num.11.relatum, dum ex profeſſo agit de neceſſitate ſacramentorum,apertiſſimè eſſe pro noſtra ſententia:proinde incredibile eſſe, illum in præſens contrariæ fauere, nullo edito retractationis indicio: nam dum aliquam ſententiam in hac 3. parte mutat,expreſſe illam retractat, vt videre eſt q. 62.ar.6.ad.3.& q.70. ar. 4. Addo pro legitima explicatione,mentem S.Doctoris in hac reſpōſione, venandam eſſe ex doctrina, quam in corpore tradit: nempe hoc ſacramentum conferre omnem gratiam, atque adeo primam duobus titulis, vno quia continet Chriſtum, qui eſt fons totius gratiæ, altero quia repræſentat Chriſti paſſionem, à qua omnis gratia deriuatur. Hoc autem non eſt, Euchariſtiam in ratione Euchariſtiæ gratiam conferre, ſed Chriſtum, & Chriſti paſſionem. Vnde cum S. Doctor reſpondet, neminem iuſtificari abſque voto Euchariſtiæ proprio,vel alieno, non aliud vult,quàm non iuſtificari ſine fide Chriſti, & paſſionis eius propria, vel per Eccleſiam.

Mens S. Thom. indagatur ex contextu ipſius.

Et explicatur de fide Euchariſtiæ & Paſſionis Chriſti.

17. Opponitur denique, ſacramentum Euchariſtiæ præſtantius eſſe,quam Baptiſmi, & Pœnitentiæ:ſed hæc duo ſunt neceſſaria neceſſitate in re,vel in voto:Ergo & Euchariſtia.Mala eſt tamen conſequentia; cùm inde fieret, Euchariſtiam, ſicut eſt ſacramentum cæteris omnibus infinitè nobilius, ita eſſe infinitè magis neceſſarium. Nec ſolum mala eſt, ſed etiam præpoſtera, quia potius oportuit, vt ſacramentum adeo nobile, quodque ad ſui confectionem eget ſacerdote, & ad conuenientem confectionem,& adminiſtrationem non vulgari apparatu, non eſſet neceſſarium ad iuſtificationem; ne rerum illarum defectu, iuſtificatio fieret valde difficilis. Vnde ad eam facilitandam paruulis, Baptiſmus à quolibet in qualibet occaſione valide,& in caſu neceſſitatis etiam licitè confertur.

§. III.

Nec ad perſeuerantiam, & gloriam.

18. HÆc etiam eſt apud omnes recentiores Theologos receptiſſima doctrina, ſi paucos Thomiſtas excipias, infra nominandos. Nunc ſuadetur primò auctoritate Tridentini, negatiua quidem illa, ſed tamen æquiualente poſitiuæ. Nam cum expreſſe definiat, Baptiſmum, & Pœnitentiam eſſe ſacramenta ad ſalutem neceſſaria abſolutè:Euchariſtiam tamen ſolum definit eſſe neceſſariam neceſſitate præcepti:& quidem cùm eius vtilitatem ad perſeuerandum,ac proinde magnam habuerit occaſionem eius neceſſitatis,ſi veram cenſeret, definiendi Occaſionem Tridentino oblatam, ex eiuſdem verbis oſtendemus infra numero 22. dum obiectiones diſſoluemus;& num. 19. vbi
19. de neceſſitate Præcepti. Secundò auctoritate S.Thomæ 3.p.q.65.art.4.Quærens enim, vtrū omnia ſacramenta ſint de neceſſitate ſalutis, expreſſè dicit,ſolum Baptiſmum eſſe neceſſarium ſingulis perſonis; ſolam Pœnitentiam ſingulis poſt Baptiſmum grauiter lapſis,& ſolum Ordinem toti Eccleſiæ, vt §. ſuperiore num.11.retulimus.Atqui ſi S. Doctor cenſeret Euchariſtiam eſſe neceſſariam neceſſitate medii in re,vel in voto ad perſeuerandum, cenſeret eſſe neceſſariam ad ſalutem æternam, ſaltem iis, qui, poſt gratiam acceptam, longo tempore viuunt;qui ſunt plurimi, & frequentiſſimi:Ergo debuiſſet S. Doctor quadripartitam diſtinctionem adhibere,& in tertia parte, ſeu membro docere,Euchariſtiam eſſe neceſſariam iis,qui poſt acceptam iuſtificationis gratiam,vitam agunt longiorem.

Probatur teſtimoniis S.Thomæ.

Tertiò ratione, quia perſeuerantia vel ſumitur latiſſime,qua ratione ſolum dicit gratiæ 20.
ſtatum vſque ad mortem: & ſic poteſt haberi moriente iuſto immediatè poſt iuſtificationem acceptam:talem autem mortem ab Euchariſtia cauſari,nullus cum fundamento dicere poteſt, tum nec in aliqua fidei regula contineatur,nec aliqua ſufficienti ratione probetur. Vel perſeuerantia ſumitur minùs latè pro conſeruatione gratiæ per aliquem vitæ tractum, vel etiam longiſſimum, vſque ad mortem.Et nec ſic dici poteſt prouenire ab Euchariſtia in re, vel in voto. Tum quia liberrimè etiam, & abſque fundamento in aliqua fidei regula id aſſereretur:Tum etiam,quia ſacramentum quod in re, vel in voto cauſat effectum aliquem, quoties ritè, ac debitè ſuſcipitur, tum infallibiliter cauſat: proinde ſi Euchariſtia in re,vel in voto cauſaret perſeuerantiam,profectò quiſquis debitè, & in re ſuſciperet Euchariſtiam, re ipſa communicans; vel in voto, contritionem,aut theologicam dilectionem eliciens, is inquam infallibiliter perſeueraret; quod aſſerere plus eſſet quàm falſum,aut abſurdum.

Et rationibus.

Occurres, etſi non omnis qui conteritur, 21.
aut Euchariſtiam debitè ſumit, perſeueret; accipit tamen auxilia ad perſeuerandum neceſſaria. Sed contra primò, quia licet hoc admitteretur, inde non fieret, Euchariſtiam eſſe in re, vel in voto neceſſariam ad perſeuerandum, cum illius debitam ſuſceptionem perſeuerantia non infallibiliter ſequatur: ſed ſolum fieret,eſſe neceſſariam in re, vel in voto ad valendum perſeuerare: quod per ipſam infallibiliter conferretur. Contra ſecundò, & fortius; quia licet Euchariſtia ſecum afferat ſpeciales gratias auxiliares in ordine ad peculiares quoſdam actus: attamen auxiliares illæ gratiæ non ſunt ad eos actus, nec ad perſeuerandum,ſimpliciter neceſſariæ, ſed ſuperabundantes. ideo ſcilicet, quia gratia habitualis ſecum affert gratias auxiliares & ad actus occurrentes, & ad ſui conſeruationem neceſſarias,vt alibi ex inſtituto declaratur.Ergo.

Quædam reſponſio profligatur.

Obiicies primò Tridentinum ſeſſ.13. cap. 2. 22.
dicens,Euchariſtiam inſtitutam eſſe,vt antidotum,qua à peccatis mortalibus præſeruemur: ſed præſeruari à peccatis mortalibus, eſt accipere perſeuerantiæ donum: Ergo Euchariſtia inſtituta eſt ad conferendam perſeuerantiam: ac proinde ad iſtam eſt medium in re, vel in voto neceſſarium. Ad Concilij teſtimonium in Maiore contentum reſpondeo, fuiſſe quidem Euchariſtiam inſtitutam velut antidotum, qua ſingulariter inſtruamur, & auxiliis ſpecialibus iuuemur,vt à peccatis mortalibus abſtinere poſſimus: negamus tamen eſſe neceſſa-

Digitized by Google

neceſſariam vel ad reipſa abſtinendum ab illis, vel ad habenda ſpecialia auxilia; nam aliis mediis, vt oratione, & bonis operibus vtrumque obtineri poteſt, prout in Tractatu de Merito memini me fusè expoſuiſſe.

23. Obiicies ſecundò. Ad æternam ſalutem non eſt minùs neceſſaria perſeuerantia, quàm prima gratia: Sed ad gratiam primam Baptiſmi, & Pœnitentiæ ſacramentum eſt neceſſarium neceſſitate medij in re, vel in voto: Ergo ad perſeuerantiam Euchariſtia. Negatur conſequentia; quia vel nomine perſeuerantiæ intelligitur perſeuerantia in actu ſecundo, conſiſtens in actuali conſeruatione gratiæ vſque ad mortem: vel intelligitur perſeuerantia in actu primo, conſiſtens in cumulo auxiliorum ad perſeuerantiam conducentium, & neceſſariorum. Priori modo accepta perſeuerantia non adiudicatur Euchariſtiæ ſacramento tanquam medio: nam alioquin hoc ipſo, quod quiſpiam ſemel iuſtificaretur per Euchariſtiam, aut per eius votum in contritione incluſum, non vltra grauiter peccaret. Si altero modo, ſequeretur, adultum, qui gratiam Baptiſmalem retinet, non poſſe perſeuerare, niſi recipiat Euchariſtiam: nec decet perſeuerantiæ donum adeo neceſſarium huic medio eſſe aſtrictum.

24. Obiicies tertiò. Sacramentum Euchariſticum inſtitutum eſt vt conferat nutritionem ſpiritualem, velut alimonia, & inſtar cibi, & potus corporalis: Sed alimonia corporalis eſt medium neceſſarium ad perſeuerantiam, ſeu conſiſtentiam vitæ corporalis: Ergo & Euchariſtia eſt medium neceſſarium ad perſeuerantiam vitæ ſpiritualis. Nulla eſt tamen conſequentia: tum quia ſi valeret, oſtenderet, Euchariſtiam eſſe neceſſariam neceſſitate medij in re; & non poſſe vitam ſpiritualem ſine ipſa per aliquot dies conſiſtere; nam vtrumque reperimus in vita, & alimonia corporali. Quoad hoc ergo non ſeruat omnimodam proportionem, quia noluit Deus perſeuerantiæ bonum ſummè neceſſarium ad vnicum medium aſtringere.

Si tam neceſſaria fo[...]t, quam eſt Alimonia corpori, foret neceſſaria Euchariſtia in re.

25. Quod autem Eccleſia, & PP. vt huius ſacramenti frequentationem ſuadeant, hac eadem analogia cibi corporalis vtuntur, etſi non perſuadet medij neceſſitatem ſtrictam, vt ex dictis colligi poteſt; perſuadet tamen neceſſitatem aliquam moralem; ita ſcilicet, vt qui Euchariſtiam ſuſcipere negligunt, metuere iure debeant, cibo ſpirituali refici tandiu morentur, vt peculiaribus ad reſiſtendum peccato, gratiis deſtituti, & tentationum impetu debilitati, tandem ſpiritali morte moriantur, & in ſpirituali mortem corpoream, atque adeo æternam incurrant. Hoc enim ſenſu à pluribus Patrum accipitur Paulus 1. Corinth. 11. vbi intermiſſum Euchariſtiæ vſum conqueſtus, ait: *Conuenientibus vobis in vnum iam non eſt Dominicam cœnam manducare*: & paulò pòſt ſubiicit: *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi*, &c.

26. Ex his conſtat, Euchariſtiam non eſſe neceſſariam neceſſitate medij ad gloriam ſiue animæ, ſiue corporis. Nam vtraque ſuo tempore debetur finali gratiæ: Ad iſtam Euchariſtia non eſt neceſſarium medium: Ergo neque ad illas, vel ipſarum aliquam. At inquies; Chriſtus Dominus, & multi Patres, corporum reſurrectionē tribuunt sūptioni Euchariſtiæ. Reſpondeo; tribuunt quidem, non tamen vt medio neceſſario, ſed vt ſpecialem conferenti titulum, vt ſuprà diſp. 41. ſect. 7. dum de Euchariſtiæ effectibus, explicuimus.

Et tam ad gloriam corporis quam Animæ.

SECTIO II.

An, & quatenus Euchariſtiæ Sacramentum neceſſarium ſit neceſſitate præcepti diuini.

§. I.

Datur præceptum diuinum ſumendi Euchariſtiam.

ETſi S. Thomas in 4. diſt. 6. q. vnicâ, art. 2. & diſt. 12. q. 3. art. 3. & Gabriel in Canonem lect. 87. cum Alenſi, & Bonauenturâ diuinum hâc de re præceptum negent, quibus aſſentiuntur Ferrarienſis lib. 4. contra Gentes cap. 61. & Syluester verb. *Euchariſt.* Tamen idem S. Thomas 3. parte quæſt. 80. art. 11. idemque Gabriel in 4. diſt. 9. q. 1. art. 2. perſpicue illud concedunt, ſicut etiam Durandus, Caietanus, Roffenſis, vterque Sotus, & Ledeſma, quos allegant, & approbant Suarez diſp. 69. ſect. 1. & Vaſquez diſp. 213. cap. 2. ſubſcribuntque vt in plurimum Recentiores. 27.

Fuit opinio negans.

Probatur primò è ſacris Litteris. Ioannis 6. *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Loquitur enim Dominus de manducatione, & potatione verâ, & reali, atque adeo ſacramentali, prout ſuprà diſp. 30. ſect. 1. §. 1. ponderauimus: Atqui non loquitur de neceſſitate medij, prout ſect. præcedente ſtabiliuimus: Ergo loquitur de neceſſitate præcepti diuini. Rurſus Lucæ 22. v.... & 1. Corinth. 11. poſtquam Chriſtus dixit, *Accipite, & manducate*, ſubdidit: *Hoc facite in meam commemorationē.* Hoc enim hîc pręcipit, quod apud Ioannem requirit: Sed ibi requirit ſacramentalem ſumptionem: Ergo illam hîc præcipit. Solùm adiungit, *in meam commemorationem*, hoc eſt, interprete ibidem Paulo, in memoriam mortis ſuæ: quod non potuit commodè adiungi apud Ioan. 6. cùm adhuc Chriſti paſſio, nec ab ipſo prædicta, nec propinqua eſſet, vt in extremâ cœnâ. 28.

Affirm. probatur ex Litteris ſacris.

Secundò ſuadetur ex Trident. ſeſſ. 13. cap. 2. Nam in vtroque illo Chriſti teſtimonio non obſcurè agnoſcit præceptum ipſius de Euchariſtiâ realiter ſumendâ. Poſtquàm enim dixit, Chriſtum in eius inſtitutione diuitias diuini ſui amoris velut effudiſſe: ſubdidit: *Et in illius ſumptione colere nos ſui memoriam præcepit, ſuamque annunciare mortem, donec ipſe ad iudicandum mundum veniat.* Nec enim dumtaxat vult Concilium, præcepiſſe Chriſtum, vt ex ſuppoſitione, quod Euchariſtiam recipiamus, id faciamus in ſuæ Paſſionis memoriam; Tum quia verba tam quoad rem, quàm quoad modum abſoluta ſunt, atque adeò vtrumque iniungunt, vt quando iubemur diem Dominicum colere in memoriam Dominicæ reſurrectionis: Tum deinde, quia non præcipitur nobis commemoratio Dominicæ Paſſionis explicita, & formalis, etiam ex ſuppoſitione, 29.

Ex Tridentino.

quod Euchariſtiam ſumamus, ſed ſolùm implicita, quæ in ipſa Euchariſtiæ voluntaria ſumptione imbibitur: Ergò hæc abſolutè iniungitur. Tùm etiam quia Concilium addit: *Sumi autem voluit ſacramentum hoc tanquam ſpiritualem animarum cibum*, &c. proindè vt neceſſarium, non neceſſitate medij, vt ex proxima ſectione conſtat: Ergò neceſſitate præcepti. Tùm præterea, quia neceſſitatem veram Concilium ipſum indicat dicens: *quo alantur, & confortentur.* Tùm poſtremò, quoniam ſtatim addit: *Viuentes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipſe viuet propter me.* Quo ſatis indicat, Chriſtum apud Ioan. cap. 6. de ſacramentali ſui manducatione agere; & proindè iſtius verum præceptum imponere.

30. Item ex PP. Tertiò ſuadetur authoritate S. Auguſtini, quam optimè profert Lugus ex epiſt. 118. quæ eſt ad Ianuar. cap. 1. *Primò tenere te volo, quod eſt huius diſputationis caput; Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſicut ipſe in Euangelio loquitur, leni iugo ſuo nos ſubdidiſſe, & ſarcina leui. Vndè ſacramentis numero pauciſſimis, obſeruatione faciliimis, ſignificatione præſtantiſſimis, ſocietatem noui populi colligauit, ſicuti eſt Baptiſmus Trinitatis nomine conſecratus, Communicatio corporis, & ſanguinis ipſius, & ſi quid aliud in ſcripturis Canonicis commendatur, exceptis iis, quæ ſeruitutem populi veteris pro congruentia cordis illorum, & prophetici temporis onerabant, quæ & in quinque libris Moyſi leguntur.* Vbi manifeſtè loquitur de iis, quæ ſunt in præcepto diuino, in iiſque explicitè numerat Baptiſmum, & Euchariſtiæ ſumptionem: quia nimirùm de illo legerat, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum Dei*; & de iſta legerat, *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Atque hæc ſcilicet eſt ratio, cur de ſeptem ſacramentis, duo tantùm hæc Auguſtinus in præſenti recenſeat, quia loquitur de iis tantùm, quæ omnes, & ſingulos, & ſimpliciter, ac abſolutè obligant; nam ex quinque reliquis illa, quæ viuorum ſunt, neminem obligant: Pœnitentiæ verò ſacramentum; quod eſt mortuorum, non obligat abſolutè quempiam, niſi ex ſuppoſitione quod poſt Baptiſmum grauiter peccauerit.

31. Quartò ſuadetur ex S. Thoma 3. p. q. 80. art. 11. in fine corporis ita ſcribente: *Manifeſtum eſt, quod homo tenetur hoc ſacramentum ſumere, non ſolùm ex ſtatuto Eccleſiæ; ſed ex mandato Domini dicentis Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationem: ex ſtatuto autem Eccleſiæ ſunt determinata tempora exequendi Chriſti præceptum.* Vbi tria notanda ſunt. Primum eſt, S. Doctorem euidentiſſimè eſſe in hac ſententia, nec poſſe ſine manifeſta violentia aliter intelligi. Secundum eſt, S. Doctorem, cùm oppoſitam ſententiam iunior ſemel, ac iterùm docuiſſet, poſteà tamen in maturiore ætate hanc tenuiſſe, quod non feciſſet prudenter, niſi claram aliquam argumenti lucem adeptus eſſet: ideóque dixit, hoc eſſe manifeſtum. Tertium eſt, verba illa, *Hoc facite in meam commemorationem*, in ſententia S. Thomæ continere manifeſtum præceptum ſumendi Euchariſtiam: ideóque mirum non eſſe, quod Tridentini Patres num... relati dixerint, vt ibidem intelleximus, Chriſtum per illa verba ſacramenti huius ſumptionem præcepiſſe.

Quintò ratione probatur, non quidem euidente, nam cùm ſine Euchariſtiæ ſumptione, tum gratia comparetur, tum gloria comparari poſſit, cur tamen Chriſtus eius perceptionem iniunxerit, alia ratio conuincens reddi non poteſt, præter ipſius Chriſti voluntatem, in hoc præcepto, vt in multis aliis dicere potentis, Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. Huius tamen voluntatis multiplex nobis occurrit ratio. Prima, quia ſi ſacramenti huius ſummam dignitatem ſpectemus: nemo illud ſumere auderet; niſi poſito præcepto: Si autem attenderemus tantum, & tam diuinum myſterium inſtitutum eſſe ad noſtram vtilitatem, & hanc non poſſe conſequi niſi media ſumptione, ad iſtam ſanè obligaremur, tum ex gratitudine erga Deum, tùm ex Charitate erga nos ipſos, etiamſi non ipſam Deus præcepiſſet: Proindè conuenientiſſimum fuit, vt Euchariſtiæ perceptionem nobis præciperet, perque hoc præceptum ſublata illa formidine nimia, Charitatem, & gratitudinem acueret. Secunda, quia ſacramentum iſtud inſtitutum eſt inſtar alimoniæ: Cùm autem ab intrinſeco neceſſarium non ſit conſeruandæ vitæ ſpirituali, ſicut naturalis alimonia neceſſaria eſt conſeruandæ vitæ corporali, valde expediens fuit, vt ab extrinſeco redderetur neceſſarium, nempe ratione diuini præcepti. Tertia, quia licet metaphyſicè, & phyſicè poſſint homines in gratia perſeuerare ſine hoc ſacramento re ipſa ſuſcepto, pauciſſimi tamen ſunt, qui ſine illo frequenter ſumpto perſeuerant tempore longiſſimo; ſic prorſus, vt dici poſſit quodammodo neceſſarium moraliter ad perpetuam in gratia perſeuerantiam, etiam excluſo præcepto; ac proinde iſtud conuenientiſſimè impoſitum. Quomodo autem ex his, & ex aliis hactenùs dictis non inferatur præceptum, aut obligatio ſumendi Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie, non hîc, ſed ſupra diſput. 41. ſect. 2. docetur. 32.

Multiplex redditur ratio voluntatis Christi iubentis.

§. II.

Præceptum diuinum percipiendi Euchariſtiam quas comprehendat, & obliget perſonas.

NOn ſolùm quærimus, quas perſonas obliget, ſed etiam quas comprehendat: vt complectamur tam illas; quas propriè valet obligare, vt adultos rationis compotes, ac proindè obligationis capaces; quàm illas, quas obligare ſtrictè non poteſt, vt paruulos, alioſque rationis vſu carentes; de quibus dum quæremus, An hoc præcepto comprehendantur, ſenſus erit, An Eccleſia, vel eius miniſtri debeant eis Euchariſtiam exhibere. Sex autem hîc ſe offerunt difficultates. 33.

Non comprehendit Paruulos vſu rationis carentes.

Prima. Num hoc præceptum comprehendat paruulos, rationis adhuc vſu carentes? Reſpondeo, non illos comprehendere, & hanc doctrinam directè ſpectare ad fidem. Nam ex vna parte Concilium Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 4. definit, eiuſmodi paruulos nulla obligari neceſſitate ad ſacramentalem Euchariſtiæ communionem: & can. 4. eam Communionem non illis eſſe neceſſariam: ex alia, verò parte ſancta Eccleſia, quam grauiter errare non poſſe, Catholica fide certum eſt, à multis iam

Digitized by Google

iam retrò ſæculis conſueuit non miniſtrare paruulis, etiam decedentibus, Euchariſtiam: qui eſſet error grauiſſimus, ſi vel infantibus Euchariſtia diuino ex præcepto neceſſaria foret, vel tali præcepto Eccleſia ad illam eis exhibendam teneretur: Ergo præceptum diuinum tales paruulos non complectitur.

34. Ratione probat Concilium: quia ſcilicet tales paruuli, *per Baptiſmum regenerati, & Chriſto incorporati adeptam iam filiorum gratiam in illa ætate amittere non poſſunt.* Contra quam rationem occurrit obiectio, quoniam primarius Euchariſtiæ effectus non eſt perſeuerantia gratiæ; ſed ipſius augmentum: Ergò licet infantibus ad perſeuerantiam non debeat Euchariſtia tribui, debet tribui ad gratiæ augmentum. Sed contrà, quia licet magnum beneficium illis cum Euchariſtiæ exhibitione accederet: hoc tamen non ſatis eſt ad præceptum diuinum inferendum: nam etiam ingens beneficium recipiunt ex Confirmatione, nec tamen eſt præceptum diuinum iſtam conferendi. Sicut ergò Confirmatio, quia ſine ipſa poſſunt paruuli receptam in Baptiſmo gratiam conſeruare, nullatenùs ipſos obligat ex diuino aliquo præcepto; ſic prorsùs ob eandemque rationem Euchariſtia.

35. Sed initio, quia nec Euchariſtia neceſſaria eſt ſimpliciter adultis ad perſeuerandum in gratia; ſicut nec etiam Confirmatio, vel Extrema Vnctio: Ergò ſi ratio Concilij firma eſt, profectò ſicut Confirmatio, & Extrema Vnctio non obligant ex diuino præcepto, etiam fideles adultos, ita nec Euchariſtia. Neganda tamen illatio: quia Concilium non intendit aſſignare rationem à priori, ſed occurrere hæreticis, oſtendendo non eſſe in paruulis eam rationem, ex qua præceptum diuinum pro adultis inferimus, vel valdè probabiliter ſuademus, nempè quia per Euchariſtiam à mortalibus præſeruantur, non quidem tanquam per medium ſimpliciter, aut phyſicè, ſed quaſi moraliter neceſſarium, vt num. 25. diximus: quæ ratio in paruulis non militat.

36. Vrgeo tamen reſponſionem iſtam: quoniam illa ratio, qua diuinum præceptum colligimus in adultis ratione vtentibus, non militat in adultis, qui ratione aliquandò vſi ſunt, & poſteà in perpetuam amentiam inciderunt: & tamen his debet Euchariſtia miniſtrari, ſi non ſit irreuerentiæ periculum: Ergò etiam paruulis. Neganda etiam illatio: nam ex illa Concilij ratione rectè quidem infertur; non eſſe obligationem dandi Euchariſtiam eiuſmodi amentibus, vt in gratia perſeuerent: non autem infertur, non eſſe obligationem Euchariſtiam illis exhibendi propter alium finem, aut aliam rationem, ſeu titulum, quæ in paruulis locum non habeat, & in eiuſmodi amentibus conuincat, vt paulò inferiùs videbimus.

37. Probatur ratione à priori.

Ratio prior, & à priori ſumenda videtur ex ipſis Chriſti verbis, *Niſi manducaueritis &c. non habebitis vitam in vobis.* Vbi duo valdè notanda ſunt: Vnum, quod Chriſtus non dirigit ſermonem ad tertias perſonas, ſed ad ſecundas, Niſi vos manducaueritis, &c. proindè loquitur propriè cum iis, quos obligare intendit, tunc quidem immediatè alloquens illos, qui aderant, & illorum interuentu alios, & alios: proinde ſicut locutionem non dirigebat ad paruulos, vtpotè non intelligentes; ita nec præceptum, aut obligationem, ſeu neceſſitatem. Alterum, quòd ait Chriſtus *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis*, nempè vt carnem Filij hominis, atque adeò cognoſcentes eſſe carnem Filij hominis; qua locutione ſolus actus poſitiuus moralis, & humanus intelligitur: Sed hunc paruuli exercere non poſſunt: Ergò communionis neceſſitas ex præcepto diuino non eos tangit. Econtrà verò dum Chriſtus Baptiſmi neceſſitatem edocet, locutione vtitur duas inuoluente conditiones, his duabus oppoſitas: inquiens: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Non enim ait, Niſi renati fueritis: *Sed niſi quis renatus fuerit*: nec vtitur verbo ſignificante actionem liberam, & humanam; ſicut enim naturaliter naſci, ſic ſupernaturaliter renaſci actionem non dicit, ſed paſſionem.

Chriſtus præcepit intelligentibus, non verbo infantibus eius verba non intelligentibus.

38. Altera ratio ſumenda eſt ex eſſentiâ ipſius Sacramenti, quod ſupponit hominem viuum, & nominatim paruulos per Baptiſmum iuſtificatos: vndenam igitur inferemus præceptum diuinum Euchariſtiam eis impartiendi? An ex eo, quod adulti tenentur Euchariſtiam ſumere? An reſpectu iſtorum habemus clarum præceptum, & claram præcepti rationem; nempè neceſſitatem quandam quaſi moralem ad perſeuerandum in gratiâ? An ex augmento gratiæ, quod paruulis ex Euchariſtiæ ſumptione proueniret? At ad ſolum gratiæ augmentum, nullum eſt præceptum diuinum; præſertim in Sacramentis: alioqui præceptum diuinum eſſet conferendi paruulis Confirmationem: & laicis Communionem ſub vtrâque ſpecie, &c.

39. Et hoc exemplo vtriuſque ſpeciei mirum in modum confirmatur aſſertio. Nam ſicut in diſtribuendâ generaliter omnibus fidelibus vtrâque ſpecie, moraliter eſſet neceſſarium, multiplicem calicis effuſionem contingere: ſic in exhibendâ generaliter omnibus paruulis Euchariſtiâ, ſimile incommodum crebrò, & neceſſariò ſequeretur: ſicut ergo conuenientiſſimum fuit; præcepto diuino ſumendi vtramque ſpeciem non obligari laicos: ita & præcepto diuino ſumendi Euchariſtiam non obligari paruulos. Vnde ſicut aliquando Eccleſia laicis conceſſit vſum calicis, poſtea tamen experimento ipſo multiplicis effuſionis edocta, calicem illis interdixit: ita cum aliquando iuſtas ob cauſas infantibus Euchariſtiam conceſſerit, poſtea tamen ob ſimile incommodum eandem eis iuſtè denegat.

40. Obiicies Auguſtinum pluribus in locis apud Vaſquez diſp. 214. num. 34. & Innocentium I. in Epiſt. 26. ſignificantes, neceſſariam eſſe Euchariſtiam, etiam paruulis, idque aſtruentes illis Chriſti verbis, *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis* &c. Reſpondeo, Auguſtinum, & Innocentium agere de manducatione Chriſti per fidem, qua Chriſto incorporamur, eamque manducationem eſſe neceſſariam, etiam paruulis, & fieri per Baptiſmum. Quam expoſitionem inſinuare mihi videtur Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 4. dicens, Paruulos ſacramentali Euchariſtiæ communione non indigere, cùm per Baptiſmum regenerati, & Chriſto incorporati, gratiam adeptionis in illa ætate nequeant amittere.

S. Auguſt. & Innocent. explicantur ex Trident.

Secunda difficultas, An hoc præceptum comprehendat adultos amentes à natiuitate, ſine

Digitized by Google

ſiue illos, qui nunquam rationis vſum habuerunt? Reſpondeo cum omnibus Theologis, negatiuè. Tùm quia perpetuò amentes, ſeu qui ratione nunquàm vtuntur, per omnia paruulis, & infantibus æquiparantur: Tùm etiam quia Eccleſia ſicut paruulis, ità perpetuò amentibus Euchariſtiæ communionem non exhibet: Tum deniquè quia rationes, quæ paruulos hoc præcepto liberant, æquè locum habent in perpetuò amentibus.

41. Comprehendit omnes adultos baptizatos.

Tertia difficultas: An diuinum hoc præceptum comprehendat, & obliget omnes, ac ſingulos adultos baptizatos, ratione vtentes, dum ratione vtuntur? Reſpondeo, æque certum eſſe, ac præceptum hoc diuinum reperiri. Nam omnes eiuſmodi perſonas obligare poteſt; vtpotè quæ poſſunt hoc ſacramentum actu morali, & humano recipere; & cum omnes, ac ſingulæ, niſi per ipſas ſtet, poſſint ad illud cum fructu recipiendum ſeſe diſponere, & illud re ipſa cum fructu illius ſacramenti proprio recipere, non eſt cur non omnes, ac ſingulæ præcepto iſto obligentur. Confirmatur, quia præceptum Eccleſiaſticum annuæ Communionis, cùm ſit determinatio diuini, non ſe extendit ad plures obligandas perſonas, quàm diuinum: ſed Eccleſiaſticum obligat omnes, ac ſingulos fideles baptizatos ratione vtentes: Ergo & diuinum. Solùm dubitari poſſet, An hoc præcepto obligetur adultus, ſtatim atque rationis vſum nanciſcitur. Hæc tamen dubitatio ſequentis §. propria eſt.

42. Illos etiam qui amiſerunt vſum rationis, ſi non ſint indiſpoſiti.

Quarta difficultas. An hoc præcepto comprehendantur baptizati, qui aliquando ratione vſi ſunt, & poſteà per phreneſim, aut amentiam, aut per ipſam morbi vim, rationis vſum amiſerunt? Reſpondeo cum communi ſententia, comprehendi, ſi non conſtet illos eſſe malè diſpoſitos animo, nempè in peccato mortali, vel corpore, nempe in periculo euomendi, vel expuendi Euchariſtiam &c. Ratio eſt, quia iſti, dùm rationis vſum habebant, hoc præcepto obligabantur; & ſi amentiam prænouiſſent, tenebantur anteà Euchariſtiam ſumere, vel petere; & hoc ipſo quod non conſtet eos eſſe malè diſpoſitos, cenſentur eam petiiſſe; ac proinde ius habent ex præcepto diuino certum, vt eis Eccleſia ſacramentum hoc exhibeat: quæ ratio locum non habet in paruulis, nec in perpetuò amentibus, vtpotè quos nunquàm hoc præceptum obligauit. Hanc autem obligationem in Eccleſiæ miniſtris ceſſare, dum eiuſmodi homines aut in peccato mortali ſunt, aut in periculo vomendi &c. res eſt clara, quia ſacramenta miniſtrari non debent ſine vtilitate ſuſcipientium, vel ſine debita ipſorum ſacramentorum reuerentia. Cæterum, An eiuſmodi hominibus danda ſit Euchariſtia extra mortis articulum, pertinet ad §. ſequentem.

43. Etiam energumenos.

Quinta difficultas. Vtrùm hoc præceptum comprehendat baptizatos energumenos? Affirmo cum communi: quia vel ratione vtuntur, & ſic propriè obligantur: etſi ratione nimiæ vexationis, in ſacramenti irreuerentiam cedentis, excuſentur. Si autem ſui compotes non ſunt, pro eo tempore non obligantur ipſi, vt per ſe conſtat: obligantur tamen ipſorum paſtores eis Euchariſtiæ alimoniam præbere, ſicut nuper de phreneticis, aut aliis ad tempus amentibus, vt numero ſuperiore diximus.

Sexta difficultas. Num diuinum iſtud præceptum obliget infideles adultos, & rationis compotes, vel ſaltem Catechumenos, ſeu fideles nondum baptizatos? Reſpondeo cum Suarez hoc loco Diſp. 69. ſect. 2. §. *Primum eſt*, Vaſquez Diſp. 214. cap. 4. & de Pœnitentia quæſt. 90. art. 2. dub. 7. Lugo, Diſp. 16. ſect. 2. & plerique Recentioribus contra Sotum in 4. diſt. 18. quæſt. 1. art. 3. præceptum hoc obligare omnes adultos rationis compotes non baptizatos, ſiue infideles ſint, ſiue Catechumeni. Ratio eſt, quia Chriſtus apud Ioan. 6. non ſolùm non baptizatis, ſed etiam in ipſum culpabiliter non credentibus, ac proinde verè infidelibus dixit: *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*: aliundè verò Chriſtus poteſtatem habebat ferendi legem cunctos obligantem: Ergò eiuſmodi legem eis verbis tulit. 44.

Etiam nondum baptizatos.

Nec obſtat, quod non baptizatus nequeat Euchariſtiam vtiliter ſumere: nam hoc ipſo quod obligatur ad Euchariſtiam ſumendam, conſequenter obligatur ad recipiendum Baptiſmum: ſicut miles, cui nudo claſſicum pulſatur, hoc ipſo obligatur ad accipiendas veſtes, & arma. Vnde cùm infidelis teneatur baptizari, tam ratione Baptiſmi, quàm Euchariſtiæ ratione, hoc ipſo quod baptizari renuit, duplici peccato ſe inficit, vtpotè contra duplex diuinum præceptum. 45.

Nec item obſtat, quod non baptizatus non obligatur præcepto Confeſſionis. Nam hæc non poteſt eſſe de peccatis præcedentibus Baptiſmum: & qui abſolutè obligatur ad recipiendum Baptiſmum, non abſolutè obligatur ad graue peccatum, ſuſcepto Baptiſmo, committendum.

Nec ruſus obſtat, quod aſtrictus voto ad ingrediendum Religionem, non peccet, ſi antequàm ingrediatur, non obſeruat Religioſam paupertatem, aut obedientiam. Quia vouens Religionem, non vouit paupertatem: ſed ingredi ſtatum, in quo ſi profiteretur, illam voueret: argumento eſt, quod Religionem ingreſſus, dùm Religioſus non eſt, etiamſi voto aſtrictus ingreſſus fuerit, paupertatem Religioſam non violat. Simile verò eſſet, ſi duobus votis eſſet aſtrictus, vno ſeruandi paupertatem, altero ingrediendi Religionem; & non poſſet illam, niſi in hoc ſtatu ſeruare: nam hoc ipſo quod nollet Religionem ingredi, duplex peccatum committeret; nempè contra duplex votum. 46.

Nec demùm obſtat, quod præceptum diuinum non obligat, niſi tempore quod Eccleſia determinat; & Eccleſia non habet iuriſdictionem in nondum baptizato. Nec iſtud, inquam, obeſt: nam Eccleſiaſtica determinatio, licet reſpectu baptizatorum ſit actus iuriſdictionis, & verè præceptiua; tamen reſpectu nondùm baptizatorum eſt mera conditio. Simile eſſet, ſi Eccleſia præciperet fidelibus ieiunium tempore ſalubri. Et Medicus, cui Eccleſia commiſiſſet eius temporis declarationē, coram fidelibus, & filiis ſuis diceret, ieiunate die prima Aprilis: Hoc enim dictū, & reſpectu fideliū haberet rationē cōditionis: & reſpectu filiorū Medici haberet rationem præcepti.

Quamuis in iſtos Eccleſia non habeat iuriſdictionem.

Quæres,

Digitized by Google

47\. Quæres, An ſi non baptizatus Euchariſtiam in die Paſchatis reciperet, præcepto diuino ſatisfaceret? Reſpondeo negatiuè: quia cùm ille non eſſet per Baptiſmum intra Eccleſiam, efficeret actum per ſe nullum, & irritum, & receptionem minimè ſacramentalem, eò quòd Euchariſtia pro ſolis baptizatis inſtituta ſit. Simile eſſet, ſi quis haberet præceptum inſtrumentum authenticum conſcribendi, & antequam eſſet ſcriba publicus, inſtrumentum conficeret: non enim præcepto ſatisfaceret, quia faceret actum irritum, & inualidum.

At non Baptizatus nihilominus præceptum non adimplebit, niſi prius baptizetur.

ſſ. III.

Diuinum iſtud præceptum quonam obliget tempore.

48\. CVm diuinum Communionis præceptum tam multas perſonas obliget, vt iam viſum eſt; non poteſt non obligare pro aliquo tempore. Quadruplex autem poſſet agitari quæſtio. Prima, Num in toto vitæ decurſu pluſquàm ſemel obliget? Secunda, Num obliget in mortis articulo? Tertia, quam omnes prætereunt, An, obliget in principio vſus rationis. Quarta, Vtrùm, & quoties in vitæ decurſu vſque ad mortem.

Prima ſententia eſt Paludani in 4. diſt. 9. q. 1. num. 16. Caietani in ſumma V. *Communio*, Victoriæ in ſumma n. 86. & Ledeſmæ q. 21. art. 11. ſolùm obligare ſemel in toto vitæ curſu, & proinde eum, qui iam aliquando communicauit, non hoc præcepto obligari in mortis articulo, obligari tamen ſi non antea communicauit. Ducuntur, quia præceptum affirmatiuum non determinans multos actus, vnico impletur; ſpeciatim ex verbis illis, *Niſi manducaueritis* &c. vnico actu fit ſatis: Ergò præceptum hoc ſemel dumtaxat obligat. Redarguitur tamen antecedens: quia præceptum credendi, amandi, colendi Deum, affirmatiuum eſt, & in longo vitæ tractu non tantum obligat ſemel: Et verba illa, *Niſi manducaueritis*, &c. cùm ad manducandum obligent, perperam dicuntur non obligare, niſi ad ſemel in longiſſima vita manducandum.

Primá ſententia eſt ſemel tantùm in vita obligare.

49\. Secunda ſententia eſt Patris Vaſquez diſput. 214. cap. 2. pronuntiantis, obligare hoc præceptum in articulo mortis, & adiungentis in cap. 3. non obligare extra illum. Et primò quidem ait Vaſquez hanc eſſe communiorem Theologorum ſententiam: quod ſi de Recentioribus aſſerat, concedendum; ſi de omnibus, negandum: ſolùm enim ex Antiquis allegat Durandum in 4. diſt. 6. quæſt. 2. num. 7. & Gabrielem ibidem q. 1. art. 2. concluſ. 3. & ſubdit, poſſe etiam allegari vtrumque Sotum. Cæterum licet illa ſententia horum quatuor Doctorum eſſet, non proptereà eſſet communior, ſiue Veterum, quales ſunt Durandus, & Gabriel, ſiue Recentiorum, quales ambo Soti. Adde, quòd Durandus, & Gabriel ſolùm docent, moribundum debere communicare, quia alioqui videretur diuinum præceptum contemnere: Atqui ſi paulò ante morbum Euchariſtiam ſumpſiſſet, non videretur, hanc in morbo omittens, præceptum contemnere: Ergò ſolùm ſentiunt obligare in articulo mortis ex ſuppoſitione, quod ægrotus, paulò ante morbum, non communicaret. Quomodo ergo dici poteſt hæc ſententia communior inter antiquiores Theologos, quorum apud neminem inuenitur? Rectiùs Pater Suarez Diſp. 69. ſect. 3. concluſ. 1. ſcribit, eam ſententiam non eſſe inter Theologos admodum receptam; ideóque ſe illam affirmare dumtaxat vt probabilem. Equidem talem ipſam cenſeo propter Recentiorum authoritatem: Addo tamen, nec ab illis ſufficienter probari veram, nec conſequenter aſſeri veram, aut probabilem.

Secunda ait obligare in Artic. mortis.

Non probari veram, oſtendo deſtructione fundamentorum. Potiſſimum eſt Canon. XIII. Concilij Nicæni relatus in cap. *De his*, 26. quæſt. 6. præcipiens, vt circa fidelem moribundum, *antiquæ legis regula obſeruetur, vt neceſſario vitæ* (forſan viæ) *ut non fraudetur viatico.* Quibus ex verbis duo promit argumenta Vaſquez. Prius eſt, quod apertè ſupponunt Patres, legem eſſe de hac re antiquiorem: Ergò diuinam. Nego tamen conſequentiam, & impugno. Quia Conciliorum, & Eccleſiæ ſtylus, aut conſuetudo non fert, vt legem aliquam diuinam, quæ Noui teſtamenti propria ſit, appellent abſolutè *legem antiquam.* Proindè Nicæna Synodus per legis antiquæ Canonem, normam intelligit Eccleſiaſticam ab initio Chriſtianiſmi vigentem; quam ipſa decreto ſuo confirmat; ſicut alia Concilia leges alias antiquiores Eccleſiaſticas, & paſſim Tridentinum in decretis de Reformatione; & circa præſentem materiam in ſeſſ. 13. can. 9. definiens, *ſingulos Chriſti fideles teneri ſingulis annis ad communicandum ſaltem in Paſchate, iuxta præceptum ſanctæ matris Eccleſiæ.* 50.

Antiqua legis regula vocatur Eccleſiaſtica norma & conſuetudo.

Alterum eſt, quod illis eiſdem verbis Euchariſtia vocatur *Viaticum neceſſarium*: Atqui lex, quæ alicuius rei obligationem non ſupponit, ſed ponit, non vocat rem illam neceſſariam: Ergo lex iſta Nicæna iam ſupponit Euchariſtiam neceſſariam eſſe: Ergò ex præcepto diuino. Permiſſo tamen, vel omiſſo priori conſequente, nego poſteriorem conſequentiam: quia ſacramentum hoc erat iam anteà viaticum neceſſarium ex Eccleſiaſtica lege, vel conſuetudine, vim legis obtinente; quam cùm Concilium cenſeret eſſe optimam, & nullo modo abrogandam; proptereà illius obiectum iure optimo neceſſarium nominauit. 51.

Agit etiam Vaſquez ratione duplici. Prior eſt, non eſſe credibile, quod Euchariſtia rationem habeat Viatici ex ſola humana lege, aut conſuetudine. Contrà, quia non id contendimus; imo firmiter aſſerimus, rationem habere Viatici ex lege diuina, cùm ad totam vitam ex natura ſua viaticum aptiſſimum ſit; licet non ex natura ſua ſimpliciter neceſſarium, ſicut nec pro mortis articulo. Siquidem eo modo, quo cibi, & alimoniæ rationem habet, etiam extra mortis articulum, eodem prorſùs modo rationem habet Viatici, etiam extra illum: nempè ad hanc vitam in gratia peragendam valdè idonei, licet non medij ſimpliciter neceſſarij, nam nec in articulo mortis rationem iſtam ſortitur. Quapropter ex nomine, & ratione Viatici non magis probatur obligatio diuini præcepti in mortis articulo, quam extra illum. 52.

Euchariſtia habet rationem Viatici ex diuina lege.

Altera ratio, & poſtrema argumentatio Patris Vaſquez eſt, non poſſe tempus aliud commodius, quàm mortis articulum, aſſignari pro diuini

diuini præcepti obſeruatione, & proinde pro illius obligatione: Hanc tamen rationem ex nuper dictis refello, non ſolùm vt falſam, verùm etiam vt præpoſteram. Nam hoc Sacramentum Viaticum eſt ad viam totius vitæ peragendam: Viaticum autem toti viæ, ſeu ſimpliciter neceſſarium, ſeu commodum, tunc aptiùs ſumitur, quando iter incipitur; quàm dum iam iam perficitur. Vt enim Tullius in Catone Maiore, contra ſenes auaros, & cum ætate auaritiam augentes, ſcripſit: *Poteſt quidpiam eſſe abſurdius, quàm quò minus via reſtat eò plus Viatici quærere.* Ita nos in Aduerſarios dirigere poſſumus. Non eſſe rationi conſonum, quò minus viæ reſtat, eò ſtrictiori lege ad viaticum ſumendum adigere: præſertim cùm viaticum iſtud non ſit ſimpliciter neceſſarium: & præter ſubſidia ſimpliciter neceſſaria ſuppetat etiam aliud Sacramentum ad moribundi conſecrationem inſtitutum, videlicet Extrema-Vnctio.

Videtur potiùs danda in initio viæ, ex hac nominatione.

53. Hinc oſtendo, ſententiam iſtam nec à Patre Vaſquez conſequenter affirmari, vt veram, nec à Patre Suarez, vt probabilem. Nam Vaſquez, ait, præceptum diuinum non obligare ad ſumendam Euchariſtiam extra mortis articulum. Hæc verò doctrina, dum de Viatico, ſeu viæ ſubſidio diſſeritur, non modò inconſequ[?]s, ſed etiam præpoſtera videtur, vt nuper probauimus. Suarez verò, cùm nec tanquam probabilem admittat, vt illicò videbimus, præceptum iſtud obligare in principio vſus rationis moraliter ſumpto, inconſequenter vt probabile aſſerit, obligare in articulo mortis: nam pro mortis articulo nulla eſt firma authoritas, vt oſtendimus: ratio verò longè plus roboris habet pro illo principio vſus rationis, vt iam indicaui, & ſtatim ampliùs euoluam; proinde cùm hæc obligatio nec probabilis ponatur in principio vſus rationis, inconſequenter ponitur probabilis in articulo mortis.

54. Tertia ait obligare tertio quoque anno, vel circiter.

Tertia ſententia, & Patris Suarez, tres continet partes. Prima eſt, Ad Euchariſtiam ſumendam obligare præceptum diuinum tertio quoque circiter anno, ita ſcilicet, vt ſi Eccleſia tempus non determinaſſet, peccatum graue foret, Euchariſtiæ ſumptionem ampliùs differre. Secunda eſt, Obligare præceptum iſtud probabiliter in articulo mortis, vt paulò antè retulimus. Tertia eſt Patribus Suarez, cum Vaſquez, & vtriuſque ſectatoribus, communis, Non obligare hoc præceptum initio vſus rationis. Nam Vaſquez, eiuſque Aſſeclæ, ſolam agnoſcunt obligationem in articulo mortis: Suarez verò, & ſequaces, ſolam in mortis articulo probabilem, & tertio quoque anno veram: Qui ſi agnoſcerent obligationem in principio vſus rationis, eam explicitè aſſeruiſſent, cùm principium vſus rationis moraliter, ac debitè ſumptum, ad tres annos non ſe extendat. In harum partium ſecunda deſiderari veritatem, & in tertia conſequentiam iam vidimus: de prima, & de tota iſta controuerſia duæ ſequentes aſſertiones ſententiam ferent.

55. Non habere tempus determinatum ante Eccleſiæ determinatione̅ aſſerit.

Prior aſſertio. Diuinum Communionis recipiendæ præceptum de facto, ſeu rebus, vt nunc, ſi ante Eccleſiæ determinationem ſpectetur, pro nullo tempore determinatè obligat. Quia de facto Chriſtus temporis determinationem Eccleſiæ commiſit, hoc eſt, ſummo Paſtori: idque per ſummam ſapientiam, & prouidentiam. Cùm enim hoc ſacramentum rationem habeat pabuli; & pabuli, quod oues non per ſe ipſas, ſed de paſtorum manibus accipere debeant; & interdùm oporteat eas frequenter ad hoc pabulum adigere, interdum minùs frequenter, eiuſque rei iudicium penes Paſtorem ſummum eſſe debeat, meritò Chriſtus præceptum ſuum ad nullum tempus determinauit, ſed Eccleſiæ decernendum commiſit. Roboro, quia de facto Eccleſia obligationem varie determinauit, olim ad ter in anno, nunc ad ſemel tantùm in anno communicandum: Atqui ſi diuinum præceptum pro certa temporis quantitate obligaret, non poſſet illa eſſe determinatio præcepti diuini, ſed vel limitatio, vel nimia extenſio, atque adeo præceptum purè Eccleſiaſticum. E contrà verò, cùm hoc præceptum diuinum ad nullam certam temporis quantitatem ex ſe obliget, ſed ad quam Eccleſia determinauerit, optimè intelligitur Eccleſia, quodcumque tempus aſſignet, determinationem præcepti diuini, & non præceptum merè Eccleſiaſticum facere.

56. Quid ſi Eccleſia nullo modo determinaſſet Tempus huius obligationis.

Poſterior aſſertio. Si Chriſtus præcepti ſui tempus Eccleſiæ determinationi non reliquiſſet, prudenter exiſtimandum eſſet, præceptum iſtud obligare in principio vſus rationis moraliter ſumpto, nimirum poſt ſufficientem notitiam rerum fidei, & nominatim huius myſterij habitam, ac proindè generatim intra primum annum vſus rationis. Deindè verò ſingulis annis, non autem ſpeciatim in articulo mortis. Totam concluſionem probo ex ipſa ratione Viatici; quod ſanè ſi quando obligaret, obligaret quandò via rationalis inciperetur. Deindè cùm non eſſet ſimpliciter neceſſarium, non eſſet ratio colligendi obligationem ſæpiùs in eodem anno communicandi, præſertim cùm in tanta fidelium multitudine non poſſet generaliter id obſeruari: Cùm autem eſſet valdè expediens, veréque Viaticum, & generatim poſſet à ſingulis fidelium quotannis ſumi, optimè inferretur huius temporis obligatio. Tandem quod ſpeciatim hæc non eſſet in articulo mortis, patet: quia per ſe loquendò plurimi communicarent paulò ante articulum mortis: Ergò per ſe loquendo præceptum diuinum non obligaret ſpeciatim in mortis articulo. Patet conſequentia, quia ſine hac obligatione ſacramentum iſtud obligaret, vt totius viæ Viaticum, & vt tale reciperetur: Ergò non eſſet fundamentum colligendi eiuſmodi obligationem.

57. Qui paulo ante communicauit, non obligatur diuino præcepto in mortis articulo.

Ita ceſſat quæſtio, Num qui paulò ante morbum incurſum, aut mortis periculum aditum, Euchariſtiam ſumpſit, teneatur præcepto diuino rurſus eam accipere in mortis articulo? Ceſſat, inquam, quæſtio: Nam cùm præceptum diuinum, vti iam diximus, de facto non obliget in mortis articulo, etiam ſi multò ante morbum incurſum communio facta fuiſſet, non eſſet obligatio diuini præcepti ad eam in mortis articulo ſumendá. Vtrùm autem ex conſuetudine, vel Eccleſiaſtica lege, vera tunc obligatio foret Euchariſtiam recipiendi, ſectionis ſequentis propria diſceptatio eſt: Sicut etiam. An debeat, vel poſſit dari Viaticum ei, qui eadem die ex deuotione communicauit.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO III.

Quomodò Sacramentum hoc neceſſarium ſit neceſſitate præcepti Eccleſiaſtici?

58. Eſt lex Eccleſiaſt. in Concilio Lateranenſi lata.

SVpponimus iſtam neceſſitatem, quia ſupponimus Eccleſiaſticam legem, latam ab Innocentio. III. cum Concilio Lateranenſi in c. *Omnis Vtriuſque ſexus*: cuius hæc ſunt verba. *Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, ſemel ſaltem in anno confiteatur, ſuſcipiens reuerenter, ad minus in Paſcha, Euchariſtiæ Sacramentum, niſi fortè de proprij ſacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab eiuſmodi perceptione duxerit abſtinendum: alioquin & viuens ab Eccleſiæ ingreſſu arceatur, & moriens Eccleſiaſtica careat ſepultura.* Cuius legis partibus, ad Euchariſtiam pertinentibus, exponendis in hac ſectione incumbemus: ad ſequentem acturi de neceſſitate alius Communionis non annuæ, ex conſuetudine, vel præcepto Eccleſiaſtico profecta.

§. I.

Quas perſonas præceptum Eccleſiaſticum annuæ Communionis obliget?

HÆc prima quæſtio pertinet ad prima illa legis verba. *Omnis vtriuſque ſexus fidelis poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit.* Illud quidem *Omnis fidelis*, idem valet, ac omnis baptizatus. Tùm quia Eccleſia ſolùm intendit legem ferre in eos, qui licitè, & validè poſſunt Euchariſtiam percipere; & qui niſi percipiant, ab ipſa puniri poſſint, vt patet ex pœnis ibidē aſſignatis: Atqui ſoli baptizati tales ſunt, cum Baptiſmus ſit conditio prærequiſita ad licitam, vel validam aliorum Sacramentorum receptionem; imò ſit Eccleſiæ ianua, ac proindè Eccleſia in non baptizatos non habeat iuriſdictionem; Ergò vocibus illis, *Omnis fidelis*, ſolus baptizatus intelligitur.

59. Verba illa *Omnis vtriuſque*, ſignificant *Omnis vtriuſuis*.

Illud verò *Omnis vtriuſque ſexus*, idem valet ac *omnis vtriuſuis ſexus*, nimirum ſiue vir, ſiue fœmina ſit. Quod enim Caluinus hìc opponit: *ſola verborum barbaries fidem legi abrogat. Nam quid iubent boni Patres, omnē vtriuſque ſexus quotannis ſemel proprio ſacerdoti confiteri omnia peccata, &c. faceti homines lepidè excipiunt, hoc præcepto teneri ſolos hermaphroditos ad neminem verò ſpectare, qui ſit mas vel fœmina;* Hoc, inquam, indignum cordato homine eſt. Permittamus enim dictionem eſſe barbaram; an ideò fides Apoſtolo Paulo, quia barbariſmos affert, abroganda? An huius rei ratio, ex lepidorum, vel ſcurrilium hominū facetiis petenda? Adde, locutionem illam à S. Hieronymo ſæpiùs vſurpatam, vt prolatis in medium teſtimoniis perſpicuè demonſtrat Bellarminus l. 3. de Pœnitētia c. 1, à §. *Denique, quòd barbariem.*

60. *Cùm ad annos diſcretionis peruenerit.* Hæc verba comprehendunt cunctos baptizatos adultos, ſeu rationis vſum habentes. Et meritò, quia iſti omnes capaces ſunt effectus huius Sacramenti, & ad ipſum debitè ſuſcipiendū poſſunt ſe diſponere, proindè æquum fuit omnes, & ſingulos comprehendi. Vndè infero, Paſtores Eccleſiaſticos, ſiue regulares, ſiue ſæculares ius habere compellendi ad Sacram Communionem eos ſacerdotes ſibi ſubditos, qui Miſſam non celebrāt: nam hoc præcepto tenentur, ipſumque re ipſa violant. Verùm autem, ſi alio tempore celebrent, & non in Paſchate, præceptum iſtud violent, in §. ſequente diſquiremus:

61. Triplex reſtat difficultas huius §. propria, An ſummus Pontifex hoc præcepto Eccleſiaſtico ligetur? Quod enim ait Suarez, hoc dubium in hac materia non poſſe moraliter ad praxim reuocari, ideoque ad materiam de Confeſſione differendū, vt à Doctoribus differtur, hoc, inquam, non capio. Nam ſicut poſſet Pontifex Confeſſionē, ita poſſet Communionem diutius omittere: Cur ergò magis vnius, quā alterius præceptū poteſt in Pontifice ad praxim reduci? Confirmo id ipſum ex altera difficultate, quam hic Suarez, & alij Doctores diſputant, quo ſc. ætatis tempore incipiat homo præcepto iſto obligari: ſicut enim par eſt difficultas quoad hæc duo præcepta in adoleſcente; ita & in Pontifice: Quarè cum de Adoleſcente hic diſputetur; nequit de Pontifice non diſputari.

Papa obligatur hoc præcepto.

Aſſero igitur, Papam hoc præcepto grauiter obligari. Ita Suarez de Bonit. diſp. 36. ſect. 2. num. 5. & Vaſquez q. 90. ar. 1. dub. 5. à num. 12. Probant ambo, quia licet Princeps non obligetur ſua lege quoad vim coactiuam, ſiue ad ſubeundam pœnam, obligatur tamen quoad vim directiuam, ſiue ad incurrendam culpam: quia tenetur ſe conformare cum ſuæ reipublicæ corpore. Quæ ratio conuincit obligari Pontificem hoc præcepto; non tamen conuincit obligari grauiter; quia probabilis eſt multorū ſententia, Principem ſub culpa tantū veniali aſtringi ad conformitatē illā cum ſua republica ſeruandā.

62. Quia diuinum eſt fundamentaliter & ſpecialiter.

Rectius Recentiores alij, quos approbat Lugus de Pœnit. Diſp. 15. ſect. 7. n. 145. probant, quia licet hoc præceptum ſit formaliter Eccleſiaſticum, fundamentaliter tamen eſt diuinum, quatenus Chriſtus præcipiens Cōmunionem, præcipit Eccleſiæ, vt determinet tempus aliqua Eccleſiaſtica lege Declaro id ipſum, & roboro: quia Chriſtus dicens. *Niſi manducaueritis, &c.* cunctos fideles adultos æquè reſpiciebat, & cunctos grauiter obligare intendebat: Ergo præcipiens Eccleſiæ vt obligationis tempus determinaret, omninò præcepit, vt pro omnibus æque determinaret: atq; adeo cum pro Eccleſię corpore determinata ſit grauis obligatio, etiā determinata eſt grauis pro Eccleſiæ capite.

Dices: ſi lex iſta verè Eccleſiaſtica eſt, verè eſt Pontificia: Ergò non magis obligat Pontificem, quam alia quælibet lex obliget Principē, illius authorem. Nam etiam Princeps à Deo præceptum habet ferendi leges: vndè leges, quas fert, radicaliter ſunt diuinæ. Nego conſequentiam, & probationem: quia Chriſtus admodū determinatè iniunxit Communionem, & proindè ſpeciatim præcepit Eccleſiæ, vt Communionis tempus decerneret; quarè licet lex iſta propriè Eccleſiaſtica ſit, eius tamen obiectū quoad ſubſtantiā, præcepto diuino iniungitur: ideo illius præcepti diuini determinatio grauiter cunctos obligat, quia grauiter cunctos obligat illius obiectum.

Hinc deduces, Papam, ſi ſtante hac vniuerſali determinatione diuini præcepti, non cōmunicaret, ſaltē in Paſcha, peccaturum grauiter; quia grauem violaret obligationem, iam in ſuperiore numero probatam. Ait verò Lugus, poſſe facere pro ſe diuerſam præcepti diuini determinationem; ſic nempè, vt pro Eccleſiæ corpore determinatio eſſet ad annum &

 pro

Digitized by Google

pro ipſo Pontifice, hac dumtaxat vice ad annum, & dimidium. *Iam enim*, inquit, *relinqueret aliquam determinationem pro ſe, & aliunde non videtur culpa grauis non conformare ſe in omnibus cum ſuis ſubditis.* Non tamen videtur id ſine graui culpa, vel ſine ingenti imprudentia facturus. Vel enim haberet iuſtam cauſam differendi Communionem ſuam vltra annũ; vel non? Si haberet, hæc illum excuſaret, & ſaltem ex conſilio proprij Confeſſarij, licitè poſſet ipſe, ſicut quilibet cæterorum fidelium, ſuam Communionẽ differre, etiam inuariata determinatione; proindè valdè imprudenter iſtam variaret. Si verò iuſtam non haberet cauſam ita differendi ſuam Communionem, grauiter peccaret determinationem pro ſe ſolo extendens. Nam quod aiunt plurimi, Principem nõ obligari grauiter ad conformitatem cum ſubditis, probabile arbitror in ſæculari Principe, & etiam in Eccleſiaſtico quoad actiones merè laicas, vt piſcari in flumine interdicto, lignari in ſylua publica vetita &c. non verò quoad actiones ſacras, & animi ſalutem directè ſpectantes, qualis eſt Confeſſio, & Communio, quia ad animæ perfectionem, & veram ſanitatem, etiam ſublato humano præcepto plus tenentur principes Eccleſiaſtici, quàm ſubditi: Ergò ſi poſito præcepto conſtringantur ſubditi ad Communionem annuam, grauis deordinatio eſt, quod Princeps Eccleſiaſticus ab illa ſe obligatione, vel ſemel eximeret: quod in Tractatu de legibus diuina ope fusè proſequemur.

Nec poteſt licitè pro ſe ſolo diſtinctam ferre determinationem legis diuinæ.

64. Altera eſt difficultas, Quonam ætatis ſuæ tẽpore incipiant homines ad Communionẽ annuam obligari? Communis, & vera reſponſio eſt, non poſſe certum annorum numerũ pro omnibus aſſignari, cùm aliis citius, aliis ſeriùs rationis vſus, & iudicium perfectum, ad Communionẽ requiſitum affulgeat: Sed prudentis iudicio definiendum; præſertim autem Confeſſarij, qui, audita adoleſcentis Confeſſione facilè deprehendet, num oporteat illum tanti ſacramenti participem fieri. Huc enim ſpectant verba illa prædicti Canonis, *Niſi fortè de proprij ſacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab huiuſmodi perceptione duxerit abſtinendum.* Eſt enim rationabilis cauſa cenſenda, qua ducitur Confeſſarius ad differendam Euchariſtiæ ſumptionem in adoleſcente ob defectum diſpoſitionis, vt ita dicam, plenè rationalis: ſicut in adulto, & adultero ob defectum plenæ diſpoſitionis moralis.

Tempus ætatis definiendum eſt Iudicio Prudentis.

Quid verò, ſi puer non ſibi ſit conſcius peccati mortalis, ac proindè non teneatur confiteri, & habeat copiam ſacerdotis, qui ſibi Euchariſtiam adminiſtrare poſſit, & non Confeſſarium, quem conſulat? Ad quæſtionem hanc virtualiter reſpondent Doctores, determinari hoc poſſe, & ſolere etiam à parentibus, & conſequenter ab iis, quos puer loco parentum habet. Et ratio eſt, quia lex illa, quantùm ad adoleſcentes, ita cõmuniter intellecta, & in vſum redacta eſt conſuetudine prælatis approbata, quæ rectiſſima eſt legum interpres.

Vel Parentis ipſius Pueri.

65. Sed quæri poſſet, Quanto tẽpore poſt plenũ rationis vſum, erit obligandus puer ſiue à Confeſſario, ſiue à parentibus, ad annuã Communionẽ? Reſpondemus id ipſũ prudẽti arbitrio definiendũ, attentis circũſtantiis nõ ſolùm perfecti vſus rationis, ſed etiã perfectæ inſtructionis in rebus fidei, & nominatim ſancti ſacramenti, & debita præparatione ad illud cum competenti veneratione, æſtimatione, & fructu percipiendum. Hoc autem adepto ſtatu, non dubito quin intra annum ab eius adeptione, ſit obligandus puer ad Euchariſtiã ſumendam: quia non poteſt Confeſſarius, aut Paterfamiliaſ prudenti conſilio, ſuadere vlteriorem dilationem, cùm lex apertè loquatur de adeptis vſum rationis, & Euchariſtia ſit totius vitæ viaticum ſaluberrimum; quod initio viæ ſumendum eſt. Et hanc eſſe exiſtimo conſuetudinem vniuerſalem; ſolumque eſſe diſcrimen, quòd puerorum alii ſeriùs, alij citiùs ad eum rationis, & iudicij, & præparationis ſtatum pertingunt.

Tertia difficultas eſt de Adultis ingenio quidem hebetibus, ſed rationis vſum, & libertatem habentibus. Reſpondemus, illos, ſaltem in Europa, ad Communionem annuam hâc lege obligari. Nam & ad annos diſcretionis peruenerunt, & vſu, & conſuetudine receptũ eſt, vt ad Cõmunionem à Prælatis adigantur: & meritò, quoniam vt pueri poſt acceptum rationis vſum non obligentur, facit certa ſpes plenioris iudicij, maioriſque diſpoſitionis: quæ in adultis illis ingenio tardis locum non habent. Et ob hanc rationem in ſectione ſequente, n. 91. idem dicemus de pueris in articulo mortis rationis vſum habentibus, in quibus ſicut vita, ſic plenior diſcretio deſperatur. 66.

Adulti ingenio tardi obligantur in Europa.

Diximus, Adultos ingenio tardos, ſed rationis compotes, in Europa ſaltem degentes, ad Communionem annuam teneri: nam de Indis obſeruandæ ſunt peculiares leges, & inſtructiones in Synodis illarum Prouinciarum editæ, & ſummo Pontifice conſcio ad praxim deductæ, quarum meminit P. Ioannes de Lugo Diſp. 15. ſect. 5. Illud tamen adiicio, quod Gregorius XIII. immortali memoria dignus Pontifex, conſultus hac de re ab illius Indicæ vineæ cultoribus, reſpondit, Indis, etſi recens conuerſis, & ingenio tardis, dummodò verè, & ſeriò conuerſis, & Euchariſtiam petentibus, benignè eſſe impertiendam: fore enim, vt quod illis perſpicacitatis à natura negatur, id per illuſtrationes ex diuini huius myſterij perceptione diuinitùs exortas, magnam partem ſuppleretur. 67.

Apud Indos ſunt ſpeciales leges ſeruandæ.

Quarta eſt difficultas de Energumenis, Obſeſſis, ſiue Arreptitiis. Reſpondeo cum communi Recentiorum ſenſu, teneri Energumenos lege Communionis annuæ, & grauiter peccare non communicando in Paſchate, ſi periculum abſit, ne ſacramentum indignè tractetur, vt expuitione, vomitione, &c. Ratio eſt: quia, tali abſente periculo, nulla eſt exceptionis ratio; imò ſperare debent, fore, vt huius ſacramenti interuentu remedium accipiant. Quod ſi tempore Paſchatis, illud ſubſit periculum, excuſabuntur quidem à culpa non tunc Euchariſtiam recipientes: poſteà tamen ſi periculum illud, tranſacto Paſchate, ceſſet, tunc ad Communionem tenebuntur accedere: ſicut alij, qui ob iuſtas cauſas de conſilio, vel præcepto Confeſſarij, Communionem in Paſchate differunt. 68.

Item Energumeni, obſeſſi, arreptitij.

Quinta difficultas. An hoc præcepto teneãtur etiã Hæretici? Cõmunis doctrina eſt, illos teneri. Quia nomẽ illud *Fidelis* nõ ſtrictè ſumitur pro habente fidẽ Catholicã, ſed ſolùm pro baptizato, qui eſt Eccleſiæ ſubditus: Ergò cùm Hæretici tales ſint, eo nomine comprehenduntur. Antecedens tribus modis probari poteſt: Primo, quia ſi nomen *Fidelis* propriè, ſtrictè 69.

De Hæreticis affirmans ſententia communis.

Digitized by Google

ſtrictéque ſumeretur, comprehenderet Catechumenos, quod eſt abſonum. Secundo, quia ſi nomen illud *Fidelis* non ſumeretur pro baptizato, ſanè hoc ipſo quod aliquis baptizatus incideret in hæreſim internam, vel occultam, eximeretur ab obligatione iſtius legis, quod etiam eſt abſonum. Tertio, quia Tridēt. ſeſſ. 14. cap. 5. docet, Sacerdotes Euangelicos à Chriſto fuiſſe inſtitutos iudices, ad quos deferrentur omnia crimina, in quæ fideles incidiſsēt: Atqui *Fidelium* nomen etiam cōprehendit hæreticos; alioqui baptizatus qui ad hæreticos deficeret, non teneretur confiteri peccata lethalia, quæ in hæreſi perpetraſſet: Ergò etiam in præſenti nomen *Fidelis* hæreticos comprehendit.

70. Negatiua tamen eſt vera.

Ego tamen in oppoſitam compellor ſententiam. Primùm, oppoſito argumento, nempè nomen *Fidelis* in præſenti, propriè eſſe capiendū, quod probo: quia regula, quæ docet, verba oneroſa, qualia ſunt omnia præceptiua, propriè, & ſtrictè capi debere, cùm adeo generalis ſit, ſine vrgente ratione non debet exceptionē pati: Sed nulla eſt ratio, quæ exceptionem adhibere cogat: Ergò nomen *Fidelis* propriè capiendum eſt. Maior, & conſequentia probatione non indiget. Minorem aſtruo deſtructione trium illarum rationum, quas ex Aduerſariis num. præcedente recenſui.

71. Argumenta ſententiæ affirmantis diluuntur.

Prima erat. *Si Fidelis* propriè ſumeretur, cōprehenderet Catechumenū. Contrà, quia non poteſt comprehendere non ſubditū Eccleſiæ: Sed Catechumenus eſt Eccleſiæ non ſubditus: Ergò nomen *Fidelis* in hac lege, licet propriè capiatur, Catechumenum non comprehendit: Sic Eccleſia iubet adultum 21. annorum ieiunare: non tamen comprehendit Mahometanum id ætatis apud Chriſtianos degentem.

Altera Contrariorum ratio erat. Si nomen Fidelis propriè ſumeretur, ab hac lege liber eſſet baptizatus, hoc ipſo, quod in hæreſim occultam incideret. Contrà verò, Tùm quia ſicut dùm quis nō probatur malus, præſumitur bonus: ſic dùm baptizatus nō probatur infidelis, præſumitur, & cenſetur fidelis, ac proindè per legem hoc nomine comprehenditur. Tùm etiā quia qui ſemel aliqua lege, vel præcepto conſtringitur, ab eius obligatione non liberatur, niſi per voluntatem ſuperioris, qui in ea lege diſpenſare poteſt: At baptizatus, qui in hæreſim ſiue occultam, ſiue manifeſtam incurrit, cùm iam Communionis lege contentus fuerit, non liberatur ab eius obligatione; quia non eſt vnde colligamus, Eccleſiam velle, vt obligationem illam exuat: Ergò &c.

Poſtrema fuit ratio, quia iuxta Tridentinum ſeſſ. 14. c. 5. Sacerdotes à Chriſto fuerunt conſtituti iudices, ad quos deferrētur crimina omnia, in quæ *fideles* incidiſſent: Si autem nomen *Fideles* ſtrictè caperetur, non teneretur quis ea confiteri crimina, quæ poſt Baptiſmum in hæreſi commiſiſſet. Sed contrà: Nam ipſummet Concilium in eodem c. paulò anteà ſtatuit, *integram peccatorum Confeſſionem omnibus poſt Baptiſmum lapſis iure diuino neceſſariam exiſtere*: Ergò licet *fidelis* apud Trident. pro omni baptizato capi debeat, non tamen in capite *Omnis vtriuſque*. Primò, quia Tridentinū iam præmittit, quid ſignificare velit nomine *fidelis*, nempe *baptizatum lapſum*: quod non præſtat caput *Omnis* &c. Secundò, quia Tridentin. non potuit eo nomine comprehendere ſolùm fidelem propriè ſumptum: Caput autem *Omnis*

vtriuſque potuit; Cùm liberum Eccleſiæ ſit legē ſuā ad hæreticos extēdere, vel nō extēdere.

72. Deindè compellor: quia ſolos illos comprehendit lex, quorum reſpectu, pœna, quam trāſgreſſoribus minatur, & imponit, vera pœna eſt, & grauis, ſiue acerba, & ipſos à legis violatione deterrere poteſt: Atqui pœna, quam lex iſta minatur, eſt, vt tranſgreſſor viuus careat ingreſſu Eccleſiæ, & mortuus Eccleſiaſtica ſepultura: quæ quidē reſpectu hæretici non eſt pœna, nec acerba, nec mala, proindè nec illos à legis violatione deterrens: Ergò credibile non eſt, hanc legem ad illos dirigi, ipſoſque comprehendere.

73. Videtur indecens hæreticos obligari pœnis ab Eccleſia vt ſemel in Anno communicent.

Poſtremò, quia non parùm videretur dedecere Eccleſiam, quòd hac lege Communionis annuæ vellet hæreticos aſtringere. Primò, quia eam faceret ſuperuacaneam. Nā hoc ipſo quòd velit aſtringere Catholicos, iam declarat præcepto diuino teneri ipſos etiā Gentiles ad annuam Communionem, vt ſuprà docuimus; ac proindè iam hac poſita declaratione, tenentur hæretici præcepto diuino ad Communionem annuam: Ergò non eſt cur Eccleſia illos ſuo præcepto cōprehendat, tanquàm præcepto, ſed ſolùm tanquam explicatione, ſicut comprehēdit Gentiles. Nam neque ſuo præcepto magis illos aſtringet, quàm aſtringantur diuino; nec magis eos adducet ad Communionem annuā. Quorſùm igitur eos præcepto iſto liget? Secundò, quia pœna, quā Eccleſia tranſgreſſoribus minatur, eſt, vt viuentes arceantur ab ingreſſu Eccleſiæ, & morientes careant Eccleſiaſtica ſepultura. At eiuſmodi pœnā ridebūt hæretici: adeò nō adducētur ad legis obſeruationē.

Et inutile eſſet.

§. II.

Præceptum annuæ, ſeu Paſchalis Communionis quo tempore obliget.

QVatuor hic occurrunt dubitationes circa verba iſta prædictæ legis: *Suſcipiens reuerenter, ad minus in Paſcha, Euchariſtiæ ſacramētū*. 74.
Prima, Quodnā anni tēpus ſignificetur per vocem *Paſcha*? Reſpōdeo cū omnibus Doctoribus præſertim Recentioribus: Nō ſignificatur ſola Dominica Reſurrectionis, neque tātummodò tres dies feſtiui Dominicæ Reſurrectionis; ſed quindecim dies à Dominicā Palmarū vſque ad Dominicam in Albis. Nam etſi nomen Paſchatis non omnes iſtos dies ex ſe ſignificet, ſed vel illos tres dies Reſurrectionis feſtiuos: vel etiam totos 57. quibus cōſtat tempus Paſchale: tamen Eccleſiaſtica conſuetudo, accedente etiam Decreto Gregor. IV. apud Nauarrū c. 21. n. 45. declarauit, nomine Paſchatis dictos illos 15. dies hac lege ſignificari. Quòd ſi alicubi vel conſuetudo viget hoc tempus extendendi ad totam Quadrageſimam, ei conſuetudini ſtandum: ſicut etiam ſtari deberet conſuetudini coarctanti tempus ad ſolam hebdomadam Maiorem, aut Paſchalem.

Paſcha in Canon. præfato ſignificat dies quindecim.

Vel totam Quadrageſimam vbi conſuetudo interpres eſt.

Secunda dubitatio. Nùm hæc obligatio ſit affixa ſoli Paſchati; ſic nēpè vt qui tunc nō cōmunicauit, liber ſit obligatione cōmunicandi vſque ad ſequens Paſcha? 75.
Mitto ſententiam Armillæ, & quorundā aliorum, qui duas theſes proferunt. Prior eſt, illum qui ex legitima cauſā nō communicauit in Paſchate, manere obligatum ad cōmunicandū quamprimùm poſſit; quia lex ipſa concedit, vt Cōmunio de licentia Confeſſarij differri poſſit: eſtque eadem ra-

tio, cùm ex iuſta cauſa differtur, nam tunc præſumptum adeſt Cōfeſſarij conſiliū. Altera theſis eſt, illum, qui ſine legitima cauſa Communionē in Paſchate omiſit, iam nō ad illā teneri vſq; ad ſequens Paſcha. Affirmant ſimpliciter Antonius, Sylueſter, Tabiena, Victoria, Medina, Soto, Ledeſma, Ioannes de la Cruz, Sà, Toletus, & Valentia, quos ſequitur Diana tom. 2. Tract. 4. reſolut. 41. Nā hoc præceptū ſimile eſt præcepto recitandi Officium diuinūm, vel audiendi Miſſam: ſed hæc præcepta alligantur diei, ſic nempè vt qui hodiè nō recitauit, liber maneat ab obligatione recitandi cras officiū, quod hodiè omiſit: & qui hoc die feſtiuo non audiuit Miſſam, liber maneat ab obligatione Miſſam audiendi craſtino die non feſtiuo: Ergò ſimiliter is, qui non communicauit in hoc Paſchate non tenetur communicare vſque ad ſequens Paſcha. Sed hi Doctores in eo delinquunt, quòd non hîc diſtinguunt duo præcepta, vnū communicandi ſaltem ſingulis annis, alterum non differendi Communionem poſt Paſcha, vt infrà magis exponemus, & ideò audiendi non ſunt.

Negant ſimpliciter Suarez Diſp. 70. ſect. 2. Vaſq de Pœnit. q. 90. art. 3. dub. 2. n. 13. Azor, Coninc., Laym. Fagundez, Nugnus, Pitigianus, Syluius, & Graſſis apud Dianā ſuprà citatum. Quia tempus Paſchatis non aſſignatur ad auferendam obligationem, ſed ad non differendā Cōmunionē: ſic nimirùm vt qui debet centum ex venditione ad Kalendas Ianuarias, ſi tunc non reddat, minimè liberatur obligatione quamprimùm illa centū ſoluendi. Cæterum cùm plerique horum Doctorum duo hîc præcepta diſtinguant; vnum communicandi ſemel in anno; alterū id præſtandi in Paſchate, inconſequenter exigunt, vt hoc tranſacto quamprimùm communicet, vt iam exponam.

76. *Qui non in Paſcha; poſtea obligatur adimplere legem.*

Vera reſponſio duas continet partes. Prior eſt: Qui in Paſchate non communicauit, non manet liber ad obligatione illo anno cōmunicandi. Quia in capite *Omnis vtriuſque ſexus*, duo circa Communionem præcepta virtualiter diſtinguuntur, vnū communicandi ſaltem ſemel in anno; alterū id præſtādi ſaltem in Paſchate: Sic enim dicitur; *ſemel ſaltem in anno confiteatur, ſuſcipiens ad minus in Paſcha Euchariſtia ſacramentum.* Atqui ſenſus eſt; *Suſcipiens Euchariſtiæ ſacramentum ſingulis annis, ad minus in Paſcha*: Cùm igitur tranſacto Paſchate, non tranſierit annus, non tranſiit obligatio communicandi ſemel in anno. Minor patet, tùm ex ipſis verbis; tùm expoſitione Trident. ſeſſ. 13. can. 9. dicentis: *Si quis negauerit, omnes, & ſingulos Chriſti fideles vtriuſque ſexus, cùm ad annos diſcretionis peruenerunt, teneri ſingulis annis; ſaltem in Paſchate, ad communicandum; iuxta præceptum ſanctæ matris Eccleſiæ; anathema ſit.*

Ante Kalēd. Ianuarij ſequentis.

Altera pars eſt: Obligatio, quæ, tranſacto Paſchate, de Communione perſeuerat, non eſt communicandi cùm primùm poſſit, qui in Paſchate nō cōmunicauit, ſed cōmunicādi ſemel in reliquo illius anni tēpore, nempe ante Kalēdas Ianuar. ſequentis anni. In hac parte aſſentior Patri Ioāni de Lugo, & vtor eiuſdē probatione. Nam hîc duo ſunt, vt præmiſi, communionis præcepta, vnū recipiendæ Cōmunionis, ſaltem ſemel in anno; alterum recipiendæ Communionis, tempore Paſchatis: Ergò prætermiſſa Communione tempore Paſchatis, ceſſat obligatio communicandi in Paſchate, permanetque prior obligatio communicandi ſemel in anno. Sed hæc tranſit, ſumpta Cōmunione in quauis parte reliqui temporis anni ante Kalendas Ianuariàs permanentis: Ergò non eſt obligatio communicandi poſt Paſcha cùm primùm poſſit ille, qui in Paſchate communionem non recepit.

Hinc patet, longè aliam eſſe obligationem communicandi in Paſchate, ab obligatione ſoluendi centum in Paſchate. Nam hæc ſolùm eſt vnica, & ſoluendi centum, incipitque obligare in Paſchate, & eo tranſacto, ſemper vrget. At obligatio communicandi eſt duplex; Vna cōmunicandi ſemel in anno: Altera cōmunicādi in Paſchate: quare hac tranſeunte, permanet prior: nec ſtatim vrget, ſed impleri valet toto reliquo illius anni tēpore. Meliùs comparatur hoc præceptum cum præcepto recitandi quotidie v. gr. Primam; & eam recitandi matutino tempore: nam hoc tranſacto, ceſſat quidē obligatio recitandi illam matutino tempore; non tamen obligatio illam eo die recitandi; nec tamen grauiter obligans ad recitandum cùm primùm poſſit, ſed ante mediam noctem. 77.

At inquies: Iis, qui intra quindecim illos dies non communicant, aſſignari ſolent alij octo, intra quos ſi communicent, non excommunicantur; ſi non communicent, excommunicantur: Ergò tranſactis illis quindecim diebus manet obligatio Communionis, cùm primùm fieri poſſit. Negatur conſequentia: nam illa excommunicatio non infligitur propterea quod non cōmunicauerint in illis octo diebus, ſed propterea quod non communicauerint in quindecim antecedentibus: quam tamen excōmunicationem Prælati nolunt infligere, ſi intra illos octo dies additos communicent.

Inſtabis cū Vaſq. vbi ſuprà n. 6. Qui propter omiſſā Communionē Paſchalē excommunicatur, abſolui nō poſſūt ab excōmunicatione, niſi poſteà cōmunicent: Ergò non cōmunicando cùm primùm poſſūt, contumaces ſūt cōtra legē Paſchalis cōmunionis, & ideò excommunicationē cōtrahūt, à qua per Parochos abſolui nequeūt: nam ſi iā non eſſent cōtumaces, abſolui poſſent. Nego conſequentiā: Excōmunicantur enim, propterea quod in Paſchate non cōmunicauerint. Prælati verò ſicut nolūt exequi pœnam excommunicationis, niſi poſt alios octo dies: ita nolunt vt poſteà tolli poſſit, niſi reus communicare velit; qua de rē fuſiùs in §. ſequente. 78.

79. *Qui præuidet ſe eſſe impediendum.*

Tertia dubitatio. An ſciens, ſe non valiturū communicare tempore per Eccleſiā deſignato, teneatur anteà communicare? Vaſq. proximè citatus dub. illo 2. n. 13. Nugnus, Syluius, & alij, quibus ſubſcribit Fagundez, de hoc præcepto c. 6. n. 3. ſcribunt, eum, qui præuidet fore impedimentū tempore Paſchatis, teneri anteà communicare. Suar. verò Diſp. 70. ſect. 2. §. *Tertium dubiū*, Azor tom. 1. lib. 17. cap. 41. Pitigianus in 4. diſt. 9. quæſt. 3. art. 9. id negant.

Diſtinguendū eſt duplex tēpus ab Eccleſia Cōmunioni deſignatū: Vnum eſt ſpatiū totius anni, iubet enim, vt Cōmunio recipiatur ſemel in anno: Alterum eſt tempus Paſchale, præcipit enim, vt ſaltem Communio recipiatur tempore Paſchatis, vt iam ſuprà diximus. Rursùs diſtingui debent tres euentus, ſeu præuiſiones impedimenti. Primò enim poteſt quis exiſtens verbi gratia in Ianuario huius anni præuidere impedimentum futurum ad communi

communicandum in Paſchate, non tamen ad communicandum poſt Paſcha. Secundò poteſt præuidere ſe impediendum, tàm in Paſchate, quàm toto reliquo iſtius anni tempore. Tertiò poteſt in hoc anno exiſtens, præuidere ſe impediendum à Communione, toto tempore anni proximè ſequentis. Et hinc petenda reſponſio tribus conſtans partibus.

80. Si in ipſo Tempore Paſchæ, & non poſtea.

Primâ, Qui exiſtens in hoc anno præuidet impedimentum futurum tempore Paſchatis; non tamen reliquo huius anni tempore, nõ tenetur communicare ante Paſcha. Quia non tenetur præuenire tempus actione, quæ ipſa nõ implet præceptũ: Sed ſi communicet ante Paſcha, non implebit præceptum cõmunicandi in Paſchate: Ergò tũc nõ tenetur cõmunicare præueniendo Paſchatis tẽpus. Maior per ſe claret, quoniã eatenus tenetur illã excere actionem, quatenùs tenetur implere præceptũ; vndè ſolũ tenetur illam exercere, quatenùs ſatisfaciẽtem præcepto. Cõfirmatur exẽplis. Nã qui die ſabbati præuidet, fore vt die Dominica nõ poſſit audire Miſſam, non tenetur illã die Sabbati audire, propterea quòd hac auditione nõ impleret præceptum audiendi Miſsã die Dominico. Minor autem eſt clara: Nam præceptum communicandi in Paſchate non impletur communicando ante Paſcha: Sicut præceptum audiendi Miſſam die Dominico, non impletur audiendo ſacrum die Sabbati.

Si etiam poſtea.

Alterâ, ſi præuidet ſe impediendũ in Paſchate, & in toto reliquo huius anni tẽpore, tenetur Cõmunionem ante Paſcha recipere. Ratio eſt, quia duo ſunt hîc præcepta; Vnũ communicãdi ſemel in anno: Alterũ id faciendi in Paſchate: ſi autẽ iſtud poſterius nõ poſſis implere cõmunicãs in Paſchate, poteris prius illud implere cõmunicans ante Paſcha, & proindè ad id teneberis. Exẽplo firmatur. Debeo recitare hodiè Veſperas, & poſt meridiẽ: Si autem videam me non valiturum eas recitare poſt meridiem, debeo recitare anteà; non vt impleam præceptum recitandi Veſperas poſt meridiem, nam hoc præceptũ implere nequeo: ſed vt impleam præceptũ alterum, nempè recitandi Veſperas hodiè, quando quidem iſtud ſeruare poſſum.

Si præuideatur impedimentum, anno nondum incepto.

Vltimâ, ſi exiſtens in hoc anno, præuideas fore, vt nequeas communicare ſequente, non teneris hoc anno communionẽ ſequẽtis anticipare. Quia non eſt obligatio præueniendi tẽpus actione, quâ præceptum non impletur: ſed cõmunione facta hoc anno non impletur præceptũ communicandi anno ſequenti: Ergò nõ eſt obligatio communionem ſumendi hoc anno, propterea quod non poſſis communicare ſequenti. Firmatur exemplo Miſſæ, quod n. 75. protulimus: & ſimile eſt in recitatione Officij; nec teneor recitare hodiè officiũ craſtinũ, quãtumuis præſciam, fore vt cras recitare non valeam; nec item debeo ieiunare hodiè, propterea quòd ſciam, fore, vt cras non poſſim.

81. Quid ſi poſtea poſſit, qui exiſtimarat fore, vt non poſſet.

Quarta dubitatio, An qui exiſtimans, forè vt non poſſet communicare in Paſchate, communicauit anteà, & poſteà poteſt in Paſchate communicare, ad id teneatur? Reſpondeo cum Suarez ſectione illa 2. prope finem, & cũ Lugo Diſp. 16. ſect. 4. n. 78. teneri. Quia licet ſatisfaciat præcepto Communionis annuæ, non tamen præcepto Communionis Paſchalis: Ergò cùm poſſit ei ſatisfacere, tenetur.

Obiicies. Ex ipſo legis huius tenore ſatisfit præcepto Communionis Paſchalis, ſi ex conſilio proprij Sacerdotis ob cauſam rationabilẽ ad tempus Communio differatur: Ergo etiam ſatisfiet ſi ex probabili iudicio, quòd tempore Paſchatis haberi non poterit, ante Paſchatis dies Communio anticipetur. Conſequentia probatur ex præſumpta voluntate Eccleſiæ, vt in illo euentu Communio anticipetur: ac proindè vt per ipſam præcepto ſatisfiat.

Hunc diſcurſum, ait Suarez Diſp. 70. ſect. 2. § vltimo circa mediũ, eſſe probabilem. Doctor verò D. Vincentius Fernandez de Heredia Repetitione de Euchariſtia Par. 8. dub. 1. num. 10. §. *Reſpondemus*, hoc diſcurſu nixus, ait, hãc ſentẽtiam eſſe probabilem. Antoninus autem Diana Reſolut. 42. veram eſſe, & à Suarez traditã ſect. citata circa finem. Suarez tamen oppoſitum affirmat, inquiens; *Sed licet hic diſcurſus probabilis etiam ſit, non tamen auderem excuſare ab obligatione communicandi in Paſchate eum, qui ſic anticipaſſet Communionem, ſi poſteà nihilominùs communicare poſſet tempore præcepti.* Deinde id ipſum probat his verbis: *Quia cùm lex ipſa expreſſè hoc præcipiat, non video cur ſit omittenda, cùm ſeruari poſſit.* Tandem rationem illo diſcurſu contentam, ita diluit. *Neque ex facultate differendi, quam lex concedit cùm conſilio Confeſſoris, colligi poteſt facultas ita anticipandi, vt poſſit poſteà omitti Paſchalis Communio, etiamſi illo tempore commodè fieri poſſit; ſed potiùs videtur colligi contrarium; nam tunc ſolùm datur facultas poſtponendi, quando in illo tempore præſcripto non eſt commoditas communicandi: & fortaſsè ideò in lege datur hæc facultas differendi Communionem, quia iam ſupponitur præſens impedimentum, de quo certò conſtare poteſt: quòd non ita contingit reſpectu anticipationis.*

82.

83. Duo ſunt circa Communionem Præcepta in cap. *Omnis vtriuſque.*

Nos verò conſequentiùs ad ſuperiorem doctrinã, & noſtræ concluſionis aſſertionẽ, reſpõdemus, ideò nullã eſſe obiectionis cõſequẽtiã, quoniã in illo capite *Omnis vtriuſque*, duo sũt circa Communionẽ præcepta; Vnũ Cõmunionis annuæ, propter neceſſitatẽ, & vtilitatẽ Cõmunionis; Alterũ Cõmunionis Paſchalis, propter memoriã inſtitutionis huius ſacramẽti, & venerationẽ ſacri illius tẽporis. Per Cõmunionẽ autẽ ante Paſcha factam, ſatisfieri quidem præcepto annuæ Communionis; non tamen præcepto Cõmunionis Paſchalis; cui cùm poſſit homo ſatisfacere, ad id omninò tenetur.

Oppones: Qui exiſtimans fore, vt non poſſit poſt meridiem recitare Veſperas, eas ante meridiem recitat; ſi poſteà non habeat impedimẽtũ, non tenetur Veſperas poſt meridiẽ recitare: Ergò ſimiliter, qui probabiliter cenſet fore, vt non poſſit Cõmunionem in Paſchate recipere, anteà recipit, ſi poſteà non habeat impedimentũ, non tenebitur iterùm eã ſumere. Cõſequentia probatur à paritate: nam ſicut hîc duo ſunt præcepta; Vnũ cõmunicandi hoc anno; Alterũ communicandi hoc Paſchate: ita ibi duo ſunt præcepta recitandi Veſperas; Vnũ recitãdi Veſperas hodiè; Alterũ recitandi illas poſt meridiẽ: Sed anticipans Veſperarũ recitationẽ, etſi careat impedimento non tenetur eas poſt meridiẽ recitare: Ergò anticipans Cõmunionem, etſi careat impedimento communicandi in Paſchate, non iam tenebitur communicare.

Neganda eſt, tamen conſequentia. Ad probationem dicendum, eſſe quidem illa duo etiã circa recitationem præcepta; valdè tamen diuerſa, nam vnum recitandi Veſperas hodiè, eſt graue: alterum recitandi Veſperas poſt meridiem, leue. Quare iure optimo, voluntas Eccleſiæ, vſu ipſo declarata, eſt, vt quo-

Digitized by Google

ties rationabiliter præſumitur impedimentum recitandi hodiè ſuo tempore, per anticipationem præcepto ſatisfiat: eſſet enim quædam determinatio ſub peccato veniale obligare tunc ad totum officium, vel ad magnam eius partem repetendam. At præceptum Communionis annuæ, & præceptum Communionis Paſchalis, vtrumque eſt graue: quocircà non eſt vnde inferri poſſit, quod impleto priori per Communionem ante Paſcha factam, impleatur ſecundum communicandi in Paſchate.

Et vtrumuis eſt graue.

84. Quinta dubitatio: An qui in Paſchate cum peccato mortali communicauit, teneatur eodem anno communicare dignè? Reſpondeo contra Durandum, Capreolum, Adrianum, Cabezudum, & Syluium, non teneri; quod ſentiunt Corduba, Sotus, Couarruuias, Suarez, Azor, Lopez, Pitigianus, Fagundez, Villalobos, Diana, quos allegat, & approbat Lugus Diſp. 16. ſect. 4. à num. 83. Quia finis legis, externum actum præcipientis, non cadit, aut præcipitur à lege: Sed hæc lex præcipit Communionem, quæ eſt actus externus: finis autem eius legis eſt ſanctificatio interna: Ergò hæc à lege iſta non præcipitur. Maior declaratur ſimul, ac probatur: nam actus externus totaliter diſtinguitur ab illo fine: vnde re ipſa poni valet non poſito illo fine: lex igitur illum actum præcipiens non eſt cur eius finem præcipiat. Confirmatur, quia verba onerosa ſtrictè capi debent: verba verò præceptiua, onerosa ſunt; ac proinde ſtrictè capi debent: Sed verba huius præcepti, ſtrictè ſumpta non aliud ſonant, quàm Euchariſtiæ perceptionem, non autem perceptionem in gratia: Ergò huic præcepto ſatisfit per communionem in mortali factam.

Præceptum implet indignè communicans debito tempore.

Oppones: Iam in ipſo præcepto finem ipſius imbibi, dum Communio iubetur fieri reuerenter; qui enim indignè recipit, non reuerenter illam recipit. Sed contrà, quia qui exiſtens in mortali, idque inuincibiliter ignorans Euchariſtiam cum externa reuerentia ſumit, reuerenter ſumit: proindè vox illa *reuerenter* ſolùm indicat externam reuerentiam, quam ſolam poteſt Eccleſia iudicare, atque adeò concedendum eſt ſolam iſtam præcipere: Sicut quando præcipit recitare officium diuinum deuotè, & attentè, non præcipit attentionem internam, quam iudicare non poteſt, ſed externam, quam poteſt: nam ſicut Horarum recitatio voluntaria, & libera, licet careat attentione, eſt recitatio humana; Ita Euchariſtiæ ſumptio voluntaria, & libera, licet in peccato fiat, eſt ſumptio verè, ac propriè humana: Proindè ſicut per illam ſatisfit vni præcepto, ita per iſtam ſatisfit alteri præcepto Eccleſiaſtico.

85. Dices, Hoc præceptum non eſſe purè Eccleſiaſticum, ſed determinatiuum diuini: ſed diuinum obligat ad communicandum abſque peccato mortali: Ergò etiam ad id obligat præceptum Eccleſiaſticum. Vt reſpondeam noto, duplex eſſe præceptum Communionis diuinum; Vnum poſitiuum communicandi: Alterum negatiuum non communicandi indignè. Nunc in forma diſtinguo Maiorem; Præceptum iſtud eſt determinatiuum diuini poſitiui, concedo; diuini negatiui, nego: quia præcipiendo Euchariſtiæ receptionem liberam, & exteriùs reuerentem, præcipit verum, & integrum, & humanum receptionis actum, de quo poteſt iudicium ferre: proindè non eſt cur præcipiat internam gratiæ diſpoſitionem, de qua iudicium ferre non poteſt.

Vrgebis: Eccleſia iudicium fere non poteſt de interna indiſpoſitione, & peccato merè interno illius, qui indignè recipit abſolutionem: & tamen iſte ſacrilegè illam recipiens, non ſatisfacit præcepto annuæ Confeſſionis: Ergò nec ille, qui indignè communicat, ſatisfacit præcepto annuæ Communionis. Nego conſequentiam, & diſparitate impugno. Nam ſicut determinatione vnius præcepti diuini præcipitur vera, & moralis, ſiue humana receptio veri ſacramenti Euchariſtiæ: ſic determinatione alterius præcepti etiam diuini præcipitur moralis, & humana receptio veri ſacramenti Pœnitentiæ: qui autem ſacrilegè recipit abſolutionem, non recipit verum Pœnitentiæ ſacramentum; ac proindè non ſatisfacit præcepto diuino poſitiuo recipiendi ſacramentum illud; qui autem ſacrilegè communicat, verum Euchariſtiæ ſacramentum percipit, proindè verè facit ſatis præcepto diuino poſitiuo recipiendi Euchariſticum ſacramentum.

Diſcrimen eſt magnum inter hoc ſacramentū & ſacramentū Confeſſionis recipiendum.

Diſcrimen itaque inter duo ſacramenta valdè notandum eſt; quòd Pœnitentia verè ſuſcipi non poteſt cum ſacrilegio, proindè non eſt duplex præceptum; Vnum poſitiuum, eam recipiendi; Alterum negatiuum, non indignè recipiendi: Euchariſtia verò cùm poſſit verè cum ſacrilegio ſumi, poſſunt, & debent circa illius receptionem duo illa præcepta diſtingui. Cæterum hoc non obſtante ſacrilegè recipiens abſolutionem, & recipiens Euchariſtiam ſacrilegè in eo conueniunt, quod neuter incurrit excommunicationem in hoc præcepto contentam: quia ſcilicet neuter violat præceptum Eccleſiaſticum: ſiquidem indignè communicans, totum, quod Eccleſia præcepit, exequitur, nempe communicare: qui verò ſacrilegè abſolutionem recipit, iam præſtat totum, quod Eccleſia præcipere poteſt, etſi non præſtet omne, quod Deus præcipit. 86.

SECTIO IV.

An, & quatenus hoc ſacramentum neceſſarium ſit neceſſitate præcepti Eccleſiaſtici in articulo mortis.

§. I.

Dari præceptum iſtud, & quas obliget perſonas.

De hoc præcepto ſeorſim non diſputant Theologi, ſed ſimul cum præcepto diuino, quod ſupponunt in articulo mortis obligare: nos verò, qui illud negamus, de Eccleſiaſtico ſeparatim agere compellimur. Hoc autem re ipſa reperiri cōſtat inprimis ex can. 13. Concilij Nicæni, relato in cap. *De his* 26. q. 6. præcipit enim, vt circa fidelem moribundum *antiqua legis regula obſeruetur, vt neceſſario vitæ ſuæ* 87.

Præceptum hoc Eccleſiaſticum comprobatur.

Digitized by Google

ſua (ſiue vt coniicio, *via ſua*) *non fraudetur viatico.* Quibus ex verbis tria argumenta petuntur ad perſuadendam obligationem communionis recipiendæ in articulo mortis. Primum eſt, *non fraudetur viatico*, nempè moribundus: quæ verba manifeſtè continent præceptum Eccleſiaſticum. Secundum eſt, *obſeruetur regula legis antiquæ*, quod ſupponit legem, aut conſuetudinem hac de re iam antea vigentem, vt dicebam ſupra ſect. 2. num. 50. Tertium eſt vox illa *neceſſario*; Cum enim neceſſarium non ſit neceſſitate medij, nec neceſſitate præcepti diuini, vt ibidem confirmaui, reliquum eſt, vt neceſſarium ſit neceſſitate præcepti Eccleſiaſtici. Cuius præcepti ſummam conuenientiam, tum ad animi ſolatium, tum ad gratiæ augmentum, tum ad fidei proteſtationem, otioſum eſſet oſtendere.

88. Quas perſonas obliget.

Requires tamen primò. Quas perſonas hoc præceptum obliget, & comprehendat: Reſpõdeo comprehendit, & obligat omnes, & ſolas illas, quas præceptum Eccleſiaſticum annuæ, & Paſchalis communionis, iuxta ſectionis ſuperioris §. primum. Quia ſicut ibi Eccleſia determinat præceptum diuinum ad tempus annuum, & paſchale: Sic etiam hic determinat idem præceptum diuinum ad articulum mortis: Sed eædem rationes, & conuenientiæ, propter quas comprehenduntur, vel non comprehenduntur præcepto annuo, & paſchali perſonæ, quas ibi recenſuimus, pari ratione locum habent in determinatione diuini præcepti ad mortis articulum: Igitur omnes, & ſolæ, illæ hoc præcepto comprehenduntur: nempe omnes fideles baptizati, rationis vſum habentes, atque adeò ſummus Pontifex, & pueri, & grandiores, tum ingenio tardi, qui iudicio Confeſſarij, vel Paſtoris, debitè poſſunt ad Euchariſtiam ſe diſponere: itemque obſeſſi, vel arreptitii, ſi periculum abſit materialis alicuius irreuerentiæ erga tantum ſacramentum: non autem Hæretici.

§. II.

Speciatim exquiritur, An ſit obligatio dandi viaticum pueris ratione vtentibus?

89. SEcundò ſpeciatim requires, An obligatio communionis in mortis articulo recipiendæ, obliget pueros, hoc ipſo quod rationis vſum iam habeant, & inter hunc cibum, & alios aliquo modo diſcernant, nempe hoſtiam, tanquam rem ſacram apprehendendo, ipſamque venerando &c. Affirmant cum Suarez Lugus diſp. 13. num. 37. multique alij. Quia diuinum communionis præceptum ex ſe obligat in articulo mortis, & proinde citra Eccleſiæ determinationem: Ergo circa mortis articulum nihil relinquit iudicio Eccleſiæ determinandum: Ac proinde obligat omnes fideles baptizatos, rationis vſum habentes. Conſequens quidem aſſertio, ſed non vera, quia falſo principio nixa, vt ſupra confirmatum eſt. Negant alij cum Vaſquez, qui reſpondet, etiamſi Chriſtus determinauerit hanc obligationem ad mortis articulum, non tamen determinaſſe, nec potuiſſe determinare ad merum vſum rationis, ſed ad ſtatum, in quo puer inter hunc cibum, & alios ſufficienter diſcernat. Sed contra, quia potuiſſet Chriſtus præcipere, vt infantibus tunc Euchariſtia daretur: Ergo à fortiori pueris ratione iam vtentibus.

90. Pueros obligat, Non eo ipſo quod habeat quis vſum rationi.

Cenſeo primò, non obligari pueros ad communionem in articulo mortis, hoc ipſo quod rationis vſum iam habeant. Quia communio in articulo mortis non obligat iure diuino, ſed Eccleſiaſtico determinante diuinum, vt ſupra oſtenſum eſt: Atqui præceptum Eccleſiaſticum recipiendi Euchariſtiam quotannis, & tempore Paſchatis, non ita determinat diuinum, vt obliget pueros eo ipſo, quod rationis habeant vſum: Ergo nec præceptum Eccleſiaſticum recipiendi Euchariſtiam in mortis articulo. Conſequentia patet: nam omnes rationes, & conuenientiæ, quæ mouere potuerunt ad differendam priorem obligationem aliquo tempore poſt rationis vſum, æquè procedunt in mortis articulo; nempè hoc ſacramentum non eſſe neceſſarium neceſſitate medij; & oportere, vt qui ipſum recipit; diſtinguat hunc cibum ab aliis.

91. Sed quando talis eſt vſus rationis vt aliàs poſſet licite communicare.

Cenſeo ſecundò, tunc obligari pueros in mortis articulo ad communionem, quando in eo ſtatu ſunt, in quo, ſi ſani eſſent, & ſi non deberet, poſſet ipſis dari communio. Diximus enim ſuprà, quamuis puer iam diſcernat inter hunc cibum, & alios, atque adeò poſſit licitè, iudicio confeſſarij, particeps fieri huius ſacramenti, poſſe tamen eiuſdem confeſſarij iudicio communionem ei non exhiberi. Nunc autem dicimus, non id habere locum in articulo mortis, ſed communionem puero præbendam, ſi tantum habeat diſcretionis, quantum ſufficeret, vt in bona valetudine, licitè poſſet, etſi non deberet ipſi exhiberi communio. Ratio eſt, quia dum æger non eſt, ideo poteſt communio illius differri, vt maiori cum notitia, reuerentia, deuotione fructuque communicet: Hæc autem ratio in articulo mortis locum non habet cum iam pueri deſperatur vita, & communionis tunc negatio, non ſit dilatio, ſed fraudatio, quæ nunquam poterit maiore diſpoſitione, & fructu compenſari: Ergo tunc eſt obligatio in puero recipiendi Euchariſtiam, & in confeſſario receptionem iniũgendi, & in proprio ſacerdote eam exhibendi.

92. Quid ſi cõfeſſarius dubitet de tali vſu rationis in Puero?

Quid verò ſi Confeſſarius dubitet, An puer eum rationis, & diſcretionis gradum attingat? Reſpondet Lugus vbi ſupra, non eſſe obligationem ei tribuendi Euchariſtiam; quia dubium eſt num lege comprehendatur: poſſe tamen ei tribui, quia prohibitio dandi Euchariſtiam pueris fundatur ferè in conſuetudine fundata in Ritualis Romani rubricis: Sed in illis non aliter explicatur ea prohibitio circa Euchariſtiam, ac circa Extremam Vnctionem: Ergo ſicut iſta poteſt eiuſmodi puero dari, ita & Euchariſtia; cum hæc non minoris, ſed potius maioris neceſſitatis ſit, quam Extrema Vnctio.

Hæc tamen duo capita non mihi videntur inter ſe, ſuppoſita illius authoris ſententia, cohærere. Docet enim Euchariſtiam iure diuino obligare in articulo mortis: Ergo quando in articulo mortis licitè exhiberi poteſt puero, prorſus exhiberi debet: conſequentia patet, nam præceptum diuinum eos omnes obligat, qui poſſunt debita cum diſpoſitione tunc Euchariſtiam accipere: ſed puer, hoc ipſo quod rationis vſum habeat, poteſt: Ergo ad ſumendam præcepto diuino aſtringitur: Atqui in dubio

Digitized by Google

circa ſufficientem diſcretionem poteſt ſumere Euchariſtiam, vt ille affirmat: Ergo prorſus debet, quod idem negat.

Non debet tūne nec poteſt licitè illi dari Euchariſtia. Ego verò cenſeo, non poſſe licitè Euchariſtiam in mortis articulo præberi puero, de cuius ſufficiente rationis vſu, & diſcretione dubitatur. Moueor, quia non poteſt licitè dari Euchariſtia puero in mortis articulo, niſi debeat eidem dari: Sed in eiuſmodi dubio non debet dari, ſeu non eſt obligatio illam ei tribuendi: Ergo nec licitè poteſt ei tribui. Minorem ipſe Lugus tradit: & ratio conuincit, quia ſtante dubio, num hac lege comprehendar, poſſeſſio non ſtat pro legis obligatione, ſed pro mea libertate, quæ prior eſt legis obligatione, vtpotè iſtius ſubiectum. Maior autem probatur, quia Euchariſtiam in articulo mortis recipere, eſt res grauiſſima, & ſummi momenti; ſic prorſus; vt communiter cenſeatur eſſe de iure diuino, vt ſuprà vidimus: Ergo dum Eccleſia præcipit Euchariſtiam tunc exhiberi, iubet exhiberi omnibus, qui eius rite recipiendæ iudicantur idonei. Talis autem non iudicatur is, de cuius diſcretione dubitatur: Ergo non ei debet; atque adeo nec licitè poteſt ei viaticum exhiberi. Confirmo id ipſum vniuerſali conſuetudine, quæ optimum legis interpretem ſemper agit.

93. Quamdiu debeant ipſi Pœnitentia & extrema vnctio conferri. Nec eſt ſimile de Extrema Vnctione: Tum quia hæc eſt quaſi complementum Pœnitentiæ, vt ex Concilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 1. de extrem. vnctione, conſtat; ac proinde ſicut eiuſmodi puero non ſolum poteſt, ſed etiam debet, & hoc ipſo quod poteſt, debet conferri ſacramentum Pœnitentiæ, ita & Extremæ Vnctionis: Tum etiam quia tali puero tam Pœnitentia, quam Vnctio præbenda eſt ſub conditione, ſi ille capax eſt, vnde ſi re ipſa capax non eſt, non ei tribuitur verum ſacramentum: Hoc autem in Euchariſtia locum non habet, vt per ſe conſtat.

§. III.

Num debeat, aut poſſit Euchariſtiam ſumere in mortis articulo, qui extra iſtum eodem die ex præcepto, vel deuotione communicauit?

94. Caſus eſt contingens moraliter. Ex præcepto, inquam, vel deuotione, nam vtrumlibet poteſt moraliter accidere; vt ſi quis tempore Paſchatis hodie communionem ſumat ſanus, & valens, vt præcepto Paſchalis communionis ſatisfaciat; & poſtea eodem die morbum incurrat, vel vulnus accipiat, ex quo ſtatim ſit moriturus. Vel ſi extra tempus Paſchatis, aut ſine obligatione communicet hodie, & veſpertino tempore ex morbo, aut vulnere, aut ex morbi ingraueſcentis rigore in mortis articulo verſetur. Suppono autem vt rem omnino certam, eum, qui in Paſchate ad mortis venit articulum, poſſe vnica communione ſatisfacere præcepto, tum communicandi in Paſchate, tum communicandi in articulo mortis; & ita non teneri tunc ad bis communicandum. Solum itaque eſt difficultas de illo, qui nullatenus exiſtens in mortis articulo communicauit, & poſtea eodem die ad mortis venit articulum.

Ad priorem quæſtionem reſpondeo contra P. Gaſparem Hurtadum difficul. 1. non teneri. Quam eſſe ſententiam cæterorum omnium Doctorum, qui ſua ſcripta prælo mandarunt, egregiè confirmat P. Lugus diſp. 16. ſect. 5. Moueor primò, quia præceptum ſumendi Euchariſtiam in articulo mortis, non eſt diuinum, ſed Eccleſiaſticum: Hoc autem non obligare ad Euchariſtiam eodem die iterum ſumendam oſtendit tum tantus Doctorum omnium ſenſus: tum deinde ſacerdotum communiſſima praxis: tum poſtremo præceptum aliud Eccleſiaſticum negatiuum, vt nullus videlicet eodem die bis Euchariſtiam ſumat, excepto dumtaxat Natali Domini, idque pro ſolis ſacerdotibus, quibus trina communio in tribus Miſſis conceditur: nec vnquam excipitur articulus mortis. Sententia negans approbatur. Quia nemo poteſt eodem die bis Euchariſtiā ſumere.

Deinde moueor, quia licet præceptum communionis finalis eſſet diuinum, adhuc in euentu illo non obligaret, vt probo deſtructione rationis, quæ hunc in modum formari poteſt. Præceptum diuinum communicandi in articulo mortis non determinatur per Eccleſiam ad tale, vel tantum tempus, vel interiecto tanto interuallo inter vnam, & alteram communionem, ſed ex ſe, hoc eſt, ex Chriſti voluntate determinatum eſt ad mortis articulum, vere, & propriè talem: qui autem matutino tempore ſine mortis periculo, vel etiam ſine morbo eſt, nullatenus eſt in mortis articulo: Ergo tunc Euchariſtiam ſumens, non ſatisfacit præcepto diuino determinate obliganti ad Euchariſtiam in mortis articulo ſumendam: ac proinde ſi ad mortis articulum eadem die poſtea deueniat, tenebitur præcepto diuino Euchariſtiam iterum ſumere. 95. Et confirmatur deſtructione rationis contrariæ.

Occurro tamen, & oſtendo nullam eſſe conſequentiam. Nam Eccleſia vetat, ne quis eodem die bis Euchariſtiam ſumat; præceptum autem diuinum communicandi in articulo mortis intelligendum, & implendum eſt iuxta diſpoſitionem Eccleſiæ. Propterea namque nō licet abſque ſtola ſacrum facere ad conſecrandam hoſtiam, quam moribundus ſumat. Sicut ergo ſacerdos nec debet, nec licitè poteſt ſacrum facere deficiente ſtolâ; ſic nec moribundus debet, nec licitè poteſt in articulo illo mortis communicare, præcedente iam illius diei communione.

Dices: Ergo ſaltem in nocte Natalis Domini ſi ſummus Pontifex, vt ſolet, ſacrum perficiat ante mediam noctem, in quo & ipſe, & Diaconus communicant, ſi ſtatim poſt mediam noctem in articulum mortis adducantur, poterunt, ac debebunt Euchariſtiam iterum ſumere, atque adeò intra ſemi horam bis communicabunt. Reſpondeat fortaſſe quiſpiam concedendo ſequelam, quia conſequens abſurdum non eſt, cum illæ duæ communiones in diuerſis diebus naturalibus contingant. Hac enim ratione ductus quidam noſtræ Societatis ſacerdos, cum iter acturus per errorem ſacrum feciſſet ante mediam noctem, errore deprehenſo ante paucas horas iterum Miſſam celebrauit: optima, inquam, ratione vſus, quod eo die ſacrum non feciſſet, nec ieiunium naturale violaſſet. 96.

Nihilominus negandam cenſeo ſequelam: quia dum Romanus Pontifex in nocte Natalis Dominici Miſſam celebrat, ſectione iuris, ſeu tanquam iuris Canonici Dominus vult, ac diſponit, vt illud tempus præcedens mediam noctem

Digitized by Google

Romanus Pontifex in nocte natalis domini Miſſam celebrat ante dimidium noctis, tāquā Dominus iuris canonici

noctem, in quo Miſſam ipſe celebrat, moraliter efficiat vnum diem cum tempore mediam ſubſequente noctem. Argumento eſt, quod illud ſacrum, ante mediam noctem peractum audientes, non tenentur die natalis Dominici ſacrum aliud audire quia ſcilicet tempus illud noctis, quo ſacrum audierunt, ſummi Pontificis diſpoſitione conſtituit vnum diem cum die Natalis Domini. Quare cum hæc ratio locum non haberet in euentu ſacerdotis illius iter agentis, licite potuit ſacrum matutino illo tempore facere, & ſi dies fuit feſtus, debuit: quia non illo die ſacrum fecerat: Papa verò, vel eius Diaconus in dicto euentu non deberent iterum communionem ſumere, quia iam eodem die illam ſumpſiſſent.

97. Confirmatur noſtra ſententia ab incommodis

Denique moueor, quia alioqui non ſolum eodem die, ſed etiam eadem hora, imo intra ſemi horam, vel quartam horæ partem, aut etiam octauam, deberet homo iterum communicare, vt ſi ſtatim poſtquam ſanus communicauit, grauiſſimum accipiat vulnus, quo intra illud tempus ſit extinguendus. Quia etiam fieret, vt intra eandem horam, vel ſemi horam quartam communionem deberet accipere: nempe ſi in die Natalis Dominici, poſt tres Miſſas, vt pleriqque ſolent, per horam, aut ſaltem per ſeſqui horam celebratas, confeſtim ſimili vulnere ſauciaretur: qui ſunt euentus moraliter poſſibiles, & vtraque conſequutio prorſus euidens, cum in neutro euentu prior communio facta ſit in mortis articulo: Conſequens autem vtrumque cenſebitur abſurdum, & plane exoticum: Ergo &c.

98. Ad alteram quæſtionem reſpondetur etiam neganter.

Ad alteram quæſtionem reſpondeo, illum, qui ex præcepto; vel deuotione communionem ſuſcepit, non poſſe eodem die, mortis ingreſſus articulum, iterum licitè communicare. Sequitur hoc aſſertum ex præcedente. Nam in articulo mortis non poſſunt diuelli communicandi licentia, & obligatio: Sed in illo euentu non eſt obligatio iterum communicandi, vt ſuprà oſtendimus: Ergo nec licet iterum communicare. Explicatur amplius, & firmatur, quia datur præceptum Eccleſiaſticum non communicandi bis eadem die, nulla adhibita exceptione præterquam in Natali Domini pro ſacerdotibus. Item quia communis Doctorum ſenſus, & Paſtorum vſus habet, vt tunc non repetatur Communio: Ergo cenſent eſſe illicitam repetitionem: Si enim licitum ducerent; dubio procul in animarum fauorem, illud exequerentur. Tandem (quidquid de coniectura iſta ſit) ſaltem iſta communionis eodem die iteratio, cum eius occaſio moraliter, & ſæpius occurrat, in vſu non eſt: proinde vel hoc vnum ſufficit, vt nec licita ſit, vtpote contra totius Eccleſiæ praxim, & conſuetudinem, quam nullatenus licet aſſerere abuſum, & corruptelam, tum quia à ſummis Pontificibus, Conciliiſque Generalibus aduertitur, & minimè damnatur, aut reprehenditur: tum etiam quia rationibus innititur vrgentibus, proximè anteà relatis.

DISPVTATIO XLV.

De Euchariſtiæ Miniſtro.

Sectio I. *De Miniſtro effectionis, ſeu Conſecrationis.*
§. 1. *An ſolus ſacerdos valide poſſit Euchariſtiam conficere?*
§. 2. *An plures ſacerdotes valide poſſint eandem Euchariſtiæ materiam ſimul conſecrare?*
§. 3. *An licite id poſſent plures ſacerdotes pro libito, vel ſaltem diuino præcepto?*
§. 4. *Cur liceat Eccleſiaſticus ille ritus plurium ſacerdotum eandem Euchariſtiam conficere intendentium?*
Sectio II. *De Miniſtro applicationis, ſeu diſpenſationis.*

Cetera ſacramenta, cum tranſeuntia ſint, 1.
& in actionibus conſiſtant, eadem prorſus actione fiunt, & ſuſceptori applicantur, ideoque non valet in eis diſtingui ſacramenti effectio, & applicatio, miniſterque vt efficiens, & vt applicans. Euchariſtia verò, cum permanens ſit, & poſt ſui effectionem phyſicè exiſtat; per vnicam actionem fit, perque alteram ſubiecto applicatur: Vnde proprium ipſius inter Sacramenta eſt, vt ab vno Miniſtro fieri, & ab altero applicari poſſit: propterea de Miniſtro vtriuſque muneris erit ſingillatim diſſerendum.

SECTIO I.

De Miniſtro effectionis, ſeu Conſecrationis.

Evchariſtiæ ſacramentum illis effici Chriſti verbis, *Hoc eſt corpus meum; Hic eſt ſanguis meus*, quæ omnium ſermone verba Conſecrationis appellantur, diſp. 39. ſect. 2. ſtatuimus oſtentum: in hac ſectione de Miniſtro eiuſdem confectionis, ſeu conſecrationis, quæſtionem habemus.

§. I.

An ſolus Sacerdos valide poſſit Euchariſtiam conficere?

2. Vviclefus innuit.

Dvbitat Ioannes Vviclefus apud Vvaldenſem tom. 2. de ſacramentis cap. 7. & 28. difficile ratus, quod Euchariſtiam conficere poſſit ſacerdos malus, & non laicus bonus. Eſt tamen ineptiſſima dubitandi ratio: nam ad valorem actionis, quæ ſuperioris nomine, ſiue accepta ab illo poteſtate exercetur, impertinens eſt miniſtri proximi bonitas, vt patet in actionibus, quas exercent, & ſententiis, quas pronunciant inferiores iudices, quas ipſorum vitioſi, atque etiam peruerſi mores, non reddunt inualidas. Eſtque manifeſta ratio, quia miniſter,

Digitized by Google

ſter, vt validè ſententiam ferat, & ſacerdos, vt Euchariſtiam validè conſecret, neceſsè non eſt, vt actionis illius valorem condignè, vel congruè mereatur, aut impetret: alioqui cùm hoc non poſſit morali certitudine conſtare, nemo eſſet moraliter certus ſe eſſe baptizatum, confirmatum, ordinatum, & hanc hoſtiam conſecratam eſſe, quod eſt abſonum.

Luther. irruit.

Martinus Lutherus apud Bellarminum lib. 4. cap. 16. excluſo Vvicleſi dubio, quatuor in locis ab eodem Bellarmino relatis, negat requiri ſacerdotium ad validè conſecrandum; imò aſſerit, poſſe verum ſacramentum à Diabolo fieri: Probat: Quia ſacramentorum verba non aliter operantur, quam excitando fidem: *A quocumque* autem proferantur, poſſunt excitare fidem: Ergò à quolibet poteſt ſacramentum validè confici.

Reſpondeo inprimis, Maiorem eſſe hæreticam; & in Diſp. 7. ſect. 3. generaliter confutatam Nunc tamen occurrit ſpecialis contra illam interrogatio, eaque duplex. Prior ſit, In quo ſubiecto fidem excitet Euchariſtiæ miniſter, dùm Chriſti verba ſuper panem, vinumque pronunciat? Fides enim excitari debet in ſubiecto, circa quod verba ſacramentalia proferuntur: Atqui proferuntur ſuprà panem, & vinum: Ergò in iſtis fidem excitant: quod aſſerere, extremæ ſtultitiæ foret. Si dicantur excitare fidem in hominibus aſtantibus; adeſt poſterior interrogatio, Cuius rei fidem excitant? Dicent, Dominicæ Paſſionis, & remiſſionis per ipſam conceſſæ. Quoſper ergò ſequitur Euchariſtiæ exhibitio, & ſumptio? Cuius rei fidem excitat.

Deindè omiſſa nunc Maiori illa propoſitione prorſus hæretica, equidem non video conſequentiam, Nam aliud eſt ſacramentum, aliudque eſt fidei excitatio; illud eſt cauſa, iſta eſt effectus; & quidem non eſſentialiter pendens à ſacramento, cùm poſſit fides ſine ſacramento excitari: Ergò tametſi quilibet poſſit verba proferre, quæ fidem excitare queant, aut etiam excitent, non indè fit quemlibet poſſe Euchariſtiam conficere: ſicut quilibet poteſt verba matrimonij proferre, nec tamen quilibet poteſt validè contrahere.

3. Lutherus pergit in errores ex errores;

Pergit Lutherus, quia in ordinatione non imprimitur character, nec noua datur poteſtas: Ergò ſolus licitus poteſtatis vſus, nè ſi omnes miniſtrare velint, ingens oriatur confuſio: proindè quiſquis re ipſa miniſtret, verè conſecrabit. Reſpondeo ſimiliter, miſſo tamen antecedente planè hæretico, non bene deduci conſequens: Valet enim poteſtas eſſe in aliquo, & tamen eſſe ligata, ne in actum validum prodeat, Exempli gratia, in Luthero Monacho, & in Bora Moniali intrinſeca poteſtas erat celebrandi coniugij; cæterum per profeſſionem ligata, ideóque inualidè contraxerunt.

Caluinus ſequitur, ſed ſibi & vero nequaquam conſtans.

Caluinus pluribus etiam in locis ab eodem Bellarmino ibidem indicatis, aliique ſacramentarij, tradunt ad Euchariſtiæ valorem non requiri, vt à ſacerdote fiat, omninò tamen requiri vt fiat à miniſtro publico, ſiue per publicam poteſtatem ad Euchariſtiam conficiendam deſtinato. Priorem partem ſuadet, quià in nouo teſtamento veri ſacerdotes non ſunt. Rationem tamen iſtam hæreticam refellere, alterius tractationis eſt. Alteram partem non video quî poſſit conſequenter ſuadere Caluinus, cùm id ipſum de Baptiſmo tradat: & tamen illos, qui à Catholicis ad Caluiniſtas deficiunt, quorum plures à priuatis hominibus baptizati ſunt, non cenſeat rebaptizandos: ſicut igitur hi verum baptiſmum, ità panis, & vinum veram conſecrationem ab homine priuato validè recipere, conſequenter à Caluino dicenda eſſent: præſertim verò cùm ipſe, ſicut etiam Lutherus, aſſerat, per ordinationem, aut publicam miniſtri inſtitutionem non tribui homini nouam potentiam; & ſacramenta non agere, niſi excitando fidem. Si enim priuati verba ligata non ſunt, quo minus excitent fidem; vndè perſuadebit Caluinus, non eſſe ſacramentalia? Dicere quidem id poterit; probare tamen, vndè poterit?

Orthodoxa theſis eſt, Euchariſtiam, niſi à ſacerdote, nunquàm validè conſecrari poſſe. 4. Catholica Theſis, ex Concil. Tridentino.
Probari ſolet, quia Chriſtus Euchariſtiam conſecrauit, ſumpſit & diſtribuit: & ſubdidit, *Hoc facite in meam commemorationem.* Hæc tamen probatio contra Hæreticos validè eſt debilis, quia non probat, hoc dictum eſſe ſolis Apoſtolis, vt ſacerdotibus. Eſt tamen efficax apud Catholicos, quia, teſte Concilio Tridentino ſeſſ. 22. cap 1. per hæc verba Chriſtus Apoſtolos inſtituit ſacerdotes, in ordine ad ſumendam, vel diſtribuendam: Ergò in ordine ad ipſam conſecrandam; proindè hæc à ſolis ſacerdotibus confici, ſiue conſecrari poteſt.

Secundò probatur ex quatuor Conciliis Nicæno.
Generalibus. Nicænum enim L. referens, aliicubi Diaconos Presbyteris Euchariſtiam miniſtrare, ſubdit, *Quod neque Canon neque conſuetudo tradidit, vt qui poteſtatem offerendi non habent, his, qui offerunt, corpus Chriſti porrigant.* Hic verò Canon communiter, & in Concilio Carthaginenſi V I. vocatur Canon. 18. in Nicæno ipſo coniungitur cum Canone. 16. & poſteà inter Canones ex Arabico tranſlatos habetur num. 16. Lateranenſe ſub Innocentio. I I I. capite. 1. relatum in cap. *Firmiter* de ſumma Trinitate, & fide Catholica, Lateranẽſis.
§. *Vna verò eſt. Et hoc vtiquè ſacramentum nemo poteſt conficere, niſi ſacerdos, qui fuerit ritè ordinatus ſecundum claues Eccleſiæ.* Florentinum ſeſſ. 25. in Decreto Eugenij pro Armenis inſtruendis. §. *Tertium eſt*, hanc etiam veritatem vel ſupponit, vel exprimit inquiens: *Sacerdos enim in perſona Chriſti loquens, hoc conficit ſacramentum.* Tridentinum verò prætérquàm quòd loco ſuprà citato definit, Chriſtum per illa *Hoc facite*, &c. illos ordinaſſe ſacerdotes, facultatemque conſecrandi dediſſe, ex quo planè ſequitur, eos, qui ſacerdotes non ſunt, conſecrare non poſſe; poſteà ſeſſ. 23. cap. 1. poteſtatem conſecrandi à Chriſto Domino traditam Apoſtolis, eorumque in ſacerdotio ſucceſſoribus. Et in cap. 4. expreſsè damnat Nouatorum hæreticam aſſertionem, nempe in Nouo teſtamento Chriſtianos omnes eſſe ſacerdotes. Adpingo Eccleſiæ teſtimonium in officio de hoc myſterio canentis, *Sic ſacrificium iſtud inſtituit, cuius officium committi voluit, ſolis Presbyteris.* Florentino.

Tertiò probatur tùm innumeris teſtimoniis ſanctorum, antiquiſſimorumque Patrum, id clariſſimè aſſerentium; tùm grauiſſimis hiſtoriis, & euentibus eandem veritatem ſemper in Eccleſia viguiſſe, manifeſtiſſimè comprobantibus; Teſtimoniis & hiſtoriis.

Digitized by Google

tibus; vt videre eſt in Bellarmino libro illo 4. cap. 16. à §. *Præterea.* Quibus vnum addo S. Iſidorum Peluſiotam epiſt. 326.

6. Quarto ſuadendum ratione ex alio fidei dogmate ſumpta. Siquidem Euchariſtiæ confectio, ſaltem ex diuina inſtitutione, eſt vera, & propria ſacrificij oblatio, ſeu verum, propriumque ſacrificium. Igitur eſt actio ſolius veri, propriique ſacerdotis. Antecedens eſt totius Eccleſiæ iam inde ab Apoſtolis conſenſus; palamque traditus ab omnibus antiquis Patribus, veros, proprioſque ſacerdotes in Nouo teſtamento agnoſcentibus, & ſine vlla dubitationis ſpecie, vel vmbra prædicantibus. Atqui veri, propriique ſacerdotes in Nouo teſtamento non aliunde habent verum, propriumque ſacrificium, quod efficiant, niſi Euchariſtiæ conſecrationem: tum quia cæteræ oblationes longè inferiores ſunt antiquis ſacrificiis, hæc verò vna illis omnibus infinite antecellit: tum etiam, quia ipſi quoque antiquiſſimi Patres hanc ſolam ſacrificandi actionem Nouis ſacerdotibus aſcribunt, vt in noſtris Recentioribus cernere eſt: Ergo actionem iſtam Euchariſtiæ conſecratoriam ſoli ſacerdotes validè exercere poſſunt.

Et quia Euchariſtia eſt propriè ſacrificium.

§. II.

An plures ſacerdotes validè poſſint eandem Euchariſtiæ materiam ſimul conſecrare.

7. Loquimur de materia prorſus eadem: nam certum eſt ſimul conſecrare poſſe materiam aliquo modo eandem, nempe aut aggregatione, aut etiam phyſica vnione vnum conſtituente. Poſſet enim ex iſto hoſtiarum quaternario in corporalibus extenſo, ſacerdos vnus conſecrare iſtas duas, & alter in eodem inſtanti iſtas alias duas: Imò eiuſdem hoſtiæ vnus ſacerdos partem dexteram, & alter in eodem inſtanti partem ſiniſtram; vt per ſe conſtat. Nam ſi vnus ſacerdos poſſet validè conſecrare vnam tantum hoſtiæ partem, quam ſua intentione deſignaret, nempe, ſiniſtram; alteram verò, ſeu dexteram inconſecratam relinquere: non eſt cur ita conuenire nequeant, vt vnus ſiniſtram tantum, & alter dexteram tantum conſecrare velit; atque re ipſa conſecret. Itaque ſermo eſt de materia ſumenda prorſus eadem, num ſcilicet poſſit à pluribus miniſtris ſimul conſecrari validè?

Conſtat, quod ſucceſſiuè non poſſunt.

Supponimus autem non poſſe ſucceſſiuè; quia ſi multi ſacerdotes ſupra eandem materiam verba Conſecrationis pronunciare incipiant, & vnus ante alios prolationem abſoluat ſolus iſte conſecrabit: quoniam ſacramentalia verba, ſupra legitimam materiam prolata, ſi non habeant impedimentum, in eodem inſtanti reali, quo perficiuntur, operantur: Atqui verba ſacerdotis, qui verborum prolationem ante alios terminaret, nullum in eo inſtanti haberent impedimentum: Ergò cum primum prolata perfectè eſſent, conſecrationis effectum ſortirentur. Cumque ſub illis accidentibus iam non eſſet ſubſtantia panis, aut vini, iam non eſſet materia, quam cæteri ſacerdotes, ſerius verborum prolationem abſoluentes, conſecrarent. Eſt itaque difficultas de pluribus ſacerdotibus ſupra eandem omnino materiam verba conſecrationis eodem inſtanti reali, ſeu phyſico terminantibus.

Et quidem euentus iſte non eſt mere metaphyſicus, aut raro contingens, ſed valde moralis, & in vſu frequentiſſimus; dum ſcilicet ſacerdotes recens ordinati, ſimul cum Epiſcopo ordinante verba conſecrationis circa eundem panem, & vinum moraliter præſentia proferunt. Sicut enim moraliter impoſſibile eſt, vt ſacerdotes, qui ſæpe centenarium numerum efficiunt, omnes in eodem inſtanti reali, quo Epiſcopus, verborum prolationem abſoluant: ita eſt moraliter certum, quod aliqui in illo inſtanti phyſico illam abſoluant: An igitur iſti ſimul cum Epiſcopo verè conſecrent?

Euentus eſt contingens, vt plures ſimul perficiant verba conſecrationis in eodem inſtanti phyſicè.

8. Affirmo cum communi ſententia: Quia omnes illa verba ſupra materiam idoneam cum vera conſecrandi poteſtate, & intentione pronunciant. Vel igitur omnes ij conſecrant, vel nullus: Nullum conſecrare, dictu non modo falſum, verum etiam nefas eſt: Falſum quidem, quia nullius actio actionem alterius impedit, aut ligat, & in aliis ſimilibus euentibus multorum actiones eundem effectum ſortiuntur, vt ſi plures ſupra eundem Catechumenum verba baptiſmi pronuncient. Nefas autem eſſe, etiam conſtat, quia damnaretur Eccleſia intolerabilis erroris, vtpote quæ manifeſto periculo nullitatis ſacrificium illius Miſſæ in illa ſacerdotum ordinatione exponeret. Non ergo dici poteſt nullus illorum conſecrare. Atqui non eſt ratio cur vnus, aut alter, & non omnes qui ſimul prolationem terminant: Igitur illi omnes verè conſecrant.

Communis ſententia affirmans approbatur.

9. Supereſt difficultas, Quomodo illi omnes ad vnum, & eundem concurrant conſecrationis effectum? Pater Franciſcus Suarez, cum exiſtimet, verba conſecrationis phyſicam eſſe Euchariſtiæ cauſam, ſeu per phyſicam actionem in Euchariſtiam influere, tria dicit; Primum, poſſe omnes illos ſacerdotes vna, & eadem actione, vel ſingulos ſingulis diſtinctis actionibus eandem Euchariſtiam tunc efficere: Alterum, incertum eſſe, vno modo operari: Tertium, videri de facto magis conſentaneum inſtitutioni, & veritati verborum, vt vnaquæque forma per ſuam integram actionem agat; quamuis alioqui videatur magis conſentaneũ naturis rerum, vt omnes verborum formæ per vnicam actionem influant.

Ego verò ſi phyſicum admitterem verborum influxum, omninò cenſerem, omnes illas formas vna, & eadem actione concurrere; quia cum proportione philoſophandum eſt in ſupernaturalibus, & naturalibus: quoties autem duæ cauſæ naturales ad eundem effectum ſimul concurrunt, eadem actione concurrunt, idque quia duæ actiones eſſent effectui ſuperfluæ. Nec video cur hæc actionis vnitas verborum inſtitutioni, aut veritati minus congrueret: Omnes enim, & ſingulæ verborum formæ, quas ij ſacerdotes ſimul perficerent; effectum ſortirentur, & proinde veræ euaderent: Ergo quod per vnam, & eandem actionem omnes agerent, non eſſet minus conſonum eorum inſtitutioni, & veritati, quam quod ſingulæ per ſingulas: imò eſſet magis conſonum; quia illorum inſtitutioni, & veritati magis conſonum eſt illud, quod non ſolum illas reddit in actu ſecundo efficaces, & veras, ſed etiam eſt ipſarum effectui magis cõnaturale, nimirum vnica tantum actione phyſica produci.

Si verba producunt phyſicè Euchariſtiam, omnes ſacerdotes cauſant vnica actione phyſica.

In

Digitized by Google

10. In mea ſententia reſponſurus, ſuppono, ſacerdotes illos non agere vt cauſas principales, ſed inſtrumentales: quia rem efficiunt intrinſecè ſupernaturalem, quales eſſe oſtendi productionem Dominicæ ſubſtantiæ, & accidentium per ſe exiſtentiam. Suppono item, non illos concurrere, vt cauſas inſtrumentales phyſicas, ſed morales. Nam hoc idem probaui diſp. 10. ſect. 1. de ſacramentis ipſis in ordine ad gratiam: & in tomo de Incarnat. diſp. 39. ſect. 2. de ipſa Chriſti humanitate in ordine ad effectus miraculoſos. Suppono tandem, cauſam inſtrumentalem moralem, duplici actione agere, vna non vltimata, ſeu non attingente immediatè effectum: altera vltimata, & effectum immediatè attingente. Prior actio eſt, qua morale inſtrumentum mouet, inclinat, ſeu determinat cauſam moralem principalem, v.g. confectio, vel exhibitio ſcripturæ authenticæ, preces, lachrymæ, &c. & in materia ſacramentorum legitima poſitio materiæ, & formæ; & in ordine ad Euchariſtiam legitima prolatio verborum conſecrationis. Poſterior autem, ſiue vltimata eſt, ipſamet effectus phyſica productio: nam etſi per iſtam cauſa inſtrumentaria moralis non agat phyſicè, agit tamen moraliter inſtrumentaliter.

Cauſa moralis inſtrumentalis agit duplici actione

11. His præiactis, ad quæſtionem reſpondeo, ſacerdotes illos ad vnam, & tandem numericam Euchariſtiam conficiendam concurrere, tanquam plures cauſas inſtrumentarias morales, totales quidem in actu ſecundo non vltimato, partiales autem in actu ſecundo vltimato. Quia cauſæ plures, tunc dicuntur totales in actu ſecundo, quando agunt per actiones totales diſtinctas: & tunc dicuntur partiales in actu ſecundo, quando agunt per vnam, & eandem actionem. Sed eiuſmodi ſacerdotes agunt per actiones non vltimatas totales, & diſtinctas; cum ſinguli ſingulas verborum formulas proferant; & agunt per eandem actionem vltimatam; cum effectus vnam dumtaxat determinet actionem, & omnes illi ſacerdotes per iſtam moraliter agant: Ergo concurrunt vt plures cauſæ inſtrumentales morales, in actu ſecundo non vltimato partiales.

Plures ſacerdotes quodammodo ſunt cauſæ totales, & quodammodo ſunt partiales reſpectu ipſius effectus.

Eſt mihi noua difficultas, ſupponenti ex dictis diſp. 22. ſect. 2. in hoc euentu ſacrificium eſſe dumtaxat vnum; & ex Suarez & Lugo, & fere omnium DD. in Materia de ſacrificio Miſſæ communiſſima ſententia, effectum ſacrificij Euchariſtici, ſaltem quoad ſatisfactionem, eſſe finitum, & determinatum, ac proinde non poſſe idem ſacrificium, quoad ſatisfactionem, pluribus applicari. His, inquam, ſuppoſitis, exurgit difficultas, à nemine, quod ipſe nouerim, tacta. Offerat enim Epiſcopus Miſſam illam, quatenus ſatisfactoriam, pro certa quadã Purgatorij anima, v g. Antonij; & Paulus tunc recens ordinatus, & cum Epiſcopo conſecrans, pro anima Franciſci; & Martinus pro anima Auguſtini. Cui nam harum trium animarum re ipſa proderit, & cum effectu applicabitur illius ſacrificij valor ſatisfactorius? Non vni duntaxat, quia non videtur ratio maior, cur huic, & non iſti, vel illi applicetur: Non omnibus tribus quia ſatisfactio eſt vnica, & finita, & nõ valet niſi vni applicata, & re ipſa prodeſſe.

Quid ſi ex pluribus vnuſquiſque offerat ſatisfactionem Miſſæ pro diuerſa Perſona?

Reſpondeo primum: ſi recens ordinati ſacerdotes iuxta rectam rationem operentur, ſatisfactio illius ſacrificij re ipſa proderit, & cum effectu applicabitur ei ſoli animæ, pro qua Epiſcopus obtulit. Quia recentes illi ſacerdotes ex norma rectæ rationis agentes, quemadmodum cauere debent, ne prius perficiant verborum prolationem, quam Epiſcopus, vt non eum conſecratione priuent; ſed curare debent cum Epiſcopo ſimul perficere, vt idem cũ illo ſacrificium efficiant: eadem ratione debent non illud quatenus ſatiſfactiuum offerre pro aliis animabus, ſed pro illa tantum, pro qua illud offert Epiſcopus: Sic prorſus, vt in offerenda ſatisfactione non aliam habeant intentionem, niſi quam habet Epiſcopus: ita enim fiet, vt ſiue ipſe Epiſcopus ſolus conſecret, cæteros anteuertens, ſiue non ille conſecret, alio, vel aliis præuenientibus, ſacrificij fructum Epiſcopo relinquant integrum, vt debent tanquam & per ſe, & independenter ab ipſis Miſſam celebranti, & tanquam patri ſpirituali, & recens de ipſis per ordinationem optime merito; & qui certiſſime ſatisfactionem alicui determinatè ſua intentione deſtinauit, quod recens ordinati in illo ſacro facere non ſolent.

Eſt Primum Reſponſum ex æquo, & bono:

Reſpondeo deinde: Si prædicti ſacerdotes valorem illius ſacri ſatisfactorium offerrent pro diſtinctis animabus ab illa, pro qua obtuliſſet Epiſcopus: adhuc mihi probabilius videtur, Epiſcopi voluntatem, ſiue intentionẽ, & oblationẽm præualituram; profuturũque ſatisfactorium valorem ſoli ei animæ, pro qua Epiſcopus obtuliſſet. Quia quantumuis alij quoque veriſſimè conſecrent, & tam Epiſcopus, quam ipſi conſecrent inſtrumentaliter; adhuc tamen Epiſcopus, cũ cæteris conſecrans, videtur eſſe principalis, aliique acceſſorij: quia Epiſcopus vbi tunc conſecrat, ſine illorum cõſortio poſſet conſecrare non ſolum validè, verum etiam licitè: reliqui verò vbi tunc conſecrant, nec licite, nec valide conſecrare poſſent, niſi dependenter ab Epiſcopo, materiam præſentem habente, cum quo cæteri recens ordinati conſtituunt moraliter vnum. Igitur Miſſa illa principaliter eſt Miſſa Epiſcopi; & acceſſorie cæterorum: ac per conſequens effectus illius ſacrificij ſatisfactorius Epiſcopi intentionem ſequi debet. 13.

Reſponſum ſecundum iuxta intentionem ſolius Epiſcopi.

Reſpondeo tandem: Si Epiſcopus re ipſa non conſecraret, præcurrentibus ſcilicet duobus, ſimulque, & vere conſecrantibus, quorum vnus valorem ſatisfactorium obtuliſſet pro anima Petri, alter pro anima Pauli: tunc valoris vna pars obueniret animæ Petri, & altera animæ Pauli. Quia illi duo ſacerdotes non ſe haberent vt principalis, & acceſſorius ſed eſſent prorſus æquales: proinde non eſſet cur vnius intentio alterius intentioni præualeret. Nec eſſet, cur ambæ fruſtrarentur; cum valor ille non eſſet indiuiſibilis, poſſetque in duas diuidi medietates, quarum altera animæ Petri, & altera animæ Pauli obtingeret. 14.

Reſponſum tertium in caſu, quod Epiſcopus non conſecraret.

Valor ſacrificij eſt partibilis.

§. I.

An licitè id poſſent plures ſacerdotes pro libito; vel ſaltem diuino præcepto?

AD priorem quæſtionem reſpondeo, non poſſe plures ſacerdotes pro libito ſuo licitè proferre verba conſecrationis ſupra eandẽ materiam Euchariſticam cum intentione conſecrandi. Nam agerent contra communem, & vniuer- 15.

Non poſſunt ipſi pro libito.

Digitized by Google

vniuerſaliſſimum Eccleſiæ ſenſum, & vſum. Adde quòd vix, aut ne vix quidem poſſent eiuſmodi actionem citra graue incommodum excutioni mandare. Vel enim eſſent omnes ſacerdotalibus induti paramentis, vel non? ſi non eſſent, grauiter delinquerent, tum aduerſus Eccleſiæ præceptum, id prohibentis: tum aduerſus debitam myſterio reuerentiam, quam Eccleſia ſuo præcepto intendit, & in præcepto ponit. Si autem ſacerdotalibus eſſent induti paramentis, vel eſſent omnes ſimul, tanquam vnum, & idem ſacrum facientes, ita ſcilicet vt totam Miſſam omnes concomitanter dicerent: & hoc modo rem facerent ſua nouitate vehementer offenſiuam: Vel non ſe gererent, vt idem ſacrum facientes, ſed ſola conſecrationis verba ſimul proferrent: & hoc apertè eſſet contra perpetuam Eccleſiæ legem, & conſuetudinem non conſecrandi prætermiſſis aliis, quæ conſecrationem in Miſſali præcedunt, & ſequuntur.

Confirmatur à fortiori. Nam in aliis ſacramentis, quæ quidem minorem exigunt reuerentiam, exterioremque apparatum, ille plurium miniſtrorum voluntarius concurſus ad idem ſacramentum conficiendum, illicitus eſt, quia inſolitus. Peccarent enim grauiter plures miniſtri, ſi pro libito ſupra eundem infantem ſimul infunderent aquam, & proferrent baptiſmalem formam; ſi eundem ſimili modo ſimul confirmare, vel abſoluere, vel extremè vngere intenderent. Ergò à fortiori grauiter delinquerent, ſi plures eandem Euchariſtiam ſimul conficere tentarent.

16. Poſſunt adſtringi diuina lege poſitiua.

Alterius quæſtionis certa quoquè deciſio eſt; poſſe duos, aut plurimos ſacerdotes diuino præcepto aſtringi ad proferenda conſecrationis verba ſupra eandem materiam cum intentione conſecrandi. Quam ſententiam aliqui forſan probabunt, quia poteſt inter illos ſacerdotes eſſe, vel conſtitui vnus, ad cuius actionem intentiones ſuas cæteri referant; ita nempè vt non intendant conſecrare niſi pro inſtanti, quo ille ſuam conſecrationis prolationem terminauerit. Sed hoc friuolum eſt primò, quia ſi ipſi priùs quam ille prolationem perficiant, aut tunc conſecrabunt, aut poſteà non conſecrabunt: nam verborum ſacramentalium effectus non poteſt ad miniſtri libitum ſuſpendi. Si verò prolationem ſuam perficiant poſtquàm ille ſuam, nullatenus conſecrabunt, cùm iam eam materiam conſecratam reperiant. Secundò, quia quæſtio procedit de pluribus ſacerdotibus, quorum quiſque conſecrare intendat ex ſuppoſitione quòd nullus alius ſacerdos ſupra eandem materiam verba conſecrationis legitimè protulerit: ac proindè doctrina illa locum in præſenti non habet.

17. Aſſertio itaque eſt, poſſe plures, aut complures ſacerdotes licitè proferre verba conſecrationis ſupra eandem materiam; ita nimirum, vt quiſque intendat ſimul cum aliis prolationem verborum eſſentialium perficere: & ita conſecrare, non autem conſecrare, ſi quis aliam verborum eiuſmodi prolationem terminauerit. Erunt quidem qui hoc ſuadeant, quia ſacerdotibus recens initiatis illud Eccleſia præcipit: Ergo à fortiori poſſet Deus ipſe præcipere. Hac tamen ratione in præſens vti nolo: quia potiſſimè aſſertionem iſtam propono, vt viam ſternam illi defendendæ conſuetudini; quapropter eà conſuetudine præſentē aſſertionem probare, eſſet circulū efficere.

Mihi ſolidiſſima, & in præſens apertiſſima probatio eſt. Quoniam eiuſmodi actio, & intentio plurium ſacerdotum non eſt intrinſecè mala: Ergo poteſt diuina aliqua lege præcipi; & poſitiuè honeſtari. Conſequentia manifeſtiſſima eſt. Antecedens probatur: quia non eſt aſſignabile vitium, ad quod ille plurium ſacerdotum actus, & conatus intrinſecè pertineat. Vel enim eſt actus ille intrinſecè mendax, vel intrinſece irreligioſus: Neutram rationem habet: Ergo nec intrinſece malus eſt.

Non eſſe talem actum, ſeu conatum intrinſecè mendacem, aut mendoſum, liquet. Nam cum ſacerdotum quiſque non ſuo, ſed Chriſti nomine dicat, *Hoc eſt corpus meum*; *Hic eſt calix ſanguinis mei*; & omnes conſecrare intendant, ex ſuppoſitione quod omnes ſimul prolationem terminent, & non aliter; omnes ſub ea tantum conditione verba proferunt ſignificatiuè: Ergò omnes intendunt verum dicere: & caſu, quo verum non ſit, non illud ſignificatiuè dicere: Proindè actus ille nullatenus eſt intrinſecè mendax.

18. Non eſt actus irreligioſus.

Nec dici poteſt actus, & conatus ille eſſe intrinſecè irreligioſus. Non enim intrinſecè irreligioſum eſt velle ſimul proponere Deo multa ſigna integra, & totalia eiuſdem rei, quorum quolibet propoſito, Deus ex fidelitate teneatur eam rem protinus exhibere: atque adeò poſſet Deus ipſe præcipere, vt plura eiuſmodi ſigna ſibi ipſi pariter proponerentur. Sicut non eſt intrinſecè contra reuerentiam regiæ maieſtati debitam, quod reus aliquis Regi adhibeat ſimul quatuor deprecatores, quorum cuiuſque precibus Rex ipſe pollicitus ſit veniam: proindè poſſet ipſemet præcipere, vt reus cunctos illos quatuor deprecatores ſimul exhiberet, vel ſaltem ſimul exhibere conaretur. Itemque poſſet quatuor eiuſdem debiti ſyngraphas regia manu prius ſubſcribere: & poſteà præcipere, vt creditor cunctas illas ſimul repræſentare ſimul niteretur. Atqui verba conſecrationis à legitimo ſacerdote circa idoneam materiam ex animo conſecrandi prolata, ſigna quædam ſunt, & velut ſyngraphæ, diuina manu ſubſcriptæ, ad quarum cuiuſque præſentiam tenetur Chriſti ſubſtantiam producere, & Euchariſtiam conficere. Ergo poſſet lege præcipere, vt multas eiuſmodi verborum formas multi ſacerdotes ſupra eandem materiam ſimul proponerent, aut ſaltem ſimul proponere, & ſimul perficere procurarent.

19. Idem ritus, vel ſimilis inſtitui & præcipi in adminiſtrando alia Sacramenta.

Idem planè iniungere poſſet de pluribus formis abſolutionis ſuper eundem peccatorem coram pluribus ſacerdotibus ritè confeſſum, & ad abſolutionem diſpoſitum. Idem de multis baptiſmi materiis, & formis circa eundem baptiſmi candidatum; de pluribus Confirmationis, ſupra eundem iam baptizatum; deque pluribus Extremæ-Vnctionis circa eundē moribundi ſenſum. Cur enim Deus quodlibet iſtorum, aut hæc omnia præcipere non poſſit? Quænam in eo eſt intrinſeca inhoneſtas? Quænam duæ contradictoriæ propoſitiones ſimul veræ indè exiſterent? Atque hinc deduco, non ſolum poſſe Deum id præcipere pro ſuo libito, & mero beneplacito: verum etiam ad exigentiam, vel congruentiam, quæ in variis rerum euentibus, & circumſtantiis inueniri poſſet:

quarum plures quiuis cogitare poteſt; & in ſequente §. aliquam adducemus.

§. IV.

Cur liceat Eccleſiaſticus ille ritus plurium ſacerdotum eandem Euchariſtiam conficere intendentium?

20. Durandus audacter nimis improbat ritum Eccleſiæ Romanæ.

DVrandus in 4. diſt. 13. quæſt. 3. multis contendit, ſacerdotes recens ordinatos non debere ſimul cum Epiſcopo verba conſecrationis proferre: quod ſicubi ſit talis cõſuetudo, magis eſſe abolendam, quam ſeruandam: quia rarò, vel nũquam eueniet, vt omnes ſimul prolationem terminent. Cumque poſt varias reiectas reſponſiones, ſibi obiiciat Innocentiũ III. eam conſuetudinem approbantem, reſpondet id illum facere, tanquam priuatum Doctorem. Cumque ruſus ſibimet obiiciat, quod Cardinales cum Papa celebrante verba conſecrationis proferebant, reſpondet eam conſuetudinem propter dictum periculum iam nõ obſeruari. *Et ſi obſeruaretur*, inquit, *non eſſet neceſſarium credere quod bene fieret: quia ſecundum Hieronymum, non quod fit Romæ, ſed quod fieri debet, attendendum eſt.*

Qui honeſtus eſt & viget in Eccleſia tum græca, tum Latina.

Ego verò tanquam omnino certũ ſuppono ritũ, & morem illum honeſtum, & licitum eſſe: cum receptus ſit, & vigeat in tota Eccleſia tũ Græca, tum Latina: & in Pontificali Romano præcipiatur ita fieri, & propterea noui ſacerdotes in ſacro illo, in quo ſacerdotalem ordinem ſuſcipiunt, cum ad verba conſecrationis accedi tur, ex ipſius Pontificalis præcepto moneantur, vt eiuſmodi verba pronuncient cum intentione conſecrandi. Nec enim dici, vel cogitari poteſt, Eccleſia tota in re tam graui errare: nec in Pontificali Romano aliquid iniungi, quod vel diuinæ legi, vel rectæ rationi contrarium ſit: ſiquidem Romanus Pontifex in Pontificali leges fert pro vniuerſali Eccleſia; proinde non vt priuatus Doctor, aut particularis Eccleſiæ Epiſcopus, ſed tanquam ſummus Põtifex, ideoque errare non potens. Quod apertiſſimè fatetur Durandus, tum alibi ſæpe, tum in hac ipſa quæſtione dum ait, Innocentium III acquieſcere illi conſuetudini non vt Papã, ſed vt priuatum Doctorem. Vnde infero, legem illam libri Pontificalis pro tota Eccleſia non fuiſſe adhuc latam tempore Durandi: ratioque eſt in promptu: quia quælibet ferè Diœceſis ſicut ſuo Miſſali, & Breuiario, ſic ſuo Pontificali, & Rituali vtebatur. Pro certiſſimo itaque ſupponens morem, & ritum illum, vt potè à Pontifice Romano iniunctum, honeſtum eſſe, rationem, qua honeſtetur, inquiro.

21. Varias aliorum rationes refert Vaſquez, & rectè.

Præmitto autem, ne actum agam, nullas eſſe rationes, quas ex variis refert, & meritò refellit Vaſquez Diſp. 218. cap. 3. Et addo, ſi rationes illæ valerent, fore vt etiam duo ſupra eundem baptiſmi candidatum licitè poſſent pro ſuo libito materiam, & formam baptiſmalem exhibere: duoque Confeſſarij ſupra eundem pœnitentem vtrique confeſſum, & ritè diſpoſitum, pro mero ſuo libito formam abſolutionis ſimul proferre: duoque Epiſcopi circa eundem baptizatum ſimul Confirmationis materiam, & formam efficere: duoque Presbyteri, circa eundem moribundi ſenium Vnctiones duas ſimul adhibere, & verborum formas duas ſimul pronunciare. Nam omnes illæ rationes, quibus varij Doctores apud relatum Vaſquium à ſacrilegio vindicant morem, & ritum, quo noui ſacerdotes vna cum ipſo ordinante proferunt verba conſecrationis ſupra eandem materiam, excuſarent etiam à ſacrilegio in euentibus aliorum ſacramentorum iam recenſitis, vt applicanti conſtabit: Atqui nunc ſacrilegium eſſet in aliis ſacramentis ita ſe gerere: Ergo rationes illæ non ſunt idoneæ ad vindicandum à ſacrilegio prædictum morem, & ritũ. Nec dicas eſſe diſcrimen, quia prius illud fit cum facultate, imò & cum præcepto Eccleſiæ; non autem iſtud poſterius. Contra enim eſt, quia difficultas eſt, quomodo, vel qua ratione præceptum illud honeſtetur.

Pater Vaſquez cap. 4 num. 39. ſcribit rationem ob quam talis conſuetudo, & ritus à ſacrilegio vindicatur, & honeſtatur, non aliam eſſe, niſi quia ritus ille non parum conducat inſtitutioni huius ſacramenti. Vnde num. 40. infert, quod idem fieri poſſet in adminiſtratione cuiuſuis alterius ſacramenti, ſiue imprimentis Characterem, ſiue non imprimentis, ſi talis ritus, & ceremonia plurium ſimul miniſtrantium, inſtitutioni illius ita rectè conueniret. Quod ſi roges, quanam in re conſiſtat, quod vſus ille non parum ſit huius ſacramenti inſtitutioni conueniens, reſpondet Vaſquez ex S. Thoma quæſt. 82. art. 2. ſitum eſſe in eo quod Chriſtus Euchariſtiam non ſolus, ſed duodecim Apoſtolis comitatus inſtituerit. 22.

Ratio P. Vaſquez non eſt ſufficiens ad hunc ritum præcipiendum.

Contra hoc tamen efficaciter arguit Durandus. Nam etſi Chriſtus Euchariſtiam inſtituit Apoſtolis præſentibus, non tamen ſimul cum Chriſto conſecrantibus, aut cõſecrationis verba proferentibus. Cui rationi Caietanus, & Sotus iure ſuccumbũt: quod enim Vaſquez, vt eam diluat, affert, ſingulare eſſe, & proprium huius ſacramenti, quod Chriſtus ipſe vnà cum Apoſtolis Euchariſtiam ſuſceperit: hoc inquã, rationem Durandi neutiquam diluit: nam ad ſummum probat, inſtitutioni huius ſacramenti conueniens, & conſonum eſſe, vt aliquando qui ſacerdoti ſacrificanti adſunt, etiam præſente illo, déque eius manu communionem accipiant, id quod in Eccleſia frequenter fit.

Mihi ratio quædam in mentem venit, quæ independens eſt à norma illa, quam Chriſtus in hoc ſacramento coram cæteris Apoſtolis audientibus, & Euchariſtiam ſimul cum Chriſto ſumentibus tenuit: eoque magis locum habet in Euchariſtiæ myſteriis, quanto hæc cæteris omnibus dignitate præcellunt, & longè maximam reuerentiam flagitant: quæque ſi ritè expendatur, digna ſaltem cenſebitur, quæ & nouis ſacerdotibus, & vniuerſis Chriſti fidelibus altè animo inſideat, & frequenter obuerſetur: & Eccleſiam ſanctam, ad illum, de quo loquimur, ritum impulerit: quam ſic effero. 23.

Specialis ratio, & nouiter inuenta proponitur.

Euchariſtiæ myſterium, Chriſtum Deum, & Hominem re ipſa, & ſubſtantialiter continens, ſicut eſt dignitatis omni ex parte infinitiſſimæ, & omnem ſuperlationem, aut exaggerationem ſuperantis: ita ſummam quandam, & infinitam reuerentiam, ac venerationem vendicat. Id omni tempore ſanctiores Chriſti fideles, ipſique Apoſtoli, & alij viri Apoſtolici, dum attentiſſima, diuinituſque illuſtrata mentis acie cogitarent: ad huius diuiniſſimi ſacramenti præſentiam non ſolum

lum reuerentiam, venerationemque ingentem concipiebant: verū etiam vehementiſſimo quodam timore, tremore, & horrore concutiebantur. Hinc Euchariſtiæ Sacramentum iam tremendum, iam horrendum, iam horribile, iam horrore plenum vocitant.

Euchariſtia vocatur ſacramentum tremendum. Horrẽdum, &c.

24. In Liturgiis S. Iacobi.

Sit omnium inſtar, qui omnium eſt exemplar, S. Iacobus in ſuæ Liturgiæ columna. 2. dum iubet fideles cunctos, qui Miſſæ interſunt, ita ſacerdoti beneprecari. *Dominus, qui arcanum, ac tremendum hoc myſterium, ad recordationem æternam nobis propagandum exhibuit, benedicat hoc in Chriſto Deo tuum miniſterium.* Et in columna 3. *Contremiſcimus, ac trepidamus ad ſanctum altare tuum acceſſuri.* Et in columna. 5. *Sileat omnis humana, ac mortalis caro, ſtetque cum metu, & tremore, ac nihil terreſtre apud ſe ipſam cogitet. Rex enim regnantium, & Dominus dominantium ingreditur vt immoletur, & detur in cibum fidelibus, ipſum autem antecedunt Angelorum chori cum omni imperio, & potentia; Cherubim multorum oculorum, ac Seraphim multarum alarum facieſque velantia*, &c. Et in colum. 7. *Pro propoſitis, pretioſis cæleſtibus, ineffabilibus, immaculatis, glorioſis, reuerendis, horrendis, ac diuinis donis; & vt ſeruet præſentem ſacerdotem, qui ea offert, Dominum Deum ſupplices imploremus; Populus, Domine miſerere* Et colum. 9. *Veneramur, ac tremimus, cum tuum ſanctum altare nobis accedendum eſt, & offerendum ſacrificium hoc verendum.* Et paulò inferius. *Paupertatem noſtram purificatam ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus, dignam effice, quæ accedat ad hoc verendum, & horrendum myſterium.*

Et S. Marci & S. Chryſoſtom. & in Canone Æthiopum. in S. Clemente Romano & aliis.

Simillima, & maximè genuina habent in ſuis Liturgiis S. Euangeliſta Marcus, S. Baſilius Magnus, S. Ioannes Chryſoſtomus, & Æthiopes in Canone, ſiue Miſſa vniuerſali: item Clemens Romanus lib. 8. Conſtitut. Apoſtolic. cap. 12. 13. & plerique Veterum Patrum in ſuis ſcriptis; inter quos Chryſoſtomus, etſi iam in ſæculo quarto ſcribens, Euchariſtiam paſſim appellat *horribilem, horrore plenam*, & huius myſterij *menſam horribiliſſimam*, non ſolum nobis, ſed etiam ſupremis ſpiritibus, vnde in illa verba; *Accipite, & manducate, Hoc eſt corpus meum, Quomodò*, inquit, *hoc audientes non obſtuperent?* Et reſpondet: *quia iam priùs hac de re cum ipſis egerat.*

25. Euchariſtia incutiebat horrorem fidelibus accedẽtibus.

Si ergò ad Euchariſtiam, aut eius confectionẽ adeſſe, tantum horrorem fidelibus rem tantam, vt par eſt, attendentibus incutiebat; haud dubiè nouos ſacerdotes huius myſterij dignitatem, ſuique miniſterij magnitudinem profunde meditantes, ab eius vſu, & executione maior, ac vehementior horror arcebat. Hinc ſcilicet factum, vt plurimi ſanctitate eximia cumulati, cum ad ſacrum acceſſiſſent Diaconatum, ad ſacerdotij gradum aſcendere noluerint: & plurimi, quorum non paucos ipſi nouimus, etiam accepto ſacerdotio, ſacrificare nunquam auſi fuerint. Cum igitur conſecrandi actio nouis ſacerdotibus tantum per ſe horroris incutiat: meritò Eccleſia ſanxit, eos ſic animandos, vt animari ſolent quicumque quodlibet aliud opus vehementer horrent: nempè ità, vt non ſoli, ſed ſimul cum aliis illud primò exerceant. Si enim velis ex gr. vt iuuenis ad quamlibet obſcuritatem trepidus, æditus nunc creatus, ad ſacra aliqua ſubterranea, & obſcura adyta, ex munere ſta que adeò crebrò penetret; non ſufficiet hominem verbo tenus inſtruere, & ſingillatim docere, quot, aut quales intus ſint calles, fluxus, receſſus, aut ſinus; ſed opus erit, vt prima ſaltem vice, tu ipſe manu apprehenſum comiteris, cumque illo ſimul introeas, omnia ſimul cum eo luſtres, & cum eo ſimul exeas. Ad hunc prorſus modum oportuit, vt nouos ſacerdotes ad ingrediendum *ſancta ſanctorum* ſacratiſſima, & ſecretiſſima, ad obeundum illud tremendum, & horrificum miniſterium, modo dicto animaret Epiſcopus; nempè ſimul cum illius ad ſancta ſanctorum per ſacras ceremonias conſecrationis præuias, aggrediens: ſimul per ipſam conſecrationem ingrediens: perque Miſſæ conſecrationem egrediens.

26. Epiſcopus Nouos ſacerdotes animat, & quaſi manuducit per Sacras Miſſæ ceremonias.

Oppones. Dum quis ordinatur in Epiſcopum, omnes tres Epiſcopi eum ordinantes, pronunciant cum illo verba conſecrationis, tam ſuper hoſtiam, quam ſuper calicem: At non ob rationem adductam: Ergò propter aliam: atque adeò illa, & non quam attulimus, erit vtrobique reddenda Nego Minorem: quia in primitiua Eccleſia mos ille fuit diuturnus, & vniuerſalis, vt qui erat in Epiſcopum electus, eodem die, & ſolemniore actu ordinaretur in ſacerdotem, & ſtatim in Epiſcopum. Quapropter æquè nouus erat ſacerdos, ac nouus Epiſcopus: Vnde ratio, quam attulimus, non parùm corroboratur.

Item Epiſcopi ordinantes aliũ nouum Epiſcopum idipſum præſtant.

27. At inquies. In Eccleſiis Græcorum quoties Epiſcopus Miſſam celebrat ſolemniter, aſſiſtentibus ei ſacerdotibus, omnes hi ſimul cum illo verba conſecrationis pronunciant. Reſpondeo, ritum iſtum, vt plures alios Græcorum, eſſe improbandum, vtpotè nullo fundamento authoritatis, aut rationis innixum. Prudenter autem illi facerent, ſi eum abolerent: ſicut Eccleſia Romana prudenter, & ſtatim in principio, ſuſtulit eum, qui inducebatur, vt Cardinales, ſummo Pontifici aſſiſtentes, verba conſecrationis cum illo pronunciarent: quia ſcilicet non ibi militat ratio, quam aſſignauimus: quapropter adducta ratio ab hac etiam ipſa obiectione firmatur: ab hoc ipſo ſumit opes animumque ferro.

At Græcorũ ritus quidã eſt improbandus.

Inſtabis verò, & ex illa ipſa Epiſcopi ordinatione, cuius numero 26. meminimus, ita diſſeres: Omnes tres, qui Epiſcopum ordinant, non ſolum imponunt ei manus, ſed etiam pronunciant formam illius ordinationis eſſentialem, nempè *Accipe Spiritum Sanctum*: Atqui moraliter non continget vt omnes tres verborum probationem in eodem inſtanti phyſico perficiant; nec eam actionem honeſtare poteſt ratio, quam hactenus attulimus: Ergò ſicut illa non hic ſufficit; ita nec in illo euentu ſufficiet. Nego Conſequentiam; & aſſigno perſpicuam differentiam. Nam dum conſecratur Epiſcopus, eius ordinatio vel eſſentialiter pendet à tribus materiam, & formam applicantibus, vel à ſolo principali, qui in Pontificali vocatur Conſecrans. Si ab omnibus tribus eſſentialiter pendet; etiam ſi vnus, aut duo materiam, & formam prius applicent, non dabitur ordinatio, donec tertius materiam, & formam applicuerit, Si autem Epiſcopi ordinatio ſolum pendet eſſentialiter ab vno, qui dicitur Conſecrans, cum primum iſte materiæ, & formæ applicationem perfecerit, Epiſcopalis ordinatio conſtabit; ſiue alij duo aſſiſtentes prius,

28. Diſcrimen redditur inter Conſecrationem Euchariſtiæ & ordinationẽ epiſcopi fieri à pluribus.

ſiue poſtea, ſiue ſimul applicationes ſuas terminent; quia non ſe gerent in illo actu ſignificatiue; ſed recitatiue; ſeu quaſi teſtes perſonam approbantes, eiuſque ordinationi ſubſcribentes. Hac tamen de re iterum agemus in ſequentis Tractatus de Ordine, Diſputatione 47. ſectione 6.

SECTIO II.

De Miniſtro Applicationis, ſeu diſpenſationis.

DVæ ſunt huius loci quæſtiones: Prior, Quiſnam eiuſmodi miniſter ſit? Altera, Quænam ſint eius obligationes?

§. I.

Quis licitè poſſit, ac debeat Euchariſtiam vt Ordinarius, & quis ex commiſſione diſpenſare?

29. Duplex hic Miniſter diſtinguitur.

DOctores huius æui communiter diſtinguunt duplicem Miniſtrum Diſpenſationis, & Diſtributionis Euchariſtiæ. Vnum diſpenſantem principaliter, & alterum diſpenſantem miniſterialiter. Qui diſpẽſat principaliter, dicitur habere ſe vt Pater familias, qui aliquem conuiuio excipit, dum ei cibos per ſe ipſum exhibet, & admouet. Qui verò diſpenſat miniſterialiter, habere ſe dicitur ad inſtar famuli: qui ex Domini commiſſione cibos conuiuis apponit. Fateor exempla non exigenda ad omnimodam ſimilitudinem: ſed nec admittenda cum ſumma diſſimilitudine, & oppoſitione; qualem in his quiſque deprehendat. Nam qui alterum conuiuio excipit, ciborum Dominus eſt; eoſque non ipſe, ſed viles miniſtri apparant. Econtra verò qui cibum Euchariſticum principaliter diſpenſare dicitur, illius Dominus neutiquam eſt, eumque conſecratione conficit, ac veluti condit, & apparat. Accedit repugnantia in his terminis *Miniſtrans principaliter*, & apparens redundantia in his *Miniſtrans miniſterialiter*. Quare libentius appello duos illos miniſtros iuxta terminos in titulo præfixos, Miniſtrum ordinarium, & ex commiſſione, qui tum in hac tum in aliis materiis, apud omnes Theologos vſitatiſſimi ſunt.

30. Ordinarius eſt ſolus ſacerdos.

Dico primò. Solus ſacerdos poteſt Euchariſtiam ordinariè miniſtrare, ſeu diſpenſare. Probatur ex 1. Corinth. 4. v. 1 *Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.* Duo namque munera diſcriminat ibi Paulus, vnum ὑπηρετῶν *miniſtrorum, famulorum*, quod latiſſimè patet cum amplectatur & prædicationem, & ſacramentorum adminiſtrationem, & merum famulatum ex receptione baptiſmi reſultantem: Alterum οἰκονόμων, *diſpenſatorum, œconomorum*, quod propriè complectitur ſolam adminiſtrationem ſacramentorum, nimirum myſteriorũ Dei. Creſcit itaque ibi oratio in hunc ſenſum, vt Apoſtoli, Epiſcopi, & ſacerdotes, non modo ſint Chriſti famuli per baptiſmum, vt omnes Chriſtiani; nec ſolum ſint diuini verbi præcones per prædicationem, vt Diaconi; ſed etiam œconomi, ſeu diſpenſatores ſacramentorum, ordinarij ſcilicet, & ex munere: Sic ſcilicet quẽadmodum inter miniſtros, ſolus œconomus ex proprio munere habet, vt cibos domeſticis diſtribuat, quoties, & qua ratione cenſuerit expedire. Secundò probatur expreſſis Eccleſiæ verbis in ſolemniore Miſſa de hoc myſterio. *Sic ſacrificium iſtud inſtituit, Cuius officium committi voluit ſolis Presbyteris, quibus ſic congruit, vt ſumant, & dent cæteris.* Tertiò probatur è Conciliis proximo numero repræſentandis: in quibus dicitur Diaconus non diſpenſare Euchariſtiam, niſi vt ſacerdotis miniſter. Quartò ratione, quia ſolus ſacerdos eſt proprius, & ordinarius animarum paſtor: Ergo ſolus ex munere, & ordinariè miniſtrare poteſt Euchariſtiã. Conſequentia patet: Nam pabulum iſtud & eſt omnium nobiliſſimum, ac proinde per ſe à nobiliſſimo miniſtro præberi debet; & requirit in ſuſceptore aptitudinem, & diſpoſitionem, de qua ſolus ſacerdos iudicare poteſt: ideoque ſolus ipſe, tanquam ordinarius miniſter, & ex proprio munere diſpenſare illud valebit.

Dico ſecundo. Diaconus diſpenſare poteſt Euchariſtiam ex commiſſione & quaſi delegatione. Eſt aſſertio communiſſima, & ſtabilitur 31. Diaconus ex commiſſione diſpenſat.
primum ex Conciliis Nicæno I. & Carthaginenſi IV. Nam Nicænum in cap. 16. ſic habet: *Miniſtrare hoc ſacramentum proprium eſt Presbyteri, & non Diaconi*: nimirum miniſtrare ordinariè, & ex munere: Siquidem Carthaginenſe IV. cap. 38. ſic interpretatur inquiens: *Diaconus, præſente Presbytero, Euchariſtiam corporis Chriſti populo, ſi neceſſitas cogat, iuſſus eroget*. Voces etenim *iuſſus eroget* diſpenſationem, ſiue erogationem indicant miniſterialem. Deinde ex S. Clemente Romano lib. 8. Conſtitutionum cap. 28. idem aſſerente: & ex Iuſtino Martyre in Apologia 2. pro Chriſtianis circa finem, idem innuante: Actis martyrij S. Laurentij Sixtum Papam, ad ſupplicium properãtem, ſic alloquentis: *Experire, vtrum miniſtrum idoneum elegeris, cui commiſiſti dominici ſanguinis diſpenſationem.* Tandem ratione, quia Diaconus eſt ordine, & dignitate ſacerdoti proximus, eique in Euchariſtiæ conſecratione proximè aſſiſtit: aliunde verò ſæpe accidere poteſt, vt populus, qui Euchariſtiam poſtulet, ſit pluſimus, & propterea neceſſarium, vt illam Diaconus diſtribuat.

Dico tertiò, Diaconus Euchariſtiam diſpenſare poteſt iuſſus ab Epiſcopo, vel à Presbytero, ſi neceſſitas exigat, & non aliter; niſi forſan 33. Iuſſus tamen ab Epiſcopo vel à ſacerdote.
in eo Papa diſpenſet. Prior aſſerti pars liquet ex verbis Concilij Carthaginenſis III. ſuperiore numero relatis. Alteram adiunxi, quia Romanus Pontifex dicitur aliquando ſic Euchariſtiam ſumere vt ſanguinem accipiat de manu Diaconi Cardinalis: qui tametſi realiter ſit ſacerdos formaliter tamen Diaconum tunc agit: & quamuis re ipſa foret merè Diaconus, poſſet ex diſpenſatione ſummi Pontificis, eiuſmodi adminiſtrationem obire.

Dico quartò. Si non adſit Præsbyter qui moribundo viaticũ præbeat, licitè poteſt, & omnino ſub mortali peccato tenetur Diaconus id 34. Si talis adſit, nam ſi non adſit moribundo miniſtret diaconus.
præſtare. Quia poteſt Euchariſtiam miniſtrare, ſi concurrant & neceſſitas, & præceptum, vt aſſertione 2. & 3. vidimus: At in moribundo manifeſta eſt neceſſitas, & quidem maior, quam in populo ex deuotione communicaturo: præceptũ autẽ, etſi nõ ſit expreſſum, prudentiſſimè tamen præſumitur: nam optimus quiſque Epiſcopus, illius euẽtus cõſcius, præceptũ Diacono imponere teneretur: Ergo ſicut præſente Epiſcopo,

Digitized by Google

ſcopo, & non valente miniſtrare, nec per ſe, nec per alium, niſi per Diaconum, & huic præceptum imponente non modò poſſet Diaconus, verum etiam deberet ſub mortali viaticum adminiſtrare moribundo; ita etiam abſente Epiſcopo tenetur, ſi alioqui moribundus abſque viatico ſit deceſſurus.

35. *Etiam ſibi, ſi alius miniſter non adſit mori propinquo.*

Dico quintò. Si Diaconus ipſe in extremis ſit, & non adſit ſacerdos, aliuſuè Diaconus, è cuius manu viaticum recipiat, ipſe ſibi illud miniſtrare non ſolum poteſt, verum etiam ſub mortali peccato debet. Quia ſi Epiſcopus ſciens eſſe alium ægrotum ſine viatico moriturum, niſi Diaconus viaticum præberet, huic præciperet, vt miniſtraret: profectò eidem, alioqui viati cum amiſſuro, præciperet, vt ipſe ſibi illud miniſtraret. Cùr enim, vt miniſtraret alteri, & non vt non miniſtraret ſibi? Ergò cum in illo euentu poſſit, ac debeat Diaconus Euchariſtiam adminiſtrare alteri; in hoc euentu poteſt, ac tenetur miniſtrare ſibi.

36. *Secluſa cõmiſſione ſolum miniſtrat ſacerdos proprius communicantis.*

Dico ſexto. Solus ſacerdos communicantis proprius, ſecluſo priuilegio, vel comiſſione, poteſt Euchariſtiam ei, citra, vel extra neceſſitatem porrigere: Patet ex Concil. Carthaginenſi. I. cap. 7. & ex Mileuitana Can. 18. ex ex Clement. *Religioſi* de Priuilegiis: quia ſolus ille ſacerdos eſt proprius, & ordinarius communicantis paſtor. Dixi, *ſecluſo priuilegio*: quia religioſis mendicantibus iſtud conceditur, vt conſtat ex eorum priuilegiis. Nùm autem cuilibet ſacerdoti concedatur id ipſum per Bullam Cruciatam, in huius explicatione declarandum. Dixi etiam *ſecluſa commiſſione*: quia proprius paſtor quandoque poteſt oues proprias alteri paſcendas tradere. Dixi tandem. *Citra, vel extra neceſſitatem*; nam in articulo mortis, ſi abſente ſacerdote Diaconus eſſet, poſſet, ac deberet viaticum præbere, vt nume.... probaui: citra dubium æquè, & quodammodo magis teneretur alienus ſacerdos.

37. Dico ſeptimò. Qui non ſit ſacerdos, ait Diaconus, nequit etiam in articulo mortis Euchariſtiam præbere, nec ſibi ipſi. Ita ferè omnes Doctores, quorum tantus conſenſus circa rem moralem, & moraliter euenientem, ingentis ponderis eſt. Accedit ratio: quia cum Concilia declarent, ſolum ſacerdotem eſſe huius Sacramenti præbitorem ex munere, & ordinariè; Diaconum autem in neceſſitate, & ex iuſſione: prorſus indicant, cæteros, qui ſacerdotij, vel Diaconatus ordine carent, nullo in euentu poſſe Euchariſtiam aliis, aut ſibi ipſis adminiſtrare. Quod verum eſſet, quamuis præcepto diuino teneremur communicare in articulo mortis; vt ex Diſp....n....deduces: multò autem clarius ex noſtra ſententia, qui præceptũ diuinum non reperiri Diſp,... ſect.... probauimus.

Obiicies. Olim Euchariſtia dabatur Laicis in manus, eiſque permittebatur eam in ſuas domos deferre: Ergò illam ſibi ipſis miniſtrare. Reſpondeo primum: etſi totum id concederetur, non eſſe nobis aduerſarium: quoniam vſus ille, & permiſſus, poſteà ſublatus eſt, vt ex Concilio Carthaginienſi III. ſuprà memorato liquet. Quin etiam, cum Euchariſtiã non ex altari, ſed de manu ſacerdotis acceptam, in os inferrent, vel in ſuas domos delatam, poſtea ſumerent; fortè dici non poſſunt, eam ipſi ſibi miniſtraſſe: ſicut nec ſibi cibos miniſtrat, qui à famulo delatos, ſua manu in os immittit. Quidquid tamen de hoc ſit, reſpondeo, ſicut mos ille, Euchariſtiam in manus accipiendi, & domum deferendi, ſublatus eſt: ita etiam licentia, nedum obligatio communicandi niſi de manu ſacerdotis, aut diaconi.

Inſtabis: Reginam Scotiæ Mariam Eſtuardam, cum neci eſſet proxima, ſibi ipſi Euchariſtiam adminiſtraſſe. Reſpondeo ſi eius facti nõ alia ratio conſtaret, credi poſſet piiſſima Princeps, diuino id inſtinctu præſtitiſſe. Debuit tamen Euchariſtiam conſumere: Tum quia ſoli ipſi datum erat eam eo loco reſeruatam habere: Tum etiam quia periculum ſuberat, ne ſtatim hæretici ſi reſeruatam reperirent, indignè tractarent.

§. II.

Quomodo Miniſter gerere ſe debeat cum peccatore Euchariſtiam poſcente?

Cum poſcente, inquam: quia non poſcenti certiſſimè nequit Euchariſtiam exhibere, vel ſumendam offerre. Nam cum peccator nequeat Euchariſtiam licitè ſumere, niſi præmiſſa Confeſſione Sacramentali, vel in caſu neceſſitatis, ſola contritione. Sanè offerre illi ſacram Euchariſtiam hîc, & nunc ſumendam, eſſet hominem vel inducere ad peccatum indignæ ſumptionis; vel conſtituere in neceſſitate ſumendi Euchariſtiam non præmiſſa Cõfeſſione: quorum neutrum licitum eſt. Confirmatur, quia potius, quantum poſſit curare debet miniſter, ne quis Euchariſtiam indigne ſumat: nam ad hoc aſtringitur & præcepto religionis erga ſacramentum, & Charitatis erga proximum: Ergo non poteſt licitè Euchariſtiam peccatori non poſcenti vltro offerre. 38.

Miniſter curare debet, ne quis indignè recipiat Euchariſtiã.

Nec obeſt, quod in cœna Dominus cunctis dixerit Apoſtolis, & inter ipſos proditori Iudæ, *Manducate, bibite ex eo omnes.* Poterat enim proditor, vel nouo illo beneficio vehementer aſtrictus, proditionis culpam contritione deteſtari, atque delere, ſicque Euchariſtiam digne percipere: etiamſi Pœnitentiæ ſacramentum iam eſſet integre inſtitutum. Sicut enim Chriſtus Iudæ famam ſeruauit, non detecta proditione: Sic Iudas ipſe ſuæ famæ conſulere poſſet, dilata in aliud tempus confeſſione ſacramentali. Quãto magis hac non integre inſtituta, niſi poſt Reſurrectionem, vt conſtat ex Ioan. 20. idque exponente Tridentino ſeſſ. 14. c. 1.

Prima concluſio. Publico peccatori ſiue publicè, ſiue ſecreto, Euchariſtiam petenti, neganda eſt, niſi pœnitentiæ ſigna ſufficientia publicè dederit. Ita omnes cum S. Thom. q. 81. ar. 2. Suadetur inprimis authoritate Chriſti apud Matth. cap. 7. dicentis: *Nolite ſanctum* (τὸ ἅγιον quod ſanctum eſt) *dare canibus.* Nam ſi quidquid ſanctum eſt, indignis negari debet; multo magis id, quod per antonomaſiam ſanctum, atque adeò ſanctiſſimum eſt: præſertim adiungente Chriſto apud eundem Matth. cap. 15. verſ. *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & dare canibus*: & Eccleſia id ipſum ad Euchariſtiam ſic applicante: *Ecce panis Angelorum, Factus cibus viatorum: Verè panis filiorum, Non mittendus canibus.* Accedit perpetuus Eccleſiæ vſus è Communione arcentis notorios peccatores: & authoritas Patrum apud Recentiores noſtros id planè teſtantium. Et tandem ratio: Nam ad ſacramentum iſtud, cum ſit viuorum, non habent ius qui per peccata mortui ſunt: proindè publico peccatori Euchariſtiam exhibere non poteſt

39. *Et publico Peccatori negare, niſi publicè pœnitentiæ ſigna dederit.*

honeſtari nec petitione illius, quia iniuſtè petit; nec ratione diſpoſitionis, nam accedit indiſpoſitus: nec euitatione imminentis infamiæ: quippe Euchariſtiam ille ſumens non vitabit infamiam publici peccatoris, quia iam laborat; ſed potius contrahet nouam, nempè indignè communicantis: Ergò, &c.

40. *Et tam publicè, quam eius peccatum fuit publicum.*

Secunda concluſio. Pœnitentiæ ſigna tunc publicus peccator ſufficientia dabit, vt Euchariſtia ipſi miniſtretur, ſi quàm publicum eſt eius peccatum, tam eius pœnitentia publica ſit, vel publicanda ſperetur. Ex. gr. ſi publicus vſurarius, aut publicus Concubinarius ad Confeſſarij pedes in templo accedat, ſpectantibus plurimis: Cùm accedere ad Confeſſionem, ſignum pœnitentis animi ſit, & acceſſus coram tot teſtibus, ſtatim per oppidum publicari ſoleat: Hæc videtur eſſe communior ſententia, quam in terminis tradit Ioannes Sanchez in ſelectis Diſp. 34. à num. 2. Ratio vnica eſt, quia per eiuſmodi ſigna omnis offenſio tollitur; nam prudenter creditur vera eſſe confeſſio, veraque emendatio futura. Si tamen eiuſmodi publicus peccator ſigna ſæpius exhibuiſſet, & vitam nihil emendaſſet; ſicut non crederetur verè pœnitens, ita non deberet Euchariſtiæ particeps fieri, niſi per aliquod tempus, quod veræ pœnitentiæ ſufficiens eſſet ſignum, emendatum ſeſe probaret. Multa alia ad hanc aſſertionem ſpectantia vide apud eundem Sanchez loco citato, perque plures Diſputationes: quæ libenter omitto, quia, vt ille idem Author cit. aduertit, vix iam ad praxim venire ſolent.

41. *Peccatori occulto, qui publicè petit Euchar. tribuenda eſt.*

Tertia concluſio. Peccatoris occulto publicè petenti Euchariſtiam, tribuenda eſt, ſi non poſſit abſque illius infamatione negari. Ita Doctores omnes nam quod aliqui docent, Parochum poſſe, ac debere Euchariſtiam publicè negare illi, cuius peccatum per duos idoneos teſtes ſibi eſſet notum: tales, inquam, Doctores huic aſſertioni non aduerſantur, nam eiuſmodi peccatorem non iam occultum, ſed publicum exiſtimant: quam exiſtimationem nos repellimus. Quod ſi vera eſſet, integram relinqueret, ſaltem aſſertionem iſtam: ſi Parochus ex vno dumtaxat teſte culpam illius noſſet; non poſſet ei petenti Euchariſtiam denegare. In cuius aſſignanda ratione Recentiores non parum deſudant. Omiſſis verò aliis planè friuolis, eas expendam, quæ nunc velut firmiores circumferuntur.

Cuius ſententiæ ratio multiplex; prima Suarez.

Suarez Diſp. 67. ſect. 4. cum aliquibus aliis Doctoribus ait, miniſtros Sacramentorum dum publicè miniſtrant non poſſe priuata delictorum ſcientia vti: nam ex eiuſmodi facultate plura moraliter ſequerentur incommoda. Cæterùm doctrina illa generaliter vera non eſt: nam Epiſcopus ſola priuata ſcientia duci poteſt ad repellendum ab ordinatione illum quem nouit in continenter viuere. Quam rationes paulo aliter obiicit P. Lugus Patri Suarez: quomodo autem illa doctrina limitanda ſit, vt vera euadat, nos infra dicemus.

Altera Vaſquez.

Vaſquez Diſp. 209. c. 5. probat. Quia Sacramentum inſtitutum eſt ad hominum vtilitatem: Ergò præferenda eſt obligatio proſpiciendi vtilitati ſuſcipientis, conſecrando eius famam, obligationi religionis erga Sacramentum, euitando indignam illius receptionem. Probatur Conſequentia, quia propter illam rationem Cathecumenus, aut pœnitens, iam expirans, baptizari, vel abſolui debet à miniſtro exiſtente in peccato mortali: Vbi palam anteponitur vtilitas ſuſcipientis ſacramentum conditioni aliàs requiſitæ ad ſacramenti dignam tractationem: proinde vrgente ſuſcipientis vtilitate ceſſat illa, quæ alioquin vrgeret religionis obligatio, nempe non miniſtrandi ſacramentum in ſtatu peccati; ac proinde in præſenti nnn miniſtrandi Euchariſtiam exiſtenti in peccato.

Sed contrà, quia licet ſacramēta inſtituta ſint ad hominum vtilitatem, præcipuè tamen, imo per ſe, & vt plurimum inſtituta ſunt ad ſolam ipſorum vtilitatem ſpiritualem: Ergo in illis adminiſtrandis potior habenda eſt ratio vtilitatis ſpiritualis, quam temporalis: Sed illa in noſtro euentu nulla reperitur, imò potius arcetur, & magis, ac magis læditur per indignam Euchariſtiæ receptionem: Ergo illa ratio non probat eſſe tunc Euchariſtiam adminiſtrandam. Nec illationis probatio ſolida eſt: nam ſacramenta illa Baptiſmi, & Pœnitentiæ non miniſtrantur licitè ab exiſtente in mortali, propter vtilitatem ſubiectorum temporalem, ſed ſpiritualem, eamque alioqui irreparabilem. Quare ſi tunc ceſſat obligare religio ad procurandam contritionem, ceſſat propter vtilitatem ſubiecti ſpiritualem; imò quodammodo propter bonum ipſius religionis, quod per æternā hominis ſalutem mirum in modum augetur. Horum autem nihil ſimile reperitur in caſu concluſionis, vbi ſolum agitur de honore ſubiecti, tum temporali, tum reparabili: quare perperam infertur, non tunc obligare præceptum religionis non dandi Euchariſtiam indigno; quoniam nullum eius illationis principium ſufficiens adducitur.

P. Lugus de ſacramentis, diſp. 8. ſect. 10. à num. 176. potiſſimè oſtendens, quod ſi miniſter priuata dumtaxat ſcientia nouerit peccatorem occultum ad communionem publicè accedentem, id facere ex animo illam conculcandi, aut comburendi, debet eam, etiam cum ipſius infamatione, publicè negare: Communē aſſertionem hac ratione probat. Lex diuinæ Charitatis, & religionis tunc ſolum ſpecialiter obligat, cum ex alicuius facto notabile detrimentum in honorem diuinum redundat: Sed ex eo, quod peccator occultus indignè Euchariſtiam ſuſcipiat, non redundat in Dei honorem notabile detrimentum; redundat autem ex eo, quod Euchariſtiam conculcet, aut comburat: Ergo in priori euentu non tenetur miniſter proſpicere diuino honori negādo publicè Euchariſtiam, peccatori occulto; tenebitur autem in euentu altero. Minorem probat Lugus, quoniam indigna ſuſceptio Euchariſtiæ, ſicut etiā communiter peccatum mortale, non tam ſuſtinet irreuerentiam Dei poſitiuam, quā negatiuā, nempe defectum reuerentiæ debitæ; atque adeo diuinum honorem notabiliter non deterunt: At verò ſi quis publicè blaſphemet, aut Euchariſtiam contumelioſè tractet, tunc irreuerentia eſt poſitiua, diuinuſque honor notabiliter læditur: Ergo in priori euentu, & non in altero, neganda eſt illi Communio. 43. *Alius modus dicendi P. Lugi.*

Contra, quoniam indigna Euchariſtiæ ſuſceptio neutiquam eſt irreuerentiæ negatiuā ſed propriè, & ſtrictè poſitiua. Negatiua quidē foret, ſi quis cultum aliquem ad illam honorandam præſcriptum, pigritia ductus, non exhi

exhiberet: at Euchariſtiam pectore peccatis ſordido ſuſcipere, poſitiua irreuerentia eſt; nam quis aſſerat negatiuè dumtaxat lædi regium honorem, ac reuerentiam, ſi dum è regio palatio, & eleganti, ac mundiſſima domo extractus viliſſimo, ac ſordidiſſimo tecto, cogeretur ſuccedere? Prætereà ſi vera eſſet illa P. Lugi ratio, nefas eſſet Euchariſtiam exhibere peccatori occulto publicè petenti, quem ſcirem petere ex animo, & affectu poſitiuo indignè communicandi, & hanc irreuerentiam Chriſto exhibendi: quam illationem etſi concedere videatur Lugus, conſequens tamen abſurditatem præſefert. Denique ſi Lugus aſſerit, indignam illam peccatoris occulti Communionem ſolùm eſſe irreuerentiam negatiuam extrinſecam; vix quidem id verum eſt, cùm videatur extrinſeca reuerentia poſitiua: Sicut horarum recitatio externa, ſine interna attentione, vel etiam cum poſitiua intrinſeca Dei irriſione, poſitiua irreuerentia extrinſeca eſt. Demus tamen ſolùm eſſe extrinſecam irreuerentiam negatiuam, quia ſcilicet exteriùs deprehendi non poteſt: Atqui nec exteriùs deprehendi poteſt irreuerentia intrinſeca poſitiua, qua reciperetur ſacramentum ex poſitiuo affectu indignè illud ſuſcipiendi: Ergò non benè concedit Lugus, debere Euchariſtiam in hoc euentu negari.

44. *Probatio ſolida proponitur, ex Chriſti inſtitutione, & lege.*

Solidam exiſtimo probationem, partim ex ratione Patris Suarez, partim ex ratione Patris Vaſquez, in hunc modum eſſe conflandam. Chriſtus Dominus ita inſtituit Euchariſtiam ad hominum vtilitatem, vt voluerit Euchariſtiæ miniſtros, in eius diſtributione publica, non vti ſcientia priuata indignitatis ſuſcipientium: Ergò occulto peccatori publicè Euchariſtiam poſcenti non poteſt illa licitè negari: Conſecutio notiſſima eſt: Antecedens probo primùm ipſo Chriſti facto, & exemplo: qui cùm priuatim noſſet peruerſum Iudæ animum, noluit tamen ea ſcientia duci, & Euchariſtiam proditori negare; ne ſcilicet culpam illius ipſa negatione publicaret, exemplum ſcilicet, ac præceptum futuris Euchariſtiæ miniſtris exhibens, vt quemadmodùm ille fecit, ita & ipſi faciant. Deindè poſſumus à ſimili probare. Nam Pœnitentiæ ſacramentum inſtituit Dominus ita, vt omninò voluerit miniſtrum nunquàm vti Confeſſionis ſcientia in damnum pœnitentis, etiam temporale; v. gr. ad ſuffragium illi negandum, quod eſt damnum multò minus infamatione, & occultiſſimè inferri ſolet; idque Dominus inſtituit cedendo iuri ſuo, & ſuſtinendo irreuerentiam, quam ex indigni electione in poſterum paſſurus eſt, eo ſcilicet fine, vt non redderetur odioſa Confeſſio: Ergò etiam voluit, ne occulto peccatori publicè Euchariſtiam petenti, eam negemus, cedens ſimiliter iuri ſuo, ne redderetur odioſa Communio. Tandem ab incommodo, quod optimè intulit Suarez: quia ſi miniſtri ſacramentorum in his euentibus licitè poſſent priuata ſcientia vti, facillimè poſſent per ſummum ſcelus quoſlibet impunè infamare, fingendo ſibi notam eſſe indignitatem eorum, qui Euchariſtiam poſcerent.

Ne redderetur odioſa Communio.

45. *Aliæ rationes P. Lugi referuntur & examinantur.*

Pater Ioannes de Lugo, quem num. 43. citaui, tria profert argumenta partim contra rationem Patris Suarez, partim contra rationem Patris Vaſquez; ac proindè contra iſtam, quam nos ex ambabus conſtruximus. Prima eſt: licitè poteſt Epiſcopus alicui negare Ordines ob indignitatem, quam priuata ſolummodò ſcientia nouit: ſibi enim indignus imputet, quòd indignus cùm ſit, & Ordines poſcat, repulſam, & infamiam ferat: Ergò vniuerſim non eſt nefas miniſtris ſacramentorum ad indignos repellendos priuata ſcientia vti.

Contrà diſſero. Vel enim Epiſcopus repellere poteſt indignum, ob ſolam illam indignitatem poſitiuam, quæ notabiliter cedat in Dei irreuerentiam, prout Lugus nuper explicabat: vel etiam ob indignitatem, quæ minorem Dei irreuerentiam contineat. Si prius dicat Lugus, aduerſabitur cunctis Doctoribus veriſſimè tenentibus, poſſe repelli ab Ordinatione indignum; ob indignitatem concubinatus, priuatim dumtaxat Epiſcopo notam. Si poſterius aſſerat, ſibi ipſi aduerſabitur: nam ſi miniſter Ordinis poteſt ordinem negare indigno ob indignitatem, quæ ſolam continet irreligioſitatem negatiuam, ſibique imputet, qui cum illa Ordinem petit, quòd repulſam, & infamationem patiatur: Ergò Euchariſtiæ miniſter licitè poteſt eam negare indigno propter indignitatem priuatim dumtaxat miniſtro cognitam: ſibique indignus imputet, quod indignus accedens, repulſam, & infamiam reportet. Et quidem diuerſitatis nec ſpeciem hic deprehendo; ſi conſtituamus, vt conſtituimus, ex vtriuſque repulſa vtriuſque infamationem æquè exrituram. De quo tamen capite nonnihil ſtatim.

Nunc ad formam reſpondendo, diſtinguo illud Antecedens: *Licitè poteſt Epiſcopus Ordines negare indigno propter indignitatem, ſola ſcientia priuata ſibi notam.* Vel, *cum tali negatione indignus infamandus non eſt*: & ſic do Antecedens; & aſſero communiter ita contingere: nam poſſunt alicui negari ordines multis de cauſis, culpa vacantibus: proindè non eſt cur Ordinum negatio in eius infamiam cedat: Vnde ex eo quod Epiſcopus citra indigni infamiam licitè neget Ordines ob indignitatem ſibi priuatim notam; non rectè infertur poſſe Euchariſtiæ miniſter Euchariſtiam negare publicè petenti, propter indignitatem ſibi ſoli perſpectam, cum indigni infamatione. Vel *Ordinum negatione ille infamandus eſt*: & hoc ſubdiſtinguo: Si enim indignitas tanta eſt, vt exi ſtius Ordinatione magnum Reipublicæ, vel animarum detrimentum exiturum ſit, debet Epiſcopus Ordines ei negare: alioquin ob ſolam indignitatem nec debebit, nec licitè poterit. Et hæc reſolutio confirmatur ex facto Chriſti Domini; qui non negauit Euchariſtiam Iudæ, quamuis eius crimen, diuulgandum erat poſt breue tempus. 46.

Alterum Lugi argumentum eſt. Si miniſter priuata ſolummodò ſcientia noſſet peccatorem occultum, qui publicè Euchariſtiam poſtulat, id facere ex animo, & propoſito illam conculcandi, vel comburendi, teneretur petenti negare, etiam ſi non poſſet ſine illius infamatione: Ergo ratio, quam adhibuimus, ex obligatione tuendi occulti peccatoris famam, debilis eſt. 47.

Reſpondeo per diſtinctionem antecedentis. Si enim occultus peccator Euchariſtiam publicè poſceret ex animo illam conculcandi, vel comburendi ſecretè; non deberet, nec licitè

poſſet miniſter eam publicè negare cum petentis infamatione: nam ad iſtam in tali euentu vitandam Dominus iuri ſuo ceſſit, vti ſuprà firmatum eſt, & ſtatim corroborabitur. Si autem eiuſmodi peccator Euchariſtiam publicè peteret, vt eam publicè combureret, aut contumelioſè tractaret; non ſolum poſſet licitè miniſter illam ei negare, verum etiam deberet. Nam talis peccator eo facinore, quod meditaretur, iam ſe eſſet infamaturus: ideoque miniſter Euchariſtiam ei tunc tribuens non auerteret illius infamiam: negans autem & auerteret ſacramenti grauiſſimum dedecus, cùm externam tanti ſceleris, executionem impediret: & minueret ipſam iam iam impendentem peccatoris infamiam: Vel quia tantùm ab illo tentatum facinus vix homines cogitarent. Vel quia ſi cogitarent, adhuc ille minus maneret infamis, vtpote immunis à pœnis, quæ niſi ob ſcelus confirmatum non infliguntur.

Tertium illius Authoris argumentum eſt. Ad Innocentis vitam, aut famam tuendam, licitè poſſem aperire crimen occultum volentis eam inferre iniuriam, ſi non poſſem aliter iſtam auertere: Ergò ad tuendum honorem Euchariſtiæ, cuius iniuriam aliter impedire non poſſum, licitè poſſum illam negare, etiam cum petentis infamatione: Hoc eſt falſum: Ergo alia ratio communioris aſſertionis afferẽda eſt.

Nego tamen priorem conſequentiam. Primò, quia ſi ſola Innocentis defenſio ſpectanda eſſet, deberet Euchariſtia negari peccatori occulto illam publicè petenti ſine affectu illam irreligioſe tractandi: quia tam verè, & propriè Chriſtum offendit qui illum in ſterquilinio excipit, cùm poſſit mundiſſima domo excipere: Atqui conſequens eſt falſum: Ergo illa ratio nulla. 48. Secundò igitur, & à priori, quia damnum irreligioſitatis ſacramento in intentione illatum, iam eſt vera irreligioſitas, & verum irreligioſitatis damnum ipſi illatum, quod externa actione extenſiuè dumtaxat augetur: è contrà verò damnum hominis innocentis in intentione illatum, non eſt verum ipſius damnum, nec ei incommodat. Vnde qui indignè Euchariſtiam poſcit, ipſa petitione verè irreligioſus in Euchariſtiam eſt; ſumptione verò irreligioſitatem ſolùm extenſiuè auget: qui autem Innocentem occidere intendit, non hoc ipſo illum re ipſa occidit. Ideò Dominus hominibus proſpiciens, voluit, vt veram innocentis necem auertam, etiam cum illatoris infamia; non autem indignam Euchariſtiæ ſuſceptionem: quia verum irreligioſitatis dedecus ante ſuſceptionem reperitur: non autem verum necis incommodum ante nec reipſa illatum.

Qui indignus poſcit Euchariſtiã iam eſt irreligioſus.

TRAC

TRACTATVS TERTIVS.
DE
ORDINE;
SIVE
DE ORDINIBVS ECCLESIASTICIS.

HVNC tractatum omnino ſubiici opus fuit ad Complementum iuſti Voluminis, quod in lucem edere ſuſcepit, & optauit animus. Diſputationes verò *de Ordine*, ad ſuperiores de Myſterio Euchariſtiæ ſacroſancto, quàm pulchrè aſſociatæ progredi velint & iure proprio conſequantur, quis non videat?

DISPVTATIO XLVI.

De eſſentia & diſtinctione Ordinis.

SECTIO I. *Apparatus ad diſputationem.*
SECTIO II. *Propria definitio Ordinis.*
SECTIO III. *Quinam ſint Ordines.*
SECTIO IV. *Explicatur diuerſitas inter Ordines.*
SECTIO V. *De Officiis ſingulorum Ordinum.*
SECTIO VI. *An Omnis Ordinatio proprie ſit ſacramentum.*
SECTIO VII. *De inſtitutione Ordinum.*

SECTIO I.

Apparatus ad diſputationem.

1. DE hac materia diſſerunt Theologi in 4. diſt. 24. Canoniſtæ in decreto diſt. 23. & aliis. Ex Cōciliis præcipue Carthaginenſe 4. Florentinum in Decreto Eugenij 4. & Trident. ſeſſ. 23. Materia eſt perutilis & in primis neceſſaria Eccleſiaſticis perſonis, quibus ait ſanctus Petrus epiſt. 1. cap. 2. *Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium*: Ipſorum enim maxime refert proprium munus dignitatemque intelligere, & tutari, & commendare.

2. Nomen *Ordo* quot modis vſurpetur.

Circa nomen *Ordo* notandum eſt, ſolitum accipi quatuor modis primo pro aliquo reſpectu reali prioris, & poſterioris, quem res inter ſe habent, vel ſecundum locum vel ſecundum tempus, vel ſecundum cauſalitatem, & dependentiam phyſicam in exiſtendo vel in cauſando. Secundo pro ſtatu Reipublicæ, ſicut dicitur Ordo Senatorius, Ordo equeſtris, Ordo Religioſus de quibus ordinibus S. Auguſtinus lib. 19. de Ciuitate Dei cap. 3. dicit: *Ordo eſt diſpoſitio rerum parium & imparium tribuens vnicuique ſuum locum.* Tertio vocatur ordo per Antonomaſiam inter Chriſtianos ſtatus Clericorum præeminens inter Eccleſiaſticos ſiue inter Clericos ipſos in quorum republica ſunt aliqui deſtinati & Conſecrati ad præſtandum in Eccleſia certa munera ſublimia. Quarto *Ordo* ſignificat actionem illam, ſeu ceremoniam, qua Clericus aliquis conſecratur, deputatur, & ordinatur ad munus aliquod ſpeciale, quæ ceremonia proprius appellatur, *Ordinatio*, vel *initiatio*, vel *Conſecratio*, & in hac quarta ratione ſumitur *Ordo* in præſenti tractatu.

3. Diuerſitas Ordinum conſtat ex diuinis ſcripturis.

Atque inprimis ſupponimus, vt certum, Ordines Eccleſiaſticos eſſe plures, & diuerſos, ſuperiores, & inferiores ex diuina inſtitutione. Ita colligitur ex ſacris litteris primæ ad Corinthios 2. *Diuiſiones miniſteriorum ſunt* &c. & aliis locis. Prob. ratione primo, quia ſic per miniſtros ordine diuerſos & ritè ordinatos diuina gratia fidelibus commodiùs diſpenſatur, & abundantius communicatur. Et diuina ſapientia quæ omnia ſuauiter diſponit, clarius elucet atque reſplendet in Eccleſia.

Et eſt valde conformis rationi.

Secundo quia ſic melius repræſentatur ab hominibus in terra degentibus Cœleſtis ordo Hierarchicus, qui eſt inter Angelos, & Cælites. Tertio ſic opportunius cōſulitur humanæ neceſſitati. Quartò denique ſic pertinet ad plures dignitas ſacri miniſterij, quādo quidē plures

Digitized by Google

res ſunt cooperatores Dei in ſalutem animarum, quo nihil eſt diuinius vt S. Dionyſius cap. 8. de diuinis nominibus tradidit. Videatur S. Thomas in ſupplemento tertiæ partis q. 37. art. 1.

SECTIO II.

Propria definitio Ordinis.

4. Definitio ordinationis ponitur.

PRætermiſſis variis definitionibus, quas afferunt Canoniſtæ, & alij, ſic optime definitur Ordinatio: *Sacra ceremonia per quam ex inſtituto ſignificatur & irreuocabiliter traditur alicui poteſtas ſpecialis in templo per ſe ordinata ad Euchariſtiæ miniſterium rite peragendum.*

Et explicatur.

Definitio explicatur. Dicitur. *Ceremonia ſacra*; quia ordinatio quæuis eſt actio ſenſibilis inter homines. *Per quam ſignificatur ex inſtituto*, quia Chriſtus Dominus per ſe ipſum vel per Eccleſiam (de quo infra) inſtituit vt talis actio ſignificaret talem poteſtatem ſpiritalem. *Traditur poteſtas irreuocabiliter*, quia poteſtas ſemel per ordinationem conceſſa, ſi eſt à Deo immediate, nec poteſt auferri ab homine, nec aufertur à Deo de lege ordinaria; quamuis auferri poſſit de abſoluta potentia: ſi vero eſt tradita ab homine, cui Deus ſuam authoritatem communicauit, Poteſtas iſta non confertur ad tempus limitatum; ſed in perpetuum dum viuat qui illam accipit. Vnde non eſt reuocabilis de potentia ordinaria. Quemadmodum traditio, & vinculum matrimonij eſt perpetuum. Hæc omnia habent in definitione generis vicem, vt vnuſquiſque poteſt probare, & conueniunt Baptiſmo, Donationi irreuocabili &c. ſequitur: *Specialis in Templo*, id eſt, in Clero inter Eccleſiaſticos ſiue tonſuratos, vt ait Vaſquez dicitur. *Per ſe ordinata*, &c. quod eſt maxime proprium Ordinis; quia per Ordinem quaſi per gradum aſcendit quis in Eccleſia ad ſtatum perfectiorem, & ſublimiorem in miniſtrando maximo ſacramentorum, ſcil. Euchariſtico.

5. Prima Tonſura non eſt Ordo.

Ex his patet, contra Angelum in ſumma, Maiorem in 4. diſt. 24. q. 7. Ioannem Echium & aliquos Canoniſtas, cur prima tonſura non ſit ordo, neque Ordinatio; nempe; quia per iſtam, quis non deputatur ad certum, & ſtabile officium in Eccleſia, nullum munus tonſurato confertur; nec per iſtam Clericus aſcendit: ergo prima tonſura non eſt aliquis gradus in Eccleſia Dei; ſed eſt quaſi pauimentum vel fundamentum ad gradus; & quaſi matricula in Vniuerſitate, in qua omnes ſcholares illius ſcribuntur, licet nullum gradum obtineant.

Eſt quaſi Matricula ſcholaſticorum,

6. Dignitas Abbatis & ſimiles non ſunt ordines.

Patet ſecundo cur dignitas Abbatis, & Archidiaconi & Cardinalis, non ſit ordo Hierarchicus; quia non eſt ſtatus in perpetuum irreuocabilis de lege ordinaria; imo Abbatis benedictio non eſt clericatus neque requirit eſſentialiter clericatum, de his optime diſſerit Philibert. Marchinus in opere egregio de ſacram. ordinis Tract. 1. p. 1. c. 12. & 13.

7. Obiicies; qui accipit primam tonſuram vel dignitatem Archidiaconi, vel Abbatis, &c. deputatur eo ipſo ad canendum Deo laudes in Eccleſia: ergo. Reſpondeo: hoc eſt officium commune non ſpeciale in Domo Dei, inter illos, qui ſunt Clerici & ſortis Dominicæ.

Cur, Sacramentum non debeat poni in definitione Ordinis.

Quæres tamen cur in definitione Ordinis non eſt adiuncta vox *ſacramentum*. Reſpondeo; duabus de cauſis; prima eſt, vt definitionem habeas, etiam ſi opineris aliquos eſſe Ordines in Eccleſia, quæ ſacramenta non ſint. Secunda quia cum ſit adhuc in quæſtione poſitum, & doctis viris negetur, omnem Ordinem eſſe proprie ſacramentum, certe non debuimus in definitione proponere genus aliquod dubium, vel quod tale non ſit vniuocè ſimiliter non recte quis definiret Cælum in communi, *eſt corpus compoſitum ex materia & forma diaphana*; quia mortalibus incertum eſt; an omnes cæli, etiam Empyreum & ſupremum, conſtent materia prima, & forma ſubſtantiali; eſto quod hæc probabilis opinio ſit.

Obiicies ſecũdo, in Angelis eſt, vel eſſe poteſt aliqua ordinatio in aliquem gradum Hierarchicum ſignificans ex Dei inſtitutione: ergo Ordinatio vt ſic non eſt ceremonia ſiue actio ſẽſibilis. Reſpõdeo, hic nos ſolum explicamus ordinem in cõmuni abſtractum ab ordinibus, quos eſſe nouimus re ipſa inſtitutos in Eccleſia Chriſtiana, in qua pro Angelis nulla eſt talis ordinatio inſtituta de facto. 8.

Ordo ſic acceptus non datur in Angelis.

Obiicies tertiò, ſummus Pontifex valet abſolute ſine ordinatione conferre alicui Clerico poteſtatem exercendi munus Acolyti verbi gratia cum omni ſolemnitate in Eccleſia, nempe deſignando hominem illum ad id muneris exercendum per ſolam deputationem; ſed tunc ibi non eſſet propria ordinatio; ergo definitio conuenit aliis quæ non ſunt ordo. Reſpondeo diſtinguo maiorem: Pontifex valet conferre ad tempus, vel cum poteſtate libera reuocandi pro ſuo libito, vel ita vt quis adiuuet ſolummodo alterum in eius officio, & miniſterio Ordinis, concedo: ſicut etiam modo in Eccleſia aliqui deputati ſunt Cantores. *Pontifex valet conferre in perpetuum*, atque inamiſſibiliter quandiu viuat ille qui accepit, ipſum promouendo ſupra communem ſtatum Clericorum ad gradum ſublimiorem in Eccleſia, nego. At ſolum ſuſcipere taliter officium cantandi, & aperiendi ianuam non eſt ordinari poteſtate aliqua ſpeciali per ſe relata ad ſacrificium Miſſæ, quod ſatis colligitur ex eo quod dicitur in Concilio Carthaginenſi 4. cap. 10. & refertur Canone Pſalmiſtæ 23. *Pſalmiſtas fieri per ſolam iuſſionem Presbyteri; abſque ſcientia Epiſcopi.* Igitur deputari dumtaxat ad exercendum aliquod officium in Eccleſia non eſt conſtitui in aliquo ordine per ſacram ceremoniam. Videatur Vaſquez Diſput. 236. cap. 1. 9.

Deputati ad Officium exercendum in Eccleſia non eſt ordinari propriè.

Colligitur, quàm egregiè falluntur Hæretici huius æui quorum mos eſt mutabiles habere miniſtros, hodiè clericos, cras laicos. At Catholici Eccleſiæ Sacerdotes, & miniſtri quicumque promoti ſunt vera ordinatione, etiamſi aliqua culpa quiſpiam ab officio remoueatur, ſacramento ſemel accepto non carebit, vt loquitur D. Aug. lib. de bono coniugali cap. 24. 10.

Dogma Hæreticorum refellitur.

Dico ſecundo, iuxta ſententiam, quæ affirmat omnem ordinationem in Eccleſia eſſe ſacramentum, ordinatio in communi definiri valet: *Sacramentum nouæ legis, quo ſignificatur, & traditur ſpecialis poteſtas in clericali Republica*

blica

bl:ca ad recte peragendum myſterium Euchariſtiæ. Patet ex dictis, & clarius conſtabit ſect.6.

11\. *Cur in definitione non ponitur ſignificatio gratiæ.*

Quæres tamen, cur non explicatur in definitione, quod ordinatio ſignificet, & cauſet gratiam iuſtificantem? Reſpondeo, quoniam hoc ſacramentum primo, & per ſe eſt inſtitutum ad dandam ſpiritualem poteſtatem ordinis, quæ conceditur per impreſſionem caracteris: gratiam vero præſtat ſimul vt ſacramentum eſt, quia gratia eſt neceſſaria ad debite exercendum actus illius poteſtatis, ideoque gratia datur propter bonum vſum talis poteſtatis Ita Suar. tom.3. in 3.p. diſput.11. ſect.1.9. *Sed dubitabit aliquis.*

In ordinatione character datur prius natura, quàm gratia iuſtificationis.

Itaque ſacramentum Ordinis non ordinatur proxime ad remiſſionem peccatorum in his, quibus confertur, ſed ad inſtituendum illos miniſtros ſacramentorum in ordine ad Euchariſtiam. Vnde remote etiam ordinatur ad remiſſionem peccatorum. Rurſus quamuis nulla ſit cauſalitas inter gratiam iuſtificantem, & caracterem ordinis; loquendo moraliter, per ordinationem prius natura confertur character, quam gratia iuſtificationis: nam ille poteſt eſſe, & aliquando datur ſine iſta; gratia vero numquam datur ſine illo: igitur character eſt prior, & independens in effectione ſui a gratia in ſacramento ordinis.

SECTIO III.

Quinam ſint ordines.

12\. Aliqui Hæretici dixerunt Chriſtianos omnes eſſe ſacerdotes noui teſtamenti præditos æquali poteſtate. Alij, Quamuis ægre ferant, concedunt tamen Epiſcopatum, Presbyteratum, & Diaconatum eſſe ordines; negant autem reliquos. Ita refert Bellarm. lib.de Clericis cap.11. vbi plura, contra Hereticos.

Ordines numerantur.

Veritas Catholica tenet Ordines Eccleſiaſticos eſſe plures, & diuerſos, videlicet Sacerdotij, Diaconi, Subdiaconi, Acolyti, Exorciſtæ, Lectoris, & Hoſtiarij, quorum nomina, & miniſteria fuerunt in vſu ab initio Eccleſiæ. Reſtat controuerſia, an præter iſtos reperiantur alij.

Titelmanus apud Gregorium de Valentia Diſp.9. quæſt.1. puncto 2. decem ordines diuerſos admittit, quoniam ait præter iſtos ſeptem numeratos dari Epiſcopatum, & ordinem Cantorum, & Primam tonſuram. Alij volunt eſſe ſaltim octo, & hæc videtur ſententia Caietani tom.1. opuſc. tract.11. Soti lect.1. & 4.de ordine. Nauarri in ſumma cap.22 & aliorum qui numerant Epiſcopatum vt diuerſum ordinem à ſacerdotio.

13\. Dico primo de fide eſt quod fuerint ab initio Eccleſiæ iſti ſeptem ordines numerati; ita definit Trident.ſeſſ.23. cap.2. Probatur, nam de Presbyteratu, & Diaconatu eſt mentio frequens in ſcripturis; de Exorciſtis in actibus Apoſtol. cap. 19. verſ.13. De omnibus vero meminerunt S.Clemens Romanus epiſtola 2. ad fratrem Domini, & ſæpius in conſtitutionibus Apoſtolicis. S. Ignatius in Epiſtola 9. ad Antiochenſes S. Dionyſius Areopagita, de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 13. Anacletus, Cornelius. & alij Pontifices, præſertim Caius epiſtola 1.ad Felicem cap.6. qui eoſdem ordines recenſet verbis iſtis: *Vt ad ordines Eccleſiaſticos ſic aſcendant*, qui ordinari merentur, ſi primo hoſtiarius, deinde lector, poſtea exorciſta, inde ſacretur Acolytus. Vbi eſt notandum verbum, *ſacretur*, quod ſolis ordinibus propriè conuenire videtur. Alia Concilia & Patres referunt Vaſq. Fillucius, & Marchinus citatus.

Et probantur 7. authoritate.

14\. *Ex Tridentino præſertim.*

Dico ſecundo præter ſeptem ordines prædictos nullus eſt alius. Eſt ſententia communis, quidquid Recentiores aliqui contendant. Probatur, quia Trident. citatum intendens contra Hereticos docere, qui ſint, & quot ſint veri Ordines, enumerant iſtos ſeptem.& non alios; ergo non ſunt alij. Conſequentia probatur, ſi alius ordo diſtinctus ab iſtis reperiretur Concilium tradidiſſet ibi inſufficientem doctrinam in re dogmatica, dum illum ordinem non numerat inter ordines, non ſecus ac ſi numerans ſacramenta Eccleſiæ contra Hæreticos negantes aliqua, non retuliſſet omnia ſacramenta: ergo dicendum eſt, omnes ordines Eccleſiaſticos contineri in iſtis ſeptem, neque eſſe plures abſolute loquendo, iuxta definitionem Tridentini.

Hoc ita confirmatur quia Concilium diuidit Ordines in maiores, & minores; vnde ſi quis alius ordo detur vel eſt ordo maior, vel minor; quia nec maior, nec minor eſſe nequit; atqui maiores ordines ſolum ſunt tres, minores autem ſunt quatuor: ergo abſolute ſunt 7. & non plures.

15\. Aliqui nobis ſolent obiicere primo de Epiſcopatu, qui eſt ordo, imo etiam ſacramentum eſt, vt infra. Reſpondeo hic gradus, & ordo iam comprehenditur, & ſignificatur ſub gradu, & nomine Sacerdotij; quia Epiſcopatus intrinſece includit vt partem eſſentialem ſuæ conſtitutionis ipſum ſacerdotium; quemadmodum virginitas non cenſetur virtus diſtincta à caſtitate, quam includit; & quemadmodum poteſtas abſoluendi à peccatis non eſt ordo diuerſus a ſacerdotio, & poteſtate ſacrificandi; ita neque poteſtas ordinandi alios maxime propria Epiſcoporum, eſt Ordo diſtinctus a ſacerdotio, ſed tantum quædam extenſio, ſiue perfectio maior extenſiuè, vt amplius declaratur infra ſect.4.

Epiſcopatus intrà eſſentiã claudit ſacerdotium ipſum.

Quapropter ſi S. Anacletus Papa, vel alij PP. dicunt aliquando duos ordines ſacerdotum, nempe Antiſtites, & ſimplices Sacerdotes; non id dicunt, quaſi intendant eſſe duos iſtos ſtatus, & gradus inter ſe omnino diuerſos, & adæquatè diſtinctos, ſicut ſunt Diaconatus, & ſacerdotium verbi gratia ſed volunt, ipſos diſtingui incomplete, & inadæquate; & in hoc ſenſu concedi poteſt veriſſime Epiſcopatum eſſe ordinem diſtinctum ab ſimplici ſacerdotio, qui communiter dicitur Sacerdotium ſimplex. Negandum vero eſt Epiſcopalem caracterem, ſeorſim eſſe aliquem ſuperiorem gradum, & nobiliorem poteſtatem quam eſt ſacerdotalis character, & poteſtas cõſecrandi, & abſoluendi, neque enim ille eſt ſublimior, aut dignior, aut perfectior, ſed aliqua perfectio maior extenſiuè intra ipſum ordinem, & gradum ſacerdotalem.

Character proprius Epiſcopi nõ eſt dignior, aut perfectior charactere ſacerdotis ſeorſim.

16\. Obiiciunt ſecundo: Quod PP. Antiqui, dum ordines Eccleſiæ numerant non meminerunt

Digitized by Google

tunt aliquorum ex prædictis;aliquando etiam nominant alios ordines diuerſos ab illis ſeptem,vt Foſſarios,Pſalmiſtas. Reſpódeo in illis locis Patres non intendunt exacte referre omnes ordines, qui à Chriſto erant inſtituti, quia id ſuo inſtituto tunc neceſſarium non erat, quare intendebant ſolummodo recenſere quædam officia,quæ tum temporis cómuniter in Eccleſia exercebantur à clericis, ſicut etiam Patres vocant Diaconiſſas, & Hoſtiarias, quæ aliquando erant in Eccleſia mulieres Virgines,vel viduæ honeſtæ deſignatæ ſpecialiter, & quibus committebatur officium aliquod ex illis,quæ ſunt propria Diaconi,& Hoſtiarij v.g miniſterium leuandi ex fonte Baptiſmatis alias feminas, & cuſtodiendi ianuas; qua feminæ ingrediebantur, quod fiebat rationabiliter propter decentiam, vel commoditatem maiorem fidelium ſine vlla tamen fæminæ,ordinatione,vel gradu; cum talis ſit incapax femina vt infra diſp.48.ſect.1.

Quæ ſint Diaconiſſæ vocatæ.

Ipſarum munus decentiſſimum in Eccleſia.

Addo ex Patre Franciſco Turriano in lib.8. conſtitutionum cap.26.*Pſalmiſtas*,ſiue *Cantores* aliquando dictos eſſe illos qui erant ordinati *Lectores*,vel *Acolyti*, quoniam in templo cantare,& eſſe Acolytos poterant lectores, atque ſolebant. Ad ſepeliendum vero nullus vmquam ordo fuit inſtitutus in Eccleſia; verum quia miniſtri inferiores etiam ordinibus initiati,vt Hoſtiarij aliquando præſtabant illud officium pietatis,&fortaſſis ipſis erat commiſſum, ideo numerantur *laboratores* aliquando inter officia clericorum.

Ad ſepeliendum nullus eſt ordo inſtitutus inter clericos.

Quinam vocati *laborantes*.

17\. Obiicies 3.ſæpius homines pure laici in Eccleſia obeunt munia propria ordinatorum in minoribus,vnde ergo infertur eſſe ordines potius,quã deputationes quaſdam iure humano factas ab Epiſcopis,vel à Presbyteris:Reſpódeo quamuis ſemper fuerit id licitum, & vſitatum fieri etiam à laicis ex cauſa rationabili, ſicut ſupra dicebam de fœminis Diaconiſſis,& Hoſtiariis; attamen ſatis conſtat ex Concilio 4. Carthaginẽſi à c.6. vſque ad 9. ſpeciales conſecrationes eſſe inſtitutas pro illis hominibus ad quos ea munera mandabantur, vt ad ipſos ſpectarent tanquam propria miniſteria. Conſtat etiam tales ordinationes eſſe faciendas ab Epiſcopo. Concilium etiam Trident. Cap. 17. hortatur, & præcipit, vt quantum fieri poſſit iſta miniſteria ordinum minorum non niſi ab ordinatis exerceantur, & quidem Exorciſtam agere non quicumque ſolet:ergo quamuis aliquando fiant à pure laicis talia miniſteria, ex cauſa rationabili,ſolum poſſunt fieri per ſe, & ex officio proprio ab ordinatis propriis ordinationibus,& gradibus inter clericos.

Cur & quomodo laici obeunt munia ordinum minorum.

SECTIO IV.

Explicatur diuerſitas inter ordines.

18\. ORdines eſſe ſubordinatos inter ſe,& Epiſcopos atque Presbyteros eſſe ſuperiores aliis clericis ordinatis de iure diuino, conſtat. Primo quia poteſtas Epiſcopalis,& ſacerdotalis maior eſt,& excellentior aliis. Ita definitur in Tridentino ſeſſ.23.c. 4. Canone 6. Secundo quia Act.20.dixit Paulus,maioribus natu Epheſinis: *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*:ſed rector ſuperior eſſe debet illis, quos regit:ergo &c.

Subordinatio graduum eſt de iure diuino.

Quæritur tamen vtrum Epiſcopus ſit ſuperior ſacerdote ſimplici,idque,vel poteſtate ordinis,vel dignitate iuriſdictionis?

Epiſcopus eſt ſuperior ſacerdote.

Dico Primo,Epiſcopus ſuperior eſt iure diuino poteſtate ordinis, & radicali iuriſdictione. Definitur in Trid. citato. Patet ratione, Epiſcopo competit poteſtas conſecrandi ſacerdotes,& Chriſma,& confirmandi,ita vt hæc ſacramenta à ſimplici ſacerdote collata nulla ſint;Ille etiam habet poteſtatem conficiendi ſacramẽta,quæcumque alij ſacerdotes poſſunt conficere, ſed talis poteſtas competit Epiſcopis ſolis iure diuino:ergo &c.

Hinc colligitur circa ſecũdum,nam epiſcopi ſunt quaſi Patres aliorum ſacerdotum quos generant per conſecrationem,ergo &c.Deinde vt antiqui PP. teſtantur Epiſcopi ſuccedunt Apoſtolis: Alij vero Presbyteri, ſeptuaginta duobus diſcipulis: quando autem aliqui Patres affirmant, Presbyteros ſuccedere Apoſtolis,nolunt ſignificare abſolute illos eſſe pares Apoſtolis in dignitate,& in poteſtate Apoſtolica, ſed tantum volunt ſuccedere in poteſtate abſoluendi à peccatis. Denique maius aliquod,& præſtantius eſt dignitas; & Poteſtas duplex ſimul ſumpta,quam alterutra per ſe ſolam:ſed in Epiſcopo eſt tota dignitas, & poteſtas ſacerdotalis, & alia ſpecialis:ergo &c. 19.

19\. Epiſcopi ſuccedunt Apoſtolis in dignitate ordinis;ſacerdotes diſcipulis 72.

Circa iuriſdictionem nota; ſumi poſſe duobus modis,quibus eſſe poteſt annexa alicui ordini, vel dignitati; ſcilicet Primo ita vt habeatur complete, & in actu per ipſius ordinis ſuſceptionem. Secũdo ita vt habeatur tantum in radice, & quaſi in actu primo remoto; eo quod neceſſaria ſit vt quis fungatur illo ordine ſuſcepto,& conſequatur finem ſuæ dignitatis. Pater Vaſq:diſtinguit iuriſdictionem in Actiuam ſine ſubditis, & aliis requiſitis,& in actiuam cũ ſubditis,& requiſitis ad eius exercitiũ. 20.

20\. Iuriſdictio ſumitur duobus modis.

Dico Secundo:Primo modo Epiſcopis maior iuriſdictio competit quam aliis Presbyteris. Patet quia ſũmus Pontifex vt ſupremũ caput Eccleſiæ tenetur de iure diuino deſignare certis locis,atque Prouinciis Epiſcopos particulares cum iuriſdictione requiſita, vt iſti regant gregem ſibi commiſſum:ergo ordini Epiſcopatus debetur hæc deſignatio, & iuriſdictio aliqua maior. Patet conſequẽtia,quia Epiſcopalis ordo ad hoc eſt inſtitutus in Eccleſia vt conſtat ex loco citato Act. 20. ergo iuriſdictione actiua,& quaſi in actu primo remoto, ſuperior eſt Epiſcopus, vt maior aliis Presbyteris non Epiſcopis,

Dico Tertio nullus Epiſcopus habet iuriſdictionem actualem magis, quam Presbyter de iure diuino ex vi præciſè ſuæ ordinationis, ſeu conſecrationis. Patet quia iuriſdictio eſſe non poteſt abſque ſubditis,ſed poteſt fieri quiſque Epiſcopus conſecratus abſque ſubditis: ergo etiam abſque iuriſdictione actuali. Itaque quod hic vel ille ſit Epiſcopus huius loci, & quod exerceat poteſtatem iuriſdictionis,ſolum prouenit humano iure ex voluntate Pontificis. Verum eſt illud:ſi quis ſit Epiſcopus deſignatus alicuius loci, eo ipſo accipit formalẽ iuriſdictionem,in indigenas, & ibi cõmorantes fideles;tãquã ordinarius Paſtor illis Territorij. 21.

21\. Epiſcopus non eſt ſuperior in iuriſdictione ex iure ſolo diuino.

Colligitur. Poteſt Papa ſacerdoti ſimplici, vel Diacono vel alteri clerico inferiori tribuere poteſtatem iuriſdictionis, æqualem vel maiorẽ

quam

quam alicui Epiſcopo. Imò de facto Nuntij, vel legati Pontificij ſolent habere longe maiorem, quamuis non ſint ordinati Epiſcopi: at hæc amplitudo actualis iuriſdictionis nequaquã eſt debita iſtis ratione ſui ordinis; neque iure diuino eſt conceſſa, vt ſatis eſt manifeſtum.

23. Colligitur ſecundo quomodo ſint intelligendi aliqui PP. vt Hieron. epiſtola 85. ad Euagrium, dum Presbyteros videtur æquales facere Epiſcopis, & aliquando PP. vocant Presbyteros nomine Epiſcoporũ, vel è conuerſo, Quoniam ſcilicet loquũtur quoad iuriſdictionẽ actualem in ſubditos, in qua non ſunt inæquales iure diuino. Id cõſtat ex ipſo Hier. ibidem dicẽte: *Quid enim facit excepta ordinatione Epiſcopus, quod Presbyteri, non faciant?* vbi clare diſtinguit poteſtatẽ ordinãdi. Deinde in Eccleſiæ primordiis Presbyteri cum Epiſcopis gubernabant: Semper tamen Epiſcopalis dignitas fuit maior, & ordo ſuperior, quam ſolus, & ſimplex ſacerdotalis.

24. Ordines alij ſacri; Alij non dicuntur ſacri. Alia diuerſitas ordinum eſt quod tres Priores, hoc eſt ſacerdotium, Diaconatus, & ſubdiaconatus ſunt ſacri, nõ vero alij. Omiſſis aliis rationibus iſtam approbo: quia recipientes illos habẽt annexã obligationẽ præcepti, vel voti ad continentiam; & ideo Deo ita ſacrantur vt iam non poſſint iterum fieri ſeculares: Vnde ſubdiaconatus aliquãdo, licet ſit verum ordinis ſacramentũ, vt probauimus, quia tamen tali voto, & obligatione carebat, ordo ſacer non erat. Modo eſt ordo ſacer, & habet ſolemniter connexam obligationem huiuſmodi ad caſtitatẽ perpetuã.

Dicuntur etiam *maiores illi*, quia habẽt munera maioris momenti, & exercentur in ipſo altari proxime ad Euchariſtiam: *minores* vero alij, quia non exercent munera adeo præcipua, ſed minus propinqua ſacrificio Miſſæ. Hæc per ſe ſunt manifeſta.

SECTIO V.

De officiis ſingulorum ordinum.

25. Epiſcopi munera propria. PONtificale Romanũ tradit hęc munera. Epiſcopi eſt primo *iudicare*, nõ ſolũ in foro poli, vt aiunt, intra ſacramẽtũ pœnitẽtię, ſed etiam in foro externo, cauſas Eccleſiaſticas. Secundo *interpretari*, ſcilicet ſcripturas ſacras concionãdo. Tertio *conſecrare Chriſma*, & eo vti in adminiſtrãdo ſacramento Confirmationis; itẽ Eccleſias, Aras, &c. Quarto *ordinare*, & cõferre ordines. Quinto *offerre ſacrificium Miſſæ* 6. *Baptizare*. Propriiſſimum vero eius munus eſt, & quaſi ratio conſtitutiua Epiſcopi ordinare Presbyteros. Audiamus ſanctum Epiphaniũ in cõpẽdio doctrinæ poſt hereſim 80. verbis illis: *Epiſcopũ, & Presbyterum æquales eſſe quomodo erit poſſibile, Epiſcoporum enim Ordo Patrum generator eſt; Patres enim generat Eccleſia: Presbyter vero non poteſt Patres generare.* Hæc Epiphanius, quibus eſt cõſonũ antiquum nomen, *Papa*, quod olim omnibus Epiſcopis dabatur, nũc autem diſtinctionis gratia ſolum Põtifici maximo tribuitur.

Maxime proprium eſt ordinare Presbyteros.

Vocabulum, *Papa*, olim commune Epiſcopis fuit.

Munera Presbyteri. Munus Presbyteri eſt, primo offerre 2. benedicere. Tertio præeſſe, hoc eſt regere Eccleſiã poſt Epiſcopũ, ſub quo continetur facultas ligandi, atque ſoluendi. 4. Prædicare. 5. baptizare.

Et Diaconi. Diaconi munera ſunt hæc primo miniſtrare ad altare. Secundo baptizare. 3. prædicare. Duo poſteriora ſolũ, ex commiſſione, vel in abſentia Presbyteri cõpetũt Diacono. Dicitur *Diaconus*, ſiue *miniſter* per antonomaſiam, quia olim miniſtrabat Calicem ſanguinis Chriſti, quod munus eius eſt excellentiſſimum.

Notabis, quãuis modo Diaconi ſit proprium cantare Euãgelium in miſſa ſolemni, nõ id habere ex iure diuino, neque eſſe de iure diuino Diaconum conſecrari ad hoc munus directe, & immediate, quidquid aliqui Recentiores, dictauerint. Ratio mihi videtur clara, nã quãdo fuerunt primi Diaconi inſtituti, & ordinati in Eccleſia, nõ poterant exercere cantũ Euangelij, cũ nondũ eſſet ſcriptũ Euangeliũ: ergo tunc Diaconi nõ ſunt ordinati ad hoc munus cantandi Euangelium in Miſſa. Cõfirmatur, quia ſequitur ſi Chriſtus inſtituit miniſtros ad id determinate vt Euangeliũ cantent in miſſa, inſtituiſſe Chriſtum vt Euãgeliũ cãtaretur in miſſa, vel legeretur à Diacono: ergo etiã hoc eſſet de iure diuino, & non ſolum ceremonia Eccleſiaſtica. Rectius Bellarm. cap. 9. dicit Chriſtũ inſtituiſſe Diaconos, vt adiuuent, inſeruiant, atque aſſiſtant ſacerdoti ſacrificanti vel alia diuina exercenti, Cantare autem ipſos Euangeliũ in Miſſa ſolùm ex determinatione Eccleſiæ: ergo ordinatione Diaconus efficitur aptus cui id officiũ committatur, quemadmodũ olim Diaconis fuit commiſſum vt miniſtrarent menſis pauperum, & vt cuſtodirent & diſpenſarent bona temporalia Eccleſiæ vt S. Laurentio. 26. Huius eſt cantare Euãgelium in Miſſa ſolemni; ſed non ex iure diuino id habet.

Subdiacono aſſignatur hæc: primo præparare aquam ad miniſterium altaris: ſecundo miniſtrare Diacono. Tertio abluere palas altaris, & corporalia. Quarto afferre Diacono Calicem, & patenam. Quinto ponere in altari panem, ita S. Iſidorus lib. 2. de officiis cap. 10. Rabanus lib. de inſtitutione Clericorum, & alij. 27. Munera ſubdiaconi.

Acolyti eſt. *Ferre candelabrum*, accendere luminaria in templo; Miniſtrare ſubdiacono, & Diacono Vinũ & aquam ad Euchariſtiam. Dictus eſt Acolytus inſtar miniſtri vel famuli, Hyſpane *page*. Exorciſtæ eſt *Abiicere Dæmones*, nẽpe facere exorciſmos ſuper homines vexatos corporaliter à Dæmone, atque etiam ſuper Catechumenos. *Dicere populo, vt dent locum, qui non communic[...]nt. Deinde fundere aquam in miniſterium Baptiſmi.* 28. Et Acolyti. Et Exorciſtæ.

Lectoris eſt, *legere* ſcripturæ diuinæ partem deſignatam pro aliquo Tractu diuini Officij, quæ deſignatio fieri eſt ſolita ex variis locis ſcripturæ ſacræ, & vnuſquiſque Veterum ſcriptorum teſtatur de lectore, & legendis iuxta morem ſuæ Eccleſiæ, vel ætatis. 2. *Prædicare*, ſcilicet extra miſſam. 3. *Benedicere* panem, & fructus nouos, ſimiliter extra miſſam, & minori cum ſolemnitate. Et lectoris.

Oſtiarij, ſiue Ianitoris eſt *Accipere, & claudere ianuas* Eccleſiæ, & dignos admittere, & indignos, vt excommunicatos, excludere. In ordine ad ſacrificium pulſare cymbala; *aperire librum prædicatori*; ſicut nunc etiam Epiſcopo concionaturo librum aperit aliquis ex miniſtrantibus, qui ſaltim accepit gradum Oſtiarij; & lecturo, vel cantaturo Euangelium in miſſa modo librum aperit vnus ex Acolytis, qui etiã eſt Oſtiarius. Denique *ſeruare depoſitum Eccleſiæ*. Quæſtiones aliæ, ſi aliquæ occurrant, de his miniſtris, eas diſſoluere, non erit cuiuis difficile, iuxta dicta, ideo non eſt cur in his amplius immoremur videatur Marchinus Tract. 1. Et Oſtiarij.

SECTIO VI.

An omnis ordinatio ſit ſacramentum.

HÆc quæſtio grauis eſt ideo ſectionem poſtulat longiorem, non tamen vltra modum, 29.

Digitized by Google

Repugnat Epiſcopus non Sacerdos.

tes, & Patres Eccleſiæ. Hinc patet, cur validè poſſit ordinari ſacerdos, quamuis non ſit Diaconus, non verò poſſit fieri Epiſcopus non ſacerdos. Argumentum etiã patitur inſtantiã in ſacramento Confirmationis, quia non poteſt dari Confirmatio in non baptizato.

Dico ſecundo: Certũ eſt, fide Catholica, ordinationem Sacerdotis Presbyteri eſſe ſacramentum. Patet ex dictis, quia in hac confertur poteſtas inter omnes ordines maximè ſupernaturalis, nempe conficiendi verum ſacrificium Miſſæ, quæ poteſtas eſt in corpus Chriſti phyſicũ ſiue naturale; & præterea datur poteſtas abſoluendi, & retinendi peccata fidelium, quæ poteſtas eſt in corpus Chriſti myſticũ, ſiue morale: ergo ſi aliquis ordo ſacramentum eſt, maximè iſte. Videatur Tridentinum citatum, vbi veritas hæc clarè perdocetur.

36. Ordinationẽ Diaconi eſſe ſacramentũ, eſt certum Theologicè.

Dico tertio: Ordinatio Diaconi eſt ſacramentũ, & hoc eſt certum Theologicè. Probatur primo certũ eſt quod ſit ſacramentũ ordinatio illa, qua confertur gratia; ſed eſt certum, ordinatione Diaconi cõferri gratiam: ergo &c. Maior eſt in confeſſo apud omnes. Min. Probatur ex Trident. can. 4. definiente: *Conferri gratiam in ordinatione, & ideo Epiſcopum non fruſtra dicere: Accipe Spiritum ſanctum*, ſiquidẽ hæc verba tanquam vera profert Epiſcopus ordinans, ſicut quando quis elargitur eleemoſynam dicẽs: *Accipe eleemoſynam*. Atqui Epiſcopus in ordinatione Diaconi dicit: *Accipe Spiritum ſanctum*: ergo certum eſt conferre gratiam, & fieri ſacramentum in tali ordinatione.

In ea confertur gratia ex operato.

Probatur ſecundo: quia Anaſtaſius Papa II. in epiſtola ad Anaſtaſium I. Imperatorem circa annum Domini quingenteſimum, ſcribit, *dari gratiam ſacramentalem per ordinationem Presbyteri, & Diaconi*. Denique quia, vt omnes fatentur, tanquã indubitatũ, omnis ordinatio inſtituta à Chriſto Domino, eſt ſacramentũ: ſed talis eſt ordinatio Diaconi, ergo &c. Probatur min. ex Trid. citato can. 6. vbi dicitur: *Hierarchiam Eccleſiaſticam eſſe à Chriſto Domino inſtitutam, & ipſam conſtare Epiſcopis, Presbyteris, & miniſtris*. Miniſtri autem dicuntur Diaconi ſaltem, quidquid ſit de aliis inferioribus miniſtris Altaris.

Eadem fuit inſtituta à Chriſto Domino.

Propterea Pater Vaſq diſp. 248. c. 2. n. 10. ait, rem hanc eſſe de fide: quia, inquit, Trid. definit, Diaconatum eſſe inſtitutum diuino iure: ergo definit eſſe ſacramentũ. Verũtamen cõſequentia hæc non videtur adeo certa, & euidens vt ex principiis de fide, & Concilij verbis colligatur cum æquali certitudine: ratio eſt quia nõ repugnat aliquem eſſe verum ordinem inſtitutum diuinitus, & non eſſe talem ordinem ſacramentum. Deinde verba illa: *Accipe Spiritum ſanctum* eſſe formã ordinationis Diaconi nõ eſt certũ de fide, imò negatur ab ipſo Vaſq. Valentia, & aliis vt infra diſp. 47. ſect. 4. videbimus.

Valet inſtitui diuinitus ordo aliquis Non ſacramentum.

37. Ordinatio ſubdiaconi eſt ſacramentum.

Dico quarto: Ordinatio Subdiaconi eſt etiã ſacramentũ. Hoc dictũ etiam eſt valde probabile, nõ eſt tamẽ certũ. Probatur primo, quia niſi talis eſſet vt per illam gratia conferretur ſuſcipientibus, nõ videtur fuiſſe rationabile quod Eccleſia per præceptum impoſuerit ipſis onus grauiſſimũ ſeruandi perpetuam cõtinẽtiam: ſed Eccleſia tanquam maximè conſonũ rationi, & muneri ipſius ſubdiaconatus, id impoſuit, & præcepit: ergo eſt ſacramentũ cõferens gratiam, ad munus adeo ſacrum circa altare obeundũ.

Secundo ex Florentino quod definit, ordinationem eſſe ſacramẽtũ, & rem illam quæ traditur ab Epiſcopo eſſe ſacramenti iſtius propriam materiam, & ibidem Cõciliũ ponit exẽplũ etiam in ſubdiaconatu, ſicut etiam in aliis ordinibus, ergo cenſet ſingulis illis ordinibus cõuenire rationẽ ſacramenti. Accipe ipſa verba Concilij Florentini: *Sextum ſacramẽtum eſt ordinis, cuius materia eſt illud, per cuius traditionẽ confertur ordo: ſicut Presbyteratus per calicis cũ vino, & patenæ cum pane porrectionem: Diaconatus vero per libri Euangeliorum dationem; Subdiaconatus per Calicis vacui cum patena vacua ſuperpoſitam traditionem: & ſimiliter de aliis per rerum ad miniſteria ſua pertinentium aſſignationem.* Hæc ibi. Cur autem Concilium profert exemplum ſubdiaconatus? niſi quia cenſet ſubdiaconi initiationem eſſe ſacramentum Ordinis verum & proprium.

Confirmatur ex Trid. quod definit c. 2. *Eſſe in Eccleſia præter ſacerdotium alios etiam ordines maiores, & minores*: ſtatim vero c. 3. addit. *Per ſacram ordinationem conferri gratiam, & ordinẽ eſſe vnum ex ſeptem ſacramentis à Chriſto inſtitutis.* Quod etiam repetit can. 1. & 3. Damnans Hæreticos contradicentes. Igitur Concilium rectè intelligitur de omnibus illis ordinibus de quibus cap. 2. meminerat.

Denique communis ſententia Theologorũ hoc ipſum affirmat: ergo licet non ſit expreſſum Dei verbum ſcriptum; probabiliſſimum eſt eſſe traditum, ſicut alia plura, de ſacramento ordinis ab ipſo Chriſto ſuis Apoſtolis fuerunt tradita, & ſeruantur in Eccleſia.

38. Ordines quatuor minores etiam ſacramenta ſunt propriè dicta.

Dico quinto: quatuor minores ordines habent veram rationem ſacramenti, & hoc ſolum eſt probabilius, quam oppoſitum; Tum ab intrinſeco, ſeu inſpecta ipſorum ordinum eſſentia & prima inſtitutione, tum etiam ab extrinſeco, propter authoritatem Doctorum. Hæc vltima pars patet ex S. Thom. & aliis ſupra citatis, quibus additur Bellarm. cap. 8. qui cõteſtatur grauiſſimos quoq; Theolog. pro hac ſẽtẽtia ſtare.

Prima verò pars, & tota concluſio abſolutè probatur primo. Illud, quod in Eccleſia Chriſtiana ſemper fuit obſeruatum, præſertim circa ſacrificium miſſæ, & adminiſtrationem ſacramentorum; ita vt incepiſſe cum ipſa Eccleſia credatur; nec à quo fuerit inſtitutum ſciatur; cenſetur fuiſſe traditum à Chriſto, dum prædicabat, & loquebatur cum Diſcipulis ſuis de Regno Dei: ſed Ordines quatuor minores taliter ſe habẽt: ergo dicendum eſt, iſtos omnes prouenniſſe ex Chriſti inſtitutione, atque adeò eſſe etiã ſacramenta diuinitus inſtituta; & nõ ſolùm ſacramentalia ex humano iure. Maior eſt communis ſenſus Doctorum, qui tractant de Traditionibus Eccleſiæ, legatur Pater Franciſcus Turrianus in defenſione pro Canonibus Apoſtolicis lib. 7. c. 1. affirmans ex S. Dionyſio quod ipſe Chriſtus docuerit, & illuminauerit Apoſtolos in his, quæ Apoſtoli Eccleſiæ vniuerſæ tradiderant obſeruanda. Item Bellarm. tom. 1. lib. 4. de verbo Dei nõ ſcripto aſſerens, Traditiones eſſe vel *diuinas*, vel *Apoſtolicas*, vel *Eccleſiaſticas*, qui addit traditiones diuinas dici illas, quæ acceptæ ſunt ab ipſo Chriſto docente ſuos Apoſtolos. Tales vero ſunt pertinentes ad materias, & formas ſacramentorum abſque dubio; traditio autem Ordinum minorum etiam eſt immemorialis, & perpetua, in Eccleſia: ergo eſſe ipſam à Chriſto Domino profectam cum magno fundamento dicitur & tenetur.

Quia à Chriſto inſtituta & tradita Eccleſiæ.

Quæ ſint Traditiones diuinæ.

Minor illa probatur: nã antiquiſſimi Patres de his ordinibus meminerũt tanquã de rebus 39.

Digitized by Google

vſu iã tum receptis in Eccleſia S.Dionyſius de Eccleſiaſtica Hierarchia,S.Clemens lib.8.conſtitutionũ cap.vlt. S.Ignatius Epiſt.11. S.Cyprianus lib.2.Epiſtolarum,Epiſtola 8.& 10.& clariſſime Cornelius Papa in Epiſt.ad Fabianũ apud Euſebiũ lib.8.c.35. vbi dicitur: *In Eccleſia Romana ſunt Presbyteri 46. Diaconi 7. Subdiaconi 7. Acolyti 42. Exorciſtæ & Lectores vna cum Hoſtiariis 52.* Ex Conciliis Romanum ſub S.Sylueſtro I.Carthaginenſe IV. cui interfuit S.Auguſt.& alia recentiora,in quibus ſingulæ ordinationes pręſcribunt. Videantur Vaſquez, & Sotus de Sacramento Ordinis.

Antiquiſſimi PP.meminerunt de iſtis ordinibus.

Conſequentia verò illa eſt optima;quia omnis vera ordinatio à Chriſto inſtituta,& pertinens ad Hierarchiam Eccleſiaſticam(quæ Hierarchia iuxta Tridentinum *conſtat diuina ordinatione Epiſcopis,Presbyteris & miniſtris*)eſt Sacramentum vt omnes fatentur; ſed ordinationes minores ſunt tales : ergo, &c.

40. Confirmatur,quia Trid.cap.2.dixerat eſſe in Eccleſia plures,& diuerſos ordines miniſtrorũ; qui Sacerdotio ex officio deſeruiunt. Item ait cap.4.Epiſcopos habere pro officio, *& conferre Sacramentum ordinationis, & ordinare miniſtros Eccleſiæ*; quibus verbis intelligit non tantum Diaconos,ſed etiam Subdiaconos,Acolytos,& reliquos miniſtros : ergo in canone illo 6.nomine miniſtrorum omnes illos intelligit etiam miniſtros in Eccleſia Diacono inferiores propria ordinatione ſacratos.

41. Probatur ſecundò,inſigni teſtimonio S.Auguſtini lib.de bono cõiugali,cap.24.vbi S.Doctor ait,nuptias in populo Dei ſanctificari ſanctitate Sacramenti,per quã nequeunt diſſolui, niſi coniugis alterius morte;& ita indiſſolubilitatem matrimonij confirmat: *Quemadmodum ſi fiat ordinatio cleri ad plebem congregandam,etiãſi plebis congregatio non ſequatur,manet tamen illis ordinatis Sacramentum ordinationis, etſi aliqua culpa quiſquam ab officio remoueatur, ſacramento Domini ſemel impoſito non carebit; quamuis hoc ad iudicium permanente.* Hæc ibi S.Doctor; Atqui, *ordinatio cleri*,ſingulis ordinibus etiam minoribus conuenit, &, *Ordinatio ad congregandam plebem* videtur eſſe propria alicuius gradus inferioris,vt Oſtiarij,vel Lectoris,cur enim diceretur de ordinatione Epiſcopi, aut Sacerdotis ſpecialiter fieri *ad congregandum populum in Eccleſia?* ergo quia omnis ordinatio eſt Sacramentum S.Auguſtinus iſta docet.

Inſigne Teſtimonium S. Auguſtini confirmat idipſum.

41. Hinc denique patet, quia minores ordines, ſicut & maiores non poſſunt reiterari,ergo imprimunt etiam in ſuſceptione characterẽ. Cõfirmatur nam ſi quis ſemel admittat veram ordinationem eſſe, atque adeò veram dari poteſtatem ordinis irreuocabilem, atque inamiſſibilem ſine vero Sacramento,& ipſam conſiſtere in extrinſeca ſolum denominatione, & deputatione ad officium exercendum,fundamẽtum ad probandum de Subdiaconatu, & Epiſcopatu eſſe Sacramentum non eſt. Hæc argumenta ſufficiunt, vt Ordines quatuor minores ſub genere Sacramenti cenſeamus. Modò reſtant argumenta quædam pro contraria ſententia diluenda.

Et Minores ordines non poſſe reiterari.

43. Obiicies primò,ſi quot ſunt ordines,tot ſũt Sacramenta, ergo Sacramenta in Eccleſia non ſunt ſeptem,ſed 13.vel 14.hoc autem dici nequit,ergo. Reſpondetur omnes ordines in Eccleſia cenſentur,& vocantur vnum Sacramentum,quia vnum ſunt genere,vel quatenus referũtur ad vnum finem: ſicut quatuor ſunt virtutes cardinales abſolutè loquendo, qui numerus non augetur ab illis,qui diſtinguũt ſpecies iuſtitiæ diſtributiuam,commutatiuam,legalem; & affirmant ſub temperantia differre ſpecie temperantiam in potu,& Temperantiam in venereis. Ita docet ipſe Vaſq.diſp.238. cap.3.num.16.& alij plures.

Obiicitur 2.aliqui ex Patribus antiquis citatis, dum enumerant ordines Eccleſiaſticos omittunt aliquos ex minoribus;nã S.Ignatius non refert Acolytos. Reſpondeo non eſſe neceſſe vt ab vno omnes ordines referantur:nã dũ S.Doctor refert plures ſigillatim,poteſt omittere aliquem quin neget. Videlicet quia in tali Eccleſia particulari miniſterium illius ordinis nulli clericorum indiuidualiter erat tunc commiſſum,& exerceri ſolitum à Diaconis, vel ab aliis clericis. Sic S.Dionyſius Areopagita nuſquam expreſsè ſuis in libris meminit de Hypodiaconis,quos videtur ipſe lib.de cæleſti Hierarchia c.7.comprehendere ſub nomine Diaconorum:vocat enim Diaconos Græcè λειτουργοὺς *Liturgos*:vt P.Turrianus lib.8.conſtit.Apoſtolicarum c.26 annotat:At S.Ignatius qui tẽpore Apoſtolorum vixit in Epiſt.ad Hieronẽ & ad Antiochenos meminit Hypodiaconos. Itẽmque S.Clemens Romanus lib.8. conſtit. c. 21. & 31.& aliis. 44.

SS Patres aliquando referentes ordines prętermittunt aliquem, ſed ex cauſa.

Obiicitur 3. Quondam in Eccleſia fuerunt ordinati *Cantores*,& *Laboratores*,& ſacrarum veſtium *Cuſtodes*: iſti enim modò omnes, modò aliqui referũtur à Patribus inter Ordines illos quos diximus eſſe Sacramenta; Atqui vel iſti *Cantores*, *Laboratores*,vel *Cuſtodes* veſtimentorũ, tunc fuerunt initiati Sacramento ordinis, vel non? Si primum:ergo aliqua fuerunt Sacramẽta à Chriſto inſtituta,& ſũt hodie prorſus omiſſa ab Eccleſia,quod eſt dictu nefas. Si ſecũdũ:ergo neque ſunt hodie Sacramẽta,nec vnquã fuerũt talia illæ Ordinationes *Lectoris*, *Exorciſtæ*, &c. 45.

Reſpondetur,*Cantores*,*Laboratores*,ſeu *Foſſarij*,& *Cuſtodes veſtium*,ſolum erant quædã officia pertinentia ad Eccleſiam, ſicut ſunt modo *Cantores*,& *Organici* apud noſtrates; Quod rectè Cardin.Baronius adnotauit tom.1.anno Chriſti 44.Patet hoc vel ex eo quod de Cantore ait Concil.Carthag.IV.cap.10. poſſe abſque ſciẽtia Epiſcopi ſola iuſſione Presbyteri officium ſuſcipere cantandi in Eccleſia.Igitur tale cantoris munus non dabatur per ordinationẽ ſtabilem, quæ ſit vel fuerit Sacramentum. Vide ſuprà ſect.3. num.16.

Officia Cantoris,& Foſſarij fuerunt quemadmodum organici noſtri.

Cõfirmatur reſponſio iſta quia aliis officiis, præter ſeptem ordines à nobis aſſertos,non ita deſignantur in aliquo Concilio,vel rituali approbato determinatæ materię;per cuius dationẽ ab Epiſcopo conferãtur,vel ab alio Sacerdote, vel Diacono ex commiſſione,ſolemni ritu, tanquã vera poteſtas detur irreuocabiliter. At ex perpetua traditione Eccleſiæ, quam Concilia Florentinum,& Trident.ſtabiliunt,& etiam ex Concilio citato Carthaginenſi, conſtat, 4. ordinibus minoribus præfatis, ſicut tribus ipſis maioribus,eſſe aſſignatas ab Eccleſia ſigillatim materias proprias,quæ traduntur ab ipſo ordinante conferente iis,qui ſuſcipiũt ordines. Notandum etiam illud, quod habetur lib.8. conſt.Apoſtolicarum. cap.26. *Exorciſta non fit ordinatione*; neutiquam nobis opponi; quia intelligitur de Exorciſta qui à Deo gratiã expellendi infirmitates cauſatas à Malis ſpiritibus,ſiue gratiam curationũ gratis datam accepit. Talis enim Exorciſta non fit per Ordinationem

Sed iſtis non fuit determinata materia,& forma.

Eſt Exorciſta per gratiam gratis datã.

Digitized by Goog

tionēm,vt patet:Attamen eſt in Eccleſia inſignis Ordo exorciſtarum, qui ordinantur ab Epiſcopis per ſacram ceremoniā;& horū ordinationem dicimus eſſe ſacramentum cum tamen illa gratia gratis data, & donum diuinum ſecundum ſe non ſit ſacramentum.

SECTIO VII.

De inſtitutione ordinum.

47. Nullus eſt verus ordo in Eccleſia qui non fuerit à Chriſto ipſo inſtitutus.

DIco primo, Chriſtus inſtituit omnes ſeptē ordines,& nullū verū ordinem inſtituit,qui non ſit ſacramētū.Vtraque pars cōſtat ex dictis ſupra. Et notandum circa primam partem,de vnoquoque ordine, id eſſe tenendum eodem gradu certitudinis, vel probabilitatis,quo ſupra aſſeruimus illum ordinem eſſe ſacramentum.

Sed inſtitutio Chriſti duplex eſt animaduertenda.

Notandum 2.circa tempus inſtitutionis, ſi ſermo ſit de tempore quo Chriſtus fecit,vt ita dicam,inſtitutionem internā,& eſſentialem talis ſacramenti, ordinis, quæ conſiſtit in actu meritorio ipſius Chriſti v.g. huiuſmodi: *Volo Pater vt talis ceremonia cum his verbis ſignificet, & conferat poteſtatem, & gratiam ad tale munus exercendum.* Videtur certū fuiſſe factā inſtitutionē ordinis cuiuſcumque ante paſſionem,& mortem Chriſti:ratio eſt tradita tract.1. de ſacramentis in genere diſp.3.ſect.5.quoniā talis inſtitutio Chriſti fuit meritorius actus valore & ſatisfactione infinitus ſimpliciter;& ita ipsū ſacramentum formaliter includit, & continet Chriſti meritū,atque valorem infinitū.Si vero ſermo ſit de inſtitutione externa ſacramenti Ordinis,& promulgatione vel lege publice facta iam declaro,quid tenendum de ſingulis.

48. Sacerdotium Chriſtus inſtituit & nocte cœnæ; & poſt Reſurrectionē ſuā quoad aliquod munus.

Dico ſecundo Presbyteratus quoad proprium munus ſacerdotis,ſiue ſacrificij inſtitutus fuit in nocte cœnæ per illa verba ad Apoſtolos à Chriſto dicta: *Hoc facite in memoriam mei,&*[*diuidite inter vos*. Quoad munus vero ligandi,& ſoluendi, inſtitutus fuit poſt reſurrectionem Chriſti,quando ipſe Chriſtus,Ioan. 20.dixit: *Accipite Spiritum ſanctum,quorum remiſeritis peccata,remittuntur eis; & quorum retinueritis* &c. Totum hoc colligitur ex Trident. ſeſſ.6.c.14.& ſeſſ 14.can.3.& ſeſſ.23.cap.1.

49.

Dico tertio.Diaconatus,Subdiaconatus, & alij quatuor gradus inferiores tunc etiā videntur inſtituti,quando fuit inſtitutum in Nocte cœnæ ſacerdotium. Probatur quandoquidem Chriſtus tunc omnes iſtos gradus ſimul cōtulit Apoſtolis,vbi dedit ipſis poteſtatem conſecrandi, offerendi, & miniſtrandi ſanctiſſimam Euchariſtiam.Niſi quis velit dicere abſque vllo fundamento,vel Apoſtolos antea ſuſcepiſſe aliquos ordines, vel tunc fuiſſe ordinatos ſacerdotes ſine illis, vt dicitur, *Per ſaltum.* Sed iſtorum neutrū poteſt dici ſine nota ergo &c. Hanc ſententiam docet Pater Henriquez in ſumma cap.3.Filliucius hic cap.1.

Et Diaconatum,& ordines alios omnes inferiores eadem nocte ipſe inſtituit & dedit eos Apoſtolis.

Sacerdotium eſt ordo Principalis ad quem alij omnes referuntur.

Confirmatur, nā Chriſtus per poteſtatē excellētiæ cōtulit Apoſtolis ſacerdotiū tanquam dignitatē principē ſub qua cōprehendūtur vel ad quā referūtur cæteræ illæ dignitates, & poteſtates ordinū,quæ omnes participāt,licet minus perfectā poteſtatē aliquā ordinatam circa corpus Chriſti cōſecrādū,miniſtrādū, & inſeruiendū.vt ritè ſacrificetur, & colatur in Eccleſia.Reſtat nobis de ordine *Epiſcopatus*, decernere, quem nō fuiſſe inſtitutum publicē,neq; collatū Apoſtolis à Chriſto Dño in nocte cœnæ propter ſpecialē rationem iam declaramus.

50. Epiſcopatus inſtitutio facta fuit poſt Chriſti reſurrectionem.

Dico quarto Epiſcopatus ſecundū illam poteſtatē propriam quā addit ſupra ſacerdotiū,& Presbyteratū inſtitutus eſt poſt reſurrectionē à Chriſto Domino.Ita Pater Vaſq.& plures alij cōtra Filliucium, & aliquos opinātes fuiſſe in nocte cœnæ ſimul omnes Apoſtolos ordinatos Epiſcopos. Probatur quia poteſtas, & caracter Epiſcopalis eſſentialiter præſupponit in ſuſcipiēte Presbiteratū perfectū, nempe caracterē,& poteſtatem ſacrificandi & abſoluēdi à peccatis ergo ille nō eſt cōceſſus Diſcipulis ante iſtum. Iſtu autem datū eſſe poſt reſurrectionē, cōſtat ex ſecūda concluſione,atq; etiam eſt cōmunis ſēſus Doctorū iuxta Concil.Trid.ſeſſ.6.c.14 & ſeſſ.14.can.3.Cōſequētia verò patet,quis enim valeat, ſi debito modo accipiat ſacros ordines, Epiſcopatū accipere,hoc eſt poteſtatē ordinādi & cōfirmandi,& iuriſdictionē aptitudinalē, ſiue actiuā in Eccleſia recipere, priuſquam habeat poteſtatē,& characterē abſoluendi fideles à peccatis:ergo Chriſtus nō ita cōtulit Diſcipulis Epiſcopalē characterē & ordinē antequā poteſtatē ligādi atq; ſoluendi,quā traditā eſſe poſt reſurrectionē cōſtat ex dictis Cōcil Trid.

Epiſcopalis caracter præſupponit Perfectum ſacerdotiū cum Poteſtate ſoluendi,&c.

51.

Adhuc eſt quæſtio nō leuis de tēpore, quo Chriſtus Dominus aliquē ordinauit, & inſtituit Epiſcopū, ſicque promulgauit in ſua Eccleſia talē dignitatē, & ordinem.Prima opinio aſſerit quando Matth.vlt.corā Diſcipulis pronunciauit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo,& in terra.Eūtes ergo docete omnes gētes&c.* Ita Vaſq. & plures Recentiores, quia tunc Apoſtoli habebāt cōpletā poteſtatem ſacerdotalē, & mittebantur ad prædicandū manifeſte Euangeliū, etiā gentilibus:ergo erāt Epiſcopi,vel facti sūt Epiſcopi;quorū munus eſt prædicare Euāgeliū.Confirmatur quia ad tale munus neceſſaria erat poteſtas Epiſcopalis: ergo tunc conceſſa fuit iſta quando commiſſum fuit illud.

Circa Tempus inſtitutionis Epiſcopatus prima ſententia.

Secunda ſententia.

Alia ſententia eſt Epiſcopos fuiſſe ordinatos quando Ioan.20.*Stetit Ieſus in medio eorum, & dixit: Pax vobis accipite Spiritum ſanctū* &c. Hæc opinio diſplicet quia tunc ſolum data eſt poteſtas Presbyterij ad remittēdū peccata:Deinde quia conſtat aliquos Apoſtolorū nō fuiſſe tūc ordinatos Epiſcopatu,nēpe S.Thom.qui erat abſens;neque S.Mathiā, qui poſtea adnumeratus eſt cum vndecim,Apoſtolis,& accepit Epiſcopatū;neque Paulum,& Barnabā,qui poſtea ſunt conſecrati vt Act.3. narratur; neque ex his qui præſentes aderant tunc fuit ordinatus S.Iacobus minor cognominatus *frater Domini*,ſicut teſtatur Anacletus Papa,& Gratian. refert in Decreto 66.*Porrò*,& S.Hieronymus lib.de viris illuſtribus:quia fuit Iacobus ordinatus Epiſcopus Hieroſolymitanus à tribus Apoſtolis,ſc. Petro, Ioanne, & Iacobo Zebedei. Vnde ſequitur non dari fundamentum vt dicamus eſſe tunc ordinatos in die reſurrectionis Domini, aut immediate ab ipſo Chriſto omnes Apoſtolos in Epiſcopos.

Impugnatur.

52. Tertia ſententia.

Alia ſententia aſſerit, Epiſcopos ordinatos die Pentecoſtes quādo Spiritus ſanctus igneis linguis deſcēdit.Probatur quia tūc ſuper Apoſtolos fecit ſignum ſenſibile ſc.ignis quaſi diſperſus; & modo ſuper illum qui ordinatur Epiſcopus ponitur liber Euangeliorum apertus;propterea quod liber clauſus ſit lingua tacēs apertus autem lingua loquens,munus vero

Digitized by Google

Epiſcopi eſt prædicare Euangelium.

Contra, quia ſequitur inde non ſolum duodecim Apoſtolos, ſed etiam fere 120. recepiſſe tunc Epiſcopatum: quod dictum falſum eſt: nam Stephanus, & Philippus tunc aderant in eadem domo, qui poſtea ab Apoſtolis fuerunt Diaconi ordinati; ergo nō fuerunt creati Epiſcopi die Pentecoſtes; ergo neque Apoſtoli ipſi per linguas igneas facti ſunt Epiſcopi.

Impugnatur.

Dico 5. ſententia probabilior eſt, quam referunt Vaſquez & Salmeron tom. 12. in acta Apoſtol. tract. 36. §. *verum hoc poſito.* quæ ait, Chriſtum dominum ſolum ordinaſſe ſanctum Petrum in Epiſcopum, videlicet, quando Chriſtus iuxta Mare Tiberiadis Petro vni tradidit ſummum Pontificatum, Ioan. 21. dicens: *Paſce oues meas*, Et poſt Chriſti in cælum Aſcenſionem, ipſum Petrum plena poteſtate ſummi Paſtoris, qua fungebatur, conſecraſſe in Epiſcopos cæteros Apoſtolos; Deinde vero Apoſtolos ordinaſſe alios in Epiſcopos, & tradidiſſe ritum ſucceſſores conſecrandi; ſicut ipſi acceperunt à Chriſto Domino. Ita Cardinalis Turrecremata in ſumma lib. 2. cap. 32. & Bellarm lib. 1. de Roman. Pontifice cap. 23. & Marchinus Tract. 1. de ordine part. 2. cap. 12.

Sententia probabilior eligitur.

Probatur primo quia in hac ſententia bene cohærent illa omnia, quæ ſacræ litteræ, & traditiones Eccleſiæ docent. Probatur ſecundo, quia ei fauent, Patres Eccleſiæ. Do vnum Sanctum Cyprianum Tract. de ſimplicitate Prælatorum parum ab initio comprobans vnitatem Eccleſiæ Catholicæ profert illud. *Paſce oues meas*; & ita ſcribit: *Et quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat: ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos; accipite Spiritum ſanctum: ſi cui remiſeritis &c. Ioan. 20. tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno* (ſcilicet à Petro) *incipientem ſua authoritate diſpoſuit: & exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia vna monſtretur.* Ex quo idem S. Doctor ſic infert: *Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur.* Quibus in poſtremis verbis ſenſus eſt elegans, & ſatis conſonus noſtræ ſententiæ; nempe iſte: *Poteſtas Epiſcopalis integra participatur a ſingulis*; nam ita concludit: *Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur; quomodo Solis multi radij*, &c. ſcio Patrem Turrianum lib. 2. pro Epiſtolis Pontificiis cap. 9. paulò aliter interpretari locum iſtum, illius verò explicationem hæc noſtra confirmat, cui illa non nocet.

Illuſtratur ex Doctrina S. Cypriani.

Cuius aliqua verba notanda declarantur.

54. Epiſcopatum traditum eſſe in occaſione prædicta S. Petro docet etiam S. Chryſoſt. in Ioan. hom. vlt. S. Aug. in eundem locum Tract. vltim. & S. Thom. ibidē lect. 3. & 4. ſic ait: *Hic Dominus commiſit Petro curam Eccleſiæ, & officium paſtorale* (id eſt Epiſcopatum,) *congruè autem, omnibus prætermiſſis, hoc officium Petro commiſit, quia ſecundùm Chryſoſtomum eximius erat Apoſtolorum, & vertex collegij, & ſic non poſſit dici Chriſtianus, qui dicit ſe non eſſe ſub cura iſtius Paſtoris.* Hæc Angelicus Doctor, quibus docet ſoli Petro tradidiſſe Chriſtum ante alios officium Paſtorale, atque adeo dignitatem, poteſtatem, & caracterē Paſtoris maxime propriū.

Item ex S. Chryſoſt. & S. Auguſt. & S. Thom.

Deinde patet ex hiſtoriis Eccleſiaſticis S. Euodij Epiſcopi Antiochenſis poſt S. Petrum, Nicephori, & Euthymij quia tenēt graues Doctores inter quos Bannes 2.2. q. 1. Henriquez lib. 2. de Bapt. cap. 2. Cardin. Turrecremata in ſumma cap. 51. & Card. Bellarm. lib. 1. de Romano Pontifice cap. 23. Chriſtum Dominum per ſe ipſum poſt Beatiſſimam matrem ſuam baptizauiſſe ex Diſcipulis ſolum Petrū, à quo deinceps Iacobus, Andreas, & alij baptizati ſunt: ergo pariter dicendum eſt, quod Petrus ſolus fuerit primus ordinatus Epiſcopus ab ipſo Chriſto & Apoſtoli cæteri poſteà ſuſceperint conſecrationem Epiſcopalem ab ipſo Petro. Cōfirmatur vel Chriſtus ordinauit Epiſcopos Apoſtolos omnes, vel aliquos, vel nullū, vel vnum: non primum, vt probatum eſt: nō ſecundum; quia incongruum videtur, & cōtra æqualitatem Apoſtolorum, excepto Petro, & diceretur abſque fundamento ſufficienti: non tertiū quia nemo eſſet Epiſcopus in Eccleſia: ergo reſtat quartum, ſcilicet, quod Princeps Apoſtolorum ſit ordinatus à Chriſto, qui primatum haberet Epiſcoporum, eſſetque Papa, à quo poteſtas Epiſcopalis integra participaretur à ſingulis aliis Epiſcopis ſubditis ipſi Petro, & Chriſti Vicario, Paſtori vniuerſali, &c.

Chriſtus Dominus ſolum Petrū ordinauit immediate in Epiſcopū.

Petrus ipſe alios ſcil. Ioannem, & Iacobum Zebedæi.

Obiicies primo: Epiſcopatus includitur in Apoſtolatu, ſed Chriſtus fecit omnes Apoſtolos, deſignauit, atque conſtituit: ergo & ipſe Chriſtus eos Epiſcopos ordinauit, non vero Petrus ordinauit alios. Confirmatur, quia S. Anacletus epiſt. 20. ſcribit, Epiſcopos in Eccleſia ſuccedere Apoſtolis. Reſpondeo negādo maiorem, nō enim ex eo quod aliquis ſit Apoſtolus, eſt Epiſcopus, cum Chriſtus, Lucæ 6. elegerit duodecim diſcipulos, quos & Apoſtolos nominauit, antequam eſſent ſacerdotes: ratio vero eſt, quia ad Apoſtolatum propriè, & præciſè ſumptum pertinet ius prædicandi diuinam legē cum iuriſdictione quadā ampliſſima delegata, qualis etiam in illo qui non eſt Epiſcopus conſecratus eſſe poteſt; ſed quia omnes Apoſtoli fuerunt Epiſcopi, & primi Epiſcopi in Eccleſia, ideo hæc duo nomina pro eodem vſurpantur, dum eſt ſermo de Apoſtolis; & hinc patet ad confirmationem reſponſum, Ad quid enim dicuntur ſuccedere, niſi in dignitate Epiſcoporum. 55.

Obiicies ſecūdo de Iuda proditore dicitur: Pſal. 108. *& Epiſcopatū eius accipiat alter*: vt explicat S. Petrus act. 1. Sed Iudā illū nō ordinauit S. Petrus: ergo &c. Reſpōdeo inprimis argumentū nimis probare, ſcilicet illū Iudā, qui nō fuit cōpletè ordinatus Presbyter per poteſtatē abſoluēdi peccata (ſi demus modo fuiſſe ordinatū ſacerdotē cū poteſtate cōſecrandi vt cōmuniter dicitur,) fuiſſe Epiſcopū ſemi-ſacerdotem Reſpōdeo ſecūdo in pſal. illo accipitur *Epiſcopatus* late, vt notant Interpretes, pro dignitate quadā, vel Præfectura. Deniq; poteſt dici pſal. loqui de Epiſcopatu proprie dicto, quē ſcilicet Iudas erat habiturus, ſi perſeueraſſet, & Chriſtū nō tradidiſſet, vel ſi laqueo non ſe ſuſpendiſſet, ſed pœnitētiā verā egiſſet. Ita Pater Lorinus in Pſal. Ex his cōſtat exceſſiſſe illū qui hanc ſentētiā nullo niti fundamēto probabili, dixit: attamē nō omnia poſſumus omnes videre, præſertim in hoc ſeculo librorum feraci, vbi aliqui etiam apertis occulis nihil vident. 56.

Iudas non fuit ordinatus Epiſcopus.

Explicatur locus Pſalm. 108.

Pro Coronide huius diſputationis nota cū Magiſtro Hugone de S. Victore lib. de ſacramētis, & aliis Antiquis, quos refert Vaſq. diſp. 242. c. 7. officia ſingulorū ordinū propria fuiſſe expreſſa vel adūbrata à Chriſto Domino, videlicet, qui fūctus eſt aliquādo officio *Oſtiarij*, quando 57.

Digitized by Google

Chriſtus aliquando functus eſt officiis ordinum ſingulorum.

quando facto quaſi flagello de funiculis eiecit negotiatores ex templo Ioa. 2. *lectoris*, quando in medio ſeniorum, accepit librum, & legit illud. Iſai *Spiritus Domini ſuper me*, &c. Lucæ 4. *Exorciſta* quando dæmonia eiiciebat. *Acolyti* quando dixit. *Ego ſum lux mundi*. Ioa. 8. de ſubdiaconatu profertur exemplum quando Chriſtus nocte cœnæ miſit aquam in peluim, nam ſubdiacono competit, vt diximus præparare, & ferre diacono aquam pro lotione manuum ſacerdotis. Officium diaconi geſſiſſe videtur, cum miniſtrauit diſcipulis ſacramentum ſui corporis, & ſanguinis; quod ſi iſtud negetur, quia non fecit Chriſtus hoc ex commiſſione, ſicut diaconus; ſed authoritate propria, & ex officio, vt ſacerdos; dicamus Chriſtum expreſſiſſe diaconum, quando dixit diſcipulis Mat. 26. *Vigilate, & orate*; quoniam pertinet ad diaconum exhortari populum ad orationem.

Sacerdotij, & Epiſcopatus munera, certum eſt, Chriſtum obiiſſe: nam Chriſtus tamquam ſacerdos in cœna conſecrauit, & diſtribuit Euchariſtiam, Epiſcopum geſſit etiam tunc, & poſt reſurrectionem ordinando Apoſtolos cum dixit: *Accipite Spiritum Sanctum*, &c. & quando S. Petrum fideliſſimum Apoſtolum, vt ait Chryſoſtomus, inſtituit ſummum Paſtorem, & ordinauit primum Epiſcopum: ſicut probatum eſt, num. 53. & 54.

DISPVTATIO XLVII.

De materia, & forma cuiuſcumque ordinis.

SECTIO I. *Notatio perutilis.*
SECTIO II. *De materia & forma Ordinum minorum.*
SECTIO III. *De materia & forma ordinationis ſubdiaconi.*
SECTIO IV. *De materia & forma ordinationis diaconi.*
SECTIO V. *Circa materiam & formam Presbyteratus.*
SECTIO VI. *Circa conſecrationem Epiſcopi.*
SECTIO VII. *An ſit neceſſarium vt miniſtrans, & ſuſcipiens Ordinem tangant phyſice rem illam quæ traditur in ipſa ordinatione?*

SECTIO I.

Notatio perutilis.

1. IVxta dicta Tract. 1 diſp. 3. n. 43. Suppono hic, quod optime aduertunt Card. Bellarmi. cap. 9. P. Layman tract. 9. cap. 3. Vaſquez Lugo & alij DD. agentes de ſacramentis in genere; videlicet, Chriſtum dominum ſic inſtituiſſe materias neceſſarias ſacramentorum vt in aliquibus ſacramentis non determinauerit rem ponendam, vel exhibendam talem ſecundum ſpeciem infimam, ſed ſolum per ſe deſignaſſe in materiam poſitionem alicuius ſigni externi, vel traditionem externam alicuius rei ſenſibilis aptæ vt per ipſam ſignificetur talis effectus ſacramentalis; verbi gratia poteſtas ordinis, & gratia ſpecialis, quæ confertur: Monuiſſe verò Apoſtolos generaliter, vt res apta, & commoda ad talem ſignificationem ferendam apud homines, traderetur pro talis ſacramenti materia propria, relinquendo Eccleſiæ determinationem magis ſpecialem rei adhibendæ.

Chriſtus nō determinauit in omnibus ſacramētis æqualiter ſpeciē rei ponendæ pro materia.

Et eſt optimum exemplum. Inſtituta eſt pro materia ſacramenti pœnitentiæ propria Manifeſtatio peccatorum ſenſibilis, vnde quæcumque manifeſtatio peccatorum talis ſit per verba, vel ſine verbis eſt ſufficiens, quia tale ſignum externum peccatorum habet ſubſtantiam ſigni inſtituti à Chriſto, hoc eſt habet rationem illam quam Chriſtus voluit determinate poni vt ſit ſacramentum & non aliter. In ſacramento Ordinis inſtituit Chriſtus pro materia in aliquibus Ordinibus traditionem alicuius rei accommodatæ, ad ſignificandum talis ordinis miniſterium, poteſtatem, & gratiam, ipſe tamen non deſignauit rem determinatam numero vel ſpecie, ſed reliquit eius rei determinationem ſpecialem Eccleſiæ, vt hæc opportune determinaret rem talem iſtam vel illam eſſe tradendam, verbi gratia librum, vel vas; cereum, vel candelabrum, vel vtrumque, &c. Ratio cur ita Chriſtus inſtituit præter ſanctiſſimum eius beneplacitum videtur eſſe maior congruitas ipſius rei, ob diuerſos ſtatus temporum, & locorum, in quibus Eccleſiæ miniſtri erant ordinandi: non enim ita congruum, & facile ſemper eſſet eodem vti ſigno: nam initio Eccleſiæ non poterat eſſe materia ordinationis liber Euangeliorum, vel Epiſtolarum, vel exorciſmorum, ſicut modo eſt materia apta huiuſmodi traditio libri, vt dicemus. 2.

Quod oſtenditur Exemplo Confeſſionis ſacramentalis.

Sed reliquit ſpecialem deſignationē vt fieret opportune ab Eccleſia.

SECTIO II.

De materia, & forma minorum Ordinum.

DE his quæcumque dici poſſunt, habentur in Concilio Carthaginenſi 4. & in Pontificali Romano, Oſtiarij materia eſt traditio clauium Eccleſiæ per manus Epiſcopi; Forma verò verba illa: *Sic agite, quaſi reddituri rationem pro his, quæ his clauibus includuntur.* Aliæ ceremoniæ, vt aperire, claudere oſtium, pulſare campanam ſunt accidentales, ſolum ad magis declarandum munus commiſſum ordinato. Lectoris materia eſt Traditio libri lectionum ſacræ ſcripturæ; Forma vero iſta verba: *Accipite & eſtote verbi Dei relatores habituri, ſi fideliter, & vtiliter impleueritis officium veſtrum, partem cum iis qui verbum Dei bene adminiſtrauerunt ab initio.* vbi notandum neque in Conciliis neque in Pontificali determinari materiam libri, nec librum de quo legendum, quia etiam pertinet ad Eccleſiam materiam lectionum determinare. 3.

Materia ordinis oſtiarij, & forma verborū traditur.

Et Lectoratus.

Exorciſta ordinatur per *traditionem libri*, in quo ſunt ſcripti exorciſmi Eccleſiæ; vel ſicut dicitur in Pontificali poteſt tradi pro libro exorciſmorum Miſſale, vel Pontificale ipſum; nempe quia etiam in his libris ſcripti erant exorciſmi contra dæmones; licet modo talis

Et exorciſtæ.

in Miſſalibus communiter non ſint expreſſe, ſed orationes, & preces aliæ, quæ etiam valent ad fugandos dæmones. Forma eſt: *Accipite, & commendate memoriæ, & habete poteſtatem imponendi manus ſuper energumenos, ſiue baptizatos,* ſiue catechumenos.

Et Acolyti — Acolyti materia eſt, *Traditio Candelabri cum cereo extincto.* Forma eſt huiuſmodi. *Accipite ceroferarium cum cereo vt ſciatis vos ad accendenda Eccleſiæ luminaria mancipari in nomine Domini.* Præterea tradit Epiſcopus ordinando vacuum vrceolum cum verbis iſtis: *Accipite vrceolum ad ſuggerendum vinum, & aquam in Euchariſtiam ſanguinis Chriſti in nomine Domini.* Quõdam vrceolus tradebatur immediate ab Archidiacono, qui aſſiſtebat Epiſcopo, vt colligitur ex Concilio Carthaginenſi citato.

4. Et hinc oritur Quæſtio vtrum hæc vrceoli traditio ſit etiã materia in ordinatione Acolyti, cum traditione priori Candelabri. Reſpondeo vtraque pars eſt probabilis tam negans, quam affirmans, quia vt notaui, Chriſtus non decreuit materiam, debere eſſe ſemper vnam in ſpecie, quin potius Chriſtus inſtituit vt tradatur ordinando res aliqua apta ex natura ſua vt diuinitus eleuetur ad ſignificandum, & conferendum talem effectum ſupernaturalem ordinis, & in terra reliquit Eccleſiæ cum ſuo ſummo Paſtore poteſtatem deſignandi pro materia talis rei, vel alterius, vel vtriuſque ſimul traditionem. Itaque modo mihi videtur probabilius, quod vtraque traditio tam vrceoli, quam cerei ſit eſſentialis in hac ordinatione, quia vtraque ponitur æqualiter vt in Conciliis, & Recentioribus videri poteſt.

Traditio tã vrceoli quàm cerei eſſentialis.

SECTIO III.

De materia, & forma ordinationis Subdiaconi.

5. Subdiaconatus Materia & forma.

Aſſero: materia huius ordinationis eſt, *Traditio calicis vacui, & patenæ ſupra poſita,* & de hoc dubitare nemo poteſt, poſt Concilia Cartagin. 4. in can. 5 & Florent. in decreto Eugenij. Circa formam dicendum eſt, non apparere alia niſi verba illa, quæ dicit Epiſcopus, omnibus ſimul recipientibus ſubdiaconatum, poſtquam ſinguli tetigere calicem vacuum nempe: *Videte cuiuſmodi miniſterium vobis traditur*: ratio eſt quia hæc verba coniunguntur moraliter cum illa traditione materiæ prædictæ ergo habent rationem formæ.

Subdiaconis eſt prohibitum tangere vaſa, vbi eſt Euchariſtia.

Oppones Primo ab initio Eccleſiæ fuit prohibitum ſubdiaconis tangere vaſa ſacra: ergo, &c. Reſpondeo iura illa intelliguntur de valibus actu continentibus corpus & ſanguinem domini, non vero de ſacris vaſibus vacuis.

Oppones ſecundò, Diaconus fit per traditionem libri Euangeliorum cum ſuis verbis, ex Florentino: ergo ſubdiaconus fit per traditionem libri Epiſtolarum cum ſuis verbis. Reſpõdeo concedo antecedens vt infra, & nego conſequentiã. Diſparitas eſt quia illud habetur in Concilio dogmatice docente proprias materias, & formas ſacramentorum: illud vero nulla nititur authoritate Concilij, nec Sanctorum Patrum teſtimoniis ſufficienter probatur, ſine quo nemini licet deſignare materiam neceſſariam ſacramenti Ordinis Ideo miratus ſum Patrem Filliucium ita aſſertiuè docentem abſque vlla tamen probatione: *ſubdiacono traditur in ſua ordinatione liber Epiſtolarum, cum forma: Accipite librum Epiſtolarum* &c. Vbi videtur Filliucium tenere ipſam ſententiam Argumentantis.

Singularis opinio Filliucij refutatur.

SECTIO IV.

De materia, & forma ordinationis Diaconi.

Aſſero. Materia Diaconatus eſt *Impoſitio manuum Epiſcopalium, & traditio alicuius rei per quam ipſius officium ſignificatur, quæ res modo in Eccleſia Catholica eſt liber Euangeliorum*: Forma vero ſunt verba, quæ proferuntur ab Epiſcopo cum facit, vel tradidit iſta ſigna materialia, nempe quando fit impoſitio manus ait Epiſcopus: *Accipe ſpiritum ſanctum ad robur, & ad reſiſtendũ Diabolo, & eius tentationibus*: & quando traditur liber, idem dicit: *Accipe poteſtatem legendi Euangelium in Eccleſia Dei, &c.* 6.

6. Diaconatus materia & forma eſt impoſitio manuum & traditio libri Euangeliorum cum verbis ſolemnibus.

Probatur Primo ex Trident. can. 4. vbi definitur: *Non fruſtra dici ab Epiſcopo ordinante Accipe ſpiritum ſanctum*: ergo datur ex opere operato gratia ſpiritus ſancti per ipſa Epiſcopi verba, aliàs videretur dici fruſtra; quemadmodum ſi quis ei nil tribuens dicat, pauperi: *Accipe pecunias.* Confirmatur quia in Ordine Presbyteri, & Epiſcopi datur Spiritus ſãctus per illa verba: ergo etiam in ordine diaconi ita probat erudite Cardinalis de Lugo de ſacramentis diſp. 2. ſect. 5.

Verba hæc: *Accipe ſpirit. S.* conferunt gratiam ordinato.

Probatur ſecundò, quia ſanctus Dionyſius de Eccleſiaſtica Hierarchia c. 5. ait: *Epiſcopum, ſacerdotem, & diaconum ordinari per impoſitionem manus.* Hodie etiam apud Græcos non eſt alia ceremonia ordinationis diaconi niſi *impoſitio vel extenſio manuum*; cum verbis illis Epiſcopi: *Diuina gratia promouet hunc in Diaconum &c.* Dixi, impoſitionem vel extenſionem manuum quam Greci ipſi dicunt Χειροτονίαν.

Apud Græcos aliorum verborum vſus exiſtit cum impoſitione manuum Epiſcopi.

De Traditione libri Euangeliorum conſtat ex Florentino ita docente: *Diaconus vero ordinatur per libri Euangeliorum donationem.* Hæc tota concluſio traditur à S. Th. in 4. diſt. 24. quæſt. 2 art. 3.

Obiicies primò *impoſitio manus* præcedit libri traditionem: ergo illa non eſt pars ordinationis, vel præſtabit illa effectum gratiæ, & characteris ante iſtã. Nego conſequentiã, quia præcedit phyſicè vt quid determinabile per ſequentem ceremoniam ad ſignificandam determinate poteſtatem ſpecialem Diaconatus. Itaque impoſitio manus cum verbis illis: *Accipe Spiritum ſanctum ad reſiſtendum tentationibus*, &c. determinatur, & completur vt ſit aptum ſignum ſacramentale per libri Euangeliorum dationem cum verbis illis: *Accipe Poteſtatem legendi Euangelium*, &c. 7.

7. Impoſitio manuum licet tempore præcedat, non cauſat ſacramentaliter ante libri traditionem.

Obiicies 2. Concilium Carth. cap. 4. docet: Diaconum ordinari per impoſitionem manuum Epiſcopi: ergo non ordinatur, quando liber traditur. Reſpondeo Florent. etiam tradit hoc ſecundum; neutrum tamen ex Conciliis reiicit id, quod alterum dicit, licet eius men

Concilia non pugnãt inter ſe, quando diſtincta docent, ſed non oppoſita.

Digitized by Google

tionem non faciat, atque adeo vtrumque tenet,& eſt verum; vt diximus in concluſione.

8. Explicatur Textus in cap. Presbyter de ſacramentis non iterandis. Obiicies tertiò cum Vaſquez diſp. 238. cap. 4. in cap *Presbyter* de ſacramentis non iterandis, dicit Gregorius I X. *Quando Presbyter & Diaconus ordinantur* dari impoſitionem manuum, *& eſſe ritum ab Apoſtolis introductum*; & addit, ſi fuerit ille ritus omiſſus in alicuius ordinatione, non ideo totam ordinationem repetendam, ſed caute fore, quod fuit omiſſum, ſupplēdam, *ſtatuto tempore ad ordines conferendos*, ergo impoſitio manuum cum ſit ritus ab Apoſtolis introductus non eſt inſtitutus à Chriſto, ſed ab ipſis Apoſtolis: ergo non eſt eſſentialis materia ordinationis Diaconi, ſed accidentalis ſolemnitas.

Reſpondent aliqui, verba illa, *ritu ab Apoſtolis introducto*, non eſſe ſummi Pontificis ſed Epiſcopi Londinenſis, qui conſuluerat illum: vtrum eſſet repetenda ordinatio Presbyteri, vel Diaconi, quando fuit impoſitio manuum prætermiſſa? Cui Pontifex reſpondet, non totaliter repetendum Ordinem, ſed omiſſum ſiue ſit eſſentiale, ſiue ſit accidentale, eſſe repetendum & ſupplendum; *non aliquatenus*; id eſt: *No en qualquier manera, ni en qualquier tiempo*; ſed *ſtatuto tempore ordinationis*: Atqui, inquiunt, Pontifex ibi ſolum præcepit, ne ſic ordinatus miniſtret in tali ordine, donec defectus ſuppleatur, an vero ille ritus ſit eſſentialis vel non, numquam definit.

9. Reſponſio hæc videtur vera; & conformis textui, etiam ſi verba illa: *ritu ab Apoſtolis introducto*, ſint ipſius Pontificis, quod ego iudico probabilius, ſiquidem ſolum indicant, illum ritum à Chriſto inſtitutum in ſpecie, vel in genere, eſſe per Apoſtolos primo vſurpatum & in vſu poſitum in Eccleſia; quia iuxta ſuperius dicta, Apoſtoli determinauerunt vt talis ceremonia eſſet eſſentialis materia ordinis, neque poteſt ſuſtineri quædam Reſponſio Patris Vaſq. citati, qui ait, ſermonem eſſe de impoſitione manuum accidentali, quę fit prius, quando non ſolum Epiſcopus, ſed alij etiam ſacerdotes adſtantes non ponunt manus ſuper ordinandum nihil dicendo. Non poteſt inquam ſuſtineri talis ſolutio: Primò quia in textu ipſo monetur vt impoſitio manuum fiat *cum oratio ſuper caput effunditur ordinando*, videlicet illa oratio. *Accipe Spiritum ſanctum*, *&c.* Secundò quia cum illo textu nil eſt, ex quo interpretatio Vaſq. colligatur ergo impoſitio manuum de qua ille textus loquitur Epiſcopi eſt, & materia neceſſaria ordinis. Ita etiam tenet Cardin. Lugo citatus, qui putat impoſitionem illam manuum eſſentialem eſſe materiam ordinationis ſacerdotalis, quæ completur per traditionem panis, & vini ſubſequentem.

Ceremonia Partialis vnius ordinis fieri poteſt tempore prior, quia perſeuerat moraliter, quando ponitur alia ceremonia, vel forma. Infertur, Partialis ceremonia vnius totalis ordinationis dari poteſt tempore aliquo licet longo, priuſquam alia ceremonia eiuſdem Ordinis adhibeatur; quoniam illa pars rite peracta perſeuerat moraliter in ſubiecto, donec ponatur alia, & compleatur ceremonia. Ita colligitur ex capite *Presbyter* citato & eſt communis Doctorum ſenſus.

SECTIO V.

Circa materiam, & formam Presbyteratus.

Prima ſententia tenet totā eſſentiam huius ordinationis cōſtare in traditione patenæ cum pane, & calicis cum vino, & verbis illis: *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium* &c. ita Durandus, Sotus & alij apud Vaſq. diſp. 239. & Valentia diſp. 9. cap. 5. Patet primo quia Florentinum nil aliud aſſignat. Secundo, quia noui ordinati poſt hanc ceremoniam Miſſam faciunt cum Epiſcopo, priuſquam ipſis manus imponatur. Tertia quia ſacerdos vt ſic conſtituitur poteſtate offerendi ſacrificium; ergo &c. 10. Prima ſententia de eſſentia ordinis Presbyterij.

Secunda ſententia cenſet materiam eſſentialem huius ordinationis eſſe ſolam impoſitionem manuum Epiſcopi, formam vero eſſe verba illa: *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata. &c.* Ita S. Bon. & Petrus Soto lib. de Ordine ſect. 5. Probatur primò quia Carthagin. citatum ſolam iſtam ceremoniam præſcribit pro ordinatione ſacerdotis. Secundo quia certum eſt per talem ceremoniam cōferri gratiam; iuxta dicta. Tertio quia conſtat ex ſacris literis Chriſtum dediſſe Apoſtolis poteſtatem abſoluendi à peccatis: quando dixit Ioa. 20. *Accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata*, *&c.* Ergo etiam modo Epiſcopus tradit ipſam poteſtatem abſoluendi, quando imponit manus; & dicit eadem verba. 11. Secunda ſententia

Tertia ſententia ait, integram materiam, & formam huius ordinationis conſtitui ex vtraque ceremonia. Ita Bellar. Vaſq. Coninch, & plures Recentiores Pro cuius explicatione notandum eſt quod in ſacerdotio perfecto duplex reperitur poteſtas, ſcilicet vna eſt in Corpus Chriſti, naturale, ſeu phyſicum; qua quis conſtituitur potens conſecrare Euchariſtiam; altera eſt in corpus Chriſti myſticum, ſeu morale; qua quis poteſt peccata Chriſtianorum remittere, & ſacramenta Pœnitentiæ, atque extremæ vnctionis miniſtrare. & vtraque formaliter pertinet ad eundem Ordinem presbyteri, quoniam illa prior ſine iſta poſteriori eſt quaſi eſſentia ſine prima proprietate, vel quaſi pars ſubſtātialis eſſentiæ ſine comparte; & iſta poſterior præſupponit illam priorem in ſubiecto neceſſitate Ordinis, & illi eſt annexa iure diuino. 12. Tertia ſententia & tenenda. In Sacerdotio perfecto includitur duplex Poteſtas ordinis.

Probatur primò argumentis poſitis in prima, & ſecunda ſententia. Probatur ſecundò ex Trid. ſeſſ. 14. cap. 3. & can. 4. quod agens de miniſtro extremæ vnctionis affert illud Iacobi 5. *inducat Presbyteros Eccleſiæ* &c & addit Concilium; Presbyteros ibi non eſſe intelligendos ſeniores, viros, aut Primates in populo Chriſtiano; ſed Epiſcopos, aut ſacerdotes rite ordinatos per impoſitionem manuum Presbyterij iuxta primam ad Timoth. 4. ergo impoſitio manuum pertinet ad eſſentialem ordinem ſacerdotis. Connexio vtriuſque Poteſtatis eſt diuini iuris.

Colligitur primo, quod argumenta primæ ſententiæ non probant de eſſentia totali, & integra ordinationis, cum Florentinum ſupponat Carthaginenſe Concilium, & Eccleſiæ ritum habitum in Pontificali Romano; Argumenta 13. Argumenta primæ ſententiæ bene probant, ſed ſecundam non impugnant: & è conuerſo,

Digitized by Google

menta vero ſecundæ ſententiæ eodem modo ſoluenda ſunt, quia neque Carthagin. declarat *impoſitionem manuum eſſe totalem materiam Ordinis*, quare reiicitur vt falſum quod aliqui dixere pro defenſione primæ ſententiæ, ſcilicet per impoſitionem manuum Epiſcoporum cum ſuis verbis ſolum ſignificari, atque declarari poteſtatem abſoluendi prius conceſſam per traditionem panis, & vini.

Colligitur ſecundo, quamuis detur abſolute poteſtas conſecrandi ſine poteſtate abſoluendi, non tamen ſine ordine ad iſtam; hæc etiam eſſentialiter ſupponit illam priorem, & principalem; & gratia confertur per vtramque, quoniam verba ita ſignificant. De charactere autem ſacerdotis diſp. vltima de effectu ſacramenti Ordinis agendum eſt.

Quid ſignet Caſula complicata à tergo.

Colligitur vltimo: qui ſolum recipit poteſtatem conſecrandi eſt ſacerdos nouæ legis inchoatus, ſiue incompletus; ideoque qui ordinantur habent Caſulam complicatam à tergo, donec accipiant poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, quæ datur per impoſitionem manuum Epiſcopi poſt ſacrificium perfectum, & Euchariſtiam ſumptam.

SECTIO VI.

Circa Epiſcopi conſecrationem.

14. Materia & Forma conſecrationis Epiſcopi.

Aſſero: Tota materia conſecrationis Epiſcopalis eſt *impoſitio manuum Epiſcopalium*, forma autem verba illa: *Accipe ſpiritum ſanctum, &c.* quæ proferuntur ab Epiſcopo, vel Epiſcopis ordinantibus. Ita Bellar. Vaſq. Layman, & alij apud iſtos. Probatur primo ex Trid ſeſſ. 14. cap. 3. & aliis Conciliis 2. ex Patribus vt Amb. lib. de ſacerdotali dignitate cap. 5. Hieronym. in cap. 51. Iſaiæ, & aliis apud Layman cap. 5. Confirmatur, quia talis ceremonia ſufficienter ſignificat gratiam, & poteſtatem ſpecialem, & taliter ordinatum admitti in conſortium Patrum Eccleſiæ, ſiue Epiſcoporum.

Impoſitio libri ſuper ſcopulas eſt accidentalis ceremonia adiuncta.

Colligitur primo: Impoſitio libri Euangeliorum ſupra ſcapulas ordinandi in Epiſcopum, non eſt niſi accidentalis ritus ab Eccleſia inſtitutus, & adiunctus ſacræ ordinationi, quamtumuis P. Turrianus, & alij contendant eſſe eſſentialem ordinationi Epiſcopi. Colligitur 2. vnctio capitis, & manuum, & verba illa: *Vngatur, & conſecretur caput tuum cœleſti benedictione*, &c. non pertinent ad eſſentiam huius ordinationis.

Itemque vnctio capitis & manuum.

15. Dices primo hæc ceremonia vnctionis eſt aptiſſima cum ſuis verbis ad ſignificandum practicè gratiam & poteſtatem Epiſcopalem; & quondam reges, & Pontifices in populo Dei fiebant vnctione: ergo etiam Epiſcopi modo. Nego conſequentiam quia id etiam videmus in multis ceremoniis Baptiſmi, Presbyteratus, &c. quæ ſolùmodo ſũt ſacramentalia, nõ ſacramenta; neque partes ſacramentis eſſentiales.

Dices ſecundo: ille qui fit Epiſcopus antequam recipiat vnctionem iſtam Chriſmatis in capite, & in manibus, non vocatur Epiſcopus, neque conſecratus, ſed tantum electus in Epiſcopum, ſtatim vero ac eſt perunctus Chriſmate, vocatur Epiſcopus in Pontificali Romano: ergo ſignum eſt vnctionem Chriſmatis ingredi eſſentialiter conſecrationem Epiſcopi. Nego conſequentiam, quia Pontificale caute non appellat Epiſcopum, & conſecratum illum, donec recipiat vnctionem ipſam Chriſmatis, quia cùm hæc ſit Opinio aliquorum, non vult loqui cum aliquo periculo falſitatis.

Pontificale Romanum loquitur caute.

SECTIO VII.

An ſit neceſſarium vt miniſtrans, & ſuſcipiens ordinem phyſicè tangant rem illam, quæ traditur in ordinatione, & dicitur Materia.

Exemplum ſit an hoſtia, Calix, vel liber, ſit neceſſario tangendus phyſice. Inprimis ſuppono vt certum, ſi neceſſarium eſt vt talis materia tangatur phyſicè ab ordinante, pariter eſt neceſſarium vt tangatur phyſicè ab ordinando. In hoc enim de vtroque eadem eſt ratio Suppono 2. quæſtionem eſſe tantum modo de neceſſitate ordinis, quia de obligatione præcepti habetur expreſſe in Pontificali eſſe præceptum vt tangatur calix, & patena ſuperpoſita. De Hoſtia non ità clare præſcribitur: videtur tamen eſſe æqualis ratio, & Epiſcopi omnes dum ordinant admonent vt hoſtia phyſicè tangatur. Duplex eſt ſententia, prima affirmans S. Thomæ Paludani, Soti, & aliorum: & ſecunda eſt negans, & magis communis Theologorum, iuxta quam 16.

Non eſt dubium de obligatione præcepti.

Aſſero: non requiritur ad valorem huius ſacramenti contactus iſte phyſicus materiæ. Ita Albertus Magnus, Victoria, Henriq. Vaſq. & alij, quos refert, & ſequitur Layman tract. 9. cap. 5. Probatur primo, quia rationes ſententiæ affirmantis, cuius intereſt in re tam grauı probare, non vrgent. Secundo quia contactus immediatus materiæ neque requiritur ad veritatem verborum formæ, neque ipſe ſolus indicat conſenſum, ſiue intentionem conferentis, & ſuſcipientis ordinem: non enim quis dat, vel acceptat rem quamcumque tangit; neque requiritur ſemper ad valorem ordinis conſenſus recipientis vt in infantibus: ergo ex nullo capite eſt neceſſarius phyſicus materiæ contactus. 17.

Ad valorem non eſt neceſſarium Phyſicè tangere, Materiam.

Satis igitur eſt, vt Epiſcopus percipiat materiam ordinando ſufficienter præſentem & vt iſte accipiat moraliter illam, ſicut quando traditur, & accipitur alia quædam poteſtas mortalis alicui perſonæ præſenti per contractum humanum ad præſentiam ipſius materiæ, v. g. quando quis fit Abbas traditione Baculi, fit Comes traditione clauium vrbis &c.

Obiicies in Baptiſmo, & extrema vnctione neceſſitate ſacramenti requiritur aliquis contactus phyſicus materiæ: ergo pariter in ordine. Nego conſequentiam: quia ablutio hominis vera non datur ſine phyſico contactu aquæ: idemque dicitur de vnctione olei; at traditio, & acceptio alicuius rei v. g. panis, libri, propria, & vera poteſt eſſe ſine tali contactu. vnde neque de facto tangitur vinum quando quis ordinatur ſacerdos, quæ materia eſt contenta in vaſe. 18.

DISPV

Digitized by Google

DISPVTATIO XLVIII.

De ſubiecto & conditionibus in eo requiſitis ad Ordines.

Sectio I. *Quis valide recipiat?*
Sectio II. *Quid de infantibus ante vſum rationis.*
Sectio III. *Quis licitè poſſit ordinari?*
Sectio IV. *Circa tempus ordinationis aptum.*

DVobus modis dicitur perſona aliqua capax ſuſcipere aliquem Ordinem, nempe, valide,& licite. De vtroque ſeorſim diſſerendũ.

SECTIO I.

Quis valide recipiat.

1. Non baptizatus non valet ordinari.

DIco primo non poteſt valide ordinari non Baptizatus. Eſt certum, quia omnia ſacramenta ſupponunt eſſentialiter caracterem baptiſmalem in ſubiecto ex iure diuino poſitiuo. Ioa. 3. *Niſi quis renatus fuerit &c.* ita omnes DD.

Nec, fœmina.

Dico ſecundo: quilibet ordo poſtulat eſſentialiter vt ſuſcipiẽs ſit homo maſculus. Ita omnes Catholici contra aliquos hæreticos Cataphrigas, qui cõtendebant fœminas poſſe ordinari ſubdiaconiſſas, diaconiſſas, Presbyteras,& Epiſcopas, vt S. Epiphanus hæreſi 49. ſcribit. Probatur primo, quia aliàs Chriſtus dominus hoc ſacramentum conceſſiſſet Beatiſſimæ Virgini Matri. Secundo quia iniuſte nunc Eccleſia priuaſſet omnem ſexum fœmineũ Ordinibus, ſi talis ſexus eſſet capax ordinis. Tertio ſi quõdam habuiſſet Eccleſia rationem, & modo haberet, cur priuet omnes fœminas ordinibus, iam Chriſtus præuidit ſua ſapientia talem cauſam atque rationem: ergo Chriſtus ipſe fecit fœminas incapaces ordinis diuina lege, & inſtitutione. Videatur S. Thom. in ſupplemento tertiæ partis quæſt. 39. art. 1.

2. Quæ numquam Deo vero ſacrificauit.

Probatur 4. quia nulla vnquam fœmina ab initio mundi Deo vero ſacrificium obtuliſſe legitur,& ex hiſtoriis ſacris conſtat. 5. Probatur quia Apoſt. primæ ad Timoth. ſecundo ait: *Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio.* Item primæ Corint. 14. *Mulieres in Eccleſia taceant: non enim permittitur eis loqui, ſed eſſe ſubditas, ſicut lex dicit: ſi quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſia.* Exquibus locis ſatis conſtat mulieres eſſe incapaces Ordinis in Eccleſia, in qua ordinatorum eſt loqui, legere, prædicare, docere, &c.

Fœminis ſilentium indicitur in Eccleſia.

3. Quæ etiam ſunt incapaces primæ Tonſuræ, ex eodem iure diuino.

Hinc etiam claret, fœminas iure diuino naturali eſſe incapaces primæ tonſuræ, neq; poſſe diſpenſari à Pontifice cum illis vt notauit Vaſq. diſp. 245. cap. 5.& ratio eſt, quia tametſi prima tonſura non ſit ſacramentum, neque ſit ordo, ſed ſit quoddam ſacramentale ab Eccleſia inſtitutum, tamen eſt quædam conſecratio, & deputatio, perſonæ ad illum ſtatum, ex quo poſſit aſcendere ad Eccleſiaſticos ordines, atque adeo tonſura requirit perſonam habilem ad Ordinem: ergo ſi fœmina ex diuina inſtitutione eſt incapax talis aſcenſus,& gradus, Planè ſequitur eſſe illam incapacem primæ tonſuræ Clericatus.

Quemadmodum, Nouitiatus eſt quædam diſpoſitio ad religionem ſuſcipiendam: vnde illæ perſonæ quæ ſunt incapaces, & inhabiles aliquo iure ad ingreſſum, & profeſſionẽ alicuius Religionis, neque ad nouitiatum ipſius poſſunt admitti valide. Hinc etiam intelliges, cur in Societatis Ieſu Religione ex primaria noſtri inſtituti ratione, & eſſentia, nullus fœminarum pateat aditus; neque ingredi, vel admitti fœminas ad hoc inſtitutum ſit poſſibile, etiam ad aliquem illius ſtatum minus præcipuum, vt ad gradum votorum ſimplicium coadiutorum.

Et eis nullus eſt aditus in religionem clericorum Societatis. Ieſu.

Obiicies primo fœmina poteſt eſſe Propheuſſa, ſicut Maria ſoror Moyſis,& Anna Mater Samuelis,& aliæ fuerunt: ergo etiam poteſt eſſe clerica. Nego conſequentiam, quia Donum Prophetiæ non conſtituit hominem in officio eminenti in Eccleſia Dei neque eſt gradus in ordine ad Euchariſtiam rite conficiendam & miniſtrandam. 4.

Quondam ſolum ex cõmiſſione, non ex munere proprio præſtiterunt aliqua miniſteria clericorum.

Obiicies ſecundò fuerunt quondam Diaconiſſæ in Eccleſia. Reſpondeo diximus iam non ita vocatas propter gradum, ſed quia tales præſtabant aliquod miniſterium ſolummodo ex commiſſione: ſicut hodie ob ſimilem neceſſitatem Monialibus committitur legere Euangelium in ſuis Matutinis, atque etiam vti iuriſdictione aliqua ſuper alias Moniales. Addo aliter eſſe vocatas etiam Diaconiſſas,& Presbyteras, & Epiſcopas: quarum viri ex conſenſu ipſarum recipiebant talem Ordinem ſacrum & ſeparabantur quoad habitaculum, vel ſaltim quoad Forum. Videatur Pater Vaſq. citatus. Pater Layman lib. 1. tract. 5. Ex his colligitur ſolum virum, & hunc baptizatum eſſe capacem Ordinis Eccleſiaſtici.

Vocabantur etiam Diaconiſſæ, vel presbyteræ, vel Epiſcopæ Vxores ordinatorum relictæ.

SECTIO II.

Quid de infantibus ante vſum rationis.

DVrandus diſt. 25. quæſt. 2. abſolute negat, etiam, ſi infantes offerantur voluntariè à ſuis Parentibus. Petrus Soto lib. 5. negat maioribus Ordinibus eſſe capaces nondum vtentes perfecta ratione. 5.

Paruuli ſunt capaces ordinum etiã ante vſum rationis.

Dico primò Paruuli ante vſum rationis poſſunt valide ordinari, & recipere ordines quoſcumque. Ita S. Th. Vaſq. Coninch, & alij communiter. Probatur ex cap. vnico de clerico per ſaltum promoto, vbi Innocẽtius III. præcipit, vt qui ante annos diſcretionis fuit promotus ad Ordines minores, & ſubdiaconatum & poſtea prætermiſſo diaconatu, fuit ordinatus Præsbyter, ordinetur in Diaconum, nec iubet repeti, vel conferri de nouo Ordines receptos: ergo ſentit Pontifex Ordines illos ante vſũ libertatis fuiſſe valide collatos illi clerico.

At Petrus de Soto reſpondet, ordines quos ille puer ignarus receperat non eſſe propriè ſacramenta, ideoque non valere paritatem ex illis ad ſacerdotium. Verumtamen illius dictum falſum eſſe probatum manet diſp. 1. ſect. 6. Deinde illo dato quod minores Ordines non ſint ſacramen- 6.

cramen

Digitized by Google

cramenta, adhuc eſt validum argumentum contra Petrum Sotum; quia inſtitutio Ordinis maioris, vel requirit conſenſum liberum ſuſcipientis, quia eſt ſacramentum, vel quia eſt traditio poteſtatis: Sed ex neutro capite, ergo &c. minor probatur non *quia ſacramentum*; nam Baptiſmus, Confirmatio, & Euchariſtia valide conferri poſſunt, ſine conſenſu poſitiuo ſuſcipientis ſacramentum: *non quia traditur poteſtas*, nam per Ordines minores, & per ſubdiaconatum traditur etiam aliqua poteſtas; ſed iſti ordines conferri poſſunt infantibus iuxta Canonem citatum: ergo quilibet Ordo poteſt valide dari Infanti baptizato.

7. Dices primo illum puerum de quo loquitur citatus Canon, iam potuiſſe habere aliquem conſenſum ſaltem imperfectum: ergo requiritur aliquis conſenſus, & vſus rationis, nullus autem eſt in Infantibus; ergo. Contra, quia talis conſenſus, vel vſus rationis imperfectus nullius eſt momenti ad rem præſentem: ergo ſi valet ordinatio cum ipſo, etiam valebit ſine ipſo. Antecedens probatur, quia in aliis ſacramentis pro quibus eſt neceſſarius vſus rationis, & conſenſus liber omnino requiritur perfectus, v.gr. in Pœnitentia, & in Matrimonio, de quorum ſubſtantia ſunt actus humani ſuſcipientium. Vnde in Extrema vnctione, quod ſacramentum principaliter eſt in remedium peccatorum actualium, & ad remouendum peccatorum reliquias, vel ad roborandum Infirmum ſpiritualiter contra tentationes in proximo mortis periculo, ſolum requiritur in ſubiecto libertatem eſſe ad peccandum; fuiſſe antea: igitur libertatis vſus imperfectus, & quaſi inchoatus in puero nullius eſt momenti in re præſenti.

Ad ordines non requiritur conſenſus in recipiente.

Dices ſecundo abſurdum, & indecens eſt Infantem eſſe ſacerdotem, & eſſe Epiſcopum conſecratum, ergo. Reſpondeo licet ſit aliquod abſurdum conferri illi Ordinem talem, de quo in præſenti non diſputamus, non eſt abſurdum poſſe; & quamuis ſit abſurdum quod puer ſeptennis ordinet alios, vel habeat iuriſdictionem actualem, & exerceat ipſam in Eccleſia, ſicut etiam ſi aliquis lunaticus, vel infamis, vel illiteratus, id faceret: Attamen nemo negat, valide illos homines ordinari; quando cum vera intentione eos ordinat Epiſcopus, & legitimo ritu ipſos promouet: ergo nulla eſt obiectio iſta.

8. Nota hic primo S. Thom. & alij Doctores videntur excipere Epiſcopatum: Quos tamen poſſumus interpretari de Epiſcopatu quoad iuriſdictionem in actu ſecundo, ſiue quoad curam, & obligationem paſtoralem: nam de ſacramento ipſo Ordinis Epiſcopalis, & eius charactere, eadem ratio militat in puero ac de aliis ſacris ordinibus, ſacerdotio, Diaconatu, &c.

Epiſcopatũ poſſe conferri infanti, negant aliqui; in quo ſenſu.

9. Noto ſecundo, qui ſic ordinatur inſcius, atque non voluntariè, licèt ſuſcipiat verum characterem Ordinis, verbi gratia ſacerdotis, manet abſque obligatione actuali vouendi caſtitatem, aut recitandi diuinum officium, aut diſcendi ea, quæ requiruntur, ad exercendam poteſtatem ſibi traditam; Quod intelligitur, niſi ipſe cum aduerterit ſuum in Eccleſia gradum, velit in illo miniſtrare, & poteſtate ſua fungi in Eccleſia, vel frui priuilegio ſui gradus v.gr. immunitate.

Ordinatus inuoluntariè non tenetur ad onera, niſi libere velit ſuſcipere, & ſentire commoda.

10. Dico quarto, Ordo ſuperior non includit, nec requirit eſſentialiter inferiorem, niſi Epiſcopatus, quia hic eſſentialiter includit Presbyteratum. Ita S. Thom. Dur. & alij Doctore Conſtat ex praxi Eccleſiæ, & capit. citato de clerico per ſaltum &c. ratio vero cur Epiſcopus non ſit, quin ſit prius factus Presbyter, reddita eſt ſupra Diſp. 1. ſect. 3. videantur illa dicta.

Ordo ſuperior non includit nec requirit eſſentialiter alium inferiorem. Excipe Epiſcopatum.

SECTIO III.

Quis licite poſſit ordinari.

Plurima hic poſſent diſputari, ſed paſſim illa moraliſtæ, & ſumuliſtæ repetunt: & nos in Tractatu de ſacramentis in genere ſatis attigimus: quia aliis ſacramentis communia: ideoque ſolum breuiter attingemus vtilia magis. 11.

Notandum eſt primo illum hominem, qui aliquando vſus eſt ratione, & libertate arbitrij perfecta, & numquã exterius petiuit Ordinem, non poſſe valide ordinari tali Ordine: ſicut in ſimili dicitur, de illo, qui numquam, cum ſit adultus, petiuit Baptiſmum: Ratio eſt, quia qui libere potuit ſuſcipere, aut petere ſacramentum Baptiſmi, vel Ordinis, & non ſuſcepit, nec petiuit ipſum, cenſetur habere diſſenſum; atqui ille animum ſuum poſtea non retractauit: Ergo diſſenſus moraliter in illo perſeuerat. Maior probatur, quia moraliter loquẽdo eſt impoſſibile vt ille homo numquam habuerit diſſenſum: ſecus eſt in puero ante vſum rationis, quia hic non cenſetur inuitus ordinari, ſicut nec baptizari, quando quidem quod ipſi confertur donum, & beneficium eſt; ergo ipſe non cenſetur repugnare.

Qui adultus numquam petiuit ordinem inualide ordinabitur.

Qui numquam eſt vſus ratione & libertate plena, valide ordinatur.

Nota ſecundo, quamuis Ordinans dicat: *Accipe Spiritum ſanctum* &c. ex neceſſitate Ordinis, non eſt neceſſarium, vt Ordo valide conferatur; quod recipiens ipſum recipiat ſimul Spiritum ſanctum. Ratio eſt quia contingere poteſt, vt formaliter recipiatur; & exiſtat ſacramentum collatiuum gratiæ, & quantum eſt ex ſe ſufficiens cauſare in ſubiecto gratiam; ſit tamen aliquod obex, vel defectus conditionis requiſitæ, ad actualem infuſionem gratiæ; & hoc poteſt contingere cum peccato, vel ſine iſto ex parte ſuſcipientis, vt diſp. 13. ſect. 1. de ſacramentis in genere diximus. 12.

Nota tertio neceſſitate præcepti Eccleſiaſtici requiritur ad primam tonſuram, & ad minores Ordines ætas pertingens certò ad vſum rationis; quia requiritur aliqualis doctrina ex Trid. ſupra citato de reformatione c. 4. & aliis Conciliis, vbi plurima diſponuntur de ſcientia, & probitate Ordinandorum. Ad Ordines maiores ex eodem Trident. citato cap. 12. requiritur etiam certa quædam ætas, ſic enim præſcribit: *Nullus in poſterum ad ſubdiaconatus ordinem ante 22. ad Diaconatus ante 23. ad Presbyteratus ante 25. ætatis ſuæ annum promoueatur.* Vbi ſenſus eſt de anno incepto; vt communiter conſentiunt Doctores; quod etiam ius comprehendit omnes clericos etiam Regulares. Videatur Vaſq. diſp. 246. cap. 5. n. 44. & Rodriguez qq. Regularium tom. 4. q. 23. 13.

Vſus rationis requiritur ex præcepto.

Ætatem ad ſingulos Maiores præſcribit Tridentinũ.

Ad Epiſcopatum requirit ætas 30. annorũ; probatur ex Concilio Agatheñ c. 17. & eſt praxis Eccleſiæ Catholicæ. Quæres tamen: ſi quis illici

Ad Epiſcopatum requiritur ætas 30. annorũ.

Digitized by Google

illicite recipiat ordinem aliquem, propterea quod ætas à iure requiſita ipſi deſideretur, vtrũ maneat ſuſpenſus. Affirmandum eſt, niſi Pontifex diſpenſauerit cũ ipſo; quia eſt quædã bulla Pij Papæ II. de hac re videatur Auila de cẽſuris part. 3. diſp. 5 dub. 7. qui recte docet Primo ad hanc pœnam incurrendam requiri vt quis ſciens defectum ſuæ ætatis recipiat ordinem ſanctum, alioquin excuſabitur propter ignorantiam à tali cenſura, ſicut etiam excuſabitur ab irregularitate, ſi fungatur Ordine ſuſcepto; & iſtorum ratio eſt quia verbum, *Præſumat*, requirit dolum, vel ignorantiam affectatam. Secundo addit non eſſe ſuſpenſum ab omni ordine ex eo quod ita quis ſuſcipiat aliquem ſed eſſe ſolum ſuſpenſum ab illo ordine, ita recepto.

Verbũ *Præſumat*, requirit dolũ, vel ignorãtiam affectatam ad incurrendam cenſurã ſuſpenſionis.

Addit tertiò illum, qui ordinatur in Epiſcopum ſine ætate legitima non incurrere iſtã ſuſpenſionem: ratio eſt quia ſuſpenſio generáliter lata (ſicut neque interdictum) non comprehendit Epiſcopos, niſi fiat ipſorum mentio ſpecialis *cap. quia periculoſum*: de ſententia excommunicationis in 6.

14. Nota quartò quamuis ille qui eſt ſuſpenſus ab Ordine; quia fuit ordinatus in ſacris ante legitimam ætatem, ſi miniſtret in tali ordine fiat irregularis ipſo iure; attamen ille qui ſic ordinatur in ſacerdotem non contrahit hanc irregularitatem, quando in ipſa miſſa ordinationum ſimul cum Epiſcopo ordinante celebrat; quia iſte quando tunc conſecrat nondum accepit totum ordinem Presbyteratus, qui poteſtatem abſoluendi à peccatis formaliter includit, vt diximus: verba autem legis odioſa ſtricte ſunt intelligenda. Diaconus vero & ſubdiaconus, ſi quando in ipſa miſſa ordinationum, ſuum gradum exercent cũ iam promoti fuerint antea, & ante tempus decretum, & debitum fiunt irregulares; & ratio eſt, quia nulla eſt illis excuſationis cauſa. Ita Auila citatus & alij.

Quam cenſuram non contrahit in Miſſa ipſa ordinationis ille qui ordinatur ante legitimam ætatẽ.

15. Nota denique ſi ante legitimam ętatem aliquis Diaconus ſine ſtola, vel ſubdiaconus ſine manipulo exerceat actũ talis ordinationis, non ideo fiet irregularis: quia iſti non exercent actũ proprium ordinis, vt ordinatus cum ille actus poſſit illo modo fieri valide, & licite à non habente illum ordinem.

SECTIO X.

Circa Tempus ordinationum aptum ſecundum ius canonicum.

16. NOta 1. Prima tonſura quouis anni die, mane, vel veſperi cõferri poteſt, Minores Ordines quouis die dominico, vel feſtiuo; tres maiores ſolum poſſunt celebrari licitè in ſabbatis quatuor temporum; & hebdomadę Paſſionis, & maioris. Conſtant hæc omnia ex Pontificali, & conſuetudine Eccleſiæ Romanæ, cum autem totum ius diſponens iſtud, ſit canonicum, ſummus Pontifex poteſt diſpenſare vt ordines cõferant quouis anni die. Addit P. Vaſquez eodem die cum ſubdiaconatu poſſe recipi alios gradus inferiores, & primam tonſuram, quia nullum ſtat ius, vel conſuetudo id prohibens ita fieri: ergo facultas eſt Epiſcopo diſpenſandi in iſtis, vt non ſeruentur interſtitia.

Prima Tonſura quolibet Tempore, Minores ordines die quocumque Dominico, vel feſto poſſ. cõferri.

Quãdo Maiores dentur ex more Eccleſiæ.

17. Nota: hæc interſtitia temporis ex præcepto requirũtur inter receptionem vnius, & alterius ordinis ex Trid. c. 13. diſpenſat vero interſtitia hæc Epiſcopus, non quilibet, ſed Epiſcopus proprius Ordinandi (cum regularibus cenſetur proprius quicumque ipſos ordinans) Rurſus inter quatuor minores diſpẽſat Epiſcopus quauis de cauſa, & quidẽ in Hiſpania fere ſemper conferũtur omnes minores ordines eodem die: ratio videtur quoniam Epiſcopi ſic expedire iudicant, ne ordinandi ſæpius ſeparentur ab ſtudiis, quærentes locum ordinationis.

Quis Epiſcopus diſpenſet interſtitia ordinandorum.

Pro maioribus exigitur vnus annus à receptione ſubdiaconatus, vſque ad Diaconatum, & idem eſt de tempore inter Diaconatum, & ſacerdotium. Item exigitur quod eo tempore interlabente ordinatus inſeruiat Eccleſiæ in ſuo ordine. Poteſt autem Epiſcopus in his omnibus diſpenſare ex vtilitate Eccleſiæ, vel cauſa ſtudiorum, ſed non poteſt eodem die neque in eadem ordinatione generali conferre eidem duos ordines maiores quacumque de cauſa, vel propter priuilegium. Ita decernitur in cap. *dilectus* de temporibus ordinandorum, & in Trid. citato.

Et quanta hæc ſint inter vnum, & alterum ordinem Maiorem.

Nota Tertia de Epiſcopi conſecratione, ne videamur obliti: ſciendum eſt poſſe Epiſcopatum conferri in quauis die dominica, vel feſtiua. Plura de his P. Vaſq & Pater Layman citati, & eruditiſſimus P. Martinus Tract. 1. part. 7. 18.

Epiſcopi ordinatio confertur die Dominico, vel feſtiuo quocumque.

Nota 4. Trid: ſeſſ. 21 cap. 2. in ordinando in ſacris, præter ſcientiam ſufficientem ad actum ordinis, & probitatem morum, requirit etiam Beneficium Eccleſiaſticum, vel penſionem, vel Patrimonium, vel ſuſtentationem aliam iudicio Epiſcopi honeſtam, & ſufficientem, ne ordinatus in ſacris cogatur mẽdiare vel exercere quæſtum aliquem ſordidum, & hanc ſuſtentationem exigit Concilium pacifice poſſideri, & prohibet reſignari, niſi conſtituto, quod aliunde iam habeat ordinatus, quo poſſit viuere commode, & honeſte; & hoc intelligit de clericis ſecularibus, nam regulares ordinantur titulo paupertatis.

Requiritur ſuſtẽtatio honeſta iudicio Epiſcopi, & ſtabilis ad Maiores ordines.

Sed non vt regularis ordinetur.

Hinc colligunt Doctores graues, ſufficientem eſſe titulum. Primo hereditatem quam aliquis ordinandus ſibi certo, & breui ſperat ad futuram; & placet hic titulus, dum tamen interim non deſit clerico illi, ſed prouiſa ſit ſuſtentatio congrua ſufficiens. Secundo cooptari in aliquod collegium inſigne ex quo moraliter habet ſibi ſuſtentationem decentem ſecuram. Tertio debent Parentes filio proprio non habenti beneficium, & volenti ordinari, ſi poſſint dare, & deſignare Patrimonium ſufficiens; quẽadmodum tenentur filiæ volenti nubere. *ſi poſſunt tribuere dotem ſuo ſtatui competentem.* 19.

Quænam ſit congrua, & ſufficiens cẽſenda.

Denique circa literas dimiſſorias, qu- neceſſariæ etiam ſunt vt quis ordinetur ab aliquo Prælato. Nota: ſemper illas poteſt concedere proprius Epiſcopus ordinandi: At Capitulum ſede vacante poteſt ſolum poſt annum integrum; niſi qui eſt ordinandus poſſideat beneficium indigens, vt ordinetur. Item Nuntius Apoſtolicus poteſt quandocumque ipſi placuerit. De his videri poteſt Trid. ſeſſ. 7. de reformatione cap. 1. & ex Authoribus Marchinus Tract. 1. part. 5. & 6. ſui operis. 20.

Literas dimiſſorias quis, & quando poſſit præſtare.

* * *

Vu DISPV

DISPVTATIO XLIX.
De Cauſa efficienti, ſiue Miniſtro Ordinum.

Sectio I. *Supponuntur aliqua.*
Sectio II. *Quis poſſit conferre Ordinem Epiſcopatus.*
Sectio III. *Quis poſſit dare Presbyteratum.*
Sectio IV. *Quis valeat conferre Diaconatum, & reliquos inferiores Ordines.*

SECTIO I.
Supponuntur aliqua.

1. Miniſter ordinarius omnium Ordinum, eſt Epiſcopus.

PRimo. Epiſcopum eſſe Miniſtrum ordinarium ordinis cuiuſcumque, definitur à Florentino & à Tridentino contra Hæreticos; qui negant Ordinem eſſe ſacramentum; & pariter affirmant, vel Chriſtianos omnes eſſe ſacerdotes; vel ordinem fieri, & conferri per poteſtatem laicam publicam. Illorum vero inſaniam, quam ſupra refutauimus, Eccleſia Catholica inſtructa Spiritu ſancto & igni fortiter redarguit, & coërcet. Videatur Bellarm. *Tom. 2. contra verſ. 4. lib. 2.*

2. Tonſuræ & 4 minorum etiam ſacerdos, ſi ei cõmittatur à Pontifice ſummo.

Secundò, Primam Tonſuram, & quatuor Ordines minores ſacerdos etiam ſimplex, licet non ſit Epiſcopus, poteſt miniſtrare, ex commiſſione vero ſummi Pontificis, & non aliter ita docet Praxis Eccleſiæ, & Trid. c. 10. approbat conſuetudinem quorundam Abbatum, qui ex priuilegio, minores ordines conferre ſoliti ſuis religioſis. Tertio certum eſt, Epiſcopatum non poſſe conferri valide ab illo, qui Epiſcop. conſecratus non eſt. Ita docent omnes Doctores contra Silueſtrum, qui dixit Epiſcopum ordinari poſſe per ſimplicem ſacerdotem, in aliquo caſu, ex commiſſione ſummi Pontificis: verumtamen hoc caret fundamento: illud firmat vera ratio, & authoritas; nam S. Damaſus Papa epiſt. 4. loquens de miniſtro Ordinum ſic ſcribit: *Quis hominum, licet more humano loquamur, dare poteſt quod non habet?* Vnde ipſe colligit, Corepiſcopos, qui vere Epiſcopi ordinati non erant, non potuiſſe præſtare illa, quæ ſunt propria Ordinis Epiſcopalis, neque ordinare alios ſacerdotes.

Epiſcopatus non poteſt dari à non epiſcopo.

Probatur ex Epiſt. S. Damaſi.

3. Epiſcopus etiamſi ſit degradatus ab Eccleſia valet cõferre ordines.

Quarto Epiſcopus licet ſit Hæreticus, excõmunicatus, & denuntiatus nominatim, vel degradatus, valide poteſt conferre ordines, ita S. Th. in 4. diſt. 25. quæſt. 1. & alij Theologi aduerſus Gratianum in decreto cauſa 1. quæſt. 1. & cauſa 9. quæſt. 1. qui Doctor deceptus videtur male intelligendo quædam ſanctorum Patrum dicta; cum tamen illi Patres, quos ipſe allegat in cauſa 1. q. 1. c. *Manus impoſitio*, ſolum intendant dicere; quod ordinatio facta ab Epiſcopo excommunicato, vel hæretico, vel ſchiſmatico nõ eſt habẽda à Catholicis pro ordinatione iuſta, & legitima ad eum effectum, vt ſic ordinatus recipiat gratiam iuſtificantem, & ita ordinatus adminiſtret licite in ſuo ordine. Colligitur quãdo Patres cenſent taliter ordinatum nõ eſſe admittendum in Eccleſia miniſtrare, & non debere frui priuilegiis ſui ordinis, nõ negant illum accepiſſe verum ſacramentum Ordinis, & caracterem proprium. Excipe vnum ſãctum Cyprianum, qui procul dubio cum aliis Africanis, in ea ſententia fuit, quod baptizati ab hæreticis, iterum baptizari deberent, & ſimiliter dicebat de ordinatis ab Epiſcopis hæreticis, iterum eos ordinari debere Verum iam conſtat oppoſitum ex Conciliis, & aliis Patribus Eccleſiæ.

Quamuis ſit illicite facta, eſt valida ordinatio.

4. Quid ſi teneatur ſententia dicens Aliquos ordines nõ eſſe ſacramẽtum inſtitutum à Chriſto Domino.

Nota, nos hic loquuti ſumus vniuerſim de omnibus ordinibus, quia omnes ſunt verum ſacramentum vt ſupra diſp. 46. Quod ſi aliquis opinetur aliquos ordines verbi gratia quatuor minores, non eſſe ſacramentum ſed tantum ſacramentale inſtitutum ab Eccleſia, ille dicere debet conſequenter; poſſe auferri ex Epiſcopis ab Eccleſia talem poteſtatem conferendi iſtos ordines minores, ſicut poteſt ex ipſis auferri poteſtas dandi primam tonſuram; de facto vero Eccleſia cenſet validam, & non repetendam collationem cuiuſcumque ordinis, & primæ Tonſuræ factam ab Epiſcopo, licet hic ſit degradatus, vel Hæreticus; & licet fuerit ordinatio facta contra leges canonicas; quoniam ita oportebat ad vitandas dubitationes & ocaſiones repetendi ſacramenta Ordinis, & alia incommoda, quæ ſequerentur, ſi Epiſcopus ligatus aliqua cenſura, vel crimine, propterea non valeret ordinare, licet demus aliquos ordines non eſſe ſacramenta.

De Abbatibus, & aliis quibus poteſtas ordinandi competit ſolum ex commiſſione Pontificis, vel Concilij Generalis, & non ex vi ſui ordinis ratio eſt longe diuerſa vt quiſque perſpiciet.

SECTIO II.
Quis poſſit conferre ordinẽ Epiſcopatus.

5. Epiſcopus non poteſt fieri niſi à tribus aliis, ex ordinaria Poteſtate.

ASſero primo, vnus Epiſcopus ſolus non habet ordinariam poteſtatem de iure diuino ad alterum ordinandum in Epiſcopum; neque ordinarie poteſt Epiſcopus valide ordinari niſi à tribus aliis Epiſcopis. ita Bellar. lib. 4. de notis Eccleſiæ cap. 8. & Vazquez diſputatione 243. & alij. Probatur primo id quod Apoſtoli, & deinde Eccleſia ſeruauerunt in Ordinatione Epiſcopi ſacramentali, receperunt illud à Chriſto domino; ſed Apoſtoli, & Eccleſia ſeruauerunt, vt Epiſcopus ordinaretur per tres Epiſcopos; &c. Probatur min. ex 1. ad Tim. 4. numero 14. *Noli negligere gratiam quæ eſt in te, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuũ Presbyterij.* Nam in hoc loco *Presbyterium* ſignificat cœtum Epiſcoporum manus imponentium. Conſequentia vero probatur quia quod eſt inſtitutum à Chriſto cenſetur eſſentiale ſacramento tam ordinis, quam alij cuicumque ſacramento.

6. S. Iacobus fuit ordinatus Epiſcopus à tribus Epiſcopis.

Probatur Secundo ex S. Aniceto Papa in Epiſtola vbi differit de ordinatione S. Iacobi minoris in Epiſcopum Hieroſolymitanum; iſtis verbis. *Si autem non minus, quam à tribus Apoſtolis tantus vir fuit ordinatus Epiſcopus, patet profecto eam formam inſtituente Domino tradiſſe nõ minus quã à tribus Epiſcopũ debere Epiſco-*

pum

Digitized by Google

ſum ordinari. Vbi aduerte, illud, *instituente Domino.* Item, Hiſtoriam illam de ordinatione S. Iacobi eſſe veram, & acceptam, ex multis authoribus vt ſupra retulimus.

Probatur tertio, quia S. Damaſus Papa epiſt. 4. in tom. 1. Conciliorum ex eo probat Corepiſcopos non eſſe veros Epiſcopos, neque poſſe conferre omnes Ordines, quia illi fuerant ordinati, ſiue inſtituti ab vno tantum Epiſcopo; ſi autem foret valida ordinatio Epiſcopi ab vno Epiſcopo facta, illud argumentum S. Damaſi nullū eſſet. Idem docet Ioan. Papa III. in epiſt. quæ habetur tom. 2. Conciliorum, verbis illis: *Omnia quæcumque maxima concilia affirmant, illum non eſſe Epiſcopum, qui minus, quam à tribus Epiſcopis, Metropolitani etiam authoritate, fuerit factus.* Concilia plura vt Nicænum, Cartaginenſe, Arelatenſe, refert Vaſquez citatus, & alij RR.

Corepiſcopi ab vno ſolo Epiſcopo ordinati.

7. Probatur quarto ex ipſo facto: nam quando Epiſcopus ordinatur, tres ſolent adhibere eſſentialem materiam, ſcilicet, impoſitionem manuum; & eſſentialem formam ſcilicet; verborum: *Accipe Spiritum ſanctum* &c Denique probatur, quia alios Ordines, nullus poteſt validè conferre, niſi habeat gradū aliquem Ordinis ſuperiorem conferendo: ergo neque Epiſcopus poteſt fieri ab Epiſcopo ſingulari, niſi à Congregatione Epiſcoporum, quæ ſuperioritatem aliquam præſefert, reſpectu vnius, qui conſecratur, & repræſentat in Eccleſia authoritatem Chriſti; melius quam vnus Epiſcopus. Itaque Conſecrationis Epiſcopi miniſter ordinarius eſt Trinitas Epiſcoporum.

8. Dico ſecundo ex commiſſione ſummi Pontificis Epiſcopus ordinatur valide, & licite à duobus, vel vno tantum Epiſcopo: Ita Vaſq. Coninch. & alij. Probatur, quia lib. 8. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 27. ſic dicitur; *Epiſcopus vrgente neceſſitate ab vno Epiſcopo poteſt ordinari.* Deinde S. Gregorius Papa id legitur conceſſiſſe Auguſtino Epiſcopo Cantuarienſi in reſponſione 6. id ipſum habet praxis Eccleſiæ, videlicet, vt aliquando Epiſcopo ordinanti alterum Epiſcopum aſſiſtant duo Abbates, vel alij conſtituti in quadam dignitate Apoſtolica, vel Eccleſiaſtica.

Ex commiſſione ſummi Pontificis valet Epiſcopus ordinari ab vno tantùm Epiſcopo.

SECTIO III.

Quis poſſit dare Presbyteratum.

9. SVppono primo ex Trident. cit. c. 4. & can. 7. poteſtatem ordinandi ſacerdotem conuenire ſolis Epiſcopis de iure diuinò. Suppono ſecundo quondam Corepiſcopos (id eſt Villanos Epiſcopos) de quibus frequens eſt ſermo in aliquibus Concilijs, vt Antiochenſi can. 10. & in epiſtolis Pontificijs, fuiſſe ſolum in Ordine Presbyteratus. Ita Turrianus in annotationibus ſupra Concilium Nicænum can. 54. Vaſq. & plures; Eſto quod fortaſſis eſt verum, illorū, qui dicebantur Corepiſcopi, aliquos fuiſſe veros Epiſcopos ordinatos à tribus Epiſcopis. Ita cenſet Coninch dubitatione 9. Sed iſti erant, quaſi Epiſcopi, modo dicti Annulares, vel Titulares, qui alterius Epiſcopi Diœceſim, vel eius partem gubernandam ſuſcipiunt.

Corepiſcopi ſolùm habebant ordinem Presbyteratus.

Aliqui tamen erant Corepiſcopi, qui erant Epiſcopi ordinati.

Sicut modo ſunt Annulares Epiſcopi.

10. Aſſero: poteſtas ordinandi ſacerdotes eſt ita propria Epiſcopi, vt nequeat adhuc ex commiſſione Papæ conuenire Presbytero non Epiſcopo. Hæc communis concluſio eſt contra aliquos Recentiores, qui pro ſe adducunt Patrem Vaſq. ipſe vero cum fundamentum noſtræ concluſionis reijciat, quia ſibi videtur friuolum, nil tamen aſſerit, ſed totum iudicium relinquit lectoribus diſput. 243. cap. 4. n. 44. Probatur concluſio primo quia ex Paulo ad Heb. 7. *minor à maiori benedici debet:* ergo decens fuit vt Chriſtus inſtituerit, quod ille miniſter, qui benedicit, conſecrat, promouetque alterum in aliquem gradum, & ordinem Eccleſiaſticum, ſit neceſſario ſuperior, & maior: ergo ſicut laicus non poteſt inſtituere aliquem in clericum, neque ſubdiaconus poteſt aliquem ordinare in ſubdiaconum, neque diaconus in Diaconum; ita neque ſimplex Sacerdos ordinare poteſt in ſacerdotem: ergo requiritur ſimpliciter in ordinante Ordo Epiſcopalis.

Solus Epiſcopus poteſt ordinem Presbyteratus dare.

Probatur ſecundo, quia nuſquam legitur quod talis poteſtas fuerit in Eccleſia data vel commiſſa alicui non Epiſcopo: ergo non poteſt committi. Probatur conſequentia, quia ſi ita poſſet fieri, aliquando, videtur fuiſſe id magis neceſſarium in Eccleſiæ primordijs, vel quādo frequentes erant Corepiſcopi; atqui non ita eſt factū: ergo &c. minor probatur, quia Canon 10. Concilij Antiochenſis, qui magis videtur fauere contrariæ ſententiæ, vbi dicitur de Corepiſcopis fuiſſe ordinatos per manuum impoſitionem; re vera intelligendus eſt de aliquibus veris Epiſcopis, qui tamen tunc dicebantur Corepiſcopi, quia erant aliorum Epiſcoporum adiutores, ſicut modo ſunt Epiſcopi vocati annulares. Vel certe illi non erant Epiſcopi ordinati, ſed Canon ille loquitur de impoſitione manuum facta ab vno Epiſcopo, & accidentali, vt ſentiunt Vaſquez & Turrianus citati.

Nuſquam legitur quod Presbyter non Epiſcopus fecerit alios ſacerdotes.

Neque contrarium colligitur ex Concil. Antiocheno can. 10.

SECTIO IV.

Quis poſſit conferre Diaconatum, & reliquos inferiores ordines.

DE poteſtate ordinaria Epiſcopi certum eſt: difficultas ſolum eſt quis habeat, vel poſſit habere commiſſionem, & à quo, vt validè conferat ordines iſtos. 11.

Dico primo ſimplex ſacerdos poteſt conferre minores ordines ex commiſſione ſummi Pontificis. Conſtat ex Tridentino ſeſſ. 23. c. 10. vbi prohibetur Abbatibus ne dent primam Tonſuram, & quatuor minores Ordines alijs, qui ſibi ſubditi regulares non ſint; ergo à contrario illi Abbates poſſunt dare ſuis ſubditis regularibus. Quinam vero habeant nunc priuilegium iſtud, vnuſquiſque videat in armarijs ipſorum Prælatorum.

Simplex ſacerdos poteſt ex commiſſione Papæ.

Dico ſecundo. Idem eſt probabilius de ordinibus Subdiaconatus, & Diaconatus. Ita Nauar. lib. 1. conſiliorum conſil. 13. Pater Vaſq. & plures. Probatur primo, quia Gelaſius Papa 1. epiſtola 1. cap. 8. de ſacerdotibus ait: *Nec ſibi meminerunt, vlla ratione concedi, abſque ſummo Pontifice, ſubdiaconum, aut Acolytum ius habere faciendi:* Ergo ſacerdotes cum ſummo Pontifice, id eſt, cum eius 12.

Poteſt etiam ex commiſſione Papæ conferre Subdiaconatum, & Diaconatum.

licentia, atque authoritate commiſſa, poſſunt habere tale ius, & poteſtatem ordinandi ſubdiaconum, & Acolytum. Vnde fit argumentum ad Diaconatum: non eſt enim ratio diſcriminandi inter iſtos gradus ordinum inferiorum ſacerdotio.

13. Probatur ſecũdo quia Abbatibus Ciſtercienſibus cõceſſit Innoc. VIII. anno Domini 1489. vt poſſent ſuos Monachos ordinare ſubdiaconos, & Diaconos habetur hoc priuilegium in noſtro Collegio Complutenſi, & teſtatur ſe vidiſſe illud Pater Vaſq. diſp. 243. cap. 9. num. 39. & Nauarr. lib. 5. Conſiliorum conſil. 13. ait: *Abbates Ciſtercienſes ſemper fuiſſe vſos ea facultate ante* Concil. Trident.

Tale fuit Priuilegium Ciſtercienſibus conceſſum.

14. Obiicies: non poteſt Eccleſia iure poſitiuo facere, vt ille qui vere eſt Epiſcopus, licet degradatus, aut infidelis fiat, inualidè ordinet: Ergo neque poteſt facere vt non Epiſcopus validè ordinet. Reſpondeo nullam eſſe conſequentiam, quia poteſtas illa Epiſcopo conceſſa eſt iure diuino per propriam ipſius ordinationem, ideoque illam nequit Eccleſia tollere, vel ligare; at nihilominus Papa ordinaria poteſtate ſibi diuinitus conceſſa poteſt extendere poteſtatem ordinandi committendo extraordinariè ipſam ſacerdoti ſimplici ob cauſam rationabilem neceſſitatis aut vtilitatis; ſicut poteſt conferre facultatem vt ſimplex Sacerdos validè confirmet, de quo alibi. Et ratio eſt, quia poteſtatem iſtam, & illam fuiſſe conceſſam à Chriſto ſuæ Eccleſiæ, & ſummo Pontifici, agnouimus ex traditione aliqua, & ex vſu, vel facto ipſius Eccleſiæ, quæ cum ſuo capite errare non poteſt in dogmatibus, quæ tradit circa ſacramenta, & bonos mores populo Chriſtiano.

15. Colligitur primo. Omnes ordines præter ſacerdotium, & Epiſcopatum poteſt ſimplex ſacerdos dare ex commiſſione ſummi Pontificis, ſacerdotium vero non poteſt ob dicta ſectione præterita. Colligitur ſecundo: Epiſcopus non ſacerdos eſſe non poteſt: Quid ſi talis eſſet? Dico non poteſt ordinare aliquem in ſacerdotem. Probatur primo, quia ſacerdotium habet immediatam relationem ad Corpus Chriſti, ſupra quod conſecrandum Epiſcopus, & Papa non habent maiorem poteſtatem, quam ipſe ſimplex ſacerdos: ſed ſi Epiſcopus non ſacerdos poſſet ordinare ſacerdotem, iam Epiſcopus ſine ſacerdotio haberet relationem, & poteſtatem ſupra corpus Chriſti naturale, hoc autem, dici nequit, vt ex ſecundo argumento patebit.

Sacerdotium per ſe habet relationem immediatã ad corpus Chriſti.

16. Probatur ſecundo quia poteſtas propria ſolius Epiſcopi ſine ſacerdotio conſiderata, minor certe eſt, quam poteſtas ſola ſacerdotalis: ergo &c. Epiſcopus nihilominus ſi aliquis ordinetur non Diaconus, adhuc ille poteſt facere Diaconos: quia Diaconatus continetur eminẽter in Sacerdotio, propter quod eſt inſtitutus, & cui ſeruit. Vnde munus quodcumque Diaconi ſi velit ſacerdos præſtare, valet, vt ex officio; & nequaquam ex commiſſione. Vnde licet aliquis Epiſcopus non habeat ſubdiaconatum formaliter, poteſt Subdiaconatum concedere alteri, quia ſufficit habere illum eminenter, & pluſquam æquiualenter. Quatenus habet ſacerdotium cum Epiſcopatu, ſiue incluſum in Epiſcopatu: Quemadmodum ſupra docuimus, ſiue eſſentialiter connexum, & præſuppoſitum, vt alij volunt ad caracterem Epiſcopalem.

Diaconatus continetur eminenter, vel virtualiter in Sacerdotio, & in Epiſcopatu.

Dico vltimo: qui non eſt Sacerdos non poteſt validè adminiſtrare aliquem Ordinem adhuc ex commiſſione. Conſtat ex dictis, quia adminiſtratio ſacramenti Ordinis ſicut etiam Confirmationis, per ſe ſpectat ad Epiſcopum: ergo res eſt adeò grauis, & tantam dignitatem poſtulans in ſuo miniſtro, vt ſi aliquando alicui committenda eſt, non poſſit committi miniſtro minus apto, neque inferioris poteſtatis, quam ſacerdoti. Confertur ergo ſoli ſacerdoti, hæc Poteſtas, nec vmquam legitur aliquando in Eccleſia fuiſſe commiſſa ordinandi facultas aliis, niſi tantum ſacerdotibus: ergo hoc ipſum inſtitutum eſſe videtur ab authore ſacramentorum, & noſtro legiſlatore diuino, qui ſic expediens eſſe iudicauit ad diuinam gloriam. Contrarium vero ſine vllo diceretur fundamento, & in his rebus, quæ dependent ex libero Dei beneplacito diſcurrere ſine ſacrarum ſcripturarum, vel ſanctorum Patrum luminibus temeritatis plus habet, & periculi, quam vtilitatis, & veræ laudis. 17.

Qui non eſt ſacerdos non poteſt conferre ordines, adhuc ex commiſſione.

DISPVTATIO L.

De effectibus ſacramenti Ordinis.

SECTIO I. *De effectibus per ſe Ordinis, Caractere & Gratia.*

SECTIO II. *Circa obligationem ſeruandi caſtitatem Ordinibus maioribus annexam.*

QVi per ſe, & ex diuina inſtitutione fiunt, ſunt character, augmentum gratiæ iuſtificantis, atque virtutum, & auxilia gratiæ actualis ad exercendum perfectè munus iniunctum; quibus adduntur accidentario ex iure Eccleſiaſtico & poſitiuo obligatio grauis ad ſeruandam caſtitatem, & alia obligatio ad recitandum diuinum officium, ſiue ſeptem Horas Canonicas, quæ de iure conſequitur ſingulos maiores Ordines. Ex his declarabimus nonnulla in præſenti, quia plura alia tractantur in aliis materiis, & videri poſſunt Doctores moralis Theologiæ: inter quos non vltimus Pater Paulus Layman lib. 5. tractat. 9. à cap. 10. & Marchinus Tract. 2. part. 6. & alij. 1.

Effectus ſacramenti ordinis Triplex.

SECTIO I.

De effectibus per ſe cuiuſcumque ordinis, Charactere, & gratia.

CIrca primum quæritur primo an omnis ordinatio imprimat characterem. Negant conſequenter Pater Vaſq. & alij, qui exiſtimant aliquos Ordines non eſſe ſacramenta. Affirmandum cum Suar. & aliis præſertim S. Thom. in 4. diſt. 24. quæſt. 1. vbi ait: *per quemlibet Ordinem aliquis conſtituitur ſuper plebem in aliquo gradu Poteſtatis ordinata ad ſacramentorum diſpoſitionem. Vnde cum Character ſit ſignum diſtin* 2.

Singuli ordines imprimunt caracteres proprios.

Digitized by Google

diſtinctiuum ab aliis oportet quod in omnibus ordinibus Character imprimatur,cuius etiam ſignum eſt quod perpetuo manent,& numquam iterantur. Et hæc opinio eſt communis.

Et in Preſbytero eſt caracter duplex Partialis.

Et nota,quod in ordinatione ſacerdotis, ſicut duplex datur poteſtas partialis, ſcilicet vna conſecrandi Euchariſtiam, & altera remitendi peccata duplex etiam eſt character, quorum poſterior eſſentialiter requirit priorem, & ſimiliter character ſpecialis Epiſcopalis, ſi diſtinguitur à ſacerdotio ſecundum entitatem, præſupponit perfectum ſacerdotium in ſubiecto,cui aduenit.

3. Quæritur ſecundo an character ſit forma phyſicè inhærens, vel ſolum extrinſeca denominatio.Hoc ſecundum ſolus aſſeruit Durandus,cuius dictum male accipitur ab aliis Doctoribus,nam Cardin.Bellarm.lib.2.cap.19. de illo ſcribit, non differre à ſententia Nouatorum negantium characterem ſacramentalem; P. Suar. ait non poſſe vindicari ab errore poſt Florentinum, & Trident. Concilia: Attamen Pater Vaſq. diſp 134. cap. 2. dicit opinionem Durandi adhuc non eſſe dignam premi aliqua nota,ſed eſſe minus probabilem, quam communem. Equidem exiſtimo illam non eſſe damnandam vt erroneam, neque temerariam; quia nulli definitioni Eccleſiæ repugnat expreſſe neque argumenta contra ipſam concludunt euidenter,ſed tantum valde probabiliter; vel ad ſummum dici poteſt opinio illa Durandi hodie non eſſe probabilis, propter dicta in tract. de ſacramentis in communi diſp.15.ſect. 2. à num.51. quæ poſſunt legi, & huic loco aptari ſpeciali ratione.

Sententia Durandi notata ab aliis.

Eſt falſa ſed Non videtur digna cenſura maiori.

4. Affirmat communis ſententia & probatur primo quia Concilia aſſerunt per ordinationem *imprimi* characterem; & eſſe in anima ſignum ſpirituale, & indelebile, adeo vt ſi quis aliquo Ordine initiatus moriatur, & deinde reſurgat, & iterum viuat; non ſit iterum initiandus illo Ordine: ſicut nec eſt iterum baptizandus:ergo caracter eſt forma Phyſica & intrinſeca recepta in anima. Probatur ſecundo, quia Patres, & Concilia definiunt contra hæreticos eſſe in anima verum caracterem;atqui hæretici non negant eſſe in anima veram denominationem extrinſecam inamiſſibilem, ſed omnino negant formam intrinſecam inhærentem, quæ ſit ſignum impreſſum in anima baptizati, & ordinati: ergo ambo loquuntur de aliqua forma intrinſeca,& phyſicè inhærente, quæ propriè appellatur caracter ipſius animæ, & ſignum impreſſum.

Caracter eſt forma Phyſica & intrinſecè inhærens.

5. Quæritur tertio,quid ſit; vel qualis forma ſit ipſe caracter eſſentialiter ſumptus?

Et qualitas ſupernaturalis.

Dico primo,eſſe qualitatem. Ita omnes,quia talis forma intrinſeca ſignificans atque diſtinguēs ordinatum ab aliis in quo alio poteſt conſiſtere? ergo eſt qualitas ſupernaturalis.

Impreſſa in animæ ſubſtantia, vel intellectu.

Dico ſecundo, caracter Ordinis ſecundum phyſicam entitatem ſuam conſideratus eſt qualitas ſupernaturalis, in anima rationali, vel eius intellectu impreſſa ſignificans Ordinem illum talem in ſpecie vel numero, quem homo valide,& legitime ſuſcipit à Chriſto domino ordinante per ſe, vel per miniſtrum ſuum; ſignificans, inquam, ſacramentum ipſum ordinis,à quo caracter ipſe profectus, atque productus eſt. Ita docet P.Salas 1. 2. tom. 1.tract. 2.diſp.8 ſect.3.num.31. Lugo de ſacramentis diſp.6.num.40 & alij Recentiores doctiſſimi.Pro longiori huius rei declaratione videantur ſupra dicta de ſacramentis in genere diſp. 15. ſect. 3. num. 82. & ſequentibus.

Significat per ſe ipſum ſacramentū ordinis ſuſceptum eſſe.

Nobis Hic ſufficiat indicaſſe ſententiam ibi probatam, & quæ per ſe ſatis apparet conformis veritati. Quia apud omnes Theologos caracter eſt effectus phyſice vel moraliter cauſatus in homine ab ipſo ſacramento Ordinis: Deinde cenſetur caracter eſſe ipſa formalis dignitas, & poteſtas data per tale ſacramentum verbi gratia ſacerdotium. Sic etiam explicatur optimè ipſe modus quo caracter cuiuſcumque Ordinis ſignificat Chriſtum vt ſummum ſacerdotem;& auctorem talis ſacramenti, talis gratiæ, & talis poteſtatis ſimiliter declaratur recte modus, quo in baptiſmo,vel confirmatione; caracter, qui imprimitur viris non differat ſpecie à caractere fœminarum,quemadmodum, neque ſacramenta ipſa differunt ſpecie quæ in viris, & quæ in fœminis recipiuntur.

Hic ſignificat Chriſtū vt ſacerdotē ſummum.

Colligitur cum Patre Salas citato,ſicut ſpecies impreſſa eſt ſignum & imago naturaliter repræſentans rem aliquam per modum principij; & ſpecies expreſſa eſt formalis imago repræſentans per modum termini producti, ita caracter eſt Figura,imago,& ſignum rei repræſentans per modum obiecti. Itaque caracter ipſe eſt imago pure obiectiua, & quædam figura intelligibilis: ſicut veſtigium alicuius,& ſigillum ſignificare ſolent. 6.

Et repræſentat purè obiectiuè, vt Figura, & ſigillum.

Quæritur 4. An in ordine Epiſcopi imprimatur caracter diuerſus realiter, vel modaliter ab illo,quē Epiſcopus.vt ſacerdos eſſet,receperat? Reſpondet Pater Vaſq. per Epiſcopatum nihil reale ſuperaddi priori caracteri ſacerdotali, ſed ſolum quandam relationem rationis, quæ realiter eſt denominatio extrinſeca ex diuina deſtinatione ad nouum Officium: Sotus, & quidam alij dicunt,aduenire per ordinem Epiſcopatus illi, qui iam eſt ſacerdos, modum intrinſecum prioris caracteris non diſtinctum tanquam res à re, ſed tanquam figuram à quantitate. 7.

Dico tamen vltimo in Epiſcopatu additur, atque imprimitur nouus caracter realiter diuerſus ab aliis, etiam ſacerdotis. Ita plures Recent. Probatur primo, quia Trid. citatum can.9.abſolute docet per ſacramentum ordinis imprimi caracterem:ergo quoties datur valide ſacramentum Ordinis, datur etiam caracter nouus.

In ordinatione Epiſcopi datur etiam proprius caracter.

Secundo probatur, quia in hoc dicto difficultates, vel nullæ ſunt, vel ſi aliquæ occurrunt ſunt etiam diſſoluendæ à Patre Vaſq. & aliis omnibus quicumque cenſent caracterem Presbyteratus eſſe realiter compoſitum ex poteſtate conſecrandi, & ex poteſtate abſoluendi à peccatis,qui caracteres partiales in Presbytero non conſtituunt vnum per intenſionem, vel continuationem phyſicam,ſed vnum caracterem moraliter,ergo quamuis Epiſcopatus ſit vnus ordo cum ſacerdotio, iuxta dicta, quia poteſtas Epiſcopalis conſtat eſſentialiter atque intrinſecè poteſtate adæquata Presbyterij,non tamen eſt vnus phyſicè, vel per vnionem

Digitized by Google

nem phyſicam cum caractere Presbyteratus, ſed moraliter vnitur ex voluntate Chriſti ita inſtituentis, & coniungentis has poteſtates in eodem ſuppoſito.

8. Hinc patet primo quod ſatis eſt, vt iſti caracteres partiales vniantur moraliter in eodem ſubiecto vt conſtituant vnum ſignum, & inſigne dignitatis, & Ordinis præcipui in Eccleſia.

Conſtat ſecundo quamuis ſacramentum, quo quis fit ſacerdos, ſit diuerſum à ſacramento Ordinationis Epiſcopi, & poſſit dici, duo eſſe ſacramenta & duas ſacras cæremonias in ratione ſcilicet ſacramenti, atque Ordinationis; non tamen dici debet eſſe realiter duos Ordines, vnum ſacerdotium, & alterum Epiſcopatum: Quia *Ordo* ſumitur pro ſtatu Eccleſiaſtico ſublimi, iuxta dicta diſput. 1. Nec Epiſcopatus addit intenſiue, & eſſentialiter aliquam poteſtatem ſupra ſacerdotium, quæ excedat per ſe dignitatem ſacerdotalem; ſed addit poteſtatem nouam, & perfectionem, quæ adiuncta priori auget extenſiuè iſtam; conſtituitque Epiſcopum ſuperiorem ſacerdote ſimplici: eſt enim Epiſcopus ſacerdos completus, ſiue perfectus.

Epiſcopus habet ſacerdotium cum perfectione ſumma.

9. Circa ſecundum de augmento gratiæ habitualis, & auxiliis conceſſis ex opere operato non ponentibus obicem, per ſacramentum Ordinis, nil ſpecialiter hic attingo quia omnia quæ dici poſſent ſunt valde communia cum aliis ſacramentis, & ſolent in aliis materiis accurate diſputari, & declarauimus tractat. de ſacramentis in genere in diſput.8. & diſp. 10. ſect.2. videantur illa.

SECTIO II.

Circa obligationem ſeruandi caſtitatem Ordinibus maioribus annexam.

10. SVppono primam Tonſuram, & quatuor ordines Minores non dirimere, neque impedire de facto matrimonium, nec modò inducere aliquam ſpecialem obligationem caſtitatis diuerſam à lege naturali temperantiæ: quæ lex obligat etiam laicos abſtinere ab actibus venereis. Conſtat, quia nulla eſt lex diuina vel humana vnde colligatur talis obligatio eſſe annexa iſtis gradibus inferioribus inter clericos.

Prima Tonſura & quatuor Minores non important obligationem caſtitatis.

Dico primo, circa Ordines Maiores nullus Ordo per ſe obligat iure naturæ ad perpetuam continentiam. Ita communis ſenſus Theologorum. Probatur, quia ex vi talis Ordinis, verbi gratia ſacerdotij, præciſè ſolùm ſequitur obligatio ad ſanctè, & cum decentia tractandum miniſterium eiuſdem ordinis: ſed huic obligationi non repugnat eſſentialiter, vel ex natura rei, moraliter vinculum matrimonij, ergo &c. Probatur min. nam matrimonium non excludit gratiam & amicitiam diuinam; neque tollit circumſtantiam aliquam neceſſariam ſimpliciter in ordinato vt miniſteria Ordinis rectè, & digne tractentur ab illo qui ordinatus eſt miniſter in Eccleſia Chriſti.

Nullus ordo ad ipſam obligat ex iure naturæ.

Nihilominus eſt valde decens, & rationi conſonum, vt illa miniſteria Ordinis quæ poſtulant omnimodam puritatem, vt maiori cum decentia, & ſanctitate, atque adeo dignius, & melius tractentur, & peragantur; non niſi ab hominibus perfectè caſtis, & continentibus omnino à venereis, & à matrimonio, perfungantur ex officio proprio. Hoc quam ſit æquum & verum, vnuſquiſque pius & ſapiens perſpicit, dum conſiderat. Qui plura deſiderat, adeat Bellarminum, Vaſq. & alios citatos.

Eſt tamen per ſe valdè conſonum rationi, vt Miniſtrantes in Eccleſia Chriſti ſint caſtiſſimi.

Dico ſecundo caſtitas Ordinibus ſacris non eſt iure diuino poſitiuo annexa; tametſi ſit illi maxime conſentanea. Ita S. Thom. 2.2. q.88. 11.
art.1. & eſt ſententia communis. Probatur quia in ſacris Scripturis, aut traditionibus Eccleſiæ nullum apparet ius poſitiuum diuinum prohibens ordinatis ſacerdotibus matrimonium, vel vſum illius: ergo non eſt tale ius. Confirmatur, quia licet Traditio detur à temporibus Apoſtolorum de continentia ſacerdotum & Epiſcoporum ſeruata in Eccleſia; at hoc eſſe diuinum præceptum, non rectè colligitur: ergo non eſt aſſerendum eſſe diuinum. Probatur min. nam præcepta Apoſtolorum humana ſunt, non diuina, iuxta illud Pauli 1. Corinth. 7. num. 12. *Ego dico non Dominus.* Secunda pars de congruentia caſtitatis liquida videtur, quia eſt valde conforme præceptum illius Conſiliis Euangelicis; & exemplum Chriſtus Dominus dedit.

Neque ius diuinum datur obligans ordinatos ſacerdotio.

Solum igitur reſtat, circa obligationem 12.
ad continentiam perpetuam, quæ reperitur in omnibus Ordinatis in ſacris, nonnulla Quæſtio, vtrum cauſa illius ſit aliquod præceptum latum ab Eccleſia; vel potius ſit votum factum ab ordinato. Nota primo quæſtionem eſſe non tantum de obligatione quam ordinati in ſacris habent (præter illam communem temperantiam quam habent omnes non vxorati) abſtinendi extra matrimonium ab actibus venereis ob decentiam ſpecialem ſui ſtatus, ſed etiam de obligatione non ducendi vxorem, & non vtendi ipſa, ſi iam prius vxorem habeant. Nota ſecundo non parum referre ad praxim ſcire naturam iſtius obligationis, præſertim ad hoc vt peccata contra illam diſcernantur; & vt diſpenſationem, ſi fiat, cum aliquo, eſſe validam, vel nullam, ex cauſa dandi talem diſpenſationem diiudicemus.

Oportet ſcire naturam obligationis iſtius.

Circa obligationem ipſam eſt ſententiarū diuerſitas notanda.

Nota tertio. Triplex eſt ſententia: prima 13.
ait, obligationem iſtam eſſe ex ſolo Eccleſiæ præcepto. Ita Scotus, & Gregor. de Valentia 4. parte Tract. de Ordine diſput.9. q.5. punct. 5. & alij plurimi, maximè Canoniſtæ, quos citat Tom. Sanchez lib. 7. de matrimonio diſp.28. num.9. & ipſe eam vocat probabilem. Secunda docet, obligationem immediate prouenire ex voto, mediate vero ex lege Eccleſiaſtica, quæ lex præſcribit, vt fiat votum, quod dicitur emittere eo ipſo, quo quis ſciens & prudens recipit talem Ordinem. Ita Sanchez citatus & Caiet. tom.1. Opuſc. tract. 27. cum S.Thom. in 4. diſt.37. q.1. art.1. & alij apud Sanchez num.10.

Tertia

Digitized by Google

Tertia ſententia, quæ nobis videtur vera, aſſerit, ordinatum obligari immediatè ex præcepto Eccleſiæ, & etiam ratione voti, quod in ordinatione emittit. Prima pars probatur primo, nam quoties Eccleſia ex aliquo motiuo ſpecialis virtutis reddit aliquas perſonas inhabiles ad contractum matrimonij, eiſdem etiam prohibet præcepto poſitiuo omnem actum venereum inter ſe, ita vt illæ perſonæ committentes tale peccatum, peccent duplici peccato. Ita docet Sanchez cum communi ſententia lib. 7. diſp. 5. Vnde ſi ſunt duo affines in tertio, vel quarto gradu, aut contraxerint cognationem ſpiritualem inter ſe, ſi exerceant turpem aliquem actum, peccant non ſolum contra temperantiam, ſed etiam contra ſpeciale præceptum Eccleſiæ: ſed omnes initiati ſacris, eo ipſo ſunt inhabiles ad matrimonium cum quavis perſona, ob legem Eccleſiaſticam immediatè inducentem hoc impedimentum; & hoc ob virtutem Religionis, ad ſeruandam decentiam; atque reuerentiam debitam excellentiæ ſtatus Ordinis, quem ſunt aſſequuti: ergo Eccleſia immediatè prohibebat illos actus venereos in hominibus initiatis maioribus ordinibus.

Probatur ſecundò, ab inconuenientibus quæ ſequerentur ex contraria ſententia. Si quis enim velit ſuſcipere ordinem, & non vouere, niſi ficte, iſte profectò non obligaretur ex voto, quia votum fictum non obligat niſi fortè ratione ſcandali, & per accidens. Sicut nec obligat iuramentum fictum, niſi quando ſequeretur apud illos qui ignorant fictionem iurantis, ſcandalum, quod iuramentum contemnatur. Nec dici poteſt legem Eccleſiaſticam eſſe talem quæ ſolum obligat immediatè illos qui cum fictione vouent; hoc enim dicitur ſine fundamento; quia nullus textus canonicus proferri poteſt, niſi generaliter obligans omnes ordinatos eodem gradu.

Votum fictũ non obligat per ſe.

15\. Secunda pars ſententiæ probatur primò, quia ſanctus Gregorius Epiſt. 42. præcipit; *vt nullus ordinetur, Subdiaconus niſi promittat continentiam*, & ait, ita ſeruari ab Eccleſia Catholica; & hodie Epiſcopi obſeruant.

Quãdo quis voluntariè ordinatur, debet vouere caſtitatẽ.

Secundò ex plurimis iuris Canonici Textibus vbi dicitur: Ordinatos emiſiſſe caſtitatis votum. vt cap. *cum olim*, de clericis coniugatis, videantur alij textus citati apud Sanchez ſuprà.

Nota quod Eccleſia directè non poteſt præcipere, vel ſaltem non ſolet ita præcipere actus tam purè internos, & ſpirituales, de quibus non poteſt ipſa iudicare. Vnde cum votum ſit talis actus, Eccleſia non præcipit immediatè ipſum votum internum.

16\. Quæres; quid ergo Eccleſia præcipit ordinari volenti. Reſpondeo iubet, primò ſeruare abſolutè caſtitatem perpetuam. Secundò facere actionem externam, & cæremoniam Religioſam, quæ ex inſtituto, & ex lege Eccleſiaſtica, & communi hominum ſenſu, ſignificat exterius, & manifeſtat votum caſtitatis internum factum eſſe, vel fieri cum ea ſolemnitate ab illo, qui ordinatur. Vnde qui liberè vult ſuſcipere, & agere exterius cæremoniam illam ſacri Ordinis, tenetur ex pacto vouere; & dicit tunc ſe Deo vouere, fingit autem ille, & fallit Eccleſiam, ſi verum votum internum non emittit, quando ſic exterius agit, profitetur, & ordinatur; atque adeò ille peccat contra fidelitatem; quia exterius liberè dicit, & profitetur ſe vouere ſolemniter: quando verè non vouet, ergo Eccleſiam fallit grauiſſimè. 17. Deinde iuxta aliquos peccat etiam contra Religionem; ſicut ille, qui non audit ſacrum quando obligatur ex præcepto ob Religionem, atque adeò talis eſt ſacrilegus, & inobediens Eccleſiæ. Hoc tamen vt exiſtimo dicitur generaliter, quia ſpecialiter inobediens, & ſacrilegus non eſt quicumque tranſgreſſor legis, ſed qui committit inobedientiam formalem contra præceptum, vel irreuerentiam ſpecialem in rem ſacram cognitam vt talem.

Qui vult agere externã cæremoniam Ordinis ſacri, tenetur ex corde vouere.

Verius videtur quòd iſte ſit iniuſtus; quia datur pactum inter ipſum, & Eccleſiam; & pactum eiuſmodi vt obliget illum ex iuſtitia ad vouendum; quia videtur eſſe pactum oneroſum. Quidquid tamen ſit de ſpecie culpæ grauiſſimæ, quam committit, qui fingit, ſe vouere; illud eſt certum, quod Eccleſia ſolum indirectè præcipit actum internum voti, quemadmodum præcipit attentionem internam in oratione vocali; quando lege poſitiua iubet recitare Horas canonicas, orando Deum vocaliter; & hinc oritur obligatio attentionis, in eo qui vult recitare Officium diuinum. Ratio verò eſt, quia abſque vlla intentione, & attentione mentis ad Deum, vel ad verba ipſa, quæ proferuntur; non conſiſtit formaliter oratio; Eccleſia autem præcipit orationem.

Iniuſtus videtur niſi voueat ex animo ſerio.

Abſque vlla attentione non conſiſtit oratio.

Hinc inferunt aliqui Clericum in ſacris ordinatum, triplici ſpecie peccati, ſeu malitiæ peccare, ſi fornicetur: nempe, primò peccat contra caſtitatem. Secundò, contra Religionem voti. Tertiò, contra præceptum Eccleſiæ, quæ iuxta dicta, eo ipſo quod eum efficiat inhabilem ad Matrimonium, interdicit etiam omnem actum venereum. Contra tamen. nam quoties præceptum Eccleſiæ imponitur propter idem motiuum, quod habet ille, qui vouet; & vt iſte ſatisfaciat obligationi voti; non variatur peccatum ſpecie, neque additur malitia diuerſæ ſpeciei. verbi gratiâ, ſi Eccleſia iubet vt quis ſeruet ieiunium, quod ipſe vouit, quando iſte non ieiunat, non peccat duplici peccato, nam obligatio præcepti eſt eiuſdem ſpeciei, ſiue reſpicit eundem finem, atque ſpecificatur ab eodem motiuo Religionis. Vnde malitia non variatur ſpecie ex multiplicatione legis, & obligationis in tali caſu. 18.

Quando motiuũ voti, & præcepti Eccleſiaſtici eſt vnũ, non multiplicãtur ſpecies in genere moris.

Aduerto, ſi quis inualidè ordinaretur, & tamen ipſe in ordinatione internum votum emitteret caſtitatis, votum illius nullam induceret obligationem, quia tunc votum ſolum fit acceſſoriè, & in conſequentia talis ſtatus, & ordinis, vt conſequens ſc. ordinẽ verũ, & 19.

Qui inualidè ordinatur, licèt internè voueat, non obligatur ex tali voto.

Digitized by Google

& propter ſeruandam decentiam talis gradus; igitur non ſubſiſtente Ordine, neque inducetur, neque conſequetur obligatio: ſecus contingeret in Religioſo inualidè profitente in Religione ob aliquod impedimentum, cum vera intentione ex ſua parte vouendi, & profitendi, nam hic eſt obligatus ad caſtitatem ſeruandam, quaſi tunc emiſerit ſimplex caſtitatis votum. Ita colligitur ex cap. *Placet*, de conuerſione coniugatorum, & docet Sanchez citatus diſp. 27. n. 3.

20. Denique aduerte, hoc votum, & præceptum incepiſſe in Eccleſia Chriſti ſeruari à tempore Apoſtolorum. Colligitur, quia ſemper fuit in Eccleſia iſta conſuetudo, vt nemo iam coniugatus ordinetur Sacerdos, aut Diaconus, niſi promittat continentiam ab vſu matrimonij, quod intelligitur ex conſenſu vxoris, ſi illam habeat.

Nemo ordinatus in Eccleſia Sacerdos fuit, niſi promiſerit continentiã etiam ab vſu Matrimonij.

Hic Author ſtetit, qui vlterius progredi ſcribendo non valuit, neque voluit, qui ſciens & amans proximum ſibi ex hac mortali vita diſceſſum, ipſum ornauit verbis illis, *Soli Deo honor & gloria, & gratiarum Actio.*

INDEX

Digitized by Goo

INDEX RERVM, ET VERBORVM.

A

Abbas.

DIGNITAS Abbatis, Archidiaconi, & ſimiles non ſunt Ordines. diſp. 46. num. 6. pag. 490
Abbas ſacerdos poteſt conferre Ordines Sacerdotio inferiores ſolùm ex commiſſione Pontificis. d. 49. n. 12. p. 461

Abſolutio.

in ſola Abſolutione ſacramentali conſiſtit formaliter tota eſſentia ſacramenti Pœnitentiæ. d. 30. n. 21. p. 324. Vide *Pœnitentia.*

Abuſus.

Abuſus aliquorum ſceleratorum præcauendus. d. 41. n. 75. p. 454
Abuſus circa Euchariſtiam ſublatus per ſextam Synodum. ibid. n. 72. p. 454
Abuſus acriter reprehenſus ab inſigniter docto Archiepiſcopo Cæſarauguſtano. ibid. n. 75. p. 454

Accidentia.

Accidentium per ſe exiſtentia modus eſt intrinſecè ſupernaturalis. d. 23. n. 16. p. 266
Accidentia panis ſunt appropriata Corpori Chriſti, quia ipſi vnita. d. 35. n. 53. p. 372
Nullum accidens conſtituitur ex vi verborum in Euchariſtia. d. 36. n. 59. p. 398
Omne Accidens panis, & vini, ſenſibile manere in Euchariſtia fides tradit. diſp. 38. n. 1. p. 409
Quid de qualitatibus, ſi quæ ſunt, occultis? diſp. 38. n. 3. p. 410
An omnia accidentia, quæ hic remanent, abſque ſubiecto ſint. ibi. n. 11. p. 411
Affirmatur, etiamſi quantitas differat realiter ab ipſa re quanta. ibi. n. 13. p. 411
Accidẽtia terminant actionem intrinſecè creatiuam, & ſupernaturalem. ibi. n. 18. p. 412
Qui ſentiunt terminare duas actiones connexas eſſentialiter, impugnantur ibi. n. 21. & 22. p. 413
Per ſolam actionem creatiuam per ſe exiſtunt; & omnis alius modus ſuperfluus eſt. ibi. n. 26. p. 413.
Poſſunt agere ſicuti dum inhærebant ibi. n. 35. p. 414.
Poſſunt etiam pati ſui mutationem, qualem in ſubiecto. ibi. n. 36. p. 415
Non poſſunt tamen pati naturaliter intenſiones, vel remiſſiones qualitatis. ibi. num. 38. p. 415.
Quomodo ex accidentibus Euchariſticis generetur aliqua ſubſtantia. ibi. n. 42. p. 416
Entitas accidentalis non magis petit ex ſe ineſſe huic materiæ quam alteri ſimili. ibi. n. 48. p. 417
Reliquæ dubitationes pertinentes ad hæc accidentia. ibi. n. 51. p. 417

Actio.

Duas actiones diſtinguūt PP. in Chriſti miraculis, & in ſanctificatione facta per ſacramentum. diſp. 10. n. 3. p. 97
Ex actione Miniſtri Euchariſtiæ non ſequitur neceſſario effectus ſacramenti. diſp. 17. n. 92. p. 193.
Actionis inſtrumentariæ duplex genus, tum phyſicæ, tum moralis. ibi. n. 96. p. 195.
Actio conſecrandi chriſma, vel conſecratio Epiſcopi, male æquiparatur ab aliquibus Conſecrationi Euchariſtiæ. ibi. n. 135. p. 203.
Actio productiua in præſens, & deſtructiua in proximum tempus hoſtiæ Sacrificium conſtituit. diſp. 22. n. 30. p. 260
Talis eſt actio productiua Chriſti dependenter ab ſpeciebus. ibi. p. 260
Poteſt Chriſtus poni ſub ſpeciebus cum eadem actione per quam conſeruatur in cælo præſens. diſp. 3 . n. 43. p. 339
Item poteſt per actionem numero diſtinctam. ibi. n. 45. p. 340
Item poteſt actionibus ſpecie diuerſis. ibi. n. 46. p. 340
Actio attingens intrinſecè aliū terminū ab effecto per ipſam eſt poſſibilis naturalis & ſupernaturalis. ibi. n. 48. p. 340
Qualis actio ſit productiua Chriſti ſub ſpeciebus. ibi. n. 47. p. 340
Oppoſitio phyſica inter actiones, qualem concedunt aliqui, impugnatur. diſp. 35. n. 25. p. 366.
Actio modi præſentiæ productiua, vel adductiua, implicat plures difficultates. ibi. num. 43. p. 370.
Actio productiua Chriſti ſub ſpeciebus an ponatur ex vi verborum. diſp. 36. num. 60. p. 400.
Per ſolam actionem creatiuam per ſe exiſtunt accidentia Euchariſtiæ diſp. 38. n. 26. p. 413.
An Chriſtus in Euchariſtia naturaliter poſſit actiones humanas. diſp. 4. an. 1. p. 57.

Actus.

Actus Chriſti inſtituentis ſacramentum eſt meritorius atque condignus omnis effectus, quem ſacramentum cauſat. diſp. 3. n. 126. p. 50.
In tali actu vis ſignificatiua, & productiua gratiæ non eſt duplex formaliter. ibi. n. 127. p. 50.

Actus

Digitized by Google

Actus Chriſti creatus non eſt ſacramenti forma niſi Deificatus.diſp.16.n.45. p.161

Adultus.

Adulti in lege naturali profitebantur fidem Chriſti venturi.diſp.14.n.79. p.137

Adultus inſcius Chriſtianæ religionis ſi prius fuit contritus vel attritus, & poſtea incidat in amentiam,an poſſit baptizari valide, & licite diſp.3.n.69.&.70. p.43

Iuſtus Adultus caſu percipiens Euchariſtiam, non auget gratiam.ibi.n.86. p.45

Adultis eſt obligatio credere explicite tria ſacramentorum.diſp.30.n.49. p.329

Adultus qui numquam petiuit Ordinem inualide ordinaretur diſp.48.n. 11. p.504

Ex præcepto requiritur vſus rationis in ordinando.ibi.n.13. p.504

Ætas.

Requiritur ex præcepto vſus rationis in Ordinando.diſp.48.n.13. p.504

Nulla ætas determinata requiritur ad valorem Baptiſmi,Confirmationis & Ordinis. diſp.48. n. 5. p. 503

Adultus,qui numquam petiuit neque voluit implicite ſaltem aliquod ex his ſacramentis, inualide ipſum recipiet.ibi.n. 11. p.501

Ætatem requiſitam ad ſingulos Ordines præſcribit Trident.ibi.n.13. p.501

Ad Epiſcopatum de iure neceſſaria eſt ætas 30. annorum.ibi. p.501

Qui ante legitimam ætatem ordinatur,non contrahit cenſuram ex eo quod miniſtret in eadem. Miſſa ordinationis. diſp.48.n. 14. p. 502

Albigenſes.

Albigenſes Hæretici habuerunt turpiſſimum Errorem.diſp.2.n.101.p.32. vide *Hæretici.*

Ambroſius.

S.Ambroſij teſtimonium egregium de operatione ſacramentorum declaratur diſp. 10.n. 19. p.99.

Eiuſdem de pedum ablutione ſenſus exquiritur. diſp.19.à n.41. p.227

Si Ambroſius ſacramentum in Lotione pedum poſuit,ab Auguſtino fuit correctus. ibi.n.49. p.228.

Approbauit conſuetudinem geſtandi Euchariſtiam in pectore.diſp.41.n.74. p.454

Amens.

Amentes quorum ſacramentorum ſint capaces. diſp.18.à n. 69.ad.73.p.217.vide *infans.*

Amylon.

Quidam cenſent,Amylon fieri ex tritico ſubſtantialiter corrupto.diſp.27.n.16. p.294.

Si fiat ex tritico ſolum madefacto;panis ex Amylo factus verus eſt.ibi.n.17. p. 294

Qualis ſit mos in Sardinia conficiendi hoſtias ex amylo.ibi.

Angelus.

Angelus de lege extraordinaria poteſt eſſe miniſter ſacramentorum.diſp.17.n.2. p. 166

Angelis non eſt demandata Euangelij prædicatio externa.ibi.n.14. p. 168

An fuerit facta aliquando Ordinatio ſacra per Angelum.ibi.n.16. p.169

Aliqui docent, Angelum poſſe ſanctificari ex opere operato per ſignum ſenſibile. diſp. 18. n.8. p.209

Nullus Angelus viribus naturæ poteſt attingere animam Chriſti in Euchariſtia diſp.23.n.8. p.264

Neque abſentiam ſubſtantiæ panis.ibi.num. 16. p.266

Angeli accedunt ante conſecrationem Euchariſtiæ.diſp.30 n.23. p.325

Et deſiderant aſpicere Chriſtum, ibi exiſtentem.ibi.

Angelus non fit præſens loco formaliter per modum intrinſecum. diſp. 31. n. 19. p.339

Anima.

Animæ ornatus quidam à Thomiſtis conſtictus exploditur.diſp.5.n.14. p.63

Anima rationalis Chriſti in Euchariſtia non videtur ab Angelo naturaliter.diſp.23. num. 8. p.264.

Annihilatio.

An ſubſtantia panis in Euchariſtia proprie annihiletur.diſp.35.a. n. 80. p.380

Aqua.

Aquæ ſolius vſus in Myſterio Miſſæ apud quoſdam hæreticos fuit diſp.28.n.1. p.298

Aquam admiſceri vino conſecrando nec ſacramento eſt contrarium, nec neceſſarium. ibi. num.13. p. 302

Aquæ miſtionem non quaſi neceſſariam ad valorem, ſed ex præcepto eſſe, docet Eccleſia. ibi.n. 25. p. 302

Quod præceptum non eſt diuinum, ſed Eccleſiaſticum.ibi n.30.& 32. p.303.304

Huius dicti ſolida probatio non tam ex conciliis, quam ex ratione petenda. ibi. num. 33. p. 304.

Talis iubetur admiſceri, qualis neceſſaria ad Baptiſmi valorem,excepto tamen vitæ Sacerdotis diſcrimine.ibi.n.40.& 41. p. 305

Debet miſceri modica quantitate reſpectu vini. ibi n.43. p.305

Non tamen ſcrupuloſe numerari debent guttulæ.ibi.

Vnde mos bibendi aquam calidam ortus ibi.

Aqua quæ vino conſecrando infunditur immediate in Chriſti ſanguinem conuertitur. ibi. à n.47. p.306

Probatur hoc ex cap.*cum Marthæ* de celebratione Miſſarum ibi à n.62. p 309

Mixta prius non conuertitur in vinum, neque manet aqua poſt conſecrationem. ibi. n. 73. p.311.

Commendatur vera ſententia deſtructione oppoſitionum ibi.n.83. p.313

Vinum vitis eſt potus vſualis hominum ſiue habeat admixtam aquam ſiue non. ibi. num.88. p.314.

Trident.non negat aquam vino mixtam conuerti in ſanguinem Chriſti ibi.n.90. p.314

Species aquæ ſeparatæ à vini conſecrati ſpeciebus non continent Chriſtum ibi.num.92. p.314.

Attritio.

An attritio conſtituat vt intrinſeca materia vel ſolum vt extrinſeca ſacramenti diſp.3. n. 21. p.37.

Attritio eſt intentio virtualis ſuſcipiendi ſacramentum neceſſarium ad ſalutem.ibi. num.62. p. 42.

Inſcius Chriſtianæ religionis,ſi in amentiam incidat,& prius fuerit attritus, baptizari ne poteſt?ibi.n.69.& 70. p.43

Auguſtinus.

S. Auguſtinus quo ſenſu dixerit, vetera ſacramentalia fuiſſe promiſſiua, Redemptoris, & ſalutis.diſp.1.à n.29. p.6.

Idem docet in lege naturali aliquod ſacramentum fuiſſe.ibi.n.59. p. 11.

Remedium Paruulorum in lege naturali confertur circunciſione,& Baptiſmo.diſp.2.n.68. pag.28.

Probat,

Digitized by Google

Probat, in Chriſtianiſmo neceſſaria eſſe ſacramenta diſp.2.n.112. p.33
Illud eius dictum explicatur: *Non quia dicitur ſed quia creditur.* diſp.3.n.56. p.41
Non fauet hæreticis, ſed eos redarguit.ibi.n.57. ibid.
Neceſſarium omnino eſſe Baptiſmum in re ipſa ſuſceptum Paruulis ad ſalutem, docet cum aliis PP.diſp.12.n.6. p.117
Eius dictum præclarum ab Hæreticis obſcuratum. diſp.10.n.21. p.99
Alicubi docens Circunciſionem liberauiſſe à peccato, modeſte deſeritur. diſp.14. num.68. p.135
Pro noſtra ſententia plura tulit teſtimonia. ibi. n.69. p.69
Probat quod intendit, ſed non intendit ſacramentum inſtitutum à pura Creatura.diſp.16. n.79. p.165
Loquitur modeſtiſſime de ſua probabili ſententia diſp.18.n.35. p.212
Item, modeſtiſſimus eſt in ferendo iudicio. diſput.14.n.70. p.136
Præclaris verbis docet, Miniſtrum ſacramenti ſuſtinere Chriſti perſonam & debere agere ſerio diſp.17.à n.34. p.171
Aſſerit, ſacramenta omnia prodeſſe bene recipientibus, & obeſſe Miniſtris indigne illa tractantibus, ibid.n.127. p.202
Lotionem pedum non eſſe ſacramentum, aſſerit & probat, diſp.19.à n.29.& 30. p.225
Vocat ſacrificium Chriſtianorum rem ipſam ſacrificatam. diſp.22.n.36. p.261
Illi aliquot ſermones falsò adſcripti. diſput. 30. n.53. & 54. p.329
Confirmat Ordines minores eſſe ſacramenta & non poſſe reuocari diſp.46.n.41. p.496
Aſſerit debere materiam ſacramenti habere aliquam proportionem cum effectu, quem ſignificat & cauſat.diſp.24.n.10. p.274

Ariſtoteles.

Eius axioma Logicum declaratur. diſp.23.n. 44. p.272
Idem 6. Topicorum cap.6. fauet ſententiæ Auctoris.diſp.28.n.63. p.309
Idem lib.2. de generatione cap.5. laudatus. ibi. n.74. p.311

Articulus fidei.

Veritas Euchariſtiæ eſt fidei articulus ſpecialis, & in ſymbolo expreſſus. diſput.30. num. 29. p.326.
Articulus fidei valet ſumi quadrupliciter. ibid.
Pſeudo-Auguſtinus quidam ex duobus Articulis Fidei conficit vnum.ibi.n.54. p.329
In quo Articulo ſymboli contineatur Bonorum operum Communicatio.ibi.n.51. ibid.
An debeat, vel poſſit communicare in Articulo mortis, qui extra illum eodem die communicauit ex præcepto, vel deuotione. diſp.44. n.94. p.476
De obligatione recipiendi Viaticum in Articulo mortis.ibi.n.87. p.474
Vide. *Præceptum.*

B.

Baptiſmus.

PRodeſt Paruulis, cum datur. diſput.3. n. 54 p.41.
Per ſe dat primam gratiam, per accidens ſecundam. diſp.11.à n.4. p.110
Sententia propria Caietani, quando Baptiſmus non poteſt re ipſa tribui Paruulo diſput. 12. n.3. p.117
Baptiſmum eſſe in re ipſa neceſſarium infantibus, docent Auguſtinus & alij DD. diſp. 13. n.6. p.117
Baptiſmus ficte ſuſceptus, recedente fictione, confert gratiam. diſp.13.n.12. p. 125
Ad Baptiſmi valorem non ſufficit in Adulto, qui baptizatur, quod ipſe non repugnet.diſp.18. à n.42. p.213
Baptizari ne poteſt homo attritus inſcius Chriſtianæ Religionis, ſi incidat in phreneſim? diſp.18.n.69. p. 217
Baptiſmo ſufficit intentio in ſubiecto habitualis. ibi. n.71. p. 218
An Baptiſmus ſit omni alio ſacramento intrinſecus? diſp.19.n.8. p.222
Baptiſmus dignitate ſequitur Ordinem; Baptiſmum Pœnitentia; Pœnitentiam Confirmatio; Confirmationem Extrema-Vnctio; & hanc Matrimonium diſp. 20. à n.30. p. 234
Baptiſmus & Pœnitentia per ſe conferunt ſubiectis maiorem gratiam, in ratione beneficij, ibi.n.36. p.235
Baptiſmus per Antonomaſiam tùm Illuminatio, tum Regeneratio dicitur diſput. 30. num. 47. p.328
Athanaſij Pueri alios baptizantis factum, & S. Gineſij Baptiſma in ſcena datum ſerio. diſput. 17.n.39.& 40. p.171.172

Baſilius.

S. Baſilius ſolam actionem repræſentandi mortem peccati tribuit aquæ.diſp.10. n.13. p.98
Approbat fractionem fieri in Miſſa. diſput. 22. n.12. p.256
Cum Euchariſtia ſepeliri ſe iuſſit. diſp.41. n.72. p. 453
Quod factum alij fuerunt imitati, vſque ad abuſum, qui ſublatus fuit per VI. Synodum generalem. ibid.

Bernardus.

S. Bernardus, extra rem ab aduerſariis adductus, diſp.10.à n.23. p.99

Balſamum.

Balſamum conſecrandum ab Epiſcopo vt ſit materia Confirmationis. diſp.17.n.133. p. 203
Benedicere Balſamum ad confirmandum; & Oleum infirmorum ad Extreme vngendum in peccato mortali non eſt mortale. ibi. n.134. p.203
Chriſma quæ materia eſt Confirmationis conficitur ex Balſamo mixto cum oleo.diſp.3.n.41. p. 39

Beatitudo, & Beatus.

An Beatus miniſtrare poſſit ſacramenta. diſp.17. n.21. p.169
Euchariſtia eſt ſignum beatitudinis perfectæ & cauſat illam.diſp.41.n.50. p. 448

Benedictio.

Chriſtus qualem benedictionem præmiſerit verbis Conſecrationis. diſp.39.n.11 p. 419
Benedictio, Gratiarum actio, & Panis fractio explicantur ſingillatim ibi.n.10. p 420
Benedictionis menſæ vſus antiquiſſimus. ibi. n.11. ibid.
Confirmatur ex ſcripturis. ibi. num.13. p.421
Quando & quoties Chriſtus benedixerit menſæ,ibi.n.15. p.422
Euchariſtia vocatur Benedictio ibi. num. 16. ibid.

Cali

C.

Calix.

Calix & reliqua arteſacta dicunt in recto ſolum materiam.diſp.4.n.17. p.59
Calicis conſecratio quibus verbis perficiatur, diſp.39.54. p.428
Cur Chriſtus iuſſit,omnes Apoſtolos bibere ex vno Calice.ibi.n.20. p. 422
Calix,in quo Chriſtus conſecrauit exiguæ cupæ eſt,& ſeruatur hodiè Valentiæ.ibi.n.21.p.423

Character.

Character certiſſime *eſt res & ſacramentum ſimul* diſp.5.n.15. p. 62
An ſit caracter gratiæ ſignum naturale.ibi.n.22. p.63.
Characteris ratio,& deriuatio.diſp. 15. num. 1. p.238.
Caracterem ſacræ literæ continent. ibi. num. 3. p.139
Tempore Magiſtri ſententiarum quæſtiones de Charactere vertebantur in ſcholis. ibi. n. 21. p.141
Character non fuit definitus ab Innocentio.III. ſed à Conciliis poſtea Florentino , & Trid. ibi.n.26.& 27. p. 141
Imprimi per tria tantum ſacramenta fide conſtat. ibi.n.31. p.142
Quænam ſit ratio conſtituendi triplicem characterem. ibi.n.33. p.143
Eſt ille phyſicè inhærens.ibi.n.45. p.144
Concilia præcipuè decernunt characterem impreſſum.ibi.n.43.&.47. p.144. 145
Diabolus ſuis aſſeclis dat Characterem.ibi.n.48. p.145.
Opiniones variæ de eſſentia Characteris. ibi. n.54. p.146.
Quid ſignificet quilibet Characterum.ibi.n.59. & 75. p.146.148
In qua ſpecie qualitatis ſit character. ibi. n. 64. p.147.
Sit ne intenſus,& æqualiter in omnibus. ibi. n. 62.& 63. p.147
Eſt ſignum naturale.ibi.n.69. p.150
Quid ſi dicatur eſſe ſpecies impreſſa in intellectu.ibi.n.98. p.151
A ſolo Deo producitur phyſicè.ibid.n.17.p.140
Recipitur in anima.ibi.n. 112. p.153
Eius effectus recenſentur.ibi.n.108. p.152
Duplex eſt Character partialis in Presbyteratu. diſp.50.n.2.
Quilibet character eſt qualitas phyſice inhærens animæ vel intellectui.ibi.n.5.
Character Ordinis ſignat Chriſtum vt ſacerdotem ſummum, & ſacramentum tale receptum eſſe à ſubiecto.ibi.

Catechiſmus.

Catechiſmus Romanus explicatur rectiſſime. diſp.24.n.24. p.277
Catechiſmi auctores in definitione ſacramenti ſpeculatiue non approbantur. diſp. 1. n. 94. p.17.

Cauſa.

Vt cauſa vniuoce dicatur de aliquibus,non ſufficit vtrumque cauſare phyſice , vel vtrumque moraliter ſuum effectum. diſp.1. num. 78. pag.55.
Sacramenta non cauſant phyſicè gratiam.diſp. 10.n.1. p.96
Cauſant gratiam dum phyſicè non exiſtunt, ibi. num.28. p.100
Cauſant gratiam licet non eam phyſicè efficiant. ibid.n.79.p.109. Vide *Sacramentum.*
A cauſa naturali non poteſt aliquid phyſicum pati ſubſtantia Chriſti poſita ſub ſpeciebus. diſp.40.n.6. p.431

Chriſtus.

Non commiſit Eccleſiæ determinationem materiæ ſacramentalis vniuerſim. diſp. 3. n.47. p.40.
Non quælibet ſimilitudo Chriſti cum Belial eſt conuentio cum ipſo.diſp.3.n.70. p.43
Chriſtus eleuat locutionem humanam propriam & integram addendo ipſi aliam ſignificationem ſupernam.ibi.n.77. p.44
Eleuat coniunctum moraliter ex verbis & rebus. ibi.n 80. p. 44
Inſtituit ſacramenta quatenus homo per voluntatem creatam diſp.16.n. 24. p.158
Non inſtituit ſacramenta noua per voluntatem increatam.ibi.n.26. p.158
In Euchariſtia non habet vim naturaliter agendi actus proprios ſenſuum externorum vel internorum.diſp.23.n.9. p. 264
Ipſum poſt reſurrectionem ſuam ſumpſiſſe vinum conſecratum , ſignificant ipſius verba. diſp.28 n.9. p.299
Ipſius exiſtentia in Euchariſtia vera & realis plus commendata in ſcripturis, quam ipſius diuinitas.diſp.30.à n.2. p.322
Qui eſt ſacerdos in æternum,iuxta ordinem Melchiſedec , iuramento Patris ſtabilitus. ibid. num.106. p.325
Valet fieri præſens ſub accidentibus actione ſui productiua quadruplici. diſp. 31. num. 43. p.339.
Chriſtus totus conſtituitur in vno inſtanti ſub ſpecie panis,& in altero ſub ſpecie vini. diſp. 32.n.17. p.345
Producitur actione ipſum vniente cum ſpeciebus.diſp.34.n.15. p.357.
Quas ſubeat denominationes ex ſpeciebus coniunctis.ibi.n 30. p.359
Non frangitur nec caleſit , ſicut dicitur propriè videri,manducari,&c.ibi n.35. p. 360
Cur deſinat eſſe,vbi accidentia illa pereunt ? ibi. n.35.ibid.
Quas mutationes habeat deſinens eſſe ſub ſpeciebus.diſp.40.n.14. p.433
An deſinens ſub ſpeciebus conuertatur in ſubſtantiam quæ ibi gignitur.ibi.n.19. p.434
Habet in Euchariſtia ſuam phyſicam quantitatem.diſp.35.n.71.p.377. vide *Euchariſtia ; & Corpus Chriſti.*
Recte dicitur,ex inſpiratione Spiritus ſancti ſeipſum occidiſſe,ſicut obtuliſſe. diſp. 21.n. 38. pag.251

Circuncíſio.

Circuncíſio in lege veteri fuit propriè ſacramentum.diſp.2.n.81. p.29
Non erat ſignum ſuæ ſanctitatis legalis diſp. 1. num.15. p.5
Supponebat gratiam Baptiſmi vt futuram,ideoque non cauſat ipſam , nunc in Fidelibus. ibi.n.32. p.7
Non cauſabat gratiam internam ſubiectis ex opere operato.diſp.14.à n. 1. p.127.

Cyprianus.

S. Cypriani inſigne teſtimonium , quod ſacramenta non cauſant phyſicè gratiam diſp. 10. n.17. p. 98
Idem videtur inclinare verbis in errorem vt à con

Digitized by Google

à contrario dimoueat Hæreticos diſput. 28. n. 28. p. 303
Eiuſdem præclara verba de Primatu S. Petri; & quis primus fuerit ordinatus Epiſcopus. diſput. 46. n. 53. p. 498

Coëxiſtentia.

Sacramentum dum cauſat neceſſario coëxiſtit cum effectu. diſp. 12. n. 10. p. 119
Thomiſtica ſententia imperceptibilis, ibi. n. 11. p. 120
Diſpoſitio ſiue phyſica ſiue moralis non agit dū non exiſtit ſimul cum effectu. ibi. n. 24. ibid.
Res duæ ſe intrinſecè non recipientes, ſi requiruntur eſſentialiter ad vnam, debent coëxiſtere vt iſtam conſtituant. diſp. 19. n. 7. p. 222
Quomodo omnes partes Dominici Corporis ſimul exiſtant in eodem puncto loci. diſp. 42. num. 15. p. 457

Cognitio.

Cognitio naturalis non attingit Chriſtum, aut aliquam eius affectionem in Euchariſtia. diſp. 23. à n. 1. p. 262
Cognitio repræſentans corpus Chriſti inextenſum diuerſa eſt eſſentialiter à repræſentante ipſum extenſum, ibi. n. 5. & 6. p. 263. 264
Nequit cognitione euidenti attingi vt falſum, quod in ſe eſt verum. ibi. n. 38. p. 271
Non poteſt Euchariſtia naturaliter ſciri vt poſſibilis, adhuc reuelatione poſita. ibi. num. 41. & 42. ibid.
Videtur affirmaſſe contrarium Raimundus Lullius. ibid.
Species impreſſa naturalis ſolum valet ad cognitionem rei naturalis cum modo ipſius naturaliter exiſtendi, ibi. n. 2. p. 262
Colores Chriſti in Euchariſtia non habent vim naturaliter agendi ſpeciem ad cognitionem ſui. ibi. n. 9. p. 264

Communicatio, & Communio.

Sanctorum Communionem eſſe ſpecialem articulum Euchariſtiæ & expreſſum in ſymbolo diſput. 30. à n. 29. p. 326
Euchariſtia dicta eſt *Communio* latinè & Græcè, per antonomaſiam. ibi. n. 77. p. 330
Chriſtiani ab Ethnicis accuſati, quod veſcerentur in communione carnibus humanis. ibi. n. 46. p. 328
Communicatio fidelium omnium in Orationibus & ſatisfactionibus non ſignificatur verbis illis; *Credo SS. Comunionem.* ibi n. 51. p. 329

Compoſitio.

In ſacramentis reperitur duplex compoſitio ex Materia & Forma. diſp. 3. à n. 71. p. 43

Concomitantia.

Diſtinctio illa: *Ex vi verborum*, vel *per concomitantiam* neceſſaria eſt & definita ab Eccleſia diſp. 36. à n. 1. p. 386
Quid ſit poni in Euchariſtia per concomitantiam. ibi. n. 15. p. 389
Vide, *Diſtinctio.*
Sunt per concomitantiam ſanguis ſub ſpecie panis; & Corpus ſub ſpecie vini; & anima ſub vtraque. diſp. 36. n. 61. p. 400
Et omnia Chriſti accidentia independentia à loco. ibi. p. 400
Nullus antiquorum dixit Deum, & vnionem hypoſtaticam eſſe in Euchariſtia per concomitantiam; ibi. n. 14. ſunt &c. p. 389

Concilium.

Concilia non exigunt phyſicum influxum ſacramentorum in gratiam. diſp. 10. n. 25. p. 100
Florentinum docet, antiqua ſacramenta non cauſare gratiam ſed ſolum figurare. diſput. 14. numero 5. p. 127
Concilium habet aſſiſtentiam Spiritus ſancti in quæſtionibus fidei decidendis; ſed non in procemiis, aut probationibus quas affert. diſp. 14. n. 75. p. 136
Florentinum & Trident. præcipue decernunt, dari Characterem impreſſum. diſp. 15. num. 43. & 47. p. 144. 145
Eadem docent requiri intentionem ſeriam in miniſtro ſacramenti. diſp. 17. n. 28. p. 170
In Conciliorum Actis attendendum eſt quænam quæſtio decernēda proponatur, vt huius deciſio ſpectare dicatur ad fidem. d. 18. n. 53. p. 215
Concilij Elberini locus emendatus defenditur. diſp. 19. n. 31. p. 226
Trident. nullam habuit occaſionem definiendi gratiam inæqualem dari ſubiectis inæqualiter diſpoſitis per ſacramenta eiuſdem ſpeciei. diſput. 20. n. 61. p. 238
Idem adſtruit Euchariſtiam præſtare cæteris ſacramentis. ibi. n. 13. p. 232
Aliter differt de iuſtificatione, ac de diſpoſitionibus ad ipſam. ibi. n. 62. p. 238
Eius verborum quædam expoſitio aliena. ibi. n. 64. p. 238
Alia declaratio propria ibi. n. 68. p. 239
Florentinum differentiam maximè propriam Euchariſtiæ declarat diſp. 24. n. 7. p. 274
Definit in Azymo vel fermentato triticeo veraciter conſecrari. diſp. 27. n. 17. p. 296
Sunt per concomitantiam ſub qualibet ſpecie conſecrata Verbum diuinum, & vnio hypoſtatica. diſp. 37. n. 25. p. 405
Carthaginenſe III. & alia quæ agunt de mixtione aquæ cum vino in Sacrificio, explicantur. diſp. 28. à n. 36. p. 305
Concilia non ſemper definiunt res fidei cum Anathematiſmis. diſp. 33. n. 6. p. 348
Moguntinum, & Baſilienſe proferuntur & explicantur. diſp. 31. n. 15. & 26. p. 335
Concilia quandoque docent valde diſtincta, ſed non oppoſita. diſp. 47. n. 7. p. 500
Teſtimonia varia Nicolai. Papæ in epiſt ad conſulta Bulgarorum ex Tom. 3 Concil. Diſp. 17. n. 109. p. 199
Verba Eugen. IV. apud Florentin. ſeſſ. 25. in inſtructione Armenor. §. *Quinto Eccleſiaſticorum*, penſantur, & propugnantur diſput. 18. n. 54. p. 215

Concretum.

Concretum accidentale importat in recto ſolum ſubiectum diſp. 4. n. 6. p. 57
Concretū accidentale in aliud quodcumq; eiuſdē generis poteſt conuerti. d. 35. n. 102. p. 385

Conditio.

Conditiones de præterito, præſenti, & futuro, & aliæ quatuor ex illis. diſp. 17. n. 69. p. 177
Conditionata voluntas de præterito, præſenti, vel de vtroque ſimul, ſufficit ad valorem ſacramenti, licet conditionis purificatio nequeat humanitus deprehendi. ibi. n. 70. p. 178
Conditio eſt vitanda quoad fieri, poſſit. ibi. p. ibid.
In quibus caſibus prudēter adhibeatur. ibi. p. 178

Confeſſarius & Confeſſio.

Quomodo requiratur Confeſſio ſacramentalis ante Euchariſtiam. d. 42. n. 7. 456
Quando cenſeatur abeſſe copia Confeſſarij. ibi. n. 10. ibid.
Si Moribundo deeſt ſacerdos, adeſt vero Diaconus, & de aliis euentibus, an ſit facienda Confeſſio. ibid.
Cōfeſſarius poteſt ob iuſtā cauſam præcipere alicui, vt abſtineat à Cōmunione. d. 43. n. 2. p. 457

Confeſſarius debet abſoluere moribundum, ſenſibus deſtitutum, vel in phreneſim verſum, ſi dent teſtimonium qui eum audierunt petere abſolutionem. diſp. 18 n. 72. p. 218

Confirmatio.

Confirmationis ſacram. quanti æſtimandum probatur exemplo ſingularis ſolicitudinis. diſput. 11. n. 50. p. 116

Nunquam dat primam gratiam. ibi. n. 15. p. 112

Eius materia conficitur ex Balſamo mixto cum oleo. diſp. 3. n. 41. p. 39

Chriſma conſecrandum ab Epiſcopo vt ſit materia Confirmationis. diſp. 17. n. 1. p. 205

Confirmatio recepta cum obice gratiæ non reuiuiſcit poſtea. diſp. 13. n. 11. p. 125

Congruum.

Congruentia ſeptenarij numeri ſacramentorum mutuata ex S. Thoma diſp. 19. n. 6. p. 212

Alia congruitas profertur. ibi. n. 18. p. 224

Congrua ſuſtentatio & ſtabilis eſt requiſita, vt quis ordinetur in maioribus. diſput. 48 n. 18.

Quænam ſit ſufficiens, vel congrua cenſenda. ibi. n. 19. p. 505

Contritio.

Contritio eſt intentio virtualis ſuſcipiendi ſacram. neceſſarium ad ſalutem. diſp. 18. n 62. p. 216

Si quis habeat contritionem quamuis ignarus Chriſtianæ Religionis, & poſtea incidat in amentiam, abſque nouo peccato mortali, baptizari poteſt. ibi. n. 69. p. 217

Conuerſio.

Ad conuerſionem requiſita. diſp. 35. n. 1. p. 361

Specialiter arguitur contra Lugum in hoc puncto. ibi. n. 5. ibid.

Debet res deſinere ſecundum exiſtentiam, vt vere conuertatur in aliam. ibi n. 9. p. 362

Conuerſio ſubſtantialis non datur ſine productione phyſica ſubſtantiæ. ibi. n. 16. p. 364

Hoc firmatur ex accidentali conuerſione. ibi. n. 18. ibid.

An Chriſtus ſub ſpeciebus deſinens conuertatur in rem quæ gignitur ibidem. diſp. 40. num. 15. p. 433

Aliquæ rationes friuolæ negantium. ibi. n. 20. p. 434

Facilis negationis ſemita aperitur. ibi. num. 24. p. 436

Qualis conuerſio hominis in Deum aſſerta fuerit ab Eutyche. diſp. 35. n. 20. p. 365

Oppoſitio requiſita inter terminos conuerſionis; vtrum phyſica, vel moralis. ibi. à n. 21. ibid.

Quodnam ens poſſit conuerti in aliud. diſp. 35. n. 97. p. 384

Cœlum in terram conuerti poſſet, tum phyſice; tum moraliter ibi. n. 99. p. 384

Quomodo PP. ſumebant conuerſionis nomen dum arguebant Eutychem ibi. n. 98. p. 384

Corpus in Spiritum poſſet conuerti, & è contra; morali, ſed non phyſica tranſſubſtantiatione. ibi. n. 100. & 101. p. 385

Concretum accidentale in aliud quodcumque eiuſdem generis. Item ſubſtantia concreta totalis in accidens conuerti poteſt, & è contrà. ibi. n. 102. p. 385

Corpus Chriſti.

Quomodo poſſit corpus intrare locum alterius ibi præſentis. diſput. 32. n 2. p. 341

Vide. *Penetratio.*

Corpus, atque adeo continuum quodlibet, conſtat phyſice ſolis punctis indiuiſis eſſentialiter. diſp. 32. n. 16. p. 347

Idem dicitur diſp. 33. à n. 20. p. 351

Quidnam includat corpus Chriſti quod ponitur ex vi verborum ſub ſpecie panis. diſput. 36. n. 15. p. 389

Non includit formam materialem Eterogeneam. ibi. n. 17. p. 389

Non dicit in recto vel in obliquo organizationem præciſam à ſubſtantiali, & accidentali. ibi. n. 29. p. 393

Corpus in verbis Chriſti tale dicitur, quale intelligitur in communi ſermone. ibi. num. 31. p. 393

Chriſti corpus in conſecratione dicitur hæc materia prima cum forma ſubſtantiali Chriſti abſtracta à rationali & cadauerica. ibi. n. 34. p. 394

Corpus in formula Conſecrationis intelligitur ſubſiſtens, & includit verbi ſubſiſtentiam diſput. 37. n. 14. p. 404

Culpa.

Quænam culpa ſit facere mutationem materiæ in ſacramento. diſp. 6. à n. 81. p. 78

Culpa mutationis dubiæ & probabilis. ibi. n. 94. p. 80

Vide *Mutatio.*

Chryſoſtomus.

S. Chryſoſtomi præclarum teſtimonium profertur. diſp. 10. n. 16. p. 98

Vide. *PP. Eccleſiæ.*

D

Denominatio.

Denominatio externa negatiua, & ſecundaria conſequens poſitionem formæ exigentis illam datur de nouo in tempore, vel inſtanti, in quo de nouo nulla ponitur actio in re ipſa. diſp. 31. n. 42. p. 339

Vide *Præſentia* & *Duratio.*

Quas denominationes ſubeat Chriſtus in ſacramento ex ſpeciebus adiunctis. diſp. 34. n. 30. & 35. p. 359. 360.

Definitio.

Exacta definitio ſacramenti in communi. diſp. 1. n. 74. p. 14

Definitio ſacrificij perfecta traditur. diſput. 21. n. 47. p. 253

Definitio item Euchariſtiæ. diſp. 24. num. 1. & 7. p. 273. 274

Quid ſit Euchariſtia phyſicè conſiderata. ibi. n. 11. p. 275

Propria definitio ordinis. diſp. 46. n. 4. p. 490

Deſitio & Deſtructio.

Deſtructio rei ad ſignificandum dominium Dei ſupremum, & vniuerſale non eſt propterea ſolùm ſacrificium. diſp. 21. n. 10. p. 248

Deſtructio aliqua rei oblatæ eſt neceſſaria ad ſacrificium. ibi. n. 25. p. 249

Quæ debet eſſe ſubſtantialis, & phyſica. ibi. numer. 31. p. 250

Talis fuit in ſacrificio Melchiſedech, & aliis. ibi. n. 37. p. 251

Non ſemper actio deſtructiua phyſicè fit à ſacrificio. ibi. n. 38. ibid.

Deſitio Chriſti ſub ſpeciebus & generatio alterius ſubſtantiæ in eodem ſpatio & ſub illis accidentibus, non fiunt ſimul in vnico inſtanti, ſed in pluribus. diſp. 40. n. 25. p. 436

Determinatio.

Non eſt facta æqualis determinatio materiæ ſacramentalis à Chriſto pro omnibus ſacramentis. diſp. 3. n. 43. p. 39

Determinatio omnium materiarum potuit Chriſtus Eccleſiæ committere. ibi. n. 47. p. 40

Aliquæ

Digitized by Google

Aliqua determinatio materiæ Ordinationis relicta fuit Eccleſiæ. diſp. 47. n. 1. p. 499
Determinatio materiæ vaga non ſufficit, vt ſacramentum perficiatur à Miniſtro. diſput. 29. n. 37. p. 320

Deuotio.

Qualis requiratur ad recipiendam Euchariſtiam cum fructu. diſp. 42. à n. 1. p. 455
Non requiritur actualis ad recipiendum augmentum gratiæ ibi. n. 6. p. 455

Deus & Diuinitas.

Deus inſtitutor eſt ſacramentorum. diſput. 1. n. 74. p. 14
Deus ſolus eſt cauſa phyſica efficiens characteris. diſp. 11. n. 107.
Diuinitas exiſtit in Euchariſtia propter Vnionem hypoſtaticam diſp. 37. n. 9. p. 403
Qui modus & titulus exiſtendi non eſt *ex vi verborum*; neque *concomitantiæ*. ibi num. 32. p. 409
Diuina ſubſiſtentia cum natura Corporis conſtituit cibum; & cum natura ſanguinis conſtituit potum ſub ſpeciebus diuerſis. ibi. n. 13. p. 404
Deus Pater, & Spiritus ſanctus, ſpeciali modo ſunt in Euchariſtia ibi. n. 31. p. 408

Diaconus & Diaconiſſa.

Diaconus poteſt diſpenſare Euchariſtiam iuſſus à ſacerdote diſp. 45. n. 33. p. 484
Si non adeſt ſacerdos moribundo, miniſtret Euchariſtiam Diaconus. ibi. n. 34. ibid.
Diaconi eſt cantare Euangelium in Miſſa ſolemni, ſed hoc non habet ex iure diuino. ibi. n. 26. p. 483
Diaconatus & alij ordines inferiores inſtituti ſunt nocte Cœnæ. ibi. n. 49. p. 489
Diaconiſſarum munus decentiſſimum in Eccleſia. diſp. 46. n. 16.
Diaconiſſæ olim vocatæ ſunt vxores Ordinatorum. diſp. 38. n. 4. p. 410

Diabolus.

Suis aſſeclis dat proprium Caracterem. diſp. 15. n. 48. p. 145
Quando Chriſtus eiiciebat dæmonia agebat, vel adumbrabat exorciſtam. diſp. 46. n. 57. p. 497
Diabolus Eccleſiæ ritus imitatur, vt ſimius. diſput. 3. n. 61. p. 42

Differentia & Diſcrimen.

Diſcrimen eſt inter culpas Embryonis oppreſſi, & ſacramenti dimidiati. diſp. 6. n. 87. p. 78
Diſcrimen inter matrimonium, & alia ſacramenta, circa intentionem miniſtrantis ad perſonam, quæ creditur adeſſe. diſp 17. n. 85. p. 188
Diſcrimen eſt magnum inter præceptum Euchariſtiæ, & præceptum Confeſſionis ſemel in anno. diſp. 44. n. 86. p. 474

Diſpoſitio.

Non agit, dùm non exiſtit. diſp. 12. n. 24. p. 120
Inæqualiter diſpoſitos inæqualiter ſanctificari per ſacramenta, certum eſt. diſp. 20. num. 70. p. 239
Hoc, probatur eximio S. Damaſceni teſtimonio, & ex S. Thoma & alijs. ibi. à n. 11. ibid.
Ratione etiam, quia ſacramentum agit inſtar cauſæ naturalis. ibi. n. 74. p. 239
Diſpoſitio ſubiecti non eſt pars intrinſeca ſacramento diſp. 25. n. 54.
Quo ſenſu diſpoſitio ſubiecti ſit menſura gratiæ ſacramentalis. diſp. 20. num. 90. & 91. p. 240. 241
Quæ diſpoſitio externa, & mundities Corporis præquiratur ad Euchariſtiam diſput. 43. num. 1. p. 457
Quantum obliget conſuetudo geſtandi ſtolam quando ſacerdotes communicant extra miſſam. diſp. 43. n. 4. p. 457

Dionyſius.

Sanctus Dionyſius egregie docet conuenientiam ſacramentorum in lege gratiæ. diſput. 2. n. 108. p. 33
Idem ait, ſacramenta vetera fuiſſe multo obſcuriora nouis. ibi n. 112. p. 33
Idem docet, Euchariſtiam eſſe ſignum perfectæ Beatitudinis diſp. 4. n. 52. p. 448
Meminit minorum ordinum. diſp. 46. num. 39. p. 497
Precatur lumen ſibi concedi à ſacramento. Tractat. 2. prologo.
Appellat Euchariſtiam *Communionem*. diſput. 30. n. 38. p. 327
Item tradidit antiquiſſimum ritum dicendi in Miſſa, *Sancta Sanctis*. ibi. n. 43. p. 328

Diſtinctio.

Diſtinctio *ex vi verborum*, vel *per concomitantiam* eſt definita à Tridentino diſp. 36. n. 4. p. 386
Cur ſynodus non ponit expreſſe hanc diſtinctionem in Canonibus. ibi. n. 8. p. 387
Quid proprie ſit poni *ex vi verborum*, & quid, *Per concomitantiam*. ibi. n. 14. & 15. p. 389
Vide. *Concomitantiam*.

Duratio.

Duratio ſucceſſiua cuiuſcunque rei conſtat ſolis inſtantibus. diſp. 23. n. 20. p. 267
Vide. *Tempus*.

E.

Eccleſia.

MAteriam ſacramenti matrimonij non mutauit, cùm clandeſtinum irritarit. diſp. 3. n. 46. p. 40
Eccleſiæ ſacros ritus dæmon vt Simius, imitatur. ibi. n. 61. p. 42
Quid, & quotuplex ſit in ſacramentis velle facere, quod facit Eccleſia. diſput. 17. num. 67. p. 176
Sat eſt velle agere Eccleſiæ miniſtrum, vt fiat ſacramentum. ibi. n 68. p. 177
Eccleſia citra iniuſtitiam priuat laicos communicatione calicis. diſp. 41. n. 31. p. 44

Effectus.

Effectum ſuum confert Euchariſtia, cùm primum ſtomacho continetur. diſp. 41 n. 7. p. 439
Non tamen quandiu in ſtomacho exiſtit. ibi. n. 13. p. 440
Effectus Euchariſtiæ ſit ne conſecutio æternæ beatitudinis. ibi. n 50. p. 446
Sit ne effectus Euchariſtiæ noſtræ & Dominicæ carnis vnitas naturalis. ibi. n. 54. p. 449
Pars affirmans comprobatur authoritate, & ratione multiplici. ibi à n. 54. ibid.
Quomodo ſit Euchariſtiæ effectus glorioſa Corporum Reſurrectio. ibi. n. 70. p. 453
Ad naturalem vnitatem noſtræ & Dominicæ Carnis requiritur actualis perceptio cum diſpoſitione debita. ibi. n. 63. p. 450
Triplex effectus ſacramenti Ordinis præcipuus diſp. 50. n. 1.
Qui ſit effectus Euchariſtiæ præſeruare à culpis mortalibus diſp. 41. n. 40. p. 445

Ephram.

S. Ephrem magno Baſilio Syncronus Euchariſtiam appellat *Communionem* SS. diſp. 30. n. 44. p. 328

Digitized by Google

Ens,& Entitas.

Ens modale nullum eſt ab vnione & productione phyſica.diſp.31.n.5. p.332
Entitas Accidentis non magis petit ex ſe ineſſe huic ſubiecto,quam alteri ſimili. diſput. 38. n.48. p.417

Epiſcopus.

Cur Epiſcopus Nouos ſacerdotes quaſi manu ducit per miſſæ ceremonias,diſp.45 .nu. 26. p.483
Epiſcopi ordinantis alium nouum Epiſcopum id ipſum prꝺſtant ibi. p.483
Diſcrimen videtur inter conſecrationem Euchariſtiæ & conſecrationem Epiſcopi ibi. n.28. p.483
Epiſcopatus intra ſuam eſſentiam claudit ſacerdotium diſp.46.n.15. p.491
Epiſcopalis Caracter non eſt perfectior caractere ſacerdotali ſeorſim ibi. p.491
Epiſcopi ſuccedunt Apoſtolis in dignitate ordinis; aliis diſcipulis 72. ſacerdotes. ibi. n.19. p.491
Epiſcopus non eſt ſuperior ex ſolo iure diuino in iuriſdictione actuali.ibi n.21. p.492
Epiſcopi propria munera.ibi.n.25. p.492
Epiſcopatus inſtitutus & datus fuit à Chriſto poſt reſurrectionem.ibi. n.50. p.497
Solus Petrus ordinatus eſt Epiſcopus immediate à Chriſto.ibi n.54. p. 498
Iudas non fuit ordinatus Epiſcopus,ſed ad ſummum ſemi ſacerdos.ibi.n.56. p.498
Cõſecrationis Epiſcopi materia & forma eſſentialis diſp.47 n.14. p.502
Quis Epiſcopus diſpenſet interſtitia ordinandi. diſp 48.n 17. p 505
Epiſcopus ordinatur die dominico vel feſtiuo quocumque.ibi.n.18. p. 505
Epiſcop.non poteſt ordinari poteſtate ordinaria niſi à tribus aliis.diſputatione 49.numer.15. p.508
Ex commiſſione Papæ valet ordinari ab vno tantum Epiſcopo.ibi.n.8. p.507
Solus Epiſcopus poteſt ordinem presbyteratus conferre.ibi n.10. p.508
Ex Corepiſcopis aliqui ſolum habebant ordinem presbiteratus ; alij etiam ordinem Epiſcopatus.ibi n.9. p. 507
Epiſcopus habet ſacerdotium cum perfectione ſumma & complemento talis ordinis ſiue gradus Hierarchiꝺ ibi n.8. p 507
Epiſcopatus miniſter non poteſt eſſe non Epiſcopus.diſp.49.num.2. p.506
Epiſcopatus & ſacerdotium continent eminenter alios ordines inferiores.diſp.49.num. 16. p.508
Error ſubiecti ſuum habet locum in conſecratione Euchariſtiæ diſputatione 17. num.82. p 185.
Error circa miniſtrum non obſtat valori ſacramenti,excepto matrimonio.diſp.18.num.96. p.221
Erroneus ſenſus hæreticorum circa illa verba, *hoc eſt corpus meum,*refutatur.diſp.30 num.8. p.322

Euchariſtia.

Euchariſtiam aliqui per ignorantiam interpretantur bonam gratiam tractat. 2. prologo. p.243
Euchariſtiæ ſacramentum non conſtat intrinſece verbis. diſputatione 3. numero 34. p 38
Includi verba in Euchariſtia concilia diſſuadent. ibi.n.36. p.39.
Nulla eſt neceſſitas.n.37.& alioq uin verba comederentur,& biberentur.n 35. p.38
Euchariſtia ſacramentorum facile Princeps. diſp.20.n.12. p.231
Euchariſtiam vocat ſanctus Hyerotheus *ſacramentum ſacramentorum*.ibi n.14. p.232
Inter ſacramenta viuorum Euchariſtia plus gratiæ confert i bi nu.41. p.236
Euchariſtiã eſſe ſacramentũ,fuit ſemper compertum apud catholicos.diſputatione 24 nu. 1. p 273
Quid ſit Euchariſtia methaphyſice ſpectata. ibi. à n.6.& 7. p.273.274.
Cur Euchariſtia vocetur *Lac rationabile*.ibi.n.9. p.274.
Euchariſtiæ Phyſicam eſſentiam non intrant verba conſecrationis.ibi.n.12. p.275
Euchariſtia phyſice conſtat ex propria Chriſti ſubſtantia ibi.n.26. p.277
Euchariſtia conſtans ſpeciebus panis &conſtans ſpeciebus vini eſſentialiter differunt, ſuntque duo ſacramenta.diſputatione 25.num.1. p 283
Dici poſſe duo ſpecie ſacramenta ex Tridentino colligitur.ibi.n.7. p.284
Et valida ratione probatur.ibi n 8. p.284
Simpliciter tamen componunt vnum ſacramentum.ibi n.10. p. 285
An & quomodo Euchariſtia ſit vnum aut plura numero ſacramenta.diſputatione 25. nu. 17. p.286
Coniunctio localis plurium ſpecierum impertinens eſt ad ſacramenti vnitatem ibi.num.28. p.288
Vna ſpecies panis & altera vini conſtituunt ſacramentum integrum vnum numero. ibi. n.25. p. 287
Euchariſtia eſt panis,quem Deus ſignauit.diſp. 30.n.3. p.321
Realis præſentia Chriſti in Euchariſtia ex Chriſti verbis Ioannis.6.diſp.30.à n 2. p.321
Item ex verbis Chriſti apud alios tres Euangeliſtas.ibi.n.8. p.322
Item ex Paulo,Petro,& Dauide.ibi.n.16. p.322
Mira conſenſio in hac re inter Apoſtolos & Pſalmiſtam.ibi n.22 & 25. p. 324.325
Euchariſtia vocatur *rationabile lac*,& alimentum ſuauiſſimum.ibi.n.26. p.325
Euchariſtia vocatur *ſanctum*,& *ſancta*.ibi.n. 40. p.327
Cur totus Chriſtus in hoc ſacramento realiter ſit.diſp.33.num.2. p.347
Chriſtus in Euchariſtia habet omnes naturales perfectiones non affixas naturaliter certo loco.diſp.33.n 9. p.349
Sed non figuram ſitualem.ibi.numero 10. p 349
Eſt totus Chriſtus in ſingulis partibus determinatæ magnitudinis.ibi n. 11. p.349
Quantum laborant qui partes proportionales defendunt in continuo phyſico. ibi. n.15 p.350.
Non eſt in partibus proportionalibus , ſed eſt ſimul & ſemel in ſingulis indiuiſibilibus & in ſolis iſtis ſacramentaliter ibi. num. 19. p.351

In

Digitized by

In Euchariſtia manere ſubſiſtentias panis & vini, qui doceant. diſp. 35. n. 48. p. 371
Manere panis, & vini exiſtentias per quas accidentia exiſtant dicunt aliqui Thomiſtæ, ibi. p. 372
Impaſſibilitas Chriſti in Euchariſtia quodam modo maior, quam in cælo; & quodam modo imminuta eſt diſp. 36. n. 62. p. 400
Dotes Agilitatis, & ſubtilitatis, nō ſunt expeditæ ad actus ſecundos. ibi. n. 63. p. 400
Per Euchariſtiam homo iuſtus mutatur in Chriſtum. diſp. 41. num. 5. p. 438
Effectum confert Euchariſtia cum primum à ſtomacho continetur ibi. nu. 7. p. 439
Non quandiu exiſtit in ſtomacho. ib. n. 17. p. 441
Aliàs qui indigne recepit Euchariſtiam, ſi conteratur, dum habet intus, reciperet gratiam ipſius. ibi. n. 18. p. 441.
Communio ſub vna ſpecie panis olim præfigurata. ibi. n. 31. p 444
An & quatenus Euchariſtia cauſet remiſſionem venialium ibi. n. 32. p. 444
Defendit à mortalibus, quemadmodum alimentum ab incurſibus lethiferis. n. 41. p. 446
Cauſat fomitis repreſſionem. ibi. n. 48. p. 447
Et confirmat in pugna ſpirituali. ibi. n. 49. p. 44
Vide *effectus*.
Euchariſtia eſt pignus æternæ fœlicitatis. ibi. n. 53. p. 448
Ad Euchariſtiam requiritur munditie à peccato, & qualis. diſp. 42. n. 1. p. 455
Per accidens poteſt accidere contrarium. ibi. n. 2. p. 455

Excommunicatio.

Excommunicatio minor facilius tollitur, quam omne veniale ex ſubiecto. diſp. 42. n. 5. p. 455
An & cur excommunicatione ligatus, peccet mortaliter recipiendo ſacramentum. diſp. 42. n. 45. p. 456
An excommunicatus miniſtret valide & licite ſacramentum. diſp. 17. an. 99. p. 197

Extrema vnctio.

Extrema vnctio non dat per ſe primam gratiam. diſp. 11. n. 14. p. 111
Neque per accidens. ibi. n. 44. p. 115
Solicitudo dandi extremam Vnctionem fundatiſſima. ibi. n. 50. p. 116
Quomodo ſit complementum Pœnitentiæ. ibi. n. 52. p. 116

Exorciſta.

Eius ordinationis materia & forma. diſput. 47. n. 13. p. 601
Exorciſtæ ſunt facti non ordinatione, ſed per gratiam gratis datam. diſputatione 46. n. 46. p. 496

F

Fictio.

Recipere ſacramentum cum fictione eſt cum obice gratię. diſp. 13. n. 1. p. 124
Vtrum ſacramenta ficte ſuſcepta, poſtea ablata fictione reuiuiſcant ſunt variæ ſententiæ. ibi. n. 3. p. 124
Excepto Baptiſmo nullum ſacramentum ficte ſuſceptum confert gratiam. ibi. numero 11. p. 125
Vide. *Obex*.

Fides.

Fides parentum fuit medium ad iuſtificandum paruulos. diſp. 14. n. 82. p. 137
Fides Catholica aſſerit omnia ſacramenta nouæ legis dare gratiam ex opere operato. diſp. 7. numero 18. p. 65
Credibilitas non oſtendit intrinſecam non repugnantiam in obiecto diſp. 23. n. 43. p. 271
Nulla autoritate fit credibile, quod euidenter conſtat falſum. ibi. p. 271
Quidam aſſerunt myſterium Euchariſtiæ non credi propter ſe. diſp. 3. n. 35. p. 38
Certiſſime eſt vnum ex præcipuis Chriſtianiſmi fundamentis propter ſe credibile. ibi. p. 38
In ſymbolo fidei eſt proprius articulus Euchariſtiæ. ibi. n. 36. p. 39
Credi debent explicite per adultos tria ex ſacramentis Eccleſiæ ibi. n. 49. p. 40
Quænam doctrina in Conciliis cenſeatur definita vt de fide. diſp. 36. n. 2. p. 386

Florentinum.

Solum expoſuit formas ſenſibiles ſacramentorum. diſp. 3. n. 87. p. 45
Declarat atque decernit gratias ſpeciales proprias ſingulorum ſacramentorum. diſp. 8. n. 2. p. 88
Vide. *Concilium.*

Fœmina.

In lege veteri oportuit non ſolum viros, ſed etiam fœminas externo aliquo ſigno in Dei gregem conſignari. diſp. 2. n. 85. p. 30
Fœminis ſilentium indicitur in Eccleſia. diſp. 48. n. 2
Fœmina eſt incapax ordinari, atque etiam primæ tonſuræ ex iure diuino. ibi. n. 2. &. 3.
Fœminæ ſolum ex commiſſione, non ex proprio munere, præſtare poſſunt aliqua miniſteria Clericorum. ibi. n. 4.

Forma.

Forma totalis ſacramenti eſt vis ſignificatiua gratiæ & productiua. diſp. 3. n. 120.
Pœnitentia in recto ſolam dicit abſolutionis formam. diſp. 4. n. 14. p. 58
Forma ſacramenti licite poteſt omitti aliquando; eius poſita materia diſp. 6. n. 89. p. 79
Aliquando eſt illicitum poſita materia ſacramēti, non ponere formam; & ſimiliter è conuerſo. diſp. 6. n. 90. p. 79
Forma inſtitutionis veterum ſacramentorum eſt Actus Dei increatus; Nouorum forma eſt Actus Chriſti creatus: qui ergo vetera non perfectiora nouis. ibi. 16. n. 33. p. 159
Satisfit huic difficultati. ibi. n. 39. p. 160

Fractio.

Qualem fractionem Chriſtus fecerit in cœnā. diſp 39. n. 20. p. 422
Quo fine prius fiat fractio, quam conſecratio. ibi. n. 21. p. 423
Vſus Euchariſtiæ per antonomaſiam dicitur *Panis fractio* ibi. p. 423
Fractio hoſtię non eſt eſſentialis ſacrificio Miſſę neque deſtructiua rei oblatæ. diſp. 22. nu. 13. p. 256

Furfur.

Furfur in quantitate modica permixtus pani triticeo immediate conuertitur in corpus Chriſti. diſp. 27. n. 23. p. 295

G

Gabriel Vaſianus.

R. P. Gabriel Vaſianus, inſignis interpres operum S. Dionyſij laudatur. diſp. 2. n. 113. p. 34

Gradus.

Si gradus gratiæ eſſentialiter differunt, etiam Baptiſmata tales cōferentia. d 20. n. 81. p. 240.
Si indiuidualiter, etiam Baptiſmata: Imo etſi illi æquales ſint ibi. p. 240.

Qui plus gratiæ recipit per ſacramentum; nobilius etiam ſacram. formaliter. ibi. num. 83. p. 241

Si gradus gratiæ ſunt diſsimiles, etiam Baptiſmata conferentia illos. ibi.n.81. p. 240

Gratia.

Quodlibet ſacrament. peculiarem tribuit gratiam.diſp.8.n.2. p.88

Non quæ ſit ſpecialis habitus, vel qualitas. ibi. n.6.& 7. p. 89

Sed eſt ipſa habitualis communis cum exigentia actualium ſpecialium.ibi.n.11. p.90

Exigentia iſta non eſt intrinſecus reſpectus, vel actio, ſed reſpectus extrinſecus ex Dei inſtitutione petitus.ibi. à n.14. ibid.

Si ius ad has creaturas videndas in verbo intrinſecum eſt gratiæ, etiam ordo ad hæc auxilia eſt intrinſecus gratiæ.ibi.n.21. p.91

Quomodo gratia ſacramentalis nos iuſtificet,& perficiat.ibi. à n.25. p.92

Qualitas gratiæ non pugnat ex ſe cum letali culpa. ibi.n.31. p.93

Sacramenta gratiam conferre moraliter adſtruitur ex SS. Conciliis, & PP.diſp.9. n.8. p. 95

Quæ ſacramenta & quomodo primam & ſecundam gratiam conferant. diſpur. 11.per totam. p. 109. vſque ad 1 7

Quando ſacramenta gratiam conferant. diſp.12. tota. p.117. vſque ad 124

Sacrament. vt producat aliquam gratiam ſolum requirit in ſubiecto nō obicē.ibi.n.84.p.124.

Augmentum gratiæ quando per Euchariſtiam conferatur.diſp.41.n.1. p.437

Gratia per modum cibi; & Gratia per modum potus collata quomodo differant. ibi. n. 24. p. 442

Gratiam conferri per ſacramenta eſt certum de fide. diſp.7.n.19. p. 85

Quod ſolum declaretur per ſacramenta gratiam eſſe collatam eſt fictitium ibi.n.27. p. 86

Gratia non cauſatur phyſicè à ſacramentis, ſed moraliter. diſp.10.à n.7. p. 97

Vide. *Sacram. & effectus.*

Gratiarum actio.

Pro quibus beneficiis gratias egerit Chriſtus diſp.39.n.11. p.422

Euchariſtia ſignificat actionem gratiarum tractat. 2. prologo. p. 243

Græcus.

Græci vocant ſacramenta τελετὰς, id eſt Perfectiones.Tract.1.prolog. p.1

Cur Græci recentiores in varios errores prolapſi diſp.17.n.25. p.170

Græcorum mos infundendi aquam Calici iam conſecrato improbatur. diſput.18. num. 45. p.306

H

Habilitas.

Sacramenta Vetera & noua habilitant formaliter ſe ipſis ſubiecto extrinſeca.diſp.1.n 97. & 99. p.17.18

Vetera ad bonum ſubiecto extrinſeco, noua ad intrinſecum.ibi.n.100. p.18

Matrimonium in ſtatu Innocentiæ non habilitabat ad gratiam neque ad gignendos primogenitos ſacerdotes. diſp.2.n.41. p.23

Habilitare ad bonum Eccleſiæ proprium idem eſt ac ſacrare.diſp.1.n.76. p. 14

Hæreticus.

Hæretici qui negarunt omnia ſacramenta, & ipſorum ſectæ.diſp.2.n.91. p. 22

Aſcitæ ducebant Choreas & pompam circa vtrem.ibi.n.95. p.31

Alij fingebant ibi pſeudo-ſacramenta. ibi. n.98 p. 32

Paterni & Albigenſes promouerunt errorem turpiſſimum.ibi.n.101. ibid.

Caluinus calumniatur ſenſum illorum Verborum *ex opere operato*.diſp.7. n.2. p.82

Idem cum Luthero alium ſenſum imponit, ibi. num.5. p.83

Aliæ calumniæ Grammaticales in illa Verba refelluntur.ibi.n.15. p. 84

Qui fatentur infantes vti ratione, dùm baptizantur, inconſequenter & abſurde ſentiunt. ibi n.31.& 32. p. 86

Ipſorum inſtantia craſſiſſima.ibi.n.43. p.88

Hæreticorum argumenta ex SS. & PP. retorquentur.ibi.n.35. p. 87

Qui contendunt omnia ſacramenta per ſe inſtituta ad dandam primam gratiam, refutantur. diſp.11.n.12. p.111

Hæreticorum leuitas mira, & Catholicorum conſtantia circa numerum ſacramentorum. diſp.19.n.2.& 5. p.221.222

Nouatores inconſequenter dicunt, ſacramenta omnia dignitate paria.ibi.n 4. p.222

Ab illis calumniam paſſum Tridentinum defenditur ibi.n 8. ibid.

Varij errores circa materiam remotam Euchariſtiæ.diſp.27.n.2. p.291

Quidam ſolam aquam adhibebant in Miſſa. diſput.28.n.1. p.298

Nouatores & Schiſmatici ſugillantur. ibi.n. 23. p.302

Qui negent aquam cum vino eſſe adhibendam ex præcepto.ibi.n.30. p.303

Plures tenent manere in Euchariſtia panem. diſput.35.n.48. p.371

Lutherus inſipientiſſime irridet diſtinctionem Catholicam.diſp.36.n.1. p. 386

Marcitæ Hæretici negarunt ſacramenta omnia. diſp.2.n.93. p.31

Hic, & Hoc.

Vide. *Pronomen.*

Hieronymus.

Sancti Hieronymi verba pulcherrima de cauſalitate morali ſacramentorum.diſput.10.num. 18. p.99.

Homo & Humanitas.

Homo miniſtrans aliquod ſacramentum operatur nomine Chriſti,& agit Chriſtum.diſp.17. n.33. p.171

Solum hominem eſſe capacem ſacramentorum, non caret difficultate; licet ſolus homo ſit capax fructibus ſacramenti. diſput.18.num.1. p.208

Solus homo viator eſt ſubiectum capax ſacramentorum.ibi. à n.9. vſque ad 18. p.209.210

De ſacramentis tranſeuntibus eſt clarum; de permanenti etiam oſtenditur ibi. num. 21. ibid.

Quod homo iam immortalis non dicitur proprie ſumere alimoniam ibi n.25. p.211

Humanitas Chriſti producta eſt & vnita Verbo per eandem actionem.diſp.37.n.15. p.404

Horror.

Horrorem incutiebat Euchariſtia fidelibus. diſput.45.n.15. p.483

Vocatur à PP ſacramentum tremendum & Horrendum.ibi.n.24. ibid.

Propterea Epiſcopus Neomyſtas manuducit, & animat

Digitized by Google

animat per Miſſæ cæremonias.ibi. p.483

I.

Ieiunium.

QVādo quis iudicetur non eſſe ieiunus diſp. 41.n.12. p.440

Ieiunium ad communicandum requiſitum à tempore Apoſtolorum.diſp.43.n.5. p.457

In quo præcepto non datur materia leuis; niſi quando per modum ſaliuæ deglutitur aliquid. ibi.num.6. p.457

Comeſtio vel potatio debet eſſe conſummata, vt impediat communiones ibi. num. 8. p.458

Quod ſumitur debet eſſe ab extrinſeco.ibi.n. 9. p.458

An reliquiæ cibi dici prioris.ibi. num. 11. p.458

Incipit dies à puncto mediæ noctis.ibi. num.11. p.458.

Quid de dubio; & vbi plura ſunt horologia.ibi. n.11. p. 458

Hic lex non datur in articulo mortis;etſi ſæpius communicet infirmus morbo longiore. ibi. num.13. p.458

Non licet celebrare ſacerdoti non ieiuno, vt communicet infirmum. ibi. 14. p. 458.

Non ieiuno licet aliquando communicare ad vitandum ſcandalum vel conſummandum ſacrificium inchoatum vel ad præcauendam irreuerentiam ſacramenti. ibi.n.15. p.459

Immediate.

Miniſter Sacramenti tranſeuntis eſt cauſa immediata effectuum.diſp.17.n.98. p.196

Miniſter ſacramenti permanentis,nec immediate nec mediate, eſt cauſa effectuum.ibi. num. 89. p.191

An miniſtrans vel recipiens ordinem debeat immediate phyſicè contingere materiam talis ſacramenti.diſp.47.n.16.

Impenetratio.

Impenetratio corporum non eſt effectus primarius formæ poſitiuè diſp.32.n.4. p.342

Naturaliter fit per reſiſtentiam actiuam corporis repellentis alterum à loco. ibi. num. 6. & 7. p.342.343.Vide *Penetratio*.

Infans.

Infantes legis naturalis non iuſtificabantur vero ſacramento. ibi. n.81. p.137

Sed poſita fide Parentum.ibi à n.83. p.137

Quæ ſacramenta poſſint conferri infantibus cum valore & fructu. diſp.18. n.56. p. 216

Sacramenta eiuſdem ſpeciei non dare infantibus gratiam parem,docuit Paludanus,falſo fundamento ibid.n.46. p. 214

Etiam præmiſſo illius fundamento male infertur illa concluſio.ibi.n.48. p.214

An infantes ante vſum rationis ordinari poſſint. diſp.48.à n.5.

Epiſcopatum poſſe conferri infanti negant aliqui in vero ſenſu ibi.n.8.

An in lege naturali infantes vero Sacramento iuſtificati diſp.14.n.78. p.137

Indignus.

Qui habet conſcientiam peccati mortalis eſt per ſe indignus miniſtrare, atque recipere ſacramenta.diſp.42.n.1. p.455

An qui eſt ligatus excommunicatione, licet ſit contritus.ibi.à n.4. p.455

Qui indignus petit Euchariſtiam iam eſt irreligioſus.diſp.45.n.48. p 488

Quid ſi quis petiuit Euchariſtiam animo Conculcandi ſecrete.ibi. n.47. p 488

Quid ſi animo conculcandi vel comburendi publice.ibi. p.488

Innocentia.

Innocentiæ ſtatui non repugnat ſignum gratiæ ſenſibile.diſp.2.n.1. p. 19

Non tamen inde infertur in illo ſtatu fuiſſe ſacramenta de facto.diſp 2.n.18. p.20

Nullum ſacramentum fuit inſtitutum in eo ſtatu diſp.2.n.29. p.22

An perſeuerante ſtatu innocentiæ aliqua ſacramenta gratiam conferentia eſſent, ignotum eſt.ibi.n.50. p.25

Inſtans.

Non in tempore,ſed in inſtanti ſacramenta conferunt gratiam.diſp.12.n.39. p.122

Inſtantia temporis ſpiritualia & non corporea reiicienda ſunt.ibi.n.41.

Incipit dies ieiunij à puncto mediæ noctis. diſp. 43.num.11. p.458

Inſtitutio.

An pura creatura poſſit ſacramenta inſtituere, diſp.16.à n.49. p.162

Inſtituere aliquid in ſignum non eſt primo cogitare ibi.n.58. p.163

Nequit pura creatura ſacramenta inſtituere, nec partialiater.ibi.n.64. p. 164

Inſtrumentum.

Inſtrumentum morale cauſam principalem præmouet.diſp.9.n.5. p. 94

Intentio.

Intentio miniſtri,qui ſacramento intrinſeca,cum non ſit materia, nec forma. diſputatio. 3. à n.149. p.52

Intentio ſubiecti perperam dicitur ſacramento intrinſeca.ibi.n.148. p. 52

Intentio miniſtri eſt nexus ſignificationis Chriſti cum verbis.ibi.n.157. p.53

Eſt intrinſeca ſacramentis tranſeuntibus. ibi. n.162. p.54.

Non eſt intrinſeca ſacramento Euchariſtico. ibi. n.172. p. 55

Intentio inducendi ritum non obſtat,ſi adſit in verbis ſenſus eſſentialis, & in miniſtro intentio imitandi veram Eccleſiam.diſp.6.n.55. p.74.

Intentio erroris contrarij veritati formæ, ſi exprimatur, obſtat ſacramento. ibi. num. 8. pag. 68

Si verba non determinate indicent talem errorem,erit mutatio dubia.ibi.n.58. p.75

Intentio requiritur libera,& ſeria diſp.17.à n.25. p.170

Sufficere intentionem actionis externæ, docuit S.Thomas.ibi.à n 41. p 172

Eius ſententiam incommodis aggrediuntur recentiores, ſed non expugnant , ibi. num. 46. p.172.

Qui legit totum officium matutinum, vel Breuiarium ſolo animo quærendi quandam ſententiam,aut locutionem , non recitat preces. ibi.n.52. p.173

Requiritur ad valorem ſacramenti intentio faciendi quo Eccleſia. diſp. 17. n. 55.p.173.

Nec obeſt quod recitans officium ſine intentione ſatisfaciat præcepto Eccleſiaſtico.ibi.n. 61. p.174

Velle facere quod Eccleſia,eſt velle facere ſacramentum, & effectum ipſius. ibi. num. 67. p.176.

Intentio conditionata de præterito, vel præſenti ſufficit.ibi.n.70. p.178

Conditionata de futuro contingenti ſufficit ad

 matri

Digitized by Google

matrimonij ſacramentum,ſicut ad naturalem contractum.ibi,n.71. p.178

Ad alia ſacramenta non ſufficit conditionata de futuro proprie dicta.ibi.n.72. p.178

Sufficiat ne virtualis, habitualis, aut interpretatiua, & quænam iſtæ ſint. ibi. à n. 73 p.180

Quid ſi miniſter intentiones habeat contrarias in eodem tempore.ibi. n.76. p. 182

Quomodò deprehendatur an vna ſit abſoluta, & altera conditionata. ibid.

Intentionem præualere, an ſit eſſe magis vniuerſalem.ibi.n.78. p. 183

Quid ſi miniſter poſitus in duobus locis habeat intentiones diuerſas.ibi.n. 80. p.184

Intentio coacta quomodo ſufficiat, vel non? ibi. n.81. p.185

Intentionis reſtrictio circa ſubiectum, vt plurimùm non licet: quandoque licita, & debita eſt. ibi. n.82. ibid.

Intentio habitualis ſufficit ad Baptiſmum, pœnitentiam, & alia ſacramenta recipienda. ibi. à n.71. p. 178

Sufficiat ne in recipiente intentio conditionata, coacta, vel errans circa miniſtrum, vel alteri intentioni oppoſita.ibi.n.90. p.192

Inæqualitas.

An ſubiectis inæqualiter diſpoſitis ſacramenta eiuſdem ſpeciei inæqualem gratiam tribuant. diſp.20.n.57. p. 237

Omnia ſacramenta noua ſunt inæqualia dignitate.ibi. à n.4. p. 230

Quomodo diuerſa ſacramenta ſubiectis diuerſo modo ſe habentibus inæquales gratias concedant.ibi.n.34. p.235

Irreuerentia.

Quod ſit irreuerentia grauis in Deum, & in ipſum ſacramentum in peccato mortali miniſtrare ſacramentum tranſiens. diſput.17. numer.108. p.199

Non eſt grauis irreuerentia ſacramentum iam confectum in mortali miniſtrare. ibi. n. 122. p.201

An ſit venialis ſaltim irreuerentia hanc, & alias actiones, quæ dicuntur ſacramentalia obire in peccato mortali ibi.n.52. p.173

Iſidorus.

Sanctus Iſidorus docet ſacramenta nouæ legis, non antiquæ, ſalutem in recipientibus operari. diſp.1.n.30. p.7

Iuriſdictio.

Iuriſdictio conuenit vni Homini ex iure diuino, in omnes alios fideles. diſput. 46 n.53. p.498

Nulla eſt iuriſdictio ipſi charačteri ſacerdotali, aut Epiſcopali, annexa de iure diuino. ibi. n.20.& 21. p.492

Iuſtificatio.

Iuſtificatio, & conſignatio apud Hebræos ſolo vſu in Circunciſione concurrebant. diſp. 14. n.58. p.134

Infantes legis naturalis non iuſtificabantur vero ſacramento.ibi.n.82. p.137

Iuſtinus.

Sanctus Iuſtinus Martyr mores miniſtrandi Euchariſtiam Antiquos refert tractat.1. in prologo. p 243

L

Laicus.

AD validè baptizandum,& ſacramentum matrimonij miniſtrandum non requiritur ſpecialis conſecratio. diſp.17.n.99. p.197

Peccat mortaliter,quilibet miniſtrans ſacramentum, ſiue laicus,ſiue conſecratus, ſi in peccato mortali perficiat ſacramentum extra caſum neceſſitatis.ibi.n 108. p.203

Lector.

Lectoris ordinatio perficitur traditione libri, & verbis certis.diſp.47.n.3. p.499

Lectoris munus geſſit Chriſtus aliquando. diſput.46.n.57. p.498

Lex.

In lege naturali fuit ſacramentum aliquod. diſput. 2.n.54. p.25

Lignum vitæ præſignabat Chriſtum in Euchariſtia.ibi.n.43. p.24

In ea lege, qui doceant, nullum ſacramentum fuiſſe.ibi.n.57. p. 26

Sacramentorum vſus erat moraliter poſſibilis,& conueniens.ibi.n.62. p.27

Fuit ſacramentum paruulis, & adultis commune ibi.n 65. ibid.

Fuit ſacramentum ordinis, quia veri ſacerdotes. ibi.n.62. ibid.

Fuit etiam ſacramentum panis, & vini. ibi. numer.64. p.27

Fuit etiam ſacramentum, Agnus cruente ſacrificatus.ibi.n.77. p. 29

In lege Moyſis fuere ſacramenta vera. ibi. n. 77. p.29

In lege Veteri perſeuerabat ſacramentum illud, quod in natali erat Eccleſiæ ianua. ibi. n.84. p.30

Alia plura ſacramenta in lege Veteri fuerunt in vſu. ibi.n.87. ibid.

Omnia ſacramenta vetera ad quatuor genera reuocantur ibi.n.89. ibid.

Eſſe in lege gratiæ vera ſacramenta eſt fidei dogma diſp.2 n.102. p.32

Lex noua vocatur, *lux*, reſpectu veteris obſcurioris ex Sancto Dionyſio.ibi.n.112. p.33

An in lege naturali infantes vero ſacramento iuſtificati.diſp.14.n.78. p.137

In ea lege Adulti fidem Chriſti venturi profitebantur.ibi.n.79. ibid.

Non ideo lex *naturalis* vocata quia præcepta ſupernaturalia non habebat. ibi. n.80. ibid.

An aliquid honeſte præcipiatur lege humana, quod non præcipiatur lege diuina. ibi. n. 31. p.131

In lege Veteri miniſter ſacramentorum eſſe debuit ex tribu Leui: non tamen ſacramentorum infantium, & Phaſe. diſp.17.n.1. p.166

Nulla lex obligat confiteri de venialibus, ante Euchariſtiam.diſp.41.n.7. p. 456

Datur lex diuina obligans de omnibus mortalibus commiſſis poſt Baptiſmum ibi. p.456

Quæ lex non vrget in caſibus aliquibus. ibi. n.9. p.456

Libertas.

Requiritur intentio libera, & ſeria exercendi talem actum externum ad validè miniſtrandum ſacramentum.diſp.17.n.25. p.170

Qui ſine conſenſu ſuo libero initiatur ordine ſacro, non tenetur ad onera ſtatus. diſput.48. n.9. p.504

Non requiritur vſus rationis, & libertas arbitrij, vt ordinetur quis validè.diſp.48.n.11. p.504

Vſus actualis libertatis requiritur ex præcepto ad Ordinem.ibi.n.13. ibid.

Liber.

Cuius libri traditio, in quo ſunt lectiones ſcripturæ ſacræ ſit materia Ordinis lectoris. diſput.47.n.3. p.499

Liber

Digitized by Google

Liber epiſtolarum traditur ſubdiaconæ ſed non eſt materia propria talis ordinis. ibi. num. 5. p.900
Traditio libri Euangeliorum eſt in Eccleſia catholica materia ordinis diaconi.ibi.n.6.p.500
Apud Græcos nulla ſit libri traditio.ibi. p. 500
Liber etiam traditur in ordinatione exorciſtæ. diſp.47.n.3. p. 499
Quamuis impoſitio manuum Epiſcopi præcedat non tamen cauſat ſacramentaliter, niſi cum libri Euangeliorum datione.ibi. num. 7. p.500
Impoſitio libri Euangeliorum ſuper ſcapulas, eſt accidentalis ritus.ibi.n.14. p.602
Liber ſcriptus, vbi perfuſus aqua luſtrali, mire candidus apparuit. diſputatio. 7. num. 251 pag.86

Litera.

Literas dimiſſorias ad ordines,quis & quando præſtare poſſit diſp.48.n.20. p.505
Qualis doctrina literarum requiritur ad ordines.diſp.48.n.13. p.504

Locus.

Nulla res fit præſens loco formaliter per modum ſibi intrinſecum.diſp.31.n.16. p.333
Quæ loci propinquitas ſit neceſſaria ad conſecrandum.diſp.29.à n.1. p.314
Quæ nam ad abſoluendum à peccatis.ibi. n. 5. p.315.
Qua ratione qui loco mouet ſpecies conſecratas; cum ipſis moueat Chriſtum.diſp.40.num. 8. p.432

Lugo.

Pater Ioannes de Lugo laudatur tamquam vir præclarus ingenio.diſp.18.n.67. p.217
Eius Opinio peculiaris quod ſacramenta vetera ſint vel fuerint cauſæ morales gratiæ nobis dandæ in lege noua,refutatur.diſp. 4. à n. 23. pag. 6.
Eiuſdem doctrina, quod intentio miniſtri ſolis ſacramentis tranſeuntibus ſit intrinſeca expenditur.diſp.3.n. 130. p. 50
Eiuſdem aſſertum de *Re & Sacramento ſimul*, impugnatur.diſp.5.à n.34. p.64
Eiuſdem reſponſio & conciliatio opinionum improbatur.diſp.14.n.57. p.134
Eiuſdem ſententiæ quod miniſter non cauſat immediate effectus ſacramenti,refutatur.diſp. 17.n.94. p.194
Eiuſdem exiſtimatio circa rationem organizationis præciſam diſcutitur diſp. 36.num. 24. p.392.

Lumen.

Lumen & illuminatio vocatus fuit Baptiſmus olim à PP. diſp.30.n.38.& 47. p.327

Lutherus.

Martini Lutheri maxima leuitas & inconſtantia circa numerum ſacramentorum. diſp. 19.n.2. p.221. p.221
Lutherus tradit, dæmonem, eſſe miniſtrum Sacramenti.diſp.17.n.3. p.166

M.

Malitia.

Malitia miniſtrantis Sacramentum non impedit eius effectum.diſp.17.n.75.p.181
Malitia miniſtrantis matrimonium in mortali duplex diſp.17.n.103. p.198
Malitia adminiſtrantis in mortali Euchariſtiam alteri non eſt mortalis.ibi n.122. p.201

Manus.

Manuum impoſitio in ordinatione Epiſcopi eſt materia eſſentialis.diſp.47.n.14. p.602
Item in ordinatione Presbyteri.ibi.n.12. p.601
Item in ordinatione diaconi ibi.n.6. p.600
Quædam accidentalis eſt.ibi.n.9. p.601

Martyrium.

Martyrium paſſum pro fide, cur non ſit proprie Sacrificium diſp.21.n.42. p.252

Matthæus.

Sanctus Matthæus ex Euangeliſtis vnus refert particulam, *Enim*, dictam eſſe à Chriſto primo conſecrante.diſp. 39 n. 23. p.424

Materia.

Materiæ partes in Sacramento requirunt vnionem partim phyſicam partim moralem.diſp.6. à 65. p.76
Materia remota deſtruenda per ſacramentum tranſiens,non debet huic eſſe præſens:deſtruenda verò per ſacramentum permanens debet proxime anteire.ibi.n.76. p. 77
An ſolus Panis triticeus & qualis ſit materia Euchariſtiæ.diſp.27. tota. p.291
Materia ſanguinis eſt ſolum. Vinum de vitæ vſuale.diſp.28.n.2. p.298
Quomodo præſens debeat eſſe Sacerdoti conſecranti.diſp.29 n.1. p.314.
Quid ſi materia diſtans,quaſi præſens hic videatur ſpeculo,vel tubo adiuuante.ibi.n.4. p.315
Certum eſt materiam debere prius percipi ſenſu aliquo.ibi.n.8. p.316
Satis vero eſt ſentiri in alio continente,cum quo materia facit vnum moraliter vt aſſignetur præſens pronomine,*hoc*. ibi.n.9. p.316
De Materia incluſa in ſacrario vel arca.ibi.n. 10. p.316.
Si Sacerdos cecus ſolum ex relatu aliorum cognoſcat panem eſſe hic.ibi. n.13 p.316
Si ſolum ex reuelatione diuina.ibi.n.14. p.316
An poſſit conſecrari materia cuiuſlibet magnitudinis.ibi.n 17. p. 317
Argumentum pro ſententia contraria proponitur & ſoluitur.ibi.n. 22. p. 318
Quantumuis minima vnita phyſicè aliis partibus poteſt.ibi.num.23. p.318
Quæuis particula humanitus ſenſibilis ſeorſim poteſt,ſecus vero inſenſibilis.ibi.n. 23.& 24. p.318.Vide *Mutatio*

Matrimonium.

Matrimonium ante Chriſtum fuiſſe ſacramentum, non poteſt notari cenſura.diſp.2.n. 21. p.21
Fuiſſe ſacramentum videtur inferri ex principiis aliquorum DD. qui negant inconſequenter. ibi n.26. p. 21
Ab initio fuiſſe ſignum ſacrum. ibi. n. 31. pag. 22.
Non habilitabat matrimonium in ſtatu Innocentiæ ad gratiam neque ad gignendos primogenitos iure diuino ſacerdotes. diſp. 2. n.42. p.24
Poſito conſenſu vnius ad matrimonium de præſenti,licet alter non conſentiret.diſp.6.n. 88. p.79
Marcitæ Hæretici negarunt ſacramentum matrimonij diſp.2.n.93.p.31.Vide *Hæreticus*.
In matrimonio,*res & Sacramentum ſimul*.diſp.5. n.43.& 57. p.65.67
Fas eſt interdum ficte contrahere matrimonium. diſp.6.n.106. p.81
Contrahens matrimonium in peccato committit duplex vel triplex aliud.ibi.n,103. p.8[illegible]

Matrimonio

Digitized by Google

Matrimonio conſummato oritur nouus titulus ad bona coniugis. diſp.41.n.68. p.450

Non quæuis voluntas coacta eſt inutilis matrimonio, ſed iniuſta ad extorquendum ipſum. diſp.18.num.95. p.221

Melchiſedech.

Melchiſedechi Sacrificium factum à proprio Sacerdote. diſp.21.n.8. p.245

Cur Chriſtus dictus *Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec.* diſp.3.n.106. p.47

In ſacrificio Melchiſedech facta eſt deſtructio ſubſtantialis. diſp.21.n.37. p.251

Metus.

Metus grauis excuſat ſi quis fingat facere Sacramentum matrimonij. diſp.6.n.106. p.47

Vide. *Mutatio.*

Minimum.

Quantumuis minima particula vnita cum aliis partibus poteſt conſecrari. diſp.29. num.23. p.318

Quæuis particula humanitus ſenſibilis ſeorſim; non vero inſenſibilis, poteſt conſecrari. ibi. n.23.&.24. p.318

Minimus Minimo naturali cum aliis partibus coniunctum poteſt, non conſecratis aliis partibus continuis. ibi.n.19. p.319

Minus Minimo ſi diuinitus ſeiunctum detur, poteſt, ſi ſenſu aliquo percipiatur à ſacerdote. ibi. p.319.

Miniſter.

Miniſter Sacramentorum extraordinarie poteſt eſſe Angelus; ſolus tamen homo propriè dictus eſt miniſter ordinarius. diſp.17. n.2. & 3. p.166

Idoneum miniſtrum eſſe dæmonem tradidit Lutherus ibi.n.3. p.166

Solus homo viator, poteſt eſſe miniſter de lege ordinaria. ibi.n.17.& 21. p.169

In miniſtro matrimonij voluntas habitualis ſufficit. diſp.17.n.74. p.181

Quid de miniſtro in duobus locis & de ſubiecto in duobus etiam replicato. ibi.n.80. p.184

Si miniſter formaliter aut Virtualiter intentionem aſtringat ad ſubiectum, quod falſo adeſſe putat, nihil fit. ibi.n.81. p.185

Valet ſi miniſter velit Sacramentum dare præſenti, quiſquis, ſit, etſi falſo putet eſſe Petrum. ibi.n.82. p.185

Quid ſi miniſter intentionem nec reſtringat nec dilatet. ibi n.83. p.187

Sacramenti qualis cauſa efficiens ſit. ibi.num.85. p.188.

An ſit efficiens cauſa effectuum ſacramenti. ibi. n.87. p.190

Miniſter Sacramenti permanentis non eſt cauſa effectuum illius ibi.à n.89. p.192

Sacramenti tràſeuntis cauſa eſſe immediata effectuum oſtenditur propria ratione. ibi. n.98. p.196

Miniſterium ſacramenti tranſeuntis, nobiliſſimum. ibi.n.98. p.196

Miniſter Sacramentorum alter conſecratus, alter non. ibi.n.97. p.197

Vterque vel ſolum conficit vel ſolum applicat ſacramentum; vel vtrumque facit. ibi. p.197

Qui cenſeant ſolum conſecratum peccare grauiter miniſtrando in mortali. ibi. p.197

Illorum fundamenta conuelluntur. ibi. n.100. p.197

Nec vitant duplex peccatum contrahentis matrimonium in mortali. ibi.n.103. p.198

Quid ſi miniſter cæcus ſolum ex relatu aliorum cognoſcat materiam eſſe præſentem. diſp.29. num.15. p.316

Quid ſi ſolum ex reuelatione diuina. ibi. n.14. p.316.

Plures miniſtri poſſunt ſimul efficere idem Sacramentum. diſp.45. n.19. p.481. Vide. *Sacerdos.*

Quis licite poſſit vt ordinarius, & quis ex commiſſione miniſtrare Euchariſtiam diſp.45. num.29. p.484

Quomodo miniſter ſe gerat cum peccatore poſcente Sacramentum. ibi.n.38. p.484

Peccatori occulto qui publicè petit Euchariſtiam tribuenda eſt. ibi.n.41. p.486

Ratio ſolida ſumitur ex Chriſti inſtitutione & placito ne *communio* reddatur odioſa. ibi.n.44. p.487.

Aliæ rationes aliorum examinantur. ibi. n.45 p.487.

Miniſter ordinarius ordinis cuiuslibet eſt ſolus Epiſcopus. diſp.49.n.1. p.506

Extraordinarius & ex commiſſione poteſt eſſe ſacerdos ad diaconatum & reliquos inferiores. ibi n.11. p.507

Qui non eſt Epiſcopus Conſecratus non poteſt adhuc ex commiſſione alios ordinare ſacerdotes. ibi.n.10. p.507

Miſſa.

Miſſæ ſacrificium quænam actiones conſtituant. diſp.22.à n.1. p.254

Conſecratio vtriuſque ſpeciei eſt eſſentialis ſacrificio. ibi à n.21. p.258

Non ſolum quia conſecratione deſtruitur panis. ibi.num.23. p.258

Nec, ſolum quia fit commemoratio ſacrificij cruenti. ibi.n.24. p.258

Propria ratio & adæquata. ibi.à n.28. p.259

Conſiſtit Sacrificium Miſſæ in ſola vtriuſque ſpeciei conſecratione. ibi.à n.31. p.260

Mixtio.

Mixtio hoſtiæ particulæ cum vino conſecrato non eſt eſſentialis ſacrificio diſp.22. num.17. p.257.

Mixtio aquæ cum vino conſecrando neceſſaria eſt ad ſignificandam vnionem Chriſti cum Populo. diſp.18.n.28. p.303

Modus.

Modus Præſentiæ adſtruitur à recentioribus præter vel contra mentem Ariſtotelis & ſancti Thomæ. diſp.31.n.4. p.331

Res prius eſt indiſtans & coniuncta formaliter cum tali ſpatio, quam agat vel recipiat ibidem modum phyſicum. ibi.n.6. p.332

Modus iſte non eſt formalis latio ſiue translatio rei ibi n.7. p.332

Concurſus ad modum phyſicum negari poteſt poſita creatione Petri in ſpatio. ibi. num.12. p.333.

Modus iſte ſcatet multis incommodis. ibi. n.16. p.333.

Et nequit produci motu Locali ibi. num.15. p.335.

Qui defendunt modum iſtum quaſi traditum à maioribus debellantur. ibi.n.33. p.339

Ipſorum argumenta diluuntur. ibi. à num.34. p.339

Modus proprius actionis creatiuæ, quo de facto ponitur Chriſtus in Sacramento. ibi. n.47. p.340 Vide *Actio.*

Motus & Mutatio.

Quænam mutatio ſit eſſentialis & quænam accidentalis in ſacramentis. diſp.6 n.6. p.68

Diuerſi

Diuerſitas ſpecifica inducit mutationem eſſentialem.ibi.n.14. p.69
Mutatio eſſentialis non ſemper exigit phyſicam diuerſitatem eſſentiæ.ibi n.17. p.70
Datur cum res amitit in communi æſtimatione rationem & nomē illius quam Chriſtus inſtituit.ibi.n 18. p.70
Accidentalis eſt cum variatur quod non eſt eſſentiale ſed debitum ibi.n.21. p.70
Mutationes formæ cum animo inducendi errorem vel ritum nouum.ibi.n.42. p.73
Mutatio idiomatis nunquam eſt eſſentialis. ibi. n 32. p.72
Per voces æquiuocas eſt ſubſtātialis niſi circumſtantiæ determinent illas ad ſenſum eſſentialem.ibi.n.36. p.72
Quid de verbis corruptis & male inflexis vel tranſpoſitis.ibi.n.37. p.72
Additio poteſt facere mutationem eſſentialem & accidentalem.ibi n.38. p.72
Detractio pariter poteſt.ibi.n.40. p.73
Mutatio Verborum in aliud ſignum non eſt eſſentialis in matrimonio;eſt autem in aliis ſacramentis.ibi n.41. p.73
Eſſentialis non ideo eſt irreligioſa, quia impeditiua ſacramenti.ibi.n.86. p.78
Sæpius eſt contra charitatem aliquando etiam contra iuſtitiam.n.92. p. 79
Poſita materia apta omittitur forma aliquando ſine,aliquando cum peccato.ibi.n. 89. p.79
Accidentalis eſt interdum culpa grauis contra religionem.n.93. p.79
Quę dubia,quę probabilis dicatur ibi.num 94. p.80
Dubia non neceſſariò ſemper eſt grauis culpa contra religionem, ſæpe etiam contra charitatem & ſæpe contra iuſtitiam n.98. p.80
Probabilis ſæpe eſt contra charitatē culpa mortalis; poteſt aliquando eſſe venialis ibi.n.99. p.80
Communitet non eſt grauis contra iuſtitiam; nec contra religionem eſſet niſi propter prohibitionem Eccleſiæ.ibi à n.100. p.80
De mutatione facta ex neceſſitate vel metu qualis culpa ſit.ibi.n. 104 p.81
Accidentalis ob metum iam grauis iam leuis culpa.ibi.n.109. p.82
Dubia vel probabilis in extrema neceſſitate debet fieri.ibi n.111. p 82
Cum leui neceſſitate vel metu non debet fieri, ibi.n.112. p.82
Sacramenta agere per motum ipſis impreſſum dixit ſanctus Thomas.diſputatione 10.n.65. p.106.

Muſtum.

Non eſt materia apta incluſum in acinis. diſp. 28.n.19. p.301
Bene vero expreſſum,atque potabile.ibi.nu.20. p.301.
Materia eſt vinum congelatum.ibi.n.21 p.302
Atque etiam defrutum, & hypocraticon. ibi. n.22. p.302

N

Naturalis.

QVod ſuppoſito vno miraculo fit ſine nouo miraculo,non dicitur abſolute fieri naturaliter diſp.35.n.73. p 378
Argumentum in contrarium profertur, & diluitur.ibi.n.74. p. 378
Naturale agens nihil poteſt in corpus Chriſti poſitum ſub ſpeciebus Euchariſticis.diſp.40. n.6. p.431
Naturalis virtus cognoſcere non valet Chriſti ſubſtantiam ſub ſpeciebus Euchariſtiæ.diſp. 23.n.1. p.262
Naturalis ſpecies impreſſa ſuæ naturæ relicta producit in Angelo cognitionem ſubſtantiæ panis ſub ſpeciebus.ibi.à n.16. p.266
Vide *Cognitio* & *Cauſa.*
A nulla cauſa naturali poteſt Chriſti ſubſtantia ſub ſpeciebus contenta pati aliquid phyſicę. diſp.40.n 6. p. 431
Naturalis attritio non ſufficit ad ſacramentum pœnitentiæ.diſp.13.n.24. p. 127
Sacramentum non aſſimilatur ſecundum omnia cauſis Naturalibus in cauſando. diſp. 41. n.19. p. 441

Neceſſitas.

Quid ſit medium neceſſarium ad ſalutem. diſp. 44.n.1. p. 459
Euchariſtia in re non eſt neceſſaria, vt medium ad ſalutem Adultis, nec paruulis.ibi.num.2. p.459
Nec eſt neceſſaria in re,nec in voto ad primam gratiam.ibi.n.9. p.461
De hac re mens ſancti Thomæ indagatur;& explicatur,de fide Euchariſtiæ. ibi.n.16. p.462
Nec eſt neceſſaria ad perſeuerantiam,& gloriam. ibi n.18. p.462
An, & quatenus Euchariſtia ſit neceſſaria ex præcepto diuino.ibi.n.27. p.463
Fuit opinio negans; ſed affirmans probat. ibi. n.28. p.463
Vide *Præceptum.*
De neceſſitate Euchariſtiæ ex præcepto eccleſiaſtico.diſp.44 n.58. p. 469

Nobilis.

Sacramenta omnia non ſunt paria nobilitate, & perfectione.diſp. 20.n.4. p.230
Sacramentum Euchariſtiæ eſt nobilius aliis.ibi. n.12. p. 231
Quis ordo dignitatis,& nobilitatis ſit inter ſex alia.ibi.n.23. p.233
Cur ſacramenta Antiqua non erant nobiliora nouis, quamuis continerent actum diuinum increatum ibi n. 16. p. 232
Nobilius eſt ordo in ratione ſacramenti, quam quinque alia.ibi.n.26. p.234
Inter ordines nobilior eſt ſacerdotalis, etiam epiſcopatu ſeorſim conſiderato.diſp.46.n.34. p.494

Nomen.

Nomen *ordo* quot modis vſurpetur.diſp.46.n.2. p.489
Nomen *Papa*, olim commune Epiſcopis. ibi, n.27. p.490
Sanctum,& *ſancta*, in genere neutro ſupponitur pro Euchariſtia.diſp.30.n.40. p.327.
Nomina *Lutheria*,& *Pariſij*,ſeorſim,& coniunctim ſignificant idipſum:diſp.30.numer.47. p.328
Nomina terminata in, *Mentum*, ſi res applicabiles ſignificant, ſunt eſſentialiter inductiua effectus ſignificati per verbum, à quo deriuantur.diſp.1.n.41. p.9

Nouum.

Sacramenta noua præſtantiora veteribus. diſp. diſp.20.n.16. p. 232
De nouo eruitur ſenſus Eccleſiæ in illo articulo,

Digitized by Google

to, credo ſanctorum communionem. diſputat. 30. n.29. p. 328
Modus vnionis Chriſti cum accidentibus, quo plures difficultates circa Euchariſtiam ceſſant, nouiter aſſeritur. diſput. 34. numero 23. p. 356
Vide. *Opinio*.

Numerus.

Septem eſſe ſacramenta nouæ legis Hæretici plures negant, fides catholica affirmat. diſp. 19 n.2. p. 221
Vtrum ſacramenta ſint plura, quam ſeptem. diſp. 19. n. 13. p. 223
Oſtenditur ſeptenarij numeri ſacramentorum neceſſitas, & ſufficientia, & congruitas. ibi. n.17. p. 224

Nazianzenus.

Sanctus Gregorius Nazianzenus quid vocet improbitatem. diſputatione. 36. numero 1. p. 386

O.

Obex.

QVid ſit ſuſcipi ſacramentum cum obice. diſp 13. n. 1. p. 124
An & quodnam ſacramentum receptum cum obice poſtea conferat gratiam, ſublato illo. ibi. à n. 3. p. 124
Nullum ſacramentum recepto Baptiſmo, poſtea reuiuiſcit ad cauſandam gratiam. ibi. nu. 11. p. 125

Obiectum.

Quod obiectum debeat habere intentio Miniſtrantis. diſp. 17. n. 26. p. 170
Vide. *Intentio*.

Oblatio, & offerre.

Oblatio verbalis non ingreditur eſſentiam ſacrificij Miſſæ. diſp. 22. n. 6. p. 254
Quas ob cauſas fiat in Miſſa. ibi. n. 7. p. 254
Oblatio honorifica Deo latius patet, quam ſacrificium. diſp. 21. n. 7. p. 246
Offerre ſacrificium verum non poteſt niſi, ſacerdos ordinatus. ibi. n. 43. p. 253

Obligatio.

Nullus Ordo obligat ad Caſtitatem ex iure naturæ. diſp. 50. n. 10.
Neque datur ius diuinum obligans ordinatot. ibi. n. 11.
Circa obligationem caſtitatis eſt notanda ſententiarum diuerſitas. ibi. n. 13.
Obligatur vouere ex corde qui vult agere ceremoniam ordinationis ſacræ in facie eccleſiæ. ibi. n. 16.
Qui inualide ordinatur, licet interius voueat, non manet obligatus. ibi. n. 19.

Obliquum.

Quid nomen ſacrum ſignificet in recto, & quid in obliquo. diſp. 4. à n. 1. p. 57
Dicit in obliquo actus voluntatis inſtituentis, quæ eſt totalis forma ſigni ad placitum. ibi. n. 5. p. 57

Oculus.

Cur Oculi noſtri non valent naturaliter cernere Chriſti colores ſub ſpeciebus. diſp. 40. num. 1. p. 430
Quando cernitur oculis in Euchariſtia Puer, vel, caro, an Chriſtus, ſit. diſput. 38. num 61. p. 419

Opinio.

Opinio ſpecialis quod quod quilibet character ſit ſpecies impreſſa ſacramenti. diſp. 15 à n. 98. p. 151
Item quod ſacrificium formaliter ſit ſignum naturale. diſp. 1. n. 50. p. 10
Ratione ſpeciali ſacramenta noua eſſe præſtantiora veteribus demonſtratur. diſputat. 16. à n. 39. p. 160
Opinio Ioannis Viletæ Barcionenſis fuit ſingularis, eamque tenent aliqui recentiores. diſp. 26. n. 3. p. 289
Singularis opinio in lucem redditur: *SS. communionem*, eſſe articulum Euchariſtiæ proprium. diſp. 30. n. 36. p. 327
Euchariſtiam eſſe articulum fidei, & contineri verbis illis, credo *SS. communionem*, de nouo adſtruitur ex S. S. P. P. diſputat. 30. à n. 29. p. 326
Vocula *enim*, aliquando apud Latinos non cauſalis ſed confirmans eſt idem quod, *vere*, & *certe*, ſignificans. diſp. 39. n. 36. p. 425
Facilis & expedita ſemita aperitur ad negandum quod Chriſtus conuertatur in aliam ſubſtantiam, cum deſinit eſſe ſub ſpeciebus. diſp. 40. n. 24. p. 436
Cur liceat Eccleſiaſticus ille ritus plurium ſacerdotum eandem euchariſtiam conficere intendentium, cauſa de nouo profertur. diſp. 45. n. 20. p. 482

Oratio.

Quodam Fideles Parentes aliquas preces fundebant paruulis ſuis iuſtificandis. diſp 14. n. 86. p. 138
Oratio adhibetur in forma ſacramenti Extremæ vnctionis. diſp. 11. n. 19. p. 112
Cultus Dei eſt diuerſus à ſacrificio. diſp. 21. n. 7. p. 246
Qui legit horam canonicam, vel officium totum ſolo animo quærendi aliquam ſententiam vel phraſim in Breuiario, non recitat preces neque orat. diſp. 17. n. 52. p. 173

Organizatio.

Accidentalis & ſubſtantialis ſunt inter ſe ſubordinatæ. diſp. 36. n. 28. p. 392
τὸ *Corpus*, in formula conſecrationis non dicit Organizationem præciſam ab vtraque. ibi. n. 29. p. 392
Accidentalis includit figuram ſitualem formaliter. ibi. p. 392

Ordo, & ordinatio.

An Ordinatio Amphylochij facta fuerit per angelum. diſp. 17. n. 16. p. 169
Verum ſacrificium ordinis fuit in lege naturali diſp. 2. n. 72. p. 18
Ordo ſequitur dignitate Euchariſtiam. diſp. 20. n. 26. p. 234
Eſt in effectu & in ſe ipſo ceteris quinque nobilior. diſp. 20 n. 27. p. 234
Explicatur ordinis præſtantia quo ad formam. ibi. n. 29. p. 234
Ordinem proxime ſequitur Baptiſmus. ibi. n. 30. p. 234
Ordinum eccleſiaſticorum diuerſitas ex diuinis ſcripturis. diſp. 46. n. 3. p. 489
Definitio ordinis in communi. ibi. n. 4. p. 490
Ordinis ſacramentum eſt nobilius in ſe ipſo & in effectu quam alia. diſp. 2. n. 7. p. 234
Ordo ſic acceptus non reperitur in Angelis. diſp 20. n. 8. p. 231
Cur in definitione ordinis ponitur *ſignificatio poteſtatis* & non gratiæ. ibi. n. 11. p. 231
Quinam ſint ordines & an plures, quam ſeptem. ibi. à n. 12. p. 231

Sub

Subordinatio graduum & diuerſitas eſt de iure diuino.ibi n.18. p.232
Quæ officia ſingulorum ordinũ.ibi.n.25.p.234
Ordinatio presbyteri certiſſime eſt ſacramentum.ibi.n.29. p.234
Referuntur ſententiæ de aliis & de ſingulis fertur iudicium.ibi.a n.30. p.234
Omnis propria ordinatio eſt proprie ſacramentum ibi à n 39. p.234
Inſigne teſtimonium ſancti Auguſtini pro hac ſententia.ibi.n.41. p.236
Nullus eſt ordo qui non fuerit inſtitutus à Chriſto.ibi.n.47. p.236
Cuiuſuis Ordinis inſtitutio Chriſti duplex fuit. ibid.
Quo tempore & loco Chriſtus vnumquemque ordinem inſtituerit & tradiderit.ibi.à n. 48. p.236
Vnius ordinis Ceremonia partialis poteſt fieri tempore prior,quam alia.diſp.47.n.9. p.501
Quid ſignificet in ordinatione Presbyteri caſula complicata à tergo ibi.à n.13. p.501
An ſit neceſſarium vt miniſtrãs & ſuſcipiens ordinem phyſice tangat materiam.ibi.num. 16. p.502
Quinam valide poſſint ordinari.diſp. 48.à n. 1. p.503
Ad Ordinem ſuſcipiendum non requiritur cõſenſus in ſuſcipiente.ibi.n.7. p. 504
Ordinatus inuoluntarie non tenetur ad onera; niſi libere velit ſuſcipere & ſentire commoda. ibi.n.9. p.504
Ordo ſuperior non includit nec requirit eſſentialiter alium inferiorem.ibi.n.10. p 504
Ab hac regula excipe Epiſcopatum.ibi.n.10. 504
Quis licite poſſit ordinari.ibi.n.11. p.504
Ad Ordines maiores requiritur ſuſtentatio honeſta iudicio Epiſcopi.ibi.n.18. p.505
Sed non vt regulares ordinentur.ibi. p.505
Singuli ordines inprimunt caracteres ſpeciales. diſp.50 n.2.
Ordo ſuſceptus ſignificatur per caracterem ipſius impreſſum.n.5.
In Ordinatione Epiſcopi etiam datur ſpecialis caracter ibi.n.7.

Oſtiarius.

Ordinatio Oſtiarij eſt ſacramentum.diſput. 46. n.38. p.495
Eius materia & forma.diſp.47.n.3. p.499
Eiuſdẽ munera recenſentur.diſp.46.n28.p.493
Eius Officium Chriſtum, exercuiſſe dicitur.ibi. n.57. p.498

P

Panis.

Panis & vini oblatio fuit ſacramentum in lege naturali inſtitutum.diſp.2.nu.74.p.28
Panes propoſitionis in ſacro clibano coquebãtur iuxta ipſum altare.diſp.21.n.36. p.251
PP.docent ſacrificium Miſſæ eſſentialiter conſtitui ſola vtriuſque ſpeciei conſecratione. diſp.22.n 31. p.260
Panis in Euchariſtia ſubſtantialiter deſinit ; & Chriſtus ſubſtantialiter producitur diſp.35. n.15 p 364
Cum Chriſti corpus ſub ſpeciebus conſtituitur in inſtanti;panis alio deferri nequit.ibi.n.75. p.378
Neque panis poſtulat alio migrare;neque datur locus,quo deferatur.ibi. p.378

Papa.

Romanus Põtifex in nocte natalis domini miſſam celebrat ante dimidium noctis.diſp.44. n.94. p 476
Ab vno Papa deriuata eſt omnis aliorũ ſpiritualis iuriſdictio in Eccleſia.diſp.46.n.53. p.498
Innoc.tertius de circumciſione alicubi agit non vt Pontifex.diſp.14.n.74. p.136
In Reſcriptis ſummorum Pontificum attendenda eſt quæſtio propoſita ad decernendum. diſp.18.n.53. p.215
Vide.*Concilium.*

Parochus.

Eſſe mortale matrimonio aſſiſtere in mortali ex recentiorum doctrina infertur, ſed ex noſtra oppoſitum deducitur.diſp.17.n.144. p.204

Particula.

Particula, *Cum*,quoties duobus nominibus inſeritur ſignificat res ſuppoſitaliter diſtinctas.diſp.28.n.65. p.310
Præpoſitio , *de*, & *ex*, nonnunquam ſynonyme vſurpantur.diſp.35.n.96. p.384
Particula,*enim*,non eſt eſſentialis conſecrationi. diſp,39.n.29. p.424
Siue ſit confirmãs ſiue cauſalis.ibi.n.30. p.424
Particula,*enim*,hic non videtur cauſalis ſed cõfirmans.ibi à n.31 ad 36.& 37. p.425.426
Vnus Matthæus inter verba conſecrationis adhibuit,*enim* ibi.n.29. p.424
Voculam,*enim* omittere conſtat eſſe peccatum. ibi.n.40.
Non eſt per ſe graue;niſi fiat ex contemptu.ibi. n 41 & 42. p.426
Quid ſi vox,*enim* omnino fiat cauſalis.ibi.n. 50. p.428

Paruulus, & Puer.

Paruulorum remedium in lege naturali aut fuit ſacramentum aut iſtud habuit annexum , ex Auguſtino.diſp.2 n.66. p.27
Paruulos vti ratione ſine ratione dicunt hæretici.diſp.5.n.53. p.40
Paruuli prius in lege naturali iuſtitiam quam circũciſionẽ accipiebant.diſp.14.n.33. p.131
Quando Puer vel caro,apparet in hoſtia,exiſtat ne ibi.Chriſtus.diſp.38.n.62. p.419

Paſſio.

Paſſionẽ Chriſti nos mũdare frequenter aſſerũt ſcripturę & cõcilia & PP.diſp.10.n.27.p.100
An Chriſtus in Euchariſtia pati poſſit aliquid ab agente naturali.diſp.40.n.6. p. 431
Quomodo qui mouet loco ſpecies cum ipſis moueat Chriſtum.ibi.n.8. p.432

Patres Eccleſiæ.

Sancti Patres non damnandi ſiue qui afferunt, ſiue qui negant , ſacramenta producere gratiam diſp.10.à n.9. p. 97
PP.Latini & Gręci docent,circumciſionem carnalem datam in ſignum tantum,nõ autem ad iuſtitiam.diſp.14 n.12. p.128
Docent etiam , ſolis hominibus viatoribus eſſe commiſſam adminiſtrationem ſacramentorum.diſp.16.à n.8. p. 155
Quo ſenſu negent,miniſtros eſſe gratiæ cauſas. ibi n.83. p.166
Res aliquas late vocant ſacramenta. diſput. 19. n.21. p 224
Docẽt ſacrificiũ Miſſæ eſſẽtialiter conſtitui ſola vtriuſq; ſpeciei conſecratione. diſp. 22.n.31. p 260
Affirmant ſubſtantiam Chriſti pertinere ad Euchariſtiam diſp.24.n.27. p.277
Aliqui in hac materia non faciunt mentionem miſtionis aquæ ; quia ipſam ſupponunt vt ſcitam.diſp.28.n.24. p 302
Græci & Latini plurimi adſtruunt immediatam conuerſionem aquæ vino permixtæ in ſanguinem Chriſti.ibi.à n.53. p.307

Digitized by Google

Quædam eorum dicta obiciuntur tranſſubſtantiationi;ſed fruſtra.diſp 3.n.15.
PP. docent effectum Euchariſtiæ eſſe vnionem noſtri, & Dominici Corporis pluſquam affectiuam.d.41.à n.54. p.449
Aliquando referentes Ordines prætermittunt aliquem ex cauſa d.46.n.44. p.496

Peccatum.

Quod peccatū ſit,facere in ſacraméto mutationē eſſentialē vel accidentalē.diſp.6.n.82. p.78
Mortale eſt in mortali ſacramentum conficere. d.17.n.108. p.199
Quomodo pœnitens in mortali accedit licite ad pœnitentiam.ibi.n.19. p.201
Euchariſtiam in mortali dare, plerique docent eſſe mortale.ibi.n.122. ibid.
Sed alij rectiùs id negant, quia non eſt gratiam tribuere.ibi.n.123. ibid.
Aliæ functiones Epiſcopales exerceri poſſunt in mortali,citra nouum mortale.ibi.n.129 p.202
Eſt vero mortale conſecrare Epiſcopum ſiue ordinare ipſum.ibi.n.131. p 202
Non Chriſma vel oleum infirmorum, vel Eccleſiam benedicere vel cōſecrare. ibi. n.132. ibid.
Nec eſt graue in mortali Epiſcopum concionari. ibi.n.141. p.204
Peius quid ſignificant hæc Verba: *eſt in peccato*; quam iſta: *eſt in peccatis*: d.11.n.20. p 112
Non eſt mortale totam Confeſſionem audire, nec pœnitentiam imponere in Mortali. d.17. n.147. p.205
Etiam ſi Confeſſio peccatorum & pœnitentiæ impoſitio & impletio foret ſacramento intrinſeca.ibi.n.150. p.205
Nec agere Diaconum, Subdiaconiam, vel alium miniſtrum inferiorem,ibi.n.151. ibid.
Sit ne veniale prædictas functiones obire in mortali.ibi.n.155. p.207
Annexas ordini ſacro obire in mortali veniale eſt.ibi.n.155. ibid.
Non annexas in mortali obire, nullum eſt peccatum.ibi.n.159. ibid.

Pedilauium.

Solemne eſt Chriſtianis Principibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus.d.19.n.22. p.214
Sacramētū eſſe PP.videtur innuere.ibi.n.23.ibid.
Chriſtus in humilitatis exemplo non ſtetit & ibi. 27.p.215
Concilij de pedibus baptizandorum non lauandis teſtimonium.ibi.n.31. p.216
Et ſi Lotio facta à Chriſto ſignificauit animi puritatem; non tamen Lotio facienda ab aliis. ibi.n.34. ibid.
Triplicem animi purgationem Lotio illa Chriſti præſignabat.ibi.à n.35. p.216
Lotionem ſacramentum non eſſe ratione conſtat ibi.40. p.227
Eſſe ſacramentum videtur indicare S.Ambroſius. ibi.n.41. ibid.

Penetratio.

Euentus quadruplex eſſe poteſt in quo penetrentur duo Corpora d.32.n.1. p 341
Penetratio vel impenetratio ſicut contiguitas vel diſtantia non eſt effectus Primarius alicuius formæ poſitiuæ.ibi.n.2. ibid.
Productio & conſeruatio vnius Corporis nō opponitur ratione ſui cū productione & conſeruatione alterius in eodē ſpatio. ibi.n.5.p.342
Penetratio impeditur per impulſum Corporis reſiſtentis in alterum.ibi.n.6. p.342
Fit penetratio naturaliter vbi ceſſat impulſus vnius in alterum accedens illuc.ibi.n.9.p.343
Vt duo penetrentur in totum neceſſe eſt, vt habeant partes æqualiter extenſas;vel inextenſas.ibi n.10.& 11. p.343.344
Quod pars corporea proportionalis nullo modo reduci ad locum puncti ſiue penetrari cum puncto valeat.ibi à n.11.& 12. p.344
Quod penetratio rerum quarumcunque facillimè intelligitur & modus & via qua fit naturaliter vel ſupernaturaliter.ibi.n.13. p.344
Qua ratione fiat vt omnes partes Dominici corporis ſimul exiſtant penetratæ in eodem loci puncto, & ſub eodem indiuiſibili coloris.ibi.à n 14. p.345

Pœnitentia.

Pœnitentiæ ſacramentum rebus intrinſecè non conſtat d.3.n.21. p.37
Pœnitentiæ ſacramento Res & ſacramentum ſimul difficile aſſignatur.d.4.à n.14. p.60
Sacramento pœnitentiæ ſufficit recipiendi ipſū intentio virtualis.diſp.18.n.71. p.311

Perſona.

Perſona diuina vt ſic non eſt vna ratio præciſa à tribus ſingulis.d.36.n.20. p.390

Poteſtas.

Poteſtas ordinis & Poteſtas iuriſdictionis vt differant.d.46.n.20. p.492
Poteſtas in ordinatione presbyteri duplex d.47. n.12. p.501
Poteſtas authoritatis, & poteſtas excellentiæ. d.16.n.61. p.156

Præceptum.

Præceptum diuinum percipiendi Euchariſtiam quas obliget perſonas.d.44 n.33. p.464
Quonam obliget tempore.ibi.n.48. p.467
Non habet tempus determinatum ante Eccleſiæ determinationem.ibi.n.55. p.468
Qui paulo ante cōmunicauit nō obligatur præcepto diuino in articulo mortis ibi n.57.ibid.
Papa ipſe obligatur hoc præcepto Communionis.d.44.n.61. p.469
Nec poteſt licite pro ſe ſolo ferre diſtinctam determinationem legis diuinæ.ibi.n.63. p.470
Tempus Altaris definiendū eſt iudicio prudentis, vel Parentis ipſius Pueri.ibi.n.64. p.470
Apud Indos ſunt ſpeciales leges ſeruandæ. ibi. n.67. p.470
Obligantur hoc præcepto energumeni & obſeſſi.ibi.n.68. ibid.
Quod Hæretici obligentur affirmāt plures negatiua tamen ſententia eſt vera.ibi n.70. p.471
Videtur indecens & inutile Hæreticos obligari ab Eccleſia vt ſemel in anno communicent. ibi n.73. ibid.
Præceptum iſtud vt Eccleſiaſticum quo anni tempore obliget.ibi.n.74. ibid.
Qui non in Paſcha, Pentechoſtes obligatur adimplere legem.ibi.n.76. p.472
Qui præuidet ſe eſſe impediendum quomodo obligetur.ibi.n.79. ibid.
Quid ſi poſtea poſſit qui prius exiſtimaret fore impedimentum.ibi.n.81. p.473
Præceptum implet indigne communicans debito tempore.ibi.n.48. p.467
An & quatenus hoc ſacram. ſit neceſſarium ex præcepto Eccleſiaſtico in articulo mortis.ibi. n.87. p.474
Verum ſit obligatio dandi Viaticum pueris ratione vtentibus.ibi.n.89. p.475
Quid ſi Confeſſarius dubitet de tali vſu rationis in puero.ibi n.92. ibid.
An debeat vel poſſit ſumere Euchariſtiā in articulo mortis,qui extra illū cōmunicauit eodē die ex præcepto,vel deuotione.ibi n.94.p.476
Pars negans approbatur.ibi.n.97.& 98. p.477

Præce

Præceptum ſeruandi caſtitatem impoſitum Ordinatis ſacerdotio ab initio Eccleſiæ Catholicæ.d.50.n.20.
Vide. *Lex.*

Prædicatum.

Prædicata ſacramenti vt ſic eſſentialia. d.1. n.1. p.2

Promiſſio.

Gratiæ promiſſio Circunciſioni liberè affingitur.d.14.n.77. p.156
Vetera ſacramenta non Promiſſoria, ſed merè Prognoſtica fuerunt gratiæ iuſtificationis. d.1.n.28. p.7

Pronomen.

Neceſſe eſt ad Conſecrationem quod materia poſſit deſignari pronomine *hic*, & *hoc* ex vi propinquitatis.d.29.n.2. p.315
Item ad abſoluendum requiritur propinquitas vera quam ſignificet pronomen, *Te*, in Forma Abſolutionis.ibi.n.5. p.315
Pronomen, *hoc*, eo ipſo quod profertur ore dirigitur ad auditionem.ibi.n.8. p.316
Quid pronomina, *hic*, & *hoc*, ſignificent. di p.39. n.62. p.430

Præparatio.

Quomodo Præparatio ſubiecti ſit menſura gratiæ ſacramentalis. d.20.à n.90. p.241
Vide. *Diſpoſitio.*

Præſentia.

Plurimi tenent præſentiam localem creatam eſſe modum phyſicum: oppoſitum tamen eſt verum.d.31.à n.2.& 3. p.331
Non ponitur Chriſtus in Euchariſtia per productionem modi Phyſici aut per phyſicum præſentiæ modum.ibi.n.2. ibid.
Vide. *Modus.*
Præſentia Chriſti in Euchariſtia pendet ſolum moraliter à præſentia ipſius connaturali ſiue circunſcriptiua.d.32.n.21. p.346

Presbyter.

Presbyteri munera. d.46.n.15.
Presbyter non Epiſcopus non poteſt adhuc ex commiſſione Papæ ordinare alios ſacerdotes. d.49.n.10. p.507
Nomine Presbyteri in epiſt. Iacobi intelligitur ordinarius Poteſtate Remittendi culpas.d.47. n. 12. p 501

Punctus.

Omnes puncti Corporis Chriſti inuicem penetrati à Deo producuntur in vno puncto ſpatij, & ſub indiuiſibili albedinis. diſp.32.n.16. p.345
Plura puncta produci in eodem puncto ſpatij prius eſt natura, quàm vnum alteri impulſum imprimere.ibi.n.16. ibid.

Q

Quæſtio.

QVæſtio nouiter exagitatur.d.16.à n.34.p.93
Item alia quæſtio an Miniſter ſacramenti ſit cauſa proxima, & immediata; an phyſica, vel ſolum moralis effectuum illius.d.17.n.86. p.186
Quæſtio noua excitatur & reſoluitur.d.25. n.16. p.286

Qualitas.

Si poſſibilis eſt qualitas ſpiritualis gratiam naturaliter ſignificans, non eſt ſacramentum. d.1.n.46. p.10
Quamuis ſit poſſibilis qualitas ſenſibilis intrinſece ſupernaturalis eſſentialiter reſpiciens & ſignificans gratiam adhuc non eſt ſacramentum.d.1.n.48. ibid.
Qualitas gratiæ non pugnat ex ſe cum lethali culpa.d.8.n.31. p.93
Exempla huius rei appoſitiſſima dantur. ibi. n.33. ibid.

Quantitas.

Quantitas Chriſti phyſica manet in Euchariſtia ſine impenetratione actuali.d.35.n.71. p.4
An conſecrari poſſit materia cuiuſuis quantitatis.d.29.n.17. p.317

R

Rectum.

QVid ſacram. dicat in recto, quid in obliquo.d 4 à n.1. p.57
Euchariſtiæ ſacram. in recto dicit Chriſti ſubſtantiam, & ſpecies, & vnionem. d.24.n.48. p.281

Regula.

Regulæ deprehendendi quando mutatio ſit eſſentialis, quando accidentalis. d.6. à n. 14. p.69
Regula optima eſt Eccleſiæ ſenſus, & vſus. ibi. n.23. p.70
Alia regula, ſi res amittit rationem & nomen eius quam Chriſtus inſtituit.ibi. n.24. p. 71
Hæc valet regula pro materiæ quantitate, & qualitate.ibi.n.99. p.80
Ad valide conſecrandum neceſſe eſt, & ſufficit quod materia poſſit ex vi propinquitatis deſignari, & dici pronomine. *Hoc*, & *Hic*.d.29. n.2. p.315
Regulæ ab aliis traditæ circa enunciationes in Myſterio Euchariſtiæ examinantur.diſpu.35. n.92. p.382
Regula triplex profertur vera & à S. Thom. accepta.ibi.à n.93. p.383

Religio.

Cur Religioſi ſtatus ſuſceptio non habeat ſacramenti rationem d.19.n.50. p.228
S.Dionyſius effectionem Religioſi coniungit ſacramentis, & vocat Myſterium, & ſacramentum late.ibi.n.51. p.229
Status Religioſus à Chriſto inſtitutus immediate.ibi.n.54. ibid.
Potuit quidem in ſacram. commodiſſime inſtituere ſicut præſtitit, in Matrimonio.ibi.à n.55. ibid.
Diſpar tamé eſt ratio & oppoſita.ibi.n.57.p.ibid.
Religioſus ſtatus cum Deo mentem coniungit & per ſe affert præſidia etiam ad ſubueniendum aliis.ibi.n.58.& 59. p.229. 230

Remiſſio.

Remiſſio peccati mortalis per ſe eſt effectus ſacramentorum Baptiſmi & Pœnitentiæ. d. 11, n.4. p.110
Vtrum per accidens ſit effectus aliorum ſacramentorum.ibi.n.22. p.112
An & quatenus Euchariſtia cauſet remiſſionem venialium.d 41.n.31. p.444

Remedium.

Remedium Paruulorum ab originali in lege naturæ vel fuit ſacramen. vel iſtud habuit annexum.d.2.n.66. p.27
Remedium iſtud, S.Auguſt.confert cum Circunciſione & Baptiſmo.ibi.n.68. p.28

Reproductio.

Chriſtus conſtituitur ſub ſpeciebus reproductione ſubſtantiali.d.42.n.15. p.457
Vide *Actio* & *Præſentia.*

Res.

In ſacramentis non debere eſſe certas, Nouatores impudenter pronunciant.d.41.n.16.
Et Catholici quidam ſignificant.d.3.n.39. p.39

Certæ, & determinatæ ſunt Res, quibus ſacramenta perficiuntur.ibi.n.40. p. 39
Sed non æqualiter ſunt determinatæ in omnibus per ipſum Chriſtum.ibi.n.41.& 43. p.39
Res ſunt materia reſpectu verborum in eſſe phyſico, & verba forma reſpectu rerum in eſſe phyſico & morali.diſp.3.n.63.& 65. p.41
Coniunctum ex Rebus, & verbis, eſt ſubiectum, ſeu materia totalis reſpectu ſacramentalis ſignificationis.ibi.n.71. p.43
Cur ſignificatio practica gratiæ nec Verbis ſine Rebus, nec Rebus ſine verbis conueniat. ibi. n.75. p.44
Res his ſunt materia; Verba ſemel ſunt forma. ibi.n.86. p.45
Quid in ſacramentis ſit *Res tantum*; *Res, & ſacram. ſimul*.d.4.n.1. p.57
Res & ſacram.ſimul difficillime aſſignantur, Pœnitentiæ, Vnctioni, & Matrimonio. ibi.n.24.
Vera definitio Rei, & ſacramenti ſimul. diſp. 5. n.51. p.66

Reſpublica.

Reſpublica humana qualibus ſacramentis indigeat.d.1.n.1. p.2
Reſpublica poteſt inſtituere ſignum ad placitum, ſed non ſacram.d.16.n.64. p.164
Valet vero per ſe loquendo inſtituere ſacrificium proprium.d.21.

Reſurrectio.

Reſurrectio Beatorum corporum glorioſa, eſt effectus Euchariſtiæ d.41.n.70. p.453

Ritus.

Ritus ille comprobatur noua ratione, quo Neomyſtæ ſimul cum Epiſcopo ordinante celebrant miſſam.d.45.n.20.& 23. p.482
Vide *Sacerdos*.
Ritus iſte vel ſimilis inſtitui poteſt in aliis ſacramentis.d.45.n.19. p.481
Ritus quidam Græcorum ſacerdotum infundendi calidam vino prius conſecrato improbatur. d.28.n.45. p. 306

S.

Sacerdos, & Sacerdotium.

QVid ſacerdotes Latini degentes, in Græciis; & quid Græci in terris Latinorum habeant in præcepto, circa materiam Euchariſtiæ. d.27.à n.32. p.297
Quid ſi ſacerdos habeat domicilium non vero Eccleſiam propriam ſuæ gentis.ibi.n.34.p.297
Græcus breui tempore inter Latinos & Latinus inter Græcos peregrinans poteſt pro libito conſecrare in Azymo vel fermentato.ibi.n.35. p.297
Vagus tenetur vti pane iuxta morem & ritum Eccleſiæ, vbi celebrat.ibi.n.36. p.297
Poſſet licitè ſacerdos Græcus in ſua Eccleſia in Azimo, & Latinus in ſua celebrare miſſam in fermentato, ad euadendum mortis periculum. ibi.n.38. p.298
Sacerdotes Iudices in Eccleſia Chriſti ſedent & iudicant duodecim Tribus Iſraël. d.28.n.14. p.300
Sacerdos, vt immolare poſſit, requirit hoſtiam ſub poteſtate propria.d.29.n.6. p.315
Non poteſt abſoluere quatuor peccatis venialibus duo indeterminate.ibi.n.40. p.320
Debet applicare ſuam intentionem ad materiam determinatam deſignabilem pronomine, *Hoc*. ibi.n.41. p.320
In quibus caſibus ſacerdoti non ieiuno liceat Miſſam celebrare vel inchoatam perficere. diſput.43.n.14. p.458
An ſolus Sacerdos valide poſſit Euchariſtiam conficere.d.45.n.1. p.477
Veritas Catholica comprobatur contra Hæreticos ſibi & vero, nequaquam conſtantes. ibi. n.4. p.478
An Plures ſacerdotes valide poſſint eandem Euchariſtiæ materiam ſimul conſecrare. ibi. n.4. p.478
Communis ſententia affirmans approbatur. ibi. n.8. p.479
Plures ſacerdotes cauſant vnica actione phyſica; ſi verba producunt, phyſice Euchariſtiam.ibi. n.9. p.479
Quid ſi ex pluribus vnuſquiſque ſacerdos offerat ſatisfactionem Miſſæ pro diuerſa perſona. ibi.n.12. p.480
An plures ſacerdotes licite poſſint pro libito ſuo, vel ſaltem diuino præcepto aſtricti, ſimul Conſecrare eandem Materiam. ibi. à num. 15. p.480
Ritus iſte vel ſimilis inſtitui & præcipi poteſt in adminiſtratione aliorum ſacramentorum: ibi.n.14. p.480
Cur liceat Eccleſiaſticus iſte ritus plurium Sacerdotum eandem Euchariſtiam facere intendentium.ibi.n.20. p.482
Ratio ſpecialis & nouiter inuenta proponitur. ibi.n.23. p.482
Euchariſtia incutit horrorem ſacerdotibus accedentibus, & ideo Epiſcopus animat nouos ſacerdotes & quaſi manu ducit. ibi. num. 25. & 26. p.483
An Græcorum ſacerdotum ritus in Miſſa ſolemni eſt improbandus ibi.n.27. ibid.
Inſtituit Chriſtus & nocte cœnæ & poſt Reſurrectionem & quo ad munus aliquod diſp.46. n.48. p.496
Sacerdotium eſt Ordo principalis ad quem omnes alij referuntur.ibi.n.49. p.456
Simplex ſacerdos poteſt ex commiſſione Papæ extraordinaria conferre Diaconatum & inferiores ordines.d.49.n.11. p 507
Qui non eſt vere ſacerdos non poteſt conferre Ordines, adhuc ex commiſſione, ibi.num.17. p.508
Nemo fuit Ordinatus Sacerdos in Eccleſia niſi promiſerit continentiam d.50.n.10.

Sacramentum.

Sacramenti nomen habet quinas ſignificationes in prologo. p. 1
Sacramentum eſſe realiter ſignum eſt de fide. diſput.1.n.1. p.2
Eſſentialiter eſt ſignum ſanctitatis veræ & propriæ.ibi.n.8. p.3
Idem ponitur recte ſub genere cauſæ & ſub genere ſigni.ibi.n.4. p.3
An ſit ſignum demonſtratiuum vel memoratiuum vel pronoſticum.ibi.n.7. ibid.
Sacramentum nouæ legis eſt ſignum Gratiæ ſub conditione.ibi.n.7. ibid.
Exacta ſacraméti diffinitio traditur.ibi.n.74.p.14
Sacramentum Veteris legis non erat ſignum ſuæ ſanctitatis legalis, ſed alienæ per aliud ſacramentum.ibi.n.15. p.15
An omne ſacrificium veteris legis fuerit etiam eius legis ſacramentum.ibi.n.17. p.5
Sanctificare & *ſacrare* diuerſa ſunt, ſicut eſſe ſanctificatiuum & eſſe ſacratiuum. ibi.n.19. p.5
Sacramentũ nõ eſt eſſentialiter cauſa veræ & propriæ

Digitized by

priæ ſanctitatis in ſuo, vel in alieno ſubiecto. ibi.n.22. p.6

Vetera ſacramenta ſupponebant gratiam nouorum vt futuram; ideò tunc non cauſabant nec modo cauſant ipſam in Fidelibus. ibi. n.32. p.7

Sacramentum materialiter eſt ſignum ad placitum; formaliter vero eſt ſignum naturale gratiæ.ibi.n.44.& n.50. p.9.10

Eſſentialiter eſt conſecratiuum. ibi.n.55. p.8

Senſibile, ſtabile; vniuerſale & à Deo inſtitutum.ibi.n.56. p. 11

Sacramenti definitio traditur aliis reiectis. ibi. n.73. p. 14

Sacrans idem eſt ac *habilitans* ad bonum Eccleſiæ proprium.ibi.n.76. ibid.

Diuiſio in vetus, & nouum; eſt vniuoce & cur ibi.à n.88. p.16

Sacramenta vera fuerunt in lege veteri. ibi. numer.80. p.15

Sacramenta legi gratiæ debentur gratiæ feracia. ibi.n.105. p. 18

Numero pauciora & faciliora & perfectiora Veteribus.ibi.à n.106. ibid.

Sacramentum in lege gratiæ potuit inſtitui non egens verbis, & aliud non egens rebus. diſput.3.n.3. p. 34

Omnia noſtra ſacramenta rebus & verbis indigere Fides docet.ibi.n.5. p.35

Hoc ipſum oſtenditur conueniens. ibi. à num.8. ibid.

Sex ſacramenta rebus intrinſecè conſtant. d. 3. n.17. p. 36

Res ipſæ abſolute vocantur ſacramenti nomine: ibi.n.18. ibid.

In ſacramentis quid ſit *ſacramentum tantum, res tantum, reſque & ſacramentum ſimul.* diſp.5. n.1. p.60

Sacramenta dare gratiam *ex operato* aſſerit Fides.d.7.n.19. p.85

Quia ſacramenta ſignificant conferri tunc gratiam.ibi.n.26. p.86

Quod ſolum declarent gratiam eſſe collatam fictitium eſt.ibi.n.27. ibid.

Sacramentis cauſalitatem moralem negat Suar. d.9.n.2. p.94

Sed non neganda licet phyſica concederetur.ibi. n.3. ibid.

Sacramentum eſt cauſa capax moris. ibi. num.4. ibid.

Sacramenta gratiam conferre moraliter adſtruitur ex SS. PP. & Conciliis.diſp.5. à num. 8. p.95

Sacramenta merentur & impetrant adeò gratiæ conceſſionem & volitionem. diſput. 9. n. 14. ibid.

Vtrùm Sacramenta gratiam conferant phyſice diſp.10.n.1. p.96

Qui negant ſacramenta conferre gratiam moraliter pugnant ſecum & cum PP.d.10. num. 7. p.97

Sacramenta cauſant gratiam dum phyſicè non exiſtunt.ibi.n.28. p.100

Sacramenta phyſice deberent agere per formam. ibi n.38. p.101

Aduerſarij grauiſſime inter ſe diſcrepant. ibi. n.42. p.102

Varij modi phyſici influxus ſacramentorum in gratiam excogitati ab aduerſariis confutantur ſigillatim.ibi.n.43. p.102

Deſtruuntur fundamenta aſſerentium phyſicam ſacramentorum efficacitatem.ibi.à n.55. p.104

Sacramentum eſt cauſa gratiæ, licet non phyſicè eam efficiat.ibi.n.79. p. 108

Eſto potuerint ſacramenta phyſice influere in gratiam; nunc tamen non phyſicè influunt. ibi.n.86. p.109

Quæ ſacramenta & quomodo primam & ſecundam conferant gratiam d.9.n.1. p.94

Sacramenta viuorum per ſe dare gratiam ſecundam tantùm, continetur in Concilio Florentino.d.11.n.11. p.111

Sacramenta viuorum non dant primam gratiam per accidens.d 11.n.25. p.112

Vrgentiſſimum fundamentum huius aſſerti.ibi. n.28. p.113

Non datetur ex opere operantis nec ex opere operato.ibi.n.29. p.113

In homine mortuo inuenient obicem.ibi. nu.35. p.114

Ipſis non tribuit S. Thom. illum effectum in ſumma Theologiæ.ibi.n.36. p. 114

Sacramenta gratiam tunc ſolum conferunt, cum primum ipſorum receptio completur. d. 12. n.28. p.121

Non conferunt gratiam in tempore, ſed in inſtanti.ibi n.39. p.122

An ſacramenta cum fictione ſuſcepta gratiam conferant poſtea recedente fictione. diſp.13. tota. p.124

Vtrum antiqua ſacramenta præſertim Infantium contulerint ex opere operato gratiam.d. 14. tota. p. 5

De ſacramentorum inſtitutore agitur.d.16 tota. p.154

Omnia à Chriſto inſtituta verum & certum eſſe oſtenditur ex PP.& Conciliis.ibi.à n.5.p.155

Sacram. vt ſic non ſignant gratiam vel futuram vel præſentem d.16.n.71. p.164

De ſacramentorum Miniſtro.d.17 per totã.p.166

Sacramenta ſunt inſtituta ſolum pro ſtatu viæ. ibi n.21. p.169

Si valor ſacramenti non eſt moraliter certus dãdũ iterum ſub conditione.d.17.n.79. p 184

Sacrament.tripliciter attẽdi poteſt ibi.n.86.p.188

An plura quam ſeptem ſint nouæ legis ſacramenta d.19.n.13. p.225

Concil.Trid.non definit ſeptem eſſe ſacramẽtorum ſpecies infimas.ibi n.14. ibid.

Sacramenta noua alia aliis, inſtitutionis tempore priora.d.20.n.1. p.230

Hæc omnia veteribus in prædeſtinatione diuina priora.ibi.n.2. ibid.

Non eſſe omnia ſacramenta paria fides tradit. ibi n 8. p.231

Omnia ſeptem ſunt dignitate imparia. ibi.n. 10. ibid.

Vetera continebant actum Dei increatum, nec ideo nobiliora noſtris ſacramẽt.ibi.n.16.p.232

Sacramenti præſtantia petitur ex eo quod in recto dicit, non ex eo quod in obliquo ibi n.19. p.234

Exemplo appoſitiſſimo res ob oculos ponitur. ibi.n.20. ibid.

Sacramenta viuorum plus intenſionis gratiæ dant quam mortuorum.ibi.n.38. p.235

Nec obeſt quod gratiæ Baptiſmali annectantur plura auxilia.ibi.n.39. ibid.

Sacram. non eſt cauſa ſimilis ſecundum omnia naturalibus cauſis in cauſãdo.d.41.n.19 p.441

Sacrificium.

Ad ſacrificium applicandum ſufficit intentio habitua

bitualis, non tamen ad ſacrament. efficiendum.diſp.17.num.74. p.181

Sacrificium eſt actio ſenſibilis in Dei honorem exhibita.diſp.21 n.1. p.244

Differt ab hoſtia loquendo propriè. ibi. num.2. ibid.

Obiectio ex ſacrificiis Ethnicorum ſoluitur. ibi. n.6. p.245

Oblatio honorifica Deo latius patet, quàm ſacrificium.ibi.n.7. ibid.

Sacrificium eſt in genere ſigni ad placitum. ibi. n.15. p.247

Significat dominium Dei ſupremum in vitam, & mortem.ibi.n.16. p.247

Item internam ſubiectionem illius qui offert. ibi.n.18. p.248

Non eſt de eſſentia ſacrificij vt ſic ſignificatio myſtica alterius ſacrificij.ibi.n.23. p.249

Hæc verò conuenit ſacrificiis omnibus legis Moſaycæ.ibi.n.24. p.249

Deſtructio rei oblatæ requiritur ad ſacrificium. ibi.n.25. p.249

Vide *Deſtructio*.

Sacrificium pendet eſſentialiter à ſacerdote vt faciente.ibi.n.38. p.251

Inſtituens ſacrificij poteſt eſſe Deus vel alius. ibi.n.39. p.252

Semper eſt opus authoritatis publicæ.ibi. n.40. p.252

Aliis reiectis, perfecta ſacrificij diffinitio traditur, & explicatur.ibi. à n.44. p.253

Actiones decem numerantur de quibus inquiritur an ſint ſacrificium. diſp.22.n.2. p.254

Sanctum & ſanctitas.

Hæc verba ; *Sancta ſanctis*. Ritu antiquiſſimo dicebantur in miſſa.diſp.30.n.43. p.328

Sanctum &, ſancta nomine neutro, vocatur Euchariſtia diſp.30.n.4. p.321

Item *Sanctiſſimum ſacramentum* apud ſanctum Dionyſium.ibi.n.41. p.328

Sanctitas propria quæ eſt intrinſeca, & ſanctitas legalis extrinſeca non conueniunt vniuoce.diſp.1.n.21. p.6

Sanctificare & *ſacrare* ; non idem conuertibilia. diſp.1 n.35. p.8

Eſſe ſignum veræ ſanctitatis & gratiæ habitualis, eſt eſſentiale ſacramento vt ſic.diſp.1.n. 8. à 74. p.3.14

Eſſe ſanctificatiuum non competit ſacramento vt ſic.ibi.num.19.& 20. p.5

Sanctum, ſancta ſanctorum, & ſanctiſſimum, per antonomaſiam. vocatur à PP. ſacramentum Euchariſtiæ.diſp.30.à n.40. p.327

Sanguis.

Sanguinem informare animâ totius Animalis verius eſt.diſp.16.n.36. p.160

Sanguis in conſecratione dicit formam ſanguinis Chriſti abſtractam à duabus tantum. ibi. n.36 p.160

Quomodo ſit idem ſanguis Chriſti potus à Chriſto cœnante, & nunc in Miſſa. ibi.n. 38. p.160

Chriſti ſanguis in vita mortali variatus fuit, quoad totalitatem ; momentis fere ſingulis. ibi.n.41. ibid.

Qua ratione ponatur ſub ſpecie vini totus Chriſti ſanguis.ibi.n.42. ibid.

An ex vi verborum ſanguis totus continuus ponatur.ibi.n.45. p.161

Vnio continuatiua inter partes ſanguinis *ex vi verborum* non ſignificatur ibi. num. 48. p.161

Vide *Vnio*.

Schiſmatici.

Vide *Græci*.

Schedula.

Schedula vel ſyngrapha oblata penetrat mentem, & conſcientiam vrget debitoris. d. 7. n.43. p. 88

Signum.

Velle efficere ſignum cum ſignificatione à Chriſto inſtituta ſufficit ad ſacramentum. diſp.17. n.68. p. 177

Effigies Leonis coronati Antiquum ſtemma Cæſarauguſtæ. diſp.24.n.20. p.276

Significatio.

Significatio ſacramentalis explicatur exemplo ſymboli d.3.n.79.& 90. p.44. 45

Et eſt interdum ſimplex, & interdum compoſita ibi.n.92. p. 45

Non eſt ſignificatio compoſita ex partialibus ſignificationibus in ſacramento intrinſecè conſtante rebus, & verbis.ibi n.100. p.47

Secus in ſacramento conſtante partibus, diuerſas gratias ſignificantibus. ibi. num. 107 ibid.

Significationes partiales in aliquo ſacramento non ſe habent quaſi materia & forma. ibi. n.109. p.48

In aliquibus ſic ſe habere videntur. ibi. n. 110. ibid.

Quo ſenſu ; ſacramenta noua ideò cauſant gratiam quam ſignificant.ibi.n.114. ibid.

Sacrament. tranſiens includit intentionem Miniſtri adiungentis ſignificationem à Chriſto inſtitutam.ibi.n.141.& 153. p.52.53

Quid ſacrum in recto & in obliquo dicat.d. 4. n.1. p.57

In recto dicit ſolam materiam totalem.ibi. n.19. & 21. p.59

Sacrum. maiorem conferens gratiam, maiorem ſignificat.d.20.n.80. p.240

Silentium.

Mirum ſilentium inter, RR. aſſerti cuiuſdam antiquiſſimi.d.30.n.36. p.327

Silentium indicitur Fœminis in Eccleſia d. 48. n.2. p.503

Spatium.

Vide *Locus*.

Species.

Species impreſſa Angelo connaturalis non habet vim repræſentandi per ſe exiſtentiam accidentis.d.23.n.23. p 268

Neque valet repræſentare exiſtentiam, ſine proprietate naturaliter inſeparabili, neque proprietatem ſine eſſentia cuius eſt. ibi. num.32. p.269

Quædam incommoda ſequuntur ex oppoſita ſententia.ibi.n.37. p.270

Species ſacramentales conſtituunt eſſentiam Euchariſtiæ d.24.n.33. p. 278

Quomodo ex Chriſto & ſpeciebus fiat vnum. ibi.n.38. p.279

Subſtantia Chriſti fit ſenſibilis per ſpecies coniunctas.ibi.n. 37. ibid.

Opinio aſſerens ſpecies ſignificari in obliquo eſt multorum.ibi.n.50. p. 281

Chriſtus & ſpecies æque & in recto ſignificant gratiam.ibi n.49. ibid.

Tam

Digitized by Google

Tam ſpecies vini ſola quam panis ſola eſt ſacramentum quodammodo.diſp.26.numer. 2. p 289
Vnaqueque ſpecies ſine conſortio alterius eſt alimonia ſpiritualis.ibi.n 6. p.290
Non eſt ſub vna ſpecie ſacrificium integrum ſimpliciter.ibi.n.7. p.290
Symbola Euchariſtiæ fuerunt aliqua in potu; plurima vero in cibo ſolo; perfectiſſimum in cibo,& potu ſimul.ibi.n.11. p.291
Species non pendent phyſice à Chriſti ſubſtantia ſicut hæc ab illis.diſp.34.n.27. p.359
Subſtantia Chriſti domini eſtmagis intima ſpeciebus,quam ſubſtantia panis diſp. 34. n. 27. p.359
Per ſe exiſtere eſt conuenientius naturæ ſpecierum ex ſuppoſitione.diſp.35.n.37. p.368
Species Euchariſtiæ poſſunt agere & pati, ſicut dum inhærebant.diſputat.38.num.35.& 36. p.414.415
Quando ex ſpeciebus corruptis aliqua ſubſtantia generetur.ibi.n.42. p.416
Vide *accidentia.*
Quid ſi ſpecies vini conſecrati cum vino non cõſecrato permiſceantur.diſp.38.n.35 p.414
Quid ſi gutta ſpecierum incidat in alium liquorem ibi.n.61. p.418
Species in ſthomaco breuiſſime conſumuntur. ibi.n.63. p.419
Species quando non continent Chriſtum nec partiale ſacramentum ſunt. diſp. 41. num.6. p.438
An vtraque ſpecies plus gratiæ conferat quam altera ſola.ibi.à n.20. p.441

Status.

Pro quolibet eccleſiæ viatorum hominum ſtatu potuit ſacramentum inſtitui, & vt ſignum & vt cauſa gratiæ.diſp 2.num.8 & 9. p.9.
In ſtatu innocentiæ nullum fuit ſacramentum. ibi.n.29. p.21
In ſtatu legis naturalis fuit aliquod ſacramentũ vt ianua ad Eccleſiam,&pro materiali,non omnibus idem.diſp.2.n.64.& 71. p.17.18.
In illa fuerunt ſacramenta ordinis; & Panis, & vini; item & agni ſacrificati ibi. à num. 72. p.28
Status viatoris immediate concurrere dictus, ſed falsò,ad effectus ſacramentorum.ibi.n.94. p.31

Suarez.

Defenditur opinio.P. Suarez de eſſentia ſacramenti.d.1.n.9. p. 4
Quod aſſerit,ſacramenta non eſſe cauſas morales gratiæ refutatur. diſputatione 9. num. 3. p.94

Subdiaconus.

Subdiaconatus Materia & forma.diſp.47.nu.5. p.500
Subdiaconis eſt prohibitum tangere Vaſa, vbi eſt Euchariſtia.ibi. p.500

Subiectum.

Subiectum capax ſacramentorum homo. diſp. 18.n.1. p.208
Solus homo viator.ibi.n.21. p.210
Quia homo immortalis iam factus & conſtitutus non proprie dicitur ſumere alimentum, vel cibum nutritiuum ipſius ibi.n.25. p.211
Sufficit in ſubiecto intentio actualis, vel virtualis, etiam cum voluntaria mentis euagatione.diſp.18.n.58. p.216
Vide *intentio.*
An ſufficiat attritio vel contritio in ſubiecto dari ſine alia intẽtione ad ſacramentum valide recipiendum.ibi.à n.62. p.216
An diuerſa ſacramenta ſubiectis eodem modo ſe habentibus imparem gratiam conferant.diſp. 20.n.34. p. 235
An eiuſdem ſpeciei ſacramenta ſubiectis eodem modo ſe habentibus imparem gratiam tribuant.ibi.n.45. p.236
Vide *diſpoſitio.*
Sacramentum vt producat aliquam gratiam ſolum requirit in ſubiecto non obicem. ibi. n.89. p.241
Vt autem producat tantam amplius aliquid requiritur.ibi. p.241

Subſtantia & Subſtantialis.

Subſtantia Chriſti domini eſt magis intima ſpeciebus quam ſubſtantia panis.diſp. 34.n. 27. p.130
Subſtantia Chriſti poteſt conſtituere ſignum efficax gratiæ.diſp.24.n.31. p.278
Quomodo ex Accidentibus Euchariſticis generetur ſubſtantia.diſp.34.n.42. p.361

Sumptio.

Qui ſumit tres hoſtias verè tria ſacramenta ſuſcipit.diſp.24.n.30. p.278
Sacramentorum plurium numero ſimul acceptio obſtat multitudine effectuum. ibi.nu.29 p.278
Sumptio Euchariſtiæ non ingreditur eſſentiam ſacrificij miſſæ.diſp.22.n.31. p.260
Vide, *Miſſa.*

Supernaturalitas.

Modus exiſtendi per ſe accidentis eſt intrinſece ſupernaturalis.diſput.23.n.16. p.266
Etiam priuatio inhærentiæ eſt ſupernaturalis in ſua linea entis negatiui.ibi. numer.17.& 18. p.266
Similiter eſt ſupernaturalis priuatio ſubſiſtentię propriæ in Humanitate Chriſti recepta. ibi. n.21. p.267
Intrinſece ſupernaturalis eſt modus vnionis Chriſti cum ſpeciebus diſputatione 34.n.23. p.356

T

Tempus.

SÆpè contingit diuerſis temporibus ſententiam aliquam iacere & pręualere inter DD. Eccleſiaſticos.diſp.28.n.87. p. 313
Res non egent modo intrinſeco phyſice inhærente vt correſpondeant tempori. diſput. 31. n.13. p. 333
Tempus ſiue reale,ſiue imaginarium ſolis conſtat indiuiſibilibus. diſputat. 23.numero 20. p.267

Terminus.

Terminus à quo,& ad quem conuerſionis ſubſtantialis quomodo debeat opponi. diſp. 35. n.1. p. 361
In enuntiationibus termini tranſubſtantiationis qua ratione iungendi ſint.diſp.35.n.92. p.382.
Verbum diuinum terminare conuerſionem ſubſpeciebus dicitur communicatione idiomatum.diſp.31.n.29. p.408.
Vide,*Conuerſio,&,Tranſſubſtantio.*

Thomas.

Sanctus Thomas docet, ſacramentum eſſe ſa-

ctatiuum ſecundum proprietatem vocabuli. diſputatione 1. numero 37. & 39. p. 8 9
Vniuocationem ſacramenti priusnegauit poſtea conceſſit ibi. 96. p. 17
Non negat eſſe conueniens, ſed neceſſarium ſacramentum in ſtatu innocentiæ. diſp. 2. n. 12. p. 18
Vocat oblationem Melchiſedech ſacramentum. ibi. n. 61. p. 16
Eius Teſtimonium de modo quo Deitas in Euchariſtia exiſtit noua luce perfunditur. diſp. 37. n. 3. p. 401
Quo ſenſu dicat, agere ſacramenta per motum ipſis impreſſum diſp. 10. n. 65. p. 106
Ipſius mens expenditur & exponitur amplius. ibi. n. 70. p. 105
Vindicatur à plurimis doctrinæ vitiis. ibi. n. 76. p. 107
In ſumma Theologiæ non aſſerit, aliquando primam gratiam conferri à ſacramento viuorum. diſp. 11. n. 36. p. 114
Thomiſtarum ſententia ſacramentum dare gratiam poſtquam deſiit, non eſt perceptibilis iuxta ipſos. diſp. 12. n. 21. p. 120
Sanctus Thomas docet, infantes in lege naturali per ſolam fidem parentum iuſtificatos ſine omni exteriori ſigno. diſp. 14. n. 85. p. 137
Probabile etiam, ait, quod parentes fideles aliquas preces Deo funderent vel aliquam benedictionem adhiberent paruulis ſuis iuſtificandis. ibi. n. 86. p. 137
Docuit ſufficere valori ſacramenti intentionem exercendi actionem externam. diſp.. 17. n. 41. p. 172
Comparat ſacramenta in ratione nobilitatis. diſp. 20. n. 23. p. 233
Ait, ad eſſentiam ſacrificij ſpectare deſtructionem phyſicam, & ſubſtantialem rei oblatæ. diſp. 21. n. 23. p. 249
Sanctus Thomas tradit regulas loquendi de Tranſſubſtantiatione Euchariſtica. ibi. n. 93. p. 255
Concilium Tridentinum non aduerſatur aſſerentibus; verbum conſtitui ſub ſpeciebus *ex vi verborum*. diſp. 37. n. 13. p. 405

Tonſura.

Prima Tonſura non eſt ordo; ſed quaſi matricula ſcholaſticorum. diſp. 57. n. 5. p. 402
Quare ſexus femineus ſit incapax primæ Tonſuræ. diſp. 48. n. 3. p. 505

Traditio.

Traditio eſt diuina, vel Apoſtolica, vel Eccleſiaſtica. diſp. 46. n. 38. p. 495
Ex perpetua Traditione conſtat, ordines minores habere deſignatas pro ſingulis materias & formas. diſputatione eadem, numero 45. p 496.

Tranſſubſtantiatio.

Tranſſubſtantiationis appellatio, & definitio. diſp. 35. n. 29. & 35. p. 367. 368
In Euchariſtiæ Tranſſubſtantiatione non ſolum præſentia ad locum, ſed ſubſtantia corporis Chriſti reproducitur. ibi. à n. 37. p. 368
Contrarium videtur fauere hæreticis ſacramentariis. ibi. n. 39. p. 369
Firmatur noſtra ſententia ex ſolutione obiectorum. ibi. à n. 42. p. 369
Qualis ſit creatio, & quo modo vocanda hæc productio Chriſti ſub ſpeciebus. ibi. num. 47. p. 370
Tranſſubſtantiationem fieri propter oppoſitionem moralem, qui doceant. ibi. numero 57. p. 373
Productio ſubſtantiæ Chriſti facta verbis ipſius habet vim deſtruendi ſubſtantias Panis, & vini. ibi. n. 70. p. 377
Hæc oppoſito moralis eſt prior & nobilior, & certior quam phyſica. ibi. n. 61. p. 374
Tranſſubſtantiationem in Euchariſtia phyſicam eſſe RR. prædicant, ſed ſolum moralem aſſerunt. ibi. n. 62. p. 375
An ſit poſſibilis productio corporis Chriſti natura ſua pugnans cum ſubſtantia Panis, in eodem ſpatio. ibi. n. 66. p 376
Aſſertur via ad defendendam oppoſitionem phyſicam inter ſubſtantias Chriſti, & Panis. ibi. n. 70. p. 377
Tranſſubſtantiatio in Euchariſtia eſt moralis ſimul & phyſica ibi. n. 79. p. 379
Præſtantia neceſſariæ Tranſſubſtantionis quantâ ibi n. 79. p. 379
Tranſſubſtantiatio in quo proprie conſiſtat. ibi. n. 80. p. 380
Dicit deſitionem directe connotando in obliquo productionem inducentem ipſius. ibi. n 84. p. 380
Tranſſubſtantiationis nullum datur ſubiectum proprium inhæſionis. ibi. numero 89. p. 381
Improprium ſubiectum dici poſſunt Panis & vinum. ibi. n. 90. p. 382
Quomodo ſint coniungendi in enunciationibus termini Tranſſubſtantiationis. ibi à nu. 92. p. 382

Tridentinum.

Concilii Tridentini loca expenduntur & retorquentur in aduerſarios. diſputat. 3. à n. 22. p. 37
Trid. tria docet notanda diligenter circa conuerſionem panis & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti. diſp. 35. n. 50. p. 371
Tridentini PP. & antiquiores Theologi ſupponunt verbi perſonalitatem, & vnionem hypoſtaticam ex vi verborum exiſtere in Euchariſtia. diſp. 37. n. 11. p. 403
Vide *Concilium*.

Tullius.

Tullius reddit rationem cur myſteria & ſacramenta vocentur *Initia*. diſputat. 1. num. 35. p. 8

V

Valor.

Valor ſacramenti impeditur variatione eſſentiali, non accidentali. diſput. 6. n. 2. p. 68

Vbicatio.

Eſt ipſa indiſtantia Chriſti ab ſpeciebus, ſiue ab ſpatio ſpecierum. diſputatione 32. num. 20. p. 347
Vide *Præſentia*.
An vbicumque res exiſtit debeat eſſe realiter, quod vnitum eſt phyſice cum ipſa. diſp. 33. n. 2. p. 347
Solum debet eſſe ibidem ex conuenientia maxima morali. ibi. n. 7. p. 348

Verbum.

Verba ſtricta in ſex ſacramentis ſemper requiruntur, in ſeptimo regulariter, & cur. diſp. 3. n. 10. & 12. d. 33. 36

Digitized by Google

Si verba non ſunt Euchariſtiæ eſſentia, ſunt omnino neceſſaria.ibi.n.14. p.36
Verbis conſtant intrinſecè omnia alia ſacramenta præter Euchariſtiam.ibi.n.27. p. 37
Verba in ſacramentis non ſunt vltima forma ſed conmateria reſpectu ſacramentalis ſignificationis.ibi.n.33. p.38.
Verba in ſacramentis certa & determinata eſſe debere, negant hæretici.RR.affirmant omnes Catholici.ibi.à n 49. p.40
Et non ſunt verba conmateria, ſed ritualia. ibi.n.52. p.39
Verba ſunt forma reſpectu materiæ & hæc non omnino ſecundum eſſe naturale & humanum ſed quodammodo ſupernaturale.diſp.3.n.67. p.42
Poſſunt verba aliqua ex humana inſtitutione ſignificare rem ſupernaturalem ibi.num. 69. p.43
Hæc ſignificatio rei ſupernaturalis non eſt eſſentialiter neceſſaria in verbis ſacramenti.ibi.n.70. p.43
Verba conſecrationis non ingrediuntur eſſentiam Euchariſtiæ, diſputat. 24. à numer. 12. p.275
Fruſtra contenditur oppoſitum. ibi.numero 21. p.276
Verba conſecratoria producunt efficienter, ſacramentum & ſunt ſacrificium formaliter.ibi.n.21. p.276
Verba Chriſti Euchariſtiam conficientis ſunt ſacrifica & ſacrificium.diſp.35. numero 44. p.370
Ad veritatem verborum Chriſti, & ad verum ſacrificium miſſæ requiritur reproductio ſubſtantialis.ibi.n.46. p. 370
Eſſe ex vi verborum, & poni ſub ſpeciebus eſt ipſum ſignificari vt exiſtens ibi per verba conſecratoria. diſputat. 36. numer. 10. p.387
Ponitur ex vi verborum quod includitur in illo quod exiſtit ibi, quia ſignificatur per ipſa verba.ibi.n.11. p.388
Aliqua ratio communis poteſt conſtitui *ex vi verborum*, quamuis non conſtituatur ibidem *ex vi verborum* ratio particularis.ibi.num. 13. p.388
Quid proprie ſit poni ſub ſpeciebus *ex vi verborum*.ibi.n.14. p.389
Quid ſit eſſe vel conſtitui ſub ſpeciebus *per concomitantiam*.ibi.n.15. p. 389
Quod ponitur per concomitantiam, non magis neceſſario ponitur, quam ſit neceſſaria ipſius coniunctio cum illo quod *ex vi verborum*.ibi. p.389
Ex vi verborum non ponitur totus ille ſanguis, quem Chriſtus conſecrans in vltima cœna habuit.diſp.36.n.40. p. 395
An ex vi verborum ponatur ſanguis totus continuus. ibi. n.45. p 397
Ex vi verborum non ponitur totus ſanguis liquidus formaliter.ibi.nu.50. p 398
Ex vi verborum ponitur totus ſanguis Chriſti vnitus hypoſtatice ibi.n.44. p.398
Ex vi verborum ponitur totus ſanguis Chriſti indifferens ad continuum, & diſcontinuum. ibi.n.52. p. 398
Verbum dicitur incipere eſſe ſub ſpeciebus & terminare conuerſionem communicatione idiomatum.ibi.n.29 & 30. p.393
Verbum, *Præſumo*, requirit dolum, vel ignorantiam affectatam, ad incurrendam cenſuram. diſp.48.n.13. p.504
Verba eſſentialia conſecrationis.diſp.39 nu.23. p.423
Non eſt eſſentiale verbum, *eſt*, expreſſum, quia ſubintellectum habet eandem notionem.ibi.n.26. p 424
Verbum, *eſt*, non exprimere culpa eſt grauis per ſe, per accidens vero eſſet leuis, & nulla. ibi.n.28. p. 424
Non eſt opus vlla verba præmitti his; *hoc eſt corpus*; ad valorem conſecrationis.diſp.39 n. 43. p.427
Item nec ſubſequentia requiruntur in canone ſeu Græco ſeu Latino.ibi.n.51. p.428
Ad conſecrandum vinum non requiruntur. *Noui, & æterni*, &c ibi n.54. p 428
Nec ſanctus Thomas aduerſatur.ibi. numer.57. p.429
Non requiritur alia ſubſequens Eccleſiæ precacatio.ibi.n.58. p.429
Verba conſecratoria dicuntur, mere enunciatiuæ. ibi.n 60. p. 429
An Chriſti verba conſecrationem efficiant vt vera ſunt, an vt vera ſint? ibi.n.63. p. 430
Verba hæc *accipe ſpiritum ſanctum*, in ordinatione conferunt gratiam. diſput. 37. numero 6. p.500
Apud Græcos eſt vſus aliorum verborum. ibi. p.500
Quando quis voluntarie ordinatur ſacro ordine tenetur vouere caſtitatem. diſp. 50. num. 15. p.500
Iniuſtus videtur niſi voueat ex animo ſerio. ibi.n.17. p.83
Verborum illorum *ex opere operato*, falſi aliqui ſenſus referuntur.diſp.7.n.7. p 83
Verus illorum verborum ſenſus. ibi. numer. 11. p.84
In Verbis illis Chriſti: *vt edatis, & bibatis, ſuper menſam meam* nulla eſt metaphora.diſput.28. n 14. p 300

Veritas.

Ad Veritatem verborum Chriſti & ad vnum Miſſæ ſacrificium requiſita eſt reproductio Chriſti ſubſtantialis. diſput. 35. numero 46. p.370
Verba conſecratoria conficiunt Euchariſtiam vt vera ſint.diſp.29 n.63. p. 321
Veritas Euchariſtiæ eſt credenda explicite propter ſe, ſicut remiſſio peccatorum creditur propter ſe.diſp.30.n.35. p 326

Veſtis.

Impoſitio veſtium ſacerdotalium cum verbis ſuis cur non ſit ſacramentum diſp.16.nu.67. p 164
An ſtolam geſtare & quatenus debeant ſacerdotes quando communicant ſine Miſſa.diſp.43.n.4. p.457

Viaticum.

Viatico refectus cur interrogetur an petat Vnctionem.diſp.18.n 83. p.219

Vinum.

Vinum de Vite requiri ad ſacrificium, probatur ex verbis Chriſti.diſp.28.n.2. p.298
Vinum hoc eſt vſuale pro materia ſanguinis, ibi.n.16. p. 301
Non eſt aptum agreſta, ſiue omphacium, neque loxa, neque Aqua viua, ſiue ardens.ibi à n.17. p.301
Nec acetum factum; licet ſit aptum vinum fugiens.ibi.n.18. p 301
Mordacitas vini propria non valet aquam ſubſtantia-

Digitized by Google

ſtantialiter in ipſum cōuertere.ibi.n.8.p. 299

Aqua in vinum non poteſt conuerti in tempore breuiſſimo ab infuſione.ibi.n.81. p.312

Vide, *Aqua*; Vide, *Verba conſecrationis*.

Vnio.

Materię partes inter ſe requirunt Vnionem partim phyſicā, partim moralē.diſp.6.n.65.p.76

Partes formæ interſe requirunt vnionem phyſicam & moralem.ibi.n.69. p.76

Si multum interrūpantur partes erit mutatio eſſentialis; ſi parum accidentalis.ibi.n.70. p.76

Vnio materiæ cum ſacramentali forma quadruplex.ibi.n.73.

Vnio localis quę requiratur.ibi.n.77. p.77

Vnio Chriſti & ſpecierum ſacramentalium, eſt quid tertium reipſa diſtinctum.diſp.24.n.43. p.280

Productio ipſa Chriſti ſub ſpeciebus eſt immolatio Chriſti & vnio cum ſpeciebus.ibi.n.45. p.281

Hoc ſacramentum Euchariſtiæ nequit eſſe ſine phyſica vnione Chriſti cum ſpeciebus. ibi.n.47. p. 281

Vnio phyſica eſt nexus phyſicus vnius cum altero & nequit eſſe vnius cum pluribus realiter.diſp.31.n.50. p. 341

Vnio Chriſti cum ſpeciebus eſt neceſſaria ad tres effectus, nam moralis ſolum inſufficiens. diſp.34.n.1.& 2. p.352

Vniones duæ phyſicæ formales improbantur. ibi.à n.8. p. 353

Vniones aliæ duæ phyſicę effectiuę impugnantur ibi.n.14. p.354

Veram Vnionem aſſero & propugno eſſe actionem qua Chriſtus producitur dependens intime ab ſpeciebus.ibi.à n.23. p.356

Hæc Vnio dicitur noua & ineffabilis & ſimilis hypoſtaticę.ibi.n.26. p.357

Et eſt hæc Vnio neceſſaria in noſtro ſacramento & ſacrificio Miſſæ.ibi.n.29. p. 358

Quæ denominationes ex hac vnione in Chriſto reſultant; regula quadruplex.ibi.nu.30.&.31. p.359

Cur non denominetur Chriſtus albus, dulcis. ibi.n.31. p.359

Cur non dicatur frangi, madefieri, ſicut dicitur videri, tangi, manducari ibi.n.35. p.360

Vnio data inter ſpecies, & Chriſtum phyſice opponitur vnioni ſpecierum cum pane. diſput. 35.n.77. p. 379

Vnio continuatiua Corporis exigit partes impenetratas actu. diſp.36.n.48. p.397

An, *ex vi verborum*, aliqua accidentia ponantur in Euchariſtia ibi n.53. p.398

Verbum diuinum & vnio hypoſtatica ita ſunt in Euchariſtia.diſp.37.n.1. p.401

Qui aduerſantur non poſſunt ex Tridentino tueri ſuam opinionem.ibi n.8. p. 402

Hanc veritatem inferimus ex fidei regulis & cōprobamus rationibus.ibi.n.15. & 18. p.404. 405

Vnio hypoſtatica ponitur *ex vi verborum* in Euchariſtia.diſp.37.n.12. p 406

Ponitur etiam per concomitantiam ſub vtraque ſpecie.ibi.n.25. p. 407

Variato titulo exiſtendi poteſt eadem res diuerſis modis eſſe in eodem loco & ſacramento. ibi n.27. p. 407

Vnio inter carnem Chriſti, & noſtram ſpecialis effectus eſt Euchariſticus d 41.n.60. p.456

Vnitas hæc recte appellatur moralis; quia non eſt vnio phyſica neque in iſta fundatur. ibi. n.65. p.451

Vniuocum.

Vniuoca eſt ratio ſacramenti antiquis, & nouis. diſp.1.n 80. p. 25

Non eſt vniuoca ratio ſanctitatis legalis & veræ ibi.n.83. p.15

Vnctio.

Quid in Vnctione aliqui cenſeant *rem, & ſacramentum ſimul*.diſp.5.n 38. p.65

Quid in ea ſit *res & ſacramentum ſimul*.ibi.n.56. p.67

Quæ conſtare debeant de ægro vt extreme Vngatur.diſp.18.n 44. p.214

Vnctio capitis, & manuum non pertinet ad eſſentiam ordinationis ſacram. diſputat. 47. n.14. p. 503

Extrema vnctio non confert primam gratiam. diſp.11 n.26. p. 112

Voluntas.

Volitionem diuinam dandi gratiam ſacramenta & merentur & impetrant.diſp.9.n.14. p.95

Quæ volitio non pluris æſtimatur, quam ipſa gratia ibi.n.17. p. 96

Voluntas in cauſa quid ſit, & an ſufficiat ad ſacramentum.diſp.17.n.75. p. 182

Voluntatis diſtractus valide miniſtrat ſacramentum.ibi.n.75. p.182

Voluntas interpretatiua ſat eſt ad recipiendam Vnctionem.diſp.18.n.79. p.219

Votum.

Per ſacramentum in voto non fit iuſtificatio virtute ſacramenti.diſp.11.n.9. p.110

Votum Euchariſtię vt medij ad primam gratiam non continetur in Baptiſmo, neque in contritione perfecta.diſp.41.n.13. p. 401

Quando quis voluntarie ordinatur ordine ſacro tenetur vouere caſtitatem.diſp.50.n.15.

Iniuſtus videtur niſi voueat ex animo ſerio.ibi. n.17.

Votum fictum non obligat per ſe.ibi.

Quando motiuum voti, & præcepti Eccleſiaſtici eſt idem, non multiplicantur ſpecies culpæ tranſgreſſionis.ibi.n.18.

Qui inualide ordinatur quacumque ex cauſa, non obligatur ex voto.ibi.n.19.

Vox.

Vox *ſacramentum* quinas habet ſignificationes. Tract.1.in Prologo. p 2

Vox *enim*, eſt affirmatiua apud autores Latinos: diſp.39.n 36. p.425

Vſus.

Apud Græcos eſt vſus aliorum verborum. diſp. 47.n 6. p.590

Vſus geſtandi caſulam complicatam à tergo in Neomyſtis ſignificatio eſt myſtica. diſp. 47. n 13. p.501

Vſus geſtandi ſtolam cum ſacerdos extra miſſam communicat, vt obligat, diſp 43.n.4. p.457

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google